opera S.
P. M. Aug.
T. 9.
9.
A
22
360

FACULTAD
Est. A
Tabla 3
Num. 64

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 022
Número: 360

DIVI AVRELII

AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, OPERVM.

Tomus nonus,

Continens illius tractatus: hoc est, expositiones ad populum factas in nouum testamentum, cum alijs varij generis opusculis, quorum indicem habet alterum huius paginæ latus.

In quo, præter locorum multorum restitutionem, secundum collationem vetustiorum exemplarium: curauimus remouere ea omnia, quæ fidelium mentes, hæretica prauitate possent inficere, aut à catholica, & orthodoxa fide deuiare.

Nunc recèns impressus, recognitus, & emendatus.

VENETIIS, APVD IVNTAS,
M D LXXXIIII.

In Euangelium Ioannis expositio Folio. 2.
In epistolam Ioannis expositio. 124
In Apocalypsim Ioannis expositio. 141
Meditationum liber vnus. 150
De diligendo Deo liber alius, qui & meditationum inscribitur. 160
Soliloquiorũ animę ad Deũ liber vnus 164
Manuale liber vnus 172
De triplici habitaculo liber vnus 176
Scalæ Paradisi liber 177
De duodecim abusionum gradibus lib. 178
De contritione cordis liber vnus 181
De cognitione veræ vitę liber vnus 182
De speculo, liber vnus 188
De vita Christiana liber vnus 192
De assumptione beatę Mariæ virginis 195
De disciplina Christiana 197
De decem chordis 199
De cantico nouo liber vnus 202
De contemptu mundi, liber vnus 203
De vanitate seculi, liber vnus 204
De obedientia & humilitate sermo 205
De bono disciplinæ sermo 206
De visitatione infirmorum, libri duo 208
De consolatione mortuorum sermones duo 209.
De quarta feria, siue cultura agri dominici sermo 211
De cataclysmo sermo 213
De tempore barbarico sermo 214
De sobrietate & virginitate sermo 216
Speculum peccatoris tractatus 218
De pœnitentiæ medicina, liber vnus 220
De vtilitate pęnitentiæ tractatus 221
De conflictu vitiorum & virtutum, liber vnus 224
De quatuor virtutibus charitatis tractatus 227.
De laudibus charitatis tractatus 228
De honestate mulierum, liber vnus 229
De pastoribus, liber vnus 229
De ouibus, liber siue Homilia 234
De symbolo fidei ad catechumenos, libri quatuor 238
De conuenientia decem prȩceptorum & decem plagarum, liber vnus. 246
De rectitudine catholicæ conuersationis tractatus. 249
De vtilitate ieiunij tractatus. 255
De verbis excidio tractatus 257
De creatione primi hominis tractatus. 259
De arbore scientiæ boni & mali tractatus ibidem.
De pugna animæ tractatus. 258
De antichristo tractatus. 258
Psalterium quod matri suæ composuit 260.
Super magnificat expositio. 260.

FINIS.

PRAEFATIO IN LAVDEM EVANGELII SECVNDVM IOANNEM.

A

Omnibus diuinæ scripturæ paginis Euãgeliũ excellit, qa qđ lex & Prophetę futurũ p̃dixerunt, hoc cõpletum dicit Euang. Inter ipsos autẽ Euangeliorũ scriptores, Ioãnes eminet in diuinorũ mysteriorũ profunditate quia tẽpore dominicæ ascensionis p̃ annos sexaginta quinq; verbũ Dei absq; adminiculo scribendi, vsq; ad vltima Domitiani p̃dicauit tẽpora. Sed occiso Domitiano, cũ p̃mittẽte Nerua, de exilio rediisset Ephesum, cõpulsus ab Episcopis Asiæ, de coęterna patri diuinitate Christi scripsit aduersus hæreticos,

B qui eo absente irruperant in eius Ecclesias, q̃ Christum ante Mariam fuisse negabãt. Vnde merito in figura quatuor animalium, aquilę volanti comparatur, quæ volat altius cęteris auibus, & solis radios irreuerberatis aspicit luminibus. Cęteri quippe euangelistę, qui tẽporalem Christi natiuitatem, & temporalia eius facta, quæ gessit in homine, sufficienter exponũt, & de diuinitate pauca dixerũt, qua si anima iã gressibilia cũ domino ambulant in terra: hic autem pauca de temporalibus eius gestis ediffĕrens, sed diuinitatis potẽtiã sublimius contemplans, cum domino ad cęlum volat. Qui enim supra pectus domini in cęna recubuit, cęlestis hausũ sapientiæ cæteris excellentius de ipso dominici pectoris fonte potauit. Legerat si quidem Euangelia trium Euangelistarum, & approbauerat fidẽ eorũ & veritatẽ, in q̃bus deesse vidit aliqua gestarum rerũ historiæ, & ea maxime quæ dominus gesit primo prædicationis suæ tẽpore, scilicet antequam Ioãnes Baptista clauderetur in carcere. Hæc ergo quasi dimissa

C ab illis scribit Ioannes quę fecit Iesus anteq̃ Ioannes clauderet: sed maxime diuinitatem Christi & trinitatis mysterium cõmendare curauit. Tres siq̃dem alii Euãgelistæ dicta & facta domini temporalia, quæ ad informandos mores vitæ p̃sentis maxime valent, copiosius prosecuti, circa actiuam vitam sunt uersati: in qua laboratur, vt cor mũdetur ad videndum Deũ, Ioãnes vero pauca domini facta dicit: verba vero domini quæ trinitatis vnitatem, & vitæ æternę fœlicitatem insinuant diligentius conscribit, & sic in contemplatiua uita, virtute commendanda, intentionem suã & prædicationem tennit: in qua cõtemplatiua uacatur ut deus uideatur. Iste siquidem est Ioannes quem dominus de fluctu uaga nuptiarum tẽpestate vocauit, & cui matrẽ uirginem uirgini commendauit.

DIVI AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, In Euangelio Ioannis expositio.

Ab eo quod scriptum est, In principio erat verbum & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: vsque ad id quod ait, Et tenebræ eam non comprehenderunt.

TRACTATVS PRIMVS.

D

Intuentes quod modo audiuimus ex lectione Apostolica, quòd animalis homo percipit ea quæ sunt spiritus dei, & cogitantes in hac ipsa præsenti turba charitates vestræ, necesse esse, vt multi sint animales, qui adhuc secundum carnem sapiant, nondumq; possint ad spiritalem intellectum se erigere: hæsito vehementer quomodo vt dominus dederit, possim dicere, vel pro modulo meo explicare qđ lectum est ex Euangelio. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Hoc enim animalis hõmo nõ percipit. Quid ergo si atres, silebimus hinc? quare ergo legitur si silebitur? Aut quare auditur, si non exponitur? Sed & quid exponit, si non intelligitur? Itaque quoniã rursum esse non dubito in numero vestro quosdam, à quibus possit non solum expositũ capi, sed & ante quã exponitur intelligi, nõ fraudabo

1. Cor. 2

eos qui possunt capere: dum timeo superfluus esse auribus eorum, qui nō possunt capere. Postremo aderit misericordia Dei, fortasse vt oībus satis fiat, & capiat quisq; quod pōt: quia & qui loquit, dicit qđ potest: nam dicere vt est, quis potest? Audeo dicere fratres mei, forsitan nec ipse Ioannes dixit vt est, sed & ipse vt potuit, qa de Deo vt hō dixit: Et qdem inspiratus a deo, sed tñ homo: quia inspiratus, dixit aliquid: si non inspiratus esset dixisset nihil. Quia vero hō inspiratus, nō totū qđ est dixit, sed quod potuit hō dixit. Erat .n. iste Ioannes fratres charissimi, de illis mōtibus de quibus scriptū est, Suscipiant mōtes
F pacē populo tuo, & colles iustitiā. Mōtes ex
Psal. 71 celsæ animæ sunt, & colles paruulæ aīæ sūt.
Abac. 2 Sed ideo montes excipiunt pacem, vt colles
Rom. 1 possint excipere iustitiam. Quæ est iustitia q̄ colles excipiunt? Fides, quia iustus ex fide viuit. Nō autē accipere vt minores animę fidē, nisi maiores animę quę montes dictæ sunt, ab ipsa sapientia illustrarent, vt possint paruulis traiicere quod possent paruuli capere, & viuere ex fide colles quia mōtes pacē suscipiunt. Ab ipsis mōtibus dictū est ecclesiæ: pax vobiscū, Et ipsi montes pacē annuncian do ecclesiæ, nō diuiserunt se aduersus eum a quo susceperunt pacē, vt veraciter non ficte nunciarent pacem. Sunt autē alii mōtes naufragiosi, quò quisq; nauiū cū impluerit, soluitur. Facile est .n. cum videtur terra a pericli tantibus, quasi conari ad terram: sed aliq̄n videtur terra in mōte, & saxa latent sub mōte, & cū quisq; conatur ad montē, incidit in saxa, & ibi nō inuenit portum, sed planctū. Sic fuerūt quidā montes, & magni apparuerūt inter homines, & fecerunt hęreses & schismata, & diuiserunt ecclesiā Dei. Isti qui diuiserunt ecclesiā Dei, non erant illi mōtes, de
G quibus dictum est, Suscipiant montes pacem populo tuo. Quomō .n. pacē susceperunt, q̄ vnitatē diuiserūt? Qui aūt susceperūt pacē nūciandā populo, contēplati sunt ipsam sapiētiā, quantū humanis cordibus potuit contingi, qđ nec oculꝰ vidit, nec auris audiuit, nec
1.Co.2 in cor hominis ascēdit. Si in cor hominis nō ascēdit, quō ascēdit in cor Ioānis. An nō erat hō Ioānes? An forte nec in cor Ioannis ascēdit, sed cor Ioānis ineā ascēdit? Quod .n. ascēdit in cor hominis, de imo est ad hominem quò aūt ascendit cor hominis, sursum est ab homine. Etiā sic fratres dici pōt, quia si ascēdit in cor Ioānis, si aliquo mō potest dici, in tantū ascēdit in cor Ioannis, in quantū ipse Ioannes non erat hō. Qui est, non erat hō? in quantū cęperat esse angelus: quia oēs sancti, angeli, quia annūciatores Dei: ideo carnalibus & animalibus nō valentibus p̄cipere q̄ sunt Dei quid ait Apostolus? Cum .n. dicitis, 1.Co.3
ego sū Pauli, ego Apollo, nonne hoīes estis? Quid eos volebat facere, qbus exprobrabat, quia homines erant? Vultis nosse qd eos facere volebat? audite in psalmis. Ego dixi dii estis, & filii excelsi oēs. Ad hoc ergo vocat Psal. 81.
nos Deus, ne simus hoīes. Sed tūc in melius non erimus homines, si prius nos hoīes esse
H agnoscamus .i. vt ad illā celsitudinē ab humilitate surgamus: ne cōputemus nos aliqd esse cū nihil simus, nō solū nō accipiamus qđ nō sumus, sed & amittamus quod sumus. Ergo frēs de his mōtibus & Ioānes erat, q̄ dicit, In principio erat verbū, & verbū erat apud deū & Deus erat verbum. Susceperat pacē mons iste, contēplabatur diuinitatē verbi Qualis iste mons erat, quam excelsus? Transcēderat omnia cacumina montium terrarū, transcēderat omnes campos aeris, trāscenderat oēs altitudines syderum, transcenderat oēs choros & legiones angelorū. Nisi .n. trāscenderet ista omnia q̄ creata sunt, non peruenirет ad eum per quē facta sunt omnia. Non potestis cogitare quid transcēderit, nisi videatis quò peruenerit. Quæris de cęlo & terra? facta sunt. Quæris de his q̄ sunt in cęlo & terra? vtique multo magis & ipsa facta sunt. Quæris de spiritalibus creaturis, de archāgelis, sedibus, dominationibus, virtutibus, principatibus & ip
sa facta sunt. Nā cum enumeraret hec omnia Psal. 32.
psalmus, cōclusit sic, Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Si dixit & facta
I sunt, per verbū facta sunt: si aūt per verbum facta sunt, non poterat Ioannis cor peruenire ad id quod ait, In principio erat verbū, & verbum erat apud Deū, & Deus erat verbū, nisi transcendisset oīa quę sunt facta per verbū. Qualis ergo iste mōs, q̄ sanctus, quam altus inter illos mōtes qui susceperūt pacē populo Dei, vt colles possent suscipere iustitiā? Videte ergo fratres, forte de istis mōtibus est Ps. 120.
Ioannes, de quibus pauloante cantauimus, Leuaui oculos meos in mōte, vnde veniet auxilium mihi. Ergo fratres mei, si vultis intelligere

telligere, leuate oculos vestros in mõtẽ istũ, ideſt erigite vos ad Euangeliſtã, erigite vos ad eius ſenſum. Sed quia montes iſti pacẽ ſuſcipiũt: non põt autẽ eſſe in pace, qui ſpẽ ponit in homine, nolite ſic erigere oculos i mõtẽ, vt putetis in hoĩe ſpẽ veſtrã eſſe collocandã, & ſic dicite, Leuaui oculos meos in mõtes, vnde veniet auxlliũ mihi, vt ſtatim ſubiũgatis, Auxiliũ meũ à domino, qui fecit cęlũ & terrã. Ergo leuemus oculos in mõtes, vnde veniet auxilium nobis: & tñ non ipſi mõtes ſunt, in quibus ſpes noſtra ponẽda eſt, Accipiunt.n. montes q̃ nobis miniſtrent. Ergo vnde & montes accipiunt, ibi ſpes noſtra ponẽda eſt. Oculos noſtros cũ leuamus ad ſcripturas, q̃a per hoĩes miniſtratæ ſunt ſcripturæ: leuamus oculos noſtros ad mõtes: vnde veniat auxiliũ nobis. Sed tñ quia ipſi hoĩes, qui ſcripſerũt ſcripturas non de ſe lucebant: ſed ille erat verũ lumen, qui illuminat oẽm hominẽ venientem in hũc mundũ. Mons erat & ille Ioannes Baptiſta, qui dixit, Non ſum ego Chriſtus, ne quiſq̃ ſpem in. monte ponens, caderet ab illo qui montes illuſtrat, & ipſe cõfeſſus ait, Qm̃ de plenitudine eius nos oẽs accepimus. Ita debes dicere, Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxiliũ mihi: ne auxilium quod tibi venit, montibus imputes: ſed ſequaris & dicas, Auxiliũ meũ à dño, qui fecit cęlũ & terrã. Ergo fratres ad hoc iſta monuerim, vt qñ erexiſtis cor ad ſcripturas, cũ ſonaret euangeliũ, In principio erat verbũ, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbũ, cętera quæ lecta ſunt, intelligatis vos leuaſſe oculos ad montes. Niſi.n. montes iſta dicerent, vnde oĩno cogitaretis nõ inueniretis. Ergo ex mõtibus venit vobis auxiliũ, vt hæc vel audiretis, ſed nondũ poteſtis intelligere quod audiſtis. Inuocate auxiliũ à dño, qui fecit cęlũ & terrã: quia mõtes ſic potuerunt loqui, vt nou poſſent ipſi illuminare. Quia & ipſi illuminati ſunt audiẽdo inde, vnde q̃ hęc dixit accepit Ioãnes ille, fratres, qui diſcumbebat ſupra pectus dñi, & d̃ pectore dñi bibebat q̃ propinaret nobis, ſed propinauit verba: intellectũ aũt inde debes capere, vnde & ipſe bibebat qui tibi propinauit, vt leues oculos tuos ad montes, vnde veniet auxiliũ, vt inde tanquã calicẽ, ideſt, verbũ propinatũ acciperes: & tñ quia auxilium tuum à dño, qui fecit cęlum & terram, inde impleres pectus, vnde impleuit ille: vnde dixiſti, Auxiliũ meũ à dño, qui fecit cęlũ & terram. Qui põt ergo fratres, impleat hoc quod dixi, leuet quiſq; cor ſuũ qũo illud videt idoneum, & capiet q̃ dicitur. Sed forte hoc dicitis, quia ego vobis ſum prę ſentior quã Deus. Abſit, Multo eſt ille præſentior: nam ego oculis veſtris appareo, ille conſcientijs præſidet. Ad me aures, ad illũ cor leuate, vt vtrunque impleatis. Ecce oculos veſtros, ſenſus iſtos corporis leuatis ad nos: nõ.n. ſumus de illis mõtibus, ſed ad ipſum Euangeliũ, ad ipſum Euangeliſtã: cor aũt implendũ ad dñm, Et vnuſquiſq; ſic leuet, vt videat quid leuet, & quo leuet, Quid dixi, quid leuet, & quo leuet? Quale cor leuet videat, quia ad Deũ leuat, ne ſarcina voluptatis carnalis prægrauẽt, ante cadat quã fuerit ſubleuatũ. Sed videt ſe quiſq; geſtare onus carnis, det operã p cõtinentiam, vt purget q̃ leuet ad Deũ. Beati.n. mundo corde, qm̃ ipſi Deũ videbũt. Nã ecce quid prodeſt, quia ſonuerunt verba, In principio erat verbũ & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ: & nos diximus verba cũ loqueremur. Nũquid tale verbũ erat apud Deũ Nonne ea q̃ diximus ſonuerunt atq; tranſierunt? Ergo & Dei verbũ ſonuit & peractum eſt? Qũo omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil? Qũo oẽ per illud regitur quod per illud creatũ eſt, ſi ſonuit & trãſijt? Quale ergo verbũ quod & dr̃, & non tranſit? Intendat charitas ueſtra, magna res eſt. Quotidie dicẽdo uerba uiluerũt nobis, quia ſonãdo verba & trãſeũdo uiluerũt, & nihil aliud uidẽtur quã uerba. Eſt uerbũ & in ipſo hoĩe quod manet intus, nã ſonus ex ore procedit. Eſt uerbũ quod vere ſpiritaliter dicitur, illud quod intelligitur de ſono, nõ ipſe ſonus, Ecce uerbũ dico, cũ dico Deus. Quã breue eſt quod dixi, quatuor literas & duas ſyllabas: nunquid nã hoc totũ eſt Deus quatuor literę & duæ ſyllabæ? An quãtũ hoc uile eſt, tñ charũ eſt q̃ in eis intelligiẽ? Quid factũ eſt in corde tuo cũ audiſſes, Deus: quid factũ eſt in corde meo cũ dicerẽ, Deus? Magna & sũma quædã ſubſtãtia cogitata eſt, quæ tranſcendit omnẽ mutabilẽ creaturã carnalẽ & animalẽ. Et ſi dicã tibi, Deus cõmutabilis eſt, an incõmutabilis? Rñdebis ſtatim, Abſit ut uel ego credam uel ſentiam commutabilem Deum: incõmutabilis ergo eſt Deus. Aĩa tua quãuis

parua, quanuis forte adhuc carnalis, non mihi potuit rñdere nisi incõmutabilẽ Deũ: oĩs
B autẽ creatura mutabilis. Qũo ergo potuisti scintillare in illud quod est ſuper oẽm creaturã, vt certus mihi rñderes incõmutabilem Deũ? Quid est ergo illud in corde tuo, qñ cogitas quandã ſubſtantiã viuã, perpetuã, omnipotentẽ, infinitã, vbiq; præſentẽ, vbiq; totã, nuſquã incluſam? Qñ iſta cogitas, hoc est verbũ de Deo in corde tuo: nunquid aũt hoc est ſonus ille, qui quatuor literis conſtat & duabus ſyllabis? Ergo quæcunq; dicuntur & tranſeunt, ſoni ſunt, ſyllabæ ſunt. Hoc verbũ tranſit, ſonat. Quod aũt ſignificauit ſonus, & in cogitante est, qui dixit, & in intelligẽte est qui audiuit manet hoc tranſeuntibus ſonis. Refer animũ ad illud verbũ, Si tu potes habere verbũ, in corde tuo, tanquã conſiliũ natũ in mente tua, vt mẽs tua pariat tibi cõſiliũ, & inſit conſiliũ quaſi proles mentis tuæ, quaſi filius cordis tui: prius. n. cor generat conſiliũ, vt aliquã fabricã cõſtruas, aliquid amplũ in terra moliaris, iam natum est conſiliũ, & opus nondũ completũ est. Vides tu, quid facturus es, ſed alius non miratur niſi cũ feceris & conſtruxeris molẽ, & fabricã illã ad exculptionẽ perfectionẽq; perduxeris. Attendunt hoĩes mirabilem fabricam, & mirantur conſiliũ fabricantis: ſtupent quod vident, & amant quod nõ vident. Quis est qui põt videre cõſiliũ, & nõ ſola facta? Si ergo ex magna aliqua fabrica laudatur humanũ conſilium: vis videre quale conſiliũ Dei est? Dñs Ieſus Chriſtus. i. verbũ Dei. Attende fabricã iſtam mundi: vide quæ ſint quę facta ſunt per verbũ, & tunc cognoſces quale ſit verbũ. Attende hæc duo mundi corpora, cęlum & terrã. Quis explicat verbis ornatũ cęli: quis explicat fęcunditatem terrę? quis digne collaudat temporũ vices? quis digne collaudat ſeminũ
C vim? Videtis quæ taceã, ne diu cõmemorando parũ dicam, forte q̃ poteſtis cogitare. Ex fabrica ergo iſta animaduertite, quale verbũ est p̃ quo facta est, & non ſola facta est. Omnia. n. iſta vidẽt, quia pertinẽt ad ſenſum corporis. Per illud verbũ & angeli facti ſunt, p̃ illud verbũ & archangeli facti ſunt, poteſtates, ſedes, dñationes, principatus. Per illud verbũ ſunt oĩa. hinc cogitate quale verbũ est. Rñdet mihi mõ, forte neſcio qs hoc verbũ cogitat? Noli ergo tibi quaſi vile aliquid facere cũ audis verbũ formare. Verba quæ audis quotidie, ille talia verba dixit, talia verba locutus é, talia verba mihi narras? aſsidue. n.
D dicendo nomina verborũ, quaſi viluerũt verba: & qñ audis, In principio erat verbum, ne vile aliquid putares quale conſueſti cogitare, cũ verba humana ſoleres audire, audi qd cogites, Deus erat verbũ. Exeat nunc neſcio quis infidelis Arriamus & dicat: Quia verbũ Dei factũ est qũo põt fieri, vt verbũ Dei factũ ſit, qñ Deus per verbũ fecit oĩa? Si & verbũ Dei ipſum factũ est, per quod aliud verbum factũ est? Si hoc dicis, quia hoc est verbũ verbi, per quod factũ est illud, ipſum dico ego vnicũ filiũ Dei. Si aũt non dicis verbũ verbi: cõcede nõ factũ per quod facta ſunt omnia. *Gen. 1.*
Non. n. per ſeipſum fieri potuit, per quod facta ſunt omnia: crede ergo Euangeliſtæ, poterat n. dicere, In principio fecit Deus verbũ: qũo dixit Moyſes, in principio fecit Deus cęlũ & terram & oĩa ſic enumerat. Dixit Deus, fiat, & factũ est. Si dixit, qs dixit? Vtiq; Deus. Et quid factũ est? Creatura aliqua. Inter dicẽtẽ Deum & factam creaturã quid est per q̃ factũ est? niſi verbũ, quia dixit Deus, Fiat, & & factũ est. Hoc verbũ incõmutabile, quãuis mutabilia per verbũ fiant, ipſum incõmutabile est. Noli ergo credere factũ, per quod facta ſunt omnia, ne nõ reficiaris per verbũ, per quod reficiuntur oĩa. Iã. n. factus es p̃ verbũ, ſed oportet te refici per verbũ. Si aũt mala fuerit fides tua de verbo, nõ potes refici p̃ verbũ: ſi tibi contigit fieri per verbũ, vt per illud factus ſis, per te defeceris: & ſi per te deFeceris, ille te reficiat qui te fecit: ſi per te deterior efficeris, ille te recreet qui te creauit. Qũo te aũtẽ recreet per verbũ, ſi male aliqd ſentias de verbo? Euangeliſta dicit, In principio erat verbum, & tu dicis, In principio factũ est verbum. Ille, Omnia per ipſum facta ſunt, dicit: & tu dicis, quia & ipſum verbũ factũ est: poterat dicere Euãgeliſta, In princi- E
pio factũ est verbũ: ſed quid ait? in principio erat verbũ. Si erat nõ est factũ, vt iſta oĩa p̃ ipſum fierent, & ſine ipſo nihil. Si ergo erat in principio verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ: ſi non potes cogitare qd ſit, differ vt creſcas. Ille cib. est, accipe lac vt nutriaris, vt ſis valid⁹ ad capiẽdũ cibũ. Sanè frẽs q̃ ſequiſ. Oĩa per ipsũ facta ſunt, & ſine ipſo factũ est nihil.) Videte ne ſic cogitetis, quia

nihil

nihil aliquid est: solent.n.multi male intelligẽtes, sine ipso factũ est nihil, putare aliquid esse nihil. Pctm̃ quidẽ nõ per ipsum factum est, & manifestũ est, quia pctm̃ nihil est, & nihil fiunt hoies cũ peccant. Et idolũ non per verbũ factũ est. Habet quidẽ formã quandã humanã, sed ipse homo per verbũ factus est: nã forma hominis in idolo, non per verbũ facta est: & scriptũ est, Scimus quia nihil est
1.Cor.8. idolũ. Ergo ista non sunt facta per verbũ: sed
G quæcunq; naturaliter facta sunt, quæcunque facta sunt in creaturis, omnia omnino q̃ fixa in cęlo sunt, quæ fulgent desuper, q̃ volitant sub cęlo, & quæ mouentur in vniuersa natura rerũ, omnis omnino creatura. Dicã planius, dicã fratres vt intelligatis, ab angelo vsque ad vermiculũ. Quid pclarius angelo in creaturis? Quid extremius uermiculo in creaturis? Per quẽ factus est angelus, per ipsum factus est & vermiculus. Sed angelus dignus est cęlo, uermiculus terra. Qui creauit, ipse disposuit. Si poneret uermiculũ in cęlo, reprehẽderes. Si uellet angelos nasci de putrescentib. carnib. reprehenderes, & tũ propẽ hoc fa
Psal.21. cit Deus, & non est reprehẽdendus. Nã oẽs
Iob. 25. hoies de carne nascentes, quid sunt nisi uermes? Et đ uermib. angelos facit. Si.n. ipse dñs dicit, Ego aũt sum uermis & non hõ: quis dubitat hoc dicere, q̃ scriptũ est & in Iob, Quãto magis homo putredo, & filius hoĩs uermis? Primo dixit, homo, & postea filius hominis uermis, qa uermis de putredine nascit: ideo homo putredo, & filius hoĩs vermis. Et ecce q̃ fieri uoluit, p̃p te, illud q̃ ī principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud Deum, & Deus erat uerbũ. Quare hoc factũ est p̃p te, nisi ut fugeres qui mãducare nõ poteras? Oĩ-
Sapiẽ.11 no ergo fratres sic accipite. Oĩa per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ ẽ nihil. Vniuersa.n. creatura per ipsũ facta est maior, minor: per
H ipsum facta sunt supera, infera: spiritalis, corporalis, per ipsum facta sunt. Nulla.n. forma, nulla cõpages, nulla concordia partiũ, nulla qualiscũq; substantia, q̃ põt habere pondus, numerũ & mensurã, nisi per illud uerbũ, & ab illo uerbo creatore, cui dictũ est, Oĩa in mẽsura & numero & põdere disposuisti. Nemo ergo uos fratres fallat, qñ forte tędiũ patimini a muscis. Etenim aliq derisi, a diabolo decepti sunt, & a musca capti sunt. Solent.n. aucupes ponere in muscipula muscas, ut esu riẽtes aues decipiãt: sic & isti ad muscas a diabolo decepti sunt. Nã nescio qs tędiũ patiebaĩ a muscis, inuenit illũ Manichęus tędio affectũ, & cũ diceret se nõ posse pati muscas, & odisse uehemẽter illas, statim ille, Quis fecit has, inquit? Et qa tędio affectus est, & qa oderat illas, nõ ausus est dicere, Deus illas fecit: erat aũt catholicus. Ille statim subiecit, Si De⁹ illas nõ fecit, qs illas fecit? Planè ait ille, Ego credo qa diabol⁹ fecit muscas. Et ille statim, Si muscas diabolus fecit, sicut te uideo I
cõfiteri, qa prudẽter intelligis, apẽ qs fecit, q̃ paulo amplior est musca? Nõ ausus ille est dicere, qa Deus fecit apẽ, & muscã nõ fecit, qa res erat pxima. Ab ape duxit ad locustã, a locusta ad lacertã, a lacerta ad auẽ, ab aue duxit ad pecus, inde ad bouẽ, inde ad elephãtẽ, postremo ad hominẽ, & persuasit hoĩ, qa nõ a Deo factus est hõ. Ita ille miser cũ tędiũ passus est a muscis, musca factus est, quẽ diabolus possideret. Beelzebub qppe interpretatũ dr̃ Princeps muscarũ: de quib. scriptum est. Muscæ morientes exterminant oleũ suauitatis. Quid igit̃ fratres, quare ista dixi? Claudite Eccl. 10.
aures cordis uestri aduersus dolos inimici, intelligite, qa Deus fecit oĩa, & ī suis gradib. collocauit. Quare aũt patimur multa mala a creatura q̃ fecit De⁹, nisi qa offendim⁹ Deũ? Nũquid hæc angeli patiunt̃? Fortasis & nos in illa uita, ista non timebimus. De pęna tua pctm̃ tuũ accusa, nõ iudicẽ. Nã pp superbiã instituit Deus istã creaturã minimã & abiectissimã, ut ipsa nos torqueret: ut cũ superbus fuerit hõ, & se iactauerit aduersus Deũ: & cũ sit mortalis, mortalẽ terruerit: & cũ hõ sit, proximũ hominẽ non agnouerit: cum se erexerit, pulicib. subdatur. Quid est q̃ te inflas humana superbia? Homo tibi dixit conuiciũ, & tumuisti, & iratus es: pulicib. resiste K
ut dormias. Cognosce qui sis. nã ut noueritis fratres, p̃p superbiã nostrã domandã creata ista, q̃ molesta nobis essent: populũ Pharaonis superbũ potuit Deus domare de vrsis, de leonib. de serpentib. muscas & ranas illis immisit, ut reb. uilissimis supbia domaret. Oĩa ergo per ipsũ fratres, oĩa oĩno per ipsũ facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Sed qũo per ipsũ facta sunt oĩa? Quod factũ est, in ipso uita est.) Potest ẽt sic dici, Quod factum est in illo, uita est, Ergo totũ uita est, si sic pronunciauerimus. Quid enim non in illo factũ est?

Ipse est enim sapientia Dei, & dicitur in Psal
mo, Omnia in sapientia fecisti. Si ergo Chri
Ps. 103. stus est sapiẽtia Dei, & Psalmus dicit, omnia
in sapientia fecisti, omnia sicut per illum fa
cta, ita in illo facta sunt. Si ergo omnia in il
lo fratres charissimi, & ꝙ in illo factũ est, in
illo vita est, ergo & terra vita est, ergo & li
gnum vita est. Dicimus quidem lignum vitę,
sed secundum intellectum lignum crucis, vn
de accepimus vitam: ergo & lapis vita est. In
honestum est sic intelligere, ne rursum nobis
L subrepat eadem sordissima secta Manichęo
rum, & dicat: quia habet vitam lapis, & ha
bet animam paries, & resticula habet animã,
& lana & vestis. Solent. n. delirantes dicere,
& cum reprehẽsi fuerint & repulsi, quasi de
scripturis proferunt dicentes, Vt quid dictũ
est, Quod factum est, in ipso vita est? Si enim
omnia in ipso facta sunt, omnia vita sunt. Nõ
te abducat sic, Quod factum est, hic subdi
stingue, & deinde infer, in illo vita est. Quid
est hoc? Facta est terra, sed ipsa terra quæ fa
cta est, non est vita. Est autem in ipsa sapien
tia spiritaliter ratio quædam, qua terra facta
est, hæc vita est. Ergo quod factum est, in il
lo vita est. Qũo possum, dicam charitati ve
stræ. Faber facit arcam. Primo in arte habet
arcam: si. n. in arte arcam non haberet, non es
set vnde fabricando aliam proferret. Sed ar
ca sic est in arte, vt non ipsa arca sit quæ vide
tur oculis. In arte inuisibiliter est, in opere vi
sibiliter erit. Ecce facta est in opere, nunquid
destitit esse in arte? Et illa in opere facta est,
& in illa manet quæ in arte est: nam potest il
la arca putrescere, & iterum ex illa quæ in ar
te est alia fabricari. Attendite ergo arcam in
arte, & arcam in opere. Arca in opere nõ est
vita, arca in arte vita est: quia viuit anima ar
tificis, vbi sunt ista omnia antequam profe
rantur. Sic ergo fratres charissimi, quia sapiẽ
M tia Dei, per quam facta sunt omnia, secundũ
artem continet omnia antequã fabricet om
nia. Hic quæ fiunt per ipsam artem non con
tinuo vita sunt: sed quicquid factum est, vita
in illo est. Terram vides, est in arte terra. Cę
lum vides, est in arte cœlum. Solem & Lunã
vides, sunt & ista in arte: sed foris corpora
sunt, in arte vita sunt. Videte si quo modo po
testis, magna enim res dicta est, & si nõ a me
magno, aut non per me magnum, tñ à ma
gno. Non. n. à me paruulo dicta sunt hæc: sed
ille non est paruulus ad quem respicio, vt di
cam, Capiat quisque ꝙ potest, inquantum
potest: & qui non potest, nutriat cor vt pos
sit. Vnde nutriat? De lacte nutriat, vt ad cibũ
perueniat, à Christo per carnem nato non re
cedat, donec perueniat ad Christum ab vno
patre natum, verbum Deum apud Deũ, per
ꝙ facta sunt omnia: quia illa vita est quæ in il
lo est lux hominum: hoc enim sequitur.
Et vita erat lux hominum.) Et ex ipsa vita ho
mines illuminantur. Pecora non illuminan- A
tur, quia pecora non habent rationales men
tes, quæ possint videre sapientiã. Homo aũt
factus ad imaginem Dei, habet rationalẽ mẽ
tem, per quam possit percipere sapientiam.
Ergo illa vita, per quam facta sunt omnia, ip
sa vita lux est, & non quorumcunque anima
lium, sed lux hominũ: vnde paulo post dicit,
Erat lumen verum, ꝙ illuminat omnem ho
minem venientem in hunc mũdum. Ab illo
lumine illuminatus est Ioannes Baptista: ab
illo & ipse Ioannes Euangelista: ex ipso lu
mine plenus erat qui dixit, Non sũ ego Chri
stus, sed qui post me venit, cuius non sum di
gnus corrigiã calceamenti soluere. Ab illo
lumine illuminatus erat qui dixit, In princi
pio erat verbũ, & verbũ erat apud Deum, &
Deus erat verbũ: ergo illa vita lux est homi
nũ. Sed fortè stulta corda adhuc capere istã
lucem non valent, quia peccatis suis aggra
uantur, vt eã videre nõ possint: non ideo co
gitent, quasi absentẽ esse lucem, quia eã vide
re non possunt: ipsi. n. propter peccata tene
bræ sunt. Et lux in tenebris lucet, & tenebræ
eam nõ cõprehenderunt.) Ergo fratres, qũo
homo positus in Sole cęcus, præsens est illi
Sol, sed ipse soli absens est: sic omnis stultus,
omnis iniquus: sic omnis impius, cęcus est in
corde. Præsens est illi sapientia, sed cũ cœco B
præsens est, oculis eius absens est: nõ quia ip
sa illi absens est: sed quia ipse ab illa absens
est. Quid ergo faciat iste? mundet vnde possit
videri Deus: qũo? Si propterea videre nõ pos
sit, quia sordidos & saucios oculos haberet,
irruẽte puluere aut pituita vel fumo, diceret
illi medicus. Purga de oculo tuo qcquid ma
li est, vt possis videre lucẽ oculorũ tuorũ. Pul
uis, pituita, fumus, peccata & iniquitates sũt.
Tolle inde ista oĩa, & uidebis sapientiã q̃ p- Matt. 5.
sens est, quia Deus est ipsa sapientia. Et dictũ
est, Beati mũdo corde, qm̃ ipsi Deũ uidebũt.

De

De eo quod scriptum est, Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes: usq; ad id ꝙ ait, Plenũ gratiæ & veritatis. Tract. II.

BOnum est fratres charissimi, ut textum diuinarũ scripturarum, & maxime sancti Euangelij, nullũ locũ prætermittẽtes pertractemus ut possumus: & pro nostra capacitate pascamur, & ministremus uobis unde & nos pascimur. Capitulum primum præterito die dñico tractatũ esse meminimus, ideſt, In principio erat uerbũ, & uerbum erat apud
C Deum, & Deus erat uerbũ, hoc erat in principio apud Deũ, Omnia per ipsum facta sũt, & sine ipso factũ est nihil, ꝙ factum est in illo, uita erat & uita lux hominũ, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cõprehenderunt: hucusq; tractatũ esse credo. Recordamini omnes qui affuistis: & qui nõ affuistis, credite nobis & his qui adesse uoluerũt. Nũc ergo quia non possumus semper omnia replicare propter eos qui hoc uolunt audire ꝙ sequitur, & oneri est illis, si repetantur priora cũ defraudatione posteriorum, dignentur & qui non aderant nõ præterita exigere, sed cũ his qui aderant & nunc audire præsentia. Sequitur, Fuit homo missus a Deo, cui nomẽ erat Ioãnes. Etenim ea q̃ dicta sunt superius, fratres charissimi, de diuinitate Christi dicta sunt ineffabili, & prope ineffabiliter. Quis.n. capiat, In principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud Deũ, & Deus erat uerbũ? Et ne uilescat tibi nomen uerbi per consuetudinẽ quotidianorũ uerborũ, & Deus erat uerbũ. Hoc uerbũ id ipsum est, unde hesterno die multũ locuti sumus, & præstiterit dñs ut uel tanta loquendo aliquid ad corda uestra perduxerimus. In principio erat uerbũ id ipsum est, eodem modo est sicut est, semper sic est, mutari non potest, hoc est, Deus est. Quod nomen
D suũ dixit famulo suo Moysi, Ego sum qui sũ,
exo. 3. & qui est misit me. Quis ergo hoc capiet? cũ uideatis omnia mortalia mutabilia, cũ uideatis non solũ corpora uariari per qualitates, nascendo, deficiẽdo, moriendo: sed ẽt ipsas animas per affectũ diuersarũ uoluntatũ distẽdi atq; discindi: cũ uideatis hoĩes & percipere posse sapientiã, si se illius luci & calori admouerint: & amittere posse sapientiã, si inde malo affectu recesserit. Cũ uideatis ergo ista oĩa esse mutabilia, quid est ꝙ est, nisi ꝙ transcendit omnia quæ sic sunt ut non sint? Quis ergo hoc capiat, aut quis qũocunq; intenderit uires mentis suæ, ut attingat qũo potest ad id ꝙ est, ut cũ ad id quodcunq; mente attigerit, possit peruenire? Sic est.n. tanquã uideat quisq; de longinquo patriã & mare interiaceat, uidet quo eat, sed non habet qua eat, sic ad illã stabilitatẽ nostrã ubi ꝙ est, est, ꝙ hoc solũ semper sic est ut est, uolumus peruenire interiacet mare huius seculi qua imus, & si iã uidemus quo imus: nã multi nec quo eãt uident. Vt ergo esset & qua iremus, uenit in- E
de ad quẽ ire uolebamus. Et quid fecit? Instituit lignũ quo mare trãseamus. Nemo.n. põt transire mare huius seculi, nisi cruce Christi portatus. Hanc crucẽ aliq̃n cõplectitur & infirmus oculus, & quia non uidet longe quo eat, non ab illa recedat, & ipsa illum perducet. Itaq; fratres mei, hoc insinuauerim cordib. uestris, si uultis pie & christiane uiuere, adhærete Christo secundũ id ꝙ pro nobis factus est, ut perueniatis ad eũ secũdũ id ꝙ est, & secundũ id ꝙ erat. Accessit, ut pro nobis hoc fieret: quia hoc pro nobis factus est ubi portentur infirmi, & mare huius seculi trãseant, & perueniãt ad patriã, ubi iã naui non opus erit, quia nullũ mare transibitur. Melius est ergo nõ uidere mẽte id ꝙ est, & tñ a Christi cruce non recedere, q̃ uidere illud mẽte, & crucẽ Christi contẽnere. Bonum est super hoc & optimũ, si fieri potest, ut & uideatur quo eundũ sit, & teneatur quo portetur qui pergit. Hoc potuerũt mẽtes magnæ montiũ, qui montes dicti sunt, quos maxime illustrat lumen iustitiæ, potuerũt & uiderunt illud ꝙ est: nã uidens Ioannes dicebat, In principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud Deũ, & Deus erat uerbũ. Viderunt hoc, & ut peruenirẽt ad id ꝙ uidebant de longe, a cruce Christi non recesserũt, & humilitatẽ Christi non contem
F pserunt. Paruuli ergo qui hoc nõ pñt intelligere, nõ recedẽtes a cruce & a passione & a resurrectione Christi, in ipsa naui perducunt ad id ꝙ nõ uident, in qua naui perueniunt & illi qui uident. At uero quidã philosophi huius mundi extiterunt, & inquisierũt creatorẽ per creaturã, quia põt inueniri per creaturã, euidẽter dicente Apostolo, Inuisibilia.n eius Rom. 1.
a cõstitutione mũdi, per ea q̃ facta sunt intellecta cõspiciunt, sempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas, ut sint inexcusabiles. Et sequi

tur,

tur, Quia cũ cognouissent Deũ, nõ dixit, qa rõ cognouerunt Deũ: sed quia cũ cognouissent Deũ, non sicut Deũ glorificauerunt, aut gratias egerũt, sed euanuerũt in cogitationib. suis, & obscuratũ est insipiẽs cor eorũ. Et vnde obscuratũ est? Sequit & dicit apertius, Dicẽtes.n. se esse sapientes, stulti facti sunt: videlicet.n. quo veniendũ esset, sed ingrati ei q illis pstitit q viderũt, sibi voluerunt tribuere q viderũt, & facti superbi amiserũt q videbãt, & G cõuersi sũt inde ad idola & simulachra & culturas dęmonũ, adorare creaturã, & contẽnere creatorẽ: sed iã isti elisi ista fecerũt. Vt aũt eliderentur superbi erant: cũ aũt superbirent sapientes se esse dixerunt. Hi ergo de quibus dixit, Qui cũ cognouissent Deum, non sicut Deũ glorificauerũt, viderũt hoc q dicit Ioãnes, quia per verbũ Dei facta sunt oĩa. Nam inueniuntur ista & in libris philosophorũ, Et quia vnigenitũ filiũ habet Deus, per quem facta sunt oĩa, illud potuerũt videre q est, sed viderũt de longe: noluerũt tenere humilitatẽ Christi, in qua naui securi peruenirent ad id q longe videre potuerũt, & sorduit eis crux Christi. Mare transeundũ est, & lignũ contẽnis? O sapientia superba, irridens crucifixum Christũ, ipse est, quẽ longe vidisti. In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum. Sed quare crucifixus est? Quia lignũ tibi humilitatis eius necessarium erat: Superbia.n. tumueras, & longe ab illa patria proiectus eras, & fluctib. huius seculi interrupta est via, & qua transeatur ad patriã,
Mat. 14. nõ est nisi ligno porteris. Ingrate, irrides eũ qui ad te venit vt redeas: Ipse factus est via, & hoc p mare. Inde in mari ambulauit, vt ostenderet in mari esse viã. Sed tu qui qũo ipse ambulare in mari nõ potes, naui portare, ligno portare: crede in crucifixũ, & poteris peruenire. Propterea crucifixus est, vt humilitatem
H doceret, & qa si sic veniret vt Deus nõ agnoscereẽ. Si.n. sic veniret vt Deus, nõ veniret eis qui videre Deũ nõ poterant. Non.n. secundũ id q Deus est, aut venit aut discedit, cum sit vbiq; psens, & nullo loco contineaẽ. Sed secũdũ quid venit? Quod apparuit hõ. Quia sic erat hõ vt lateret in illo Deus, missus est ante illũ magnus hõ, per cuius testimoniũ inueniret plus quam hõ. Et quis est hic? Fuit hõ. Et qũo posset iste verũ de Deo dicere, nisi missus à Deo? Quid vocabatur? Ioannes. Cui nomen erat Ioãnes. ℣ Quare venit? Hic in testimoniũ, vt testimoniũ perhiberet de lumine, vt oẽs crederent per illũ.) Qualis iste qui testimoniũ perhiberet de lumine? Magnũ aliqd iste Ioannes, ingẽs meritũ, magna celsitudo. Mirare, plane mirare, sed tãquã montẽ: Mõs aũt in tenebris est, nisi luce vestiatur: Ergo tũ mirare Ioannẽ, vt audias quid sequatur: Non erat ille lumen: ℣ Ne cũ montẽ putes lumẽ esse, naufragiũ in monte facias, nõ solatiũ in- I
uenias. Sed quid debes mirari? Montẽ tanquã montẽ. Erige aũt te ad illũ qui illuminat mõtes, quia ad hoc erectus est, vt priorradios excipiat, & oculis tuis saucijs nunciet. Ergo nõ erat ille lumen: Quare igitur venit? Sed vt testimoniũ perhiberet de lumine. ℣ Vt qd hoc? Vt oẽs crederent per illũ. ℣ Et de quo lumine testimoniũ perhiberet? Erat lux vera.) Quare additum est, vera? Quia & hõ illuminatus dr lux, sed vera lux illa est quæ illuminat. Nã & oculi nostri dñr lumina, & tñ nisi aut per noctẽ lucerna accendatur aut per diẽ Sol exeat, lumina ista sine causa patent. Sic ergo & Ioãnes erat lux, sed nõ vera lux, quia per eũ non illuminanẽ tenebræ, sed illuminatione factus est lux: nisi.n. illuminareẽ, tenebræ erat, sicut
Ephes. 5. oẽs impij, quib. iã credẽtib. dixit Apostolus, Fuistis.n. aliqñ tenebræ. Modo aũt quia crediderant, quid? Nunc aũt lux, inquit, in dño. Nisi adderet in dño, nõ intelligeremus. Lux, inquit, in dño, tenebræ non in dño eratis. Fuistis.n. aliqñ tenebræ: ibi.n. nõ addidit, in dño: Ergo tenebræ in vobis, lux in dño. Sic & ille non erat lux, sed vt testimoniũ perhiberet de lumine. Vbi aũt est ipsa lux? Erat lux vera, q illuminat omnem hominẽ venientẽ in hunc mundum.) Si omnem hominem venientẽ, & ipsum Ioannẽ: Ipse ergo illuminabat, a quo se demonstrari volebat. Intelligat charitas vestra: Veniebat ad mentes infirmas, ad corda K
saucia, ad faciem animæ lippiẽtis. Ad hoc venerat, vnde posset anima videre q perfecte est: qũo plerũq; contingit, vt in aliquo corpore radiato cognoscatur ortus esse Sol quẽ oculis videre non possumus: quia & qui saucios habẽt oculos, idonei sunt videre parietem illuminatũ & illustratũ a Sole, vel montẽ vel arborẽ, aut aliqd hmõi idonei sunt videre, & in alio illustrato demõstratur illis ortus, cui vidẽdo adhuc minus idoneã aciẽ gerunt. Sic ergo illi mõtes, ad quos Chrs venerat

gat minus idonei erãt eũ videre: radiauit Ioannẽ, & per illũ cõfitentẽ se radiatũ, ac se illuminatũ esse,nõ qui nõ radiaret, & illumi-
M naret,cognitus est ille qui illuminat, cognit⁹ est ille q illustrat, cognitus est qui implet, Et quis est?Qui illuminat,inquit, oẽm hominẽ venientẽ in hũc mundũ : nã si illinc nõ recedetet,nõ esset illumināndus. Sed iõ hic illumi nãdus qa illinc recesit,vbi hõ semp poterat esse illuminatus.Quid ergo si venit huc, vbi erat? In hoc mũdo erat.) Hic erat & huc venit.Hic erat p diuinitatẽ,& huc venit percarnẽ:quia cũ hic esset p diuinitatẽ,à stultis cęcis & iniqs videri nõ poterat. Ipsi iniqui tenebræ sunt, de quibus dictũ est. Et lux lucet ĩ tenebris, & tenebræ eũ nõ cõprehenderunt. Ecce hic est & mõ,& hic erat, & semper hic est,& nunq recedit,& nusquã recedit.Opus est vt habeas vnde videas q tibi nũquã recedit.Opus est vt tu nõ recedas ab eo q nusquã recedit.Opus est vt nõ deseras. & nõ desereris.Noli cadere,& nõ tibi occidet.Si tu feceris casum,ille tibi facit occasũ: Si aũt tu stas, præsens est tibi.Sed nõ stetisti,recordare vnde cecideris:vnde te deiecit qui prior te ceci dit.Deiecit.n.te,nõ vi,nõ impulsu,sed volũtate tua.Si.n.malo nõ cõsentires, stares,illuminatus maneres. Mõ aũt qa iã cecidisti, & factus ẽ saucius in corde,vnde videri illa lux no pt,venit ad te talis,qualẽ possis videre & talẽ se hoiem pbuit,vtab hoie qreret testimoniũ. Ab homine quærit testimoniũ Deus, & Deus testẽ habet hominẽ.Habet Deus testem hominẽ,sed pp hoiem;Tã infirmi sumus,vt per lucernã qramus diẽ,quia lucerna dictus est ipse Ioanes dño dicente.Ille erat lucerna ardens & lucens , & vos voluisti exultare ad
Ioan.5. horã in lumine eius , Ego aũt habeo testimoniũ maius Ioanne.Ergo ostendit quia pp homines voluit per lucernã demõstrari ad fidẽ
A credentiũ,vt per ipsam lucernã inimici eius
Mat.21. confunderentur. Illi.n.inimici qui illũ tenta
Mar.13 bant & dicebant, Dic nobis in qua potestate
Luc.12. ista facis? Interrogabo vos & ego, inquit,vnum sermonẽ,dicite mihi:Baptismus Ioãnis vnde est , de cęlo an ab hominib. Et turbati sunt,& dixerunt apud semetipsos:Si dixerimus de cęlo, dicturus est nobis. Quare ergo nõ credidistis illi? Quia ille Christo perhibuerat testimoniũ & dixerat,Nõ sũ ego Chri
Ioan.1. stus,sed ille.Si aũt ex hoib.dixerimus esse,timemus populũ ne lapidet nos, qa tanquã pphetã habebant Ioannẽ.Timentes lapidatione, sed plus timẽtes veritatis confessionẽ,rñ derunt mẽdacium veritati,& mentita est iniquitas sibi. Dixerunt.n.Nescimus . Et dñs qa B ipsi cõtra se clauserãt,negando se scire q p no uerãt, nec ipse illis aperuit, quia non pulsauerũt. Dictũ est.n.Pulsate,& aperiet vobis. Nõ solũ aũt illi,nõ pulsauerunt vt aperiretur *Psal.26.* sed negãdo ostium ipsum cõtra se astrinxerũt; Et ait eis dñs:Nec ego dico uobis,in qua *Mat.7.* potestate ista facio.Et confusi sunt per Ioannẽ,impletũq; ĩ illis est,Paraui lucernã Christo meo,inimicos eius induã confusione. In mũdo erat,Et mundus per ipsum factus est,) Ne putes quia sic erat in mũdo qũo in mundo est terra,in mũdo est cęlum, in mũdo est *Ps.131.* Sol & Luna stellę,in mũdo arbores,pecora, hoies.Nõ sic iste in mũdo erat.Sed qũo erat? Qũo artifex,regẽs q fecit:Nõ.n.sic fecit qũo facit faber arcã. Forinsecus est arca quã fecit & illa in alio loco posita est cũ fabricatur,& quamuis iuxta sit,ipse alio loco sedet qui fabricat & extrinsecus est ad illud q fabricat: Deus aũt mũdo infusus fabricat vbiq; positus,fabricat,& nõ recedit aliquò, nõ extrinsecus quasi versat molẽ quã fabricat: Præsentia maiestatis facit q facit , præsentia sua gubernat q fecit.Si ergo erat in mundo,qũo p eũ mundus factus est? Per ipsum.n.mundus factus est,& mundus eũ nõ cognouit. Quid est,mundus factus est per ipsum? Cęlũ & terra,mare & oĩa quę in eis sunt,mundus dicit. Iterũ alia significatione , dilectores mundi mundus dicuntur.Mundus per ipsum factus est.Et mundus eũ non cognouit.) Nũ.n.cęli nõ cognouerũt creatorẽ suum,aut angeli nõ cognouerunt creatorẽ suũ,aut nõ cognouerunt creatorẽ suũ sydera, quẽ cõfitentur dęmonia? Oĩa undiq; testimoniũ perhibuerũt. Sed qui eũ nõ cognouerunt? Qui amando C mundum dicti sunt mundus. Amando.n.habitamus corde. Amãdo autem hoc appellari meruerũt,q p ille vbi habitabãt,qũo dicimus, male est illa domus,aut bona est illa domus. Nõ in illa quam dicimus malã parietes accusamus,aut in illa quã dicimus bonã parietes laudamus, sed malã domum:inhabitãtes malos:& bonã domũ,inhabitãtes bonos.Sic & mundũ,q habitãt amãdo mundũ:q sunt qui diligunt mundum : Ipsi.n.corde habitant in

mundo:

mundo: Nam qui non diligunt mundũ, carne versantur in mundo, sed corde inhabitãt
Phil. 3. cęlũ, sicut Apostolus dicit, Nostra aũt cõuersatio in cęlis est. Ergo mũdus p eũ factus est, & mũdus eũ nõ cognouit. In sua propria venit:) qa oĩa ista per eũ facta sunt, Et sui eum nõ receperũt,) Qui sunt sui? Homines quos fecit. Iudæi quos primitus fecit sup oẽs gẽtes
D esse qa aliæ gẽtes idola adorabãt, & dęmonibus seruiebãt. Ille aũt populus natus erat de semine Abrahæ, & ipsi maxime sui qa & per carnẽ q̃ suscipere dignatus ẽ cognati. In sua ppria venit, & sui eũ nõ receperũt. Omnino nullus recepit? Nullus ergo saluus factus est? Nemo ergo saluus fiet, nisi q Christũ susceperit veniẽtẽ. Sed addidit, Quotquot aũt receperũt eũ.) Quis eis præstitit? Magnã beneuolẽtiã magnã misericordiã. Vnicus natus est, & noluit manere vnus. Multi hoĩes cũ filios nõ habuerint, peracta ætate adoptant sibi, & volũtate faciunt q̃ natura nõ potuerũt: hoc faciunt hoĩes. Si aũt aliquis habeat filiũ vnicũ, gaudeat de illo magis, quia solus oĩa possessurus est, & nõ habebit qui cũ eo diuidat hęreditatem, vt pauperior remaneat. Nõ sic Deus, vnicũ eundẽ ipsum quẽ genuerat, & p quẽ cũcta creauerat, misit in hunc mundũ, vt nõ esset vnicus, sed fratres haberet adoptatos. Nõ. n. nos nati sumus de Deo qũo ille vnigenitus sed adoptati per gratiã ipsius. Ille enim venit vnigenitus vt solueret peccata, qbus peccatis implicamur ne adoptaret nos, p̃p impedimentũ eorũ, quos sibi fratres facere volebat, ipse soluit & fecit cohęredes.
Rom. 8. Sic enim dicit Apostolus, Si aũt filij & hęredes per Deũ & iterũ, Hęredes quidẽ Dei, cohęredes autẽ Christi. Non timuit ille habere
Psal. 2. cohęredes: quia hęreditas eius nõ fit angusta si multi eã possederint, Illi ipsi certè illo ipso possidẽte fiunt hæreditas ipsius, & ille vicissim fit hæreditas ipsorũ. Audi qũo ipsi fiãt hęreditas ipsius, Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula à me, &
E da bo tibi gentes hęreditatẽ tuã, & possessionẽ tuã terminos terrę. Ille qũo fit hæreditas eo-
Psal. 15. rũ? Dicit in psalmo, Dominus pars hęreditatis meæ & calicis mei. Et nos illũ possideamus, & ipse nos possideat. Ille nos possideat sicut dñs: Nos illũ possideamus sicut salutẽ, nos eũ possideamus sicut lucẽ. Quid ergo dedit his qui receperũt illũ? Dedit eis potestatẽ filios Dei fieti, his qui credunt in noĩe eius.) vt teneant lignũ & mare transeant. Et qũo illi nascuntur? Isti quia filij Dei fiunt & fratres Christi, vtiq; nascuntur: Nã si non nascuntur filij qũo esse possunt? Sed filij hominũ nascũtur ex carne & sanguine, & ex voluntate viri & cõplexu coniugij. Illi autẽ qũo ei nascuntur? Qui nõ ex sanguinibus, ꝯ tanquã maris & & fęminę. Sanguines nõ est latinum, sed quia F
Græce positũ est pluraliter, maluit ille qui interpretabatur sic ponere, & quasi minus latine loqui secundũ Grammaticos, & tñ explicare veritatẽ secũdum auditũ verbũ. ꝯ Si. n. di [aliæ, in firmoriũ.
ceret ex sanguine, singulari numero, nõ expli caret quod volebat, Ex sanguinibus. n. hoĩes nascũtur maris & fęminæ. Dicamus ergo, nõ timeamus serulas Grãmaticoru, dũ tamẽ ad veritatẽ solidam & certiorem perueniamus. Reprehendit qui intelligit, ingratus qa intelexit: Non ex sanguinibus, neq; ex voluntate Gene. 2.
carnis neq; ex voluntate viri.) Carnẽ pro fęmina posuit, quia de costa cũ facta esset, Adã Ephe. 5.
dixit, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea Et Apostolus ait, Qui diligit vxorẽ suã, seipsum diligit: nemo. n. vnquam carnẽ suã odio habet. Ponitur ergo caro pro vxore qũo & aliqñ spiritus pro marito: Quare? Quia ille regit, hæc regitur: ille imperare debet ista seruire: nã vbi caro imperat: & spiritus seruit, peruersa domus est. Quid peius domo, vbi fęmina habet imperiũ sũper virũ? Recta aũt domus vbi vir imperat, fęmina obtẽperat. Rectus ergo ipse homo vbi spiritus imperat, caro seruit. Hi ergo nõ ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. ꝯ Vt aũt homines nascerentur ex Deo, primo ex ipsis natus est Deus. Xps. n. Deus, & Christus natus ex hominib. non quæsiuit qui dẽ nisi matrẽ in terra, quia iam patrẽ habebat in cęlo natus ex Deo p quẽ efficeremur, natus ex fęmina p quẽ reficeremur. Noli ergo mirari ò hõ, quia efficeris filius per gratiam, qa nascereris ex Deo scd̃m verbũ eius. Prius G
ipsum verbũ voluit nasci ex hoĩe, vt tu secũ nascereris ex Deo, & diceret tibi: Nõ sine causa Deus nasci ex homine voluit, nisi quia alicuius momẽti me existimauit, vt ĩmortalẽ me faceret, pro me & mortaliter nascereꝛ. Iõ cũ dixisset, ex Deo nati sunt, quasi nemireremur & exhoreremus tãtã grã, vt nobis incredibile videreꝛ, qa hoĩes ex Deo natisũt, quasi

secu-

ſecurum te faciens, ait, Et verbū caro factum eſt, & habitauit in nobis. ℣ Quid ergo miraris, quia hoīes ex deo naſcunt? Attēde ipſum Deū natū ex hominibus Et verbū caro factū eſt, & habitauit in nobis: quia vero verbū caro factū eſt, & habitauit in nobis ipſa natiui tate collyriū fecit, vnde tergerent oculi cordis nſri, vt poſsimus videre maieſtatē eius p eius humilitatē. Ideo factū eſt verbū caro, & habitauit in nobis: ſanauit oculos nros. Et qd ſequtur? Et vidimus gloriā eius. ℣ Gloriā eius nemo poterat videre, niſi carnis humilitate ſanaret, vñ nō poteramus videre. Intēdat ergo charitas vra, & videte quod dico. Irruerat hoī quaſi pluui' in oculū, irruerat terra, ſauI ciauerat oculū, videre nō poterat lucē. Oculus iſte ſauciatus inūgit: terra ſauciatus erat, & terra illuc mittitur vt ſanet. Oīa. n. collyria & medicaméta nihil sūt, niſi de terra. De puluere cæcatus es, de puluere ſanaris ergo caro te cęcauerat, caro te ſanat. Carnalis. n. aīa facta erat cōſentiēdo affectibus carnalib. inde fuerat oculus cordis cęcatus: Verbū caro factū eſt. Medicus iſte tibi fecit collyriū. Et qm̄ ſic venit vt de carne vitia carnis extingueret, & de morte occideret mortē: ió factū eſt in te, vt qm̄ verbum caro factū eſt, tu poſsis dicere, Et vidimus gloriā eius. Qualē gloriā? Qualis factus eſt filius hoīs. Illa humilitas ipſius eſt, nō gloria ipſius. Sed ad qđ ꝓducta eſt acies hoīs curata p carnē? Vidim' inqt, gloriā eius gloriā quaſi vnigeniti a patre, plenū gr̄ę & veritatis.) De gr̄a & veritate alio loco vberius in ipſo Euang. ſi dñs dignat' fuerit donare, tractabim'. Hęc nūc ſufficiāt, ædificamini ī dño Ieſu Chro, & cōfortāini ī fide, & vigilate in bonis opib', & a ligno nolite recedre, pqđ poſitis mare trāſire.

K Ab eo quod ſcriptū eſt, Ioannes teſtimoniū perhibet de ipſo: vſq; ad id quod ait, Lex p Moyſen data eſt, gratia & veritas p Ieſū Chriſtum facta eſt. Tractatus. III.

GRatiam & veritatē, Dei, qua plenus ſanctis apparuit vnigenitus filius dñs & ſaluator nr̄ Ieſus Chriſtus, diſtinguendā a veteri teſtō, qm̄ res eſt noui teſtamēti, ſuſcepim' in noīe dñi, & veſtrę charitati promiſsimus. Adeſtote ergo intēti, vt & q̄tū capio, donet deus, & q̄tum capitis, audiatis: reliquū. n. erit ut ſi ſemen qđ ſpargit in cordibus vr̄is, non abſtulerint aues nec ſpinę ꝓfocauerint, nec æſtus exuſſerit, accedēte pluuia hortationum quotidianarū, & cogitationibus uſris bonis q̄bus hoc agit, in corde, qđ agitur in agro raſtris, ut gleba frāgat, & ſemē operiat, & germinare poſsit, ut afferat fructū ad quem gaudeat & lætet agricola. Si aūt ꝓ ſemine bono & pro pluuia bona, nō fructū, ſed ſpinas attulerimus, nec ſemē accuſabit, nec pluuia erit in crimine, ſed ſpinis ignis debitus ꝓparabit. Hoīes ſumus, qđ puto nō diu eſſe ſuadēdum charitati uſre, Chriſtiani, & ſi Chriſtiāi, utiq; L ipſo noīe ad Chr̄m ꝓtinens. Huius ſignū in *Matt. 2.* frōte geſtamus: de quo non erubeſcimus, ſi & ī corde geſtamus. Signū eius eſt humilitas eius. Per ſtellā eū Magi cognouerūt, & erat hoc ſignū de dño datū cęleſte atq; ꝓclarū, Noluit ſtellā eſſe in fronte fideliū ſignū ſuū, ſed crucē ſuā: unde humiliatus, inde glorificatus ē. Inde erexit humiles, quo humiliatus ipſe deſcēdit. Pertinemus ergo ad Euang. ꝓtinemus ad nouū teſtm̄ Lex p Moyſen data eſt gr̄a aūt & ueritas p Ieſum Chr̄m facta eſt. Interrogamus Apoſtolū, & dicit nobis, Qm̄ nō ſumus ſub lege, ſed ſub gr̄a, Miſit ergo filiū *Rom. 6* ſuū factū ex muliere, factū ſub lege, ut eos q̄ ſub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorū reciperemus. Ecce ad hoc uenit Chr̄s, ut eos q̄ ſub lege erāt redimeret, ut iā nō ſimus ſub lege, ſed ſub gr̄a. Quis ergo dedit legē? Ille dedit legē, q̄ dedit & gratiā: Sed legē ꝓ ſeruū miſit, cū gr̄a ipſe deſcēdit. Et unde fācti erāt hoīes ſub lege? Nō implēdo legē: q̄ *Gala. 4* .n. legē implet, nō eſt ſub lege, ſed cū lege: q̄ aūt ſub lege eſt nō ſubleuat, ſed ꝓmitur lege. Oēs itaq; hoīes ſub lege cōſtitutos reos facit lex, & ad hoc illis ſuper caput eſt, ut oſtendat peccata, nō tollat. Lex ergo iubet, dator M legis miſeret. In eo q̄ lex iubet, conantes homines implere viribus ſuis quod a lege præceptū eſt, ipſa ſua temeritate & ꝑcipiti præſumptione ceciderunt, & nō ſunt cum lege, ſed ſub lege facti ſunt rei. Et quoniā ſuis uiribus implere non poterant legem, facti rei ſub lege, implorauerunt liberatoris auxiliū, & reatus legis fecit ęgritudinem ſuperbis. Aegritudo ſuperborū, facta eſt confeſſio humiliū. Iā confitentur ęgroti quia ægro ant, ueniat medicus, & ſanet ægrotos. Medicus qs eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Quis dominus nr̄ Ieſus Chriſtus? Ille qui miſus eſt

ab eis,

ab eis,a qbus crucifixus est,Ille qui apprehẽ sus,colaphizatus, flagellatus, sputis illitus, spinis coronatus in cruce suspẽsus,mortuus, lancea uulneratus, de cruce depositus,in sepulchro positus.Ille ipse dñs nr̃ Ieſus Chr̃s: ille ipse planè, & ipse est:totus medicus uulnerum nostrorum crucifixus. Ille cui insultatum est,quo pẽdente p̃secutores caput agitabant,& dicebãt, Si filius dei es,descẽde de cruce.Ipse est totus medicus nr̃,ipse planè.

A Quare ergo nõ ostendit insultantibus q̃a ip-
Matt.27 se erat filius Dei, ut si se p̃misit in cruce leuari,saltẽ cũ illi dicerẽt,Si filius Dei est,descẽdat de cruce:tũc descenderet & ostẽderet eis uerũ se esse filiũ,Dei quẽ illi ausi fuerant irridere?Noluit.Quare noluit?Nunq̃d q̃a nõ potuit planè.Quid est.n.amplius de cruce descẽdere,an de sepulchro surgere? Sed ptulit insultãtes:nã crux nõ ad potẽtiæ documẽtũ, sed ad exẽplũ patientiæ susceptꝰ est. Ibi uulnera tua curauit,ubi sua diu pertulit. Ibi te a morte sempiterna sanauit, ubi temporaliter mori dignatus est,& mortuus est. An nõ in illo mors mortua est?Qualis mors? Quæ mortẽ occidit.Ipse est tñ dñs nr̃ Ieſus Chr̃s totus,q̃ uidebaꝫ & tenebaꝫ & crucifigebaꝫ.Nõ totũ hoc ipse est.Hoc ipse est q̃dem:sed non totũ q̃d uidebaꝫ a Iudæis,non hoc est totum Chr̃s.Et quid est?In principio erat.uerbum. In quo principio?Et uerbũ erat apud deũ.Et quale uerbũ? Et Deus erat uerbũ.Nunq̃d forte a deo factũ est hoc uerbũ?

B Nõ.Hoc.n.erat in principio apud deũ. Quid ergo alia q̃ fecit Deus nõ similia sunt uerbo?Nõ.Quia oĩa p̃ ipsum facta sunt,& sine ipso factũ est nihil Quõ p̃ ipsum oĩa sunt facta? Quia q̃d factũ est,in ipso uita erat,& anteq̃ fieret,uita erat. Q̃d factũ est,non est,vita:sed in arte,hoc est in sapientia Dei antequam fieret vita erat, Q̃d factũ est,transiit: q̃d est in sapientia,transire nõ põt.Vita ergo i illo erat,q̃d factũ est. Et qualis uita? Quia & aĩa corporis uita est. Corpus nostrũ habet uitã suã,q̃ cũ amiserit, mors est corporis. Talis ergo erat illa uita? Nõ. Sed uita erat lux hoĩum. Nunq̃d lux pecorũ? Nã ista lux & hominũ & pecorũ est. Et quẽdã lux hominũ, unde distant hoĩes à pecoribus. Videamus,& tũc intelligimus q̃d sit lux hominũ. Nõ distas a pecore,nisi intellectu,Noli aliunde gloriari.De uiribus p̃sumis,a bestiis uinceris: de uelocitate p̃sumis, a muscis uinceris: de pulchritudine p̃sumis: q̃ta pulchritudo est in pẽnis pauonis? Vnde ergo melior?Ex imagine dei.Vbi imago dei? In mente in intellectu. Si ergo iõ melior pecude,q̃a habes mentẽ qua intelligas,q̃d non põt pecus intelligere:inde aũt hõ,q̃a melior pecore.Lux hominũ est lux mentiũ:lux mentiũ supra mẽtes, & excedit oẽs mentes. Hoc .n.erat uita illa,p q̃ facta sunt oĩa. Vbi erat? Hic erat.An apud patrẽ erat,& hic nõ erat? An q̃d uerius est & apud patrẽ erat & hic erat?Si ergo hic erat, quare nõ uidebaꝫ?Quia lux in tenebris lucet, & tenebrę eã nõ cõprehenderunt.O hoĩes,nolite esse tenebræ,nolite esse infideles,iniq̃,rapaces,auari,amatores seculi.Hæ sunt.n.tenebrę. Lux nõ est absens,sed uos absentes estis a luce. Cæcus i ſole p̃sentẽ habet solẽ, sed absens est ipse soli. Nolite ergo esse tenebrę.Hęc est.n.forte gr̃a C de qua dicturus sum.Vtinã nõ simus tenebrę & dicat nobis Apostolus, Fuistis aliq̃n tenebrę,nunc aũt lux in dño. Quia ergo nõ uide- Ephe. 5 baꝫ lux hominũ.i.lux mẽtiũ,opus erat ut hõ diceret de luce ideo testimoniũ, non quidẽ tenebrosus,sed iã illuminatus.nec tñ q̃a illuminatus ideo ipse lux,sed ũt testimoniũ phiberet de lumine: nã nõ erat ille lux.Et q̃ erat illa lux?Erat lux uera quę illuminat oẽm hominẽ uenientem in hunc mundũ.Et ubi erat ista?In hoc mũdo erat. Et q̃o in hoc mũdo erat,nunq̃d sicut ista lux solis,lunę, lucernarũ,sic & ista lux in mũdo?Non.Quia mũdus p eũ factus est,& mundus eũ non cognouit: D hoc est,lux in tenebris lucet,& tenebræ eam non cõprehenderunt:mundus.n.tenebrę,q̃a dilectores mũdi,mũdus. Nõ.n.creatura non agnouit creatorem suũ: testimoniũ dedit cę lum de stella:testimoniũ dedit mare, portãs ambulantẽ dñm suũ.testimoniũ dederũt uẽti qui ad eius iussum quieuerũt:testimoniũ dedit terra,q̃ illo crucifixo contremuit. Si oĩa ista testimoniũ dederũt, q̃o mundus eũ nõ cognouit, nisi q̃a mũdi dilectores sunt mũdi corde habitantes mundũ?Et malus mundus, q̃a mali hoĩes habitatores mundi:sicut mala domus,nõ parietes,sed inhabitãtes. In ꝓpria uenit.i.in suã uenit, & sui eũ nõ receperunt. Quæ ergo spes est, nisi quia quotquot rece- E perunt eũ,dedit eis potestatẽ filios dei fieri? Si filii fiunt,nascunt:si nascunt,quomodo nascuntur?Non ex carne,non ex sanguinibus a

non

Ioan. Psal. 1

Esai. Ioan.

non ex voluntate carnis, non ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Gaudeāt ergo, qa ex Deo nati sunt: prēsumāt se pertinere ad Deū accipiant documentū, quia ex Deo nati sūt. Et verbū caro factū est, & habitauit in nobis. Si verbū nō erubuit nasci de hoie, homines erubescūt nati de Deo? Hoc aūt quia fecit curauit: qa curauit, videmus. Hoc est.n.qđ verbū caro factū est, & habitauit in nobis: medicamentū nobis factū est, ut quia terra cæcabamur, de terra sanaremur, & sānati quid videremus? Et vidimus, inquit, gloriā eius, gloriā tanq̄ vnigeniti a patre plenum grātæ, & veritatis. Ioānes testimoniū p̄hibet de ipso
E & clamāt, dicēs, Hīc erat quā dixi, Qui post
Ioan. 8 me venit, ante me factus est. [Post me uenit,
Ps. 109 & p̄cessit me. Quid est, ante me factus est? Prēcessit me, nō factus est anteq̄ factus essē ego,
Esai. 14 sed antepositus est mihi, hoc est, ante me fa-
Ioan. 8 ctus est. Quare ante te factus est, cū post te uenerit? Quia prior me erat.] Prior te ò Ioānes. Quid magnū si prior te? Bene, qa tu illi perhibes testimoniū. Audiamus ipsum dicentē, Et ante Abrahā ego sum. Sed & Abrahā ī medio generis humani ortus est: multi ante illū, multi post illū. Audi uocē patris ad filiū, Antelucriferū genui te. Qui ante luciferū genitus est, oēs ipse illuminat. Dictus est n. quidā lucifer q cecidit: erat.n. angelus, & factus est diabolus: & dixit de illo scriptura, Lucifer q mane oriebat, cecidit. Vnde lucifer? Quia illuminatus lucebat. Vñ aūt tenebrosus factus? Quia in ueritate non stetit. Ergo ille ante luciferū, ante oēm illuminatū: si quidē ante omnē illuminatū esse necesse est, a quo illuminant oēs qui illuminari p̄nt: ideo hoc sequit, Et de plenitudine eius nos oēs accepimus. ℣ Quid accepistis? Et gratiā ,p gra. ℣ Sic.n. habēt verba euāgelica collata cū exēplaribus Græcis. Nō ait, Et de plenitudine eius nos oēs accepimus gratiā pro grā: sed sic ait, Et de plenitudine eius nos oēs accepimus, & gratiā ,p
G grā. i accepimus, vt nescio qd nos voluerit ī telligere de plenitudine eius accepisse, & in super gratiā pro grā. Accepimus.n de plenitudine eius, primo gratā: & rursum accepimus grām pro gratia. Quā gratiā primo accepimus? Fidē. In fide ambulātes ī gratiā ambulamus. Vnde.n. hoc meruimus? Quib. nostris p̄cedētibus meritis? Nō se quisq̄ cōpalpet, redeat in cōscientiā suā, quęrat latebras cogitationū suarū, redeat ad seriem factorū suorū: non attendat quid sit si iā aliqd est, sed quid fuerit ut esset aliquid, inueniet nō se dignū fuisse nisi supplicio. Si ergo supplicio dignus fuisti, & venit ille qui nō peccata puniret, sed peccata donaret, grā tibi data est, non merces reddita. Vnde vocat grā? Quia gratis datur. Non.n. præcedentibus meritis emisti q̄ aceepisti. Hanc ergo accepit gratiā primā peccator, ut eius peccata dimitteni. Quid meruit? Interroget iustitiā, inuenit pēnā. Interroget misericordiā, inueniet gratiā. Sed hoc promiserat Deus p̄ Prophetas. Itaq; cū uenit dare quod promiserat, nō solū gratiā dedit, sed ueritatē. Qūo exhibita est ueritas? Quid factū est qđ promissum est.
H Quid est ergo gratiā pro gratia? Fide promeremur Deū, & qui digni non eramus q̄bus
Roma. 4 peccata dimitterentur, ex eo quia tm̄ donū
Abac. 2 indigni accepimus, grā uocat. Quid est grā?
Rom. 1 Gratis data. Quid est gratia? Gratis donata, nō reddita. Si tibi debebat, merces reddita est, nō grā donata. Si aūt uere debebat, bonus fuisti: si aūt non merito tuo, ut uerū, est malus fuisti. Credidisti aūt in eū q̄ iustificat impiū. Quid est qui iustificat impiū? Ex impio facit piū. Cogita q̄ p̄ legē tibi imminere debebat, & qđ p̄ gratiā cōsecutus sis. Si cōsecutus aūt es iltā grā fidei, eris iustus ex fide. Iustus.n. ex fide uiuit, & ,p mereberis deū uiuēdo ex fide. Cū ,p meruer.is Deū uiuēdo ex fide, accipies p̄miū im̄ mortalitatē, & uitā æternam: & illa grā est, Non ,p merito quidē accipies uitam æternā, sed tm̄ pro grā. Si.n. fides grā est, & uita ętерna quasi merces est fidei, ur̄ quidem Deus uitā æternā tanq̄ debitā reddere. Cui
I debitā? Fideli, qa promeruit illā per fidē. Sed qa ipsa fides grā est, & uita æterna grā est pro gratia: audi Paulū Apostolum confitentem gratiam, & postea debitū expetentem. Confessio gratiæ quę est in Paulo? Qui prius fui
1. Ti. 1 blasphemus & persecutor & iniuriosus, sed misericordiā, inqt, consecutus sum. Indignū se dixit qui consequerer, consecutū tm̄ non p
2. Ti. 4 merita sua, sed per misericordiam Dei. Audi illum flagitantē debitū, qui primo indebitam susceperat gratiā. Ego.n. inquit, iam immolor, & tēpus resolutionis meę instat, bonū certamē certaui, cursum cōsummaui, fidē seruaui, de cętero repostta est mihi corona u stitiæ. Iā debitū flagitat, iam debitū exigit.

Nam

Nam vide verba sequentia. Quam mihi reddet dominus in illa die, iustus iudex. Vt ante susciperet gratiã, misericordé patrem opus habebat: vt præmium gratię, iudicem iustum qui non dãnauit impiũ, donauit fidelem. (Et tamen si bene cogites, ipse dedit fidẽ primo, qua eum promeruisti: non n. de tuo promeruisti, vt tibi aliquid deberet. Quòd ergo prę miũ immortalitatis postea tribuit, dona sua coronat, nõ merita tua. Ergo frẽs, oẽs de plenitudine eius accepimus, De plenitudine misericordiæ eius, de abũdantia bonitatis eius accipimus. Quid? Remissionẽ peccatorũ, vt
K iustificaremur ex fide. Et insuper qd? Gratiã ꝓ gratia. i. pro hac gratia, in qua ex fide viuimus, recepturi sumus aliam. Quid tñ nisi gratiã? Nã si dixero, qa & hoc debetur, aliquid mihi assigno quasi cui debebat. Coronat aũt in nobis Deus dona misericordię suæ: sed si in ea gratia q̃ primam accepimus, perseuerãter ambulemus. Lex. n. per Moysen data est.) quæ reos tenebat. Quid. n. ait Apostolus, Lex subintrauit, vt abundaret delictũ. Hoc prodest superbis vt abũdaret delictũ: multũ. n. sibi dabãt, & quasi viribus suis multũ assignabãt & nõ poterant implere iustitiã, nisi adiuaret ille qui iustus erat[. Superbiã illorum volens domare Deus, dedit legẽ tanq̃ dicens, Ecce implete ne puteris deesse iubentẽ. Non deest qui iubeat, sed deest qui impleat. Si ergo deest qui impleat, vñ nõ implet? Quia natus cũ
L traduce peccati & mortis, De Adã natus traxit secũ qd̃ ibi conceptũ est. Cecidit primus hõ, & oẽs qui de illo nati sunt, de illo traxerunt cõcupiscentiã carnis. Oportebat vt nasceret alius hõ, qui nullã traxit cõcupiscẽtiã homo & hõ, homo ad mortẽ, & hõ ad vitã: sicut dicit Apostolus, Qm̃ quidẽ per hominem mors, & per hominẽ resurrectio mortuorũ. Per quem hominem mors, & per quẽ hominem resurrectio mortuorũ? Noli festi
1. Co. 15 nare. Sequitur & dicit, Sicut. n. in Adã omnes moriũtur, sic & in Christo oẽs viuificabunt. Qui pertinẽt ad Adam? Omnes qui nati sunt de Adã. Qui ad Christũ? Omnes q renati sũt per Christũ. Quare oẽs in peccato? Quia nemo natus est prẽter Adã. Vt autẽ oẽs nascerẽtur ex Adã, necessitatis fuit ex damatione: nasci per Christũ volũtatis est & grãæ. Non coguntur hoẽs nasci per Christũ, non qa voluerunt nati sunt ex Adã: oẽs tñ qui ex Adam cum pctõ, peccatores: oẽs qui per Christum iustificati, iusti. non se sed in illo: nam in seipsi interroges, Adã sunt: in illo si interroges, Chri sunt. Quare? Quia ille caput dominus noster Iesus Christus, non cũ traduce peccati venit, sed tñ venit cũ carne mortali. Mors pctõrum pœna erat, in dño munus misericordiæ erat, non pœna peccati. Nõ. n. aliquid habebat dñs, quare iuste moreretur. Ipse ait, Ecce venit princeps huius mundi, & in me nihil inuenit. Quare ergo moreris? Sed vt sciãt omnes quia voluntatẽ patris mei facio, sur M
gite eamus hinc. Nõ habebat ille quare mo- Ioan. 14
reret, & mortuus est: tu habes quare, & mori dedignaris. Dignare æquo animo pati ꝓ meritũ tuũ, qd̃ ille pati dignatus est, vt te a sempiterna morte liberaret. Homo & hõ: sed ille non nisi hõ: iste deus & hõ. Ille hõ peccati, iste hõ iustitiæ. Mortuus es in Adã, resurge in Christũ, nam vtrũq; debetur tibi. Iam credidisti in Christum, reddes tñ quod debes de Adã. Sed non te in ęternũ tenebit vinculum peccati. quia mortẽ tuã æternã occidit mors tẽporalis dñi dei tui. Ipsa est gratia frẽs mei, ipsa est & veritas, quia & promissa & exhibita. Non erat ista in veteri testamento, qa lex minabat, nõ opitulabat: iubebat, nõ sanabat, languorẽ ostendebat, non auferebat: sed illi ꝓparabat medico venturo cũ gratia & veritate: tanq̃ ad aliquẽ, quẽ curare vult medicus, mittat primũ seruũ suũ, vt ligatũ illum inueniat. Sanus nõ erat, & sanari nolebat, & ne sanaret, sanum se esse iactabat, Missa lex est, ligauit eũ, inuenit se rerũ, iam clamabat deli- A
gatura. Venit dñs, curat amaris aliquantulũ & acribus medicamẽtis. Dicit. n. ægroto, fer to: dicit, tolera: dicit, noli diligere mundũ, habeto patientiã, curret te ignis cõtinentiæ, ferrũ ꝓsecutionũ tolerent vulnera tua. Expauescebas q fuisti ligatus, liber ille & nõ ligatus bibit qd̃ tibi dabat: prior passus est vt te consolaret, tanq̃ dicẽs, Qd̃ times pati ꝓ te, prior patior ꝓ te. Hæc est gra & magna gratia, qsillam digne collaudat? De humilitate Chri loquor frẽs mei: Maiestatẽ Xpi & diuinitatẽ Christi, qs loquit in explicãdo & dicendo? Vt quoquo modo humilitatẽ Christi loquamur nõ sufficimus, imo deficimus, totum cogitantibus cõmittimus, non audientibus adimplemus. Cogitare humilitatẽ Christi. Sed qs nobis, inqs, eã explicat, nisi tu dicas?

Ille

[aliàs, dãnabit fidelem.

[aliàs, inferat:

Ille intus dicat, melius illud dicit qui intus habitat q̃ qui foris clamat. Ipse vobis ostẽdat gratiã humilitatis suę, qui cępit habitare in in cordibus vestris. Iã vero si in eius humilitate explicãda & eroganda deficimus, maiestatẽ eius quis loquaf? Si verbũ caro factũ cõ
B turbat nos, In principio erat verbũ, quis explicabit? Tenete ergo fratres mei soliditatẽ istã, Lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Chr̃m facta est.) Per seruũ lex data est reos fecit: per Imperatorẽ indulgẽtia data est, reos liberauit. Lex per Moysen data est: Nõ sibi aliquid amplius seruus assignet, q̃ q̃ per illũ factũ est, Electus ad magnũ ministeriũ tanquã fidelis in domo, sed tñ seruus agere scd̃m legem põt, soluere à reatu legis nõ potest. Lex ergo per Moysen data est, gra & veritas per Iesum Christũ facta est. Et forte aliqs dicat, Et gratia & veritas nõ est facta p̃ Moysen, q vidit Deũ? statim subiecit, Deũ nemo vidit vnquã.) Et vnde innotuit Moysi Deus? Quia reuelauit seruo suo dñs. Quis dominus? Ipse Christus qui præmisit legem per seruũ, vt veniret ipse cum gratia & ueritate. Deũ.n. nemo vidit unquã. Et unde illi seruo quãtũ caperepossẽt apparuit? Sed unigenitus inquit, filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. ℟ Quid est in sinu patris? In secreto patris. Non.n. Deus habet sinũ, sicut nos habemus in uestibus, aut cogitandus est sic sedere qũo nos, aut forte cinctus est ut sinũ haberet: sed quia sinus noster intus est, secretum patris, sinũ patris uocamus. In secreto patris qui patrẽ nouit, ipse enarrauit: Nam Deũ nemo uidit unquam. Ipse ergo uenit, & narra-
Exo. 3. uit q̃cquid vidit. Quid uidit Moyses? Moyses uidit nubem, uidit angelũ, uidit ignẽ, ois illa creatura typum dñi sui gerebat, nõ ipsius dñi præsentiã exhibebat. Nã q; aperte habes in lege, Et loquebatur Moyses cũ dño, econtra in
Exo. 33. contra, sicut amicus cũ amico suo. Si quę-
C ris ipsam scripturã, inuenies Moysem dicentẽ, Si inueni gratiã in cõspectu tuo, ostende mihi teipsum manifeste ut uideam te. Et parũ est quia dixit: respõsum accepit, Non potes uidere faciẽ meã. Loquebaẽ ergo fratres charissimi cũ Moyse angelus, portãs typum dñi & illa oĩa quę ibi per angelum facta sunt futurã istã gratiã & ueritatem promittebant. Qui bene scrutantur legẽ, nouerunt: & cum opportunum est, ut & nos aliquid inde dicamus, quantum dñs reuelat, non tacemus charitati uestrę. Illud autẽ sciatis, q̃a omnia quæ corporaliter uisa sunt, non erant illa substantia Dei. Illa.n. carneis oculis uidemus, Dei substantia undè uidetur? Euangelium interroga, Beati mundo corde, quia ipsi Deũ uide-
Matt. 5. bunt. Fuerunt hoĩes qui dicerẽt uanitate sui
D cordis decepti: Pater inuisibilis est, filius aũt uisibilis est. Vnde uisibilis nisi p̃p carnẽ? quia susc̃epit carnẽ, manifestum est. Illi.n. qui carnẽ Christi uiderunt, aliqui crediderunt, aliqui crucifixerunt. Et qui crẽdiderũt, illo crucifixo nutauerunt, & nisi ipsam post resurrectionẽ palparẽt, fides ad eos non reuocaretur. Si ergo p̃pter carnẽ uisibilis filius est, & nos concedimus, & est catholica fides: si aũt ante carnẽ uisibilis, sicut ipsi dicunt, idest, ante quam incarnaretur, multũ delirant, & multum errãt. Facta enim sunt illa uisibilia corporaliter per creaturam, in quibus typus ostenderetur, non utiq; substantia ipsa demonstrabatur & manifestabatur. Et hoc attendat charitas uestra leue documẽtũ. Sapiẽtia Dei
1. Cor. 3. uideri oculis non põt. Fratres, si Christus sapientia Dei & uirtus dei, si Christus uerbum Dei: uerbum hominis oculis non uidetur, uerbum Dei uideri sic põt? Expellite ergo de cordibus uestris carnales cogitationes, ut ue re sitis sub gratia, ut ad nouũ testamentũ pertineatis: ideo uita æterna promittitur in nouo testamento: Legite testamentũ & uidete,
Exo. 20. quia carnali adhuc populo ea quidẽ præcipiebantur quæ nobis. Nã unũ Deum colere & nobis p̃cipitur: Non accipies in uanum nomẽ dñi Dei tui, & nobis p̃cipitur, quod est secundũ p̃ceptum. Obserua diẽ sabbati: magis nobis præcipit, quia spiritaliter obseruandum præcipitur: Iudæi enim seruiliter obseruabant diẽ sabbati, ad luxuriam, ad ebrietatẽ. Quanto melius fęminæ eorum lanã facerent, quam illo die in Neomenijs saltarent? Absit fratres, vt illos dicamus obseruare sabbatum. Spiritaliter obseruat sabbatũ Chri
E stianus, abstinens se ab opere seruili. Quid ẽ enim ab opere seruili? A peccato. Et unde p̃bamus? Dominum interroga, Omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati. Ergo & nobis
Ioan. 7. Exo. 20. p̃cipitur spiritaliter obseruatio sabbati. Nã illa omnia præcepta nobis magis præcipiuntur, & obseruanda sunt, Nõ occides: Nõ męchaberis: Nõ furaberis: Non falsum testimo-

nium dices: Honora patrem tuum & matrē tuam: Non concupiſces rem proximi tui: Non concupiſces vxorem proximi tui. Non ne iſta omnia & nobis præcipiūtur? Sed quę re mercedem, & inuenies ibi dici, Vt expellantur hoſtes à facie tua, & accipietis terram quam promiſit Deus patribus veſtris: quia
F non poterant capere inuiſibilia, per viſibilia tenebantur. Quare tenebantur? Ne penitus interirent, & ad idola laberentur. Nam fecerunt hoc fratres mei ſicut legitur, obliti tanta miracula, quæ fecit Deus coram oculis eorum, Mare diſciſſum eſt, via facta eſt in medijs fluctibus, ſequentes hoſtes eorum eiſdē aquis aperti ſunt, per quas illi tranſierunt. Et
Exo. 32. cum Moyſes homo Dei receſsiſſet ab oculis eorum, idolum petierunt & dixerunt, Fac nobis Deos qui nos præcedant, quia ille homo miſit nos. Tota ſpes eorum in homine poſita erat, non in Deo. Ecce mortuus eſt homo, nunquid mortuus eſt Deus, qui eruit eos de terra Aegypti? Et cū feciſſent ſibi imaginem vituli, adorauerūt & dixerunt. Hi ſunt dij tui Iſrael, qui te liberauerunt de terra Aegypti. Quam cito obliti tam magnificam gratiam? Quibus ergo modis teneretur populus talis, niſi promiſsis carnalibus? Ea ibi iubentur in decalogo legis quæ & nobis, ſed non ea promittuntur quæ nobis. Nobis quid pro
Ioan. 17. mittitur? Vita ęterna. Hęc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te vnum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Cognitio Dei promittitur: ipſa eſt gratia. Fratres, modo credimus, non videmus. Pro iſta fide præmium, erit videre quod credimus. Nouerāt hoc Prophetæ, ſed occultum erat antequam veniret. Nam quidam ſuſpirans amator in Pſalmis dicit, Vnam petij à domino, hanc re
Pſal. 26. quiram. Et quęris quid petat? Forte enim terram petit fluentem lacte & melle carnaliter, quanuis, ſpiritaliter iſta quærenda ſit & petenda: aut forte ſubiectionem hoſtium ſuo-
G rum, aut mortem inimicorum, aut imperia, & facultates huius ſeculi. Ardet enim amore & multum ſuſpirat, & æſtuat & anhelat. Videamus quid petat. Vnam petij à domino, hanc requiram. Quid eſt hoc quod requirit? Vt inhabitem, inquit, in domino, per omnes dies vitæ meæ. Et puta quia habitas In domo domini, vnde ibi erit gaudium tuum: Vt contempler, inquit, delectationem domini. Fratres mei, vnde clamatis, vnde exultatis: vnde amatis, niſi quia tibi eſt ſcintilla huius charitatis? Quid deſideratis rogo vos? Quod videri poteſt oculis, tangi poteſt. Pulchritudo aliqua eſt quæ oculos delectat. Nonne martyres amati ſunt vehementer, & quando eos commemoramus, inardeſcimus in amore? H
Quid in illis amamus fratres? Membra laniata à feris? Quid fędius ſi oculus carnis interroges? quid pulchrius, ſi oculos mentis interroges? Quid tibi videtur adoleſcens pulcherrimus fur? Quomodo horrent oculi tui: nunquid oculi carnis horrent? Si ipſos interroges, nihil illo corpore cōpoſitius, nihil ornatius, & parilitas membrorum, & coloris delectatio illicit oculos: & tamen cum audis, quia fur eſt, fugis hominem animo. Vides ex alia parte ſenem curuum, baculo innitentem, vix ſe mouentem, rugis vndique exaratum, quid vides quod oculos delectet? Audis quia iuſtus eſt, amas, ampleteris. Talia nobis præmia promiſſa ſunt fratres mei, tale ali quid amate, tali regno ſuſpirate, & talem patriam deſiderate, ſi vultis peruenire ad id cū quo venit dominus noſter, ideſt, ad gratiam & veritatem. Si autem corporalia concupieris à Deo, ad huc ſub lege es, & ideo ipſam legem implebis. ¶ Quando enim videris abū dare iſta temporalia in eis qui Deum offendunt, nutāt greſſus tui, & dicis tibi, Ecce ego colo Deum, quotidie ad Eccleſiam curro, genua mihi trita ſunt in orationibus, & aſsidue ægroto: homicidia faciunt homines, rapinas faciunt, exultant & abundant, bene eſt illis. Talia ergo quærebat à Deo. Certe ad gratiā pertinebas. Si gratiā ideo tibi dedit Deus quia gratis dedit, gratis ama, noli ad præmiū diligere Deum, ipſe ſit tibi præmium tuum. Dicat anima tua. Vnam petij à domino, hāc
Pſal. 26. requirā, vt inhabitem in domo domini per omnes dies vitę meæ, vt contempler delectationem domini, Noli timere, ne faſtidio deficias. Talis erit illa delectatio pulchritudinis
I vt ſemper tibi pręſens ſit & nunquam ſatieris, imò ſemper ſatieris, nunquam ſatieris. Si enim dixero, quia non ſatiaberis, fames erit: ſi dixero, quia ſatiaberis, faſtidium timeo: ibi nec faſtidium erit, nec fames, quid dicā, neſcio. Si Deus habet quod exhibeat: non inuenientibus quomodo dicant, & credentibus quod accipiant.

[alias ſed ipſam legē nō implebis.

Ab

Ab eo quod ſcriptum eſt. Et hoc eſt teſtimonium Ioannis, quando miſerunt Iudęi ab Hieroſolymis ſacerdotes & leuitas, vſque ad id, Et ego neſciebam eum, ſed qui me miſit baptizare in aqua, ipſe mihi dixit, Super quē videris ſpiritum deſcēdentem ſicut columbā, & manētē ſuper eū, ipſe eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Tract. IIII.

K SAepiſſime audiuit ſanctitas veſtra, & optime noſtis, qm̄ Ioannes Baptiſta quanto præclarior erat in natis mulierū, & quanto humilior ad cognoſcendū Deum, tanto meruit eſſe amicus ſponſi, zelans non ſibi, non ſuum honorē quærens, ſed iudicis ſui, quem tanquam præco præibat. Itaq; Prophetis prę cedentib. prænunciare de Chriſto futura cōceſſum eſt: huic aūt digito oſtendere. Sicut.n. ignorabatur Chriſtus ab his q̄ Prophetis non crediderāt antequam veniret, ſic ab eis ignorabatur & præſens. Venerat.n. humiliter primo & occultus, tanto occultior, quanto humilior. Populi autem ſpernentes propter ſuperbiam ſuā humilitatem Dei, crucifixerunt Saluatorem ſuum, & fecerunt damnatorem ſuum. Sed qui primo venit occultus, quia venit humilis, nunquid deinceps non eſt ventu rus manifeſtus, quia excelſus? Audiſtis modo Pſalmū, Deus manifeſtus veniet, Deus noſter & non ſilebit. Siluit vt iudicaretur, non
Pſal. 49. ſilebit cū cęperit iudicare. Nō diceretur, ma
Eſa. 53. nifeſtus veniet, niſi primo veniſſet occultus: nec diceretur, non ſilebit, niſi quia primo ſiluit. Quomodo ergo ſiluit? Interroga Eſaiā, Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus corā eo qui ſe tondet, ſuit ſine voce, ſic nō aperuit os ſuū. Veniet aūt manifeſtus,
Pſal. 49. & non ſilebit. Qūo manifeſtus? Ignis ante eū præibit, & in circuitu eius tempeſtas valida. Tēpeſtas valida tollere habet totā paleam de area, q̄ modo trituratur: & ignis incedere q̄ tēpeſtas abſtulerit. Modo aūt tacet, tacet iudi
L cio, ſed non tacet p̄cepto. Si.n. tacet Chr̄s, quid ſibi volunt hæc Euangelia? quid ſibi vo lunt voces Apoſtolicæ? quid cantica pſalmorū? quid eloquia Prophetarū? In his. n. omnibus Chr̄s non tacet. Sed tacet modo ne vindicet, nō tacet vt moneat. Veniet aūt p̄clarus in vindicta, & apparebit omnib. & qui in eū non credunt. Modo vero quia & præſens occultus erat: oportebat.n. vt contēneretur, niſi.n. contēneretur, non crucifigeretur. Si non crucifigeretur, nō funderet ſanguinem quo pretio nos redemit. Vt aūt daret pretiū, pro nobis crucifixus eſt, vt crucifigeretur contēptus eſt, vt cōtēneretur humilis apparuit. Tñ quia quaſi in nocte apparuit in corpore mortali, lucernā ſibi accendit vnde videretur. Ipſa lucerna Ioannes erat, de quo iā multa audiſtis, & præſens lectio Euangelij verba Ioānis continet. Primo q̄ principiū eſt confiten M
tis, quia non ipſe erat Chriſtus. Tanta aūt ex cellentia erat in Ioanne vt poſſet credi Chriſtus eſſe: & in eo probata eſt humilitas eius, quia dixit non ſe Chriſtū eſſe, cū poſſet credi eſſe. Ergo hoc eſt teſtimoniū Ioannis qñ miſerunt Iudęi ab Hieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad eū vt interrogarent eū, Tu quis es? ? Non aūt mitterent, niſi mouerentur excellētia authoritatis eius, quia auſus eſt baptizare. Et confeſſus eſt & non negauit.) Quid confeſſus eſt? Et confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus. Et interrogauerunt eum, Quid ergo? Helias es tu?) Nouerant.n. quia præceſſurus erat Helias Chriſtū. Non.n. alicui incognitum erat nomē Chriſti apud Iudęos. Iſtū non eſſe Chriſtum putauerunt, non omnino Chriſtū non eſſe venturū, cum ſperarent venturum. Sic offenderunt in præſentē, offenderunt tanquā in humilem lapidem. Lapis.n. ille adhuc paruus erat, iā quidem præciſus de
monte ſine manib. ſicut dicit Daniel Prophe Dan 2.
ta, vidiſſe ſe lapidem præciſum de mōte ſine manib. Sed quid ſequitur? Et creuit, inquit, lapis ille, & factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam faciē terræ. Videat ergo charitas veſtra q̄ dico, Chriſtus ante Iudęos iam præciſus erat de monte: montem regnū vult intelligi Iudęorum. Sed regnū Iudęorū non impleuerat vniuerſam faciē terræ. Inde prę-
ciſus eſt ille lapis, quia inde natus eſt in præ- A
ſentia dñs. Et quare ſine manibus? Quia ſine opere virili virgo peperit Chriſtum. Iam ergo erat lapis ille præciſus ſine manibus, ante oculos Iudęorum, ſed humilis erat. Non immerito, quia nondū creuerat lapis ille, & impleuerat orbem terrarū, q̄ oſtendit in regno ſuo, q̄ eſt Eccleſia, quæ impleuit totā faciem terræ. Quia ergo nondū creuerat, offenderūt in illū tanquam in lapidem, & factum eſt in eis q̄ ſcriptū eſt, Qui ceciderit ſuper lapidē Luc. 20.
conquaſſabitur, & ſuper quos ceciderit lapis

ille conteret eos. Primo super humilē cecide
runt, excelsus super illos venturus est. Sed vt
eos venturus excelsus cōterat, primo eos hu-
milis quassauit. Offenderunt in eū, & quassa-
ti sunt nō cōtriti, sed quassati sunt, veniet ex-
celsus & cōteret eos. Sed ignoscendū est Iu-
dęis, quia offenderūt in lapidē, qui nondum
creuerat. Quales sunt illi qui in ipsū mōtem
offenderūt? Iā de quib. dicā cognoscitis, qui
negant Ecclesiā toto orbe diffusam, nō in hu
B milē lapidē, sed in ipsum montem offendūt,
Mat. 11. ꝙ factus est ille lapis dū cresceret. Cęci Iu-
dęi non viderunt humilē lapidem. Quāta cę
citas est nō videre montē? Ergo viderunt hu-
milē, & non cognouerunt. Demonstrabatur
illis per lucernā: nam primō ille quo maior
nemo surrexerat in natis mulierū, dixit, Nō
sum ego Christus. Dictumq; illi est, Nūquid
tu es Helias? Rndit, Non sum.) Christus. n. p̄-
mittit ante se Heliā, & dixit non sum, & fe-
cit nobis qōnem. Timendum est. n. ne minus
intelligentes contraria putent Ioannē dixisse
quā Christus dixit. Quodā. n. loco, cū dūs Ie
Mat. 17. sus Christus in Euangelio quædā diceret de
se: respōderunt illi discipuli, Qūo. n. dicunt
scribæ, i. periti legis quia Heliā oportet pri-
mū venire? Et ait dūs, Helias iā venit, & fece-
runt ei q̄ voluerunt, & si vultis scire, ipse est
Ioānes Bap. Dūs Iesus Christus dixit, Helias
iā venit, & ipse est Ioan. Bap. Ioānes aūt inter
rogatus sic se confessus est Heliam non esse,
qūo nec Christū esse, & vtiq; sicut verū con-
fessus est Christū se non esse: sic verū confes-
sus est nec Heliam se esse. Qūo ergo cōpara-
bimus dicta præconis cū dictis iudicis? Absit
vt præco mentiatur: hoc. n. loquitur ꝙ audit
à iudice. Quare ergo ille, non sum Helias: &
dūs, ipse est Helias? Quia in eo dūs Iesus Chri
stus præfigurare voluit futurū aduentū suum
C & hoc dicere, quia in spiritu Heliæ erat Ioā-
nes. Et ꝙ erat Ioānes ad primum aduentum,
hoc erit Helias ad secundū aduentum. Qūo
duo aduētus iudicis, sic duo prȩcones. Iudex
quidem ipse, præcones aūt duo, non duo iu-
dices. Oportebat aūt iudicem primo venire
iudicandū: misit ante se primū prȩconem, vo
cauit illum Heliam: quia hoc erit in secūdo
aduentu Helias, ꝙ in primo Ioannes. Iamq;
intendat charitas vestra quam verum dicam.
Luce 1. Qñ conceptus est Ioannes, vel potius qñ na-
tus est, spiritusſanctus hoc de illo homine
impleto prophetauit, Et erit, inquit, præcur-
sor altissimi, in spiritu & virtute Heliæ. Non
ergo Helias, sed in spiritu & virtute Heliæ.
Quid est in spiritu & virtute Heliæ? In eodē
spiritusancto, vice Heliæ. Quare vice Heliæ?
Quia ꝙ Helias scd̄o, hoc Ioan. in primo ad-
uentu fuit. Recte ergo modo Ioan. proprie
rndit: nā dūs figurate, Helias ipse est Ioā. iste
aūt vt dixi, proprie, non sum ego Helias. Si
figurā præcursionis aduertas, Ioan. ipse est
Helias. Quod. n. ille ad primū aduentū, hoc D
ille ad scd̄m erit. Si proprietatē persōnæ in-
terroges, Ioannes Ioannes, Helias Helias est.
Dūs ergo ad prȩfigurationē recte ipse est He
lias: Ioannes aūt recte ad proprietatem, non
sum Helias: nec Ioannes falsum, nec dūs fal-
sum: nec prȩco falsum, nec iudex falsum, sed
si intelligas. Quis aūt intelligit, nisi qui imita
tus fuerit humilitatē præconis, & cognoue-
rit celsitudinem iudicis? Nihil. n. humilius ip
so præcone fratres mei, nullum tm̄ meritum
Ioannes habuit quam de ista ipsa humilitate
ꝙ cū posset fallere homines, & putari Chri-
stus & haberi pro Christo: tantæ. n. gratię tan
tæq; excellentiæ fuit, confessus est tā aperte
& dixit, Non sum ego Christus. Nunquid tu
Helias es? Iā si diceret, Helias sum: ergo iam Mat.
in secundo aduētu aduenies dūs iudicaret,
non adhuc in primo iudicaretur, tanquā di-
cens, Venturus est adhuc & Helias, Nō sum,
inquit, Helias: sed obseruate humilem ante
quem venit Ioannes, ne sentiatis excelsum, an
te quem venturus est Helias. Nam & dūs ita
compleuit, ipse est Ioannes Bap. qui ventu-
rus est Helias. Ipsa præfiguratione venit iste,
qua proprietate venturus est Helias. Tūc He
lias per proprietatem Helias erat, nunc per
similitudinē Ioannes Helias erit. Modo Ioan
nes per proprietatem Ioannes est, tunc per E
similitudinē Helias Ioannes erit. Ambo præ-
cones sibi dederunt similitudines suas, & te-
nuerunt proprietates suas: vnus autem dūs
iudex, siue illo præcone præcedēte, siue illo.
Et interrogauerunt eum, Quid ergo, Helias
es tu? Et dixit, Non. Et dixerunt ei, Propheta
es tu? Et rndit, Nō. Dixerunt ergo ei, Quis es
tu: vt rnsū demus his qui miserunt nos: Quid
dicis de teipso? Ait, Ego vox clamātis in deser Esa. 4.
to.) Esaias illud dixit, in Ioanne, pphetia ista
Esaię impleta est, Ego vox clamātis in deser-
to. Quid clamātis? Dirigite viā dñi, rectas fa-

cite

cite semitas Dei nostri.) Non vobis videtur præconis esse, dicere, exite, facite viã? Nisi q̃ præco exite dicit: Ioannes dicit, venite. A iudice repellit præco, ad iudicẽ vocat Ioãnes. Imo vocat Ioannes ad humilẽ, ne iudex sentiatur excelsus. Ego vox clamantis in deserto
B dirigite via domini, sicut dicit Esaias Prophe ta ⁊ Non dixit, ego sum Ioãnes, ego sum Helias, ego sum Propheta. Sed q̃d dixit? Hoc vocor, Vox clamãtis in deserto, dirigite viam dño, rectas facite semitas Dei nostri ego sum ipsa prophetia, Et qui missi fuerant, erant ex pharisæis. ⁊ Idest, ex principibus Iudæorũ. Et interrogauerunt eũ, & dixerunt ei, Quid ergo baptizas, si tu nõ es Christus, neq; Helias, neq; Propheta?) Quasi audacię videbaẽ esse baptizare: quasi in qua persona quęrimus, vtrũ tu sis Christus tu dicis te non esse. Quærimus ne forte præcursor illius sis: quia nouimus ante Christi aduentũ venturũ esse Heliã: negas te esse Heliã. Quærimus ne forte aliqs multũ p̃ueniens pręco es. i. Propheta, & accepisti hanc potestatẽ? nec Prophetã te esse dicis. Et nõ erat Propheta Ioannes, maior erat quã Propheta, quia dñs de illo tale testimoniũ dedit, Quid existis in desertũ videre,
Mat. 23. arundinẽ vento agitari? Vtiq; non vento agitari subaudi, quia non hoc erat Ioannes, qui quasi a vento moueretur. Qui. n. a vento mouetur, circunflatur omni spiritu seductorio. Sed quid existis videre, hominẽ mollibus vestitũ? Vestiebatur. n. Ioannes asperis. i. tunica facta de pilis camelꝝ. Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regũ sunt: non ergo existis videre hominẽ mollibus vestitũ. Sed quid existis videre, Prophetã? Ita dico vobis, maior quã propheta hic: quia Prophetę longe ante prænunciauerũt, Ioannes pręsentem demõstrabat. Quid ergo tu baptizas, si tu nõ es Christus, neq; Helias, neq;. Propheta? rñdit eis Ioannes, & dixit, Ego baptizo in aqua,
C medius autẽ vestrũ stetit quem vos nescitis.) Humilis enim non videbatur, & propterea lucerna accensa est. Videte cũ quo det locũ, qui aliud posset putari. Ipse qui post me venit, q̃ ante me factus est. Sicut iã diximus. i. antepositus est mihi, Cui⁹ ego nõ sum dignus vt soluã corrigã calceamẽti ei⁹. ⁊ Quãtũ se abiecit & ideo multũ eleuatus est, qm̃ qui se humi-
Mat. 11. liat exaltabitur. Vnde debet videre sanctitas vestra, q̃ si Ioannes sic se humiliauit, vt diceret, non sum ego dignus corrigiã soluere: cũ debẽt humiliari, qui dicũt, nos baptizamus, nos q̃ damus nostrũ est, & q̃ nostrum est sanctum est? Ille dicit, non ego sed ille: illi dicũt, nos. Nõ est dignus Ioãnes soluere corrigiã calceamenti eius: q̃ si dignũ se diceret, D
quã humilis esset? Et si dignũ se diceret, & sic diceret, Ille venit post me q̃ ante me factus est, cuius tantũmodo corrigiã calceamẽti dignus sum soluere, multũ se humiliasset. Qũ aũt nec ad hoc dignũ se dicit, vere plenus spiritu sancto erat, qui sic seruus dñm agnouit & ex seruo amicus fieri meruit: Hęc in Bethabara facta sunt trans Iordanẽ, vbi erat Ioannes baptizans. Altera aũt die vidit Ioannes Iesum venientẽ ad se, & ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. ⁊ Nemo sibi arroget & dicat, quia ipse auferat peccata. Vnde iã intẽdite, cõtra quos superbos intẽdebat digitũ Ioannes: nondũ erãt nati hæretici, & iã ostendebantur: contra illos clamabat tunc a fluuio, contra quos modo clamat ex Euangelio, Venit Iesus, & quid dicit ille? Ecce agnus Dei. Si agnus Dei, innocẽs. Et Ioãnes agnus, an non & ipse innocẽs? Sed qui innocęs? quãtũ innocens? omnes ex illa traduce veniunt, & ex illa propagine, de qua cantat gemens Dauid, Ego in iniquitate conceptus sum, & in peccatis mater mea vtero me aluit. Solus ergo ille agnus, qui nõ sic venit, non enim in iniquitate cõceptus est, q̃a non de mortalitate conceptus est: nec eũ in peccatis mater eius in vtero aluit, quẽ virgo concepit, virgo Luc. 14.
peperit, quia fide cõcepit, fide suscepit: ergo ecce agnus Dei, nõ habet iste traducẽ ꝺ Adã Adam: carnem tantum sumpsit de Adam, peccatũ nõ sumpsit. Qui nõ assumpsit de nostra massa peccatũ, ipse est q̃ tollit nostrum peccatũ: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Nostis quia quidã hoies dicunt aliqñ, Nos tollim⁹ peccata hominib. q̃a sanE cti sumus. Si. n. non fuerit sanctus qui baptizat, cũ tollit peccata alterius, cũ sit ipse hõ peccator? Cõtra istas disputationes verba nostra nõ dicamus, hunc legamus, Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. Nõ sit præsumptio hominib. in hoies, nõ trãsmigret passer Psal. 50.
in montes, in dño cõfidat: & si leuat oculos Psal. 10.
in montes, vnde veniet auxiliũ ei, intelligat q̃a auxiliũ eius a dño, qui fecit cęlũ, & terrã. Tantæ excellentiæ Ioannes, dicitur ei,

Tu es Christus? dicit non: tu es Helias? dicit non: tu es Propheta? dicit nō. Quare ergo baptizas? Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi, Post me venit uir q̄ ante me factus est, quia prior me erat. Et post me uenit, quia posterior natus: ante
L me factus est, quia prelatus est mihi. Prior me erat, quia in principio erat verbū, & verbū erat apud Deū & Deus erat verbū. Et ego nesciebā eū, dixit. Sed vt manifestaret Israeli, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimoniū perhibuit Ioannes, dicens: quia vidi spiritū de cęlo descendentē quasi columbā, & mansit super eū, & ego nesciebā eum. Sed qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit, super quē videris spiritū descendentē & manentē super eū, hic est qui baptizat in spiritusancto. Et ego vidi & testimoniū perhibui, quia hic est filius Dei. (attendat modi cū charitas vestra, Ioānes qū didicit Christū? Missus est. n. vt baptizaret in aqua. Quæritum est quare? Vt manifestaret Israeli, dixit, Quid profuit baptisma Ioānes? Fratres mei, si profuit aliquid, & modo maneret, & baptizarētur hoīes in baptismate Ioānis, & sic venirēt ad baptismū Christi. Sed quid ait? Vt manifestaretur Israeli, idest ipsi populo Israel, vt manifestaretur Christus, venit baptizare i aqua. Accepit ministerū baptismatus Ioannes, in aqua pęnitentiæ parare viam dño, nō existēs dñs at vbi cognitus est dñs, superfluo ei via parabatur, cognoscentibus se ipse factus est via. Itaq; non durauit diu baptisma Ioannis. Sed qūo demonstratus est dñs? Humilis, vt ideo acciperet baptisma Ioannis, in quo baptizaretur ipse dominus: & opus erat dño baptizari? Et ego interrogatus cito respondeo, Opus erat dño nasci? op⁹ erat dño crucifigi? opus erat dño mori, sepeliri? Si ergo tū suscepit pro nobis humilitatē, baptismū nō e-
M rat susceperus? Et quid profuit qa suscepit baptismū seruī? Vt tu nō dedignareris suscipere baptismum dñi. Intēdat charitas vestra. Futuri erāt aliqui in Ecclesia excelsioris grę: cathecumeni, Fit. n. aliquando, vt videas cathecumenū abstinentē ab oī concubitu, vale facientē seculo, renunciantē omnib. quę possidebat, distribuentē pauperibus, & cathecumenus est: instrutus est ēt forte doctrina salutari, supra multos fideles. Timēdū est huic, ne dicat apud semetipsum de baptismate sancto quo peccata dimittuntur: qd plus accepturus sum? Ecce ego melior sum illo fideli & illo fideli: cogitās aūt fideles, aut cōiugatos, aut forte idiotas aut habētes & possidētes res suas, quas ipse distribuit iā pauperibus, & meliorē se esse arbitrās q̄ ille qui iā baptizatus est, dedigneť venire ad baptismū, dicens, A
Hoc sum accepturus q̄ habet ille: & ꝓponat sibi illos quos cōtemnit, & quasi sordeat illi hoc accipere q̄ acceperunt inferiores: qa iā videť ipse sibi melior, & tū oīa peccata sup illū sunt, & nisi venerit ad salutare baptisma vbi peccata soluūtur, cū oi excellētia sua nō pōt intrare in regnū cęlorū. Sed vt illā excellentiā inuitaret dñs ad baptismū suū, vt peccata illi dimitterentur, venit ipse ad baptismū serui sui. Et cū ipse nō haberet quod ei dimitteret, nec quod in illo lauaretur, suscepit à seruo baptismū, & tanquā allocutus est filius superbientē extollentē se ac dedignantē se forte accipere cumidiotis, vnde ei pos it salus venire, & quasi dicens, Quantū te extēdis? quantū te extollis? quanta est excellentia tua? quanta gratia tua? maior pōt esse quam mea? Si ergo veni ad seruū, tu dedignaris venire ad dūm? Si ego suscepi baptismū serui, tu dedignaris à dño baptizari? Nā vt noueritis fratres mei, quia non ex necessitate alicuius vinculi peccati dñs veniebat ad ad ipsum *Psl.* 120.
Ioannē, sicut alij Euangelistæ, cū ad illū veniret baptizandus dominus, ait ipse Ioannes, Tu ad me venis, ego à te debeo baptizati. Et quid ipse ei respondit? Sine modo vt impleatur omnis iustitia. Quid est impleatur omnis iustitia? Mori veni pro hominibus, baptizari nō debeo pro hominib⁹? Quid est impleatur oīs iustitia? Impleatur omnis humilitas. Quid B
ergo? Non erat susceperus baptismū à bono seruo, qui passionē susceperit à seruis malis? Intendite ergo baptizato dño. Si propterea baptizauit Ioannes, vt in eius baptismo dñs ostenderet humilitatē, nemo baptizaretur baptismate Ioānis. Multi aūt baptizati sunt baptimo Ioan. baptizatus est & dominus baptismo Ioānis, & cessauit baptisma Ioan. Deinde iam missus est in carcerem Ioannes, & deinceps nemo baptizatus inuenitur illo baptismate. Si ergo propterea venit & Ioannes baptizans, vt domini humilitas nobis demonstraretur, vt quia ille suscepit à seruo, nos nō dedigneremur suscipere a domino, dominum

num solum Ioannes baptizaret. Sed si solum dñm Ioannes baptizaret, nõ deessent qui putarẽt sanctius fuisse baptismũ Ioannis quam Christi, quasi baptismate Ioannis solus Christus meruisset baptizari: baptismate aũt Christi genus humanũ. Intẽdat charitas vestra. Baptismate Christi baptizati sum⁹, nõ tm̃ nos, sed & vniuersus orbis terrarum, & baptizatur vsq; in finẽ. Quis nostrum põt ex aliqua parte cõparari Christo, cui se Ioãnes dixit ĩdignum soluere corrigiam calceamenti? Si ergo ille Christus tantæ excellentiæ hõ Deus solus baptizaretur baptismo Ioãnis, quid dicturi erant homines? Quale baptismũ habuit Ioãnes? Magnũ baptismũ habuit ineffabile sacramentũ, Vide quia solus Christus meruit babptizari Ioannis baptismate: atq; ita maior videreẽ baptism⁹ serui, q̃ baptismus dñi. Baptizati sunt & alij baptismate Ioannis, ne melior videreẽ baptisma Ioãnis quã Christi. Baptizatus est aũt & dñs, vt dño suscipiente baptisma serui, non dedignarentur alij serui suscipere baptisma dñi: Ad hoc ergo missus erat Ioãnes: sed nouerat Christũ, an nõ nouerat? Si nõ nouerat, quare dicebat qñ venit ad fluuium Christus, Ego a te debeo baptizari, hoc est, scio qui scis? Si ergo iam non nouerat, certe tunc cognouit qñ vidit columbã descendentẽ. Manifestum est quia columba non descendit super dominũ, nisi posteaquã ascendit ab aqua baptismi. Dominus baptizatus ascendit ab aqua, aperti sunt cęli, & vidit super eũ columbã. Si ergo post baptismũ descendit colũba, antequã baptizaretur dñs, dixit illi Ioãnes, Tu ad me venis, ego a te debeo baptizari: ante illũ nouerat qui dixit, Tu ad me venis, ego a te debeo baptizari. Qũo ergo dixit, Et ego nesciebam eũ, sed qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem sicut columbã, & manentem super eũ, hic est qui baptizat in spiritusancto? Non parua qõ est fratres mei. Si vidistis quæstionem, non paruã vidistis: superest vt ipsius solutionem dñs det. Tñ illud dico, si uidistis quæstionem non est parum. Ecce positus est Ioannes ante oculos vestros stans ad fluuium Ioannes Baptista. Ecce venit dñs adhuc baptizandus, nõ dum baptizatus. Audi uocem Ioannis, Tu ad me venis, ego a te debeo bap izari. Ecce iam cognoscit dñm, a quo vult baptizari. Baptizatus dñs ascendit ab aqua, aperiuntur cœli, descendit spiritus, modo illũ cognoscit Ioãnes. Si modo illũ cognoscit cui dixit antea, Ego a te debeo baptizari? Si aũt non eo modo cognoscit, quia iã nouerat eum, quid est q̃ dixit, Non nouerã eũ, sed qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem uideris spm̃ descendentẽ sicut colũbam, & manentẽ super eum, ipse est qui baptizat in spiritusancto? Fratres, si ista q̃stio hodie solu- E
atur, grauat uos, non dubito: quia iã multa dicta sunt. Sciatis aũt talẽ istam qõnem esse, ut hæc sola perimat partem Donati. Ad hoc dixi charitati uestræ, ut intentos uos facerẽ: similiter ut soleo, simul ut oretis pro nobis & ꝓ uobis, ut & nobis det dñs digna loqui, & uos digna capere mereamini. Interim hodie dignamini differre: sed hoc breuiter dico interim, donec soluatur. Interrogate pacifice, sine rixa, sine contentione, sine altercationibus, sine inimicitijs: & uobiscum quærite, & alios interrogate & dicite, Hanc quæstionẽ proposuit nobis hodie Eps noster, ali qñ si dñs concesserit soluturus eam. Sed siue soluatur siue non soluatur, putare me proposuisse q̃ me mouet. Moueor.n.multũ. Dixit Ioannes, Ego a te debeo baptizari, tanquam Christo cognito. Si.n.non nouerat eũ a quo uoluit baptizari, temere dicebat, Ego a te debeo baptizari: nouerat ergo eum. Si nouerat eũ, quid est ergo q̃ dicit, Non nouerã eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit, Super quẽ uideris spiritũ descendentẽ & manentem super eum sicut columbã, ipse est q̃ baptizat in spiritusancto? Quid dicturi sumus? Quia non scimus qñ uenerit columba. Ne forte ibi lateat, legantur alij Euangelistæ, qui planius illud dixerunt, & inuenimus apertissime tunc descendisse columbam, cũ F
dñs ab aqua ascendit: super baptizatũ enim Christum aperti sunt cœli, & uidit spiritum sanctũ descendentem. Si iam baptizatum cognouit, uenienti ad baptisma qũo dicit, Ego a te debeo baptizari? Hãc uobiscum interim: ruminate, hanc uobiscum conferte, hanc uobiscum tractate. Præstet dñs Deus noster, ut antequam a me audiatis, alicui uestrũ priori eam reuelet. Tamen fratres hoc sciatis, quia per istius quæstionis solutionem pars Donati de baptismi gratia, ubi nebulas obtendunt imperitis, & retia tendunt auib. uolantibus, si

frontem habeant, omnino non habebunt, omnino eorum ora claudentur.

Ex eo ꝙ scriptum est, Et ego nesciebam eũ, sed qui me misit baptizare in aqua, ille dixit mihi, Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritusancto. Tract. V.

G Sicut dñs voluit, ad diem promissionis nostræ peruenimus, præstabit ẽt hoc, vt ad ipsius promissionis redditionem peruenire possimus. Tunc. n. ea quæ dicimus, & nobis & vobis vtilia sunt si ab ipso sunt. Quæ autẽ ab homine sunt, mendacia sunt, sicut ipse dixit dñs noster Iesus Christus, Qui loquitur
Ioan. 8. mẽdacium, de suo loquitur. Nemo habet de suo nisi mendacium & pctm̃. Siquid aũt homo habet veritatis atq; iustitiæ, ab illo fonte est, quem debemus sitire in hac eremo, vt ex quasi guttis quibusdã irrorati, & in hac peregrinatione interim consolati, ne deficiamus in via, venire ad eius requiem satietatẽq; possimus. Si ergo qui loquitur mẽdaciũ, de suo loquitur: vbi loquitur veritatẽ, de Deo loquitur. Verax Ioannes, veritas Christus. Verax Ioannes, sed omnis verax à veritate verax est. Si ergo verax Ioãnes, & verax esse homo nõ potest nisi à veritate, à quo erat verax nisi ab
Ioan. 14. eo qui dixit, Ego sum veritas? Non ergo posset dicere, aut veritas contra veracẽ, aut verax contra veritatẽ. Veracem veritas misit, & ideo verax erat, qm̃ à veritate missus erat. Si veritas Ioannẽ miserat, Christus eum miserat: sed ꝙ Christus cũ patre facit, pater facit: & ꝙ pater cum Christo facit, Christus facit: nec seorsum pater aliquid fecit sine filio: nec seorsum aliquid filius sine patre inseparabi-
H lis charitas, inseparabilis vnitas, inseparabilis maiestas, inseparabilis potestas, secũdum hæc verba quæ ipse posuit, ego & pater vnũ
Ioan. 10. sumus. Quis ergo misit Ioannem? Si dicamus pater, verũ dicimus: si dicamus filius, verum dicimus: manifestius aũt vt dicamus, pater & filius. Quem misit ergo pater & filius, vnus Deus misit, quia filius dixit, Ego & pater vnũ sumus: qũo ergo nesciebat eum a quo missus est? Dixit. n. Ego nesciebam eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit. Interrogo Ioãnem, qui te misit baptizare in aqua, quid tibi dixit? Super quem videris spiritum descendentẽ, sicut columbã, & manentem super eũ, ipse est qui baptizat in spiritusancto. Hoc tibi ò Ioannes dixit, qui te misit: manifestũ est quia hoc, qs ergo te misit? Forte pater. Verus Deus pater, & veritas Deus filius: si pater sine filio te misit, Deus sine veritate te misit. Si ideo aũt verax es, qa veritatẽ loqueris, & ex veritate loqueris, non te misit pater sine filio, sed simul te misit pater & filius: si ergo & filius te misit cum patre, qũo nesciebas
I eum a quo missus es? Quem videras in veritate, ipse te misit, vt agnosceretur in carne & dixit: Super quem videris spm̃ descẽdentem sicut columbã, & manentem super eũ, ipse est qui baptizat in spiritusancto. Hoc audiuit Ioannes, vt nosset eũ quem non nouerat, an vt plenius nosset quem iã nouerat? Si. n. omni ex parte non nosset, venienti ad fluuiũ, vt baptizaretur non diceret, Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? Nouerat ergo. Qñ aũt *Mat. 3.*
columba descendit? Iã baptizato dño, & ab aqua ascendente. At si ille qui eũ miserat, dixit, Super quẽ videris spm̃ descendentem sicut columbã, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritusancto, & non nouerat eũ, sed columba descendente cognouit eum. Columba vero tunc descendit, qñ dñs ab aqua ascendit. Tunc aũt cognouerat Ioannes dñm, qñ ad eum dñs ad aquam veniebat: manifestatur nobis, quia Ioannes secundum aliquid nouerat, secundũ aliquid nondũ nouerat dñm. Nisi aũt hoc intellexerimus, mendax erat: qũo erit verax agnoscens, qui dixit, Tu ad me venis, ego ego aũt a te debeo baptizari? Verax est cũ h.d. Et qũo rursus verax est cũ dicit, Ego non nouerã eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ipse mihi dixit, super quẽ videris spm̃ descendentem sicut columbam, & manentẽ super eũ, ipse est qui bapti-
K zat in spiritusancto. Innotuit per columbam dñs, non ei qui se non nouerat, sed ei qui in eo aliquid nouerat, aliquid non nouerat. Nostrum est ergo quærere, quid in eo Ioannes nondum nouerat, & per columbam didicit. Quare missus est Ioannes baptizans, iã memini me quantum potui dixisse charitati vestræ. Si. n. baptisma Ioannis necessarium erat saluti nostræ, & modo debuit exerceri. Nõ. n. modo non saluantur hoies, aut modo plures non saluantur, aut alia tunc salus erat, & alia modo. Si mutatus est Christus, mutata est &

salus.

ſalus. Si ſalus eſt in Chriſto eſt, & idem ipſe Chriſtus eſt, eadem nobis ſalus eſt. Sed quare miſſus eſt Ioannes baptizans? quia oportebat baptizari Chriſtũ: quare oportebat baptizari Chriſtũ? quia oportuit naſci Chriſtum, quia oportuit crucifigi Chriſtum. Si.n. viam humi
L litatis demonſtraturus aduenerat, & ſeipſum facturus ipſam humilitatis viã, in omnib. ab eo implenda erat humilitas. Authoritatẽ dare baptiſmo ſuo hinc dignatus eſt, vt cognoſcerent ſerui ſui, quanta alacritate deberent currere ad baptiſmũ dñi, qñ ipſe nõ dedigna tus eſt ſuſcipere baptiſmũ ſerui. Donatũ.n. erat hoc Ioanni, vt ipſius baptiſma diceret. Hoc attendat, & diſtinguat, & nouerit charitas veſtra, baptiſma ꝙ accepit Ioannes, baptiſma Ioannis dictũ eſt. Nullus ante illũ iuſtorũ, nullus poſt illũ vt acciperet baptiſma, ꝙ baptiſma ipſius diceretur, accepit: ſolus ta ſe donũ accepit: accepit quidem, non.n. a ſe poſſet aliquid. Si.n. a ſe quis loquitur, mendaciũ de ſuo loquitur. Et vnde accepit, niſi ab ipſo dño Ieſu Chriſto? Ab illo vt baptizare poſſet accepit, quẽ poſtea baptizauit. Nolite mirari, Sic.n. hoc fecit Chriſtus in Ioanne, qũo quiddã fecit in matre. De Chriſto.n. dictũ eſt, Omnia per ipſum facta ſunt. Si omnia per ipſum, & Maria per ipſum facta eſt, de qua poſtea natus eſt Chriſtus. Intẽdat charitas veſtra, qũo creauit Mariam, & creatus eſt per Mariã: ſic dedit baptiſmũ Ioanni, & baptizatus eſt a Ioanne. Ad hoc ergo accepit baptiſmum a Ioanne, vt accipiens ꝙ inferius erat ab inferiore, ad id ꝙ ſuperius erat hortaretur inferiores. Sed quare non ſolus ipſe baptizatus eſt a Ioãne, ſi ad hoc miſſus erat Ioãnes, per quẽ baptizaretur Chriſtus, vt pararet viam dño, i. ipſi Chriſto? Et hoc iã diximus.
M Sed cõmemoramus, quæ neceſſaria ſunt præſenti q̃ſtioni, Si ſolus dñs noſter Ieſus Chriſtus baptizatus eſſet baptiſmate Ioannis, tenete ꝙ diximus, non tm̃ valeat ſeculũ vt deleat è cordibus veſtris, ꝙ ibi ſcripſit ſpiritus Dei. Non tm̃ valeant ſpinæ curarũ, vt ſuffocent ſemẽ ꝙ ſeminatur in vobis. Quare.n. cogimur eadem repetere, niſi quia dememoria cordis veſtri ſecuri non ſumus? Si ergo ſolus dñs baptizatus eſſet baptiſmate Ioannis, non deeſſent qui ſic eũ haberent, vt putarẽt baptiſmũ Ioãnis maiorẽ eſſe, quã ſit baptiſma Chriſti. Dicerẽt.n. Vſqueadeo illud baptiſma maius eſt, vt ſolus Chriſtus eo baptizari meruiſſet? Ergo vt daretur nobis a dño exemplũ humilitatis, ad percipiẽdam ſalutem baptiſmatis. Chriſtus ſuſcepit ꝙ ei opus non erat, ſed ꝑ nos opus erat. Et rurſus ne hoc ipſum ꝙ accepita Ioãne Chriſtus, præponeretur baptiſmati Chriſti, permiſi ſunt & alij baptizari A
ab Ioanne: ſed qui baptizati ſunt a Ioãne nõ eis ſuffecit, Baptizati ſunt.n. baptiſmo Chriſti, quia non baptiſmus Chriſti erat baptiſmus Ioannis. Qui accipiunt baptiſmũ Chriſti, baptiſmũ Ioannis non quęrunt: qui acceperunt baptiſmum Ioannis, baptiſmũ Chriſti quæſierunt. Ergo Chriſto ſuffecit baptiſmus Ioannis. Qũo non ſufficeret, qñ nec ipſe erat neceſſarius? illi.n. nullũ baptiſma erat neceſſariũ, ſed ad hortãdos nos ad baptiſma ſuũ, ſuſcepit baptiſmũ ſerui. Et ne præponeretur baptiſma ſerui, baptiſmo dñi, baptizati ſunt alij baptiſmate cõſerui. Sed qui baptizati ſũt baptiſmate conſerui oportebat vt baptizarentur baptiſmate dñi. Qui autẽ baptizantur baptiſmate dñi, non opus habent baptiſmate conſerui. Qm̃ ergo acceperat Ioannes baptiſma ꝙ proprie Ioannis diceretur: dñs autem
Ieſus Chriſtus baptiſmũ ſuum noluit alicui *De conſe. diſt. 4. c. aliud.* dare, non vt nemo baptizaret baptiſmo dñi, *4 ſenten. diſt. c. 1.* ſed vt ſemper ipſe dñs baptizaret: id actũ eſt vt per miniſtros dñs baptizaret, i. vt quos miniſtri dñi baptizaturi erant, dñs baptizaret, nõ illi. Aliud eſt n. baptizare per miniſteriũ, aliud baptizare per poteſtatem. Baptiſma.n. tale eſt, qualis eſt ille, in cuius poteſtate datur: non qualis eſt ille, per cuius miniſteriũ datur. Tale erat baptiſma Ioannis, qualis Ioãnes: baptiſma iuſtum tanquã iuſti, tm̃ hominis: ſed qui acceperat a dño talem gratiam, vt dignus eſſet præire iudicem, & eũ digito oſtendere, & implere vocem prophetiæ illius, Vox clamantis in deſerto, parate viam B
dñi. Tale aũt baptiſma dñi, qualis dñs: ergo baptiſma dñi diuinum, quia dñs Deus. Po- *4. ſent. 5. diſt. c. 2.* tuit autem dñs noſter Ieſus Chriſtus, ſi vellet dare poteſtatem alicui ſeruo ſuo, vt daret baptiſmum ſuũ tanquam vice ſua, & transferret a ſe baptizandi poteſtatem, & conſtitueret in aliquo ſeruo ſuo, & tantã vim daret baptiſmo translato in ſeruum, quantã vim haberet baptiſmus datus a dño. Hoc noluit ideo, ut in illo ſpes eſſet baptizatorum, a quo ſe baptizatos agnoſcerent. Noluit ergo ſeruum

tuum ponere ſpem in ſeruo. Ideoq; clamabat Apoſtolus, cũ videret homines, volentes ponere ſpem in ſeipſo: Nunquid Paulus pro vobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Baptizauit ergo Paulus tanquam miniſter, non tanquam ipſa poteſtas. Baptizauit autem dñs tanquam poteſtas. Intendite, & potuit hanc poteſtatem ſeruis dare, ſed noluit: ſi.n. daret hanc poteſtatem ſeruis, i. vt & ipſorum eſſet q̃ dñi erat, tot eſſent baptiſmata quot eſſent ſerui, vt qũo dictum eſt, baptiſma Ioannis, ſic diceretur baptiſma Petri, ſic baptiſma Pauli, ſic baptiſma Iacobi, baptiſma Thomæ, Matthęi, Bartholomæi. Illud.n. baptiſma Ioannis dictũ eſt. Sed forte aliquis reſiſtit & dicit, Proba nobis quia illud baptiſma Ioannis dictum eſt. Probabo, ipſa veritate dicente, qñ interrogauit Iudęos, Baptiſma Ioannis vnde eſt de cęlo, an ex hominibus? Ergone tot baptiſmata dicerẽtur, quot eſſent ſerui qui baptizarent accepta poteſtate à domino: ſibi tenuit dñs baptizandi poteſtatem, ſeruis miniſterium dedit. Dicit ſe ſeruus baptizare, recte dicit: ſicut Apoſtolus dicit, Baptizaui aũt & Stephanæ domũ, ſed tanquam miniſter. Ideo ſi ſit & malus, & contingat illi habere miniſteriũ, & ſi eum homines nõ nouerunt, & Deus eũ nouit, permittit Deus baptizari per eũ, qui ſibi tenuit poteſtatẽ. Hoc aũt Ioannes non nouerat in dño: quia dñs erat: nouerat, quia ab ipſo debebat baptizari: nouerat, & confeſſus eſt: quia veritas erat ille, & ille verax miſſus à veritate, hoc nouerat. Sed quid in eo non nouerat? Quia ſibi retenturus erat baptiſmatis ſui poteſtatẽ, & nõ eã tranſmiſſurus, & translaturus in aliquẽ ſeruum: ſed ſiue baptizaret in miniſterio ſeruus bonus, ſiue baptizaret in miniſterio ſeruus malus, non ſciret ſe ille qui baptizaretur baptizari, niſi ab illo, qui ſibi tenuit baptizandi poteſtatẽ. Et vt noueritis fratres, quia hoc in illo non nouerat Ioannes, & hoc didicit per columbam: dñm.n. nouerat, ſed eum baptizandi ſibi poteſtatem retenturũ, & nulli ſeruo eam daturũ, nondũ nouerat: ſecundũ hoc dixit, Et ego neſciebam eum. Et vt noueritis, quia ibi hoc didicit attendite ſequentia, Sed qui miſit me baptizare in aqua, ipſe mihi dixit, Super quẽ videris ſpm̃ deſcendentẽ ſicut columbã, & manentem ſuper eũ, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Quid ipſe eſt? dñs. Sed iam nouerat dñm. Ergo putate hucuſq; dixiſſe Ioannem, Ego non noueram eũ, ſed qui me miſit baptizare in aqua, ipſe mihi dixit. Quærimus quid dixerit: ſequitur, Super quem videris ſpm̃ deſcendentem tanquam columbam, & manentem ſuper eum: non dico ſequentia, Interim attẽdite, Super quem videris ſpiritum deſcendentem ſicut columbam, & manẽtem ſuper eũ, ipſe eſt. Sed quid ipſe eſt? Quid me voluit per columbã docere, qui me miſit, quia ipſe erat dominus? Iam noueram a quo miſſus eram: iam noueram eũ cui dixi, Tu ad me venis baptizari, ego ate debeo baptizari, vſqueadeo ergo noueram dominũ, vt ego ab eo vellem baptizari, non vt a me ipſe baptizetur. Et tunc mihi dixit, Sine modo impleatur omnis iuſtitia. Pati, veni, baptizari nõ veni? * Impleatur omnis iuſtitia ait mihi Deus meus impleatur omnis iuſtitia: doceã perferã plenã humilitatẽ. Noui ſuperbiẽtes §in futuro populo meo: noui aliquos in aliqua excellentiori gratia futuros homines vt cũ viderint idiotas aliquos baptizari, illi, quia meliores ſibi videtur, ſiue cõtinẽtia, ſiue elemoſynis, ſiue doctrina dedigna bunt fortaſſe accipere, q̃ illi inferiores acceperunt. Oportet vt ſanẽ eos, vt nõ dedignentẽ venire ad baptiſma dñi. quia ego veni ad baptiſma ſerui. Iã ergo hoc nouerat Ioãnes, & nouerat dñm. Quid ergo docuit columba? Quid voluit p columbã. i. per ſpiritum ſanctũ, ſic venientẽ docere qui miſerat eum, cũ ait, Super quem videris ſpiritũ deſcendentẽ, ſicut columbã, & manentẽ ſuper eũ, ipſe eſt §dominus.§ Quis ipſe eſt? Dñs. Noui. Sed nũ quid hoc iam noueras, quia dominus iſte habens baptizandi poteſtatẽ, eam poteſtatẽ nulli ſeruo daturus eſt, ſed ſibi eam retenturus eſt: vt omnis qui baptizatur per ſerui miniſteriũ, nõ imputet ſeruo ſed dño? Nunquid hoc iam nouerat? Non hoc noueram ab eo q̃ mihi dixit: Super quẽ videris ſpiritũ deſcendentẽ ſicut columbã, & manentẽ ſuper eũ, ipſe eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto: nõ ait, ipſe eſt dñs: non ait, ipſe eſt Chriſtus: nõ ait, ipſe eſt Ieſus: nõ ait, ipſe eſt qui natus eſt de virgine Maria, poſterior te & prior te, nõ ait hoc iã.n. hoc nouerat Ioannes. Sed quid nõ nouerat? Tantã poteſtatẽ baptiſmatis ipſum dñm habiturũ & ſibi retenturũ, ſiue præſentem in terra, ſiue abſentem corpore in cęlo, & præſentem

1. Cor 1. De conſe. diſt. 4. c. Aliud.

B

Mat. 21.

1. Cor. 1.

Ioan. 1.

C

D

Matt. 3. Alias deo. Alias ſuperuenĩ ter.

E

sentē maiestate sibi retenturū baptismatis potestatē: ne Paulus diceret baptisma meum ne Petrus diceret baptisma meum, ideo videte & intendite voces Apostolorū. Nemo Apostolorum dixit baptisma meū: quāuis vnum omnium esset Euāgeliū, tñ inuenies dixisse. Euangelium meū, nō inuenies dixisse baptisma meum. Hoc ergo dicit Ioannes, fratres
G mei. Quod didicit Ioannes per columbam,
Matt. 3. discamus & nos. Nō.n.columba Ioannē docuit, & Ecclesiā non docuit, cui Ecclesiæ dictū est, Vna est columba mea. Columba doceat columbā, nouerit columba, quid Ioannes didicerit per columbā. Spiritussanctus in specie colūbę descendit. Hoc aūt quod dicebat Ioannes per columbā, quare in colūba didicit? Oportebat.n.vt disceret, ne hoc forte oportebat nisi vt p colūbā disceret. Quid dicā de columba frēs mei? Aut qñ mihi sufficit facultas vel cor vel linguæ, dicere qūo volo: & forte non digne volo qūo dicendū est nec sic tñ possum dicere quomodo volo: quanto minus quomodo dicendū est. Ego a meliore hoc audire vellem, non vobis dicere: Discit Ioannes eū quem nouerat, sed
Canti. De confe. dist. 4. c. Baptismus. 5. sen. di. 5. c. 2. in eo discit in quo eū nō nouerat, in quo nouerat non discit. Et quid nouerat? Dominū. Quid nō nouerat? Potestatē dominici baptismi in nullum hominē a dño transitutam: sed ministeriū plane transiturū, potestatē a dño in neminem ministrorū, ministerium & in bonos & in malos. Non exhorreat columba ministeriū malorū, respiciat domini potestatem. Quid tibi facit minister, vbi bonus est dominus? Quid te impedit malitiosus præco vbi beneuolus est iudex? Ioannes dicit p columbā hoc, quid est quod didicit? Ipse repetat: Ipse mihi dixit, inquit, Super quē videris spiritū descendentē sicut columbam, & manentē super eū, hic est qui baptizat in spiritusancto. Non ergo te decipiant ò columba, seductores qui dicunt. Nos baptizamus. Columbā agnosce, quid docuit columba? Hic est qui baptizat in spiritusancto. Per colūbā
H discitur quia hic est: & tu eius potestate putas te baptizari, cuius ministerio baptizaris? St tu hoc putas, nōdū es in corpore colūbæ & si non es in corpore colūbæ, nō mirandū qui simplicitatē non habes. Simplicitas.n. maxime per colūbā demonstratur. Quare p simplicitatē dicit Ioānes, quia hic est q baptizat in spiritusancto, fratres mei, nisi quia colūbæ non erant q Ecclesiā dissipauerūt? accipitres erāt, milui erant. Nō laniat columba, & vides illos inuidiā nobis facere, quasi de persecutionib. quas passi sunt. Corporales quidē passi quasi persecutiones, cū essent flagella dñi manifeste dantis disciplinā ad tempus nedānet, si eā nō cognouerint, seq; correxerint. Illi vero persequuntur Ecclesiā qui dolis persequuntur. Illi grauius cor feriunt,
I qui linguę gladio feriunt. Illi acerbis sangui nē fundūt, qui Christū quantū in ipsis est, in hoīe occidunt. Perterriti videntur quasi iudi
Rom. 13. cio potestatū. Quid tibi facit potestas si bonus es? Si aūt malus es, time ptāteni: nō.n.frustra gladiū portat, dicit Apostolus. Tuū gladiū noli educere: quo percutis Christū christiane, qd tū persequeris in christiano? Quid in te persecutus est Imperator? Carnē persecutus est, tu in christiano spiritū persequeris. Non occidis tu carnē, & tñ nec carni parcunt, & tñ quotquot potuerunt cędendo nocauerunt, nec suis nec alienis pepercerunt. Notū est hoc hominib. inuidiosa est ptās, q̄a legitima est. Inuidiose facit, qui iure facit, q̄a præterleges facit. Attendat vnusquisq; vestrū fratres mei, quid habeat Christianus: Quod homo est, cōmune cū multis: quod Christianus est, secernitur a multis, & plus ad illum pertinet quod Christianus, quā q̄ homo: nā quod Christianus, renonatur ad imaginem Dei, a quo homo factus est ad imaginē Dei: quod aūt homo posset & malus, & posset & Paganus, posset & idolatra. Hoc tu persequeris in Christiano q̄ melius habet: hoc.n. illi vis auferre vnde viuit. Viuit.n.temporaliter secundū spiritū vitæ, quo corpus animatur: viuit aūt ad ęternitatē secundū baptisma, quod accepit a dño: hoc illi vis tollere, quod
K accepit a dño, hoc illi vis tollere vnde viuit. Latrones, eos quos volunt spoliare sic volunt, vt ipsi plus habeant, & illi nihil habeāt: tu & tollis huic & apud te non erit plus, nō nō enim plus tibi fit quia huic tollis. Sed vere hoc faciunt. Qui? Hi qui tollunt animā, & alteri tollunt, & ipsi duas animas non habēt. Quid ergo vis auferre? vnde tibi displicet, quē vis rebaptizare? Dare non potes quod iā habet, sed facies negare q̄ habet. Quid acerbius faciebat Paganꝰ p̄secutor Ecclesię? Exerebanē gladij aduersus martyres, emittebantur

tur bestiæ, ignes admouebantur. Vt quid ista? vt diceret qui ista patiebatur, nõ sum Chri-
L stianus. Quid doces tu eũ quẽ vis rebaptizare, nisi vt primo dicat, nõ sum Christianus? Ad quod aliqñ persecutor proferebat flammã, ad hoc tu producis linguã. Seducẽdo facis q̃ ille occidẽdo nõ fecit. Et quid est q̃ dat̃ es, & cui datur uses? Si tibi verũ dicat, & nõ seductus à te, mentiatur: dicturus est, habeo. Interrogas, habes baptisma? habeo dicit. Quandiu habeo, dicit, inquis, nõ sum daturus. Et noli dare: quod.n. vis dare, hærere in me non põt, quia quod accepi, auferri à me non põt: sed tñ expecta, videam quid me vis docere. Dic, inquit, primo, non habeo: sed hoc habeo. Si dixero nõ habeo, mentiar. Qđ enim habeo, habeo. Nõ habes, inquit: Doce quia non habeo: Malus tibi dedit: si malus Christus malus mihi dedit: Nõ inquit: malus Christus: sed nõ tibi, Christus dedit. Quis ergo mihi dedit? respõde, Ego me à Christo scio accepisse. Dedit tibi, inquit, sed traditor nescio quis, non Christus. Videro q̃a fuerit minister, videro quis fuerit prẽco. De officiali nõ disputo, iudicẽ attẽdo: & forte q̃ objicis officiali mẽtiris. Sed nolo disutere causam officialis sui cognoscat dñs amborũ. Forte si exigã vt probes, nõ probas, imò mẽtiris. Probatũ est te ꝓbare nõ potuisse: sed non ibi pono causam meã, ne cũ studiose cẽpero defendere hoĩes innocẽtes, putes me sẽ pẽ meã, vel in hominib. innocẽtibus posuisse. Fuerint hoĩes quales libet: ego à Christo accepi, à Christo baptizatus sũ. Nõ, inqt, sed ille Episcopus te baptizauit, & ille Eps illis cõmunicat. A Christo sum baptizatus, ego noui. Vnde nosti? Docuit me colũba, q̃ vidit Ioãnes. O milue male non me dilanias à visceribus colũbæ. In colũbæ mẽbris numeror, quia q̃ colũba docuit hoc noui. Et docuit hoc? Ne-
M scio. Tu mihi dicis, ille te baptizauit, aut ille te baptizauit: per colũbã mihi & tibi dr. Hic
Mat. 11. est qui baptizat. Cui credo, miluo an columbæ? Certe tu mihi dic, vt per illã lucernã cõfundaris, qua cõfusi sunt & priores tui inimici, pares tui Pharisæi, qui cũ interrogarent dñm in qua potestate ista faceret: interrogo & ego vos, inqt, vnũ istũ sermonẽ, dicite mihi, Baptismus Ioãnis vndeerat, de cẽlo an ex hominib. Et illi q̃ prẽparabãt iaculari dolos, irretiti sunt qõne, cẽperunt voluere apud semetipsos, & dicere, Si dixerimus q̃a de cẽlo est dicturus est nobis, quare nõ credidistis ei? Ioãnes .n dixerat de dño: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Quid ergo q̃riris, in qua potestate ista facio? O lupi in potestate agni facio quæ facio: sed vt nosseris agnũ quare nõ credidistis Ioãni, q̃ dixit, Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mũdi? Sciẽtes ego illi qd dixisset Ioãnes de dño, dixerũt apud se: Si dixerimus q̃a de cẽlo est baptisma Ioãnis, dicet nobis, quare ergo nõ credidistis ei? Si dixerimus q̃a ex hoĩb. ẽ, lapidabimur à populo, quia sicut Prophetã habẽt Ioannẽ. Hinc timebãt hoĩes, hinc veritatẽ fateri cõfundebãtur. Tenebrę tenebras rñderũt sed à luce superatæ sunt. Quid.n. rñderũt? Nescimus. Quod sciebãt dixerunt, nescimus: & dñs. Nec ego vobis dico, inquit, in qua potestate ista facio. Et confusi sunt primi inimici: vnde? de lucerna: quis erat lucerna? Ioannes. Probamus q̃a lucerna erat? Probamus: dñs. n. dicit, Ille erat lucerna ardẽs & lucens. Proba-
mus, quia & de ipso cõfusi sunt inimici? Psal- *Psal. 131.*
mũ audi, Paraui, inqt, lucernã Christo meo, inimicos, eius induã cõfusione. Adhuc huius vitę tenebris ad lucernã fidei ambulamus: te neamus & nos lucernã Ioannẽ, cõfundamus & inde inimicos Christi imò ipse cõfundat inimicos suos per lucernam suã. Interrogemus & nos q̃ dñs Iudæos, interrogemus & dicamus, Baptisma Ioannis vnde est, de cẽlo an ex hominibus? Quid dicturi sunt? Videte si nõ & ipsi tanquã inimici de lucerna cõfundantur. Quid dicturi sunt? Si dixerint ex hominib. & ipsi sui eos lapidabũt. Si aũt dixerint, de cẽlo, dicamus eis, quare ergo nõ credidistis ei? Et dicũt fortasse, credim̃ ei. Qũo ergo dicitis quia vos baptizatis: & Ioan. di-
cit, Hic est qui baptizat? Sed ministros, inqũt tanti iudicis iustos oportet esse, per quos baptizat. Et ego dico & oẽs dicimus, q̃a iustos oportet esse tãti iudicis ministros. Sint ministri iusti, si volunt. Si aũt noluerint esse iusti, qui in cathedra Moysi sedent, securũ me fecit magister meus, de quo spiritus eius dixit, Hic est qui baptizat. Quomodo securũ me fecit? Scribę, inquit, & Pharisæi super cathedrã Moysi sedent: quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt facere nolite, dicunt enim & nõ faciunt. Si fuerit minister iustus, computo illum cũ Paulo, computo illum cũ Petro, cũ

istis

A

B

1. Cor

Phil. 3

Actor.

De consec. dist. 4. c. Baptismus. 4. sentẽ. di. 5. c. 1.

istis cõputo iustos ministros : quia vere iusti ministri gloriã suã non quærunt: ministri.n. sunt, pro iudicib. haberi nolunt, spem in se poni exhorrescunt. Ergo cõputo cum Paulo
1.Cor 3. iustum ministrum. Quid.n.dicit Paulus? Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incremen tũ dedit. Neq; qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementũ dat Deus. Qui vero fuerit superbus minister, cũ diabolo cõ putatur, sed non cõtaminatur donũ Christi: ꝙ per illũ fluit, purũ est: ꝙ per illum transit
C liquidũ, venit ad fertilem terram. Puta quia ipsa lapideus est: quia ex aqua fructum ferre non põt, per lapideũ canalem transit aqua ad areolas: in canali lapideo nihil generans, sed tñ hortis plurimũ fructũ affert. Spiritalis.n. virtus sacri ita est vt lux, & ab illuminandis pura excipitur, & si per immundos transeat, non inquinatur. Sint planè ministri iusti, & gloriã suã non quærant, sed illius cuius mini stri sunt, Non dicãt, baptisma meũ est, quia non est ipsorũ: attendãt ipsum Ioannẽ, Ecce Ioannes plenus erat spiritusancto, & baptis ma de cęlo habebat, non ex hominibus. Sed quatenus habebat? Ipse dixit Parate viã dño. Vbi aũt cognitus est dñs, ipse factus est via, non iã opus erat baptismate Ioannis, quo pa raretur via dño. Tñ quid nobis solent dice re? Ecce post Ioannẽ baptizatũ est: antequam enim bene ista quæstio tractaretur in Eccle sia catholica, multi in ea errauerũt, & magni & boni: sed quia de mẽbris colũbæ erant, nõ
Phil.3. se præciderũt, & factũ est in eis ꝙ dixit Apo stolus, Si quid aliter sapitis, hoc quoq; vobis Deus reuelauit. Vnde isti qui se separauerũt, indociles facti sunt: quid ergo solent dicere? Ecce post Ioannẽ baptizatũ est, post hæreti cos nõ baptizatur? Quia quidã qui habebãt baptisma Ioannis, iussi sunt a Paulo baptiza ri: non.n.habebant baptisma Christi. Quid er
Acto.19 go exaggeras meritũ Ioannis, & quasi ab j cis infœlicitatẽ hæreticorũ? Et ego tibi cõce
D do sceleratos esse hæreticos. Sed hęretici ba ptisma Christi dederunt, ꝙ baptisma nõ de dit Ioãnes. Recurro ad Ioannẽ & dico, Hic est qui baptizat. Si.n.melior Ioannes q̃ hęre ticus, qũo melior Ioannes q̃ ebriosus? qũo melior Ioannes q̃ homicida? Si post deterio rẽ baptizare debemus, quia post meliorẽ ba ptizarunt Apostoli. Quicunq; apud ipsos ba ptizati fuerint ab ebrioso, nõ dico ab homici da, nõ dico a satellite alicuius scelerati, non dico a raptore rerũ alienarũ, non dico ab op pressore pupillorũ, non a separatore coniu gũ: nihil horum dico, ꝙ solenne est dico, ꝙ quotidianũ est dico, ꝙ vocantur oẽs dieo, & in ista ciuitate, qñ ab eis dr̃, alijs ieiunantib. bene sit nobis, & tali die festo Ianuariarũ nõ debes ieiunare, ea dico leuia, quotidiana: ab ebrioso hoĩe cũ baptizatur, quis est melior, Ioannes an ebriosus? Rñde si potes, ꝙ ebrio sustuus melior sit q̃ Ioannes. Nunquam hoc audebis: Ergo tu qa sobrius es, baptiza post ebriosum tuũ: si.n.post Ioannem baptizaue runt Apostoli, quãto magis debet post ebrio sũ sobrius baptizare? An dicis, in vnitate me cũ est ebriosus? Ergo Ioannes amicus sponsi, non erat in vnitate cũ sponso? Sed tibiipsi di co quisquis es tu: es melior, an Ioannes? Nõ audebis dicere, ego sum melior q̃ Ioannes. Ergo post te baptizent tui, si forte fuerint me liores: si.n.post Ioannem baptizatũ est, erubesce quia post te non baptizatur: dicturus es, Sed ego baptismũ Christi habeo & do ceo. Aliqñ ergo agnosce iudicẽ, & noli p̃co superbꝰ esse, Baptisma Christi das, ideo post te non baptizatur: post Ioannẽ ideo baptiza tũ est, quia baptisma Christi non dabat, sed baptisma suũ: quia sic acceperat vt ipsius es set. Non ergo tu melior q̃ Ioannes: sed baptis ma ꝙ per te datur, melius q̃ Ioannis. Ipsum enim Christi est, istud aũt Ioannis. Et ꝙ daba tur a Paulo, & ꝙ dabatur a Petro Christi est, & ꝙ datum est a Iuda Christi erat. Dedit Iu-
1.q.1.ca. dedit. das, & non baptizatũ est post Iudam: Dedit Ioannes, & baptizatũ est post Ioannẽ: quia si datũ est a Iuda, baptisma Christi erat, ꝙ aũt a Ioanne datum est, Ioannis erat: Nõ Iudam
Ioan.4. De conse. dist. 4.c. aliud. Ioanni, sed baptismũ Christi ẽt per Iudæ ma nus datum, baptismo Ioannis ẽt per manus Ioannis dato recte præponimus. Etenim di ctũ est de dño antequã pateretur, quia bapti zabat plures q̃ Ioannes. Deinde subiunctum
1.q.1.ca. dedit. est, Quãuis ipse non baptizaret, sed discipuli
E eius: ipse & non ipse. Ipse ptãte, illi ministe rio. Seruitutẽ ad baptizandũ illi admouebãt: potestas baptizãdi in Chro permanebat. Er go baptizabãt discipuli eiꝰ, & ibi adhuc erat Iudas inter discipulos eius. Si quos ergo ba ptizabat Iudas, non sunt iterum baptizati, & quos baptizauit Ioannes, iterũ baptizati sunt? Planè iterũ: sed nõ idẽ erat baptismus. Quos

Alias quã do ab eis dicitur, alogie- mur bene sit nobis.

enim

enim baptizauit Ioannes, Ioānes baptizauit:
De conse. dist. 4. c. baptis. quos aũt baptizauit Iudas, Christus baptizauit. Sic ergo quos baptizauit ebriosus, quos baptizauit homicida, quos baptizauit adulter, ſt baptiſma Chriſti erat, Chr̃s baptizauit. Non timeo adulterũ, non ebriosum, non homicidã, quia columbã attendo, per quã mihi dr̃, Hic est qui baptizat. Cęterũ, fratres mei, delirũ est dicere, qa melioris meriti fuit, nõ dico Iudas, sed quilibet hominum, q̃ ille de quo dictũ est, In natis mulierũ nemo surrexit maior Ioanne Baptista. *Mat. 11.* Non ergo huic quisquã seruus, sed baptiſma dñi ẽt per seruum malũ datũ baptiſmati, ẽt amici sponsi p̃ponitur. Audi quales cõmemoret Apostolus Paulus falsos fratres in inuidia p̃dicantes verbũ Dei. Et quid de illis dicit? Et in hoc gaudeo, *Phil. 1.* sed & gaudebo Christũ. n. annunciabãt, per inuidiã quidẽ, sed tñ Christũ nõ per qd, sed quẽ vide. Per inuidiã tibi p̃dicatur Christus: vide Christũ, vita p̃dicantẽ per inuidiã. Noli imitari malũ prædicatorẽ, sed imitare bonũ qp * tibi prædicaẽ. Christus ergo à quibusdã per inuidiã prædicabatur: & quid est inuidere? Horrendũ malum: Ipso malo diabolus deiectus est, ipso deiecto deiecit multos. Maligna pestis est, & habebant illã quidã Christi prædicatores, quos tñ prædicare permittit Apostolus. Quare? quia Christum prædicabant. Qui aũt inuidet, odit: & qui odit, *1. Ioan. 3* quid de illo dr̃? Audi Apostolũ Ioannẽ, Qui odit fratrẽ suũ, homicida est. Ecce post Ioannem baptizatũ est, post homicidã non baptizatum est, quia Ioannes dedit baptiſmũ suũ, homicida dedit baptiſmũ Christi. Quod facr̃m tã sanctũ est, vt nec homicida ministrante polluatur. Non respuo Ioannẽ, sed potius credo Ioanni: quid credo Ioanni? Quod didicit per columbã. quid didicit per colũbã? Hic est qui baptizat in spiritusancto. Iã ergo fratres tenete hoc, & cordib. vestris infigite. Si. n. hodie voluero plenius dicere, quare p
H columbã, tps non sufficit. Quia. n. res dicẽda insinuata est Ioanni per columbã, q̃ non noverat in Christo Ioannes, quãuis iam nosset Christũ, exposui quantum arbitror sanctitati vestræ. Sed quare hanc ipsam rẽ per colũbã oportuit demõstrari, si breuiter dici posset, dicerẽ. Sed quia diu dicendũ est, & onerare vos nolo: qũo adiutus sum orationib. vestris, vt illud qp promisi implerẽ: adiuuate ẽt atq; ẽt pia intentione & votis bonis, & illud apparebit vobis, quare Ioānes qp didicit ī dño: quia ipse est qui baptizat in spiritusancto, & nulli seruo suo talẽ legauit potestatem baptizandi, non debuit discere nisi per columbã.

De eo quod dictũ est, Columbam super dominum descendisse, vsque ad id quod ait, Ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Tract. VI.

I

FAteor sanctitati vestræ, timuerã ne frigus hoc frigidos vos ad cõueniendũ faceret: sed quia ista celebritate & frequẽtia vestra, spiritu vos feruere demõstrastis, nõ dubito quin ẽt orastis pro me, vt debitũ vobis exoluã. Promiseram. n. in noĩe Christi dissere hodie, cũ angustia tẽporis tunc impediret, ne id possemus explicare tractando, quare Deus per colũbæ speciẽ ostẽdere voluerit spm̃sanctum. Hoc vt explicetur, illuxit nobis dies hodiernus, & sentio audiẽdi cupiditatẽ, & pia deuotione vos celebrius cõgregatos. Expectationẽ vestrã Deus impleat ex ore nostro. Amastis. n. vt veniretis, sed amastis, qd? Si nos, & hoc bene, nã volumus amari à vobis, sed nolumus in nobis. Quia ergo in Christo vos amamus, in Christo nos redamate, & amor nr̃ pro inuicẽ gemat ad Deũ, Ipse. n. gemitus colũbæ est: si ergo gemitus columbæ est, qp oẽs nouimus, gemunt aũt columbæ in amore: audite quid dicat Apostolus, & nolite mirari, quia in colũbę specie voluit demõstrari spiritussanctus. Quid. n. oremus sicut *Rom. 8.* oportet, inqt, nescimus, sed ipse spiritus interpellat p nobis gemitib. inenarrabilib. Quid ergo fratres mei, hoc dicturi sumus, qa ipũs gemit, vbi perfecta & æterna beatitudo est ei cũ patre & filio? Spiritus. n. sanctus Deus, sicut Dei & filius Deus, & pater Deus, Ter dixi Deus, sed nõ dixi tres deos: magis. n. Deus ter quã dij tres, qa pater & filius & spiritussanctus vnus Deus. Hoc optime nostis. Nõ ergo spũssanctus in semetipso apud semetipsũ in illa Trinitate, in illa beatitudine, ī illa æternitate substãtiæ gemit, sed in nobis gemit, qa gemere nos facit. Nec parua res est, qp nos docet spũssanctus gemere: īsinuat. n. nobis qa peregrinamur, & docet nos in patriã suspirare, & ipso desiderio gemimus. Cui bene ẽ ī hoc seculo, imo q putat qp ei bñ sit, qui lætitia re-

K

rum

rum carnalium, abundantia tẽporalium, & vana fęlicitate exultat, habet vocẽ corui: vox enim corui clamosa est, nõ gemebunda. Qui aũt nouit impressura se esse mortalitatis huius, & peregrinari se à dño, nondum teneri illam perpetuã quæ nobis promissa est beatitudinem, sed habere illam in spe, quã habiturus est in re, cum dñs venerit in manifestatione pręclarus: qui prius in humilitate venit occultus: qui hęc nouit, gemit. Et quandiu propter hæc gemit, bene gemit. Spiritus illũ docuit gemere, à columba didicit gemere. Multi.n. gemũt ĩ infelicitate terrena, vel quasi fati dãnis, vel ægritudine corporis prægrauati, vel carceribus inclusi, vel catenis colligati, vel fluctibus maris mersi, ac iactati, vel aliquibus inimicorũ insidijs circũsepti gemũt: sed nõ colũbæ gemitu gemũt, nõ amore Dei gemũt, nõ spiritu gemũt. Ideo Tales cũ ab ipsis pressuris fuerint liberati, exultant in grandibus vocibus, vbi apparet, quia corui sunt, nõ colũbę. Ideo merito de arca missus é corvus, & nõ est reuersus: missa est colũba, & reuersa est. Illas duas aues misit Noe: habebat ibi coruũ, habebat & colũbã: vtrũq; hoc genus arca illa cõtinebat. Et si arca figurabat Ecclesiã, videtis vtiq; quia necesse est, vt in isto diluuio seculi vtrũq; genus contineat Ecclesia, & coruũ, & columbã. Qui sunt corui? q sua quærunt. Qui columbæ? qui ea quæ Christi sunt quęrũt. Propterea ergo cum mitteret spiritũ sanctũ, duobus modis eũ ostẽdit visibiliter per columbã & per ignem. Per colũbam super dñm baptizatũ, per ignẽ super discipulos congregatos. Cũ.n. ascẽdisset dñs in cęlũ post resurrectionẽ, peractis cũ discipulis suis xl. diebus, impleta die Pentecostes, misit eis spiritum sanctũ, sicut promiserat. Spiritus ergo tũc veniens impleuit locũ illum, factoq; primo sonitu de cęlo tanquã ferretur flatus vehemens, sicut in Actibus Apostolorũ legimus. Visæ, inquit, illis sunt linguæ diuisæ velut ignis, qui & insedit super vnumquęq; eorũ, & cęperunt linguis loqui, sicut spũs dabat eis pronũciare. Hãc videmus colũbã super dñm has linguas diuisas super discipulos cõgregatos: ibi simplicitas, hic feruor oñditur. Sunt.n. qui dicuntur simplices & pigri sunt: vocantur simplices, sunt aũt segnes. Nõ talis erat Stephanus plenus spũsancto: simplex erat, qa nemini nocebat: feruẽs erat qa impios arguebat. Nõ.n. tacuit iudęis, cuius sunt verba illa flammãtia Dura ceruice, & incircũcisi corde & aurib. vos semper restitistis spiritui sancto. Magnus impetus, sed colũba sine felle sęuit. Nã vt noueritis quia sine felle sęuiebat, illi auditis his verbis qui corui erant ad lapides statim aduersus colũbã cucurrerũt: cępit Stephan⁹ lapidari, & q pauloante fremens & feruẽs spũ, tanq̃ in inimicos impetũ fecerat, & tanquã violentus inuectus erat in verbis igneis atq; flãmantib. vt audistis. Dura ceruice & incircuncisi corde & auribus, vt qui ea verba audiret, putaret Stephanũ, si ei liceret, statim illos velle consumi, veniẽtibus in se lapidibus ex manib. eorũ genu flexo ait. Dñe, ne statuas illis hoc delictũ, Inhęserat vanitati (4. colũbę. Prior. n. illud fecerat magister, super quẽ desẽderat colũba, qui pendens in cruce ait, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Ergo ne spũ sanctificati dolũ habeãt, in columba demonstratum est: ne simpliciter frigida remaneat, in igne demonstratũ est. Nec moueat, quia linguæ diuisæ sunt. Distant enim linguæ, ideo diuisis linguis apparuit. Linguę, inquit, diuisę velut ignis, qui & insedit super vnũquemq; eorũ. Distant inter se linguę, sed linguarũ distantiæ non sunt schismata. In linguis diuisis noli dissipationẽ timere, vnitatẽ cognosce in columba. Si ergo sic oportebat demonstrari spiritum sanctũ venientem super dñm, vt intelligat vnusquisq; si habeat spiritum sanctũ, simplicẽ se esse debere sicut columbã: habere cũ fratribus veram pacem, quam significant oscula columbarũ. Habẽt enim oscula & corui: sed in coruis falsa pax, in columba vera pax. Nõ õis ergo qui dicit, pax vobiscũ, quasi columba audiendus est. Vnde ergo discernuntur oscula coruorũ ab osculis columbarũ? Osculantur corui, sed laniant: à laniatu innocens est natura columbarũ. Vbi ergo laniatus, nõ est vera in osculis pax. Illi habent verã pacẽ, qui Ecclesiã nõ laniauerunt: nam corui de morte pascuntur. Hoc colũba non habet, de frugibus terrę viuit innocẽs eius victus est: quod vere fratres mirandũ est in columba. sunt passeres breuissimi, qui vel muscas occidunt, nihil horum colũba: non enim de morte pascitur. Qui laniauerũt Ecclesiã de mortibus pascuntut. Potẽs est dominus, rogemus vt reuiuiscant qui deuo-

Gen. 8. *Phil. 2.* *Acto. 2.* *Acto. 7.* *4. alias vnitati.* *Luc. 23.* *2. q. 7. c. non omnis qui.*

deuorantur ab eis & sentiunt: multi enim agnoscunt, quia reuiuiscunt, nã ad eorũ aduẽtũ quotidie gratulamur in noĩe Christi. Vos tantũ sic estote simplices, vt sitis prudentes & feruẽtes, & feruor vester in linguis sit. Nolite tacere, ardentibus linguis loquentes, accendite frigidos. C Quid.n. fratres mei, quis nõ videat quod illi nõ vident? Nec mirũ quia in de reuerti nolunt, sicut coruus qui de arca missus est. Quis.n. nõ videat q illi nõ vident? Et ipsi spiritui sancto ingrati sunt. Ecce colũba descendit super dñm, & super dñm baptizatũ, & apparuit ibi sancta illa & vera Trinitas, quæ nobis vnus Deus est. Ascendit.n. dñs ab aqua, sicut in Euangelio legimus. Et ecce aperti sunt cęli, & vidit spiritũ descendentẽ velut columbã, & mansit super eũ. Et statim *Matt. 2.* vox consecuta est, Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Apparuit manifestissima Trinitas, pater in voce, filius in hoĩe spiritussanctus in columba. In Trinitate ista quò missi sunt Apostoli, videamus quod videmus, & quod mirũ est, quia illi nõ vident, non enim vere non vident, sed ad id quod facies eorũ ferit, oculos claudunt. Aquo missi sunt discipuli in noĩe patris & filij & spiritus sancti? Ab illo de quo dictum est, Hic est qui baptizat. Dictũ est.n. ministris ab eo qui sibi tenuit hanc potestatẽ. Hoc.n. in illo vidit Ioãnes, & cognouit quod non nouerat, nõ quia eũ non nouerat filium Dei: aut eũ non nouerat dñm, aut non norat Christũ: aut vero & hoc non nouerat quia ipse baptizaturus esset in aqua, & Christus in spiritusancto: §Nã & hoc nouerat.) Sed quia non ita vt sibi teneret potestatẽ, & in nullum ministrorũ eã trãsferret hoc est quod dicit in columba. Per hãc.n. potestatẽ quã Christus solus sibi tenuit, & in neminẽ ministrorũ transfudit, quanuis per ministros suos baptizare dignatus sit, p hanc stat vnitas Ecclesiæ, quæ significatur per D lumbã, de qua dictũ est, Vna est colũba mea, *De conse. dist. 4. c. Aliud. Cant. 5.* vna est matris suę. Si enim vt iam dixi, fratres mei, trãsferretur potestas à dño ad ministrũ, tot baptismata essent, quod ministri essent, & iã non staret vnitas baptismi. Intendite fratres. Antequã veniret dñs noster Iesus Christus ad baptismũ, nam post baptismũ descendit colũba, in qua cognouit Ioannes quiddã propriũ, cum ei dictũ est, Su per quem videris spiritum descendentẽ sicut columbam, & manentẽ super eum, ipsẽ est qui baptizat in spiritusancto: nouerat, quia baptizabat in spiritusancto, sed quia tali proprietate, vt potestas ab eo non transiret in alterum, quanuis eo donante hoc ibi didicit. Et vnde probamus, quia iã, & hoc nouerat Ioãnes, quia baptizaturus erat dñs in spiritusancto, vt hoc E intelligatur didicisse in columba, quod ita esset baptizaturus dñs in spiritusancto, vt in neminem alium hominem potestas illa trãsiret? Vnde probamus? Columba iam baptizato domino descendat. Ante autem quam veniisset dominus vt baptizaretur à Ioanne in Iordane, diximus quia nouerat eũ, illis vocibus vbi ait, Tu ad me venis baptizari: ego à te debeo baptizari: Sed ecce dñm nouerat, nouerat, filiũ Dei. Vnde probamus quod iã nouerat quia ipse baptizaret ĩ spiritusancto? Antequã veniret ad fluuium, cum multi ad Ioannem currẽt baptizari, ait illis, Ego qui- *Matt. 3.* dẽ baptizo vos in aqua: qui autẽ post me venit, maior me est, cuius non sum dignus corrigiã calceamẽti soluere, ipse vos baptizabit in spiritusancto & igni: iam & hoc nouerat. Quid ego per columbam didicit, ne mendax postea inueniretur, qđ auertat à nobis Deus opinari, nisi quandam proprietatẽ in Christo talem futurã, vt quanuis multi ministri baptizaturi essent, siue iusti, siue iniusti, nõ tribueretur sanctitas baptismi, nisi super quem descendit columba, de quo dictũ est, Hic est q baptizat in spũsancto. Petrus baptizet, hic est qui baptizat: Paulus baptizet, hic est qui baptizat: Iudas baptizet, hic est qui baptizat. Nã si pro diuersitate meritorũ baptisma sanctũ est, quia diuersa sunt merita diuersa erũt baptismata, & tãto quisq; aliquid melius pu- *2. Ti. 2.* tatur accipere, quanto à meliore videtur acF cepisse. Ipsi spiritales sancti, intelligite fraties mei boni pertinentes ad columbã, pertinẽtes ad sortẽ ciuitatis illius Hierusalem, ipsi boni in Ecclesia, de quib. dicit Apostolus, Nouit dñs qui sunt eius, diuersarũ gratiarum sunt, non oẽs paria merita habent. Sunt alijs sanctiores, sunt alij alijs meliores. Quare ergo si vnus ab illo verbi gratia, iusto sancto baptizetur: alius ab alio inferioris meriti apud Deũ, inferioris gradus, inferioris cõtinẽtię, inferioris vitæ vnum tñ & par & æquale est quod acceperunt, nisi quia hic est qui baptizat? Quomodo ergo cũ baptizat bonus & melior,

melior,non ideo iſte bonum accepit, & ille m elius.Sed q̃uis bonus & melior fuerintmi
De conſe. di. 4.c.cũ baptizat. 4.ſenten. diſt. 1.c. niſtri,vnum & æquale eſt,qđ acceperũt, nõ eſt melius in illo,& inferius in iſto,ſic cũ baptizat malus ex aliqua vel ignorantia Eccleſiæ,vel tolerãtia aut.n.ignorant̃ mali,aut tole rant̃,vt palea,quouſq; in vltimo vẽtilet area, illud qđ datum eſt,vnũ eſt,nec impar ꝓp im pares miniſtros, ſed par & ęquale, propter. Hic eſt q̃ baptizat. Ergo dilectiſſimi, videamus qđ videre illi nolunt, nũ qđ nõ videãt, ſed qđ ſe videre doleant,quaſi clausũ ſit con
Mat.28. tra illos quo miſsi ſunt diſcipuli,in noĩe pa
Pſal. 2. tris & filii & ſpũſſanct̃i, vt baptizarent tanq̃
12 miniſtri.Quo miſsi ſunt? Ite, dixit,baptizate
G gentes. Audiſtis fratres qũo venit illa hæredi tas,Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæredi tatẽ tuam,& poſſeſsionem tuã terminos terræ.Audiſtis qũo de Sion prodit lex,& verbũ
Eſaia. 2. dñi de Hieruſalem:ibi.n. audierunt diſcipuli, Ite baptizate gẽtes in noĩe patris & filii & ſpũſſanct̃i. Intenti facti ſumus cũ audiremus, Ite baptizate gẽtes,in cuius noĩe? In nomine patris & filii & ſpũſſanct̃i. Iſte vnus Deus,qa non in nominib. patris & filii & ſpũſſanct̃i, ſed in nomine patris & filii & ſpũſſanct̃i,vbi vnum nomen audis, vnus eſt Deus, ſicut de
Gala. 3. ſemine Abrahæ dict̃ũ eſt, & exponit Paulus Apoſtolus,In ſemine tuo benedicent̃ omnes gentes,non dixit in ſeminib. tanq̃ in multis, ſed tanq̃ in vno, & ſemini tuo qđ eſt Chriſtus.Sicut ergo qa ibi nõ dicit in ſeminibus, docere te voluit Apoſtolus,qa vnus eſt Chriſtus,ſic & hic cum dictum eſt in in noĩe, nõ in noĩb.qũo ibi in ſemine,non in ſeminibus
12 probat̃ vnus Deus pater & filius & ſpũſſan
H ctus.Sed ecce, inquiũt diſcipuli ad dñm,Au diuimus in quo noĩe baptizemus, miniſtros nos feciſti,& dixiſti nobis, Ite baptizate ĩ no mine patris & filii & ſpirituſſanct̃i.Quò ibimus?quò?non audiſtis? ad hæreditatem meã: Interrogatis,quo ibim? Ad id quod emi ſanguine meo,quo ergo?Ad gentes,ad gẽtes inquit.Putaui quia dixit,ite bapatizate Aphros in nomine patris & filii & ſpirituſſanct̃i.Deo gratias.Soluit dñs qõnem, docuit columba.
Actor. 2. Deo gratias.Ad gentes Apoſtoli miſsi ſunt,ſi ad gentes,ad oẽs linguas.Hoc ſignificat ſpũſſanctus diuiſus in linguis, vnitus in colũba Hoc linguę diuidunt, hoc colũba copulat. Linguæ gentium concordarũt,& vna lingua-

Aphricæ diſcordauit? Quid euidẽtius fratres mei? in columba vnitas, in linguis gentium ſocietas.Aliqñ.n.& linguę per ſuperbiam diſcordauerunt, & tunc ſunt factæ linguæ ex vna multæ.Poſt diluuium.n. quidam ſuperbi hoĩes velut aduerſus Deum ſe munire conã 12
tes,quaſi aliqd eſſet excelſius Deo,aut aliqd I
tutius,ſuperbiæ erexerũt turrim,quaſi ne diluuio ſi poſtea fieret delerent̃. Audierant.n. & recenſuerant,qa omnis iniquitas erat deleta diluuio. Ab iniquitate temperare nolebant,altitudinẽ turris contra diluuiũ requirebant,ædificauerunt turrim excelſam,vidit Deus ſuperbiam ipſorum, & hunc errorem illis immitti iuſsit,vt non cognoſcerẽt loquẽtes,& factæ ſũt diuerſæ linguæ per ſuperbiã. Si ſuperbia fecit diuerſitates linguarum, humilitas Chriſti ꝓgregauit diuerſitates linguarum.Iam qđ illa turris diſſociauerat, Eccleſia collegit. De vna lingua factæ ſunt multæ, noli mirari,ſuperbia hoc fecit. De multis linguis fit vna,noli mirari,charitas hoc fecit,qa etſi ſoni diuerſi linguarũ ſunt, in corde vnus Deus inuocat̃,vna pax cuſtodit.Vnde debuit *Cant.6.* ergo chariſsimi demõſtrari ſpũſſanctus, vnitatem quãdam deſignans niſi per columbã, vt pacatæ Eccleſiæ diceret̃, Vna eſt columba mea? Vnde debuit humilitas niſi per auẽ ſimplicem,& gementem, non per auẽ ſuperbam & exultãtẽ ſicut coruus? Et forte dicẽt, Quia ergo columba,& vna columba,præter vnam columbam baptiſmus eſſe nõ poteſt. Ergo ſi apud te eſt columba, vel es colũba, qñ ad te venio, tu da mihi quod nõ habeo, ſcitis hoc ipſorum eſſe.Ecce modo vobis ap
parebit,nõ eſſe de voce columbæ,ſed de cla- 12
more corui. Nam paululũ attendat charitas K
veſtra,& timete inſidias imo cauete, & excipite verba contradicentiũ reſpuenda nõ trãſglucienda & viſcerib.danda. Facite inde qđ fecit dñs,quãdo illi obtulerunt amarum potum:Guſtauit & reſpuit, ſic & vos audite & abiicite.Quid.n. dicunt?Videamus, Ecce inquit,tu es columba O catholica,tibi dictum eſt,vna eſt colũba mea,vna matris ſuę. Tibi certe dictum eſt,Expecta,noli me interroga re.Si mihi dictum eſt proba primum,ſi mihi dictum eſt,cito volo audire.Inquit,Tibi dictum eſt. Rñdeo voce catholica,mihi. Hoc aũt fratres, qđ ore meo ſolius ſonuit,ſonuit vt arbitror,& cordib. veſtris, & oẽs pariter

diximus, Ecclesiæ catholicæ dictum est, Vna est columba mea, vna est matris suæ, præter ipsam ergo columbam, inquit, baptisma nō est. Ego qui præter ipsam columbā sum baptizatus, ergo non habeo baptismum? Si baptismum non habeo, quare mihi non das qñ ad te venio? Et ego interrogo, Interim seque stremus, cui dictum est, Vna est colūba mea, vna est matris suæ. Adhuc q̄rimus, Aut mihi I dictum est, aut tibi dictum est? Sequestremus cui dictum sit. Hoc ergo q̄ro, si columba est simplex, innocens sine felle, pacata in oculis, nō læua in vnguibus, q̄ro vtrum ad huius columbæ mēbra pertineant auari, raptores, subdoli, ebriosi, flagitiosi, membra sunt colū bæ huius? Absit, inq̄t. Et reuera fratres, qs hoc dixerit vt nihil aliud dicā? Raptores solos, si dicā, membra accipitris p̄ñt esse, non mēbra columbæ. Milui rapiūt, accipitres rapiūt, cor ui rapiunt colūbæ nō rapiunt, nō dilaniāt. Er go raptores nō sunt mēbra colūbæ. Nō apud vos fuit vel vnus raptor? Quare manet baptis mus quē dedit accipiter & nō colūba? Quare non baptizatis apud vosmetipsos post raptores & adulteros & ebriosos, post auaros apud vosmetipsos? An isti oēs mēbra colūbę sunt? Sic dehonestatis colūbā vestrā, vt ei mē bra vulturina faciatis? Quid ergo fratres, qd dicimus? Mali & boni sunt in Ecclesia catholica, ibi aūt soli mali sunt. Sed forte inimico hoc dico, & hoc postea req̄rat. Et ibi certe dicūt, qa sunt boni & mali. Nā si dixerint so losbonos se hr̄e, credāt illis sui, & subscribo, Nō sunt apud nos dicāt, nisi sancti, casti, so brii, nō adulteri, nō fęneratores, nō fraudato res, nō periuri, nō vinolenti. Dicāt, Non. n. at M tendo linguas ipsorū, sed tāgo corda ipsorū. Cū aūt noti sint & vobis & suis, sicut & vos & vobis in catholica & illis noti estis, nec nos eos reprehēdam⁹, nec illi se palpēt. Nos fatemur ī Ecclesia catholica & bonos & ma los esse, sed tanq̄ grana & paleas. Aliqñ qui baptizat à grano, palea est, & qui baptizat à palea granū est, alioqn, siq̄ baptizat a grano, valet, & qui baptizat a palea nō valet, falsum est, hic est q̄ baptizat. Si aūt verū est, hic est q̄ baptizat, & qđ ab illo dat, valet, & qūo colū ba baptizat? Non. n. malus ille colūba est, aut ad mēbra colūbæ p̄tinet, nec hic pōt dici in catholica nec apud illos. Si illi dāt, columbā esse Ecclesiam suam, quid ergo intelligimus fratres mei, qm̄ manifestum, & omnib. notū est etsi nolint cōuincunt, quia & ibi qñ dant mali, nō post illos baptizat, & hic qñ dāt ma li, non post illos baptizat. Columba non baptizat post coruū, coru⁹ vult baptizare post colūbam? Intēdat charitas vestra Et quare de signatum est nescio q̄d p̄ columbam, vt baptizato dño veniret calūba. i. spūssanctus in spē columbæ, & maneret sup̄ eum, cū in aduentu colūbæ hoc cognosceret Ioānes, propriam q̄dam p̄tātem in dño ad baptizandū, qa per hanc propriam p̄tātem, sicut dixi, pax Ecclesiæ firmata est. Et pōt fieri vt habeat aliquis baptismum præter columbā, vt profit ei baptismus, p̄ter columbam non pōt. Intēdat A charitas vestra & intelligat qđ dico: nam & ista circunuentione sæpe seducūt fratres nostros, qui pigri & frigidi sunt. Simus simpliciores & feruētiores. Ecce inquit, Ego acce pi, an nō accepi? Rñdeo, accepisti. Si ergo ac cepi, & nō est qđ mihi des, securus sum, ēt te stimonio tuo. Et ego q̄dem me dico accepis se, & tu me fateris accepisse, vtriusq; lingua securū me fecit. Quid ergo mihi promittis? Quare me vis catholicum facere, qñ non mi hi aliquid daturus es amplius, & me iā accepisse fateris qđ te hr̄e dicis? Ego aūt qñ dico, veni ad me, dico qa non habes tu, qui fateris quia habeo. Quare dicis, veni ad me? Docet nos colūba. Rñdet. n. de capite dñi, & dicit, Baptismum habes, charitatē aūt qua ego ge mo, non habes. Quid est, hoc, inquit, Baptis ma hēo, charitatem non hēo? Sacr̄m habeo, charitatem non? Noli clamare, ostende mihi qūo habeat charitatem qui diuidit vnitatem. Ego, inquit, habeo baptismū: Habes sed ba ptima illud sine charitate nihil tibi prodest, B qa sine charitate tu nihil es: nā baptismus ille ēt in illo qui nihil est, non est nihil. Baptisma quippe illud aliquid est, & magnum aliquid est, p̄p illum de quo dictum est, Hic est qui baptizat. Sed ne putares illud quod magnum est, tibi aliquid prodesse posse si non fueris in vnitate, super baptizatum columba descē dit, tanquā dicens, Si baptismum habes, esto in columba, ne non tibi profit quod habes. Veni ergo ad columbam dicimus, non vt in cipias habere qđ non habebas, sed vt prodes se tibi incipiat quod habes. Foris. n. habebas baptismum ad perniciem, intus si habueris, incipit prodesse ad salutem. Non. n. tantum

tibi

tibi non proderat baptisma, & nō ēt oberat.
De consec. di. 2. c. & sancta. & sancta pñt obesse, in bonis. n. sancta ad salutē insunt, in malis ad iudicium. Certe. n. fratres nouimus qd accipiamus, & vtiq; sanctū
1. Co. 10. Ioan. 13. est qđ accipimus, & nemo dicit non est sanctum. Et qd Apostolus? Qui aūt manducat & bibit indignè, iudiciū sibi māducat & bibit: non ait qa illa res mala èst, sed qa ille malus
C male accipiendo, ad iudiciū accipit bonum qđ accipit. Non. n. mala erat bucella, q̄ traditā est Iudæ à dño: Absit. Medicus non daret venenum, saluté medicus dedit, sed indigne accipiendo ad ꝓniciem accepit, qa nō pacatus accepit. Sic ergo & qui baptizat. Habeo, inqt, mihi. Fateor hēs, obserua qđ habes, eo ipso qđ habes dānaberis. Quare? Quia rē columbæ ꝓter columbam hēs. Si rem columbæ in colūba hēas, securus hēs. Puta te esse militarem, si characterē Imperatoris tui intus habeas, securus militas, si extra héas, tunc nō solum tibi ad militiā nō prodest character ille, sed ēt ꝓ desertore punieris. Veni ergo veni, & noli dicere, iā héo, iā sufficit mihi. Veni, columba te vocat, gemendo te vocat. Fratres mei vobis dico, gemendo vocate, non rixando, vocate orādo, vocate inuitādo, vocate iunādo, in charitate intelligāt, qa doletis illos. Nō dubito fratres mei, qa si videāt dolorē vestrum, cōsundent & reuiuiscent. Veni ergo veni, noli timere, time si nō venis, imò nō time, sed plange: Veni gaudebis, si veneris.
Cap. 16. Gemis qdem in tribulationib. peregrinationis, sed gaudebis in spe. Veni vbi est columba, cui dictū est, Vna est colūba mea, vna est
D matris suæ. Colūbam vnā vides super caput Christi: linguas vides ī toto orbe terrarū. Idē spūs per columbam, idē & per linguas. Si ꝓ columbā idem spūs, & per linguas idē spūsanctus per totū orbē terrarū dat⁹ est, à quo te ꝓcidisti, vt clames cū coruo, nō vt gemas cū columba? Veni ergo. Sed solicit⁹ es forte & dicis, Foris baptizatus sum, timeo ne inde sim reus, qa foris accepi. Iā cœpisti cognoscere qd gemēdum sit, Verum dicis, qa reus es non qa accepisti, sed qa foris accepisti. Tene ergo qđ accepisti, emenda qđ foris accepisti. Accepisti rē columbæ, ꝓter columbā accepisti. Duo sunt q̄ audis, accepisti, & ꝓter colūbā accepisti. Qđ accepisti, approbo, qa foris accepisti, improbo. Tene ergo qđ accepisti, non mutat, sed agnoscit, character est regis mei, nō ero sacrilegus, corrigo desertorē, nō immuto characterē. Nihi de baptismate gloriari, qa dico ipsum est. Ecce dico ipsū est, tota catholica dicit ipsum est, aduertit columba, & agnoscit & gemit, qa ipsum foris hēs, vide ibi qđ agnoscat, videt ibi & qđ corrigat. Ipsum est, veni. Gloriaris qa ipsum est, & non vis venire? Quid ergo mali qui nō ꝓtinet ad columbā ait, tibi colūba, & mali inter E
quos gemo, & qui nō pertinent ad membra mea, & necesse est vt inter illos gemā, nōne habent qđ te hre gloriaris? nōne multi ebrio si hent baptismum? nōne multi auari? nonne multi idololatræ, & qđ est peius furtim? Nō ne Pagani ad idola eūt, vel ibāt publicę? Nūc occulte Christiani sortilegos q̄runt, mathematicos cōsulūt, & ibi hent baptismum, sed colūba gemit inter coruos. Quid ergo gaudes qa hēs? Hoc hēs qđ habet & malus. Habeto humilitatē, charitatem, pacem, habēto bonum qđ nondū habes, vt prosit tibi bonū qđ habes: nam qđ habes, & habuit & Simon magus, Actus Apostolorum testes sunt, ille liber canonicus oī anno in Ecclesia recitandus. Anniuersaria solēnitate post passionem dñi nostis illum librum recitari, vbi scriptū est, qūo conuersus sit Apostolus, & ex ꝓsecutore prædicator factus. vbi etiam die pēteco stes missus est spūssanctus in linguis diuisis velut ignis: Ibi legimus multos credidisse in
Samaria ꝓ prædicationē Philippi. Intelligit F
aūt siue vnus ex Apostolis, siue ex diaconis, qa septē ibi diacones legimus ordinatos, inter quos est ēt nomen Philippi: per Philippi ergo prædicationē crediderūt Samaritæ. Samaria cœpit abundare fidelib. ibi erat ille Simon magus qui per magicas factiones suas demētauerat populum vt eū virtutē Dei putarent. cōmotus tā signis quæ à Philippo fiēbāt, ēt ipse credidit, sed qūo ipse crediderit, posteriora sequētia demonstrauerūt. Baptizatus est aūt & Simō. Audierunt hoc Apostoli *Acto. 2.*
q erāt in Hierusalē, & misi sunt ad illos Petrus & Ioānes, & inuenerunt multos baptizatos. Et qa null⁹ ipsorū adhuc acceperat spm̄ sanctū, sicut tunc descendebat ad ostendendam significationem gentium crediturarū, vt linguis loquerent, ī quos descendebat spiritussanctus, imposuerunt illis manus orantes pro eis, & acceperunt spiritum sanctum. Simon ille q non erat in ecclesia colūba, sed

coruus,quia ea quæ ſua ſunt quærebat, non quæ Ieſu Chriſti:vnde in Chriſtianis potẽtiã magis amauerat q̃ iuſtitiam,vidit per impoſi
Phili. 2. tionem manuum Apoſtolorum dari ſpiritũ-
Actor. 8. ſanctum,non quia ipſi dabant, ſed quia ipſis orantib.datus eſt,& ait Apoſtolis, Quid vultis a me accipere pecuniæ,vt & per impoſitionem manuum mearum deꝰ ſpũſſanctus? Et ait illi Petrus,Pecunia tua tecum ſit in p̃ditionem,qm̃ donũ Dei putaſti pecunia cõparandum. Cui dicit, Pecunia tua tecum ſit in perditionem?vtiq; baptizato. Iam baptiſma habebat,ſed columbæ viſcerib.non hære
13 bat.Audi quia non hærebat, verba ipſa Petri
G Apoſtoli aduerte, ſequiẽ.n. Non eſt tibi pars neq; ſors in hac fide. In felle.n.amaritudinis video te eſſe.Colũba fel non habet,Simõ habebat,ideo ſeparatus erat à colũbæ viſcerib. Baptiſma illi quid proderat? Noli ergo de baptiſmate gloriari, quaſi ex ipſo ſalus tibi ſufficiat.Noli iraſci,depone fel,veni ad colũbam.Hic tibi proderit, qđ foris non ſolũ nõ proderat,ſed ẽt oberat.Neq; dicas,nõ venio qa foris ſum baptizatus. Ecce incipe habere charitatem,incipe hꝛe fructum, inueniaꝫ in
Gene. 6. te fructus,mittat te columba intro:Inuenimꝰ hoc in ſcriptura,Imputribilib.lignis arca fuerat fabricata. Imputribilia ligna ſancti ſunt fideles pertinentes ad Chriſtum.Qũo.n.in tẽplo lapides viui de qb.ædificaꝫ templum homines fideles dicti ſunt, ſic ligna imputribilia hoĩes perſeuerantes in fide. In ipſa ergo arca ligna imputribilia erãt. Arca.n. Eccleſia eſt, ibi baptizat colũba illa: Arca. n.illa in aqua ferebaꝫ,lingua imputribilia intus,baptizata ſunt.Inuenimus q̃dam ligna foris baptizata,oẽs arbores,quæ erant in mundo. Ipſa tñ aqua erat,non erat altera,omnis de cœlo
Gene. 8. venerat,& de abyſsis fontium.Ipſa erat aqua in qua baptizata sũt ligna imputribilia, quæ erant in arca,in qua baptizata ſunt ligna foris. Miſſa eſt columba, & primum non inuenit requiem pedib.ſuis rediit in arcam,plena .n erant aquis oĩa, & maluit redire q̃ rebaptizari.Coruus aũt ille emiſſus eſt anteq̃ ficcareꝫ aqua,rebaptizatus redire noluit, mortuus eſt in his aquis. Auertat Deus corui illiꝰ mortem:nam quare non eſt reuerſus, niſi qa aquis interceptus eſt? Aut vero columba nõ inueniẽs requiem pedib. ſuis, cum ei vndiq; clamaret aqua,veni, veni, hic tingere, qũo
13 H

clamant iſti hęretici,veni,veni,hic habes:nõ inueniens illa requiem pedib.ſuis,reuerſa eſt ad arcam.Emiſit illam Noe iterum,ſicut vos mittit arca vt loquamini illis.Et qd fecit poſtea columba? Quia erant ligna foris baptizata,reportauit ad arcam ramum de oliua.Ramus ille & folia & fructum habebat.Nõ ſint in te ſola verba,nõ ſint in te ſola folia, ſit fructus,& redis ad arcam,non per teipſum,colũba te reuocat.Gemite foris, vt illos intro reuocetis.Et.n.fructus iſte oliuæ ſi diſcutiaꝫ, inuenies quid erat. Oliuæ fructus, charitatẽ ſignificat. Vnde hoc probamus? Qũo enim 13
oleum à nullo humore premiꝫ, ſed diruptis I
omnib.exilit & ſupereminet, ſic & charitas non poteſt premi in ima,neceſſe eſt vt ad ſuperna emineat. Propterea de illa dicit Apoſtolus,Adhuc ſupereminentiorem viã vobis
demonſtro. Quia diximus de oleo qa ſuper- *1.Co. 12*
eminet,ne forte nõ de charitate dixerit Apoſtolus,ſupereminentiorẽ viam vobis demon
ſtro audiamus quid ſequiẽ,Si linguis hoĩum *1.Co.13.*
loquar & angelorum,charitatem aũt non habeam,factus ſum tanq̃ æramẽtum ſonãs,aut cymbalum tinniens.I nũc Donate,& clama, diſertus ſum: I nunc & clama, doctus ſum. Quantũ diſertus,q̃tum doctus? Nunquid linguis angelorum locuturus es? Et tamẽ ſi linguis angelorum loquereris, charitatẽ nõ habens,audirem ęraſonãtia & cymbala tinniẽtia.Soliditatem aliq̃ quęro,fructũ in foliis inueniã,non ſint ſola verba,habeãt oliuam,redeãt ad arcam.Sed,inquies,habeo facrm. Verum dicis,facrm diuinũ eſt, habes baptiſma, & ego confiteor. Sed quid dicit idem Apoſtolus? Si ſciero omnia ſacra, & habuero ꝓphetiam & omnem fidem, ita vt montes trãſferam,ne forte & hoc diceres, Credidi,ſuffi 13
cit mihi.Sed quid dicit Iacobus? Et dæmones K
credunt & contremiſcunt. Magna eſt fides, *Iacob. 2.*
ſed nihil prodeſt ſi non habeat charitatem. Confitebantur & dæmones Chriſtum credẽdo,ſed non diligendo,dicebant,Quid nobis & tibi fili Dei? Fidem habebant,charitatem non habebant, ideo dæmones erant. Noli de fide gloriari, adhuc dæmonibus com- *Marc. 1.*
parandus es, noli dicere Chriſto domino, mihi, & tibi quid eſt? Vnitas enim Chriſti tibi loquitur, Veni cognoſce pacem,redi ad viſcera columbæ.Foris baptizatus es, habeto fructum,& redi ad arcam, Et tu. Quid

nos

nos quæritis si mali sum⁹? Vt boni sitis. Ideo vos quærimus, quia mali estis: nã si mali non essetis inuenissem⁹ vos, nõ vos quæreremus. Qui bonus est, iã inuentus est, qui malus est, adhuc quærit, ideo vos quærimus, redite ad arcã. Sed iam habeo baptismum. Si oĩa sacra sciero & habuero prophetiam & oẽm fidẽ, ita vt montes trãsferam, charitatem aũt non habeam, nihil sum. Fructum ibi videã, oliuã ibi videã, & reuocaris ad arcam. Sed qd ais? 13 L Ecce nos multa mala patimur: hęc si ꝓ Christo pateremini, non pro honorib. vestris. Audite qd sequit. Iactãt se. n. aliqñ, quia eleemosynas multas faciunt, dant pauperibus, quia patiunt molestias, sed pro Donato non pro Christo. Vide qũo patiaris, nam si pro Donato pateris, pro superbo pateris. Non es colũba, si pro Donato pateris, non erat ille amicus sponsi: nã si amicus esset sponsi, gloriam sponsi q̃reret non suam. Vide amicũ sponsi dicentem. Hic est qui baptizat. Ille nõ erat amicus spõsi, pro quo pateris: Non hẽs vestẽ nuptialẽ, & si ad cõuiuiũ veniſti, foras hẽns mitti. Imò qa foras missus es, ideo miser es, redi aliqñ & noli gloriari. Audi quid dicat Apostolus, Si distribuero oĩa mea pauperib. & tradidero corpus meũ, ita vt ardeam, charitatem aũt non habeã, nihil sum. Ecce quod non hẽs, Si tradidero, inqt, corpus meum vt vt ardeã, & vtiq; pro noie Christi, sed quia sunt multi qui iactanter illud faciũt, non cũ charitate, iõ si tradidero corpus meũ vt ardeã, charitatem aũt non habeã, nihil mihi ꝓdest. Charitate fecerunt martyres illi, qui in 13 M tpe persecutionis pasi sunt, charitate fecerunt, isti aũt de tumore & de superbia faciũt, nam cũ ꝓsecutor desit, seipsos præcipitãt. Veni ergo vt habeas charitatem, sed nos hẽmus martyres. Quos martyres? Nõ sunt colũbæ, iõ volare conati sunt & de petra ceciderunt. Oĩa ergo fratres mei videtis, quia clamãt ad uersus illos oẽs paginæ diuinæ, oĩs prophetia, totum Euangelium, oẽs Apostolicæ literę, oĩs gemitus colũbę, & nondum euigilãt, nondum expergiscuntur. Sed si columba sumus, gemamus, toleremus, speremus: aderit misericordia Dei, vt efferueat ignis spiritus sancti in simplicitate vestra, & venient. Non est desperandum, orate, prædicate, diligite, prorsus potens est dñs, iam cęperunt cognoscere frontem suam, multi cognouerũt, nnl

ti erubuerunt, aderit Christus, vt cognoscãt & cęteri. Et certe fratres mei vel palea sola ibi remaneat, oĩa grana colligent, qcquid tibi fructificauit, redeat ad arcã per columbã. Modo deficiẽtes vbiq; qd nobis pręponũt? nõ inuenientes qd dicant? Villas nostras tulerunt, fundos nostros tulerũt, proferũt testamẽta hoĩum. Ecce vbi Gaius eis donauit fundum Ecclesiæ, cui prærat Fæstinus. Cuius Eps erat Faustinus? Ecclesiæ. Quid est Ecclesię? Ecclesię dixi, cui præerat Faustinus, sed nõ Ecclesię prærat Faustin⁹, sed parti pĕrat. Colũba aũt Ecclesia est. Quid clamat? Non deuorabim⁹ villas, colũba illas hẽat. Quærat quę sit columba, & ipsa habeat. nam nostis fratres mei, quia villæ istæ non sunt Aug. Et si vos nõ nostis, & putatis me gaudere in possessione villarum, Deus nouit, ipse scit, quid ego de illis villis sentiam, vel quid ibi sufferam. Nouit gemitus meos, si mihi aliquid de colũba impertiri dignatus est. Ecce sunt villæ. Quo iure defendis villas? diuino an humano? Rñdeant, Diuinum ius in scripturis habemus, humanum ius in legib. regum. Vndè qui sq; possidet qđ possidet? Nonne iure humano. Nam iure diuino, dñi est terra & plenitudo eius. Pauperes & diuites Deus de vno limo fecit, & pauperes & diuites vna terra supportat. Iure tñ humano dicit, Hæc villa mea est, hęc domus mea, hic seruus meus est, Iure ergo humano, iure Imperatorum. Quare? Quia ipsa iura humana ꝓ Imperatores & reges seculi Deus distribuit gñi humano, Vultis legamus leges Imperatorum, & secundum ipsas agamus de villis? Si iure humano vultis possidere recitemus leges Imperatorũ, videamus si aliqd voluerint ab hęreticis possideri. Sed qd mihi est Imperator? Se cũdũ ius ipsius possides terrã. Aut tolle iura Imperatorũ, & qs audet dicere, mea est illa villa, aut meus est ille seruus, aut domus hæc mea est? Si autẽ vt teneantur ista ab hominibus, iura acceperũt regũ: vultis recitemus leges, ut gaudeatis, qa vel vnũ ex horũ habeatis, & nõ imputetis nisi mãsuetudini columbę, qa vel ibi vobis permittit permanere? Legũtur. n. leges manifestæ, vbi ꝓceperunt Imperatores, eos qui præter Ecclesiæ catholicæ cõmunionem usurpant sibi nomen Christianum, nec uolunt in pace colere pacis autorem, nihil nomine Ecclesiæ audeant possi-

14 A

Psal. 23.

14 B

alias ius tum.

dere. Sed quid nobis & Imperatori? Sed iam dixi, de iure humano agitur, & tũ Apostolus voluit seruiri regib. voluit honorari reges & dixit, Reges reueremini. Nolite dicere, quid
1. Pet. 2. mihi & regi? Quid tibi ergo & possessioni? Per iura regum possidentur possessiones. Dixisti, qd mihi & regi? Noli dicere possessiones tuas, qa ad ipsa iura humana renunciasti qb. possidentur possessiones. Sed de diuino iure ago, ait. Ergo Euãgeliũ recitemus. Videamus quousq; Ecclesia catholica Christi est, sup q̃ venit columba, quæ docuit, Hic est qui baptizat, qũo ergo iure diuino possideat, q dicit,
14 Ego baptizo, cũ dicat colũba. Hic est qui ba
C ptizat, cum dicat scriptura, Vna est columba
Cant. 6. mea, vna est matris suæ? Quare laniastis colũ bam? Imo laniastis viscera vestra, nam vobis laniastis, colũba integra perseuerat. Ergo fratres mei, si vbiq; non habent qđ dicant, ego dico vobis, qd faciant, veniant ad catholicã, & nobiscum habebunt non solum terrã, sed etiam illum qui fecit cœlum & terram.

Ab eo quod scriptum est, Et ego vidi & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei, vsq; ad id qđ scriptum est, Amen dico vobis, videbitis cœlum apertum, & angelos ascendentes & descendentes super filium hominis. Tract. VII.

COngaudemus frequentiæ vestræ, quia vltra q̃ sperare potuimus, alacritate cõuenistis. Hoc est ergo qđ nos lætificat & cõsolat in omnib. laborib. & periculis vitæ huius, amor vester in Deum, & piũ studium, &
Psal. 87. certa spes, & feruor spũs. Audistis cum Psalmus legeret, quia inops & pauper clamat ad
14 D Deũ in hoc seculo. Vox. n. est, vt sæpius audistis, & meminisse debetis non unius hoĩs, & tũ vnius hoĩs. Nõ vnius, qa fideles multi, multa grana inter paleas gementia, diffusa toto orbe terrarũ. Vnius aũt qa membra Christi oẽs, ac per hoc vnũ corpus. Iste ergo vnus populus inops & pauꝑ, nõ nouit gaudere de seculo, & dolor eius intus est, & gaudiũ eius intus est, vbi nõ videt nisi ille qui exaudit gementẽ, & coronat sperantẽ. Lætitia seculi vanitas, cum magna expectatione sperat vt veniat, & nõ põt teneri cum venerit. Iste enim dies qui lætus est perditis hodie in ista ciuitate, cras vtiq; non erit, nec idem ipsi cras hoc erunt qđ hodie sunt. Et transeunt omnia, & euolant oĩa, & sicut fumus vanescunt. Et væ Esai. 40. qui amãt talia: Oĩs enim aĩa sequit qđ amat. Oĩs caro fœnũ, & oĩs honor carnis quasi flos fœni. Fœnũ aruit, flos decidit, verbũ aũt dñi manet in æternũ. Ecce qđ ames, si vis manere in æternum. Sed dicere hẽbas, Vñ possum apprehẽdere verbũ Dei? Verbũ caro factum 14
est, & habitauit in nobis. Quapp fratres cha E
rissimi, ad inopiã nostrã & paupertatẽ nr̃am
ptineat, & qđ illos dolemus qui sibi abũdare
vñr, gaudiũ. n. ipsorũ quasi phreneticorũ est.
Qũo aũt phreneticus gaudet in insania, plerũque & ridet, & plangit illum qui sanus est, sic & nos frẽs charissimi, si recepimus medicinã de cœlo venientẽ, qa & nos oẽs phrenetici eramus, tanq̃ salui facti, qui ea, q̃ diligebamus nõ diligimus, gemimus ad Deũ de iis q adhuc insaniunt, potẽs est. n. vt & ipsos saluos faciat, & op⁹ est, vt respiciãt se, & displiceãt sibi. Spectari volũt, & spectari se non nouerunt: nã si aliq̃tum oculos ad se cõuertãt, vidẽt cõsusionẽ suã. Qđ donec fiat, alia sint studia nostra, alia sint aduocamenta aĩę nostrę. Plus valet dolor nr̃ quam gaudium illoruni. Quantũ pertinet ad numerum fratrũ, difficile est, vt qsquã ex illa celebritate raptus fuerit ex viris, q̃tum aũt ad sororum numerum, cõtristat nos, & hoc magis dolendum est, qa non ipsæ potius ad Ecclesiã currunt, quas debuit si non timor, certe verecundia de publico reuocare. Viderit hoc qui videt, & aderit misericordia eius, vt saluet oẽs. Nos aũt qui cõuenimus, pascamur epulis Dei, & sit gaudium nostrum sermo ipsius. Inuitauit. n. nos ad Euangelium suum, & ipse cib. noster est, quo nihil dulcius, sed si quis habeat palatum sanum in corde. Bene aũt arbitror meminisse charitatem vestrã hoc Euangelium lectionib. cõgruis ex ordine recitari, & puto vobis non excidisse, quæ iam tractata sunt, maxime
recentiora de Ioan. & de columba. De Ioan 14
ne. s. quid nouũ didicerit in domino per co- F
lumbam, qui iam nouerat dñm. Et hoc inuẽtum est inspirante spiritu Dei, quid iam quidem Ioan. nouerat in domino, sed quòd ipse dominus ita esset baptizaturus, vt baptizandi potestatem a se in neminem transunderet, hoc didicit per colũbam, qa dictum ei erat. Super quem videris spiritum descendentem velut columbam, & manentem super eum,

hic est

hic est qui baptizat in spiritusācto. Quid est, hic est? Nō est alius, etsi per alium. Quare aūt per columbam? Multa dicta sunt, nec posū, nec opus est oīa rēexere, præcipue tū pp pacem, quia & ligna quę baptizata sunt foris, fructum in eis inuenit columba, ad arcam attulit, sicut meministis columbam emissam à Noe de arca, quæ diluuio natabat & baptismo abluebatur, non mergebaī. Cum ergo esset emissa attulit ramum oliuæ, sed non sola folia habebat, habebat & fructum. Itaq; hoc optandum est fratrib. nostris qui foris baptizantur, vt habeant fructum, nō illos sinet columba foris, nisi ad arcam reduxerit. Fructus aūt est totꝰ charitas, sine qua nihil est homo, quicquid aliud habuerit. Et hoc vberrime ab Apostolo dictum commemoramus & recensuimus. Ait. n. Si linguis hoīum loquar & angelorum, charitatem aūt non habeam, factus sum velut æramentū sonās aut cymbalū tinniens. Et si habuero oēm scientiam, & scīa omnia sacra, & habeam omnem prophetiā, & habuero oēm fidem, fidem aūt qūo dixit oēm? vt montes transferam, charitatem aūt non habeam, nihil sum. Et si distribuero oīa mea pauperib. & si tradidero corpus meum ita vt ardeā, charitatem aūt nō habeam, nihil mihi prodest. Nullo modo aūt pūt dicere se hēre charitatem, qui diuidunt vnitatem. Hęc dicta sunt, sequētia videamus. Perhibuit Ioā. testimoniū.] quia vidit. Quale testimonium phibuit? Quia ipse est filius Dei. Oportebat .n. vt ille baptizaret, qui est filius Dei vnicus, non adoptatus. Adoptati filii, ministri sunt vnici. Vnicus habet ptātem, adoptati ministeriū. Licet baptizet minister non pertinens ad numerum filiorū, qa male viuit & male agit, quid nos consolat? Hic est qui baptizat. Alte ra die iterū stabat Ioan. & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulantem dicit, Ecce agnꝰ Dei.] Vbiq; singulariter iste agnꝰ, nā & discipuli dicti sunt agni, Ecce ego mit to vos sicut agnos in medio luporū. Dicti sūt & ipsi lumē, Vos estis lumē mūdi. Sed aliter ille de quo dictum est, Erat lumē verum, qđ illuminat omnē hoīem venientem in hunc mūdum. Sic & agnus singulariter, solus sine macula, sine peccato, non cuius maculæ absterśę sint, sed cuiꝰ macula nulla fuerit. Quid .n. quia dicebat Ioā. de dño, Ecce agnus Deī Ipse Ioan. non erat agnus? Non erat vir sanctus? Non erat amicus spōsi? Ergo singulariter ille, hic est agnus Dei, qa singulariter huius agni sanguine solo hoīes redimi potuerunt. Fratres mei, si agnoscimus præcium nostrū qa sanguis est agni, qui sūt illi qui hodie celebrant festiuitatē sanguinis, nescio cuius mulieris, Et q̄ ingrati sunt? Raptū est aurum, dicunt de aure mulieris, & currit sanguis, & positum est aurum in trutina vel in statera, & præponderauit multum de sanguine. Si pondus ad inclinandū aurū habuit sanguis mulieris, quale pōdus habet ad inclinandū mundū sanguis agni, per quē factus est mūdus? Et q̄dem ille spūs, nescio quis, vt præmeret pondus placatus est sanguine. Immundi spūs non erāt vēturū Iesum Christū, audierāt ab angelis, audierāt ex Propheti, & sperabāt eum venturū. Nā si non sperabāt, vñ clamauerūt, Quid nobis & tibi est? Venisti ante tps perdere nos? scimus qa fis sanctus Dei. Venturum sciebant, sed tps ignorabāt. Sed quid auditis in psalmo de Hierusalem? Qm̄ beneplacitū habuerūt serui tui in lapides eius, & pulueris eius miserebunt. Tu exurgens, inqt, miserebe ris Sion, qm̄ venit tps vt miserearis eius. Qm̄ venit tps vt misereret Deus? Venit agnꝰ, Qualis agnus est? Quem lupi timēt. Qualis agnus est? Qui leonē occisus occidit. Dictus est. n. diabolus leo circumiens & rugiens, quærēs quem deuoret, sanguine agni victus est leo, ecce spectacula Christianorum. Et quid est amplius? Illi oculis carnis vident vanitatem, nos cordis oculis veritatē. Ne putetis fratres, qđ sine spectaculis nos dimisit dñs Deus noster. nam si nulla sunt spectacula, cur hodie cōueniſtis? Ecce qđ diximus, vidistis & exclamastis, nō exclamaretis nisi vidisseris. Et magnum est hoc spectare per totum orbē terrarum, victum leonem sanguine agni, educta de dentib. leonum membra Christi, & adiuncta corpori Christi. Ergo nescio quid simile imitatus est quidam spūs, vt sanguine simula chrī suum emi vellet, quia nouerat precioso sanguine quandoque redimēdum esse genus humanum. Fingunt enim spiritus mali vmbras quasdam honoris sibimetipsis, vt sic decipiant eos qui sequunt̄ Christum. Vsque adeo fratres mei, vt illi ipsi qui seducunt per ligaturas, p præcantationes, p machinamēta inimici, misceant pręcantationibus suis nomen Christi, quia iam non possunt seducere

Gen. 8.

Mat. 20. Mat. 5.

Marc. 1.

Ps. 101.

1. Pe. 5.

Christianos, vt dent venenū, addūt melis alli quantum, vt per id quod dulce est, lateat qđ amarum est, & bibat ad ꝓniciem, vsqueadeo vt ego nouerim aliquo tēpore illius palleati * sacerdotem solere dicere, & ipse palleatus * ℣ Christianus est. Vt quid hoc fratres, nisi qa aliter non ꝓt seduci Christiani? Ne quęratis ergo alibi Christum, q̄ vbi se vobis voluit ꝑdicari Christus. Et qūo vobis voluit prædicari, sic illum tenete, sic in cordib. vestris scribite. Murus est aduersus omnes impetus, & aduersꝰ oēs insidias inimici. Nolite timere, nec tentat ille nisi permissus fuerit, constat illum nihil facere, nisi permissus fuerit aut missus. Mittit tanquam angelus malus à ptāte dominante, permittit quādo aliquid petit, & hoc fratres non fit, nisi vt probentur iusti, puniantur iniusti. Quid ergo times? Ambula in dño Deo tuo, certus esto, quod te non vult pati, non pateris, quod te permiserit pati, flagellū corrigentis est, non pœna damnantis. Ad hæreditatem sempiternā erudimur, & flagellari dedignamur? Fratres mei, si recusaret q̄squā puer colaphis aut flagellis cædi à patre suo, qūo diceret superb. desperatus, ingratꝰ paternæ disciplinæ? Et vt qđ erudit pater hō filiū hoīem, vt possit nō perdere temporalia, quæ illi acquisiuit, quæ illi collegit, quæ non vult eum perdere, quæ ipse qui relinquit, non potuit in sempiternum tenere, non docet filium cū quo possideat, sed qui post eū possideat. Frēs mei, si filium docet pater successorē, & quē docet & ipsum similiter per omnia trāsiturū, qua & ille qui monebat trāsiturus est, qūo vultis erudiat nos pr̄ noster, cui nō successuri, sed ad quē accessuri sumus, & cū quo in æternū māsuri in hæreditate, quæ nō marcescit, nec morit, nec granditatē nouit? Et ipse hæreditas & ipse pr̄ est, hūc possidebimꝰ, & erudiri nō debemus? Sufferamus ergo eruditionē patris, nō, q̄ñ nobis dolet caput, curramus ad præcātores, ad sortilegos, & remedia vanitatis. Fratres mei, nō vos plangā, quotidie inuenio ista, & qđ faciā? Nōdū ꝑsuado Christianis in Christo spē esse ponēdā? Ecce si cui factū est remediū, moriat. Quā multi. n. cū remediis mortui sunt, & q̄ multi sine remediis vixerūt. Qua frōte exiit aīa ad Deum? Perdidit signū Christi, accepit signū diaboli. An forte dicet: non ꝑdidi signū Christi? Ergo signū Christi cū signo diaboli habuisti. Non vult Christus communionem, sed solus vult possidere qđ emit. Tanti emit vt solus possideat, tu facis ei consortem diabolum, cui te per peccatum vēdideras. Væ duplici corde, qui in corde suo partē faciunt Deo, partē faciunt diabolo. Iratus Deus, quia fit ibi pars diabolo, discedit, & totū diabolus possidebit. Nō fruſtra itaq; Apostolꝰ dicit, Neq; detis locū diabolo. Cognoscamus ergo agnum frēs, cognoscamꝰ ꝓciū nr̄um. Stabat Ioānes, & ex discipulis eius duo. ℣ Ecce duo de discipulis Ioānis, qa talis erat Ioānes amicus spō si, non q̄rebat gloriam suā, sed testimoniū ꝓhibebat veritati, nunq̄d voluit apud se remanere discipulos suos, vt nō sequerent dñm? Magis ipse ostendit discipulis suis quē sequerent, habebant. n. illum tanq̄ agnum, & ille, Quid me attēditis? Ego nō sum agnus. Ecce agnus Dei. De quo & superius dixerat, Ecce agnꝰ Dei. Et qđ nobis ꝑdest agnus Dei. Ecce ait, q̄ tollit peccata mundi, secuti sunt illum hoc audito duo qui erāt cum Ioāne. Videamus sequētia, Ecce agnus Dei, hoc Ioannes. Et audierunt eū duo discipuli loquentem, & secuti sūt Iesum. Cōuersus aūt Iesus, & vidēs eos sequentes se, dicit eis, Quid quæritis? Qui dixerunt, Rabbi, quod dr̄ interpretatū magister, vbi habitas? Nō sic illū sequebant, quasi iam inhærerent illi: nam manifestum est qñ illi inhęserunt, qa de naui eos vocauit. In his enim duob. erat Andreas, sicut modo audistis. Andreas aūt frater Petri erat. Et nouimus in Euangelio q̄ Petrum & Andream dñs de naui vocauit, dicēs, Venite post me, & faciā vos piscatores hoīum. Et ex illo iam inhæserunt illi vt nō recederent. Modo ergo q̄ illū sequunt isti duo, non quasi non recessuri sequunt, sed videre voluerūt vbi habitaret, & facere qđ scriptū est, Limen ostiorū eius exterat pes tuus, surge ad illū venire assidue & erudire prȩceptis eius. Ostēdit eis ille vbi maneret, & venerūt & fuerunt cū illo. Quā beatum diem duxerūt, q̄ beatam noctē. Quis est qui nobis dicat quæ audierint illi à domino? Aedificemus nosmetipsi in corde nostro, & faciamus domum quo veniat ille & doceat nos, colloquatur nobis. Quid quæritis? Dixerunt ei, Rabbi, quod interpretatum dicitur magister, vbi habitas? Dicit eis: Venite & Videte. Et venerunt & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo. Hora autem

a. l. alias pileati.
a. l. alias pileatus.
14 L
14 M
Ecclę. 2.
Ephe. 4.
15 A
Ecclę. 6. 15 B

aũtem erat quasi decima.) Nihil ne arbitramur pertinuisse ad Euãgelistam, dicere nobis quota hora erat? Potest fieri vt nihil ibi nos aĩaduertere, nihil quærere voluerit? Decima erat hora. Numerus iste legem significat, qa in decem præceptis data est lex. Venerat aũt tps, vt impleret lex per dilectionem, quia à Iudæis nõ poterat impleri per timorem. Vñ dñs dicit, Non veni soluere legem, sed implere. Merito ergo decima hora eum secuti sunt
Mat. 5. 15 ad testimonium amici sponsi duo isti, & de-
C cima hora audiuit, Rabbi, quod interpretat magister. Si decima hora Rabbi dñs audiuit, & decimus numerus ad legem pertinet, magister legis non est nisi dator legis, quia filius Dei dedit legem, nemo dicat quia alius dedit legem, & alius docet legem. Ipse illam docet qui illam dedit, ipse est magister legis suæ, & docet illam. Et misericordia est in lingua ipsius, ideo misericorditer docet legem, sicut dictum est de sapientia, Legem aũt & misericordiam in lingua portat. Noli timere, ne implere legem non possis, fuge ad misericordiam. Si multum est ad te legem implere, utere pacto illo & chirographo, vtere precibus quas tibi cõstituit & composuit iurisperitus cœlestis, qui.n. habent causam & volunt supplicare Imperatori, quærunt aliquem scholasticum iurisperitũ, à quo sibi preces cõponantur, ne forte si aliter petierint, q̃ oportet, nõ solum nõ impetrent qd̃ petunt, sed pœnã pro beneficio consequant. Cũ ergo q̃rerent supplicare Apostoli, & non inuenirent quo
Luc. 11. adirẽt Imperatorẽ Deum, dixerunt Christo,
15 dne, doce nos orare, hoc ẽ, iurisperite nr̃, as-
D sessor Dei, imò cõsessor, cõpone nobis p̃ces. Et docuit dñs de libro iuris cœlestis, docuit quo orarent, & in ipso qd̃ docuit, posuit q̃dam cõditionem, Dimitte nobis debita nr̃a, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si non s̃m legem petieris, reus eris. Contremiscis Imperatorem factus reus, offer sacrificiũ humilitatis, offer sacrificium misericordiæ, dic in precib. Dimitte mihi, qm̃ & ego dimitto, sed si dicis, fac. Quid.n. factur⁹ es, quo iturus es, si mentitus fueris in precibus? Nõ quo dr̃ ĩ foro, carebis beneficio rescripti, sed nec rescriptum impetrabis. Iuris enim forensis est, vt qui in precib. mentitus fuerit, non illi prosit quod impetrauit. Sed hoc inter hoĩes, quia potest falli homo, potuit falli Imperator, qm̃ preces misisti, dixisti enim quod voluisti, & cui dixisti, nescit an verum sit, dimisit te aduersario tuo cõuincendum, vt si ante iudicem conuictus fueris de mendacio, quia non potuit ille nisi prestare, nesciens an fueris mentitus, ibi carebis ipso beneficio rescri
15 pti: quò perduxisti rescriptum. Deus aũt quia
E nouit vtrum mẽtiaris, an verũ dicas, nõ facit vt in iudicio tibi nõ prosit, sed nec impetrare te permittit, quia ausus es mentiri veritati. Quid ergo factur⁹ es? dic mihi. Implere legẽ ex oĩ parte, ita vt in nullo offendas, difficile est. Reatus ergo certus est, remedio vti non vis? Ecce fratres mei, quale remediũ posuit Deus cõtra ægritudines aĩæ. Quid ergo? Cũ caput tibi dolet, laudamuus si Euangeliũ ad caput tibi posueris, & non ad ligaturã cucurreris. Ad hoc enim perducta est infirmitas hominum, & ita plangendi sunt hoĩes, qui currunt ad ligaturas, vt gaudeamus qm̃ videmus hominem in lectulo suo constitutum, iactari febrib. & dolorib. nec alicubi spẽ posuisse, nisi vt sibi Euangelium ad caput poneret, nõ quia ad hoc factũ est, sed qa prælatũ est Euãgelium ligaturis. Si ergo ad caput ponitur, vt 15
quiescat dolor capitis, ad cor non ponit vt F
sanet à peccatis? Fiat ergo. Quid fiat? Ponatur ad cor, sanet cor, bonum est. Bonũ est vt de salute corporis non satagas, nisi vt a Deo illã petas. Si scit tibi prodesse, dabit illã tibi, si nõ tibi dederit, non tibi proderit hr̃e illam. Quã multi ægrotant in lecto innocentes, & si sani fuerint, procedunt ad scelera committenda, Quam multis obest sanitas? Latro qui procedit ad faucem occidere hoĩem, quãto melius illi erat vt ægrotaret? Qui nocte surgit ad effodiendũ parietem alienum, quanto illi melius si febrib. iactaret? innocẽtius ægrotaret, scelerate sanus est. Nouit ergo Deus quid nobis expediant, id agamus tantum vt cor nostrum sanum sit a peccatis. Et qm̃ forte flagellamur in corpore, ipsum deprecemur. Roga
2. Co. 10. uit eum Paulus Apostolus, vt auferret ab eo stimulum carnis, & noluit auferre, nunquid perturbatus est, & nunquid contristatus dixit se desertum? Magis se dixit non desertum, quia non ablatum est quod volebat auferri, vt illa infirmitas sanaretur, hoc enim inuenit in voce medici, Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Vnde ergo scisti quod non vult te sanare Deus, adhuc

tibi

tibi expedit flagellari? Vnde scis quàm putre
est quod secat medicus, agens ferrum per pu
trida? Nonne nouit modum quid faciat, quo
usq; faciat? Nũquid vlulatus eius qui secat,
retrahit manus medici artificioſe secãtis? Ille
clamat, ille secat. Crudelis qui non audit cla
mantem, an potius misericors, quia vulnus
persequit vt sanet ægrotum? Hæc fratres mei
ideo dixi, ne qs quærat aliquid præter auxi
liũ Dei. Qñ forte in aliqua correptione dñi
simus, videte ne pereatis, videte ne ab agno
recedatis, & à leone deuoremini: Diximus er
go quare hora decima, sequentia videamus.
15 Erat Andreas frater Simonis Petri, vnus de
G duob. qui audierant ab Ioanne, & secuti fuer
rant eum. Inuenit hic Simonem fratrẽ suũ, &
dicit ei, Inuenimus Messiam, qđ est interpre
tatũ Christus.] Messias Hebraicè, Latine vn
ctus, Græce Christus est, ab vnctione. n. dicit
Christus. Chrisma vnctio est Græce, ergo
Chrs vnctus. Ille singulariter vnctꝰ præcipue
Psal. 44. vnctꝰ vñ oẽs Christiani vngunt. Ille p̃cipue,
qũo in Psalmo dicit, audi, Propterea vnxit te
Deus Deus tuus oleo exultationis, præ parti
cipib. tuis. Participes. n. eius oẽs sancti, sed il
le singulariter sãctus sanctorum, singulariter
a. l. alias adduxit. Christus singulariter vnctus. Et duxit * eum
ad Iesum.) Andreas fratrẽ suum Simonẽ. In
tuitus aũt eum Iesus, dixit, Tu es Simõ filius
a. l. alias Ioanna. Ioannis, * tu vocaberis Cephas, qđ interpre
taſ Petrus.) Non magnum, quia dñs dixit, cu
ius filius esset iste. Quid magnum dño? Oĩa
nomina sãctorum suorum sciebat, quos ante
cõstitutionem mundi prædestinauit, & mira
ris, qa dixit, vni homini, tu es filius illius, &
tu vocaberis illud? Magnum, quia mutauit ei
nomẽ, & fecit de Simone Petrum. Petrus aũt
a petra, petra vero Ecclesia. Ergo in Petri no
Mat. 7. mine figurata est Ecclesia. Et quis securus, ni
15 si qui ædificat supra petram? Et quid aũt ipse
H dñs? Qui audit verba mea hæc & facit ea, si
milabo viro prudẽti ædificanti supra petrã,
non cedit tentationib. descendit pluuia, adue
nerunt flumina, flauerunt venti, & impege
runt in domum illã, & nõ cecidit, fundata. n.
erat supra petrã. Qui audit verba mea, & non
facit ea, iã vnusquisq; nostrum timeat & ca
ueat, simi labo eum viro stulto, qui ædificauit
domũ suam super arenam, descendit pluuia,
venerũt flumina, flauerũt vẽti, & impegerũt
in domũ illã, & cecidit, & facta est ruina eius
magna. Quid prodest quia intrat Ecclesiam,
qui vult super arenam ædificare? Audiẽdo. n.
& non faciendo, ædificat qdem, sed sup are
nam. Si. n. nihil audit, nihil ædificat, si audit,
ædificat. Si q̃rimus, vbi? si. n. audit & facit, su
pra petram, si audit & non facit, super arenã.
Duo sunt genera ædificantium, aut supra pe
tram, aut supra arenã. Quid ergo illi qui non
audiunt? Securi sunt. Securos eos dicis, qa ni
hil ædificãt. Nudi sũt sub pluuia, ante vẽtos, 15
sanè flumina cum venerint ista, ante illos tol I
lunt, q̃ domus deiiciant. Ergo vana est securi
tas, & ædificare, & supra petram non ædifica
re. Si audire vis & nõ facere, ædificas, sed rui
nam ædificas, cũ aũt venerit tentatio, deiicit
domum, & cum ipsa ruina tua te tollet. Si aũt
non audis, nudus es, & illis tentationib. tu ip
se retraheris. Audi ergo & fac. Vnum est re
medium. Quanti forte hodie audiendo & nõ
faciendo rapti sunt fluuio celebritatis huius?
Audiendo. n. & nõ faciendo, venit fluuius ip
sa celebritas anniuersaria, implet⁹ est torrẽs,
trãsiturus est & siccaturus, sed væ illi quẽ tu
lerit. Illud vero nouerit charitas vestra, quia
nisi quis & audiat & faciat, non ædificat su
pra petram, & nõ pertinet ad nomen tam ma
gnum, qđ sic commendauit dñs. Intentum n.
te fecit: nam si hoc ante Petrus vocaret, non
ita videres mysterium petræ, & putares casũ
eum sic vocari, non prouidẽtia Dei. Ideo vo
luit eum aliud prius vocari, vt ex ipsa cõmu
tatione nominis, sacri viuacitas commenda-
ret. Et in crastinum voluit dñs Iesus exire in
Galilæam, & inuenit Philippum. Dicit ei, Se
quere me. Erat aũt de ciuitate Andreæ & Pe
tri. Et inuenit Philippus Nathanaelem,] iam
vocatus a dño. Et dixit ei, Quẽ scripsit Moy
ses in lege & Prophetæ, inuenimus Iesum fi
lium Ioseph.) Eius filius dicebat, cui despon 15
sata erat mater eius. Nam qđ ea intacta con- K
ceptus & natus sit, bene nouerunt oẽs Chri
stiani ex Euangelio. Hoc Philippus dixit Na
thanaeli, addidit & locum, A Nazareth. Et
dixit ei Nathanael, A Nazareth potest aliqd
boni esse.) Quid intelligitur fratres? non quo
modo aliqui pronunciant: nam & sic solet
pronũciari, A Nazareth potest aliquid boni
esse? Sequitur. n. vox Philippi: Et dixit, Veni
& vide.) Ambas autem pronunciationes po
test ista vox sequi, siue sic pronuncies tan
quam confirmans, à Nazareth potest aliquid

boni

boni esse. & ille, Veni & vide. siue sic dubitans,& totũ interrogans,à Nazareth pōt aliqd boni esse? Veni & vide. Cũ ergo siue illo mõ,siue isto ,pnũciaꝛ, nõ repugnãt verba sequẽtia, nostrũ est q̃rere qd potis intelligamꝰ in his verbis qualis fuerit: Nathanael iste,ĩ sequentib probabimus. Audis qualis fuerit, dñs ipse perhibet testimoniũ. Magnus dñs cognitus est testimonio Ioã. beatus Nathanael cognitus testimonio veritatis,quia dñs etsi testimonio Ioan.non cõmendaret,ipse sibi perhibuit testimonium,qa sufficit sibi ad testimonium suum veritas,sed quia veritatem nõ poterãt capere hoies, per lucernam q̃rebant veritatem, & iõ Ioan. per quem dñs ostẽderet missus est. Audi dñm Nathanaeli testimoniũ peribẽtem: Et dixit ei Nathanael,A Nazareth pōt aliquid boni esse. Dicit ei Philippus, Veni & vide. Et vidit Iesus Nathanaelem veniẽ 15
tẽ ad se,& dicit de eo, Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.) Magnum testimonium, hoc nec Andreæ dictum, nec Petro nec Philippo,qđ dictum est de Nathanaele,Ecce vere Israelita,in quo dolus non est. Quid ergo facimus fratres? Dꝛet iste primus esse in Apostolis, & non solum primus non inueniꝛ in Apostolis, sed nec medius nec vltimus inter duodecim Nathanael, cui tñ testimonium perhibuit filius Dei,dicens,Ecce vere Israelita in quo dolus non est. Quæriꝛ cã,quãtum dñs intimat,probabiliter inuenimus. Intelligere.n. debemus ipsum Nathanaelem eruditum peritum legis fuisse, ꝓpea noluit illum dñs inter discipulos ponere, qa idiotas elegit,vnde cõsunderet mundum,audi Apostolum dicentem ita,Videte, inquit, vocationẽ I.Co. 1.
vestrã fratres, qa non multi sapientes ſm carnẽ,non multi potẽtes,non multi nobiles sed infirma mundi elegit Deus, vt cõfundat fortia, & ignobilia mundi & cõtẽptibilia elegit Deus,& ea quæ non sunt tanq̃ ea quę sunt,vt 15
ea quæ sunt,euacuent. Si doctus eligeret, for M
tasse ideo se diceret electũ, qa doctrina eius meruit elegi,dñs noster Iesus Christus volẽs superborum frangere ceruices,non quęsiuit per oratorem piscatorem, sed de piscatore lucratus est Imperatorẽ. Magnus Cyprianus orator, sed prius Petrus piscator,per quẽ postea crederet nõ solum orator,sed & Imperator. Nullus nobilis primo electus est, nullus doctus, quia infirmą mundi elegit Deus, vt cõfunderet fortia. Erat autem iste magnus & sine dolo,hoc solo non electus, ne cuiquam videret dñs doctos elegisse,& ex ipsa doctrina legis veniebat, qđ cũ audisset à Nazareth: scrutatus.n. erat scripturas,& sciebat qa inde erat expectandus saluator, qđ non facile alii Scribæ & Pharisęi nouerãt. Iste ergo doctissimus legis,cum audisset Philippum,dicentẽ, inuenimus Iesum quem scripsit Moyses in lege & Prophetæ,à Nazareth filiũ Ioseph: Ille qui optime scripturas nouerat, audito noie Nazareth,erectus est in spem,& dixit,A Nazareth pōt aliqd boni esse. Iã cætera de ipso 16
videamus, Ecce vere Israelita, in quo dolus nõ est. Qui est in quo dolus nõ est? Forte non hẽbat peccatum? forte nõ erat æger? forte illi medicus nõ erat necessarius? Absit. Nemo sic natus est vt illo medico nõ egeret. Quid sibi ergo vult,in quo dolus nõ est? Aliquanto intẽtius q̃ramus, apparebit modo in noie dñi. Dolum dicit dñs & ois qui verba Latina intelligit, scit quia dolus est cũ aliud agitur & aliud fingitur. Intendat charitas vestra,non dolus dolor est, ꝓpea dico, quia multi fratres, imperitiores latinitatis loquunt sic,vt dicãt, dolus illum torquet,pro eo qđ est dolor. Dolus fraus est,simulatio est: qñ aliquid in corde tegit,& aliud loquit,dolus est, & tanquã duo corda habet, vnum quasi sinum cordis habet,vbi videt veritatem, & alterũ finũ,vbi concipit mendaciũ,& vt noueritis hunc esse dolũ,dictũ est in psalmis,labia dolosa. Quid est labia dolosa? sequit,In corde & corde locuti sunt mala. Quid est in corde nisi,duplici Psal. 1.
corde? Si ergo dolus in isto nõ erat,sanabilẽ illũ medicus iudicauit,non sanũ. Aliud est.n. 16
sanus, aliud sanabilis, aliud insanabilis. Qui B
ægrotat cum spe,sanabilis dicꝛ,qui ægrotat cũ desperatione,insanabilis, qui aũt iam sanus est,nõ eget medico. Medicus ergo qui venerat sanare, vidit istum sanabilem quia dolus in illo non erat. Qũo dolus in illo non erat? Si peccator est, fatetur se peccatorem. Si.n. peccator est, & iustum se dicit, dolus est in ore ipsius: ergo in Nathanaele confessionem peccati laudauit,non iudicauit nõ esse peccatorem. Propterea cum Pharisæi qui sibi videbantur iusti,reprehenderent dominum,quia miscebatur ægrotis medicus,& dicerent, Ecce cum quibus manducat, cum Publicanis Mat. 5.
& peccatorib. Respondit medicus phrenę-

ticis,

tícis, Non est opus sanis medicus, sed male habentib. non veni vocare iustos, sed peccatores, hoc erat dicere, Quia vos iustos dicitis, cũ sitis pctores, sanos vos iudicatis cũ lãgueatis, medicinã repellitis, nõ sanitatẽ tenetis. Vñ ille Pharisæus qui vocauerat dñm ad prandium, sanus sibi videbat, ęgrota aũt illa mulier irrupit in domum, quo non erat inuitata, & desiderio salutis facta impudẽs accessit non ad caput dñi nostri, nõ ad manus, sed
16 C
Lucæ. 7. ad pedes, lauit eos lachrymis, tersit capillis suis, osculata est eos, & vnxit vnguento, pacẽ fecit cum vestigiis dñi peccatrix. Reprehendit ille tanq̃ sanus medicum: ille Pharisæus qui illii discũbebat, & ait apud se, Hic si esset Propheta, sciret quæ mulier eius pedes tetigisset. Ideo aũt suspicatus erat eũ ignorasse quia non illam repulit, quasi ne immundis manib. tangeretur. Nouerat aũt ille, permisit se tangi, vt tactus ipsã sanaret. Dñs vidẽs cor Pharisæi, proposuit similitudinẽ, Duo debitores erant cuidã fœneratori, vnus ei dẽbat qnquaginta denarios, alter qngentos. Cũ nõ hẽrent vñ redderent, donauit ambob. qs eũ plus dilexit? Et ille, credo dñe, cui plus donauit. Et cõuersus ad mulierẽ, dixit Simoni, Vides istã mulierẽ? Intraui in domũ tuam, aquã pedib. meis non dedisti, illa aũt lachrymis lauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculũ mihi non dedisti, illa aũt non destitit pedes meos osculari. Oleum mihi non dedisti, illa aũt vnxit pedes meos vnguento: Propterea dico tibi, Remittunt ei peccata multa, qm̃ dilexit multũ. Cui aũt modicũ dimittit, modicum diligit, hoc est dicere, Plus ægratas, sed
16 D
sanum te putas, modicũ putas tibi dimitti, cũ plus debitor sis. Bene ilta, quia dolus in illa nõ erat, meruit medicinam. Quid est, dolus in illa nõ erat? Cõfitebat peccata. Hoc & laudat in Nathanaele, qđ dolus in illo non erat, qa multi Pharisæi qui abũdãt pctis, iustos se dicebant, & dolum afferebant, per quẽ sanari nõ poterãt. Vidit ergo iã iustũ in quo dolus nõ erat, & ait, Ecce vere Israelita, in quo dolus nõ est. Dicit ei Nathanael, Vñ me nostri? Rñdit Iesus & dixit, Priusquam te Philippus vocaret, cũ esses sub ficu, vidi te.) ideſt, sub arbore fici. Rñdit ei Nathanael & ait, Rabbi tu es filius Dei, tu es rex Israel) Aliquid magnum potuit Nathanael iste intelligere, in eo qđ dictum est, Cum esses sub fici arbore vidi te, priusquam te Philippus vocaret. Nam talem vocem protulit, tu es filius Dei, tu es rex Israel, qualem tãto post Petrus, qñ ei dñs ait, Beatus es Simon bar Iona, qa non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui est in cęlo. Et ibi nominauit petram, & laudabit fir mamẽtũ Ecclesiæ in ista fide. Hic iã dicit, Tu
16 E
es filiꝰ Dei, tu es rex Israel. Vnde? Quia dictũ est ei, Anteq̃ te Philippus vocaret, cum esses sub arbore fici, vidi. Quęrẽdũ est, an aliqd significet ista arbor fici. Audite. n. fratres mei, Inuenimus arborem fici maledictã, quia sola folia habuit, & fructum non habuit. In origine humani generis Adam & Eua cum peccassent, de foliis ficulneis succinctoria sibi fecerunt. Folia ergo ficulnea intelligunt pecca- Esai. 9.
ta. Erat aũt. Nathanael sub arbore fici, tanquã sub vmbra mortis. Vidit eum dñs, de quo dictũ est, Qui sedebant in vmbra mortis, lumẽ ortũ est eis. Quid ergo dictũ est Nathanaeli? Dicis mihi o Nathanael, vñ me nosti? Modo iã loqueris mecum, qa vocauit te Philippus. Iam quẽ vocauit per Apostolũ, ad Ecclesiã suã vidit pertinere. O tu ecclesia, o tu Israel, in quo dolus non est: Si es populus Israel in quo dolus non est, modo iã cognouisti Christum per Apostolos, qũo Nathanael cognouit Christum per Philippum. Sed misericordia sua ante te vidit, q̃ tu eum cognosceres, cũ sub peccato iaceres. Nunqd. n. nos prius
Luc. 19. q̃siuimus Christum, & non ille nos quęsiuit? Nũqd nos venimus ægroti ad medicũ, & nõ
16 F
medicꝰ ad ægrotos? Nõne ouis illa perierat & relictis nonaginta nouẽ pastor q̃siuit illã, & inuenit, q̃ lætꝰ in humeris reportauit? Nõ ne perierat drachma illa, & accendit mulier lucernã, & quæsiuit in tota domo sua donec inuenit? Et cũ inuenisset, collætamini mihi, ait, vicinis suis, qm̃ inueni drachmã q̃ perdi derã, sic & nos sicut ouis perieramꝰ, & sicut drachma perieramusꝰ, & sic pastor inuenit ouẽ sed q̃siuit ouẽ, mulier inuenit dracmam, sed q̃siuit drachmam. Quæ est mulier? Caro Christi. Quæ est lucerna? Paraui lucernam Christo meo. Ergo quæsiti sumꝰ vt inuenire mur, inuẽti loquimur. Non superbiamus, qa Ps. 131.
anteq̃ inueniremur perieramus, si nõ q̃reremur. Nõ ergo nobis dicãt quos amamus & volumus lucrari paci Eccłę catholicę: Quid nos vultis, qd quęritis, si peccatores sumus? Ideo vos quærimus, ne pereatis, quærimus,

quia

quia quęsiti sumus, inuenire vos volumus, qa inuẽti sumus. Itaq; Nathanael cũ dixisset, Vnde me nosti? Ait illi dñs: Priusquam te vocaret Philip. cum esses sub ficu vidi te. O tu Israelita sine dolo quisquis es, o populę viuẽs ex fide, anteq̃ te per Apostolos meos vocarem, aut cum esses vmbra mortis, & tu me non videres, ego te vidi. Dñs deinde dicit ei: Quia dixi tibi vidi te sub arbore fici, credis, maius his videbis. Quid hoc maius his? Et dixit eis: Amen amen dico vobis, videbitis cœlos apertos, & angelos ascendentes, & descẽdentes supra filium hoīs.) Fratres, nescio qd maius dixi q̃ est, cum esses sub arbore fici vidi te. Plus.n. est quod nos dñs vocatos iustifi cauit, q̃ q̄ vidit iacentes sub vmbra mortis. Quid.n. nobis proderat si ibi remãsissemus, vbi nos vidit? Nunqd non iaceremus? Quid hoc est maius, qñ vidimus angelos ascendentes super filium hoīs? Iam aliqñ de his ascendentib. & descendentib. angelis dixeram. Sed ne obliti fueritis, breuiter dico tanq̃ cõmemorans, plurib. enim dicerem si non cõmorarem, sed modo insinuarem. Scalas vidit Iacob per somniũ, & in ipsis scalis vidit angelos ascendentes & descendentes, & lapidẽ quem sibi posuerat ad caput, vnxit. Audistis quia messias Christus est, audistis quia vnct° Christus est. Non.n. sic posuit lapidem vnctũ vt veniret & adoraret, alioquin idololatria esset non significatio Christi. Facta est ergo significatio, quousq; oportuit fieri significationem, & significatus est Christus lapis vnctus, sed nõ in idolo. Lapis vnctus, lapis qua re? Ecce pono in Sion lapidem electum prẽciosum, & qui crediderit in illum non confundei. Quare vnctus? Quia Christus a christe. Quid aũt vidit tunc in scalis? Ascendẽtes & descendentes angelos, Sic est & Ecclesia. Angeli Dei, boni prædicatores prædicantes Christum, hoc est, super filium hoīs ascẽdunt & descẽdunt. Qũo ascendũt, & qũo descendunt? Ex vno habemus exemplum. Audi Apostolum Paulum, quod in ipso inuenerimus, hoc de cæteris veritatis prædicatoribus credamus. Vide Paulum ascendentem: Scio hoiem in Christo ante annos quatuordecim raptum fuisse vsq; ad tertium cœlum, siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit, & audit ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui. Ascendentem audistis, descendẽtem audite. Non potui loqui vobis quasi spiritalib. sed quasi carnalibus, quasi paruulis in Christo lac vobis potum dedi, nõ escam. Et descendit qui ascenderat. Quære quo ascenderat? Vsq; ad tertium cœlum. Quære quo descenderit? Vsque ad lac paruulis dandum. Audi, quia descẽdit. Factus sum paruulus, inquit, in medio fratrum, tanquam si nutrix foueat filios suos. Videmus.n. & nutrices & matres descendere ad paruulos, & norunt Latina verba dicere, decurtãt & illa quassant quodammodo linguam suam, vt possint de lingua diserta fieri blandimenta puerilia, quia si sic dicat non audit infans, sed nec proficit infans. Et disertus aliquis pater, si sit tantus orator, vt lingua illius fora concrepent, & tribunalia concutiant, si habeat paruulum filium, cum ad domum redierit, seponit forensem eloquentiam quo ascẽderat, & lingua pueri li descendit ad paruulum. Audi vno loco ipsum Apostolũ ascendentem & descendentẽ in vna sṅia. Si.n. mente excesimus Deo, siue temperãtes sumus vobis. Quid est, mente excesimus Deo? vt illa videamus quæ nõ licet homini loqui. Quid est, temperantes sumus vobis? Nunquid iudicaui me aliquid scire inter vos, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum? Si ipse dominus ascendit & descendit, manifestum est, quia & prædicatores ipsius ascendunt imitatione, descendũt prædicatione. Et si aliquanto vos diutius tenuimus, con filii fuit vt oportune *[horæ transirent. Arbitramur iam illos peregisse vanitatem suam. Nos autem fratres, quoniã pasti sumus epulis salutarib. quæ restant agamus, vt diem dominicum solenniter impleamus in gaudiis spiritalib. & comparemus gaudia veritatis cum gaudiis vanitatis: Et si horremus, dolea mus, si dolemus, oremus, si oramus, exaudimur, si exaudimur, & illos lucramur.

16 G

Gene. 28

Esai. 28. Rom. 9.

16 H

2. Co. 12.

1. Co. 3.

1. Th. 2.

16 I

2. Co. 5.

1. co. 2.

16 K

Aliat im portunæ.

Ab eo loco vbi ait, Et die tertio nuptię factæ sunt in Chana Galilææ, vsque ad id quod ait: Quid mihi & tibi est mulier, nondum veni hora mea. Tract. VIII.

MIraculum qdem dñi nostri Iesu Christi qđ de aqua vinum fecit, nõ est mirandũ eis qui nouerunt qa Deus fecit: ipse.n. fecit vinũ in illo die in nuptiis in sex illis hydriis, quas īpleri aqua p̃cepit, q̃ oī anno hoc

facit

facit in vitib. Sicut enim quod miserunt ministri in hydrias, in vinum cõuersum est opere dñi, sic & quod nubes fundunt, in vinum conuertit eiusdem opere dñi: Illud aũt non miramur, qa omni anno fit, assiduitate amisit admirationẽ. Nam & cõsiderationem maiorem inuenit, q̃ id qđ factum est in hydriis aquæ. Quis est.n. qui cõsiderat opera Dei, qb. regit & administrat totus hic mundus, & nõ obstupescit obruiturq; miraculis? Si consideret vim vnius grani, cuiuslibet seminis, magna q̃dã res est, horror est considerãti, sed qa hoies in aliud intenti ꝓdiderunt cõsiderationẽ operum Dei, in qua darent laudẽ quotidie creatori, tanq̃ seruauit sibi Deus inusitate
L q̃dam quæ faceret, vt tanq̃ dormiẽtes hoies, ad se colẽdum mirabilib. excitaret. Mortuus resurrexit, mirati sunt hoies, tot quotidie nascunt, & nemo mirat. Si consideremus prudẽtius, maioris miraculi est esse qui nõ erat, q̃ reuiuiscere qui erat. Idẽ tñ Deus pater dñi nostri Iesu Christi per verbũ suum fecit oia hæc, & regit quæ creauit. Priora miracula fecit per verbum suum Deum apud se, posteriora miracula fecit per ipsum verbũ suũ incarnatũ, & ꝓp nos hoiem factum, Sicut miramur q̃ facta sunt ꝓ hoiem Iesum, miremur q̃ facta sunt per Deum Iesum. Per Deum Iesum facta sunt cęlũ & terra, mare, & oĩs ornatus cœli, opulentia terræ, fęcunditas maris, oĩa hæc quæ oculis adiacent, per Iesum Deũ facta sunt, & videmus hæc, & si est in nobis spũs illius, sic nobis placẽt vt artifex laudet, nõ vt ad opera ꝓuersi ab artifice auertamur, & faciem quodammodo ponẽtes ad ea quæ fecit, dorsum ponam⁹ ad artificem qui fecit. Et hæc qdem videmus & adiacent oculis, qđ illa q̃ nõ videmus, sicut sunt angeli, virtutes,
M ptãtes, dñationes, omnisq; habitator fabricę huius supercœlestis, non adiacens oculis nostris, q̃quã sæpe & angeli qñ oportuit, demõstrauerunt se hoĩbus? Nonne Deus & per verbum suum. i. vnigenitum filium suum dñm nostrum Iesum Christum fecit hæc omnia? Quid ipsa aĩa humana quę non vr̃, & ꝓ opera quæ exhibet in carne, magnam præbet admirationem bene considerantib. à quo facta est nisi a Deo, & per quem facta est, nisi per filium Dei? Nondum dico de aĩa hoĩs, cuiusuis pecoris aĩa quodammodo regit molem suam, sensus omnes exerit, oculos ad videndum, aures ad audiendum, nares ad percipiẽdum odorem, oris iudiciũ ad sapores discernendos, membra deniq; ipsa ad peragenda officia sua: Nunqd hæc corpus & non aĩa. i. habitatrix corporis agit? Nec tũ vr̃ oculis, & ex his q̃ agit admirationem mouet. Accedat iam consideratio tua ẽt ad aĩam humanã, cui tribuit Deus intellectum cognoscendi creatorem suũ, dignoscẽdi & distinguendi inter bonum & malum, hoc est, inter iustum & in iustum, q̃ta agit per corpus? Attẽdite vniuersum orbem terratum ordinatum in ipsa humana Repub. qb. administrationib. qb. ordinib. potestatum, conditionib. ciuitatũ, legib. morib. artib. hoc totum per aĩam geritur, & hæc vis aĩę nõ vr̃. Cum subtrahitur corpori, A
cadauer iacet, cum autem adest corpori, primo condit quodammodo putores corruptibiles: nam ois caro in putredines defluit, nisi quodã condimento aĩæ teneatur, sed hoc cõmune illi est cum pecoris aĩa. Illa magis miranda quæ dixi, quę ad mentem & intellectũ pertinent, vbi ẽt ad imaginem creatoris sui renouat, ad cuius imaginẽ factus est homo. Quid erit hæc Vis aĩæ, cum & corpus hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatẽ? Si tanta põt per carnẽ corruptibilẽ, quid nõ poterit per corpus spirita
le post resurrectionem mortuorũ? Hęc tamẽ aĩa, vt dixi, admirabilis naturæ atq; substantiæ, inuisibilis res est & intelligibilis, & hæc tñ per Iesum Deum facta est, qa ipse est verbum Dei: Oĩa per ipsum facta sunt, & sine ip Ioan. 1.
so factum est nihil. Cũ ergo tanta videamus facta per dñm Iesum, quid miramur aquam in vinum cõuersam per hoiem Iesum? Neq; enim sic factus est hõ, vt perderet quod Deus erat. Accesit illi hõ, non amissus est Deus. Ip
se ergo fecit hoc, qui illa oĩa. Non itaq; mi- B
remur qa Deus facit, sed amemus quia inter nos fecit, & ꝓp nostrã reparationẽ fecit. Ali quid.n. & in ipsis factis innuit nobis: Puto, qa non sine cã venit ad nuptias. Excepto miraculo, aliquid & in ipso facto mysterii sacrm atet, pulsemus vt aperiat, & de vino inuisibili inebriet nos, qa & nos aqua eramus, & vinum nos fecit. Sapiẽtes.n. nos fecit, sapimus .n. fidem ipsius, q̃ prius insipientes eramus. Et forte ad ipsam sapiẽtiã pertinet, cũ honore Dei, & cũ laude maiestatis ei⁹, & cũ charitate potẽtissimæ misericordię ei⁹, intelligere qđ

sit ge-

2. Co.

Psal.

Ioan.

sit gestum in hoc miraculo. Dominus inuitatus ad nuptias venit, qd mirū si in illā domū ad nuptias venit, qui in hunc mundū ad nuptias venit? Si.n.nō venit ad nuptias, non hic hēt spōsam. Et qd est qđ ait Apostolus: Aptaui vos vni viro, virginē castā exhibere Christo? Quid est qđ timet, ne virginitas sponsæ Christi per astutias diaboli corrumpat̄? Timeo, inqt, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & vestræ mētes corrumpant̄ à simplicitate & castitate, quæ est in Christo, Hēt ergo hic spōsam q̄ redemit sanguine suo, & cui pignus dedit spm̄sanctū, eruit eam de mācipatu diabolo, mortuꝰ est pp delicta eius, resurrexit pp iustificationem eius. Quis offerret tm̄ sponsæ suæ? Offerant hoīes quęlibet ornamenta terrarū, aurū, argentum, lapides pretiosos, equos, mancipia, fundos, prædia, nunqd aliqs offerret sanguinem suum? Si.n. sanguinē suum sponsæ dederit, non erit q̄ ducat vxorem. Dns aūt securus moriens, dedit sanguinē suum pro ea q̄ resurgens hēret, quā sibi iam cōiūxerat in vtero virginis. Verbū.n. sponsus, & sponsa caro humana, vtrunque vnus filiꝰ Dei, idem filius hoīs, vbi factus est caput Ecclesię. Ille vterꝰ virginis Marię, thalamus eius inde processit tanquā sponsus de thalamo suo, sicut scriptura prædixit: Et ipse tanq̄ spōsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam. De thalamo processit velut spōsus, & inuitatus venit ad nuptias. Certi sacri gratia, vī matrem de qua spōsus, pcessit, nō agnoscere & dicere illi: Quid mihi & tibi est mulier? Nondū venit hora mea. Quid est hoc? Ideo ne venit ad nuptias, vt doceret matres contēni? Nō. Vtiq; ad cuius nuptias [vt honoraret] venerat, ideo ducebat vxorē vt filios procrearet, & ab eis quos vt procrearet optabat, vtiq; honorari cupiebat. Ille ergo venerat ad nuptias vt exhonoraret matrē, cum & pp filios habēdos, qb. reddere honorē parentib. imperat Deus, ipsæ nuptię celebrent̄, & ducant̄ vxores? Pro culdubio fratres latet ibi aliquid, nam tanta res est, vt quidam quos cauēdos præmonuit Apostolus, sicut supra commemorauimus, dicens: Timeo, ne, sicut serpēs Euam seduxit astutia sua, sic & vestræ mentes corrumpant̄ à simplicitate & castitate, q̄ est in Christo, de rogantes Euāgelio & dicentes, qp Iesus nō sit natus de Maria virgine, hinc argumentū sumere conarent̄ erroris sui, vt dicerent: Qūo erat mater eiꝰ, cui dixit: Quid mihi & tibi est mulier? Respondendum ergo est eis & considerandum *, quare hoc dixerit dns, ne sibi aliquid aduersus sanam fidem insaniētes inueniisse videant̄, vnde sponsæ virginis castitas corrūpat̄. i. vnde fides Ecclesiæ violet̄, re uera.n. fratres eorum, qui præponunt mēdaciū veritati. Nam qui videnī sic honorare Christum, vt negent eū carnē habuisse, nihil aliud eum q̄ mendacem prædicant. Qui.n. mendacium prædicant * in hominib. quid ab eis expellunt nisi veritatem? Immittunt diabolum, excludunt Christum: immittunt adulterum, excludunt spōsum, paranymphi. ſ. vel potius leones & serpentes. * Ad hoc.n. loquūtur vt serpens possideat, Christus excludatur. Qūo possidet serpens? Qn̄ possidet mendaciū, qn̄ possidet falsitas, serpēs possidet, qn̄ possidet veritas, Christus possidet. Ipse.n. dixit. Ego sum veritas. De illo aūt dixit: Et ī veritate nō stetit, quia veritas nō est in eo. Sic est aūt veritas Christus, vt totū verum accipias in Christo verum verbum patris, æqualis patri, vera anima, vera caro, verus homo, verus Deus, vera natiuitas, vera passio, vera mors, vera resurrectio, si aliquid horū dixeris, falsum, intrat putredo, de veneno serpentis nascuntur vermes mendaciorum, & nihil integrum remanebit. Quid est ergo, inquit, quod dominus, Quid mihi & tibi est mulier? Forte in eo quod sequit̄ ostendit nobis dominus qua re hoc dixerit: Nondum, inquit, venit hora mea. Sic.n. ait. Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Et hoc cur dictum sit requirendum est. Prius ergo hinc resistamus hęreticis. Quid dicit serpēs veternosus, venenorū insibilator & inspirator antiquus? Quid dicit? Non habuit matrem fœminam Iesus. Vnde probas? Quia dixit, inquit, quid mihi & tibi est mulier? Quis hoc narrauit, vt credamus quia hoc dixit? Quis hoc narrauit? Nempe Ioannes Euang. dixit, Et erat tibi mater Iesu: nam ita narrauit. Altera die [nuptiæ factæ sunt in Chana Galileę, & erat ibi mater Iesu. Venerat autem illuc inuitatus Iesus ad nuptias cum discipulis suis. Tenemus duas sententias ab Euang. prolatas. Erat ibi mater Iesu. Euāgelista dixit, quid dixerit matri suæ Iesu, ipse Euāgelista dixit, & qūo dixit respōdisse matri suæ Iesū, vt primo diceret, ait illi mater

2.Co.11. C

Psal. 18. D

Ioan. 2. D

E

F

alias differendum.

Alias ædificant.

Alias leones serpentis.

Ioan. 14.

Ioan. 8.

Alias & die tertia non obseruat ordinem textus, qui habet. Et

mater eius? Videte fratres, vt aduersus linguã serpentis, munitam virginitatẽ cordis habeatis. Illic in ipso Euangelio eo ipso Euãgelista narrante dr. Erat ibi mater Iesu: &, Dixit illi mater eius. Quis hoc enarrauit? Ioã. Euãg. Et quid rñdit matri Iesu? Quid mihi & tibi est mulier?) Quis hoc narrat? Idem ipse Ioânes Euang. O Euangelista fidelissime & veracissime, tu mihi narras dixisse Iesum, quid mihi & tibi est mulier, cur ei apposuisti matrem q̃ nõ agnoscit? Nam tu dixisti, quia ibi erat mater Iesu, & quia dicit ei mr̃ eius, cur non potius dixisti, Erat ibi Maria &, dixit ei Maria: Vtrunq; tu narras, & dixit ei mater eius: &, rñdit ei Iesus, Quid mihi & tibi est mulier? Quare hoc? qa nisi vtrunq; verum est? Illi aũt in eo volunt credere Euangelistæ, ꝙ narrat Iesum dixisse matri, Quid mihi & tibi est mulier, & in eo nolũt credere Euãgelistę qđ ait, Erat ibi mater Iesu: &, dixit ei mr̃ eius. Quis est aũt qui resistit serpenti & tenet veritatem? Cuius virginitas cordis non corrũpit astutia diaboli? Qui vtrunq; verum credit, & quia erat ibi mater Iesu, & quia illud rñdit matri Iesus. Sed si nõdum intelligit quemadmodũ dixerit Iesus, Quid mihi & tibi est mulier, interim credat qđ dixerit, & qđ matri dixerit, sit primo pietas in credente, & erit fructus in intelligente. Interrogo vos ò fideles Christiani: Erat mater Iesu? Rñdete, erat. Vnde scitis? Rñdete, hoc loquit Euãgelium. Quid rñdit matri Iesus? Rñdete, qd mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea.] Et hoc vnde scitis? Rñdete, hoc loquit Euangeliũ. Nullus vobis corrumpat hanc fidem, si vultis spõso seruare castam virginitatem. Si aũt quçritur a vobis, cur hoc matri rñdit? dicat qui intelligit, qui aũt nondum intelligit, firmissime tñ credat, & hoc rñdisse, & tñ matri rñdisse Iesum. Hac pietate merebit etiam intelligere cur ita rñderit, si orando pulset, & nõ rixando accedat ad ostium veritatis: Tm̃ caueat ne dum se putet scire, aut erubescit nescire, cur ita rñderit, cogatur credere aut Euãgelistam fuisse mentitum qui ait, Erat ibi mater Iesu, aut ipsum Christum falsa morte passum ꝑ delicta nostra, & falsas cicatrices ostendisse ꝑ iustificationem nostram, falsumque dixisse, Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei estis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Si.n. falsa mater, falsa caro, falsa mors, falsa vulnera passionis, falsæ cicatrices resurrectionis, non veritas credentes in eum, sed potiꝰ falsitas liberabit. Immo vero falsitas cedat veritati, & cõfundant oẽs, qui ꝑpea se volũt videri veraces, quia Christum conant demonstrare fallacem, & nolũt sibi dici, non vobis credimus qa mentimini, cum ipsam veritatem dicant esse mentitam, qb.tñ si dicamꝰ, vnde nostis dixisse Christũ, Quid mihi & tibi est mulier? Euãgelio se credidisse rñdent: Cur ergo non credunt Euãgelio dicenti, Erat ibi mater Iesu: &, dixit ei mater eius? Aut si hoc mentit Euangeliũ qũo ei credit qa dixerit Iesus, Quid mihi & tibi est mulier? Cur nõ potius miseri, & ꝙ ita nõ extraneç: sed matri dñs rñderit: fideliter credũt: & cur ita rñderit, pie quærunt? Multum.n. interest inter eum qui dicit, volo scire quare Christus hoc matri rñderit, & eũ, qui dicit, scio qđ hoc Christꝰ nõ matri rñderit. Aliud est intelligere velle qđ clausũ est, aliud nolle credere, qđ apertum est. Quid dicit, scire volo cur ita Christus matri rñderit, aperiri sibi vult Euangelium cui credit, qui aũt dicit, scio quod hoc Christus non matri rñderit, ipsum Euangelium arguit de mendacio, vbi credidit ꝙ Christus ita responderit. Iã vero si placet fratres, illis repulsis, & in sua cæcitate errantib. semper, nisi humiliter sanent, nos quæramus, quare dominus noster sic matri rñderit? Ille singulariter natus de patre sine matre, de matre sine patre, sine matre Deus, sine patre homo, sine matre ante tẽpora, sine patre in fine temporum, quod rñdit, matri respondit, quia erat ibi mater Iesu, & dixit ei mater eius. Hoc totum Euangelium loquit. Illic nouimus, quia erat ibi mater Iesu, vbi nouimus ꝙ dixerit ei, Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Totum credamus, & quod nondum intelligimus requiramus. Et primum hoc videre, ne forte quomodo inuenerunt Manichęi occasionem pfidiæ suæ, quia dixit dominus, Quid mihi & tibi est mulier? sic inueniant mathematici occasionem fallaciæ, quia dixit, nondum venit hora mea. Et si hoc secũdum Mathematicos dixit, sacrilegium fecimus incendendo codices eorum. Si autem recte fecimus, sicut Apostolorum temporib. factum est, non secundũ eos dixit dominus, nondum venit hora mea. Dicunt enim vaniloqui & seducti seductores

deficiente vino, dicit mater Iesu ad eũ, Vinũ non hẽnt & dicit ei Iesus.

17 G

17 H

Ioan. 8.

17 I

17 K

Galat.

res: Vides quia sub fato erat Christus qui dicit, nondū venit hora mea. Quibus ergo prīs rīndendū est, hæreticis an mathematicis? Vtique. n. à serpente illo veniunt, volentes corrumpere virginitatē cordis Ecclesiæ, quā habet in integra fide. Primo si placet, eis quos
L ꝓposueramus, quibus quidē iam ex magna parte respondimus. Sed ne arbitremur nos non habere quid dicamus de his verbis quę dñs matri rīspondit, vos magis aduersus illos instruimus: nam illis refellendis puto ꝙ sufficiant quę iā dicta sunt: Cur ergo ait matri filius, Quid mihi & tibi est mulier, nōdū venit hora mea? Dñs noster Iesus Christus, & Deus erat & homo: secundū quod Deus erat matrē non habebat: secundum quod hō erat, habebat matrē, Mater ergo erat carnis, (mater humanitatis,) mater infirmitatis quā susceptit propter nos. Miraculū aūt quod facturus erat, non secundū diuinitatē facturus erat, non secūdū infirmitatem: scd̄m ꝙ Deus erat, nō secūdū id quod infirmus natus erat: sed infirmū Dei fortius est hominib. Miraculū ergo exigebat mater, at ille tanquā nō agnoscit viscera humana, operaturus facta diuina tanquā dicens. Quod de me fecit miraculū, nō tu genuisti, diuinitatē meam non tu genuisti: sed quia genuisti: infirmitatē meā, tunc te cognoscam cū ipsa infirmitas pendebit in cruce: hoc est. n. nondum venit hora mea. Tunc enim cognouit qui vtiq; semper nouerat, & antequā de illa natus esset, in præ destinatione nouerat matrē: & anteq̄ Deus crearet, de qua ipse homo crearetur, nouerat matrē. Sed ad quandā horā in mysterio non agnoscit: & ad quādam horam q̄ nōdū venerat in mysterio rursus agnoscit. Tūc. n. agnouit qñ illud ꝙ peperit moriebatur; non enim moriebatur per ꝙ facta erat Maria, sed moriebatur ꝙ factū erat ex Maria. Nō moriebatur æternitas diuinitatis, sed moriebatur in
M firmitas carnis. Illud ergo rñdit discernēs in fide credentiū: quis per quā venerat. Venit enim per matrē fęminā Deus & dñs cęli & terrę. Scd̄m quod dñs mundi, quod dñs cęli & terræ: dñs vtiq; & Mariæ: secūdū ꝙ creator cęli & terræ, creator & Marię: secundū aūt ꝙ dictū est: Factū ex muliere, factū sub lege filius Mariæ, ipse dñs Marię, ipse filius Mariæ: ipse creator Mariæ, ipse creatus ex Maria Noli mirari, quia & filius & dominus. Sicut enim Mariæ, ita & Dauid dictus est filius: & ideo Dauid filius, quia Mariæ filius: Audi Apostolū aperte dicentē, qui factus est ei ex semine Dauid secundū carnē: audi eū & dominū Dauid: dicat hoc & ipse Dauid, Dixit dominus domino meo, sede ad dexteram meā. Et ipse Iesus hoc proposuit Iudæis, & eos in de conuicit: Qūo ergo Dauid & filius & dominus? Filius Dauid secundū carnē, dñs Dauid secundū diuinitatē: sic Mariæ filius secundum carnē, dominus Mariæ secundum maiestatē. Quia ergo nō erat illa mr̄ diuinitatis, & per diuinitatē futurū erat miraculū quod petebat, respondit ei: Quid mihi & tibi est mulier? Sed ne putes ꝙ te negē matrē, nondū venit hora mea: Ibi. n. te agnoscā, cū pendere in cruce cęperit infirmitas cuius mater es. Probamus si verū est. Qñ passus est dñs, sicut idē euangelista dicit, nouerat matrē dñs, * & qui nobis insinuauit ēt in his nuptijs matrem domini, ipse narrat. Erat, inquit, illic circa crucē mater Iesu, & ait Iesus matri suæ, Mulier ecce filius tuus: & ad discipulū, ecce mater tua. Commendat matrē discipulo, cōmēdat matrem discipulo prior matre moriturus, & ante matris mortē resurrecturus. Commendat hō homini hominē, hoc pepererat Maria Illa hora iam venerat de qua tunc dixerat, nōdū venit hora mea. Quantū arbitror fratres, rēsponsum est hæreticis: mathematicis respondeamus. Et ipsi vnde conantur conuincere, quia sub fato erat Iesus? Quia ipse ait, vt inquiunt, nondū venit hora mea. Si ergo dixisset, horā non habeo, exclusissēt mathematicos, nō essent vnde calumniarentur. Nūc vero quia dixit, nondū venit hora mea, contra ipsius verba quid possumus dicere? Mirū est ꝙ mathematici credendo verbis Christi, conantur conuincere Christianos, ꝙ sua hora fatali vixerit Christus. Credant ergo Christo dicenti, Potestatem habeo ponendi animā meā, & potestatē habeo iterū sumendi eam: Nemo tollit eā à me, sed ego pono eā à me B ipso, & iterū sumo eam. Ergone ista potestas sub fato est? Ostendāt hominē qui potestatē habeat quando moriatur, quandiu viuat, oī no non ostendunt: credant ergo Deo dicenti, Potestatē habeo ponendi animā, & iterū sumendi eam: & quærant quare sit dictum, nondum venit hora mea. Nec ideo iam sub fato ponant conditorem cęli creatorem at-

Rom. 1. Psl. 109. Mat. 22.

Λ

alias, qui nouerat matrē domini.

Ioan 10.

que ordinatorem syderum : quia si esset fatũ de syderibus, non poterat esse sub necessitate syderũ conditor syderũ. Adde quia non solũ Christus non habuit q̃ appellas fatũ, sed nec tu, aut ego, aut ille, aut quisquã hominũ. Veruntamen seducti seducunt, & proponũt fallacias hominibus. Tendunt ad capiendos homines, & hoc in plateis. Nam qui tendũt
C ad capiendas feras, vel syluis, vel in solitudine id agũt: quam infęliciter vani sunt hoĩes, quibus capiendis in foro tenditur? Numos accipiunt, cũ se homines hominibus vendũt dant isti numos vt se vanitatibus vendant: Intrant.n.ad mathematicũ, vt emant sibi dominos, quales mathematico dare placuerit, vel Saturnũ, vel Ioué, vel Mercurium, vel siquid aliud sacrilegi nominis. Intrauit liber, vt numis datis seruus exiret, imo vero nõ intraret si liber esset, sed intrauit quo eũ dominus error & domina cupiditas traxit. Vnde & veri
Ioan. 8. tas dicit: Omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati. Quare ergo dixit, nondũ venit hora mea? Magis quia in potestate habebat quando moreretur, nõdũ videbat esse opportunũ vt illa potestate vteretur. Qũo nos fratres, verbi gratia, si loquimur, Iã certa hora est, qua exeamus, vt celebremus sacramẽta: si ante exeamus quã opus est, nonne peruersi & prępositi sumus? Quiaergo non facimus nisi qñ opportunũ est: propterea in his agẽdis cũ ita loquimur, fatũ consideramus quid est
Ioan. 20. ergo nõdũ venit hora mea? Qñ ego scio opportune me pati, quando pasio mea vtilis erit: nondũ venit ipsa hora, tunc voluntate patiar: vt vtrunq; seruies, & nondũ venit hora mea, & potestatẽ habeo ponendi animã meã, & iterũ sumendi eam. Venerat ergo, habens in potestate qñ moreretur: nã si ante q̃ discipulos elegisset certe præpositurũ esset. si esset homo qui nõ haberet in potestate horã suã, posset ante mori q̃ discipulos elegisset. Et si forte moreretur iã electis eruditisq; discipulis, prętaretur ei ne ipse hoc faceret.
D At vero qui venerat in manu habens qñ iret, quãdo rediret, quousq; excurreret, cui putarent referri, nõ tñ morienti, sed & resurgenti, vt nobis ostenderet spẽ immortalitatis Ecclesiæ suæ, in capite ostendit quod membra expectare deberent, resurget ẽt in cęteris membris, qui resurrexit in capite. Hora ergo nõdũ venerat, opportunitas nondũ erat. Vocandi erant discipuli, annunciandũ erat regnũ cęlorũ, faciendæ erant virtutes: commẽdanda erat diuinitas in miraculis: cõmendãda erat humanitas dñi in ipsa compasione mortalitatis. Ille enim esuriebat. quia homo: pauit quinq; panibus tot millia, quia Deus erat. Qui dormiebat, quia homo erat: ventis & fluctibus imperabat, quia Deus erat. Hæc E
omnia commendanda erant prius, vt esset q̃ scriberent Euangelistæ, quod prædicaretur Ecclesiæ. At vbi tm̃ fecit quantũ sufficere iudicauit, venit hora nõ necessitatis, sed voluntatis: nõ conditionis, sed potestatis. Quid ergo fratres, q̃a illis & illis rñdimus, nihil dicimus quid sibi velint hydriæ, q̃d aqua in vinũ conuersa, q̃d Architriclinus, quid spõsus, quid mater Iesu in mysterio, q̃d ipse nuptiæ? Dicẽda sunt oĩa, sed onerãdi nõ estis. Volui quidẽ in noĩe Christi & hesterno die, quo solet sermo deberi charitati vestræ, id agere vobiscũ, sed nõ sum permissus necessitatibus q̃busdã impedientibus. Si ergo placet sanctitati vestræ, hoc q̃ ad mysteriũ pertinet huius facti, in crastinũ differamus, & nõ onerem⁹ & vestrã & nostrã infirmitatẽ. Sunt forte hodie *Non obseruat* multi qui propter solennitatẽ diei, non propter audiendũ sermonẽ conuenerunt. Crasti *Aug. in* no qui venerint, veniẽt audituri, vt nec fra *hoc tra-* demus studiosos, nec grauemus fastidiosos. *ctatu in-* *tegrã for-* *mã tex-* *tus, sed* *plura ver-* *ba trans-* *lit, quæ-* *dam.*

Ab eo loco vbi ait, dicit mater eius ministris, Quocunque vobis dixerit facite: vsque ad id quod ait, Implete hydrias aqua: & impleuerunt eas vsque ad summum.

Tract. IX.

ASsit dominus Deus noster, vt donet nobis reddere q̃ promisimus. Hesterno.n. die si meminit sanctitas vestra, cũ tẽporis excluderemur angustia, ne sermonẽ inchoatũ impleremus, in hodiernũ diẽ distulimus, vt ea q̃ in hoc facto euangelicę lectionis mystice in sacramentis posita essent, ipso adiuante aperirentur. Non itaq; opus est nobis immorari diutius i cõmendãdo Dei miraculo: Ipse est enim Deus qui per vniuersam creatu F
rã quotidiana miracula facit, quæ hominib. nõ facilitate, sed assiduitate viluerunt. Rara autẽ quæ facta sunt ab eodẽ domino. i. à verbo ꝓpter nos incarnato, maiorẽ stuporẽ hominibus attulerunt: non quia maiora erant

quam

quam sunt ea quæ quotidie in creatura facit,
cõmemorat q̃dam variat. sed quia ista quæ quotidie fiunt, tanquã naturali cursu peraguntur: illa vero efficacia potentiæ ét tanquã præsentis, exhibita videntur oculis hominũ. Diximus sicut meministis, resurrexit vnus à mortuis, obstupuerunt homines: cũ quotidie nasci qui non erant, nemo miretur: Sic aquã in vinũ cõuersam quis nõ miretur: cũ hoc annis omnib. Deus in vitib. faciat? Sed quia omnia quæ facit dñs Iesus, non solũ valent ad excitãda corda nostra miraculis, sed ét ad ædificãda in doctrina fidei, scrutari nos oportet quid sibi velint illa omG nia, i. quid significent: horum.n. omniũ significationes, sicut recordamini, in diẽ hodiernũ distulimus. Quod dñs inuitatus venerit ad nuptias, ét excepta mystica significatione, cõfirmare voluit q̃ ipse fecit nuptias. Futuri.n.
2. Tim. 4 erant, de quib. dixit Apostolus, prohibentes nubere, & dicentes q̃ malum essent nuptiæ, & q̃ diabolus eas fecisset, cũ idem dñs dicat in Euangelio interrogatus, vtrũ liceat homini dimittere vxorem suã ex qualibet causa, nõ licere excepta causa fornicationis. In qua
Mat. 19. rõsione si meministis, hoc ait: Quod Deus coniunxit, homo nõ separet. Et qui bene eruditi sunt in fide catholica, nouerunt q̃ Deus fecerit nuptias: & sicut coniunctio à Deo, ita diuortiũ à diabolo fit. Sed propterea in causa fornicationis licet vxorem dimittere, quia ipsa esse vxor prior, noluit, quæ fidem coniugalẽ marito non seruauit. Nec illi qui virginitatem Deo vouent, quanquã ampliorem gradum honoris & sanctitatis in Ecclesia teneant, sine nuptijs sunt: nam & ipsi pertinẽt ad nuptias cum tota ecclesia, in quibus nuptijs sponsus est Christus. Ac per hoc ergo dñs inuitatus venit ad nuptias, vt coniugalis castitas firmaretur, & oppẽderetur sacrm nuptiarum, quia & illarum nuptiarum sponsus personam dñi figurabat, cui dictum est: Seruasti vinum bonũ vsq; adhuc. Bonum.n. vinum Christus seruauit vsq; adhuc, i. euangelium suum. Iam.n. incipiamus ipsa sacr̃orum
H operta detegere, quantũ ille donat, & in cuius nomine vobis promisimus. Erat prophetia antiquis temporib. & a prophetiæ dispensatione nulla tempora cessauerunt. Sed illa prophetia qñ in illa Christus non intelligebat, aqua erat. In aqua.n. vinũ quodãmodo latet. Et dicit Apostolus, quid intelligamus in ista aqua: Vsq; in hodiernũ, inquit, diẽ quãdiu legitur Moyses idipsum velamen super cor eorũ positũ est, q̃ nunc reuelatur, quia in Christo euacuatur. Et cũ transieris, inquit, ad dñm, auferetur velamen. Velamen dicit adoptionem prophetiæ, vt non intelligeretur. Tollitur velamẽ cum transieris ad dñm: sic tollitur insipientia cum trãsieris ad dñm, & q̃ aqua erat vinũ tibi fit. Lege libros omnes propheticos, nõ intellecto Christo, quid tã insipidum & fatuum inuenies? Intellige I
ibi Christum, non solũ sapit q̃ legis, sed etiã Phil. 3.
inebriẽ, mutans mentem a corpore, vt prætereita obliuiscens, in ea quæ ante sunt extendaris. Ergo prophetia ab antiquis temporib. ex quo prorsus currit ordo nascentiũ in genere humano, de Christo non tacuit: sed occultũ ibi erat aqua. Vnde probamus, q̃ omnibus temporibus superiorib. vsq; ad ætatem qua dñs venit prophetia de illo non defuit? Ipso dño dicente, Cũ.n. resurrexisset a mortuis, inuenit discipulos suos dubitantes de ipso quẽ secuti erant. Viderunt enim mortuũ, & non sperauerunt eum resurrecturum, & tota spes eorũ concidit. Vnde ille latro laudatus ipso die meruit esse in paradiso, quia in Luc. 23.
cruce confixus tunc confessus est Christum, qñ de illo discipuli dubitauerunt. Ergo inuenit eos nutantes, & quodãmodo arguentes seipsos, q̃ in illo redemptionem sperauerũt, dolebant tamen eũ sine culpa occisum, quia nouerant innocentem. Et hoc ipsi post resurrectionem dixerunt, cum quosdam eorũ tristes inuenisset in via, Tu solus peregrinaris Luc. 24.
in Hierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? ille aũt dixit eis: Quæ? Illi vero dixerũt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta potens in factis & dictis in conspectu Dei & vniuersi populi qũo hunc tradiderũt sacerdotes & Principes nostri in dãnationem mortis, & cruci eum fixerũt. Nos autem sperabamus quia ipse erat qui redempturus esset Israel, & nunc tertius dies agitur K
hodie ex quo hæc facta sunt. Hæc atque alia cum dixisset vnus ex duobus, quos inuenit in via euntes ad propinquum castellum, respondit ipse, & ait: O insensati & tardi corde ad credendum, super omnia quæ locuti sunt prophetæ. Nonne hæc omnia oportebat pati Christum, & introire in claritatem suam? Et fuit incipiens a Moyse & omnib. prophe-

tis interpretans illis in omnibus scripturis, q̃ de ipso erant. Item alio loco, cũ palpari se manib. discipulorũ voluit, vt crederent, quia in corpore resurrexerat. Hi sunt, inquit, sermones quos locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscũ, quia oporteret impleri omnia, q̃ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me. Tunc adaperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, & dixit illis.

I. Quia sic scriptum est, & sic oportebat pati Christũ, & resurgere à mortuis tertia die, & ꝓdicari in noĩe eius pniam & remissionem peccatorũ in oẽs gentes, incipientes à Hierusalẽ. His ex euangelio, q̃ certe manifesta sũt, intellectis, patebũt illa omnia mysteria, q̃ in isto miraculo dñi latent: Videte qd ait: Quia oportebat impleri in Christo, q̃ de illo scripta sunt. Vbi scripta sunt? In lege, inquit, & prophetis, & psalmis, nihil scripturarũ veterũ ꝓtermisit. Illa erat aqua. Et ideo dicti sunt illi a dño insensati, quia eis adhuc aqua sapiebat, non vinũ. Qũo aũt fecit de aqua vinum? Cũ aperuit eis sensũ, & exposuit eis scripturas, incipiens a Moyse & per oẽs prophetas: vnde iã inebriati dicebant. Nõne cor nostrũ ardens erat in nobis de Iesu, dũ loqueretur nobis in via, & aperiret nobis scripturas? Intellexerunt. n. Christũ in his libris, in quibus eũ non nouerant. Mutauit aũt aquam in vinũ dñs noster Iesus Christus, & sapit q̃ non sapiebat, & inebriat q̃ non inebriabat. Si. n. iussisset inde aquam effundi, & sic ipse mitteret vinũ ex occultis creaturæ finibus, vnde fecit, & panem qñ saturauit tot millia: (non. n. quinq; panes habebant, quinq; millium hominũ saturitatẽ, aut saltem duodecim cophinos plenos, sed omnipotentia dñi quasi fons panis erat:) sic posset & effusa aqua vinũ infundere: q̃ si feciſſet, videretur scripturas veteres improbasse. Cum aũt ipsam aquam cõuertit in vinũ, ostendit nobis q̃ & scriptura

M vetus ab ipso est: nã iussu ipsius impletæ sunt hydriæ. A dño quidem & illa scriptura, sed nihil sapit si nõ ibi Christus intelligatur: Intendite aũt q̃ ipse ait, quæ scripta sunt in lege, & prophetis, & psalmis de me. Nouimus aũt legẽ ex quib. temporib. narret, i. ab exordio: mundi. In principio fecit Deus cęlũ & terrã: inde vsq; ad hoc tps q̃ nunc agimus, sexta ætas est vt sæpe audistis & nostis. Nam prima ætas cõputatur ab Adã vsq; ad Noe: secunda a Noe vsq; ad Abraham: sic & Matthęus euangelista per ordinẽ sequitur & distinguit: tertia ab Abraham vsque ad Dauid: quarta a Dauid vsq; ad transmigrationẽ Babylonis: quinta a trãsmigratione Babylonis vsq; ad Ioannem Baptistã. sexta inde vsq; ad finẽ seculi. Propterea & sexta die fecit Deus hominẽ ad imaginẽ suã, quia sexta ista ætate manifestatur per Euangeliũ reformatio mentis nostræ, secundũ imaginẽ eius qui creauit nos & conuertitur aqua in vinũ, vt iã manifestatũ Christũ in lege & ꝓphetis sapiamus. A Ideo, Erant ibi sex hydriæ, quas iussit impleri aqua.) O exergo illę hydriæ, sex ætates significant, quib. non defuit prophetia. Illa ergo tpa sex, quasi articulis distributa atq; distincta, quasi vasa essent inania, nisi a Christo implerentur, quid dixit tpa, quæ inaniter currerent, nisi in eis dñs Iesus prædicaretur? Impletæ sunt prophetiæ, plenæ sunt hydriæ, sed vt aqua in vinũ cõuertatur, in illa tota ꝓphetia Christus intelligitur. Quid est aũt, Capiebant metretas binas vel ternas? Mysteriũ nobis maxime ista locutio cõmendat. Metretas enim dicit mensuras quasdã, tanquã si diceret, vrnas, amphoras, vel siquid hmõi. Nomẽ mensuræ est metreta, & a mẽsura accepit nomen ista mensura μέτρον n. mensuram dicunt Græci: inde appellatæ metretæ. Capiebãt ergo metretas binas vel ternas. Quid dicimus fratres? Si ternas tm diceret, non curreret animus noster nisi ad mysterium Trinitatis. Sed forte nec sic debemus inde cito iã sensũ nostrũ auertere, quia dixit binas vel ternas: qa noiato patre, & filio cõsequenter & spũssanctus intelligẽdus est. Spiritus. n. sanctus nõ est patris tantũmodo, aut filij tantũmodo spũs, sed patris & filij spũs: scriptũ est. n. Si quis dilexerit mundũ, non est spiritus patris in illo. Itẽ scriptũ est: Si quis aũt spm̃ Christi non habet, hic nõ est eius. Idẽ aũt spiritus & patris & filij: noiato itaq; patre & filio, intelligitur & spũssanctus, quia spiritus est & patris & filij. Cum aũt noiatur pater & filius, tanquã duæ metretæ nominantur: cum aũt ibi intelligitur B spiritussanctus tres metretæ. Ideo non dictũ est, capiẽtes metretas, aliæ binas, aliæ ternas: sed ipsę sex hydriæ capiebant metretas binas vel ternas: tanquã diceret, & qñ dico binas, etiam spiritum patris & filij cum his intelligi volo: & qñ dico ternas, ipsam Trinitatem manife-

Mat. 14.

Gen. 1.

Mat. 1.

manifestius enũcio. Quisquis itaq; nominat patrẽ & filium, oportet ibi intelligi tanquam charitatem inuicem patris & filij, qđ est spũs sanctus: fortasis. n. discussę scripturæ, quod non sic dico, vt hoc dicere possim, ꝛ aut qua si alius inueniri nõ possit, sed tñ fortasse scru
C tatæ scripturę indicãt, ꝙ spiritus sanctus charitas est. Et ne putetis vilẽ esse charitatẽ: qũo aũt vilis est, qñ omnia quæ dicuntur non vilia, chara dicuntur? Si ergo quæ non sunt vilia chara sunt: quid est charius ipsa charitate? Sic aũt cõmendatur charitas ab Apostolo vt dicat: Supereminentiorem viã vobis demõstro: Si linguis hominũ loquar & angelorũ, charitatẽ aũt non habeam, factus sum vt ęra mentum sonãs, aut cymbalum tinniens. Et si sciero omnia sacramẽta & oẽm scientiã, & habuero prophetiã & oẽm fidem, ita vt mõtes trãsferã charitatẽ aũt nõ habeã, nihil sum. Et si distribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meũ vt ardeã, charitatẽ aũt non habuero, nihil mihi prodest. Quanta est ergo charitas, quæ si desit, frustra habẽtur cętera: si adsit, recte habentur omnia. Tñ charitatem laudãs Apostolus Paulus copiosissimè atq; vberrime, minus de illa dixit, quã quod ait breuiter Apostolus Ioãnes, cuius est hoc Euãgeliũ. Neq; n. dubitauit dicere, Deus charitas est: scriptum est etiam, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctũ qui datus est nobis. Quis ergo nominet patrẽ & filium, & nõ ibi intelligat charitatẽ patris & filij? Quã cũ habere cęperit, spũm sanctũ habebit: quã si non habuerit, sine spiritu sancto erit. Et qũo corpus tuũ sine spũ ꝙ est anima tua: si fuerit, mortuum est: sic aĩa tua sine spũ sancto. i. sine charitate si fuerit, mortua deputabitur. Ergo metretas binas capiebãt hydrię, quia in omniũ tẽporũ ꝓphetia pater, & filius prędicatur, sed ibi est & spiritus sanctus. Ideoq; adiũctum est, vel ternas.
D Ego & pater, inquit, vnũ sumus. Sed absit vt spũm sanctũ, vbi audimus, ego & pater vnũ sumus nõ esse dicamus: Tñ quia patrẽ & filiũ nominauit, capiebãt hydrię binas metretas. Sed audi, vel ternas. Ite baptizate gentes, in nomine patris & filij & spiritus sancti. Itaq; ĩ eo quod dicuntur binæ, nõ exprimitur, sed intelligitur: in eo vero quod dñr, vel ternæ, ẽt exprimitur Trinitas. Sed est & alius intellectus non prætermittendus, & ipsum dicã, eligat quisq; quod placeat, nos quod suggeritur non subtrahimus. Mensa enim domini ẽ, & non oportet ministrũ fraudare conuiuas, præsertim sic esurientes vt apparet auiditas vestra. Prophetia quę ab antiquis tẽporib. dispensatur ad salutẽ omniũ gẽtiũ pertinet, Ad solũ quidẽ populũ Israel missus est Moyses, & ei soli populo per eum lex data est, & ipsi
E Prophetæ ex illo populo fuerunt, & ipsa distributio temporũ scđm eundẽ populum distincta est: vnde & hydriæ dicuntur. Secundũ purificationẽ Iudæorũ:) Sed tñ quod illa prophetia ẽt cęteris gentibus, annunciabat, manifestũ est, quandoquidem Christus in ea occultus erat in quo benedicentur oẽs gentes, sicut promissum est Abrahę, dicente domino, in semine tuo benedicentur omnes gẽtes. Nondũ aũt intelligebatur, quia nondum aqua conuersa fuerat in vinũ: ergo omnibus gentibus dispensabatur prophetia. Quod vt emineat iocundius, de singulis ætatibus, tanquam de singulis hydrijs, per tẽpora quędã cõmemoremus. In ipso exordio, Adã & Eua parentes omniũ gentiũ erant non tãtummodo Iudeorũ: Et quicquid figurabatur in Adã de Christo, ad oẽs vtique gentes pertinebat, quibus salus erat in Christo. Quid ergo potissimũ dicã de aqua primę hydrię, nisi qđ Apostolus ait, de Adam & Eua? Nemo enim me dicet praue intellexisse, qñ intellectum non meũ, sed Apostoli profero. Illud ergo vinũ quantũ mysteriũ de Christo continet, quod cõmemorat Apostolus dicens Et erũt duo in carne vna. Sacramentũ hoc magnum
F est. Et ne quis istam magnitudinẽ sacramenti in singulis quibusq; hominibus vxores habẽtibus intelligeret: Ego aũt, inqt, dico in Christo & in Ecclesia quod est hoc sacramentum magnũ erunt duo in carne vna. Cum de Adã & Eua scriptura geneseos loqueretur: vnde ventũ est ad hęc verba: Propterea relinquet homo patrem & matrem, & adhęrebit vxori suę, & erunt duo in carne vna: sic ergo Christus adhęsit Ecclesię, vt essent duo in carne vna. Quomodo reliquit patrẽ? quomodo matrem reliquit? Patrem, quia cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se ęqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Hoc est enim, reliquit patrem, non quia deseruit & recesit à patre, sed quia non in ea forma apparuit ho-

Alias vt hodie docere possim.

1. Co. 13. & 13.

1. Ioan. 4 Rom. 5.

Ioan. 10.

Mat. 28.

Gen. 22.

Ephe. 5.

Gen. 2.

Phil. 2.

minibus,in qua æqualis est patri. Quomodo reliquit matrẽ? Relinquendo synagogam Iudęorum, de qua secundũ carnẽ natus est, & inhærendo Ecclesiæ quã ex omnibus gentib. congregauit, Ergo prima hydria habebat ꝓphetiã de Christo: scilicet qñ ista q̃ loquor nõ prædicabantur in populis, adhuc aqua erat, in vinũ mutata nondũ erat. Et quia illuminauit nos per Apostolum dñs, vt ostenderet nobis quid ibi quæreremus in ipsa vna sententia, erunt duo in carne vna, sacramentum magnũ in Christo & in Ecclesia: iam licet nobis vbiq; Christũ quęrere, & de omnibus hydrijs vinum potare. Dormit Adam vt fiat Eua, moritur Christus vt fiat Ecclesia. Dormiẽti Adæ fit Eua de latere, mortuo Christo lancea percutitur latus, vt profluant sacramenta quibus formetur Ecclesia. Cui nõ apparet quia in illis tunc factis futura figurata sunt quandoquidẽ dicit Apostolus ipsum Adam formã futuri esse? Qui est, inquit, forma futuri. Præfigurabantur omnia mystice: Neq; enimuero non poterat Deus vigilanti costam educere, fęminamq; formare? An forte ne doleret latus qñ costa detracta est, propter hoc oportebat vt ille dormiret? Quis est q̃ sic dormiat, vt ei ossa non euigilanti euellãtur? An quia Deus euellebat, propterea homo non sentiebat? Poterat ergo & vigilanti sine dolore euellere, qui poterat dormienti: sed proculdubio hydria prima implebatur, prophetia illis tẽporibus futuro isto tẽpori dispẽsabatur. Christus etiam figuratus est in Noe, & ĩ illa arca orbis terrarũ. Quare ergo ĩ arca inclusa sunt oĩa animalia, nisi vt significarentur oẽs gentes? Non.n. deerat Deo rursus creare omne genus animaliũ: quando.n. omnia non erant, nonne dixit, producat terra, & produxit terra? Vnde ergo tunc fecit, in de reficeret: verbo fecit, verbo reficeret, nisi quia mysterium cõmendabat, & secundã hydriã prophetię dispensationis implebat, vt per lignum liberaretur figura orbis terrarũ, quia in ligno figenda erat vita orbis terrarũ. Iam in tertia hydria ipsi Abrahę quod iã cõmemorauimus, dictũ est: In semine tuo benedicentur oẽs gentes. Et quis non videat cuius habeat figuram vnicus eius, qui sibi ad sacrificium quo ipse immolandus ducebatur, ligna portabat? Portauit enim dñs crucem suã sicut euangeliũ loquitur. Hoc de tertia hydria commemorasse sufficiat. De Dauid aũt quid dicam, quod ad omnes gentes pertinebat ꝓphetia eius, quando modo audiuimus Psalmũ: & difficile est vt dicitur Psalmus, in quo hoc non sonet? Sed certe vt dixi modo cantauimus, Surge Deus iudica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. Et ideo Donatistæ tanquã proiecti de nuptijs: sicut ille homo qui non habebat vestẽ nuptialẽ, inuitatus est venit, sed proiectus est de numero vocatorũ, quia nõ habebat vestem ad spõsi gloriam: qui enim suam gloriam quærit, non Christi, non habet vestem nuptialem: non enim volunt consonare voci illius qui amicus erat sponsi, & ait: Hic est qui baptizat. Nec immerito illi qui non habebat vestẽ nuptialem, hoc per increpationẽ obiectum est q̃ non erat. Amice, quid huc veniſti? Et sicut ille obmutuit, sic & isti, quid enim prodest strepitus oris muto corde? Nouerunt q̃ pe intus apud semetipsos non se habere q̃ dicant: intus obmutuerunt, foris perstrepũt. Audiunt velint nolint, etiam apud se cantari, Surge Deus iudica terram, quoniam tu hęreditabis in omnibus gentibus. Et non communicando omnibus gentibus, quid aliud q̃ se exhęredatos esse cognoscant? Quod ergo dicebam fratres, quia ad omnes gentes pertinet prophetia: volo enim alium sensum ostendere in eo quod dictum est, Capientes metretas binas vel ternas: ad omnes, inquam gentes pertinere prophetiam, modo commemorauimus demonstratum in Adam, qui est forma futuri. Quis autem nesciat quod de illo exortæ sunt omnes gentes, & in eius vocabulo quatuor litteris, quatuor orbis terrarum partes per Græcas appellationes demonstratur? Si enim græce dicantur, oriens, occidens, aquilo, meridies, sicut eas plerisque locis sancta scriptura commemorat, in capitibus verborum inuenis Adam: dicuntur enim græce quatuor memoratæ mundi partes, ἀνατολή, δύσις, ἄρκτος, μεσημβρία. Ista quatuor nomina si tanquam versus quatuor sub inuicẽ scribas, in eorũ capitibus Adam legitur. Hoc in Noe propter arcam figuratũ est, in qua erant omnia animalia, quæ significabant omnes gentes: hoc in Abraham, cui apertius dictum est, In semine benedicentur oẽs gẽtes: hoc in Dauid, de cuius Psalmis, vt alia omittam, modo cãtauimus, Surge Deus

iudica

G H I K Gen. 22. Psal. 81.

iudica terrã, qm̃ tu hæreditabis in omnib gẽ tibus. Cui.n. Deo dr, surge, nisi ei qui dormiuit? Surge Deus, iudica terrã: tanquã diceret, Dormisti iudicatus a terra, surge vt iudices terrã. Et quo pertinet illa prophetia: Qm̃ tu hæreditabis in omnib. gentibus? Iam vero in quinta ętate tanquã in quinta hydria, Daniel vidit lapidẽ præcisũ de monte sine manib. & confregisse omnia regna terrarũ, & creuisse illũ lapidem, & factũ esse montem magnũ, ita vt impleret vniuersam faciẽ terræ. Quid apertius fratres mei? Lapis de monte præciditur, ipse est lapis quẽ reprobauerunt ædificantes, & factus est in caput anguli. De quo monte præciditur, nisi de regno Iudęorũ, vn de dñs noster Iesus Christus secundũ carnẽ natus? Et præciditur sine manibus, sine opere humano, quia sine amplexu maritali de virgine exortus est. Mons ille vnde præcisus est, non impleuerat vniuersam faciem terrę: non enim tenuerat regnũ Iudęorum omnes gentes, at vero regnũ Christi, oẽs gentes & vniuersum orbem terrarũ cernimus occupare. Iam ad sextã ætatem pertinet Ioannes Bap. quo nemo exurrexit maior de natis mulierũ: de quo dictũ est, Maior quam Propheta. Qũo & ipse ostendit, quia omnib. gentibus missus est Christus, qñ Iudęi venerunt ad eũ vt baptizarentur? Et ne superbirent de nomine Abrahæ, generatio, inquit, viperarũ, quis ostendit uobis fugere a uentura ira? Facite ergo fructum dignũ pnĩæ, i. humiles estote: superbis n. loquebatur. Vnde aũt erant superbi? De genere carnis, non de fructu imitationis patris Abraham. Quid eis ait? Nolite dicere, patrem habemus Abrahã, potens est. n. Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ: Lapides dicens oẽs gentes, non pp firmitatem, sicut lapis dictus est, quem reprobauerunt ædificantes: sed pp stoliditatẽ & duritiã stultitiæ, quia eis quos adorabant similes facti erant, Adorabant. n. insensata simulachra, pariter insensati: Vnde insensati? Qm̃ in Psalmo dr: Similes illis fiant qui faciũt ea, & omnes qui confidunt in eis. Ideo cũ cęperint homines Deũ adorare, quid audiunt? Vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est, qui Solẽ suũ facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Quapropter si ei fit homo similis quem adorat: quid est, potens est Deus de lapidib. istis suscitare filios Abrahæ? Nosipsos interrogemus, & videamus quia factũ est. Nos.n. de gentib. venimus. De gentibus aũt non ueniremus, nisi Deus de lapidib. suscitasset filios Abrahæ. Facti sumus filij Abrahæ imitando fidẽ, non nascendo per carnem. Sicut. n. illi degenerando exhæredati: sic nos imitãdo adoptati. Ergo fratres, ad oẽs gentes pertinebat ẽt ista sexta hydria prophetiæ, & ideo de omnib. dictũ est, Capiẽtes metretas binas uel ternas.) Sed qũo ostendimus omnes gentes pertinere ad binas uel ternas metretas? Aestimantis. n. fuit quodãmodo, ut ipsas diceret binas quas dixerat ternas, ad cõmendandũ, s. facm. Qũo sunt binæ metretæ? Circuncisio & præputium. Hos duos populos scriptura cõmemorat, & nullum prætermittit hominũ genus, qñ dicit, circuncisio & præputium. In duobus istis nominib. habes omnes gentes, & binæ metretæ sunt. His duobus parietibus de diuerso venientibus ad pacem in seipso faciẽdã, lapis angularis factus est Iesus. Ostendamus & ternas metretas in eisdem ipsis omnibus gentibus. Tres. n. erant filij Noe, per quos reparatũ est genus humanum. Vnde dñs ait, Simile est regnum cœlo rũ fermento qp accepit mulier, & abscondit farinæ mensuris tribus, quoadusq; fermentaretur totũ. Quæ est illa mulier, nisi caro dñi? Quod est fermentum, nisi Euangelium? Quæ sunt tres mẽsuræ, nisi omnes gentes, propter tres filios Noe? ergo sex hydriæ capientes binas vel ternas metretas', sex sunt ætates temporũ, capientes propheriam pertinentem ad omnes gentes, siue in duobus generibus hominum, i. Iudęis & Græcis, sicut sæpe Apostolus cõmemorat: siue in trib. propter Noe tres filios significatos. Figurata est. n. prophetia pertingens usq; omnes gẽtes. Nam in eo qp pertingit, dicta est metreta, sicut dicit Apostolus, Accepimus mensuram pertingendi vsque ad uos: Gentibus enim euangelizans, sic ait, mensuram pertingendi ad uos.

Dan. 2. L

Mat. 31.

Ps. 113.

M

Ps. 82.

A

Iuc. 13.

2. Co. 10.

Ab eo loco ubi ait, Post hæc descẽdit Capernaũ ipse & mater eius: usq; ad id qp ait, Ille aũt dicebat de tẽplo corporis sui. Tr. X.

B

IN Psalmo audistis gemitum pauperis, cuius membra per totam terrã tribulationes patiuntur usque in finem seculi. Satagite fratres mei esse in his mẽbris, & de his mẽbris.

Nam tribulatio tota transitura est. Vę gaudẽ tibus, quia veritas dicit, Beati lugẽtes, qm̃ ipsi consolabunt̃. Deus homo factus est: Quid facturus est homo, pp quem Deus factus est
Mat. 5. homo? Hęc spes cõsoletur nos in omni tribulatione & tentatione huius vitæ. Nõ. n. cessat inimicus persequi, & si nõ aperte sęuit, insidijs agit. Quid. n. agit? Et super irã doloſe agebãt. Inde dictus est leo & draco. Sed quid dr
C Christo? Et conculcabis leonẽ & draconem.
Ps. 90. Leo pp apertã iram, draco pp occultas insidias. Draco eiecit Adã de paradiso. Idẽ ipse
1. Pet. 5. leo persecutus est Ecclesiam, dicente Petro: Quia aduersarius vester diabolus sicut leo rugiens circuit, q̃rens quẽ deuoret. Non tibi sę uitiã suam perdidisse diabolus videatur, qñ blanditur, tunc magis est. Sed inter has oẽs insidias & eius tentationes, quid faciemus, ni si q̃ ibi audiuimus? Ego aũt cũ mihi molesti essent, induebã me cilicio, & humiliabã in ieiunio animã meã. Est qui exaudit, ne dubite-
Psal. 34. tis orare: qui aũt exaudit, intus manet. Nõ in montẽ aliquẽ oculos dirigatis, non faciẽ in stellas, aut Solẽ aut Lunam leuetis. Non tunc exaudiri vos arbitremini, qñ super mare oratis, imo detestamini tales orationes. Munda tm̃ cubiculũ cordis, vbi fueris, vbicunq; ora ueris, intus est qui exaudit, intus in secreto, quẽ sinũ vocat cũ ait, Et oratio mea in sinu meo conuertetur. Qui te exaudit, nõ est p̃ter te. Non longe vadas, nec te extollas, vt quasi attingas ad illũ manibus. Magis si te extuleris, cades: si te humiliaueris, ipse appropinquabit. Hic dñs Deus noster verbũ Dei, verbum caro factum est, filius pãtris, filius Dei, filius hominis: excelsus vt nos faceret, humilis vt nos reficeret, ambulans inter hoĩes, patiens humana, abscondens diuina. Descendit, vt dicit Euangelista, in Capernaum, ipse & mater eius & fratres eius & discipuli eius, & ibi mã sit non multis dieb.) Ecce habet matrẽ, habet fratres, habet & discipulos, inde fratres, vnde matrẽ. Fratres. n. scriptura nostra, nõ eos so-
D los appellare consueuit, qui nascuntur ex eodẽ viro & fęmina, aut ex eodẽ vtero, aut ex eodẽ patre, quãuis diuersis matrib. aut certe ex eodẽ gradu velut cõpatrueles aut consobrinos, nõ solũ hos fratres nouit dicere scriptura nostra. Qũo loquitur, sic intelligenda est: Habet linguã suã quicunq; hanc linguam nescit, turbatur & dicit: vnde fratres dñi? Nũ enim Maria iterũ peperit? Absit, inde cœpit dignitas virginũ. Illa fœmina mater esse potuit, mulier esse non potuit. Dicta est aũt mulier secundũ fęmineũ sexũ, non secundũ corruptionẽ integritatis, & hoc ex lingua ipsius scripturæ. Nã Eua statim facta de latere viri sui, nondum contacta à viro suo, nostis quia mulier appellata est, Et formauit eã in mulierem. Vnde ergo fratres cognati Marię fratres dñi? de quolibet gradu cognati: vnde proba- E
mus? ex ipsa scriptura. Frater Abrahæ dictus est Loth, qui filius erat fratris ipsius, lege & inuenies, quia Abrahã patruus erat Loth, & dicti sunt fratres, vnde nisi qa cognati? Iacob Laban Syrũ habebat auunculũ: frater. n. erat Laban matris Iacob, i. Rebeccę vxoris Isaac. Lege scripturã, & inuenies quia fratres dr auũculus & sororis filius. Qua regula cognita, inuenies oẽs consanguineos Mariæ fratres esse Christi. Sed illi discipuli magis erant fratres, quia & illi cognati fratres non essent, si discipuli nõ essent. Et sine causa fratres, si magistrũ non agnoscerent fratrem. Nam quodã loco cũ ei nunciassent matrẽ & fratres eius foris stantes, ille aũt cũ discipulis suis loquebatur, ait, Quæ mihi mater, vel qui fratres? Et *Mat. 12.*
extendens manũ super discipulos suos dixit, Hi sunt fratres mei: & quicunq; fecerit volũtata patris mei qui in cęlis est, ille mihi mater & frater & soror est. Ergo & Maria quia fecit voluntatẽ patris, hoc in ea magnificauit dñs: quia fecit voluntatẽ patris, non quia caro genuit carnẽ. Intendat charitas vestra. Propterea cũ dñs in turba admirabilis videretur faciens signa & prodigia, & ostendens quid lateret in carne, admiratæ quędã animæ dixerunt. Fęlix venter qui te portauit, & ille, imo *Luc. 11.*
fęlices qui audiunt verbũ Dei, & custodiũt illud: hoc est dicere, Et mater mea quã appellatis fęlicẽ, inde fęlix, quia verbum custodit, non quia in illa verbũ caro factũ est, & habi- F
tauit in nobis: sed quia custodit ipsum verbũ Dei per q̃ facta est, & q̃ in illa caro factum est. Homines si gaudeant prole tpali, exultẽt, si spiritu iunguntur Deo. Hæc diximus pp id q̃ ait Euangelista, quia cũ matre sua & fratribus suis & discipulis habitauit in Capernaũ paucis diebus. Deinde quid sequitur? Et prope erat pascha Iudęorum, & ascendit Hierosolymã. § Aliam rem nobis, Euangelista narrat, sicut se habebat recordatio annunciãtis.

Et

Et inuenit in templo, ⁊ vendentes ⁊ boues & oues & colũbas, & nummularios ſedẽtes: Et cũ feciſſet quaſi flagellũ de reſticulis oẽs eiecit de tẽplo: boues quoq; & oues, & nummulariorũ effudit æs, & menſas ſubuertit, & his q̃ colũbas vendebant dixit, Auferte iſta hinc, & nolite facere domũ patris mei domũ negociationis.) Quid audiuimus fratres? Ecce templũ illud figura adhuc erat, & eiecit inde
H dñs oẽs qui ſua q̃rebant, qui ad nundinas venerant, & q̃ ibi vendebant illi, quæ opus habebant hoĩes in ſacrificijs illius tẽporis. Nouit.n. charitas veſtra quòd ſacrificia illi populo pro eius carnalitate & corde adhuc lapideo talia data ſunt, quib. teneretur ne in idola defflueret, & immolarent ibi ſacrificia, boues, & oues, & colũbas. Noſtis quia legiſtis. Non ergo magnũ pc̃tm̃ ſi hoc vendebant in tẽplo, q̃ emebatur vt offerretur in templo, & tũ eiecit inde illos. Quid ſi ibi ebrioſos inueniret, quid faceret dñs, ſi vendentes ea quæ li
Pſal. 36. cita ſunt, & contra iuſtitiã non ſunt? Quæ.n. honeſte emuntur, non illicite venduntur, expulit tũ, & non eſt paſſus domũ orationis fieri domũ negociationis. Si negociationis domus non debet fieri domus Dei, potationis debet fieri? Nos aũt qñ iſta dicimus, ſtrident dentibus ſuis aduerſus nos, & conſolaĩ nos Pſalmus quẽ audiſtis, Striderunt in me dentibus ſuis. Nouimus & nos audire vnde curemur, & ſi ingeminantur flagella Chriſto, q̃a
Pſal. 34. flagellatur ſermo ipſius. Congregata ſunt, inquit, ĩ me flagella & neſciebã. Flagellatus eſt & flagellis Iudæorũ, flagellatur blaſphemijs falſorũ Chriſtianorum: multiplicant flagella dño Deo ſuo & neſciunt. Faciamus nos quãtum ipſe adiuuat: ego aũt cũ mihi moleſti eſſent, induebã me cilicio, & humiliabã in ieiunio animã meã. Dicimus tũ fratres: nõ.n. & ipſe pepercit illis, qui flagellandus erat ab
I eis. Prior illos flagellauit, ſignum quoddã nobis oſtendit, q̃ fecit flagellũ de reſticulis, & inde indiſciplinatos negociationẽ in Dei in tẽplo facientes flagellauit. Etenim vnuſquiſque in peccatis ſuis reſtẽ ſibi texit: Propheta
Eſa. 5. dicit, Væ his qui trahunt peccata ſua ſicut reſtẽ longã. Et quis facit reſtẽ longam? qui pc̃tõ addit pc̃tm̃. Qũo adduntur peccata peccati? Cũ peccata q̃ facta ſunt cooperiunt alijs peccatis. Furtũ fecit, ne inueniatur qui fecit, q̃rit mathematicũ: ſufficeret furtũ feciſſe. Quare vis adiungere pc̃tm̃ peccato? Ecce duo peccata. Cũ ad mathematicũ prohiberis accedere, blaſphemas eũm, ecce tria peccata. Cũ audis, mitte illum foras de Eccleſia: dicis, duco me ad partẽ Donati: ecce addis quartũ. Creſcit reſtis. Time reſtẽ, Bonũ eſt tibi vt hic inde cũ flagellaris, corrigaris, ne in fine dicaĩ, Ligate illi pedes & manus, & proijcite eũ in *Mat. 22.* tenebras exteriores. Criniculis.n. peccatorũ *Prou. 5.* ſuorũ vnuſquiſq; cõſtringitur. Illud dñs dicit, illud alia ſcriptura dicit, Sed vtrũq; dñs K dicit, De peccatis ſuis ligantur hoĩes, & mittũtur in tenebras exteriores. Qui ſunt tũ qui vẽdunt boues? Vt in figura q̃ramus myſteriũ facti, qui ſunt qui oues vendunt & colũbas? Iſti ſunt qui ſua q̃runt in eccleſia, non q̃ Ieſu Chriſti. Venale habent totũ, qui nolunt redimi, emi nolunt, & vendere volunt. Bonũ eſt *Phil. 2.* eis vt redimantur ſanguine Chriſti, vt perueniant in pacẽ Chriſti. Quid.n. prodeſt acquirere in hoc ſeculo quodlibet tẽporale & trãſitoriũ, ſiue ſit pecunia, ſiue ſit voluptas ventris & gutturis, ſiue ſit honor in laude humana? Nonne oĩa fumus & ventus? nõne omnia tranſeũt & decurrũt? Et vę his qui inhæſerint tranſeuntib. quia ſimul tranſeunt. Nonne vt fluuius præceps currens in mare? Et vę ei qui ceciderit, quia in mare trahetur: ergo tenere debemus oẽs affectus a talib. cõcupiſcentijs. Fratres mei, qui talia quærunt, vendunt: nã& *Actu. 8.* Simon ille ideo volebat emere ſpiritum ſanctũ, quia vendere volebat ſpm̃ ſanctũ, & putabat Apoſtolos mercatores tales eſſe, quales dñs de templo flagello eiecit: talis.n. ipſe erat & q̃ vẽderet emere volebat, de illis erat qui columbas vendebant: etenim in columba apparuit ſpiritus ſanctus. Qui ergo vendunt colũbas fratres? Qui dicunt, nos damus ſpiritũ ſanctum. Quare.n. hoc dicunt, & quo pretio vendunt? pretiũ honoris ſui accipiunt. Accipiunt pretiũ cathedras tẽporales, vt videantur ipſi vendere colũbas. Caueant a flagello de reſticulis. Colũba non eſt uenalis, gratis
L datur, quia gratia uocatur. Ideo fratres mei, qũo eos uidetis qui uendunt propolarios? Quiſq; q̃ uendit laudat? Quot propoſita fecerunt? Alterũ propoſitũ habet Carthagine Primianus, alterũ habet Maximianus, alterũ habet in Mauritania Rogatus, alterũ habent in Numidia illi & illi, quos iam nec nominare ſufficimus. Circumit ergo aliquis emere co-

lumbam,

lumbam, vnusquisq; ad propositū suū laudat ꝙ vendit. Auertatur illius cor ab omni vendēte, & veniat vbi gratis accipitur. Nec si eru bescant fratres, ꝙa per ipsas dissensiones suas amaras & malitiosas, cū sibi tribuunt ꝙ non sunt, cū extolluntur putant se aliquid esse, cū nihil sint, tot partes de se fecerunt, Sed quid in eis impletum est ꝙ nolunt corrigi, nisi ꝙ audistis in Psalmo? Discisi sunt nec cōpūcti sunt. Qui ergo boues vendunt? Boues intelliguntur qui nobis scripturas sanctas dispensauerunt. Boues erāt Apostoli, boues erant prophetæ: vnde dicit Apostolus, Boui trituranti os non infrenabis. Nūquid de bobus pertinet ad dñm? an ꝓp nos dicit? Propter nos.n. dicit, quia debet in spe qui arat arare, & triturans in spe participandi. Ergo illi boues reliquerunt nobis memoriā scripturarū. Non.n. de suo dispensauerunt, quia gloriā dñi quæsierunt. Quid.n. audistis in ipso Psalmo? Et dicant semper, magnificetur dñs, qui volūt pacem serui eius. Seruus Dei, populus Dei, Ecclesia Dei. Qui volunt pacē Ecclesiæ ipsius, magnificent dñm, non seruū, & dicant semper magnificetur dñs, qui volunt pacē serui eius: Ipsius populi, ipsius serui vox est illa euidens, quā in lamentationib. audistis in Psalmo, & mouebamini cū audiretis, quia inde estis: ꝙ Cātabatur ab vno, de omnib. cordib. resonabat. Fœlices qui se in illis vocib. tanquam in speculo cognoscebāt. Qui ergo volunt pacē serui eius, pacē populi eius, pacē vnius illius, quā dicit vnicā, & quā vult erui de leone, & de manu canis vnicā meam, qui dñt semper magnificetur dñs: ergo illi boues dñm magnificauerunt non se. Videte bouem magnificātē dñm suū, quia agnouit bos possessorem suū. Attendite bouē timentē, ne deseratur possessor bouis, & in boue ꝑsumat, qūo expaueſcit eos qui volunt in illo ponere spem. Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut i noie Pauli baptizati estis? Quod dedi, non ego dedi, gratis accepistis, colūba de cęlo descendit. Ego, inquit, plātaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementū dedit. Neq; qui plātat, est aliquid, neq; qui rigat: sed qui incrementū dat Deus. Et dicāt semper magnificetur dñs, qui volunt pacē serui eius. Isti aūt de scripturis ipsis fallūt populos, vt accipiāt ab ipsis honores, & laudes, & nō cōuertātur hoīes ad veritatē. Quia vero ipsis scripturis fallunt populos, à quib. quærūt honores, vendunt boues, vendunt & oues, i. ipsas plebes, Et cui vendunt? diabolo. Nanq; fratres mei, si Christi vnica Ecclesia est & vna est, quicquid inde ꝑciditur, quis tollit nisi leo ille rugiens & circumiens, quærens quē deuoret? Vę his qui præcidunt: nā illa integra permanebit, Nouit.n. dñs qui sunt eius. Tñ quātum in ipsis est, vendunt boues & oues, vendunt & colūbas, obseruāt flagellum peccatorum suorū. Certe qñ aliquid tale patiunt propter istas iniquitates suas, agnoscant quia dñs fecit flagellū de resticulis, & ad hoc admonet eos vt mutent se, & nō sint negociatores: nā si se non mutauerint, audient in fine, Ligate illis manus & pedes, & proijcite in tenebras exteriores: tūc dictū est, Zelus domus tuæ comedit me. Recordati sunt discipuli quia zelus domus Dei eiecit illos de templo dñi. ℣ Fratres, vnusquisq; Christianus in membris Christi zelo domus Dei comedatur. Quis comeditur zelo domus Dei? Qui omnia, q̄ forte ibi videt peruersa, satagit emendare, cupit corrigere, nō quiescit. Si emendare non pōt, tolerat, gemit: non excutitur de area granū, sustinet paleā, vt intret in horreū cum palea fuerit separata. Tu ante horreū, si granum es, noli excuti de area, ne prius ab auibus colligaris, quā in horreū congregeris. Aues.n. cęli aereæ potestates expectant aliquid rapere de area, & non rapiunt nisi ꝙ inde fuerit excussum: ergo zelus domus Dei comedat te. Vnūquenq; Christianū zelus domus Dei comedat, in qua domo Dei mēbrū est. Non.n. magis est domus tua, q̄ dom⁹ vbi habes salutē sempiternā. Domū tuā intras ꝓp requiem tēporalē, domū Dei intras ꝓp requiē sempiternā. Si ergo in domo tua ne quid peruersū fiat satagis, in domo Dei vbi salus proposita est, & requies sine fine, debes pati quantū in te est, si quid forte peruersum videris? Vnūquēq; Christianū zelus domus Dei comedat verbi gr̄a, Vides fratrē currere ad theatrū, ꝓhibe, mone, cōtristare, si zelus domus Dei comedit te. Vides alios currere & inebriari vel le & hoc velle in locis sanctis, ꝙ nusquam decet, prohibe quos potes, tene quos potes, terre quos potes, quib. potes blandire, noli quiescere: tñ si amicus est, admoneat leniter, vxor est, seueriſsimè refrenetur, ancilla est, ēt verberib. compescatur. Fac quicquid potes,

Galat. 9. Psal. 34. 1. Cor. 9.

L

Psal. 34.

Psal. 12.

Esaia 1. 1. Cor. 1. 1. Cor. 3.

M

Psal. 34. 1. Pet. 5.

A

Mat. 22. Psal. 68.

B

tes,pro persona quam portas:& perficit,zelus domus tuę comedit me. Si aũt fueris frigidus,marcidus,ad te solũ expectãs,& quasi tibi sufficiens & dicẽs in corde tuo, Quid mihi est currare aliena peccata: sufficit mihi anima mea,& ipsam integram seruem Deo.
D Eia, non tibi venit in mentem seruus ille qui abscondit talentum,& noluit erogare? Nũquid.n.accusatus est quia perdidit, & nõ qa sine lucro seruauit? Sic ergo audite fratres mei,vt nõ quiescatis:ego vobis cõsiliũ daturus sum:det ille qui itus est, quia etsi per me dederit,ille dat.Nostis quid agatis vnusquisque in domo sua cũ amico suo, cũ inquilino,cũ cliente suo, cũ maiore,cum minore, qũo dat Deus aditum, qũo aperit ianuã verbo suo,nolite quiescere lucrari Christo, qa lucrati estis à Christo. Dixerunt illi Iudæi, Quod signũ ostendis nobis, quia hæc facis? Et dominus, Soluite templũ hoc, & in trib. diebus excitabo illud.Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ędificatũ est templũ hoc, & tu dicis tribus diebus excitabo illud?ʒ Caro erant carnalia sapiebant,ille vero loquebatur spiritaliter. Qui aũt posit intelligere de quo templo dicebat? Sed non multũ quærimus: Per euangelistã nobis aperuit, de quo templo diceret, Soluite tẽplũ hoc & tribus dieb. excitabo illud. Quadraginta sex annis ædificatũ est templũ, & triduo suscitabis illud?Dicebat aũt,ait Euangelista, de tẽplo corporis sui.) Et manifestũ est occisum dñm post triduũ resurrexisse. Hoc modo oĩ bus nobis notũ est,etiã si Iudæis clausum est, quia foris stant, nobis tñ apertũ est,quia no uimus in quẽ credimus.Ipsius templi resolutionẽ & reędificationem, anniuersaria solẽnitate celebraturi sumus.Ad quam vos exhortamur, vt prępparetis vos siqui estis catechumeni, vt accipiatis gratiã.Iã nunc tẽpus est iam nunc parturiatur quod tunc nascat:
F ergo illud nouimus.Sed forte hoc exigitur à nobis vtrũ habeat aliquot sacramenta quadragitasex annis ędificatũ templũ.Sũt quidẽ multa quę hinc dici possunt,sed quod breuiter dici pót & facile intelligi,hoc interim dicamus fratres.Diximus enim iã,nisi fallor hesterno die,Adã vnũ hominẽ fuisse, & ipsum esse totum genus humanũ: Nã ita diximus si meministis, quasi fractus est, & sparsus colligitur,& quasi conflatus in vnã societatem atq; concordiã spiritalẽ, & gemit vnus pauper modo ipse Adã,sed in Christo innouat, quia sine peccato venit,Adã vt peccatũ Adã solueret in carne sua,& vt redintegraret sibi Adã imaginẽ Dei: Adã ergo caro Christi de
E Adã, ergo de Adã templũ quod destruxerũt Iudæi, suscitauit dñs triduo: resuscitauit.n. carnẽ suã.Videte, quia Deus erat ęqualis patri.Fratres mei, dicit Apostolus, Qui eũ excitauit à mortuis,De quo dicit?de patre.Factꝰ, inquit, obediens vsq; ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis. Propter quod & Deus illũ excitauit à mortuis & dedit ei nomen quod est super omne nomẽ.Resuscitatus & exaltatꝰ est dñs. Resuscitauit eũ à mortuis,quis? pater:cui dixit in psalmis,Excita me,& reddã illis. Ergo pater eũ resuscitauit,non seipse?Quid autem facit pater sine verbo? Quid facit pater sine vnico filio suo?Nã audi, qa & ipse Deus erat, Soluite templum hoc,& tribus excitabo illud. Nunquid dixit, Soluite templũ qđ triduo pater meus resuscitet? Sed quomodo cũ pater suscitat,& filius suscitat: sic cum filius suscitat, & pater suscitat: quia filius dixit Ego & pater vnum sumus.Quid ergo sibi vult numerus quadragenarius senarius:Interim ipse Adã quia per totũ orbẽ terrarũ est, audistis iã hesterno die in quatuor literis grę cis, quatuor verborũ grẽcorũ. Sic enim ista verba quatuor scribas sub inuicẽ, idest,noĩe quatuor partiũ mundi, Orientis Occidẽtis, Aquilonis & Meridiani, quod ẽ totus orbis: vnde dicit dñs à quatuor vẽtis collecturum electos suos cũ venerit ad iudiciũ.Si ergo facias ista quatuor nomina Græca ἀνατολὴ, qꝫ est Oriens:δύσις quod est Occidens: ἄρκτος, quod est Septentrio:μεσημβρία,quod est Meridies.Anatole,dysis,arctos,mesembria:capita verborũ Adã habẽt. Qũo ergo ibi inueniamus ʒquadragenariũʒ senariũ numerum? Quia caro Christi de Adã erat.Ad literas numeros cõputant Grẽci,quod & nos facimꝰ. A litera ipsi lingua sua ponunt α alpha & vocãt α alpha vnũ. Vbi aũt in numeris scribũt β vita,quod est b ipsorũ vocatur in numeris duo.Vbi scribũt γ gãma, vocãt in numeris ipsorũ tria. Vbi scribunt δ delta,vocãt in numeris ipsorũ quatuor: & sic p oẽs literas numeros habẽt.M,qꝫ nos dicimus, & illi dicũt μ mi,quadraginta significat. Dicũt.n.τεσσαράκοντα. Iã videte,istę literę quẽ numerũ habeant,

Phil.2.

Psal.40.

Ioan.10.

Mat.13.

G

habeant, & ibi inuenietis quadragintasex annis ædificatum templum. Habet enim Adã α alpha, quod est vnũ. Habet δ delta, quod sunt quatuor, habes quinq;. Habet iterũ α alpha, quod est vnũ, habes sex. Habet & μ mi, quod est quadraginta habes quadragintasex.

H Hęc fratres mei etiã ab anteriorib. maioribus nostris dicta sunt, & inuentus est ille numerus in literis quadragenarius senarius: Et quia dñs noster Iesus Christus de Adã corpus accepit, non de Adã peccatum traxit, tẽplum corporeũ inde sumpsit, non iniquitatẽ quæ de templo pellenda est. Ipsam autem carnem quã traxit de Adam (Maria enim de Adã, & domini caro de Maria) Iudęi crucifixerunt, & ille resuscitaturus erat ipsam carnẽ triduo, quã illi in cruce erant occisuri: Illi soluerunt templũ quadraginta sex annis ædificatũ, & ille triduo resuscitauit illud. Benedicimus dñm Deũ nostrũ, qui ad lętitiam spiritalẽ congregauit nos. Simus in humilitate cordis semper, & gaudiũ nostrũ penes ipsum sit. Non de prosperitate aliqua huius seculi inflemur, sed nouerimus sęlicitatem nostram non esse nisi cũ ista transierint. Modo gaudiũ nostrũ fratres ĩ spe sit, nemo gaudeat quasi in re præsenti, ne hęreat in via. Totum gaudiũ de spe futura sit, totũ desideriũ vitæ æternæ sit. Oia suspiria in Christo anhelent, ille vnus pulcherrimus, qui & sędos dilexit vt pulchros faceret desideretur. Ad illũ vnũ curratur, illi ingemiscatur: & dicant semper magnificatur dñs, qui volũt pacẽ serui eius.

Ab eo quod scriptum est, Cum autẽ esset in Hierusalẽ Iesus in pasca in die festo, multi crediderunt in nomine eius: vsq; ad id quod ait, Amen amen dico tibi, nisi qs renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non põt introire in regnũ Dei. Tract. XI.

I

OPportune nobis dñs procurauit hodierna die lectionis huius ordinẽ, nã quia ex ordine Euangeliũ secundũ Ioannẽ considerare atq; tractare suscepimus, credo quod aduerterit charitas vestra. Opportunè ergo occurrit, vt hodie audiretis ex Euangelio, qa nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto nõ videbit regnũ Dei. Tempus ergo est vt vos exhortemur, quia adhuc estis catechumeni, qui sic credidistis in Christũ, vt adhuc vestra peccata portetis. Nullus autẽ regnum cęlorum videbit oneratus peccatis, quia nisi cui dimissa fuerint, non regnabit cũ Christo. Dimitti autẽ non possunt, nisi ei qui renatus fuerit ex aqua & spiritusancto. Sed modo verba quemadmodũ se habeant aduertamus, vt hic inueniant qui pigri sunt, quanta K solicitudine sibi festinandi sit ad onus deponẽdũ: quia si ferrẽt aliquã sarcinam grauem aut lapidis aut ligni, aut alicuius etiã lucri, si frumẽtum portarẽt, si vinum, siue pecuniã currerent, vt deponerent: Nunc onera quia portant sarcinã peccatorum, pigri sunt currere: currẽdum est vt deponatur hæc sarcina q̃ premit & mergit. Ecce audistis, quia. Cum esset dñs Iesus Christus Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, vidẽtes signa eius quę faciebat.) Multi crediderunt in nomine eius. Et quid sequitur? Ipse autẽ Christus nõ credebat semetipsum eis.) Quid sibi hoc vult? illi credebãt in nomine eius, ipse Iesus nõ credebat semetipsum eis. An forte non crediderant ei, & fingebant se credidisse & propterea Iesus nõ credebat semetipsum eis? Sed non diceret Euangelista, multi crediderunt in nomine eius, nisi verũ illis testimoniũ perhiberet. Magna ergo res & mirares. Credunt homines in Christum, & Christus se nõ credit hominib. præsertim quia filius Dei est: vtique volens passus est, & si nollet nunquam pateretur: qui si nollet nec nasceretur. Si aũt hoc solum vellet, vt nasceretur tantũ, & non moreretur, & *Ioan. 10.* q̃cquid nollet faceret, quia omnipotentis patris filius omnipotens est. Ex ipsis rebus probemus, qa cũ voluisset eũ tenere, discessit ab eis. Loquitur Euãgeliũ, Et cũ voluissent eum de vertice mõtis præcipitare, discessit ab eis *Ioan. 18.* illæsus. Et q̃n venerunt ad eũ comprehendendum iam venditum à Iuda proditore, cũ ille putaret in potestate se habere, tradere magistrum suum & dominum suum, ibi ostendit L dominus voluntate se pati, non necessitate, nam cum eum comprehendere Iudæi voluissent, dixit illis, Quem quæritis? At illi dixerunt, Iesum Nazarenum. Et ille, Ego sum. Hac voce audita, redierunt retro & ceciderunt. In eo quod eos respondens deiecit, oñdit potestatem, vt in eo quod ab eis comprehensus est, ostenderet voluntatem. Ergo quod passus est, misericordiæ fuit, traditus est

Rom. 4 *Ioan. 1*

Ioan. 1

Cap. 3.

est enim propter delicta nostra, & resurrexit
pp iustificationē nostrā, audi verba ipsius.
Rom.4. Potestatē habeo ponendi animā meā, & po-
Ioan.10. testatē habeo iterū sumendi eā. Nemo tollet
eā a me, sed ego pono illā a meipso, & iterū
sumā eam. Cū ergo haberet tantā potestatē,
cū eam dictis prædicaret, factis ostenderet,
quid sibi vult q̄ non se credebat eis Iesus,
L quasi aliquid nolenti nocituris, aut aliquid
nolenti facturis, p̄sertim quia iā crediderant
in noīe eius? Et de ipsis dicit Euāgelista, Cre-
diderunt in noīe eius, de quib. dicit, Ipse au-
tē Iesus nō credebat semetipsum eis. Quare?
Quod ipse nosset omnes, & quia opus ei nō
erat, vt quis testimoniū perhiberet de hoīe,
ipse.n. sciebat quid esset, in homine. ℣ Plus no
uerat artifex quid esset in opere suo, quā ip-
sum opus qd esset in semetipso. Creator ho-
minis nouerat quid esset in hoīe, q̄ ipse crea
Ioan.13. tus homo non nouerat. Nonne hoc proba-
mus de Petro, quia non nouerat quid in ipso
esset qñ dixit, Tecū ero vsq; ad mortē? Audi
quia dñs nouerat quid esset in homine. Tu
mecū vsq; ad mortem? Amen amen dico ti-
bi, priusquā gallus cantet, ter me negabis. Ho
mo ergo nesciebat quid esset in se, sed crea-
tor hominis nouerat quid esset in homine:
crediderunt tñ in nomine eius multi, & ipse
Iesus non se credebat eis. Quid dicimus fra-
tres? Forte consequentia indicabunt nobis,
quid sibi vult mysteriū verborū istorū, quia
crediderant in eū homines, manifestū est, ve
Ioan.10. rum est, nemo dubitat, euāgeliū loquitur, ve
Luc.4. rax Euangelista testatur. Item quia ipse Iesus
non credebat semetipsum illis, & hoc mani
festū est, & hoc nullus Christianus dubitat,
quia & hoc Euangeliū loquitur: & idē verax
Cap.3. Euangelista testatur. Quare ergo crediderūt
Ioan.18. illi in noīe eius, & Iesus nō credebat semet-
ipsum illis? Sequentia videamus. Erat aūt ho
mo ex Pharisęis, Nicodemus noīe, Princeps
Iudęorū. Hic venit ad eum nocte, & dixit ei
M Rabbi.) Iā hoc nostis, quia Rabbi magister
dr̄. Scimus quia a Deo veniſti magister. Ne-
mo.n. pōt hæc signa facere quæ tu facis, nisi
fuerit Deus cū eo.) Ergo iste Nicodemus ex
his erat qui crediderant in noīe eius, videtes
signa & prodigia q̄ faciebat. Superius.n. hoc
dixit, Cū aūt esset in Hierosolymis in Pascha
in die festo, multi crediderunt in noīe eius.
Quare crediderunt in noīe eius? Sequitur &
dicit, Videntes signa eius q̄ faciebat & de Ni
codemo quid dicit? Erat Princeps Iudęorum
noīe Nicodemus. Hic venit ad eū nocte, &
ait illi, Rabbi scimus quia a Deo veniſti ma-
gister. Et iste ergo crediderat in noīe eius. Et
ipse vndē crediderat? Sequitur. Nemo.n. pōt
hæc signa facere q̄ tu facis, nisi fuerit Deus
cū eo. Si ergo Nicodemus de illis multis erat
qui crediderant in noīe eius, iā in isto Nico A
demo attendamus quare Iesus non se crede-
bat eis. Rñdit Iesus & dixit ei, Amen amen di
co tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, nō pōt
videre regnū Dei.) Ipsis ergo se credit Iesus,
qui nati fuerint denuo. Ecce illi crediderunt
in eū, & Iesus non se credebat eis. Tales sunt
oēs cathecumeni, ipsi iam credunt in noīe
Christi, sed Iesus non se credit eis. Intēdat &
intelligat charitas vestra. Si dixerimus cathe-
cumeno, credis in Christo? Respōdet, credo,
& signat se cruce Christi, portat in fr̄onte, &
nō erubescit de cruce dñi sui. Ecce credit in
noīe eius: interrogemus eū, Māducas carnē
filij hominis, & bibis sanguinē filij hominis?
Nescit quid dicimus, quia Iesus nō se credi-
dit ei. Cū ergo ex eo numero Nicodemus es
set, venit ad dñm, sed nocte venit, & hoc for
te ad rē pertinet. Ad dñm venit, & nocte ve-
nit. ad lucē venit & in tenebris venit. Renati Ephes.5.
aūt ex aqua & spiritu, quid audiunt ab Apo-
stolo? Fuistis aliqñ tenebræ, nunc aūt lux in
dño, sicut filij lucis ambulate. Et iterū, Nos
aūt qui diei sumus, sobrij simus. Qui ergo re
nati sunt, noctis fuerunt, & diei sunt: tenebrę
fuerunt, & lumen sunt. Iā credit se illis Iesus,
& non nocte veniunt ad Iesum, sicut Nico-
demus, nō in tenebris quærunt diē: tales.n. iā
ēt profitentur. Accessit ad illos Iesus, facit in,
illis salutē, quia ipse dixit, Nisi quis mandu- Ioan.6.
cauerit carnē meā, & biberit sanguinē meū,
non habebit in se uitā. Et q̄ signū crucis ha-
bent in fronte cathecumeni, iā de domo ma
gna sunt, sed fiant ex seruis filij: non.n. nihil B
sunt, quia iā ad domū magnā pertinent. Qñ
aūt manna manducauit populus Israel? Cum
transisset mare rubrū. Mare aūt rubrum quid 1.Co.10.
significet, audi Apostolū, Nolo aūt uos igno
rare fratres, quia oēs patres nostri sub nube
fuerūt, & oēs mare trāsierūt. Vt quid per ma
re transierunt? & quasi causam q̄reres ab illo alias per Moysen.
secutus ait, Et oēs in Moyse ℣ baptizati sunt
in nube & in mari. Si ergo figura maris tantū
valuit,

valuit, ſpecies baptiſmi quantũ valebit? Si q̃ geſtũ eſt in figura, traiectũ populũ ad mãna perduxit, quid exhibebit Chriſtus in veritate baptiſmi ſui, traiecto per eũ populo ſuo? Per baptiſmũ ſuũ traiecit credentes, occiſis oĩb. peccatis, tanquã hoſtib. cõſequentib. ſicut in illo mari oẽs Aegyptij perierunt. Quo traiecit fratres mei? quò traiecit per baptiſmũ Ieſus cuius figurã tũc gerebat Moyſes, qui per mare traijciebat? Quo traijciebat? ad manna: Quod eſt mãna? Ego ſum, inquit, panis viuus qui de cęlo deſcendi. Manna accipiunt fideles, iã traiecti per mare rubrũ. Quare & per mare rubrũ? Iã mare, quare rubrũ? Significabat mare illud rubrũ baptiſmũ Chri. Vnde rubet baptiſmus Chriſti, niſi Chriſti ſanguine conſecratus? Quo ergo perducit credentes & baptizatos? Ad manna, ecce dico manna. Notũ eſt quid acceperint Iudęi, populus ille Iſrael: notũ eſt quid illis pluiſſet Deus de cœlo: & neſciunt cathecumeni quid accipiant Chriſtiani? Erubeſcãt ergo, quia neſciũt: trãſeant per mare rubrũ, mãducẽt mãna, vt quo crediderunt in noĩe Ieſu, ſic ſe ipſis credat Ieſus. Ideo intendite fratres mei q̃d rñdeat iſte qui nocte venit ad Ieſum. Quãuis ad Ieſum venerit, tñ q̃a nocte venit: adhuc de tenebris carnis ſuæ loquitur, nõ intelligit q̃ audiuit a dño, non intelligit quo audiuit à luce, quæ illuminat oẽm hominẽ veniẽtem in hunc mũdum. Iam ei dñs dixit, Niſi quis renatus fuerit denuo, non videbit regnũ Dei. Dicit ad eũ Nicodemus, Quo põt homo naſci cum ſit ſenex?) Spiritus ei loquitur & ille carnẽ ſapit. Carnẽ ſuã ſapit, quia carnẽ Chriſti nondum ſapit. Cũ.n. dixiſſet dñs Ieſus, Niſi quis manducauerit carnẽ meã, & biberit ſanguinem meũ, non habebit in ſe vitã: ſcandalizati ſunt quidã qui eũ ſequebantur, & dixerunt apud ſemetipſos. Durus eſt hic ſermo, & quis põt eũ audire? Putabant.n. hoc dicere Ieſum, q̃ eũ poſſent conciſum ſicut agnũ coquere & manducare, abhorrentes à verbis eius, receſſerunt, & amplius eũ non ſunt ſecuti. Sic Euãgeliſta loquitur, & dñs ipſe remanſit cũ duodecim. Et illi ad eũ, Dñe, ecce illi dimiſerunt te. Et ille, Nunquid & vos vultis abire? Oſtendere volẽs, quia ipſe illis erat neceſſarius, nõ illi erant Chriſto neceſſarij: ne quis terreat Chriſtũ, qñ dr̃, vt ſit Chriſtianus, quaſi beatior erit Chriſtus, ſi tu fueris Chriſtianus. Bonũ eſt tibi vt ſis Chriſtianus: nã ſi non fueris, malũ Chriſto non erit. Audi vocẽ Pſalmi: Dixi dño Deus meus es tu, qm̃ bonorum meorum non eges. Ideo Deus meus es tu, qm̃ bonorum meorum non eges. Si fueris ſine Deo minor eris: ſi fueris cũ Deo, maior Deus nõ erit. Nõ te ille maior, ſed tu ſine illo minor. Creſce ergo in illo, noli te ſubtrahere, vt quæ ſi ille deficiat. Reficieris, ſi acceſſeris: deficies ſi receſſeris. Integer manet te accedente, integer manet te cadente: cũ ergo dixiſſet diſcipulis, Nũquid & vos vultis abire? Reſpondit Petrus, petra illa voce omniũ: Dñe ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes: bene ſapuit in ore ipſius caro dñi. Dñs aũt expoſuit eis, & dixit. Spũs eſt qui viuificat, caro aũt non prodeſt quicquã: cũ dixiſſet, Niſi quis mãducauerit carnẽ meã, & biberit ſanguinẽ meũ, nõ habebit in ſe vitã: ne carnaliter intelligerent, Spũs eſt, inquit, qui viuificat, caro autẽ nihil prodeſt. Verba aũt quę locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Hunc ſpm̃ & hanc vitã nõ ſapiebat iſte Nicodemus, qui nocte venerat ad Ieſum. Ait ei Ieſus, Niſi quis renatus fuerit denuo, non videbit regnũ Dei. Et ille carnẽ ſuã ſapiens, in cuius ore nondũ ſapiebat caro Chri: qũo, inquit, põt hõ naſci cum ſit ſenex? Nũquid põt in vtero matris ſuę iterũ introire & naſci?) Non nouerat iſte, niſi vnã natiuitatẽ ex Adã & Eua, ex Deo & Eccleſia nondũ nouerat. Non nouerat niſi eos parentes qui generant ad mortẽ, nondũ nouerat eos parentes, qui generant ad vitã. Nõ nouerat niſi eos parentes qui generant ſucceſſuros, nondũ nouerat eos, qui ſemper viuẽtes generant permãſuros. Cũ ergo ſint duę natiuitates, ille vnã ĩtelligebat. Vna eſt de terra, alia de cęlo: vna ẽ de carne, alia eſt de ſpiritu: vna eſt de mortalitate, alia de ęternitate: vna eſt de maſculo & fęmina, alia de Deo & Eccleſia. Sed ipſæ duæ ſingulæ ſunt, nec illa põt repeti nec illa. Rectè intellexit Nicodemus natiuitatẽ carnis. Sic & tu intellige natiuitatẽ ſpũs, qũo intellexit Nicodemus natiuitatẽ carnis. Quid Nicodemus intellexit? Nũquid põt homo denuo in ventrẽ matris ſuæ intrare & naſci? Sic quicunq; tibi dixerit, vt ſpiritaliter iterũ naſcaris, reſponde q̃ dixit Nicodemus, Nunquid põt homo iterum in ventrem matris ſuæ intrare & naſci? Iã natus ſum de Adã, non me poteſt iterum generare

Adam:

Ioan. 6. Ioan. 1. Ioan. 6. Pſal. 15. Ioan. 6.

Adam: iam natus sum de Christo, nō pōt iterum generare Christus. Quo vterus non pōt repeti, sic nec baptismus. Qui nascitur de Ecclesia catholica, tanquā de Sara nascitur, de libera nascitur. Qui nascitur de hæresi, tanq̄ de ancilla nascitur, sed ex semine Abrahā. Ad

H uertat charitas vestra ad magnū sacrm. Testat

Exod. 3. Deus, & dicit, Ego sū Deus Abrahā & Deus Isaac & Iacob. Nō erāt alij Patriarchæ, ñ erat ante istos sanctus Noe, qui solus in toto genere humano cū tota domo sua meruit de diluuio liberari? in quo & in filijs eius figurata est Ecclesia: ligno portante euasit diluuiū. Deinde postea magni quos nouimus,

Num. 31. Hebr. 3. Exo. 3. quos sancta scriptura cōmendat. Moyses fidelis in tota domo eius: & illi tres nominātur, quasi eū soli ꝓmeuerint: Ego sum Deus Abrahā & Deus Isaac & Deus Iacob. Hoc mihi nomē est in ęternū. Sacrm grāde, Potens est dns & ora nra aperire & corda vestra, vt dicere posimus sicut reuelare dignatus ē, & capere positis sicut expedit vobis. Tres ergo isti Patriarchæ, Abrahā, Isaac & Iacob. Iā nostis filij Iacob, qa duodecim fuerūt, & inde populus Israel: qa ipse Iacob Israel, & populus Israel trib. duodecim pertinētes ad duodecim filios Israel. Abrahā, Isaac, & Iacob, tres partes, & populus vnus: Tres patres tāq̄ ī principio populi, tres partes in qb. figurabat populus, & populus ipse prior pns populus. In populo. n. Iudęorū figuratus est populꝰ Christianorū. Ibi figura, hic veritas: ibi

1. Co. 10. mēbra, hic corpus dicēte Apostolo: Hæc aūt in figura cōtingebant illis. Vox est Apostoli, Scripta sunt, inquit, ꝑ nos, in quos finis seculorū obuenit. Recurrat nunc animus vester ad Abraham, Isaac & Iacob. In illis tribus inuenimus parere liberas, parere & ancil-

32. q. 4. c. Recurrat. Gen. 21. las. Inuenimꝰ ibi & partus liberarū, inuenimus ibi & partus ancillarū. Ancilla nihil boni significat. Eijce ancillā, inqt, & filiū eius: nō. n. hęres erit filius ancillę cū filio liberæ.

I Apostolus hoc cōmemorat, & in illis duob. filijs Abrahæ dicit Apostolus fuisse figuram duorū testamentorū, veteris & noui. Ad vetus testamentū pertinēt dilectores tēporaliū, dilectores seculi. Ad nouū testamētū dilectores vitæ æternæ. Ideo illa Hierusalē in terra vmbra erat cęlestis. Hierusalē matris oium nostrū, quæ est in cęlo: & hæc Apostoli verba sunt. Et ꝺ ista ciuitate vnde peregrinamur multa nostis, multa iā audistis. Inuenimꝰ aūt rem mirā in istis partubus. i. in istis fętibus, in istis generationibus liberarū & ancillarum, quatuor scilicet genera hominū: in quibus scilicet quatuor generibus, completur figura totius populi futuri Christiani, vt non sit K mirū quod in illis tribus dictū est, Ego sum Deus Abrahā & Deus Isaac & Deus Iacob. *Exo. 3.* In omnibus enim Christianis fratres intendite, aut per malos nascunē boni, aut per bonos nascuntur mali: aut per bonos boni, aut ꝑ malos mali. Amplius istis quatuor generibus non potestis inuenire. Quę iterū repetā, aduertite, & excutite corda vestra: nolite pigri esse: capite ne capiamini, quomodo quatuor genera sunt omniū Christianorum. Aut per bonos mali: aut per malos nascuntur mali: aut ꝑ bonos mali, aut per malos boni. Puto quia planū est, per bonos boni: si & qui baptizant boni sunt, & qui baptizātur rectè credunt, & in membris Christi recte numerantur. Per malos mali: si & qui baptizāt mali sunt, & qui baptizātur duplici corde accedunt ad Deū, & non tenent eos mores, quos audiunt in Ecclesia, vt ibi non sint paleæ, sed frumentū: quam enim multi sint, nouit charitas vestra. Per malos boni: aliqñ baptizat adulter, & qui baptizatur iustificatur. Per bonos mali: aliquando qui baptizant sancti sūt qui baptizantur tenere vias domini nolunt. Puto ergo fratres nota eē in Ecclesia & quotidianis exemplis manifestari ea quæ dicimus: sed in prioribus nostris patribus consideremus, qa habuerunt & illi ista quatuor genera. Per bonos boni: Ananias Paulū baptizauit: Quid ꝑ malos mali? Dicit Apostolus quosdā prędicatores Euangelij, quos dicit *Acto. 9.* nō caste annunciare solere Euangeliū, quos tolerat in societate Christiana, & dicit. Quid enim? Dum omni modo siue per occasionē, *Phili. 1.* siue per veritatem Christus annuncietur, & in hoc gaudeo. Nunquid maleuolus erat, & L de alieno malo gaudebat? Sed quia & ꝑ malos verū prędicabatur, & per malorum ora Chrs prædicabatur: si quos isti sui similes baptizābāt, mali malos baptizabant, si quos isti baptizabant tales quales admonet dns cum dicit: Quæ dicunt facite, quę aūt faciunt facere nolite, mali bonos baptizabant. Boni *Mat. 25. Acto. 8.* malos baptizabant, qūo à Philippo sancto Simon magus baptizatus est. Nota sunt ista

quatuor

quatuor genera fratres mei. Ecce iterũ ea re peto, tenete illa, numerare illa, aduertite illa, cauete quæ mala sunt, tenete quæ bona sunt. Per bonos boni nascũtur, cũ per sanctos sancti baptizãtur: per malos mali, cũ & qui baptizant & bapizantur inique & impie viuũt. Per malos boni, cũ mali sunt qui baptizant
M & boni q̃ baptizantur: p̃ bonos mali, cũ boni sunt q̃ baptizant, & mali qui baptizantur. Qũo inuenimus ista in tribus istis nominibus, Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac & Deus Iacob? Ancillas accepimus in malis, liberas accepimus in bonis. Pariũt liberæ bonos, Sara peperit Isaac. Pariũt ancillæ malos,
Gen. 21. Agar peperit Ismael, Habemus in vno Abrahã illius gen⁹ cũ p̃ bonos boni, aut p̃ malos mali, aut p̃ bonos mali, aut per malos boni. Per bonos mali vbi figurati sunt? Libera erat Rebecca vxor Isaac legitime peperit geminos, vnus erat bonus, alter malus. Habẽs aperte ibi scripturã dicentẽ Dei voce. Iacob dilexi, Esau aũt odio habui. Istos duos genuit Rebecca, Iacob & Esau, vnus inde eligitur, alius reprobat. Vnus succedit in hereditatẽ, alter exhæredat. Nõ fecit populũ suũ Deus de Esau, sed facit de Iacob, semẽ vnũ, diuersi qui concepti sunt. Vterus vnus diuersi qui nati sunt. Nunquid nõ libera peperit
Mala. 1. Iacob, q̃ libera peperit Esau? Luctãtur in vtero matris suæ, & dictũ est Rebeccę, cũ ibi luctarẽtur. Duo populi sunt in vtero tuo: duo
Gen. 25. hoĩes, duo populi, bonus populus, malus populus: sed tũ in vno vẽtre luctabãtur. Quanti mali sunt in Ecclesia, & vnus vterus portat, donec in fine discernẽtur, & boni aduersus malos clamãt, & mali aduersus bonos reclamãt, & in vnius visceribus vtiq; luctãtur. Nũ quid semp̃ simul erũt? In fine exitur ad lucẽ, declarat natiuitas, quæ hic in sacramẽto figuratur. Et tũc apparebit, Iacob dilexi, Esau aũt odio habui. Iã ergo inuenimus fratres & đ malis bonos de libera Isaac, & đ malis ma
A los, de ancilla Ismael: de bonis malos, Esau de Rebecca: & de malis bonos vbi inuenimus? Restat Iacob: vt in trib. patriarchis quatuor generũ istorũ perfectio concludatur. Habuit vxores Iacob liberas, habuit ancillas. Pariũt liberæ pariũt & ancillæ, & fiũt duodecim Israel. Si numeres oẽs de quibus nati sunt, nõ oẽs de liberis, nõ oẽs de ancillis, sed tñ oẽs ex vno semine, Quid ergo? fratres mei Nũquid qui nati sunt de ancillis, non simul possederunt terrã promissionis cũ fratribus suis? inuenimus ibi bonos filios Iacob natos de ancillis, & bonos filios Iacob natos de liberis. Nihil illis obfuit natiuitas de vteris ancillarũ qñ in patre cognouerũt semẽ suũ, & & cõsequẽter regnũ cũ fratribus tenuerunt. B
Qũo ergo in filijs Iacob non obfuit illis qui nati sunt de ancillis, quo minus tenerent regnũ & terrã repromissiõis cũ fratrib. ex q̃uo acciperẽt, nõ illis obfuerũt natales ancillarũ sed prævaluit semẽ paternũ sic quicunq; per malos baptizantur, tanquã de ancillis videntur nati: sed tñ quia ex semine verbi Dei, qđ figuratur in Iacob, nõ cõtristentur, simul hæreditatẽ cũ fratribus possidebũt. Securus ergo sit qui de semine bono nascitur, tantũ nõ imitetur ancillã. Si de ancilla nascitur, ancillã malã superbientem non imitetur. Vnde. n. filij Iacob de ancillis nati, possederũt terrã promissionis cũ fratribus: Hismael autẽ de ancilla natus, expulsus est de hereditate? Vnde, nisi quia ille superbus erat, illi humiles? Erexit ille ceruicẽ, & voluit seducere fratrẽ
Gen. 21. suũ ludẽs cũ illo. Magnũ ibi sacramẽtũ. Ludebant simul Hismael & Isaac, vidit illos Sara ludẽtes, & ait Abrahę, Eijce ancillã & filiũ eius: nõ enim hæres erit filius ancillæ cũ filio meo Isaac: & cũ cõtristatus esset Abrahã cõfirmauit ei à dño angelus dictũ vxoris eius. Iã hic manifestũ est sacramẽtũ, quia nescio quid futurũ parturiebat illa res gesta. Ludente, vidit & dicit, Eijce ancillã & filium eius. Quid est hoc fratres? Quid. n. mali fecerat Hismael puero Isaac, quia ludebat cũ illo? Sed illa lusio, illusio erat. Illa lusio decep-
Galat. 4. tionẽ significabat: nã magnũ sacramentũ, attendat charitas vestra. Persecutionẽ illam vocat Apostolus ipsam lusionẽ, ipsum lusũ persecutionẽ vocat. Ait enim, Sed sicut tũc ille secundũ carnẽ natus erat, persequebatur C
eũ qui secundũ spiritũ: ita & nunc. i. qui secundũ carnẽ nati sunt, persequuntur eos qui secundũ spiritũ nati sunt. Qui sunt secundũ carnẽ nati? Dilectores mundi, amatores seculi. Qui sunt secundũ spiritũ nati? Amatores regni cęlorũ, dilectores Christi, desiderantes vitã ętẽrnã, gratis colentes Deũ. Ludũt & dicit Apostolus persecutionẽ. Nam postea quam dixit hæc verba Apostolus, Et sicut tunc ille qui secundum carnem natus erat,

perseque-

persequebatur eum qui secũdũ spiritũ: ita & nunc, secutus est & ostendit de qua persecutione diceret: Sed quid dicit scriptura? Eijce
Gen.22. ancillã & filium eius, non.n.hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Quæramus vbi
D hoc dicat scriptura, vt videamus vtrũ aliqua persecutio præcesserit Hismaelis in Isaac, & inuenimus hoc dictũ eẽ à Sara, qñ vidit pueros ludentes simul. Quã lusionẽ dicit scriptura vidisse Saram, hanc persecutionem dicit Apostolus. Plus ergo vos persequuntur qui vos illudendo seducunt, Veni veni, baptizare, hic habes verũ baptismũ: noli ludere, vn⁹ est verus. Ille lusus est, seduceris, & ista persecutio grauis tibi erit. Melius tibi erat si Hismaelẽ tu lucrareris ad regnum: sed non vult Hismael: quia ludere vult. Tene tu hæreditatẽ & patris & nõ audies, Eijce ancillã & filiũ eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Isti etiam audent dicere, quia persecutionẽ solent pati à catholicis regib. aut à catholicis principibus. Quã persecutionẽ tolerant? afflictionẽ corporis Si tñ aliquã do pasi sunt, aut quomodo pasi sunt, ipsi sciant, aut cõueniant conscientias suas: si tñ
Gen. 21. afflictionẽ corporis pasi sunt, aut qũo pasi sunt persecutionem quã faciunt grauiorẽ: cae qñ vult ludere Hismael cũ Isaac, quando tibi blanditur, qñ offert alterũ baptismũ: respondeo habeo iam baptismũ. Si.n. verus est ille baptismus, quisquis vult alterũ dare, illudere vult. Caue animę pſecutorẽ, Nã si a principibus catholicis aliquid passa est pars Donati aliqñ secũdũ corpus passa est, non secundũ illusionẽ spiritus. Audite & videte in
Galat.4. ipsis veteribus factis omnia futurarũ rerum signa & iudicia. Inuenitur Sara afflixisse Agar ancillã. Sara libera est, posteaquã superbire cępit ancilla, q̃sta est Abrahæ Sara & dixit Eijce ancillã, erexit aduersũ me ceruicẽ suã: & quasi ab Abrahã fieret, de Abrahã q̃sta
C est mulier. Abraham vero qui non in ancilla libidine abutendi tenebatur, sed officio ge
E nerandi, quoniã Sara ei dederat vnde prolẽ susciperet, ait ei, Ecce ancilla tua, vtere ea sicut vis, & afflixit eã grauiter Sara, & fugit à facie eius. Ecce libera afflixit ancillã, & non
Gen.16. illam vocat persecutionẽ Apostolus. Ludit seruus cum dño, & persecutionẽ vocat. Afflictio ista non vocatur persecutio, & lusio illa vocatur persecutio. Quid uobis videtur fratres? nonne intelligitis quid significatum sit? Si ergo quando vult Deus concitare potestates, aduersus hęreticos, aduersus schismaticos, aduersus dissipatores Ecclesiæ, aduersus exufflatores Christi, aduersus blas- 22.q.ca. Qũo.
F phematores baptismi, non mirentur: quia Deus concitat, vt a Sara verberetur Agar cognoscat se Agar, & ponat ceruicẽ, quia cũ humiliata discederet à domina sua occurrit ei angelus & dixit, quid est Agar ancilla Sarę? Cum conquesta esset de domina, quid audiuit ab angelo? Reuertere ad dominã tuã. Ad hoc ergo affligitur, vt reuertatur, atq; vtinã reuertatur, quia proles eius sicut filij Iacob, cũ fratribus hæreditatẽ tenebit. Mirantur aũt quia cõmouentur potestates Christianę aduersus detestandos dissipatores Ecclesiæ. Si non ergo mouerẽtur, & qũo redderẽt rationẽ de imperio suo Deo? Intendat charitas vestra quid dicam, quia pertinet hoc ad reges seculi Christianos, vt temporibus suis pacatã velint matrẽ suã Ecclesiã habere, vn Dani. 3. de spiritaliter nati sunt. Legimus Danielis visiones & gesta prophetica. Tres pueri ĩ igne laudauerunt dñm, miratus est Nabuchodonosor rex, laudantes Deum pueros, & circa eos ignẽ non nocentẽ. Et cũ admiratus esset, qd ait Nabuchodonosor rex, nõ vel Iudæ⁹, vel circuncisus ille qui statuã suã erexerat, & ad eã adorandã oẽs cogerat, tã laudibus triũ puerorũ cõmotus, vbi vidit maiestatẽ Dei p̃sentis in igne, quid ait? Et ego proponã decretũ omnibus tribus & linguis in omni terra. Quale decretũ? Quicũq; dixerint blasphe
Alias cõtra. miã * in Deũ Sydrac, Misac & Abdenago, in interitũ erũt, & domus eorũ in perditionẽ. Ecce qũo sæuit rex alienigena, ne blasphemetur Deus Israel, qui potuit tres pueros de igne liberare: & nolunt, vt sęuiant reges Christiani, quia Christus exufflatur, à quo nõ tres pueri, sed orbis terrarũ cũ ipsis regibus à gehennarũ igne liberatur⁹. Nã tres illi pueri, fratres mei, liberati sunt ab igne temporali: nũqd nõ ipse est Deus Machabęorũ, G
qui & triũ puerorũ? Illos ab igne liberauit, 2.Mat. 7
illi in tormẽtis igneis corpore defecerũt: sed in legitimis mandatis animo per manserũt: Illi aperte liberati sũt, occulte coronatisũt. Plus est liberari de flãma gehẽnarũ, q̃ de fornace ptãtis humanę. Si, ergo Nabuchodonosor rex laudauit & prædicauit, & gloriã de-

dit Deo, quia liberauit de igne tres pueros, & tãtã gloriã dedit, vt decretũ mitteret p regnũ suũ. Quicũq; dixerint blasphemiã ĩ Deũ Sydrac, & Mysac, & Abdenago, in interitũ erũt, & domus eorũ in perditionẽ, qũo isti reges nõ moueant qui nõ tres pueros attẽdũt liH beratos de flãma, sed seipsos liberatos de gehẽna, qñ vidẽt Chr̃m, à quo liberati sunt, ex ufflari in Christianis, qñ audiũt dici Christiano, dicite non esse Chr̃ianũ? Talia facere volunt & saltẽ talia pati nolunt. Nã videte qualia faciũt & qualia patiunt. Occidũt animas, affliguntur corpore. Sempiternas mortes faciunt, & tẽporales se perpeti conquerunt. Et tñ quę patiũtur, proferãt nobis nescio quos in persecutione suos martyres. Ecce Marcus de petra pręcipitatus est: & ecce Donatus Bagatensis in puteũ missus est. Qñ potestates Romę talia supplicia decreuerũt, vt p̃cipitarentur hoĩes? Quid aũt respondent nostri? Quid sit gestum nescio: tñ quid tradunt nostri quia ipsi le præcipit auerunt, & potestates infamauerunt. Recordemur cõsuetudines potestatũ Romanarũ, & videamus cui credendũ sit. Dicunt nostri illos se præcipitasse: si nõ sunt ipsi discipuli ipsorũ, q̃ se mõ de saxis nullo persequente pręcipitant, non credamus. Quid mirũ, si fecerũt illi quod solent? Nã potestates Romanæ nunquã talibus supplicijs vsæ sunt: nõ. n. nõ potuerũt occidere aperte: sed illi qui eũ mortuos coli voluerunt, famosiorẽ mortẽ nõ inuenerũt: postremo qcquid illud est, nõ noui. Et si passa es ò pars Donati corporalẽ afflictionẽ ab Ecclesia catholica, à Sara passa es Agar, redi ad dñam tuã. Locus quidẽ necessarius aliquanto diutus nos tenuit, vt textũ totũ euãgelicæ lectionis exponere minime valeremus, sufficiat interim charitati vestrę fratres, ne hæc quæ dicta sunt, dicendo alia excludantur de cordiI bus vestris. Hęc tenete, talia discite, flammãtes illuc procedite, frigidos accendite.

Ab eo q̃ scriptũ est, Quod natũ est de carne, caro est, & q̃ natum est de spiritu spiritus est, vsq; ad id q̃ ait, Qui aũt facit veritatẽ, venit ad lucem, vt manifestentur eius opera, quia in Deo sunt facta. Tract. XII.

EX eo quod hesterno die intẽtã fecimus charitatẽ vestram intelligimus vos alacrius, & numerosius cõueniſſe: sed interim lectioni euangelicæ ex ordine sermonẽ debitũ reddamus si placet. Deinde audiet charitas vestra de pace Ecclesię, vel quid egerimus, vel quid agendũ, sperem us. Nunc autẽ tota intentio cordis ad Euangeliũ feratur, ne mo. n. aliunde cogitet. Si. n. qui totus adest, K vix capit: qui se per cogitationes diuersas diuidit, nonne & quod cęperat fundit? Meminit aũt charitas vestra dñico pręterito, quãtũ dñs adiuuare dignatus est, disseruisse nos de spiritali regeneratione, quam lectionẽ vobis iterum legi fecimus, vt quæ tunc non dicta sunt in Christi noĩe adiuuantibus orationibus vestris impleamus. Regeneratio spiritalis vna est, sicut generatio carnalis vna est. Et quod Nicodemus domino ait, verũ dixit, quia non põt homo cum sit senex, redire rursum in vterũ matris suę & nasci. Ille quidem dixit, quia homo cũ sit senex, hoc nõ potest, quasi si infans esset, posset: omnino enim nõ potest, siue recens ab vtero, siue annosa iam ætate redire rursum in materna viscera & nasci. Sed sicut ad natiuitatẽ carnalẽ valent mulieb re viscera ad semel pariendũ: sic ad natiuitatẽ spiritalẽ valent viscera Ecclesię, vt semel quisq; baptizetur: Propterea nequis forte dicat, sed iste ĩ hæresi natus ẽ, & iste i schismate natus est, amputata sũt omnia, si memi nistis, q̃ vobis disputata sunt de tribus patribus nostris, quorũ Deus dici voluit, nõ quia soli erant, sed quia in his solis impleta est integritas significandi populi futuri: Inuenimus. n. natum de ancilla, & exhæredatũ, natũ de libera hæredem. Rursum inuenimus natum de libera exhæredatum, natũ de ancilla hæredem. Natus de ancilla exhæredatus Ismael, natus de libera hæres Isaac. Natus de li bera exhęredatus Esau, nati de ancillis hæredes filij Iacob. In illis itaq; tribus patrib. oĩs futuri populi figura perfecta est: nec immeri to Deus, inquit, Ego sum Deus Abraham, & & Deus Isaac, & Deus Iacob, hoc mihi nomẽ, inquit, in æternũ. Magis meminerimus, q̃d promissum sit ipsi Abrahæ: hoc enim p̃missum est Isaac, hoc promissum est & Iacob. Quid inuenimus? In semine tuo benedicentur oẽs gentes. Credidit tunc vnus q̃ nõ dã videbat: vident hoĩes & excęcanẽ. Cõplẽtũ est in gentibus, quod promissum est vni: & separantur a cõmunione gentiũ, qui & q̃

L

Ioan. 2

Gen.

Exo. 3.

Gen. 22.

impletum

impletũ est videre nolunt: sed quid illis prodest quia videre nolunt? Vidēt velint nolint, aperta veritas & clausos oculos ferit: Rñsum est Nicodemo, qui ex eis erat qui credide-
Ioan.2. rant in Iesum, & ipse Iesus non se credebat eis: quibusdā.n.non se credebat, cū iā in illū credidissent: sic habes scriptū, Multi credide runt in noīe eius, vidētes signa q̄ faciebat. Ip se aūt Iesus nō credebat semetipsū illis. Nō.n.
M opus habebat, vt quisquā testimoniū perhibe ret de hoīe, ¶ ipse aūt sciebat quid esset in ho mine.¶ Eccę iā illi credebant in Iesum, & ipse Iesus nō se credebat eis. Quare? Quia nōdū erant renati ex aqua & spūsancto. Inde horta ti sumus, & hortamur fratres nostros cathecumenos. Si.n. interroges eos, iā crediderūt in Iesum: sed quia nondū carnē eius & sanguinē accipiunt, nondū se illis credit Iesus. Quid faciant vt se illis credat Iesus? Renascā tur ex aqua & spūsancto, proferat Ecclesia quos parturit: concepti sunt, ędātur in lucē, habent vbera quib. nutriantur: non timeāt ne nati suffocentur, ab vberib. maternis nō recedāt. Nullus pōt homo redire in matris viscera, & iterū renasci. Sed de ancilla nescio qs natus est, nunquid tunc qui nati sunt de ancil lis, redierunt in vterū liberarū vt denuo na-
Gen.16. scerentur? Semen Abrahā vt faceret filiū de ancilla, vxor author fuit, natus est ex semine viri, & non vtero, sed solo placito vxoris: nū quid quia de ancilla, ideo exhæredatus? Si ꝓpterea exhæredatus, quia de ancilla natus est, nulli ancillarū filij admitterentur ad hæreditatē. Filij Iacob admissi sunt ad hęreditatem, Ismael aūt, non quia ex ancilla natus exhære datus, sed quia superbus matri, superbus in filiū matris, mater.n. eius magis Sara, quam Agar. Illius vterus accōmodatus, illius volun tas accessit. Nō faceret Abrahā ꝙ Sara nollet
Gen.21. magis ergo ille filius Sarę. Sed quid superbus in fratrē, & superbus ludendo: ludēdo, quia deludendo, quid ait Sara? Eijce ancillā & fi-
A liū eius, non.n. hæres erit filius ancillæ cū filio meo Isaac. Non ergo illū viscera ancillæ eiecerunt foras sed cervix seruilis. Et si liber superbus sit, seruus est: & ꝙ peius est, malæ dñę ipsius superbiæ. Itaq; fratres mei, rñdete homini nō posse rursus nasci hominē. ¶ Rñ-
Exo.3. dete securi, non posse rursus nasci hominē.) Quicquid iterū fit, illusio est: quicquid iterū fit, lusus est. Ismael iudit foras mittit, animad
Gen.22. uertit.n.eos Sara ludētes, ait scriptura, & dixit Abrahæ: Eijce ancillā & filiū eius. Displicuit Saræ lusus puerorū, aliquid nouū vidit pueros ludere. Nōne optant hoc q̄ filios habent videre ludentes filios suos? Vidit illa & improbauit. Nescio quid vidit in lusu. Illusio nē vidit in illo lusu, animaduertit serui superbiā, displicuit illi, eiecit foras. Nati ergo de ancillis, ad hæreditatē admittuntur Iac. & na
B tus de libera mittitur foras Esau. Nemo ergo præsumat quia de bonis nascitur, nemo pſumat quia per sanctos baptizatur. Qui per sanctos baptizatur, adhuc caueat ne non sit Iac. sed Esau. Hoc ergo fratres dixerim, melius est ab hominib. sua quærentib. & mundū dili gentibus, ꝙ significat nomen ancillæ, baptizari, & spiritaliter hæreditatē quærere Christi, vt sit tanquā filius Iacob de ancilla, quam baptizari per sanctos & superbire, vt sit Esau foras mittendus, quāuis natus ex libera. Hæc fratres tenete, Non vos palpamus, nulla spes vestra in nobis sit, nec vobis blandimur nec nobis, vnusquisq; suā sarcinā portet. Nostrū est dicere de malo iudicemur: vestrū est audi re, & corde audire, ne exigat̄ ꝙ damus, imo qñ exigitur, lucrū inueniatur, non detrimen tū. Dicit dñs Nicodemo, ¶ & exponit ei: Amē amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non pōt intrare in regnū Dei. ¶ Tu, inquit, carnalem generationē intelligis, cū dicis. Nunquid pōt homo redire in viscera matris suæ? Ex aqua & spiritusan cto oportet vt nascatur propter regnū Dei. Si propter hæreditatē patris hominis tēpora lem, nascitur ex viscerib. matris carnalis, ꝑp hæreditatē patris Dei sempiternam, nascatur ex visceribus Ecclesiæ. Generat per vxorem filiū pater moriturus successurum, generat Deus de Ecclesia filios non successuros, sed secū mansuros. Et sequitur. Quod natum est de carne, caro est: & ꝙ natum est de spiritu, C spiritus est.) Spiritaliter ergo nascimur, & in spiritu nascimur verbo & sacro, adest spiritus vt nascamur: spiritus inuisibiliter adest, vnde nascaris, quia & tu inuisibiliter nasceris. Sequit.n. & dicit. Nō mireris ꝙa dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Spūs vbi vult spirat & vocē ei⁹ audis, sed nescis vnde veniat aut quo vadat.) Nemo videt spm̄, & qūo audimus vocē spūs? Sonat psalmus, vox est spūs: sonat Euangeliū, vox est spiritus? sonat ser-

mo diuinus, vox est spiritus. Vocē eius audis & nescis vnde veniat & quo vadat. Sed si nascaris & tu de spiritu, hoc eris vt ille. Qui nō est adhuc natus de spiritu, nescit de te vnde venias & quo eas. Hoc.n. secutus ait, Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Rñdit Nicodemus & dixit ei, Qūo pñt hæc fieri? Et reuera carnaliter non intelligebat. In illo fiebat, q̄ dixerat dñs, Vocē spiritus audiebat, & nesciebat vnde venerat, & quo ibat. Rñdit Iesus & dixit, Tu es magister in Israel, & hæc
D ignoras? ¶ O fratres, quid putamus dñm huic magistro Iudęorū quasi īsultare voluisse? Nouerat dñs quid agebat, volebat illū nasci ex spiritu. Nemo ex spiritu nascitur, nisi humilis fuerit, quia ipsa humilitas facit nos nasci de spiritu, q̄m prope est dñs obtritis corde. Ille magisterio inflatus erat, & alicuius momenti sibi esse videbatur, quia doctor erat Iu
Ioan. 1. dęorū. Deponit ei superbiam, vt possit nasci de spiritu: insultat tanquā indocto, non quia superior vult videri dñs: quid magnū, Deus ad hominē, veritas ad mēdaciū? Maior Christus q̄ Nicodemus dici debet, dici potest, cogitandus est. Si diceretur maior Christus q̄ angeli, ridēdū erat: incōparabiliter.n. maior creator omni creatura, per quē facta est oīs creatura. Sed exagitat superbiā hominis, Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Tanquā diceret, Ecce nihil nosti Princeps superbus, nascere ex spiritu: si.n. natus fueris ex spiritu,
Phil. 2. vias Dei tenebis, vt Christi humilitatē sequaris. Sic.n. altus est super oēs angelos, quia cū in forma Dei esset non rapinā arbitratus est esse æqualis Deo, sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiens, in similitudine hominū factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortē: & nec mortis genus tibi aliquod placeat, mortē aūt crucis. Pendebat, & insultabatur ei. De cruce descendere poterat, sed differebat, vt de sepulchro resurgeret pertulit su-
E perbos seruos dñs, medicus ægrotos. Si hoc ille, quid illi quos oportet nasci ex spiritu? Si hoc ille verus magister in cęlo, nō hominum tantum sed & angelorum? Si enim docti sunt angeli verbo Dei docti sunt. Si verbo Dei docti sunt, quærite vnde docti sunt & inuenietis, In principio erat verbū, & verbū erat apud Deū, & Deus erat verbū. Tollat homini ceruix, sed aspera & dura, vt sit lenis ceruix ad portandū iugū Christi. De quo dr, Iugū meū leue est, & sarcina mea leuis est. Et Mat. 11.
sequitur, Si terrena dixi vobis & nō creditis, qūo si dixero vobis cœlestia, credetis? ¶ Quæ terrena dixit fratres? Nisi quis natus fuerit de nuo, terrenū est? Spiritus vbi vult spirat, & vocē eius audis, & nescis vnde veniat, aut quo Ioan. 3.
eat, terrenū est? Si de isto vento diceret, sicut nonnulli intellexerunt, cū quæreretur ab eis quid terrenū dixerit dñs, dū ait, Si terrena dixi vobis & nō creditis qūo si cęlestia dixero, credetis? Cū ergo q̄reretur à quibusdā, quid terrenū dixerit dñs, angustias passi dixerunt, F
q̄ ait de spiritu vbi vult spirat, & vocē eius audis, & nescis vnde veniat, aut quo eat, de isto vento dixit, Quid.n. noīauit terrenū? Loquebat de generatione spiritali: secutus ait, sic est omnis qui natus est ex spiritu. Deinde fratres, quis nostrū non videat, verbi gratia, Austrū euntem de meridie ad Aquilonē, aut aliū ventū venientem ab Oriente ad Occidētem? Qūo ergo nescimus vnde veniat & quo eat? Quid ergo dixit terrenum, q̄ non credebant homines? An illud q̄ de templo susscitādo dixerat? Corpus.n. suum de terra acceperat, & ipsam terram de terreno corpore susceptam parabat susscitare. Non ei creditum est terrā susscitaturo. Si terrestria, inquit, dixit vobis & non creditis, qūo si cęlestia dixero, credetis? Hoc est, si non creditis quia templū possum resuscitare deiectū à vobis, qūo credetis quia per spiritū possint homines regenerari? Et sequitur, Et nemo ascendit in cęlū, nisi qui descēdit de cœlo filius hominis qui est in cœlo.) Ecce hic erat, & in cœlo erat: hic erat carne, & in cęlo erat diuinitate, imo vbiq; diuinitate. Natus de matre, non recedens à patre. Duæ natiuitates Christi intelliguntur, vna diuina, altera humana. vna per q̄
G esficeremur, alter per quā reficeremur. Ambæ mirabiles, illa sine matre, ista sine patre. Sed q̄ de Adam corpus acceperat, quia Maria de Adam, ipsum quoq; corpus susscitaturus erat: terrenū quiddā dixerat, Soluite templū hoc, & in trib. diebus susscitabo illud. Cęleste aūt quiddā dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, nō videbit regnū Dei. Eia itaq; fratres, Deus voluit esse filius hoīs, hoīes voluit esse filios Dei. Ipse descēdit pp nos, nos ascēdamus propter ipsum. Solus.n. descendit, & ascēdit qui hoc ait, Nemo ascē-

dit

dit in cęlũ, nisi q̃ descẽdit de cęlo. Non ergo ascẽsuri sunt in cęlũ: quos fecit filios Dei? Ascẽsuri sunt planè, Hæc nobis ꝓmissio est, Erũt ę quales angelis Dei. Quo ergo nemo ascẽdit nisi qui descẽdit? Quia vnus descẽdit, & vnus ascẽdit. De cęteris q̃d intelligendũ, nisi quia mẽbra eius erant vt vnus ascẽdat, ꝓpterea sequitur, Nemo ascendit in cęlũ, nisi q̃ de cęlo descẽdit, filius ho ĩs q̃ est in cęlo. Miraris quia hic erat & in cęlo? Tales fecit discipulos suos. Paulũ audi Apostolũ dicentem, Nostra enim conuersatio in cęlis est. Si homo Paulus Apostolus ambulabat carne ĩ terra, & conuersabatur in cęlo, Deus cęli & terræ nõ poterat esse in cęlo, & in terra? Si ergo nemo nisi ille descendit & ascendit; q̃ spes est cęteris? Ea spes est cęteris, quia ille ꝓpterea descẽdit & ascẽdit, vt in illo & cum illo vnũ essent qui p illũ ascẽsuri essent. Nõ dicit, & seminibus ait, Apostolus, quasi in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo qui est Xps, Et fidelibus ait, Vos aũt Chri. Si aũt Chri, ergo semẽ Abrahęstis. Quod dixit vnũ, hoc dixit oẽs nos esse. Iõ in Psalmis aliq̃ plures cantãt vt ostendat quia de pluribus fit vnus: aliq̃ vnus cãtat, vt ostẽdat quid fiat de pluribus, Propterea vnus sanabatur in illa piscina, & quisquis alius descẽdebat, nõ sanabatur. Ergo iste vnus cõmendat vnitatem Ecclesię. Vę illis qui oderunt vnitatem Ecclesiæ & partes sibi faciunt in hominibus, audiant illũ qui volebat eos facere vnũ in vno. Ad vnũ audiãt illũ dicentẽ, Nolite vos facere multos, ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementũ dedit. Sed neq; qui plantat est aliquid neq; qui rigat, sed qui incrementũ dat Deus. Illi dicebant, Ego sũ Pauli, ego Apollo, ego Cephę. Et ille, Diuisus est Chs? In vno estote, vnũ estote, vnus estote. Nemo ascẽdit in cęlũ nisi qui de cęlo descẽdit. Ecce volumus esse tui dicebãt Paulo. Et ille, Nolo fitis Pauli, sed eius estote cuius est vobiscum Paulus. Descendit. n. & mortuus est, & ipsa morte liberauit nos a morte. Morte occisus, mortẽ occidit. Et nostis fratres, q̃a mors ista ꝓ diaboli inuidiã intrauit in mundum. Deus mortẽ nõ fecit scriptura loquit: nec lętatur, inq̃t, in perditione viuorũ: creauit. n. vt essent oĩa. Sed q̃d ibi ait? Inuidia autẽ diaboli mors intrauit in orbẽ terrarũ. Ad mortẽ à diabolo propinatã, nõ venirethõ vi adactus: nõ enim cogendi potẽtiã diabolus habebat, sed persuadendi versutiã. Si nõ cõsentires, nihil inuexerat diabolus, cõsensio tuo ò homo te ꝓduxit ad mortẽ. A mortali mortales nati, & ex immortalibus mortales facti. Ab Adã oẽs hoĩes mortales. Iesus aũt filius Dei, verbum Dei per q̃ facta sunt oĩa, vnicus, æqualis patri, mortalis factus est, quia verbũ caro factũ est & habitauit in nobis. Si ergo mortẽ susceꝑit, & mortẽ suspẽdit in cruce, de ipsa morte liberãtur mortales. Quid in figura factum est apud antiquos, cõmemorauit illud dns, Et sicut, inquit, Moyses exaltauit serpentem in eremo, ita exaltari oportet filiũ hominis, vt oĩs qui credit in eũ nõ pereat, sed habeat vitã æternã.) Magnum sacramentũ, & qui legerunt, nouerunt. Deinde audiant vel q̃ non legerunt, vel qui forte lectũ vel auditũ obliti sũt. Prosternebatur in eremo populus Israel morsibus serpẽtũ, fiebat magna strages multarũ mortiũ, plaga enim Dei erat corripiẽtis, & flagellantis vt erudiret. Demonstratũ est ibi magnũ sacramentũ rei futuræ; ipse dns testatur in hac lectione, vt nemo possit aliud interpretari, quã quod ipsa veritas de se indicat. Dictũ est enim ad Moysen a dño vt faceret æneũ serpentẽ, & exaltaret illũ in ligno in eremo, & admoneret populũ Israel, vt siquis morsus esset à serpente, illũ serpentẽ in ligno exaltatũ attenderet: factũ est: mordebãtur hoĩes, intuebãtur & sanabãtur. Quid sunt serpentes mordẽtes? Peccata de mortalitate carnis. Quis est serpens exaltatus? Mors dñi in cruce. Quia enim à serpẽte mors, per serpentis effigiẽ figurata est mors. Morsus serpẽtũ lętalis, mors dñi vitalis. Attẽditur serpens, vt nihil valeat serpens. Quid est hoc? Attenditur mors, vt nihil valeat mors. Sed cuius mors? Mors vitæ si dici põt mors vitæ imò quia dici põt, mirabiliter dicitur. Sed nunq̃d nõ erit dicendũ quod fuit faciendũ? Ego dubitẽ dicere quod dns pro me dignatus est facere? Nonne vita Christus? Et tamen in cruce Christus: Nonne vita Christus? Et tamẽ mortuus est Christus, sed in morte Christi mors mortua est, quia vita mortua occidit mortẽ, plenitudo vitę deglutiuit mortẽ: absorpta est mors in Christi corpore. Sic & nos dicemꝰ in resurrectione, qñ iam triumphantes cãtabimus: Vbi est mors contentio tua? vbi est aculeus tuus? Interim modo fratres vt à pec-

Mat. 12. H
Mat. 12.
Ioan. 1.
Phil. 3.
Galat. 3.
Ioan. 5.
1. Cor. 3.
1. Cor. 1.
Sapien. 1
I
Sapien. 2
K
Num. 12
L
1. Co. 15.

cato sanemur, Christum crucifixum intueamur: quia sicut Moyses, inquit, exaltauit serpentē in eremo, ita exaltari oportet filiū hominis: vt omnis qui credit in eū non pereat, sed habeat vitam ęternā. Quo qui intuebātur illū serpentem, non peribant morsibus serpentū: sic qui intuentur fide mortē Christi, sanantur à morsibus peccatorum. Sed illi sanabantur à morte ad vitā tpalem: hic autem M ait, vt habeant vitā æternā. Hoc enim interest inter figuratā imaginē & rem ipsam: figura præstabat vitā temporalem: res ipsa cuius illa figura erat præstat vitā æternā. Non.n. misit Deus filium suum, vt iudicet mundū, sed vt saluetur mundus per ipsum.) Ergo quantū in medico est, sanare venit ægrotū. Ipse se interimit, qui præcepta medici obseruare non vult. Venit saluator ad mundū: Quare saluator dictus est mundi, nisi vt saluet mundum, non vt iudicet mundū? Saluari non vis ab ipso iudicaberis. Et qui dicam iudicaberis? Vide quid ait, Qui credit in eū, nō iudicatur: q autem non credit,) quid dicturū sperabas, nisi iudicatur? Quod addit, Iam, inquit, iudicatus est.) Nondū apparuit iudicium, & iam factū est iudiciū, nouit enim dominus qui sunt 2. Tim. 2 eius, nouit qui permaneant ad coronam, qui permaneant ad flammā. Nouit in area sua triticum, nouit & paleam, nouit & segetem, nouit & zizania, iam iudicatus est qui non credit. Quare iudicatus est? Quia non credidit in noīe vnigeniti filij Dei. Hoc est autem iudiciū quia lux venit in mundū & dilexerūt hoīes magis tenebras quā lucem: erant.n. mala opera eorū.) Fratres mei, quorū opera bona inuenit dominus? Nullorū: omnia eorū opera mala inuenit. Quomodo ergo quidā fecerunt veritatē, & venerunt ad lucem? Et hoc enim sequitur: Qui autem facit veritatē venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.) Quo quidam opus bonum fecerunt, vt venirent ad lucē, ideſt ad A Christum? Et quomodo quidā dilexerunt tenebras? Si.n. omnes peccatores inuenit, & oēs à peccato sanat, & serpēs ille in quo figurata est mors domini, eos sanat qui morsi fuerant, & propter morsum serpentis erectus ē serpens, ideſt, mors domini, propter mortales homines, quos inuenit iniustos: quo intelligitur, hoc est iudicium, quia lux venit in mundū & dilexerūt hoīes magis tenebras q lucē: erant.n. mala opera eorū? Quid est hoc? Quorū.n. erant bona opera? Nonne venisti vt iustifices impios? Sed dilexerunt, inquit, tenebras magis q lucē: ibi posuit vim. Multi enim dilexerunt peccata sua, & multi confessi sunt peccata sua: quia qui confitetur peccata sua, & accusat peccata sua, iā cum Deo facit. Accusat Deus peccata tua: & si tu accusēs B coniungeris Deo. Quasi duæ res sunt, homo & peccator. Quod audis homo, Deus fecit: quod audis peccator, ipse hō facit: dele qđ fecisti, vt Deus saluet q̄ fecit. Oportet vt oderis in te opus tuū, & ames in te opus Dei. Cum aūt in cęperit tibi displicere q̄ fecisti, incipiunt bona opera tua, quia accusas mala opera tua. Initiū operū bonorum, confessio est operū malorū. Facis veritatē, & venis ad lucē: qd est, facis veritatē? Nō te palpas, non tibi blādiris, nō tibi adularis, nō dicis, iustus sum cū sis iniquus, & incipis facere veritatē. Venis aūt ad lucem vt manifestentur opera tua, quia in Deo sunt facta, quia & hoc ipsū quod tibi displicuit peccatū tuū, non tibi diceret, nisi Deus tibi luceret, & eius veritas tibi ostenderet. Sed qui etiam admonitus diligit peccata sua, odit admonentē lucē & fugit eā, vt nō appareant opera eius mala quę Alias ar guantur. diligit: qui aūt facit veritatem, accusat in se mala sua, non sibi parcit, non sibi ignoscit vt Deus ignoscat, qa quod vult vt Deus ignoscat, ipse agnoscit & venit ad lucē cui grās agit, q̄ille qd in se odisset, oūderet. Dicit Deo Psal. 30. Auerte faciē tuā a peccatis meis. Et qua frōte dicit nisi iterū dicat, Quoniā facinus meum ego cognosco, & peccatū meū corā me est sēp? Sit ante te q̄ nō vis esse ante Deū: Si aūt post te feceris peccatū tuū: retorquet illud tibi Deus ante oculos tuos, & tunc torquet, qñ iam pęnitentiæ fructus nullus erit. Curri Ioan. 12. te, ne tenebræ vos cōprehendāt. Fratres mei euigilate ad salutē vestrā, euigilate dū tēpus est, nullus retardetur à templo Dei, nullus retardetur ab opere domini, nullus auocetur ab oratione continua, nullus solita deuotione fraudetur. Euigilate cū dies est, lucet dies: Christus est dies, paratus est ignoscere reis, sed agnoscentibus: punire aūt defendentes C se, & iustos se iactantes & putantes se esse aliquid cū nihil sint. In dilectione aūt eius & in misericordia eius qui ambulat, etiam libera tus ab illis lęt alibus & grandibus peccatis, Mat. 3.

qualia

qualia sunt facinora hominum, homicidia, furta, adulteria, præter illa quæ minuta videtur esse peccata, linguæ aut cogitationũ, aut immoderationis in rebus concessis, facit veritatem confessionis, & venit ad lucẽ in operibus bonis: Qũo minuta plura peccata si ne gligantur, occidunt? Minutæ sunt guttæ quæ
D flumina implent, minuta sunt grana arenæ: sed si multa arena imponatur, premit atque opprimit. Hoc facit sentina neglecta, quod facit fluctus irruens. Paulatim per sentinam, intrat, sed diu intrando & non exhauriendo, mergit nauim. Quid est autem exhaurire, nisi bonis operibus agere, vt non obruant pecca ta, gemendo, ieiunando, tribuendo, ignoscẽdo? Iter autem huius seculi molestum est, ple num est tentationibus, in rebus prosperis ne extollat, in rebus aduersis ne frangat. Qui tibi dedit fœlicitatem huius seculi, ad consola tionem tuam dedit, non ad corruptionem: Rursus qui te flagellat in isto seculo, ad emẽ dationem, non ad damnationem facit: Ferto patrem erudientem, ne sentias iudicem punientẽ. Hæc quotidie dicimus vobis, & sæpe dicenda sunt, quia bona & salutaria sunt.

Ab eo quod scriptum est, Post hæc venit Ie sus & discipuli eius in Iudęam terram, & illic demorabatur cum eis, vsq; ad id, Qui habet sponsam spõsus est, amicus aũt spõsi est qui stat & audit eũ, & gaudio gaudet propter vocem sponsi. Tract. XIII.

ORdo lectionis euangelicæ secundum Ioannem, sicut potestis meminisse, qui curam geritis profectus vestri, ita sequitur, vt hæc quæ modo lecta est, hodie nobis tractan da proponatur. Ab ipso principio vsque ad hodiernam lectionem, quæ supradicta sunt,
E meministis iam esse tractata. Et si forte inde multa estis obliti: certe vel officium nostrũ manet in uestra memoria, quæ hinc audieritis de baptismo Ioannis. Et si non tenetis om nia, audisse uos tñ credo, ꝙ teneatis quæ dicta sunt, ẽt quare spiritus sanctus in columbæ specie apparuerit: & qũo illa nodosissima q̃stio soluta sit, quia nescio quid ꝙ non nouerat, didicit Ioannes in dño per columbam, cum iam eum nosset, qñ venienti vt baptiza retur, ait, Ego a te debeo baptizari, & tu ue-
Mat. 3. nis ad me? qñ ei dñs respondit, Sine modo, vt impleat omnis iustitia. Nunc ergo ad eun dem Ioannem cogit nos ordo lectionis re uerti. Ipse est ille qui prophetatus est per Esa iam, Vox clamantis in deserto, parate uiam Esaiæ 40
dño, rectas facite semitas eius. Tale testimo- Mat. 11.
nium reddidit dño suo, & quia ille dignatus est, amico suo: dominusq; ipsius & amicus ipsius perhibuit testimonium Ioanni: dixit enim de Ioanne, In natis mulierũ nemo sur rexit maior Ioanne Baptista. Sed quia illi se F
præposuit, in hoc quod plus erat a Ioanne Deus erat: qui autem minor est, inquit, in re gno cœlorum, maior est illo. Minor natiui- Ioan. 1.
tate, maior potestate, maior diuinitate, maie state, charitate, tanquã in principio erat uer bum, & uerbũ erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Sic autem perhibuerat in superiori bus lectionibus Ioannes dño testimonium, ut filium Dei quidem diceret, Deum non di ceret, nec tñ negaret. Tacuerat Deum, non ne gauerat Deum, sed non omnino tacuit Deũ. Fortasis enim inuenimus hoc in hodierna lectione. Dixerat filium Dei: sed dicti sunt & homines filij Dei. Dixerat tantæ excellentiæ illum fuisse, ut non esset ipse dignus corrigiã calceamẽti eius soluere. Iam magnitudo ista multum dat intelligi, cuius non erat dignus corrigiam calceamenti soluere, ille quo nemo resurrexerat maior in natis mulierũ. Plus erat omnibus hominibus & angelis: nam an gelum inuenimus prohibuisse, ne homo illi ad pedes caderet: cum enim quædam in Apo Apoc. 22
calypsi angelus ostenderet Ioanni, qui scri psit hoc Euangelium, conterritus magnitudi ne uisionis Ioannes, cecidit ad pedes angeli: Et ille, Surge, ne feceris hoc, Deum adora: nam & ego conseruus tuus sum & fratrum tuorum. Cadere ergo sibi ad pedes homi nem angelus prohibuit: Nonne manifestum est, quia super omnes angelos est, cui talis homo quo maior nemo surrexit in natis mu lierum, dicit indignum se esse soluere corri- G
giam calceamenti eius? Tamen aliquid eui dentius dicat Ioannes, quia Deus est domi nus noster Iesus Christus. Inueniamus hoc in præsenti lectione, quia forte & de illo cãtauimus, Regnauit dominus super omnẽ ter ram: contra quod surdi sunt, qui putant eum in Aphrica sola regnare. Non enim non di ctum est de Christo cum dictũ est, Regnauit dominus super omnem terrã? Quis est enim

alius rex noſter, niſi dñs noſter Ieſus Chriſtus? Ipſe eſt rex noſter. Et quid audiſtis in ipſo pſalmo recenti verſu modo cantato? Pſallite Deo noſtro pſallite, pſallite regi noſtro pſallite. Quem dixit dñm, ipſum dicit regem noſtrum, pſallite Deo noſtro pſallite: pſallite regi noſtro, pſallite intelligẽter. Ne in vna parte velis intelligere cui pſallis, qñ rex omnis terræ Deus. Et qũo eſt omnis terræ Deus, rex qui viſus eſt in vna parte terrarũ, in Hieroſolyma, in Iudea ambulãs, inter homines natus, ſugens, creſcens, manducans, bibens, vigilans, dormiens, fatigatus, ad puteum ſedens, cõprehenſus, flagellatus, ſputis illitus, ſpinis coronatus, ligno ſuſpenſus, lancea per cuſſus, mortuus, ſepultus? Qũo ergo rex omnis terræ? Quod videbatur in loco, caro erat, oculis carneis caro apparebat, in carne mortali maieſtas immortalis occultabatur. Et qui bus oculis maieſtas immortalis penetrata cõpage carnis poterat intueri? Eſt alius mentis oculus, eſt interior oculus. Nõ. n. nullos oculos habebat & Thobias, qñ cęcus oculis corporeis filio dabat præcepta vitæ. Ille patris manum tenebat vt pedib. ambularet, ille filio conſiliũ, vt viã iuſtitiæ teneret: Et hic oculos video, & hic oculos intelligo. Et meliores oculi dantis vitæ conſiliũ, quã oculi tenẽtis manum. Tales oculos quærebat & Ieſus, qñ ait Philippo, tanto tpe vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Tales oculos quęrebat, cum ait, Philippe, qui videt me, videt & patrem meũ. Iſti oculi in intelligentia ſunt, iſti oculi in mẽte ſunt: ideo cũ dixiſſet pſalmus, Qñ rex omnis terræ Deus: ſubiecit ſtatim, pſallite intelligenter. Quod. n. dico, pſallite Deo noſtro pſallite: Deũ dico regẽ noſtrũ. Sed regem noſtrũ inter homines, vidiſtis tanquam hominem, vidiſtis paſſum, crucifixũ, mortuũ. Latebat aliquid in illa carne, quod oculis carneis videre non potuiſtis. Quid illic latebat? Pſallite intelligenter. Nolite oculis quærere q̃ mente conſpicitur. Pſallite lingua, quia inter vos caro. Sed quia verbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis: reddite ſonũ carni, reddite Deo mentis obtutũ. Pſallite intelligenter, & videtis quia verbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Dicat, & Ioannes teſtimoniũ. Poſt hæc venit Ieſus & diſcipuli eius in Iudęã terrã, & illic demorabatur cũ eis & baptizabat.) Baptizatus baptizat, nõ eo baptiſmo baptizat quo baptizatus eſt. Dat baptiſmum dñs baptizatus à ſeruo, oſtendens humilitatis viã, & perducens ad baptiſmum dñi: hoc eſt, baptiſmũ ſuum, præbendo humilitatis exemplũ, quia ipſe non reſpuit baptiſmũ ſerui. Et in baptiſmate ſerui via prępa rabatur dño, & baptizatus dñs viam ſe fecit venientibus. Ipſum audiamus, Ego ſum via, & veritas, & vita. Si veritatẽ quæris, viam tene: nam ipſa eſt via: q̃ eſt veritas. Ipſa eſt quo is, ipſa eſt, qua is, nõ per aliud is ad illud, nõ per aliud venis ad Chriſtum: per Chriſtũ ad Chriſtum venis. Qũo per Chriſtum ad Chriſtum? Per Chriſtum hominem ad Chriſtum Deum: Per verbum carnem factũ, ad verbũ q̃ in principio erat Deus apud Deũ. Abeo q̃ manducauit homo, ad illud q̃ quotidie manducant angeli. Sic. n. ſcriptum eſt, Panẽ angelorum manducauit homo: panem cœli dedit eis: panẽ angelorũ manducauit homo. Quis eſt panis angelorum? In principio erat verbũ, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Qũo panem angelorũ manducauit homo? Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Sed quia diximus manducare angelos fratres, ne putetis morſibus fieri. Nam ſi hoc intellexeritis, quaſi dilaniatur Deus, quem manducant angeli. Quis dilaniat iuſtitiã? Sed rurſũ mihi aliquis dicit, Et quis eſt qui manducat iuſtitiam? vnde ergo beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, qm̃ ipſi ſaturabuntur? Cibus quem manducas per carnẽ, vt reficiaris tu ille in te deficit: vt reparet te, conſumitur? Manduca iuſtitiam, & tu reficeris, & illa integra perſeuerat: qũo videndo iſtam lucem corporeã reficiuntur oculi noſtri, & res eſt corporea quæ videtur oculis corporeis. Multi. n. cũ fuerint diutius in imis tenebris, infirmatur acies ipſorum, quaſi ieiunio lucis fraudati oculi cibo ſuo, luce q̃ppe paſcuntur, defatigantur ieiunio & debilitantur, ita vt ipſam lucem qua reficiuntur videre non poſſint: & ſi diutius abfuerint, extinguunt, & tanqnã moritur in eis ipſa acies lucis. Quid ergo? Quia tot oculi quotidie iſta luce paſcuntur, minor non fit, & illi reficiuntur, ſed ipſa integra permanet. Si hoc potuit Deus de luce corporea corporeis oculis exhibere, nõ exhibet mundis cordib. lucem illã infatigabilem, integram, perſeuerantẽ, nulla ex parte deficientem? Quam lucem?

Pſal. 46.

H

Tob. 4.

Ioan. 14.

Pſal. 46.

I

Ioan. 14.

K

Pſal. 77.

Mat. 5.

L

In

In principio erat verbū, & verbum erat apud Deum. Videamus si lux est, Qm̃ apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumē.
Ps. 35. In terra aliud est fons, aliud lumen. Sitiens q̃ris fontē, & vt peruenias ad fontē quæris lucem: & si dies non est, accendis lucernam, vt ad fontē peruenias. Fons ille, ipse est lux. Sitientib. fons est, cęco lux est. Aperiātur oculi, vt videant lucem, aperiantur fauces cordis, vt bibant fontem. Quod bibis, hoc vides,
Ioan. 14. M hoc audis, totū tibi fecit Deus: quia horum, q̃ diligis, totū tibi est. Si visibilia attendis, nec panis est Deus, nec aqua est Deus, nec lux ista est Deus, nec vestis est Deus, nec domus est Deus: omnia.n. hæc visibilia sunt, & singula sunt. Quod est panis, non hoc est aqua, & ꝙ est vestis, non hoc est domus, & ꝙ sunt ista, non hoc est Deus: visibilia.n. sunt. Deus tibi totum est: Si esurieris, panis tibi est: si sitieris, aqua tibi est: si in tenebris es, lumen tibi est, quia incorruptibilis manet: si nudus es, immortalitatis vestis tibi est, cum corruptibile hoc induerit incorruptionē, & mortale hoc induerit immortalitatem. Omnia.n. possunt dici de Deo, & nihil digne dr̃ de Deo: Nihil
1. Co. 15. latius hac inopia. Quæris congruū nomen, non inuenis, quæris quoquo modo dicere oīa, non sic inuenis. Quid simile, agnus & leo? de Christo vtrunq; dictū est: Ecce agnus Dei: Qūo leo? Vicit leo de tribu Iuda Audia-
Apoc. 5. mus Ioannē. Baptizabat Iesus. Diximus quia baptizabat Iesus. Qūo Iesus, qūo dn̄s, qūo Dei filius, qūo verbum? sed verbum caro factum est. Erat autem & Ioannes baptizans in Enon iuxta Salim:) Locus quidam Enon intelligitur, quia lacus erat: Quia aquæ multæ erant ibi: Et ueniebant & baptizabantur. Nō-
A dum.n. missus fuerat in carcerem Ioannes.) Si meministis, ecce iterum dico ꝙ dixi. Quare baptizabat Ioānes? Quia oportebat vt dn̄s baptizaretur. Et quare oportebat ut dn̄s baptizaretur? Quia multi cōtempturi erant baptismum eo ꝙ iam maiore gratia præditi viderentur, quā uiderent alios fideles. Verbi gratia, iam continenter uiuens cathecumenus, contēneret coniugatum, & diceret se meliorem esse quam sit fidelis. Ille cathecumenus posset dicere in corde suo, Quid mihi opus est baptismum accipere, ut hoc habeam ꝙ & iste, quo iam melior sum? Ne ergo ceruix ista pręcipitaret quosdam, de meritis iustitię suæ plurimum elatos, baptizari uoluit dn̄s a seruo, tanquam alloquens filios capitales: Quid uos extollitis? quid erigitis? quia habetis ille prudentiam, ille doctrinā, ille castitatem, ille fortitudinem patientiæ? Nunquid tā tum habere potestis quantum ego qui dedi? Et tn̄ ego baptizatus sum a seruo, uos dedignamini a dn̄o. Hoc est, ut impleatur omnis
B iustitia. Sed dicit aliquis: Sufficiebat ergo ut baptizaret dn̄m Ioannes, quid opus erat ut alij baptizarentur a Ioanne? Et hoc diximus, Mat. 3. quia si solus dn̄s baptizaretur a Ioanne, non deesset ista cogitatio hominibus, quod meliorem habebat baptismum Ioannes quam dn̄s: Dicerent enim, usqueadeo magnus erat baptismus quem habebat Ioannes, ut solus Christus illo fuerit dignus baptizari. Ergo ut ostenderetur melior baptismus, quem daturus erat dn̄s, & ille tanquam serui intelligeretur, ille tanquam dn̄i, baptizatus est dn̄s, ut præberet humilitatis exemplum: non solus autem baptizatus est ab eo, ne baptismus Ioānis melior baptismo dn̄i uideretur. Ad hoc aūt uiam præbuit dn̄s noster Iesus Christus, sicut audistis fratres: ne quis arrogans eo ꝙ habeat abundantiā alicuius gratiæ, dedignaretur baptizari baptismo dn̄i: quantumcunque.n. cathecumenus proficiat, adhuc sarcinam iniquitatis suæ portat, non illi dimittitur, nisi cum uenerit ad baptismum. Qūo nō caruit populus Israel populo Aegyptiorum, nisi cum uenisset ad mare rubrum: sic pressuris peccatorum nemo caret, nisi cum ad fontem bapt. smi peruenerit. Facta est aūt quæ- Exod. 14
stio ex discipulis Ioannis cum Iudęis de purificatione.) Baptizabat Ioannes, baptizabat Christus: Moti sunt discipuli Ioannis, cōcurrebat ad Christum, ueniebatur ad Ioannē: qui enim ueniebant ad Ioannem, mittebat illos ad Christum baptizari, non mittebantur ad Ioannē qui a Christo baptizabantur. Turbati sunt discipuli Ioannis, & cœperunt quę C
stionem tractare cum Iudęis, qūo solet fieri: Intelligas dixisse Iudęos maiorē esse Christum, & ad eius baptismum debere cōcurri. Illi nondum intelligentes, defendebant baptismum Ioannis. Vērum est ad ipsum Ioannem, ut solueret quæstionem. Intelligat charitas uestra. Et hic utilitas ipsa humilitatis agnoscitur & ostenditur: utrum in ipsa quæstione cum errarent homines, gloriari apud

se

se voluerit Ioannes. Fortasse enim dixisset, verum dicitis, recte contenditis, baptismus meus est melior: nã vt noueritis q̃ baptismus meus est melior, ipsum Christum ego baptizaui. Poterat hoc dicere Ioannes baptizato Christo, quantum se si vellet extendere, habebat vbi se extenderet: sed melius nouerat apud quẽ se humiliaret: Quem se nouerat nascendo antecedere, illi voluit confitendo cedere. Salutem suam intelligebat in Christo esse. Iam dixerat superius: Nos omnes de plenitudine eius accepimus: & hoc confiteri
D Deum est. Qũo.n. omnes homines de plenitudine eius accepimus, nisi ille sit Deus? Nã & si ille homo & non Deus, de * plenitudine Dei accepit etiam ipse qui non Deus est. Si aũt oẽs homines de plenitudine eius accipiunt, ille est fons, & illi bibentes, Qui bibũt fontem, & sitire possunt & bibere. Fons nunquam sitit, fons seipso non eget: Fonte egent hoĩes, aridis viscer.bus, aridis faucib. currũt ad fontẽ vt reficiant: Fons fluit vt reficiat, ita & dñs Iesus. Videamus quid respondit Ioannes. Venerunt ad Ioannẽ & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti: ecce hic baptizat, & oẽs currunt ad illum.) Hoc est, qui dicis? Nõ sunt prohibendi vt ad te potius veniant? Respondit Ioannes & dixit: Non põt homo q̃quam accipere, nisi ei datũ fuerit de cęlo. ☞ De quo putatis hoc dixisse Ioannem? De se ipso, quasi homo accipiat de cęlo.* Intendat charitas vestra: Non potest homo quicquam accipere, nisi fuerit ei datũ de cœlo. Ipsi vos mihi testimoniũ perhibetis q̃ dixerim, ego non sum Christus: ☞ Tanquam dicens: Quid vos fallitis vosipsos? Mihi qũo proposuistis quæstionem? Quid mihi dixistis: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti? Nostis ergo quale testimo
E nium illi perhibui? Qũo dicturus sum non esse illum quem dixi esse? Ego qui aliquid accepi de cœlo vt aliquid essem, inanem me vultis esse, vt loquar contra veritatem. Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit illi datum de cœlo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis q̃ dixerim: ego non sum Christus. Non es tu Christus? Sed quid si maior es illo: quia tu illum baptizasti? Missus sum ego:) Præco sum, ille iudex est. Et audi testimoniũ multo vehementius, multo expressius. Videte quid nobiscum agatur, videte quid amare debeamus: videte quia aliquem hominẽ amare pro Christo, adulterium est. Quare hoc dico? Attendamus vocem Ioannis. Poterat in illo errari, poterat ipse putari qui nõ erat. Respuit à se falsum honorem, vt teneat solidam veritatem. Videte quid dicat Christum, quid se. Qui habet spõsam sponsus est.) Casti estote, sponsum amate. Quid autem tu es qui nobis dicis, qui habet spõsam sponsus est?) Amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gau- F
dio gaudet propter vocẽ sponsi. ☞ Aderit dominus Deus noster p̃ motu cordis mei? multo.n. gemitu plenum est dicere quod doleo: sed obsecro vos per ipsum Christũ, vt quod dicere non potuero, vos cogitetis. Noui.n. dolorem meum exprimi satis digne non posse: multos enim adulteros video, qui sponsam tanto pretio emptam, amatam, fœdam vt pulchra fieret, illo emptore, illo liberatore, illo decoratore, possidere volunt, & id agunt verbis suis vt pro sponso amentur. De illo dictum est, hic est qui baptizat. Quis huc exit & dicit, ego baptizo? Quis huc exit & dicit, ego quod dedero hoc est sanctum? Quis huc procedit, qui dicit, bonum est tibi vt nascaris ex me? Amicum sponsi audiamus, non adulteros sponsi, audiamus zelantem, sed nõ sibi, Fratres regredimini corde advestras domos, carnalia loquor, terrena loquor: Humanum dico propter infirmitatem carnis ve- Rom.6.
stræ. Multi habetis coniuges, multi habere vultis, multi & si non vultis, habuistis, multi qui omnino coniuges habere non vultis. De coniugibus patrum vestrorum nati estis. Nullum cor est q̃ non iste tangat affectus, nullus in rebus humanis tam deuius à genere humano est, qui quod dico non sentiat. Ponite aliquem peregre profectum, cõmendasse amico G
suo sponsam suam, Vide quæso te, charus meus es, ne forte me absente pro me aliquis ametur. Qualis ergo ille qui custodiens sponsam vel vxorem amici sui, dat quidem operã vt nullus alius ametur, sed si se amari pro amico voluerit, & vti voluerit commendata sibi, quam detestandus vniuerso humano generi apparet? Videat illam aliquanto petulantius per fenestram attendere, aut iocari cum aliquo, prohibet tanquam zelet. Video zelantem, sed non video cui, vtrum amico absenti, an sibi præsenti. Putate hoc dñm nostrum

Iesum

Aliter, nã si sic ille homo vt nõ Deus, &c.

Aliter, si homo accepi, ait, de cœlo.

Luc.

Iesum Christũ feciſſe. Cõmendauit amico ſuo ſponſam ſuam, peregre profectus eſt ac-
Luc. 19. cipere regnũ, ſicut dicit ipſe in Euangelio, & tñ præſens eſt maieſtate. Fallatur amicus qui trans mare profectus, & ſi fallitur: væ illi qui fallit: quid cũ fallere Deũ conatur intuentẽ oĩum corda, & omniũ ſecretaria mẽtẽ? Exiſtit
H aliquis hæreticus, & dicit, Ego do, ego ſanctifico, ego iuſtifico, nolo eas ad illã ſectã. Bene quidem zelat, ſed vide cui. Non eas ad idola bene zelat: non ad ſortilegos, bene zelat. Videamus cui zelat. Ego quod do ſanctũ eſt quia ego do. Ego quẽ baptizo baptizatus eſt, quẽ non baptizo non eſt baptizatus. Audi amicũ ſpõſi diſce zelare amico tuo. Audi vocẽ illius, eſt qui baptizat. Quare tibi vis arrogare quod tuũ non eſt? Vſqueadeo abſens eſt q̃ hic reliquit ſpõſam ſuã? Neſcis quia ille qui à mortuis reſurrexerit, ad dexterã patris ſedet? Si contemp ſerunt eum Iudæi in ligno pendentẽ, tu contẽnis in cęlo ſedentẽ? Nouerit charitas veſtra magnũ doloré me pati de hac re. Sed, vt dixi, dimitto cętera cogitationibus veſtris. Nõ. n. dico ſi loquar tota die, ſi plãgã tota die, nõ ſufficio. Nõ dico, ſi habeã ſicut dicit Propheta, fontẽ lachrymarũ: ſed, ſi conuertar in lachrymis & lachrymę fiã, in linguas & linguæ fiã, parũ eſt. Redeamus, videamus quid dicit iſte, Qui habet ſponſam, ſpõſus eſt: nõ eſt mea ſpõſa, & nõ gaudes in
Rom. 6. nuptijs? Imo gaudeo ait, Amicus aũt ſpõſi q̃ ſtat audit eũ, gaudio gaudet ꝓꝓ vocẽ ſpõſi: Nõ, inqt, gaudeo ꝓꝓ vocẽ meã, ſed ꝓꝓ vocẽ ſpõſi gaudeo: ego ſum in audiẽdo, ille in dicẽdo: ego ſum illuminãdus, ille lumen: ego ſum in aure, ille in verbo, ego amicus ſpõſi q̃ ſtat & audit eũ. Quare ſtat? Quia nõ cadit. Quare nõ cadit? Quia humilis eſt. Vide ſtantẽ in ſolido, Nõ ſum dignus corrigiã calceamenti eius ſoluere. Bene te humilias, merito
I non cadis. Merito ſtas, merito audis eum, & gaudio gaudes ꝓꝓ vocẽ ſponſi. Sic & Apoſtolus amicus ſponſi zelat & ipſe, nõ ſibi, ſed ſpõſo: audi vocẽ zelãtis, Zelo Dei vos zelo dixit, nõ meo, nõ mihi, ſed zelo Dei. Vide qũo, q̃ zelat, cui zelat. Deſpõſaui. n. vos vni viro,
2. Co. 11. virginẽ caſtã exhibere Chriſto: Quid ergo times, quare zelas? Timeo, inqt, ne ſicut ſerpẽs ſeduxit Euã aſtutia ſua, ſic & veſtri sẽſus corrũpãt à caſtitate q̃ eſt in Chſto Ieſu. Oĩs Eccleſia virgo appellata eſt: diuerſa eſſe mẽbra Eccleſiæ, diuerſis donis pollere videtis atque gaudere. Alij coniugati, alię cõiugatę: alij viduati vxorib. vltra nõ quęrũt, alię viduę maritis vltra nõ quærunt alij integritatẽ ab ineũte ętate cõſeruant, aliæ virginitatẽ ſuã deuouerunt. Diuiſa ſunt munera, ſed oẽs iſti vna virgo eſt. Vbi eſt iſta virginitas? Nõ. n. ĩ corpore. In corpore paucarũ fęminarũ eſt. Et ſi di- K
ci virginitas in viris põt, paucorũ virorũ ſanctitas integritas ét corporis eſt in Eccleſia, & honorabilius membrũ eſt. Alij aũt membra non in corpore, ſed oĩa in mente ſeruãt virginitatẽ. Quæ eſt virginitas mentis? Integra fides, ſolida ſpes, ſyncera charitas. Hãc virginitatẽ timebat ille, qui zelabat ſpõſam à ſerpẽte corrũpi. Sicut. n. membrũ corporis violatur in quodã loco, ſic ſeductio linguæ violat virginitatẽ cordis. In mente non corrumpatur, qui nõ vult ſine cauſa tenere corporis virginitatẽ. Quid ergo dicã fratres mei? Et hæretici habent virgines, & multæ ſunt virgines hęreticorũ. Videamus, ſi ſpõſam amãt vt virginitas iſta cuſtodiat: Cui cuſtoditur? Chriſto, inquit, Videamus ſi Chriſto, & non Donato. Videamus cui ſeruetur iſta virginitas, cito probare poteſtis. Ecce oſtendo ſpõſum, quia ipſe ſe oſtendit. Perhibet illi teſtimoniũ Ioãnes, Hic eſt qui baptizat. O tu virgo, ſi ſpõſo huic ſeruas virginitatẽ tuã, quare curris ad eũ, qui dicit, Ego baptizo: cũ amicus ſponſi tui dicat, Hic eſt qui baptizat? Deinde ſpõſus tuus totũ orbẽ tenet, quare tu in parte corrũperis? Quis eſt ſponſus? Quo- Pſal. 46.
niã rex oĩs terrę Deus. Ipſe ſpõſus tuus totũ tenet, q̃ totũ emit. Videquãti emerit, vt intelligas q̃d emerit. Quod preciũ dedit? Sanguinẽ fudit. Vbi fudit ſanguinẽ ſuũ? In paſſione. Pſal. 21.
Nõne ſpõſo tuo cantas, aut cantare te fingis, qñ emptus eſt totus orbis? Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt oĩa oſſa mea: Ipſi vero conſiderauerũt & conſpexerunt me, diuiſerunt ſibi veſtimẽta mea, & L
Ioan. 19. ſuper veſtẽ meã miſerũt ſortẽ. Sponſa es, agnoſce veſtẽ ſponſi tui. Super quã veſtẽ miſſa eſt ſors? Interroga Euangeliũ. Vide cui deſpõſata ſis, vide à quo arras accipias, interroga Euangeliũ: Vide quid tibi dicat in paſſione dñi, Erat ibi tunica. Videamus qualis, deſuper texta. Deſuper texta tunica, q̃d ſignificat niſi charitatẽ? Deſuper texta tunica, quid ſignificat niſi vnitatem? Hanc tunicam attẽde,

qua

quã nec persecutores Christi diuiserunt. Ait enim: Dixerunt inter se, Non diuidamus eã, sed sortẽ super eã mittamus. Ecce enim audistis Psalmũ, Vestẽ persecutores non conscinderunt, Christiani Ecclesiam diuidũt. Sed quid dicã frẽs? Aperte videamus quid emerit, Ibi.n.emit, vbi preciũ dedit. Pro quanto
M dedit? Si pro Aphrica dedit, non simus Donatistæ, & non appellemur Donatistæ, sed Christiani, quia Christus solã Aphricã emit quanquã & hic nõ soli Donatistæ. Sed nõ tacuit in cõmercio suo quid emerit. Fecit tabulas, Deo gratias, non nos fefellit: opus est vt audiat illa spõsa, & intelligat vbi cui voue-
Psal. 21. rit virginitatẽ. Ibi.n. in ipso Psalmo vbi dictũ est, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerũt oĩa ossa mea: vbi passio dñi apertissime declaratur qui Psalmus omni anno legitur nouissima hebdomada intẽto vniuerso populo imminente passione Christi, & apud nos & apud illos psalmus iste legitur. Intendite fratres, quid ibi emit: recitentur tabulę cõmerciales, quid ibi emit: audite, Cõmorabuntur & conuertentur ad dñm, vniuersi fines terræ. Et adorabunt in cõspectu e-
Alias patriæ. ius, vniuersæ familię * gentiũ. Ecce quoniã ipsius est regnũ, & ipse dominabitur gentiũ. Ecce qui emit, Ecce qm̃ rex oĩs terræ Deus est sponsus tuus, quid ergo ad pannos vis deduci? Talem diuitẽ agnosce, totũ emit, & tu dicis partẽ hic habes. O si placeres spõso, ò si non corrupta loquereris, & corrupto, qđ peius est, corde, non corpore amas hominẽ pro Christo, amas dicentẽ. Ego baptizo: amicũ sponsi nõ audis dicentẽ, Hic est qui baptizat. Nõ audis dicentẽ: Qui habet sponsam sponsus est: ego non habeo sponsam dixit: sed quid sum? Amicus: amicus aũt sponsi qui stat & audit eũ, gaudio gaudet propter vocẽ spõsi. Euidenter ergo fratres mei, nihil prodest istis seruare virginitatẽ, habere continentiã, eleemosynas dare: omnia illa quę laudantur
A in Ecclesia, nihil illis prosunt, quia cõscindũt vnitatẽ, ideſt, tunicam illã charitatis: Quid faciunt? Diserti sunt multi inter illos, magnæ linguę flumina linguarũ, nunquid angelicè
1. Co. 13. loquuntur? Audiant amicũ sponsi zelantem sponso, non sibi, Si linguis hominum loquar & angelorũ, charitatẽ aũt non habeã factus sum velut æramentũ sonans aut cymbalũ tinniens. Sed quid dicunt? Habemus baptismũ. Habes, sed non tuum. Aliud est habere aliud dominari. Baptismũ habes, quia accepisti vt baptizatus sis. Accepisti tanquã illuminatus, si tñ à te non sit obtenebratus: & quãdo das, minister das, non possessor: pręco clamas nõ iudex. Per præconẽ loquitur iudex, & in Actis tamen non scribitur, pręco dixit: sed iu- B
dex dixit. Proinde vide si tuum est quod das potestate. Si aũt accepisti, confitere, cũ amico sponsi: non potest homo accipere quicquã, nisi datũ fuerit ei de cęlo. Confitere cũ amico sponsi, Qui habet sponsam, sponsus est: amicus aũt sponsi stat & audit eum. Sed, ò si stares & audires eum, & non caderes, vt audires te, Audiendo enim eum stares, & audires: nam loqueris, & tibi caput inflas. Ego inquit Ecclesia, si spõsa sum, si arras accepi, si precio sanguinis illius redempta sum audio vocẽ sponsi: & vocẽ amici sponsi tunc audio, si sponso meo det gloriam, non sibi. Dicat amicus, Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem spõsi qui stat & audit eũ, gaudio gaudet propter vocẽ sponsi. Ecce habes sacramenta, & ego concedo. Habes formã, sed sarmentũ est de vite præcisum. Tu formã ostendis, ego radicem quæro. De forma fructus non exit, nisi vbi radix. Vbi autẽ est ra-
1. Co. 13. dix nisi in charitate? Et audi formã sarmentorum: Paulus loquitur: Si sciam, inquit, omnia sacramenta, & habeã omnẽ prophetiam & omnem fidem: & quantam fidem? ita vt montes transferam, charitatem autem nõ habeã, nihil sum. Nemo ergo vobis fabulas vendat: & Põtius fecit miraculũ, & Donatus orauit, & respondit ei Deus de cęlo. Primo aut fallunt aut fallunt. Postremo fac illũ montes transferre, charitatẽ autem, inquit, non habeam, nihil sum. Videamus vtrum habuerit charitatẽ. Credere, si non diuisisset vnitatẽ, *Mar. 13.*
nam & contra istos, vt sic loquar, mirabiliarios cautum me fecit Deus meus, dicens, In C
nouissimis temporibus exurgent pseudoprophetæ, facientes signa & portenta, vt in errorem inducant, si fieri potest, etiam electos: Ecce prædixi vobis. Ergo cautos nos fecit sponsus, quia ex miraculis decipi non debemus. Aliquando enim & desertor terret prouincialem, sed vtrum in castris sit, & aliquid illi prosit character ille, in quo signatus est, hoc attendit qui terreri & seduci non vult. Teneamus ergo vnitatem fratres mei: præ-

ter

ter vnitatẽ & qui facit miracula nihil est. In vnitate.n.erat populus Israel,& non faciebat miracula: præter vnitatẽ erant magi Pharaonis,& faciebãt similia Moysi.Populus Israel, vt dixi,non faciebat miracula: qui erant salui apud Deum,qui faciebant, an qui non faciebant? Petrus Apostolus resuscitauit mortuũ.Simon Magus fecit multa. Erant ibi multi Christiani qui nõ poterant facere,nec q̃ faciebat Petrus,nec q̃ faciebat Simon. Sed vnde gaudebant? Quia nomina eorũ erant scripta in cœlo.Nam & redeuntibus discipulis, dñs noster Iesus Christus propter fidem gentium hoc ait: dixerunt.n.gloriantes ipsi discipuli, Ecce dñe in nomine tuo etiam dœmonia nobis subiecta sunt. Bene quidem confessi sunt, detulerunt honorem nomini Christi: & tñ quid ait eis? Nolite in hoc gloriari,quia dæmonia vobis subiecta sunt,sed gaudete,q̃a nomina vestra scripta sunt in cœlo. Petrus dæmonia exclusit,nescio quæ anicula vidua, nescio quis homo qualiscunq; laicus habens charitatem, tenens integritatem fidei,non facit hoc: Petrus in corpore oculus est, ille in corpore digitus,in eo tñ corpore est,in quo & Petrus: & si minus valet digitus quã oculus,non est tñ præcisus à corpore. Melius est esse digitum & esse in corpore, quã esse oculũ & euelli de corpore. Proinde fratres mei, nemo uos fallat,nemo uos seducat,amate pacem Christi, qui pro uobis crucifixus est cũ Deus esset. Paulus dicit,Neque qui plãtat est aliquid,neque qui rigat, sed qui incrementũ dat Deus. Et quisquam nostrum dicit, quia aliquid est? Si dixerimus q̃ aliquid sumus,& non illi gloriam dederimus, adulteri sumus, nos amari uolumus,non spõsum. Vos Christum diligite, & nos in illo, in quo & uos a nobis diligimini. Inuicem se diligant membra,sed omnia sub capite viuãt. Dolore quidem fratres mei multa coactus sum dicere, & pauca dixi:lectionem tñ finire non potui, aderit dominus vt opportune finiatur. Nolui enim amplius onerare corda uestra,quæ uolo uacare gemitibus & orationibus, pro his qui adhuc surdi sunt & non intelligunt.

1. q. 1. c. teneam. Exod. 7. Act. 9. Act. 8. Luc. 10. 1. Cor. 13. 1. Cor. 3. Mar. 13.

Ab eo quod scriptum est, Hoc ergo gaudiũ meum impletum est, illum oportet crescere, me autem minui, vsque ad id quod ait, Qui credit in filiũ,habet vitam ęternã: qui aũt incredulus est filio, nõ uidebit uitã,sed ira Dei manet sup̃ eũ. Tract. XIIII.

LEctio ista de sancto Euangelio, excellentiam diuinitatis dñi nostri Iesu Christi, & humilitatem hominis qui meruit dici amicus sponsi,nos docet, ut distinguamus quid interfit inter hominem hominẽ, & hominẽ Deum. Quia homo Deus dñs noster Iesus Christus, Deus ante omnia secula: & homo in nostro seculo,Deus de patre,homo de uirgine, unus tñ atq; idem dñs & Saluator Iesus Christus, filius Dei Deus & homo. Ioannes vero excellentis gratiæ missus ante ipsum,illuminatus ab illo qui lumen est. De Ioanne enim dictũ est, Non erat ille lux, sed ut testimoniũ perhiberet de lumine. Potest quidem dici lumen,& bene dr̃ & ipse lumen,sed illuminatum,nõ illuminans. Aliud est.n.lumen q̃ illuminat, & aliud lumen q̃ illuminatur: nam & oculi nostri lumina dicuntur, & tñ in tenebris patent & non uident. Lumen aũt illuminans a seipso lumen est, & sibi lumen est,& non indiget alio lumine ut lucere possit,sed ipso indigent cætera ut luceant. Confessus est ergo Ioannes sicut audistis, quia cũ discipulos multos faceret Iesus, & perferretur ad eum ueluti ut instigaretur, quasi inuido.n.narrauerunt, Ecce ille facit plures discipulos quam tu: confessus est q̃ esset, & inde meruit ad ipsum pertinere, quia non est ausus se dicere q̃ est ille. Hoc ergo dixit Ioannes,Nõ potest homo accipere quicquã, nisi datum illi fuerit de cœlo. Ergo Christus dat, homo accipit. Ipsi uos mihi testimoniũ perhibetis q̃ dixerim, Ego non sum Christus, sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam,sponsus est: amicus aũt sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem spõsi: non sibi gaudium fecit de se. Qui enim vult gaudere de se, tristis erit, qui autẽ de Deo vult gaudere, semper gaudebit, quia Deus sempiternus est. Vis habere gaudiũ sempiternum? Adhære illi qui sempiternus est. Talem se dixit Ioannes, propter vocẽ sponsi gaudet amicus sponsi,ait, non propter uocẽ suam,sed stat & audit eum. Si ergo cadit,nõ audit eum: de illo.n.quodam qui cecidit, dictum est,Et in ueritate non stetit,de diabolo dictũ est: Ergo stare debet amicus sponsi & audire. Quid est stare? Permanere in gratia

Ioan. 1.

eius

eius quem accepit, & audit uocem ad quam gaudet: sic erat Ioannes, nouerat unde gaudebat, non sibi arrogabat qꝫ ipse non erat: sciebat illuminatum se, non illuminatorem. Erat enim lumen verum ait Euangelista, qꝫ illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mũdum. Si ergo omnem, & ipsum Ioannẽ, quia & ipse de hominibus. Etenim quãuis nemo
Mat. 11. exurrexit maior Ioanne in natis mulierum,
H vnus tñ & ipse ex his qui nati sunt ex mulieribus: nunquid cõparandus est ei, qui quia voluit natus est? Et ideo nouo partu, quia nouus natus. Ambæ.n. generationes dñi vsitatę sunt, & diuina & humana: diuina nõ habet matrẽ, humana non habet patrem. Ergo vnus de cęteris Ioannes, sed tñ maioris gratiæ, ita vt in natis mulierũ nemo exurrexerit maior illo, tantã testificationem tribuit dño nostro Iesu Christo, vt illũ dicat sponsum, se amicũ spõsi, non dignum tñ soluere corrigiam calceamenti ipsius. Hinc audiuit iam multa charitas vestra, qꝫ sequitur videamus: aliquantũ.n. spissum est ad intelligendum: sed qm dicit ipse Ioannes, quia non potest homo accipere quicquam, nisi datũ illi fuerit de cęlo, quicquid non intellexerimus rogemus eum qui dat de cœlo, quia homines sumus, & nõ possumus accipere quicquã, nisi ille dederit qui homo nõ est. Hoc ergo sequitur, & dicit Ioãnes, Hoc ergo gaudium meum impletũ est. ℣ Quod est gaudium ipsius? Vt gaudeat ad vocem sponsi. Impletum est in me, habeo gratiam meã, plus mihi non assumo, ne & qꝫ accepi amittam. Quod est hoc gaudium? Gaudio gaudet propter vocem sponsi: Intelligat ergo homo non se gaudere debere de sapiẽtia sua, sed de sapientia quam accepit à Deo. Nihil plus quærat, & non amittit qꝫ inuenit: multi.n. ideo facti sunt insipientes, qui dixerunt se esse sapientes. Arguit illos Apostolus,
I & dicit de ipsis, Quia qꝫ notum est Dei, ait,
Rom. 1. manifestum est illis: Deus.n. illis manifestauit. De quibus tã ingratis impijs, audite quid dicat, Deus.n. illis manifestauit. Inuisibilia.n. eius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; virtus eius ac diuinitas, vt sint inexcusabiles. Quare inexcusabiles? Quia cognoscentes Deum, non dixit, quia non cognouerunt, sed quia cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationib. suis, & obscuratum
est insipiens cor eorũ: Dicentes.n. se esse sa- *Rom. 1.*
pientes, stulti facti sunt. Si.n. Deum cognouerant, simul cognouerant quia non eos fecerat sapientes nisi Deus: Non ergo sibi tribuerent qꝫ à se non habebant, sed ei à quo acceperant, non aũt agendo gratias insipientes facti sunt: Ergo Deus qꝫ dederat gratis, tulit ingratis. Noluit esse hoc Ioãnes, gratus esse voluit: Confessus est accepisse se, & gaudere se
dixit propter vocem sponsi, & ait: Hoc ergo K
gaudium meũ impletum est: Illum oportet *1. Cor.*
crescere, me aũt minui.) Quid est hoc? Illum oportet exaltari, me autem humiliari. Qũo crescit Iesus? qũo crescit Deus? Perfectus nõ crescit. Deus autem nõ crescit nec minuitur. Si enim crescit, perfectus non est: si minuitur, Deus non est. Iesus autem Deus quomodo crescit? Si ad ætatem, quia dignatus est esse homo & fuit puer: & cum sit verbũ Dei, infans in præsepi iacuit, & cum ipse matrem suam condiderit, lac infantiæ de matre suxit. Quia creuit ergo Iesus ætate carnis, ideo forte dictum est: Illum oportet crescere, me autem minui. Sed quare & hoc? Ioannes & Iesus quantum ad carnem pertinet, coęqui erãt. Sex menses inter se habebant, & pariter creuerunt, & si diutius ante mortem dominus noster Iesus Christus vellet hic esse, & ipsũ *1. Cor.*
Ioannem hic secum esse, quomodo pariter *Hiere.*
creuerant, ita pariter senescere poterant. Quare autem illum oportet crescere, me autem minui? Primo, quia iam & dominus triginta annorum erat. Nunquid iuuenis si iam triginta annorũ sit adhuc crescit? Iam ab ipsa ætate vergere incipiunt homines, & declinare ad grauiorem ætatem, & inde ad senectutem. Sed & si pueri essent ambo, non diceret: illum oportet crescere, me autem minui;
sed diceret, simul nos oportet crescere: Nũc L
autem triginta annorum ille, triginta & ille: sex menses qui intererant, nullam distinguũt ætatem: Magis illud inuenit lectio quã aspectio. Quid ergo est: illum oportet crescere, me autem minui? Magnum hoc sacramentũ, intelligat charitas vestra: Antequam veniret dominus Iesus, homines gloriabantur de se. Venit ille homo, vt minueretur hominis gloria, & augeretur gloria Dei. Etenim venit ille sine peccato, & inuenit omnes cum peccato. Si sic venit ille vt dimitteret peccata, De⁹

largiatur,

largiatur, homo cõfiteatur: etenim cõfessio hominis humilitas hominis: miseratio Dei, altitudo Dei: Si ergo venit ille dimittere hoi peccata sua: agnoscat homo humilitatẽ suã, & Deus faciet misericordiã suã: illũ oportet crescere, me aũt minui: hoc est, illũ oportet dare, me aũt accipere: illũ glorificari, me aũt confiteri. Intelligat homo gradum suum, & & confiteatur Deo, & audiat Apostolum di-
A centẽ homini superbienti & elato, & extollere se volenti, Quid enim habes quod non
1. Cor. 4. accepisti? Si aũt accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis? Intelligat homo quia accepit, qui volebat suũ dicere quod nõ est eius, & minuatur. Bonũ est enim illi vt Deus in illo glorificetur: ipse ĩ se minuatur, vt in Deo augeatur. Hęc testimonia, & hanc veritatẽ ẽt passionibus suis significauerunt Christus & Ioannes: Nã Ioannes capite minuitur, Christus in cruce exaltatus est, vt & ibi appareret quid est, Illum oportet crescere me autẽ minui: hoc est, illũ oportet exaltari, me autẽ humiliari. Deinde natus est Christus cũ iam inciperent crescere dies natus est Ioãnes qñ cęperunt minui dies. Attestata est ipsa creatura & ipse passiones, verbis Ioannis dicentis: Illũ oportet crescere, me aũt minui. Crescat
1. Cor. 1. ergo in nobis gloria Dei, & minuatur gloria
Hiere. 9. nostra, vt in Deo crescat & nostra. Hoc. n. dicit Apostolus: hoc dicit scriptura sancta: Qui gloriatur, in dño glorietur. In te vis gloriari & crescere, sed malo tuo male crescis: q enim male crescit, iuste minuit. Crescat ergo Deus qui semper perfectus est, crescat in te. Quãto enim magis intelligis Deũ & quanto magis capis, videtur in te crescere Deus. Ipse autem nõ crescit, sed semper ꝑfectus est intelligebas heri modicũ, itelligis hodie amplius in telliges cras multo amplius. Lumẽ ipsũ Dei
B crescit in te, ita vt velut Deus crescit, qui semper perfectus manet. Quẽadmodũ si curarentur alicuius oculi ex pristina cęcitate, & inciperet videre paululũ lucis, & alia die plus videret, & tertia die amplius, videretur illi lux crescere, lux tñ perfecta, siue ipse videat, siue non videat: sic est interior homo, proficit quidẽ in Deo, & Deus in illo videt crescere: ipse tñ minuit ut gloria sua decidat, & & in gloriã Dei surgat. Et distincte iam manifeste apparet quod mõ audiamus. Qui de sursum venit supꝑ oẽs est.) Vide quid dicat ḋ Christo, qd de se. Qui est de terra, terra est, & de terra loquitur.) Qui de sursum venit super oẽs est, Christus est: q aũt est de terra terra est, & de terra loquit. Ioãnes est. Et hoc est totũ, Ioannes de terra est, & de terra loquit. Totũ testimoniũ qꝰ perhibet de Christo, de C
terra loquitur. Nõ voces domini audiũtur à Ioanne, vbi testimonium perhibet Christo: Quo ergo de terra loquitur? Sed de hoc dicebat quantũ ad ipsum Ioannẽ pertinet, de terra est, & de terra loquitur. Si aũt aliqua loquitur diuina, illuminatus est adeo: nã si non esset illuminatus, terra terrã loqueret. Ergo seorsum est gratia Dei, seorsũ est natura hominis. Mõ natura hoĩs in terra nascitur, crescit, visitata ista hominũ discit. Quid nouit, nisi terrã de terra? Humana loquitur, huma
na nouit, humana sapit. Carnalis carnaliter *Psal. 17.*
æstimat carnaliter suspicatur. Ecce est totus hõ. Veniat gratia Dei, illuminet tenebras illi⁹ sicut dicit. Tu illuminas lucernam meã, dñe Deus meus illumina tenebras meas. Assumat mentẽ humanã, conuertatur ad lucẽ suam, quia incipit iã dicere quod Apostolus dicit: Nõ ego, sed gratia Dei mecũ: Et viuo aũt iã non ego, viuit vero in me Christus: hoc est, *1. Co. 15.*
illũ oportet crescere, me ãt minui. Ergo Ioã- *Galat. 2.*
nes, quantũ ad Ioannem pertinet, de terra est & de terra loquitur. Si quid diuinũ audisti a Ioanne illuminantis est, nõ recipientis. Qui de cęlo venit supra oẽs est, quod vidit & audiuit hoc testificatur, & testimoniũ eius nemo accipit. ¶ De cęlo venit, supra oẽs est dñs noster Iesus Christus, de quo superius dictũ est: Nemo ascendit in cęlũ, nisi qui de cęlo descendit, filius hominis qui est in cęlo: Est autẽ super oẽs & quod audiuit à patre, hoc loquitur: Habet enim & patrẽ ipse filius Dei habet & patrem & audiuit à patre: Et quod audiuit a patre: quid est? quis hoc explicat? quãdo lingua mea, quando cor meum sufficere potest, vel cor ad intelligendum, vel lin
D gua ad proferẽdum? Quid est quod filius audiuit a patre? Forte filius verbũ patris audiuit immo filius verbũ patris est. Videtis quemadmodũ hic fatigetur omnis conatus humanus. Videtis quẽadmodum hic deficiat omnis coniectura pectoris nostri, & omnis intẽtio mẽtis caligantis. Audio dicentẽ scripturã, quia ipse filius hoc loquitur, qꝰ audiuit a patre. Et rursum audio dicentem scripturã,

quia

quia ipse filius verbū patris est, In principio erat verbū, & verbū erat apud Deū, & Deus erat verbū. Nos loquimur verba volantia & transeuntia: mox vt sonuerit ex ore tuo verbum tuū, transit, peragit strepitū suum & trā sit in silentiū, nunquid pōt sequi sonū tuum, & tenere vt stet? Cogitatio tñ tua permanet, & de ipsa cogitatione permanente dicimus multa verba trāseūtia. Quid dicimus fratres
E mei? Deus cū loqueretur adhibuit vocē, adhibuit sonos, adhibuit syllabas? Si adhibuit ista, qua lingua locutus est? Hebræa, an Græca, an Latina? Ibi necessarię linguę, vbi distinctio gentiū: vbi autē nemo pōt dicere, vel illa lingua locutū esse Deū, cor tuū atrēde, qñ cōcipis verbū quod dicas. Dicam.n. si potuero quod in nobis attendamus nō vnde illud comprehendamus. Qñ ergo cōcipis verbum quod proferas, rem vis dicere, & ipsa rei conceptio in corde tuo iā verbū est, non dum processit, sed iā natū est in corde, & manet vt procedat. Attendis aūt ad quē procedat, & cū quo loquaris. Si Latinus est, vocē latinā quæris. Si Græcus est verba Græca meditaris: si Punicus est, attendis si nosti linguā Punicam. Pro diuersitate ergo auditorū diuersas linguas adhibes, vt proferas verbum conceptū: Illud autem quod in corde conceperas, nulla lingua tenebatur. Cū ergo Deus loquens, linguā non quæreret, & genus locutionis non assumeret qūo audirus est à filio, cū per ipsum filiū sit locutus Deus? Quomodo.n.tu verbum quod loqueris, in corde habes & apud te est, & ipsa conceptio spiritalis est: nā sicut anima tua spiritus est: ita & verbū quod concepisti spiritus est: nondum enim accepit sonū, vt p syllabas diuidatur, sed manet in conceptione cordis & in speculo mentis: sic Deus edidit verbū, hoc est, genuit filiū: Et tu quidē ex tpe gignis verbū etiā in corde, Deus sine tpe genuit filiū, per quē creauit oīa tēpora. Cū ergo verbum Dei fi-
F lius sit, filius autē locutus est nobis, non verbum suū, sed verbū patris, se nobis loqui voluit, qui verbū patris loquebatur. Hoc ergo qūo decuit & oportuit, dixit Ioannes quomodo potuimus nos exposuimus, cui ad cor nondū peruenit dignus de tanta re intellect? habet quo se conuertat, habet à quo pulset, habet à quo quærat, habet à quo petat, habet à quo accipiat. Qui de cęlo venit supra oēs est, & quod vidit audiuit, hoc testatur, & testimoniū eius nemo accipit. Si nemo, vt qd venit? Quorundā enim nemo. Est quidā populus præparatus ad irā Dei, damnandus cū diabolo: horum nemo accipit testimonium Christi. Nā si omnino nemo, nullus homo: Quid est quod sequitur, Qui aūt accepit testimoniū eius, signauit quia Deus verax est?) G
Certe ergo nemo, si tu ipse dicis, qui accepit testimoniū eius, signauit quia Deus verax ē. Responderet ergo fortasse Ioannes interrogatus & diceret. Noui qd dixerim, nemo. Est enim quidā populus natus ad irā Dei, & ad hoc præcognitus. Qui sint enim credituri, & qui nō sint credituri nouit Deus. Qui sint p-seueraturi in eo q̄ crediderūt, & q̄ sint lapsuri, nouit Deus: & numerati sunt à Deo oēs futuri in vitā æternā, & nouit iā illū populum distinctū. Et si ipse nouit & Prophetis dedit nosse per spiritū suū, dedit & Ioanni. Attendebat ergo Ioānes, non oculo suo: nā q̄tū ad ipsum attinet, terra est, de terra loquitur, sed in ea gra spiritus, quā accepit à Deo, & vidit quendā populū impiū infidelē, attendens illū in infidelitate sua & ait: Testimoniū Mat. 25.
eius, qui venit de cęlo, nemo accipit. Quorū nemo? E orū qui ad siniſtrā futuri sunt: eorū quibus dicetur, Ite in ignē æternū, qui p̄paratus est diabolo & angelis eius. Qui ergo accipiunt? Illi qui ad dexteram futuri sunt, illi quibus dicet: Venite benedicti patris mei, percipite regnū quod vobis paratū est ab origine mundi. Attendit ergo in spiritu diuisionē, in genere aūt humano cōmixtionē: & q̄ nōdū locis separatū est, seperauit intellectu: separauit cordis aspectu, & vidit duos populos, fideliū & infideliū. Attendit infideles & ait: Qui de cęlo venit super oēs est, & quod vidit & audiuit, hoc testatur, & testimonium eius nemo accipit. Deinde trāstulit se à sinistra & aspexit ad dexterā, & secutus ait: Qui accepit testimoniū eius, signauit qa Deus verax est. Quid est, signauit quia Deus verax ē, nisi hō mēdax est, & Deus verax est? Quia ne H
mo hominū pōt dicere quod veritatis est, nisi illuminatus ab eo qui mentiri nō pōt. Deus ergo verax, Christus aūt Deus. Vis prob.re? Accipe testimoniū eius & inuenies. Qui n. accepit testimoniū eius, signauit qa Deus verax ē. Quis? Ipse q̄ de cęlo venit & super oēs est, Deus verax est. Sed si nōdū illū intelligis

Deum,

Deum, nondũ accepisti testimoniũ eius. Accipe & signa, præsumenter intelligis, definiẽter agnoscis, quia Deus verax est. Quem.n. misit Deus, verba Dei loquit.) Ipse est Deus verax. Et misit illum Deus. Deus misit Deũ. Iũge ambos, vnus Deus: Deus verax missus à Deo. De singulis iterroga, De⁹, & de ambob. interroga, Deus. De⁹, nõ singuli Deus, & ambo dii, sed singulus q̃q; Deus, & ambo De⁹. Tanta.n.ibi est charitas spũs sancti, tanta pax veritatis,* vt de singulis cũ interrogat̃, Deus tibi rñdeat̃. De trinitate cum interrogat̃. De⁹ tibi rñdeatur. Si enim spũs hominis q̃ inhæret Deo, vnus spiritus est, aperte Apostolo dicente, Qui adhæret dño vnus spũs est, quãto magis filius æqualis adhærens patri, simul cũ illo vnus Deus est? Audite alterũ testimoniũ. Nostis quam multi crediderunt, q̃ omnia q̃ habebant ad pedes Apostolorum vẽdita posuerunt, vt distribueret̃ vnicuique sicut opus erat. Et de illa congregatione sanctorũ quid dicit scriptura? Erat illis aia vna, & cor vnum in Deum. Si charitas de tot aĩab. fecit aĩam vnam, & de tot cordib. fecit cor vnum, q̃ta est charitas inter patrem & filium? Maior vtique potest esse q̃ inter illos hoĩes, quib. erat cor vnum & aĩa vna. Si ergo multorum fratrum cor vnum pp charitatem, & multorũ fratrum aĩa vna pp charitatem, Deus pater & Deus filius dicturus est, quia duo sunt. Si duo dii sunt, nõ est ibi summa charitas. Si. n. hic tanta charitas est, vt aĩam tuam & aĩam amici tui vnam animã faciat quomodo ibi non est vnus Deus & pater & filius? Absit vt hoc sentiat fides non ficta: Prorsus quantum excellat charitas illa, hinc intelligite. Multæ animæ sunt multorũ hominum, & si se diligũt, vna anima est, sed possunt dici & multæ aiæ in hominib. quia non est tanta coniunctio. Ibi aũt vnũ Deum licet dicas, duos aut tres Deos non licet vt dicas. Hinc tibi commendatur supereminentia & summitas charitatis tanta, vt maior illa esse nõ possit. Quẽ enim misit Deus, verba Dei loquit̃: Hoc vtique de Christo dicebat, vt se ab illo distingueret. Quid enim ipsum Ioannem, nonne Deus misit? An nõ ipse dixit, missus sum ante eum, & qui me misit baptizare in aqua? Et de illo dictum est: Ecce mitto angelum meum, qui præparabit viam tuam ante te. Nonne & ipse verba Dei loquitur, de quo etiam dictũ est quod sit amplius quam Propheta? Si ergo & ipsum Deus misit, & verba Dei loquitur quo ad distinctionẽ de Christo eum dixisse accipimus, quẽ. n. misit Deus, verba Dei loquit̃. Sed vide q̃d adiungat: Non.n. ad mensuram dat Deus spm̃.) Quid est hoc: Non.n. ad mensuram dat Deus spm̃? Inuenimus quia ad mensurã dat Deus spm̃. Audi Apostolũ dicẽtem: Secundũ mẽsuram donationis Christi. Hoĩb. ad mensuram dat, vnico filio non dat ad mensuram. Quo hoĩb. ad mensuram? Alii q̃dem datur per spiritum sermo sapiẽtiæ, alii sermo scientiæ, ẽm eundem spm̃, alii fides in eodem spũ, alii ꝓphetia, alii discretio spm̃, alii genera linguarum, alii donatio curationum. Nũq̃d omnes Apostoli? nunq̃d omnes Prophetæ? nunq̃d omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nunq̃d omnes dona habent sanitatum? nunq̃d omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Aliud habet iste, aliud ille: Et quod habet ille, non habet iste. Mensura est, diuisio quædam donorũ est. Ergo hominibus ad mensuram datur, & concordia ibi vnũ corp⁹ facit. Quomodo aliud accipit manus ut operet̃, aliud oculus ut videat, aliud auris ut audiat, aliud pes ut ambulet, aĩa tamen una est quæ agit omnia, in manu ut operetur in pede ut ambulet, in aure ut audiat, in oculo ut videat, sic sunt etiã diuersa dona fidelium tanquam membra, ad mensuram unicuique propriam distributa. Sed Christus qui dat, non ad mensuram accepit. Audi enim adhuc quid sequitur, quia de filio dixerat: Non enim ad mẽsuram dat Deus spiritum: Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius.) Et adiecit, omnia dedit in manu eius, ut nosses & hic qua distinctione dictũ sit, pater diligit filium. Quare enim, pater nõ diligit Ioannem? Et tamen non omnia dedit in manu eius. Pater non Diligit Paulum? Et tamen non omnia dedit in in manu eius. Pater diligit filium, sed quomodo pater filium, non quomodo dominus seruum, quomodo unicum, non quomodo adoptatum. Itaque omnia dedit in manu eius. Quid est omnia? Vt tantus sit filius, quantus est pater. Ad ꝙualitatem.n. sibi genuit eum, cui rapina non esset in forma Dei esse ꝙualem Deo pater diligit filiũ, & omnia dedit in manu eius. Ergo cum ad nos pater dignatus est mittere filiũ, non putemus aliquid minus nobis missum,

Aliat enitatis.

I 1.Co.6.

Acto. 4.

Mat.25.

K Mala. 3.

Ephe. 5. 1.Co.12. L

M

Phili.

quàm est pater. Pater mittens filiũ, se alterum misit. Nanq; putantes adhuc discipuli, quia pater aliqd maius est q̃ filius, videntes carnẽ & non intelligentes diuinitatẽ, dixerunt ei, Ioan. 14. Dñe ostende nobis patrem, & sufficit nobis, tanq̃ si dicerent, Iam nouimus te, & benedicimus te, qa nouimus te. Gratias.n. tibi agimus, qa ostendisti te nobis, sed patrẽ nõdum nouimus Propterea cor nostrum ardet, & fatagit concupiscentia quadã sancta videdi patris tui qui te misit. Ipsum nobis ostẽde, & ni
A hil amplius à te desiderabimus, sufficit.n. nobis cum ille fuerit demonstratus, quo maior esse nemo põt. Bona cõcupiscentia, bonũ desiderium, sed paruus intellectus. Attẽdens.n. ipse dñs Iesus, paruos magna q̃rentes, & seipsum magnũ inter paruos, paruum inter paruos, ait Philippo qui hoc dixerat vni ex discipulis, Tanto tpe vobiscum sum, & nõ cognouistis me? Philippe, Posset hic Philippus rñdere, Ioan. 14. cognouimus te. Sed nunqd diximus tibi, ostende nobis te? Te cognouimus, sed patrẽ q̃rimus. Subiecit statim: Qui me videt, videt & patrem. Si ergo æqualis patri missus est, nõ eum æstimemus ex infirmitate carnis, sed cogitemus maiestatẽ indutã carne nõ oppressã carne, manẽs.n. Deus apud patrẽ, apud hoies factus est hõ, vt tu per illum qui apud te factꝰ est hõ, fieres talis qualis capit Deum, non.n. homo poterat capere Deum. Videte poterat homo hoiem, capere Deum nõ poterat. Vnde non poterat capere Deum? Quia oculum cordis vnde caperet, nõ hẽbat. Erat ergo aliquid intus fauciũ, & aliquid foris sanũ. Cor-
B poris oculos habebat sanos, cordis oculos habebat saucios. Factus est ille homo ad corporis oculum, vt credens in eum qui videri corporaliter potuit, curreres ad eum ipsum videndum, quem spiritaliter videre nõ poteras. Tanto tpe vobiscum sum, & nõ cognouistis me? Philippe, qui me videt, videt & patrem. Quare illi non illum videbant? Ecce videbant illũ, & patrẽ non videbant. Videbant carnẽ, sed maiestas latebat, Qđ videbãt discipuli, qui amauerunt, viderunt & Iudæi qui crucifixerunt. Intus ergo erat totus ille, & sic intus in carne, vt apud patrẽ maneret, nõ. n. deseruit patrem, q̃n venit ad carnẽ. Carnalis cogitatio nõ capit qđ dico. Differat intellectũ, & incipiat à fide. Audiat qđ sequit. Qui credit in filium, hẽt vitam æternam, qui aũt incredulus est filio, nõ videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.) Non dixit ira Dei veniet ad eũ, sed ira Dei manet super eum. Oẽs qui nascunt mortales, habent secum irã Dei: Quam iram Dei? Quã excepit primus homo Adam. Si.n. peccauit primus homo, & audiuit, morte morieris, factꝰ est mortalis ille, & cepimus nasci mortales, cum ira Dei nati sumus. Venit inde filius nõ habẽs peccatum, & indutus est carne, indutꝰ est mortalitate, & si ille nobiscum cõicauit irã Dei, nos pigri sumus cũ illo cõicare gratiã Dei? Qui ergo nõ C
vult credere in filium, ira Dei manet sup eũ. Quæ ira? De qua dicit Apostolus: Fuimus.n. Ephe. 7. & nos natura filii iræ sicut & cæteri. Omnes ergo filii iræ, qa de maledicto mortis venientes. Crede in Christum factum pp te mortalẽ, vt illum capias immortalem, q̃n enim cœperis eius immortalitatem, nec tu eris mortalis. Viuebat, moriebaris, mortuus est vt viuas. Attulit gratiam Dei, abstulit iram Dei. Deus bibit mortem, ne mors biberet hoiem.

Aliat, Deus uicit mortẽ, ne mors uinceret hoiẽ. c. 1.

Ab eo loco vbi ait, Vt ergo cognouit Iesus qa audierunt Pharisæi, qa Iesus plures discipulos facit, vsq; ad id qđ ait. Et mulieri dicebãt, qa nõ iam pp tuam loquelam credimus, ipsi enim & audiuimus & scimus, quia hic est vere saluator mũdi. Tract. XV.

NOtum est, non rude est aurib. charitatis vestræ Euangelistã Ioannem velut aqlam volare altius, caliginemq; terræ trãscendere, & lucem veritatis firmiorib. oculis in- D
tueri. Multa. n. iam ex Euangelio eius p myni sterium nostrum dño adiuuante tractata sũt. Ex ordine aũt sequitur hęc lectio, q̃ hodie recitata est. Ea q̃ dicturus sum dño donante sic audituri estis, vt magis recognoscatis quàm discatis. Non ideo tamen pigra debet esse intentio quia non est cognitio sed recognitio. Hoc lectum est, & hanc lectionẽ tractandam suscepimus, gestamus in manibus quod dominus Iesus ad puteum Iacob loquebatur cum Samaritana muliere. Dicta enim ibi sũt magna mysteria, & magnarum similitudines rerum, pascentes animam esurientem, reficientes languentem. Dominus autem hæc cũ audisset cognouisse Pharisæos quod plures discipulos faceret quam Ioannes, & plures baptizaret, quanquam Iesus non baptizaret,

Ephe.

sed

sed discipuli eius reliquit Iudæam terram, & abiit iterum in Galileam.] Hinc diutius disputatum nō est, ne immorantes in manifestis angustias tpis patiamur ad obscura tractā
Alias, firmāda. da * & aperienda. Vtique dñs si sciret Pharisæos ita de se cognouisse, qđ plures discipulos faceret, & qđ plures baptizaret: vt hoc eis ad salutē valeret sequendi eum, & ipsi essent discipuli, & ipsi vellent ab eo baptizari, magis non relinqueret Iudæam terrā, sed pp illos maneret ibi. Quia vero cognouit eorum
E scientiam, simul cognouit & inuidentiam, qa non hoc propterea didicerunt vt sequerent, sed vt persequerent, abiit inde: Poterat qdem ille & presens ab his non teneri, si nollet, non occidi, si nollet, qa poterat & nō nasci, si nollet. Sed qa in omni re q̄ gessit, vt hō hominib. in se crediturus præbebat exemplū, qa vnusquisq; seruus Dei nō peccat si secesserit in alium locum, videns furorē forte p̄sequentium se, aut q̄rentium in malum aīam suam. Videret autem sibi seruus Dei peccare si faceret, nisi in faciēdo dñs præcessisset. Fecit hoc ille magister bonus vt doceret, nō q timeret: Fortasis etiā hoc moueat, cur dictū sit: Baptizabat Iesus plures q̄ Ioannes, & postea q̄ dictum est, baptizabat, subsecutum est, Quanq̄ Iesus nō baptizabat, sed discipuli eius: Quid ergo falsum dictum erat & correctum est, cum addeitum est: Quanquam Iesus non baptizabat, sed discipuli eius? An vtrunq; verum est, quia & Iesus baptizabat, & non baptizabat? Baptizabat. n. quia ipse mundabat,
F non baptizabat, qa non ipse tingebat. Præbebant discipuli ministerium corporis, præbebat ille adiutorium maiestatis. Qñ. n. cessaret a baptizando, qñ non cessat a mundādo? De quo dictum est ab eodē Ioanne, per Ioānis Baptistæ personam dicentis: Hic est qui baptizat. Ergo Iesus adhuc baptizat, & quousq; baptizādi sumus, Iesus baptizat. Securus homo accedat ad inferiorem ministrum, hēt enim superiorem magistrū, sed forte ait aliquis, Baptizat qdem Christus in spū, non in corpore, quasi vero alterius dono q̄ illius qs quam etiam sacro corporalis & visibilis baptismatis imbuatur. Vis nosse quia ipse baptizabat, non tolum spū, sed etiam aqua? Audi Apostolum: Sicut Christus, inquit, dilexit Ecclesiam suam, & seipsum tradidit pro ea,
Ephe. 5. mūdans eā lauacro aquæ in verbo, vt exhibe-

ret ipsi sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hmōi. Mundans eā: Vnde? Lauacro aquæ in verbo. Quid est baptismꝰ Chri? Lauacrū aq̄ i verbo. Tolle aquam, non est baptismus: tolle verbū, & non est baptismus. Iam ergo his peractis, per q̄ peruenit ad collocutionem cū illa mutiere, videamus quæ restant plena mysteriis, & grauida sacris. Oportebat autem, inquit, G
eum transire per Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dr Sichar, iuxta prædiū quod dedit Iacob filio suo Ioseph. Erat autem ibi fons Iacob.) Putꝰ erat: Sed omnis puteus fons, non omnis fons puteus. Vbi. n. aqua de terra manat, & vsui præbet haurientib. fons dr, sed si in pmptu & superficie sit, fons tantum dr, si autem in alto & profundo sit, ita puteus vocatur, vt fontis nomen non amittat. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic sup fontem. Hora erat quasi sexta.] Iā incipiunt mysteria. Non enim frustra fatigat Iesus, non enim frustra fatigatur virtus Dei, non enim frustra fatigatur, per quem fatigati recreantur, non enim frustra fatigatur, quo deserēte fatigamur, quo præsente firmamur. Fatigatur tamen Iesus & fatigatur ab itinere, & sedet, & iuxta puteum sedet, & hora sexta fatigatus sedet. Omnia ista innuunt aliquid, indicare volunt aliquid, intētos nos faciunt, vt pulsemus hortantur. Ipse ergo aperiat & nobis & vobis, qui dignatus est ita hortari vt diceret Pulsate & aperietur vobis. Ti-
bi fatigatus est ab itinere Iesus, inuenimus vir Mat. 7.
tutem Iesum, & inuenimꝰ infirmum Iesum, H
fortem & infirmum. Fortem, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud Deū, Ioan. 1.
& Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum. Vis videre quam iste filius Dei fortis sit? Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, & sine labore facta sunt. Sed quid ergo illo fortius per quem sine labore facta sunt omnia? Infirmum vis nosse? Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Fortitudo Christi creauit, infirmitas Christi te recreauit. Fortitudo Christi fecit, vt quod nō erat esset, infirmitas Christi fecit, vt quod erat non periret. Condidit nos fortitudine sua, quæsiuit nos infirmitate sua, nutrit ergo ipse infirmus infirmos, tanquā gallina pullos suos, huic enim se simi- Mat. 23.
lem fecit. Quoties volui, inqt ad Hierusalē,

congregare filios tuos sub alas, tanquã gallina pullos suos, & noluisti. Videtis aũt frẽs, quemadmodum gallina infirmet cum pullis suis: nulla.n. alia auis q̃ sit mater agnoscit. Videm⁹ nidificare passeres quoslibet ante oculos nostros, hirundines, ciconias, columbas quotidie videmus nidificare, quos nisi q̃n in nidis videmus, parẽtes esse nõ agnoscimus, gallina vero sic infirmat in pullis suis, vt ẽt si ipsi pulli nõ sequant, filios nõ videas, matrẽ I tñ intelligas, ita fit alis demissis, plumis hispida, voce rauca, oĩb. membris demissa & abiecta, vt quemadmodum dixi, & si ẽt filios nõ videas, matrẽ tñ intelligas. Sic ergo infirmus Iesus fatigat⁹ ab itinere: Iter ipsius est caro pro nobis assumpta. Quõ.n. iter hẽt q̃ vbique est, q̃ nusquã deest? Quò it, aut vñ it, nisi q̃a nõ ad nos veniret, nisi formã visibilis carnis assumeret? Quia ergo veniẽ ad nos eo mõ dignatus est, vt in forma serui, assũpta carne appareret, ipsa carnis assũptio est iter ipsius. Ideo fatigatus ab itinere, q̃d est aliud q̃ fatigatus in carne? Infirm⁹ in carne Iesus, sed noli tu infirmari. In illius infirmitate tu fortis 1. Co. 1. esto, q̃a q̃d infirmũ est Dei, fortius est hoĩb. Sub hac rerum imagine Adam qui erat forma futuri, p̃buit nobis magnũ indiciũ sacri, Rom. 5. imò Deus in illo p̃buit. Nã & dormiens meruit accipere vxorẽ, & de costa eius facta est Gene. 2. ei vxor, qm̃ de Chr̃o in cruce dormiente, futura erat ecclesia de latere ei⁹, de latere. s. dormiẽtis, q̃a de latere in cruce pẽdẽtis, lãcea p cussa, sacra Ecclesiæ p̃fluxerũt. Sed quaĩ hoc K dicere volui fratres? Quia infirmitas Christi uos facit fortes. Magna ibi imago p̃cesit, Potuit. n. De⁹ carnẽ detrahere hoi vnde faceret fœminã, & magis vĩ quasi cõguere potuisse: fiebat. n. sexus infirmior, & magis de carne infirmitas fieri debuit, q̃ de osse, ossa.n. in carne firmiora sunt, nõ detraxit carnẽ vnde faceret mulierẽ, sed detraxit os, & detracto osse formata est mulier, & in locũ ossis caro adimpleta est. Poterat pro osse os reddere, poterat ad faciẽdũ mulierẽ non costã, sed carnẽ detrahere. Quid igitur significauit? Facta est mulier in costa tanq̃ fortis, factus est Adã in carne tanq̃ infirmus. Christus & Ecclesia. Illius infirmitas nr̃a est fortitudo. Quare ergo hora sexta? Quia ætate seculi sexta: Cõputa in Euãgelio tanq̃ vnã horã, vnã ætatẽ ab Adam vsq; ad Noe: secũdam a Noe vsq; ad Abraham, tertiã ab Abrahã vsq; ad Dauid, quartã a Dauid vsq; ad transmigrationẽ Babyloniæ, quintam a transmigratione Babylonię vsq; ad baptismũ Ioãnis. Inde sexta agit. Quid miraris? Venit Iesus, & humiliando se venit, ad puteũ fatigatus venit, qui infirmam carnem portauit. Hora sexta, q̃a ætate seculi sexta. Ad puteum, q̃a ad profunditatẽ huius habitationis nostræ. Vñ dr̃ in Psalmis, De profundis clamaui ad te dñe. Sedit, vt dixi, q̃a humilis ve- Psal. 129. nit. Et venit mulier,]Forma eccl̃æ, non iã iustificatæ sed iã iustificandæ, nam hoc agit ser- L mo. Venit ignara, inuenit eum, & agitur cum illa. Videam⁹, Quid videamus? Venit mulier de Samaria hurire aq̃. Samaritani ad Iudæorum gentẽ non pertinebant, alienigenæ fuerunt, q̃uis vicinas terras incolerẽt. Longũ est originẽ Samaritanorũ retexere, ne nos multa teneãt, & necessaria nõ loquamur, sufficit ergo vt Samaritanos inter alienigenas deputemus, & ne hoc audacius me arbitremini dixisse q̃. verius, audite ipsum dñm Iesum, q̃d dixerit de illo Samaritano, vno de decem leprosis quos mundauerat, qui solum redit vt gratias ageret, Nõne decem mundati sunt, & Luc. 17. nouem vbi sunt? Nõ erat alius, qui rediret & daret gloriã Deo, ni alienigena iste. Pertinet ad imaginem rei, q̃ ab alienigenis venit ista mulier, quę typum gerebat Ecclesiæ: ventura enim erat Ecclesia de gentib. alienigena a genere Iudæorum. Audiamus ergo in illa nos, & in illa agnoscamus nos, & in illa gratias Deo agamus pro nobis. Illa.n. figura erat, nõ veritas, q̃a & ipsa prẽmisit figuram, & facta est veritas. Nam credidit in eum, qui de illa figuram nobis prætendebat. Venit ergo haurire aquam: Simpliciter venerat haurire aq̃, M sicut solent vel viri vel fœminæ. Dicit ei Iesus, Da mihi bibere. Discipuli enim abierant in ciuitatem vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Iudę⁹ cum sis, bibere a me poscis quæ sum mulier Samaritana? Non.n. coutuntur Iudæi Samaritanis.]Videtis alienigenam, omnino vasculis eorum Iudæi non vtebantur. Et quia ferebat secum mulier vasculum vnde aquam hauriret, eò mirata est, quia Iudæus petebat ab ea bibere, quod non solebant facere Iudæi. Ille autem qui bibere quærebat, fidem ipsius mulieris sitiebat. Denique audi, Quis petebat bibere? Respondit Iesus, & dixit ei, Si

scires

scires domum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitã petisses ab eo & dedisset tibi aq̃ viuã.]Petit bibere,& ꝓmittit bibere. Eget quasi accepturus,& affluit tanq̃ satiaturus. Si scires, inqt, donum Dei. Donum Dei est spũssanctus. Sed adhuc mulieri recte loquit̃,& paulatim intrat in cor. Fortasis iã docet,q.d.n. ista hortatione suauius & benignius? Si scires donum Dei, & si scires qs est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu peteres, & daret tibi aq̃ viuam. Hucusq; suspendit. Viua aqua dr̃ vulgo, illa q̃ de fonte exit, illa.n. quæ colligitur de pluuia in lacunas aut cisternas,
A aqua viua non dr̃. Et si de fonte manauerit,& in loco aliquo collecta steterit, nec ad se illud vñ manabat admiserit, sed ĩterrupto meatu, tanq̃ à fontis tramite separata fuerit, non dr̃ aqua viua: Sed illa aqua viua dr̃, q̃ manãs excipit̃: Talis aqua erat in illo fonte. Quid ergo promittebat qđ petebat? Tũ mulier suspesa, ait. Dñe, neq; in quo haurias aquam hẽs, & puteus altus est.] Videte qũo intellexerit aquã viuam, aquam. s. q̃ erat in illo fonte. Tu mihi vis dare aquam viuã, & ego fero vnde hauriã, & tu non fers. Aqua viua hic est, qũo mihi daturus es? Aliud intelligens & carnaliter sapiens quodammodo pulsat, vt aperiat magister qđ clausum est. Pulsabat ignorãtia non studio: Adhuc miserãda, nõdum instruẽda. Dicit aliquid euidentius dñs de illa aqua viua. Dixerat enim mulier: Nunquid tu maior es patre nostro Iacob,
B qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filii eius & pecora eius? De hac aqua viua dare mihi non potes, qm̃ hauritorium non habes, forte alium fontem promittis: Patre nostro melior potes esse, qui hunc puteum fodit, & ipse cum suis vsus est eo? Dominus ergo dicat, quid dixerit aquam viuam. Rñdit Iesus & dixit ei, Oĩs qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum, qui aũt biberit ex aqua q̃ ego dabo ei, nõ sitiet ĩ æternum, sed aqua q̃ ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternã.]Apertius locutus est dñs, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Qui biberit de aqua ista, non sitiet iterũ. Quid euidẽtius, qa non aquam visibilẽ, sed inuisibilẽ promittebat? Quid euidẽtius, qa nõ carnaliter, sed spiritaliter loquebat? Adhuc tñ illa mulier carnem sapit delectata est nõ sitire, & putabat hoc secũdũ carnem promissum sibi esse à dño, quod quidẽ fiet, sed in resurrectione mortuorum: Iã hoc volebat illa. Dederat.n. Deus aliquãdo seruo suo Heliæ, vt per quadragima dies nec esuriret nec sitire. Qui hoc potuit dare per quadraginta dies, non potuit dare semper? Suspirabat.n. illa, nolens indigere, nolens laborare, assidue venire ad illum fontẽ, onerari põdere, quo indigentia suppleret̃, & finito qđ hauserat, rurs⁹ redire cogebat̃, & quotidian⁹ C
ei fuit iste labor, qa indigẽtia illa reficiebat̃, nõ extinguebat̃. Delectata ergo tali munere, rogabat vt ei aquam viuam daret. Verũtñ nõ prætereamus, quoniam dñs spiritale aliquid promittit. Quid est, qui biberit de aqua hac sitiet iterum? Et verũ est secundum hanc aq̃? Et verum est secundum quod significat illa aqua. Etenim aqua in puteo, voluptas seculi est in profunditate tenebrosa. Hinc eam hauriunt hoĩes hydria cupiditatum. Cupiditatẽ quippe proni submittuntur, vt ad voluptatẽ haustam de profundo perueniant, & fruunt̃ voluptate præcedente & præmissa cupiditate: nam qui non præmiserit cupiditatem, peruenire non potest ad voluptatem. Pone ergo hydriam cupiditatem, & aquam de profundo voluptatem. Cum peruenerit quisque ad voluptatem seculi huius, cib. est, potus est, lauacrum est, spectaculũ est, concubitus est: Nunquid nõ iterum sitiet? Ergo de hac aqua qui biberit, iterum, inquit sitiet. Si autem acceperit a me aquam, non sitiet in æternũ. Satiabimur, inquit, in bonis dom⁹ tuæ. De qua *Psal. 64.*
ergo aqua dict̃ur⁹ est, nisi de illa aqua, de qua dictum est: Apud te est fons vitæ? Nam qũo si tiẽt qui inebriabunt̃ ab vbertate domus tuæ? *Psal. 35.*
Promittebat ergo saginam q̃dam & satietatẽ D
spiritus sancti, & illa nondũ intelligebat: Et non intelligens, quid rñdebat? Dicit ad eum mulier. Domine, da mihi hanc aquam vt nõ sitiam, neq; veniã huc haurire.) Ad laborem indigentia cogebat, laborem infirmitas recusabat. Vtinã audiret. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiã. Hoc enim ei dicebat Iesus vt non laboraret, sed illa nondum intelligebat. Deniq; volens vt intelligeret, Dicit ei Iesus: Vade voca *Mat. 11.*
virum tuũ & veni huc. Quid est voca virum tuum? Per virũ suum ei volebat aquam illam dare, an quia non intelligebat, per virũ suũ, *1. Co. 14*
eã volebat docere? Forte qũo ait Apostolus de mulieribus: Si quid autem volunt discere

domi viros ſuos interrogent. Sed ibi dicitur, domi viros ſuos interrogent, vbi nō eſt Ieſus qui doceat. Deniq; dr̄ mulierib. quas prohibebat Apoſtolus loqui in Eccleſia, cum vero ipſe dn̄s aderat, & præſens præsēti loquebat̄, quid op⁹ erat vt per virum eius ei loqueret? Nunquid per verbum ſuum loquebat̄ Mariæ ſedenti ad pedes ſuos & excipienti verbum
Luc. 10. ſuum, qn̄ Martha circa multum miniſteriū,
E etiā de ſororis ſuæ fœlicitate occupatiſsima murmurauit? Ergo fratres mei, audiamus & intelligamus qđ ait dn̄s, voca vtrum tuū, mulieri. Forte enim & aīæ noſtræ dicit, voca virum tuum. Quæramus & de viro aīæ: Cur iā non ipſe Ieſus vir aīæ verus eſt? Adſit intellectus, quoniam quod dicturi ſumus vix capit̄ niſi ab intentis. Adſit ergo intellectus vt capiat̄, & ipſe intellect⁹ erit fortaſſe vir aīæ. Videns ergo Ieſus quia mulier nō intelligebat, & volēs eam intelligere: Voca, inquit, virum tuum, ideo.n. neſcis quod dico, quia intellectus tuus non adeſt. Loquor ego ſecundum ſpiritum, tu audis ſecundum carnem. Quę loquor, nec ad voluptatem aurium pertinent, nec ad oculos, nec ad olfactū, nec ad guſtū, nec ad tactum. Mēte ſola capiunt̄, intellectu ſolo hauriunt̄. Ille intellectus non tibi adeſt, qūo capis qđ dico? Voca virū tuū, præſenta intellectū tuū. Quid tibi eſt enim aīam hr̄e? Non eſt magnū, nā & pecus habet. Vnde tu melior? Quia intellectum habes, quod pecus nō habet. Quid eſt ergo, Voca virum tuum? Nō me capis, non me intelligis. De dono Dei tibi loquor, tu aūt carnem cogitas, ſecundū carnem ſitire non vis, ego ſpm̄ alloquor, ab
F ſens eſt intellectus tuus, voca virū tuum. No-
Pſal. 31. lite fieri * ſicut equus & mulus, quib. non eſt
Alias Nolite eſſe. intellectus. Ergo fratres mei, animam hr̄e & intellectum non hr̄e: hoc eſt, non adhibere, nec ſecundum eum viuere, beſtialis eſt vita. Eſt. n. in nobis quiddā beſtiale quo in carne viuimus, ſed intellectu regendum eſt. Motus enim aīæ ſecundum carnē ſe mouentis, & in delitias carnales immoderate deffluere cupientis, regit deſuper intellectus. Qui debet dici vir, qui regit an qui regit? Proculdubio cum ordinata vita eſt, intellectus aīam regit, ad ipſam aīam pertinēs: Non.n. aliquid aliud eſt q̄ aīa, ſed aliquid aīæ eſt intellectus, qūo non aliquid aliud quam caro eſt oculus, ſed aliqd carnis eſt oculus. Cū autē aliqd carnis eſt oculus, [ſolus tamen luce perfruitur:) ea tñ membra carnalia luce perſundi poſſunt, lucem ſentire nō poſſunt, ſolus ea oculus & perfunditur & perfuit̄, ſic in aīa noſtra qddam eſt quod intellectus vocat̄. Hoc ipſum animæ quod intellectus & mens dr̄, illuminatur luce ſuperiore. Iam ſuperior illa lux, qua mēs humana illuminatur Deus eſt, erat enim verum lumen, quod illuminat omnē hoīem
G venientem in hunc mundum. Talis lux Chriſtus erat, talis lux cum mulier loquebat̄, & in illa intellectus nō aderat, qui illa luce illuminaretur, nec tātum perfunderet̄, verumetiam frueret̄. Ergo dn̄s tanquam diceret, illuſtrare volo, & non adeſt quem: voca, inquit, virum tuum, adhibe intellectum per quē docearis, quo regaris. Ergo conſtitue aīam excepto intellectu tanquam fœminam, intellectum aūt habere, tanquam virum. Sed ille vir non bene regit fœminam ſuam, niſi cum a ſuperiore regit̄, caput enim mulieris vir: caput autē 2. Co. 11.
viri Chriſtus. Loquebatur caput viri cum fœmina, & non erat vir. Et tāquam diceret dn̄s: Adhibe caput tuū, vt ille ſuſcipiat caput ſuū, ergo voca virum tuum & veni huc. i. adeſto: velut enim abſens es, dum non intelligis prę ſentis vocem veritatis. Præſens eſto, ſed noli ſola, cū viro tuo adeſto. Et adhuc illa nondū aduocato illo viro non intelligit, adhuc carnem ſapit, abſens eſt enim vir. Non habeo, inquit, virum,]Et dominus ſequitur, & myſteria loquit̄. Intelligas reuera iſtam mulierem non habuiſſe tūc virum, ſed vtebatur neſcio quo non legitimo viro, adultero magis quā
H viro. Et dominus ei: Bene dixiſti, quia nō habeo virum.) Vnde ergo tu dixiſti, virum tuū? Et audi, quia bene nouit dominus eam non habere virum, dicit &c. ne forte putaret mulier ideo dixiſſe dominum, Bene dixiſti, quia non habeo virum, excepto intellectu, tanquam fœminā, quòd hoc à muliere didicerit, nō q̄ ipſe iſtud diuinitate cognouerit, audi aliquid quod non dixiſti, Quinque enim viros habuiſti, & iſtum quem habes, non eſt vir tuus. Hoc vere dixiſti.) Iterū cogit de iſtis quinque viris ſubtilius aliquid perſcrutari. Multi quippe intellexerunt, non quidem abſurde, nec vſquequaque improbabiliter, qnque viros mulieris huius, quinq; libros Moyſi. vtebantur enim eis Samaritani, & ſub eadem lege erant: nam inde illis & circunciſio

inerat.

inerat. Sed quoniam anguſtat nos quod ſequitur: Et nũc quem habes, non eſt vir tuus, vr̃ mihi facilius nos poſſe accipere quinque viros priores aĩæ, quinque ſenſus corporis eſſe. Qñ.n. quiſque naſcit antequam vti poſſit mente atq; rõne, non regitur niſi ſenſibus
I carnis, Aĩa in puero paruo, quod audit, qđ vr̃, quod olet qđ ſapit, quod tactu ſentit, hoc appetit aut fugit. Appetit quicquid mulcet, fugit quicquid offendit. Hos.n. quinq; ſenſus mulcet voluptas, offendit dolor. Secundum hos quinq; ſenſus tãquã quinq; viros, prius viuit aĩa quia iſtis regitur. Quare autem viri dicti sũt? Quia legitimi. A Deo quippe facti, & à Deo donati aĩæ. Infirma eſt adhuc quæ iſtis quinque ſenſib. regitur, & ſub iſtis qnq; viris agit. Ad vbi venerit ad annos exerendæ rõnis, ſi eam ſuſceperit optima diſciplina & doctrina ſapientiæ, quinq; illis viris ad regẽdum nõ ſuccedit, niſi vir verus & legitimus & illis melior, & qui melius regat, & qui ad æternitate regat, ad æternitatem excolat, ad æternitatem inſtruat: nam iſti quinq; ſenſus non ad æternitatẽ nos regunt, ſed ad iſta temporalia vel appetẽda vel fugienda. Vbi vero intellectus ſapientia imbutus regere cœperit aĩam, ſcit iam non ſolum fugere foueam, & ambulare in æquali qđ oculi oſtendunt aĩæ
K infirmæ, nec tñ canoras voces ſuauiter audire, diſſonasq; repellere, vel blandis odoribꝫ delectari, putoresq; reſpuere, aut dulcedine capi, & amaritudine offendi, aut lenib. mulceri, & aſperis lędi. Iſta.n. omnia infirmę aĩę ſunt neceſſaria. Quid ergo regiminis adhibetur per illũ intellectũ? Non alba & nigra diſcreturus eſt, ſed iuſta & iniuſta, bona & mala, vtilia & inutilia, caſtitatẽ & impudicitiã, hanc & illam, illam vt amet, iſtam vt vitet, charitatem & odium, vt diligat charitatẽ & vitet odiũ, in hac vt ſit, in illa vt non ſit. Hic vir quinq; illis viris in iſta muliere non ſucceſſerat. Vbi.n. nõ ſuccedit ille, error dñat: nã cum cœperit aĩa capax eſſe rõnis, aut a ſapiẽte mente regit, aut ab errore, ſed error non regit ſed perdit. Poſt iſtos ergo qnque ſenſus mulier illa adhuc errabat, & error eam ventilabat. Error aũt iſte non erat legitimus vir, ſed adulter. Ideo dominus ait: Bene dixiſti, quia non hẽo virum. Quinq;.n. viros habui-
L ſti, qnq; te ſenſus carnis primo rexerunt, veniſti ad ætatẽ vtendæ rõnis, nec ad ſapientiã pueniſti, ſed in errorem incidiſti. Ergo poſt illos qnq; viros iſte quem habes, nõ eſt tuus vir. Et qd erat ſi vir non erat, niſi adulter? Voca, inquit, Voca itaq;, nõ adulterum, ſed virũ tuum, vt intellectu me capias, non errore de me aliqd falſum ſapias, adhuc. n. errabat mulier, q̃ aq̃ illam cogitabat, cũ iam dñs de ſpũ ſancto loquereꝫ. Quare errabat, niſi qa adulterum nõ virum hẽbat? Tolle ergo hinc iſtũ adulterũ qui te corrũpit, & vade voca virũ tuũ: Voca & veni, vt ĩtelligas me. Dicit ei mulier: Dñe vt video, Propheta es tu.] Tunc cœpit venire vir, nondum plene venit: Prophetam dñm putabat. Erat qdẽ & Propheta, nã de ſeipſo ait, Non eſt Propheta ſine honore, *Luce. 4.* niſi in patria ſua. Item de illo dictum eſt ad *Deu. 16.* Moyſen: Prophetã eis ſuſcitabo de fratribus eorum ſimilem tui: Similem. ſ. ad formã carnis, non ad eminentiã maieſtatis. Ergo inuenimus dñm Ieſum dictum Prophetam. Proinde iã non multũ errat mulier: Video, inqt, qa Propheta es tu. Incipit vocare virũ, adulterũ excludere, video qa Propheta es tu, & ĩcipit q̃rere qđ illã ſolet mouere. Cõtẽtio qp pe fuerat inter Samaritanos & Iudæos, qa Iudæi in tẽplo a Salomone ædificato adorabãt Deũ: Samaritani lõge ĩde poſiti nõ in eo adorabãt. Et iõ Iudæi meliores ſe eſſe iactabant, M quia in templo adorabãt Deum: Non.n. coutunt Iudæi Samaritanis, qa dicebãt eis: Qũo vos iactatis, & ideo vos meliores nobis eſſe perhibetis, quia templum habetis quod nos non habemus? Nunqd patres noſtri qui Deo placuerunt, in illo templo adorauerunt? Nõ ne in monte iſto adorauerũt vbi nos ſumus? Melius ergo nos, inquiũt, in hoc monte Deũ rogamus, vbi patres noſtri adorauerunt. Cõtendebant vtriq; ignari, quia virum non habentes, illi pro tẽplo, illi pro mõte inflabant aduerſus inuicem: Dñs tñ modo quid docet mulierẽ, tanq̃ cui⁹ vir cœperat prẽſens eſſe. Dicit ei mulier: Dñe video quia Propheta es tu: Patres noſtri in mõte hoc adorauerũt, & vos dicitis qa Hieroſolymis adorare oportet. Dicit Ieſus: Mulier crede mihi.) Veniet enim Eccleſia, ſicut dictum eſt in Canticiſcã ticorum, veniet & pertranſiet: Ab initio fidei veniet vt pertranſeat, & pertranſire non põt niſi ab initio fidei. Merito etiam præſente viro audit mulier crede mihi. Iã.n. eſt in te qui credat, quia præſens eſt vir tuus. Cœpi-

sti adesse intellectu, quando me Prophetã appellasti, Mulier crede mihi, qa nisi credideris non intelligetis. Ergo mulier crede mihi:
Isa. 7.
A Quia veniet hora, qñ neq; in mõte hoc neq; in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis qđ nescitis, nos adoramus qđ scimus, qa salus ex Iudæis est. Sed veniet hora: qñ? Et nũc est. Quæ ergo hora? Qñ veri adoratores adorabunt patrẽ in spũ & veritate.) Non in monte isto, nõ in templo, sed in spũ & veritate. Nam & pr̃ tales q̃rit qui adorent eum.) Quare pr̃ tales q̃rit qui adorent eum, non in mõte, nõ in tẽplo, sed in spũ & veritate? Spũs est Deus.) Si corpus esset Deus oportebat eũ adorari in monte, quia corporeus est mons: Oportebat eum adorari in templo, qa corporeum est templum. Spũs est Deus: Et eos q adorant eum, in spũ & veritate oportet adorare.) Audiuimus & manifestũ est, foras eramus, intromisi sumus. O si inuenirem, dicebas, montẽ aliquem altum & solitariũ, credo enim qa in alto est Deus, magis me exaudiet ex alto. Quia in monte es, propinquũ te Deo putas, & cito te exaudiri, quasi de proximo clamantẽ. In excelsis habitat, sed humilia respicit. Prope est dñs, qbus? Forte altis? His q
Ps. 137.
B obtriuerunt cor. Mira res est, & in altis habitat, & humilib. ꝓpinquat. Humilia respicit, excelsa aũt à longe cognoscit. Superbos lõge videt, eo illis minus ꝓpinquat, quo sibi vidẽtur altiores. Quęrebas ergo montẽ, descende vt attingas, sed si ascendere vis ascende, noli mõtem q̃rere: Ascensus, inqt, in corde eius: Hoc Psalmꝰ dicit, in cõualle plorationis. Cõuallis humilitatem hẽt, ergo intus age totũ.
Et si forte q̃ritis aliquem locum altũ, aliquẽ locum sanctum, intus exhibete in templum Deo. Templum. n. Dei sanctum est quod estis vos.
Psal. 83.
1. Co. 3.
In templo vis orare, in te ora. Sed prius esto tẽplum Dei, qa in templo suo exaudiet orãtem. Veniet ergo hora & nũc est, qñ veri adoratores adorabunt patrem in spũ & veri
Ephe. 2.
tate. Nos adoramus qđ scimus, vos adoratis qđ nescitis, qñ salus ex Iudæis est. Multũ dedit Iudæis, sed noli istos reprobos accipere. Parietem illum accipe cui adiunctus est aliꝰ,
C vt pacati in lapide angulari qđ est Christus, copulatent. Vnus. n. paries à Iudęis, vnus à gentib. longe a se isti parietes, sed donec in angulo coniungant. Alienigenæ aũt hospites erant, & peregrini à testamento Dei. Secundum hoc ergo dictũ est: Nos adoramus qđ scimus. Ex persona qdem Iudęorum dictum est, sed non oĩum Iudæorum, non reproborum Iudæorum, sed de qb. fuerant Apostoli, quales fuerunt Prophetæ, quales fuerunt illi oẽs sancti, qui oĩa sua vendiderunt, & precia rerũ suarum ad pedes Apostolorũ posuerũt, Non. n. repulit Deus plebem suam q̃ præsciAct. 4.
uit. Audiuit. n. hoc mulier ista, & addidit. Iã dudum Prophetã dixerat. Vidit talia dicere eũ cum quo loquebat, quæ iã plus essent ad Prophetam. Et qui rñdit, videte. Dicit ei mulier: Scio qa Messias veniet qui dr̃ Christus. Cum ergo venerit ille, oĩa nobis demõstrabit.) Quid est hoc? Modo ergo de templo cõtempto contendunt Iudæi, & nos de monte cõtendimus. Cum ille venerit, & montẽ cõtemnet, & templum euertet, & docebit nos ista oĩa, vt in spũ & veritate nouerimus adorare. Sciebat qs eam posset docere, sed iã docentem nondũ agnoscebat. Iam enim digna erat cui manifestaret. Messias autem vnctus est, vnctus Græce Christus est, Hebraice. Messias est, vnde & Punice, Messe dr̃ vnge, cognatæ quippe sunt linguæ istæ & vicinę, Hebraica, Punica & Syra. Ergo dicit ei mulier: Scio D
quia Messias veniet qui dr̃ Christus. Cũ ergo venerit, ille nobis annunciabit oĩa. Dicit ei 2. Co. 11.
Iesus, Ego sum qui loquor tecum.) Vocauit ergo virum suũ. Factus est vir eius caput mulieris, factus est Christus caput viri. Iam mulier ordinatur in fide, & regitur bene victura. Posteaquam audiuit hoc, Ego sum qui loquor tecum, iam vltra quid diceret, qñ Christus dñs manifestare se voluit mulieri cui dixerat: Crede mihi? Et continuo venerunt discipuli eius, & mirabantur quia cum muliere loquebatur,) quia quærebat perditam, qui venerat quærere quod perierat. Hoc enim illi mirabantur, bonum enim mirabantur, non malum suspicabãtur. Nemo tũ ei dixit, Quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo mulier hydriam suam.) Mulier audito, Ego sum qui loquor tecũ, & recepto in cor Christo domino, quid faceret nisi iã hydriã dimitteret & euangelizare curreret? Proiecit cupiditatem, & properauit annunciare veritatem. Discant qui volunt euangelizare, & proiiciant hydriam ad puteum. Recordamini quid superius dixerim de hydria, vas erat vnde aqua hauriebatur Græco nomine appellatur

pellatur hydria, quoniam Græce ὑδωρ aqua
E dr̃,tanquam si aquarium diceretur. Proiecit ergo hydriam suam,quę iã non vsui sed oneri fuit,auida quippe desiderabat aqua illa sãtiari,vt nunciaret Christũ onere abiecto:Cucurrit ad ciuitatem,& dicit illis homnib. Venite & videte hominem qui mihi dixit omnia quæcunq; feci.) Pedetentim egit ne illi quasi irascerenr̃,& indignarenr̃, & persequerenr̃:Venite & videte hoĩem, qui dixit mihi oĩa quæcunq; feci.Nunquid nõ ipse est Christus?Exierunt de ciuitate,& veniebant ad eũ. Et rogabant eum discipuli, dicentes, Rabbi manduca.)Ierant.n.emere cibos,& venerãt. Ille autem dixit,Ego habeo cibum mãducare quem vos nescitis.Dicebãt ergo discipuli adinuicem, Nunquid aliquis attulit ei mãducare?] Quid mirum si mulier illa non intelligebat aquam? Ecce discipuli non intelligunt escam. Audiuit autẽ cogitationes illorum,& iam instruit vt magister,non per circumitũ, sicut & illam cuius adhuc virum requirebat, sed iam aperte.Meus,inquit,cib.est,vt faciã, volũtatem eius qui misit me.) Ergo & potus
F ipse erat in illa muliere,vt faceret voluntatẽ eius qui miserat eum.Ideo dicebat, Sitio, da mihi bibere.s.vt fidem in ea operaretr̃,& fidẽ eius biberet,& eam in corpus suum traiiceret,corpus.n.eiꝰ Ecclesia:Ipse est ergo, inqt, cibus meus,vt faciam voluntatẽ eius qui me misit.Nonne vos dicitis quia adhuc quatuor mẽses sunt & messis venit?]In opus feruebat, & operarios mittere disponebat. Vos quatuor menses computatis vsque ad messem, ego vobis aliam messem albam & paratam ostendo.Ecce dico vobis,Leuate oculos vestros & videte, qa iam albæ sunt regiones ad messem.)Ergo messores missurus est. In hoc enim est verbum verum,qa alius est qui metit,alius qui seminat, vt & qui seminat simul gaudeat & qui metit. Ergo misi vos metere, quod vos non laborastis: Alii laborauerunt, & vos in labores eorũ introistis.Quid ergo? Messores misit,non seminatores.Quò messores?Vbi iam alii laborauerunt. Nam vbi iam laboratum erat, vtiq; seminatum erat, & qd̃ seminatum erat, iam maturum erat factum, falcem & trituram desiderabat. Quò ergo
G erant messores mittendi? Vbi iam prophetæ prædicauerant,ipsi enim seminatores. Nam si ipsi non seminatores, vnde ad illam mulierem peruenerat:Scio quia Messias veniet?Iã ista mulier fructus maturus erat, & erãt albæ messes & falcem quærebant. Misi vos quoq; metere qd̃ non seminastis.Alii seminauerũt, & vos in labores eorum introistis.Qui laborauerunt?Ipse Abrahã,Isaac,& Iacob.Legite labores eorum.In omnib.laborib.eorũ prophetia Christi,& iõ seminatores. Moyses & cæteri patriarchæ & oẽs prophetæ q̃ta pertulerunt in illo frigore qñ seminabant?Ergo iã in Iudæa messis parata erat. Merito ibi tanq̃ Act̃o.4.
matura seges fuit, qñ tot hominũ milia precia rerum suarum afferebãt,& ad pedes Apostolorum ponentes, expeditis humeris a sarcinis secularib.Christum dñm sequebanr̃.Vere matura messis, Quid inde factum est? De ipsa messe eiecta sunt pauca grana,& seminauerunt orbem terrarum, & surgit alia messis quæ in fine seculi metenda est. De ista messe dr̃,Qui seminãt in lachrymis, in gaudio metent. Ad istam ergo messem, nõ Apostoli sed angeli mittenr̃.Messores, inquit,angeli sunt. Ista ergo messis crescit inter zizania,& expectat purgari in fine.Illa vero messis iam matura erat,quo prius missi sunt discipuli, vbi prophetæ laborauerunt.Sed tñ fratres videte quid dictum sit, Simul gaudeat, & qui seminat & qui metit.Disparis tẽporis labores habuerunt Apostoli & prophetæ, sed gaudio pariter perfruentur, mercedem simul accepturi sunt vitam æternam. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritani pp sermonem eius, non propter verbum mulieris testimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quæcunque feci. Cum venissent aũt ad eum Samaritani, rogauerunt vt apud eos maneret, & mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter sermonem eius. Et mulieri dicebant, quia iam non propter tuam loquelam credimus, ipsi enim nos audiuimus & scimus quia hic est vere saluator mundi.) Et hoc paululum animaduertendum est, quia lectio terminata est. Mulier primum nunciauit, & ad mulieris testimonium crediderunt Samaritani,& rogauerunt eum vt apud eos maneret, & mansit ibi biduo & plures crediderũt, cum credidissent, dicebant mulieri,Non iam propter verbum tuum credimus, sed ipsi cognouimus & scimus,quia est vere hic saluator mũdi, primo
I per famam, postea per præsentiam. Sic agi-

tur

Act̃o. 4. D 2.Co.11. Psal. 125. Mat.13. H

tur hodie cum eis qui foris sunt, & nondum sunt Christiani, Christus nunciatur per christianos amicos, tãquam illa muliere, hoc est, Ecclesia annunciante, ad Christum veniunt, credunt per istam famam, manet apud eos biduo, hoc est, dat illis duo præcepta charitatis, & multo plures & firmius in eũ credunt, quoniam vere ipse est saluator mundi.

Ab eo loco vbi ait, Post duos autẽ dies exiit inde, & abiit in Galilæam, vsque ad id qđ ait, Quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus, Filius tuus viuit, & credidit ipse, & domus eius tota. Tract. XVI.

HOdierna euãgelica lectio, hesterni diei sequit lectionem, quæ nobis proponit ad disputandum. In qua qdem sensus nõ sunt inuestigatione difficiles, sed digni prædicatione, digni admiratione & laudatione. Proinde locum istum Euangelii cum cõmẽdatione commemoremus, potiusquam cum difficultate tractemus: Abiit n. Iesus post biduum) qđ fecerat in Samaria, In Galilæam) K vbi nutritus erat, Secutus aũt Euangelista, ait, Ipse.n. Iesus testimonium peribuit, quia propheta in patria sua honorem non habet.) Nõ propterea post biduum descesit Iesus de Samaria, quia honorem in Samaria non habebat: non.n. Samaria patria ipsius erat, sed Galilæa. Cum ergo istam deseruisset tam cito, & ad Galilæam venisset vbi nutritus erat, qũo attẽdit, Quia propheta in patria sua honorẽ non habet? magis vr attestari potuisse, quia propheta in patria sua honorem nõ haberet: si contemneret pergere in Galilæam, & in Samaria remansisset. Intendat ergo charitas vestra insinuatum nobis non modicum sacramentum, suggerente domino & donante qđ loquar. Quæstionem propositam cognouistis solutionem eius exquirite. Sed repetam9 propositionem, vt solutionem desiderabilẽ faciamus. Mouit nos cur Euangelista dixerit, Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, ꝙ propheta in patria sua honorem non habet. Hoc permoti retexamus verba superiora, vt inueniamus, cur hoc Euangelista dicere voluerit, & inuenimus, superiora verba eius ita narrantis, quoniam post biduum profectus est de Samaria in Galilæam. Propter hoc ergo dixisti o Euangelista testimonium perhibuisse Iesum, ꝙ Propheta in patria sua honorem non haberet, quia post biduum reliquit Samariam, & properauit venire in Galilæã? Imò vero quasi videor mihi cõgruentius intelligere, quia si honorem in patria sua Christus non haberet, non ad eam relicta Samaria festinaret: sed, nisi fallor, imò quia verum est & non fallor, melius enim q̃ ego vidit Euangelista quid diceret, melius me veritatem videbat, qui eam de pectore dñi bibebat. Ipse est enim Ioannes euãgelista, qui inter omnes discipulos super pectus domini discumbebat, & quem Deus charitatem debẽs omnib. tamen præ cæteris diligebat. Ergo ille fallere tur, & ego recte sentirem? Imò si pie sapio, obediẽter audiam quod dixit, vt merear sentire qđ sensit. Accipite itaq; charissimi, quid hic sentiam sine præiudicio, si vos melius aliquid senseritis, magistrum enim vnũ omnes habemus, & in vna schola cõdiscipuli sumus. Hoc ergo sentio, & videte si non aut verum est, aut propinquat veritati quod sentio. In Samaria biduum fecit, & crediderũt in eum Samaritani, tot dies in Galilça fecit, & crediderunt Galilæi. Retexite vel recolite memoria esterni diei & lectionem & sermonem. Venit in Samariam, vbi eum primum mulier illa prædicauerat, cum qua ad puteũ M Iacob locutus erat magna mysteria, eo viso Samaritani & audito crediderunt in eum ꝓpter verbum mulieris, & firmius crediderũt propter verbum eius, & plures crediderunt, sicut scriptum est ibi, facto biduo. Quo numero dierum mystice commẽdatus est duorum numerus præceptorum, in quibus duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ, sicut estermo die nos commendasse meministis. Pergit in Galilæam, & venit in ciuitatem Chanam Galilææ, vbi de aqua vinum fecit.) Ibi autem quando aquam in vinum conuertit, sicut scribit ipse Ioannes, crediderunt in eum discipuli eius, & vtiq; plena erat dom9 turbis conuiuantium. Factũ est tam magnum miraculum, & non in eum crediderunt nisi discipuli eius. Hãc ciuitatem Galilææ modo repetiuit. Ecce quidam regulus cuius filius infirmabatur, venit ad eum, & rogare cœpit vt descenderet,] Ad illam ciuitatem vel domum, Et sanaret filium eius, incipiebat enim inquit, mori.) Qui rogabat non credebat. Quid a me expectas audire? Dominũ interroga

L Ioan. 13.

Matt. 22.

Rom. 1

roga quid de illo senserit. Rogatus enim talia rñdit, Nisi signa & prodigia videritis non
A creditis.) Arguit hoiem in fide tepidum, aut frigidum, aut omnino nullius fidei, sed tenta re cupientem de sanitate filii sui, qualis esset Christus, & quis esset, q̃tum posset. Verba.n. rogantis audimus, cor diffidentis non videmus, sed ille pronunciauit, qui & verba audiuit & cor inspexit. Deniq; & ipse euangelista testimonio narrationis suæ ostendit, qa non dũ crediderat, qui venire ad domũ suã dñm cupiebat ad sanandum filiũ eius. Nã posteaq̃ ei nunciatum est sanum esse filium eius, & inuenit ea hora sanatũ, qua hora dñs dixerat, Vade filius tuus viuit, & credidit, inquit, ipse & domus eius tota.) Si ergo propterea credidit & ipse & domus eius tota, quia nũciatus est filius eius sanus, & comparauit horã nunciantium horæ p̃nunciantis, qñ rogabat, nõdum credebat. Samaritani nullũ signũ expectauerant, verbo eius tm̃ modo crediderant, ciues aũt eius audire meruerunt. Nisi signa & prodigia videritis, nõ creditis, & ibi tm̃ facto tanto miraculo, non credidit, nisi ipse & domus eius. Ad solũ sermonẽ crediderũt plures
B Samaritani, ad illud miraculũ sola illa dom⁹ credidit, vbi factũ est. Quid igit̃ fratres, quid nobis commendat dñs? Tunc Galilæa Iudææ
Prodigiũ patria erat dñi, quia ibi nutritus est, nunc vero qa portẽdit aliquid res illa, non.n. sine cã dicta sunt p̃digia, nisi quia aliud protendũt, prodigium.n. appellatum est quasi porrodicium, qd̃ porro dicat, porro significet, & aliquid futurum esse portẽdat. Quia ergo aliqd illa omnia portendebãt, aliqd illa omnia p̃dicebant, faciamus modo nos patriã dñi nostri Iesu Christi secundum carnem, nõ.n. habuit patriam in terra, nisi secũdum carnem, quam accepit in terra. Faciamus ergo patriã dñi populũ Iudæorũ. Ecce in patria sua honorem non hẽt. Modo attende Iudæorũ turbas, attẽde iam gentem illam dispersam toto orbe terrarũ, & euulsam de radicib. suis attẽde ramos fractos, p̃scissos, dispersos, aridos, qb. fractis inseri meruit oleaster. Vide turbã Iudæorum, quid dicit modo? Quem colitis,
Rom. 11. Quem adoratis fratres noster erat. Et nos rñdeamus, propheta in patria sua honorẽ non habet. Deniq; illi ambulãtem dñm Iesum in terra facientem q̃s miracula, cæcos illuminã
C tem, surdis aures aperientem, mutorum ora foluentem, paralyticorũ membra restringentem, super mare ambulantem, ventis imperãtem & fluctib. mortuos suscitantem, tanta signa facientem viderũt, & vix inde pauci crediderunt. Populo Dei loquor. Tam multi credidimus, quæ signa vidimus? Illud ergo qd̃ factum est tunc, hoc quod nunc agitur portẽdebat: Iudæi fuerũt vel sunt similes Galilæis, nos similes illis Samaritanis. Euangeliũ audiuimus, Euangelio credidimus, Euangelio cõsensimus, per Euangelium in Christum credidimus, nulla signa vidim⁹, nulla exigimus. Quanuis.n. vnus ex duodecim electis & sanctis tm̃ Israelita fuit de gente. s. dñi, Thomas Ioan. 20.
ille qui in loca vulnerum digitos cupiebat mittere, sic eum arguit dñs qũo istum regulum. Huic dixit, Nisi signa & prodigia videritis non creditis: Illi autem dixit, Quia vidisti, credisti. Ad Galilæos venerat post Samaritanos, q̃ sermoni eius crediderãt, apud quos nulla miracula fecerat, quos firmos in fide securus cito dimiserat. qa diuinitatis præsentia non dimiserat, Ergo qñ dicebat dñs Thomæ, Veni, mitte manum tuam & noli esse incredulus sed fidelis, & cum ille exclamaret tactis vulnerũ locis & diceret, Dñe meus & Deus meus, increpatur & dr̃ ei, Quia vidisti D
credidisti. Quare? Nisi qa propheta in patria sua honorem non hẽt. Quia vero apud alienigenas propheta iste honorem habet, quid sequi? Beati qui non viderunt & crediderunt. Prædicti sumus nos & quod dñs ante laudauit, & in nobis implere dignatus est. Viderũt qui crucifixerunt, palpauerunt, & sic pauci crediderunt, nos nõ vidimus, non contrectauimus, audiuimus, credidimus, fiat in nobis, p̃ficiat in nobis beatitudo quã promisit hic, quia patriq̃ ipsius prælati sumus, & in futuro seculo, quia pro ramis fractis inserti sumus. Hos.n. ramos se fracturũ esse monstrabat, & hunc oleastrum inserturum, qñ commotus Centurionis fide, qui ei dixit, Non sum dignus vt sub tectum meum intres, sed tm̃ dic verbo, & sanabit̃ puer meus: nam & ego hõ sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, vade & vadit, & alii, veni & venit, & seruo meo, fac hoc & facit. Cõ Mat. 8.
uersus ad eos qui se sequebant̃, dixit, Amen dico vobis, non inueni tantam fidẽ in Israel. Quare nõ inuenit tantã fidẽ in Israel? Quia E
Propheta in patria sua honorem non habet.

Nunquid

Nunquid nõ & illi Centurioni poterat dicere dns, quod dixerit huic regulo, Vade, puer tuus viuit? Videte distinctionem, regulus iste dñm ad domum suam descẽdere cupiebat, ille Centurio indignum se esse dicebat. Illi dicebat, Ego veniã & curabo eum, huic dictũ est, Vade filius tuus viuit. Illi præsentiam suã promittebat, hũc verbo sanabat. Iste prẽsentiam suam extorquebat, ille se præsentia eius indignũ esse dicebat, huic succensum est elationi, illi consensum est humilitati, tanq̃ huic diceret, Vade filius tuus viuit, noli mihi tædium facere, Nisi signa & ꝓdigia videritis, non creditis. Præsentiam meam vis in domo tua posũ & verbo iubere. Noli tu de signis credere, Centurio alienigenita credit verbo posse facere, & anteq̃ facerem, credidit: vos nisi signa & prodigia videritis, non creditis.

Rom. 11. F Ergo si ita est, frangant superbi rami, humilis inseraẽ oleaster, manet tñ radix, illis præcisis, istis receptis. Vbi manet radix? In patriarchis. Etenim patria Chri populus Israel, qa ex eis venit ſm carnem. Sed huius arboris radix, Abrahã, Isaac, & Iacob, patriarchæ sancti. Et vbi sunt isti? In requie apud Deũ in honore magno, vt in Abrahæ sinum iustus ille pauper post corporis exitũ, leuaret, & in

Luc. 16. Abrahæ sinu de longinquo à superbo diuite videret. Ergo radix manet, radix laudat, sed rami superbi & præcidi & arescere meruerũt, oleaster aũt humilis illorum ꝑcisione in uenit locum. Audi ergo quemadmodum prẽcidant rami naturales, quẽadmodum inseraẽ oleaster ex ipso Centurione, quem ꝓp cõparationem huius reguli commemorandũ putaui. Amen, inqt, dico vobis, non inueni tãtã

Mat. 8. fidẽ in Israel. Propterea dico vobis, qa multi ab oriente & occidente venient. Quam late terra occupauerat oleaster. Amara sylua mũdus hic fuit. Sed ꝓp humilitatẽ, non sum dignus vt intres sub tectũ meũ. Multi ab oriente & occidente venient. Et puta quia venient, quid de illis fiet? Si. n. venient, iam ꝑcisi sunt de sylua, vbi inserẽdi sunt ne arescãt? Et recũbent, inquit, cum Abrahã & Isaac & Iacob.

G In quo conuiuio? Ne forte non inuites ad sp viuendum, sed ad multũ viuẽdum, recũbent cum Abraham & Isaac & Iacob. Vbi? In regno, inqt, cẽlorũ. Et qd erit de illis qui venerunt ex Abrahæ? Quid de ramis qb. arbor plena erat? Quid, nisi quia præcident, vt isti insẽrãtur? Doce quia præcidẽtur, audi, Filii, aũt, inquit, regni ibunt in tenebras exteriores. Habeat ergo apud nos honorem Propheta, qa non habuit honorem in patria sua. Non habuit honorem in patria in qua conditus est, habeat honorem in patria quam cõdidit. In illa. n. conditus est conditor omnium, conditus in illa est secundum formam serui: nã ipsam ciuitatem in qua conditus est, ipsã Siõ, ipsam Iudæorum gentem, ipsam Hierusalẽ, ipse cõdidit cum esset apud patrem verbum Dei, omnia. n. per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. De illo ergo hoie de quo *Ioan. 1.* & hodie audiuimus vnus mediator Dei & *1. Ti. 2.* hominum homo Christus Iesus, etiam Psal- *Psal. 86.* mus prælocutus est dicens, Mater Sion dicet homo. Quidam homo mediator Dei & hominũ, homo mater Sion dicet: Quare mater Sion dicet? Quia inde accepit carnẽ, inde virgo Maria, de cuius vtero serui forma susceptа est, in qua dignatus est apparere humilimus. Mater Sion dicet homo, & homo iste q̃ dicit mater Sion, factus est in ea, homo fact' est in ea. Nã Deus erat anteeã, & homo fact' est in ea. Qui homo factus est in ea, ipse fun- H dauit eam altissimus, non humilimus. Hõ *Ioan. 1.* factus est in ea humilimus, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ipse fundauit eam altissimus, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbum, oĩa per ipsum facta sunt. Quia vero condidit illam patriam, hic habeat honorem. Repulit eum patria in qua natus [est, *Alias generatus.* susciꝑiat eum patria, quam regenerauit.

Ab eo quod scriptum est, post hæc erat dies festus Iudæorũ, & ascendit Iesus Hierosolymam, vsq; ad id quod ait, Quærebãt eũ *Cap. 5.* Iudæi interficere, quia non solũ soluebat sabbatum, sed & patrem suũ dicebat Deũ, æqualem se faciens Deo. Tract. XVII.

MIrum non esse debet à Deo factũ miraculũ, mirum. n. esset si homo fecisset. Magis gaudere q̃ mirari debemus, qa dñs noster & saluator Iesus Christus hõ factus est, q̃ quod diuina inter hoies Deus fecit: Plus est enim ad salutem nostrã quod factus est ꝓp I homines, quã quod fecit inter homines, & plus est quod vitia sanauit animarum nostrarũ, quam quod sanauit languores corporũ

mori-

morituroꝝ. Sed quia ipſa anima nec eum nouerat à quo ſananda erat, & oculos hẽbat in carne vnde facta corporalia videret, nondum habebat ſanos in corde, vñ Deum latentem cognoſceret, fecit quod videri poterat, vt ſanaret vnde videri non poterat. Ingreſſus eſt locum vbi iacebat magna multitudo languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, & cum eſſet medicus & aïarum & corporum, & qui veniſſet ſanare omnes aïas credituroꝝ, de illis languẽtib. vnum elegit quẽ ſanaret, vt vnitatem ſignificaret. Si mediocri corde, & quaſi humano captu & ingenio cõſideremus facientem, & qđ ad ptãtem pertinet, nõ magnum aliq̃d perfecit, & qđ ad benignitatẽ, parum fecit. Tot iacebant, & vnus curatus eſt, cum poſſet vno verbo omnes erigere. Quid ergo intelligendum eſt, niſi quia ptãs illa, & benignitas illa magis agebat, qđ aïæ in factis eius, p ſalute ſempiterna intelligerent, q̃ q̃d pro tẽporali ſalute corpora merentẽ? Corporum. n. ſalꝰ quæ vera expectat
K a dño erat in fine in reſurrectione mortuoꝝ: tunc qđ viuet, non morietur, tunc quod ſanabitur, non ægrotabit, tunc quod ſatiabitur non eſuriet neq; ſitiet, tunc quod renouabitur non veteraſcet, nunc vero in illis factis dñi & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & cæterorũ aperti oculi, morte clauſi ſunt, & paralyticorum membra conſtricta, morte diſſoluta ſunt, & & quicquid ſanatum eſt temporaliter in mẽbris mortalib. in fine deficit. Aïa vero q̃ credidit, ad vitam ęternam tranſitum fecit. Aïæ ergo creditureę, cuiꝰ peccata dimittere venerat, ad cuius languores ſanandos ſe humiliauerat, de hoc languido ſanato magnũ ſignũ dedit. Cuius rei & cuius ſigni profundum ſacramentum, quantum dñs donare dignat, attentis vobis & orãdo adiuuantib. infirmitatẽ noſtram, loquar vt potero. Quicquid aũt nõ poſſum, ſupplebit in vobis ipſe, quo adiuuãte facio qđ poſſum. De hac piſcina, quę q̃nque porticib. cingebat, in q̃b. iacebat magna multitudo languẽtium aſsidue nos tractaſſe memini, & rem dicturus ſum, q̃ mecum pluI res recognoſcant potius q̃ cognoſcant. Verũ nihil eſt ab re etiã nota repetere, vt & qui nõ nouerant, inſtruãtur, & qui nouerant, cõfirmentur. Proinde tanquam nota breuiter perſtringenda ſunt, non ocioſe inculcanda. Piſcina illa & aqua illa, populũ mihi vł ſignificare Iudæorum. Significari enim nomine aquarum populũ, aperte nobis indicat Apocalypſis Ioannis, vbi ei cum oſtenderentur aquæ multæ, & interrogaſſet quid eſſent, trſum accepit, populos eſſe. Aqua ergo illa. i. populus ille quinq; libris Moyſi, tanquã q̃nque porticibus claudebat. Sed illi libri prodebant languidos, nec ſanabãt, lex enim peccatores conuincebat, non ſoluebat. Ideo litera ſine gratia reos faciebat, quos confitentes gratia liberabat. Nã hoc dicit Apoſtolus, Si enim data eẽt lex quę poſſet viuificare, oĩno ex lege eſſet iuſtitia. Quare ergo data eſt lex? Sequit & dicit, Sed concluſit ſcriptura oĩa ſub peccato, vt promiſsio ex fide Ieſu Chriſti dareť credẽtib. Quid euidentius? Nõne verba hęc expoſuerũt nobis & q̃nque porticus, & languentiũ multitudinẽ? Quinq; porticus lex eſt. Quare quinq; porticus non ſanabant languentes? Quia ſi data eſſet lex quæ poſſet viuificare, oĩno ex lege eſſet iuſtitia. Quare M ergo continebant, quos non ſanabant? Quia concluſit ſcriptura oĩa ſub peccato, vt promiſsio ex fide Ieſu Chriſti dareť credẽtibus. Quid ergo fiebat vt in aqua illa turbata ſanarent, q̃ porticib. ſanari nõ poterant? Subito. n. videbat aqua turbata, & a quo turbabat non videbat. Credas hoc euangelica virtute fieri ſolere, non tñ ſine ſignificante aliquo ſacro. Poſt aq̃ turbatã mittebat ſe vnus q̃ poterat & ſanabat ſolus, poſt illũ q̃ſquis ſe mitteret, fruſtra faceret. Quid ſibi ergo hoc vult, niſi q̃a venit vnus Chriſtus ad populum Iudæorũ, & faciendo magna, docendo vtilia, turbauit peccatores, turbauit aquam præſentia ſua, & & excitauit ad paſsionẽ ſuã ſed latens turbauit. Si. n. cognouiſſent, nunq̃ dñm gloriæ crucifixiſſent. Deſcẽdere ergo in aquã turbatã, 1. Co. 2. hoc eſt, humilia credere in dñi paſsionẽ, ibi ſanabat vnus ſignificãs vnitatẽ. Poſtea q̃ſq̃ veniret, non ſanabat, q̃a quiſquis prẽter vnitatem fuerit, ſanari nõ poterit. Videamus ergo quid voluerit ſignificare in illo vno, quẽ etiam ipſe ſeruans vnitatis myſterium, ſicut prælocutus ſum de tot languentib. vnum ſanare dignatus eſt. Inuenit in annis eius numerum quendam languoris. Triginta & octo annos habebat in infirmitate.) Hic numerus quomodo magis ad languorem pertineat q̃ A ad ſanitatem, paulo diligentius exponẽdum eſt. Intentos vos volo, aderit dominus, vt

Ioan. 1. 1. Ti. 2. Pſal. 86. H Ioan. 1. Alias generatim. Cap. 5. I

Gala. 3.

Apo. 17.

conguè

congruè loquar,& sufficienter audiatis. Quadragenarius numerus sacratus nobis in quadam perfectione commendat. Notum esse arbitror charitati vestrę, testant sæpissimè diuinæ scripturę, ieiunium hoc numero cõsecratum esse, bene nostis: nam & Moyses. xl. dieb. ieiunauit, & Helias totidem, & ipse dñs noster & saluator Iesus Christus hunc ieiunii numerũ impleuit. Per Moysen significat lex, per Heliam significant prophetæ p dñm significat Euangelium. Ideo in illo mõte tres apparuerũt, vbi se discipulis ostẽdit in claritate vultus & vestis suæ. Apparuit. n. medius inter Moysen & Heliam tanq̃ Euãgelium testimonium hꝛet à lege & prophetis: Siue ergo in lege, siue in Prophetis, siue in Euangelio, quadragenarius numerus nobis in ieiunio cõmẽdat. Ieiunium magnum & generale est, abstinere ab iniquitatib. & illicitis voluptatib. seculi, quod est perfectum ieiuniũ, vt abnegantes impietatem & seculares cupiditates, temperanter, & iuste & piè viuamus in hoc seculo. Huic ieiunio q̃ mercedem addit Apostolus? Sequit & dicit, Expectãtes illam beatã spem & manifestationem gloriæ beati Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. In hoc ergo seculo quasi quadragesimam abstinẽtiæ celebramus, cum bene viuimus, cũ ab iniquitatib. & ab illicitis voluptatib. abstinemus. Sed qa hæc abstinẽtia sine mercede nõ erit, expectamus beatam illam spẽ, & reuelationem gloriæ magni Dei, & saluatoris Iesu Christi. In illa spe, cũ fuerit de spe facta res, accepturi sumus mercedẽ denarium. Ipsa. n. merces reddit operariis in vinea laborantib. C ſm Euangeliũ, qđ vos credo reminiſci, neq; enim oia commemoranda sunt tanq̃ rudib. & imperitis. Denarius ergo qui accepit nomen à numero decem reddit, & coniunctus quadragenario fit qnquagenarius, vnde cum labore celebramus quadragesimam ante pascha, cum lætitia vero tanq̃ accepta mercede qnquagesimam post pascha. Nam huic tanq̃ salutari labori boni operis, qui pertinet ad quadragenarium numerum, addit quietis & felicitatis denarius vt qnquagenarius fiat. Significauit hoc & ipse dñs Iesus multo apertius, qñ post resurrectionem. xl. dieb. conuersatus est in in terra cũ discipulis suis, quadragesimo aũt die cũ ascendisset in cœlũ, peractis decẽ dieb. misit mercedẽ spũsãcti. Signi

Exo. 34. *3. Re. 19.* *Mat. 4.* *Mat. 17.*

B

De conſ. di. 5. c. Ieiunii. Ad Titum. 2

Mat. 20.

Actu. 1.

ficata sunt ista, & quibusdã significationibus res ipsæ ꝑuentæ sunt. Significationib. pascimur, vt ad res ipsas durantes ꝑuenire possimus. Operarii. n. sumus, & adhuc in vinea laboramus, finito die, finito opere, merces restituet. Sed qs operarius perdurat ad ꝓcipiẽdã mercedẽ, nisi qui pascit cũ labora? Nõ. n. & tu operario tuo mercedẽ solã daturus es, non ẽt afferes illi vñ vires reparet in labore? Pascis vtiq; cui mercedẽ daturus es. Proinde & nos dñs i istis scripturarũ significationib. laborantes pascit: nã si ista intelligẽdorum sacrm lætitia subtrahat à nobis, deficimus in labore, & nõ erit qui perueniat ad mercedẽ. Qũo ergo quadragenario numero perficit D opus? Fortasse ideo, qa lex in decẽ præceptis data est, & per totũ mundũ ꝓdicãda erat lex, qui totus mundus quatuor partib. commendat, Oriente, & Occidente, Meridie & Aquilone, vnde denarius ꝑ quatuor multiplicat⁹, ad quadragenariũ peruenit, vel qa per Euangelium, qđ quatuor libros hẽt, impletur lex, qa in Euangelio dictũ est, Non veni soluere legẽ, sed adimplere. Siue ergo illa, sine ista sit cã, siue alia aliqua ꝓbabilior, q̃ nos latet, doctiores non latet, certũ est tñ quadragenario numero significari q̃dam perfectionẽ in operib. bonis, q̃ maxime opera bona exercent in abstinentia quadã ab illicitis cupiditatib. seculi, hoc est, gñali ieiunio. Audisti & Apostolũ dicentẽ, Plenitudo legis charitas. Charitas vnde? Per gratiã Dei, per spũm sanctũ. Non. n. habemus illam ex nobis, quasi facientes illã nobis, Dei donũ est, & magnum donum: qm̃ charitas Dei, inquit, diffusa est in cordib. nostris per spũm sanctũ qui datus est nobis. Charitas ergo implet legẽ, & verissimè dictũ est, Plenitudo legis charitas. Quæramus hãc charitatem, quemadmodũ commendat à dño. Mementote qđ proposuerim, numerũ triginta octo annorũ in illo lãguido. Volo exponere quare numerus ille trigesimus & octauus, lãguoris si poti⁹ q̃ sanitatis. Ergo, vt dicebã, charitas implet legem. Ad plenitudinẽ legis in omnib. operib. pertinet quadragenarius numerus. In charitate autem duo præcepta nobis commendantur. Intuemini obsecro & figite memoriæ quod dico, ne sitis contemptores verbi, ne fiat anima vestra via, vbi grana iactata nõ germinẽt, & venient, inqt, volatilia cœli & colligent ea. Percipite & recon-

Mat. 5.

Eſai. 1 *Rom. 9*

1. Ti. 2.

Rom. 5. E

Mat. 13.

dite

dite in cordibus vestris, charitatis præcepta duo sunt à dño commendata, Diliges dñm
Mat. 22. Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota aĩa tua, & ex tota mẽte tua: &, Diliges proximũ tuum sicut teipsum, in his duob. præceptis to
Mat. 12. Luc. 10. ta lex pendet & prophetæ. Merito & illa vidua oẽs facultates suas, duo minuta misit in odna Dei, merito & ꝓ illo languido à latronib. sauciato, stabularius duos numos accepit vñ sanaret, merito apud Samaritanos biduũ fecit Iesus, vt eos charitate firmaret. Binario ergo isto numero cũ aliqd boni significat, maxime bipertita charitas commendat.

F Si ergo quadragenarius numerus habet perfectionem legis, & lex nõ impletur nisi in gemino prẽcepto charitatis, quid miraris quia languebat, qui ad quadraginta duo minus habebat? Videamus, inde iam quo sacro iste languidus curet à dño. Venit.n. ipse dñs, charitatis doctor, charitate plenus, breuiãs, sicut
Esai. 10. Rom. 9. de illo prædictum est, verbũ super terram, & ostendit in duob. prẽceptis charitatis pẽdere legẽ & Prophetas. Inde ergo pependit Moyses quadragenario suo, inde Helias cũ suo, hunc numerũ attulit dñs in testimonio suo. Curat iste lãguidus à prẽsente dño, sed prius qd ei dicit? Vis sanus fieri?) Rñdit ille hoiem se non hre, à quo in piscinam mittat. Vere necessarius erat illi homo ad salutẽ, sed homo ille qui & Deus est. Vnus.n. Deus, vnus & mediator Dei & hoium, homo Christus Iesus.
1. Ti. 2. Venit ergo homo; qui erat necessarius: quare sanitas differt? Surge, inquit, tolle grabatum tuum & ambula.) Tria dixit, Surge, tolle gra
Rom. 5. G batũ tuũ, & ambula. Sed surge, non operis imperium fuit, sed operatio sanitatis. Sano autẽ duo imperauit tolle grabatum tuũ, & ambula. Rogo vos, cur non sufficeret, ambula? Aut certe cur non sufficeret, surge? Neque.n. ille cũ sanus surrexisset, in loco remãsisset, nõne ad hoc surrexisset vt abiisset? Mouet ergo me etiam ꝙ duo præcepit, qui illum iacentem duob. minus inuenit, tanquã.n. duo quædam iubendo qđ minus erat impleuit. Qũo ergo inueniamus in his duo dñi iussis, duo illa ꝑcepta significata esse charitatis? Tolle, inqt, grabatum tuum & ambula. Quæ sunt præcepta fratres recolite mecũ. Notissima enim esse debent, nec modo tm venire in mentem cum commemorantur à nobis, sed deleri nũquam debẽt de cordib. vestris. Semper oĩno cogitate, diligẽdum esse Deum & proximũ.
Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex to *Mat. 22.*
ta mente, & proximum tanq̃ tepsum. Hæc ſp cogitanda, hæc meditãda, hęc retinenda, hęc agẽda, hęc implenda sunt. Dei dilectio prior est ordine ꝑcipiendi, proximi aũt dilectio prior est ordine faciendi. Neque. n. qui tibi ꝑciperet dilectionem istam in duob. præceptis, prius tibi commendaret proximum, & postea Deum, sed prius Deum, postea proximum. Tu autem qa Deum nondum vides, diligendo proximum, promereris quem videas, diligendo proximum, purgas oculũ ad videndũ Deũ, euidenter Ioanne dicente, Si H
fratrem quem vides nõ diligitis, Deum quẽ non vides qũo diligere poteris? Ecce dr tibi, *1. Ioã. 4.*
dilige Deum. Si dicas mihi, ostẽde mihi quẽ diligam, qd rñdebo nisi qđ ait ipse Ioannes? Deum nemo vidit vnquam. Et ne te alienum
Ioan. 1. oĩno à Deo videndo esse arbitreris, Deus, in
1. Ioã. 4. quit, charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo. Dilige ergo ꝓximum, & intuere in te, vnde diligis ꝓximũ, *Esai. 58.*
ibi vibebis vt poteris Deum. Incipe ergo diligere proximum. Frãge esuriẽti panem tuũ, & egenum sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum, vesti, & domesticos seminis tui ne despexeris. Faciens aũt ista quid consequeris? Tũc erumpet velut matutina lux tua. Lux tua Dei est, tibi matutina, qa post noctẽ seculi tibi veniet, nam ille nec oritur nec occidit, qa sp manet. Erit tibi matutinus redeũti, qui tibi occasum fecerat pereunti. Ergo tolle grabatum tuum mihi vt dixisse, dilige proximum tuum. Sed clausum est adhuc, & I
expositione indiget quãtum arbitror, quare in tollendo grabato dilectio proximi commendatur, nisi forte hoc nos offendit, qa per grabatum rem quandam stolidam & insensatam proximus commendat. Non irascat ꝓximus, si commendatur nobis per rem, quæ sine aĩa & sine sensu est. Ipse dñs & saluator noster Iesus Chrs lapis angularis dictus est, *Ephe. 1 2. Co. 10*
vt duos conarderet in se. Dictus est & petra vnde aqua profluxit, Petra aũt erat Christus. Quid ergo mirum si petra Christus, lignum proximus? Nõ tamen qualecunque lignum quomodo nec illa qualiscunq; petra, sed vñ aqua profluxerat sitiẽtib. Nec qualiscunq; lapis, sed angularis, qui in semetipso copulauit duos parietes è diuerso veniẽtes, sic nec q̃le-

cunque

cunque lignum proximũ acceperis, sed grabatũ[portãs]Quid ergo in grabato obsecrote? Quid, nisi quia ille languidus grabato portabat? Sanatus aũt grabatũ portat. Quid dictũ
Gala. 6. est ab Apostolo? Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. Lex ergo Christi charitas est, nec charitas implet nisi
Ephe. 4. inuicẽ onera nostra portemus: Sufferẽtes, inqt, inuicẽ in dilectione, studẽtes seruare vnitatem spũs in vinculo pacis. Cum esses lan
K guidus, portabat te proximus tuus, sanus factus es, porta proximũ tuum. Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legẽ Chri. Sic adimplebis o homo qđ tibi deerat. Tolle ergo grabatũ tuum, sed cũ tuleris, noli remanere, ambula, diligendo proximũ, & curam
Deut. 6. habendo de proximo tuo: Iter agis, quo iter
Mat. 25. agis, nisi ad dñm Deum tuũ, & ad eum quem diligere dẽmus ex totõ corde, ex tota aia, ex tota mente? Ad dñm.n. nõdum peruenimus, sed proximum nobiscum habemus. Porta ergo eum cum quo ambulas, vt ad eum perue nias, cum quo manere desideras. Tolle ergo grabatum tuum & ambula. Fecit hoc ille, & scandalizati sunt Iudæi. Videbant. n. hoiem die sabbati portantẽ grabatum suũ, nec calũ
Alias ne niabantur dño q̃ sanum fecerat sabbato, vt * eis rñderi posset, quia si cuiusquam eorũ iumentũ in puteum cecidisset, vtiq; die sabbati erueret illud, & saluaret iumentum suũ. Non vtiq; iam illi obiiciebant qđ die sabbati sanatus esset homo, sed q̃ portaret grabatũ suũ. Si sanitas nõ erat differenda, nunqd & opus fuerat imperandũ? Non licet tibi, inquit, facere, qđ facis, tollere grabatum tuum.) Et ille authorem sanitatis suæ obiiciebat calũnia
L torib. Qui, inqt, me fecit sanum, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum & ambula.) Non acceperẽ iussionẽ, à quo acceperã sanitatẽ? Et illi. Quis est ille hõ q̃ tibi dixit, Tolle grabatum & ambula? Sed qui sanus erat factus nesciebat q̃s esset,) à quo hoc audierat. Iesus aũt (cũ hoc feciſſet & iussisset. Declinauerat ab eo in turba.) Videte, quẽadmodũ & hoc impleat. Portamus proximum, & ambulam' ad Deum, sed eũ ad quem ambulamus, nõdũ videmus. Ideo & ille nondũ nouerat Iesum. Sacrũm hoc commendatum est, q̃a in eũ credimus quem nondum videmus. Et vt non videamus, declinat in turba. Difficile est in turba videre Christum, solitudo quædã necessaria est menti nostræ, quadam solitudine intentionis vr̃ Deus. Turba strepitum habet, visio ista secretum desiderat. Tolle grabatum tuum, porta portatus proximum tuũ & ambula vt peruenias: Noli Iesum quęrere in turba, non est tanquam vnus de turba. Præuenit oẽm turbam, prior ascendit de mari piscis ille magnus, piscem Christum dixit, & in cęlis sedet interpellans pro nobis. Tanq̃ sacerdos magnus vnus intrauit in interiora veli, turba foris stat. Ambula tu qui portas proximum tuũ, si didicisti portare qui solebas portari.
M *Rom. 8.* *Heb. 9.* Deniq; modo nondum nosti Iesum, nõdum vides Iesum. Quid postea sequit? Quoniam non destitit ille tollendo grabatum suum & ambulando. Vidit eum postea Iesus in templo. In turba non eum vidit, in templo vidit. Dñs qdem Iesus & in turba eum videbat & in templo. Ille autem languidus Iesum in turba nõ cognouit, in templo cognouit. Peruenit ergo ille ad dñm, vidit eum in templo, vidit eum in loco sacrato, in loco sãcto. Et qd ab eo audit? Ecce iã sanus factus es, noli peccare, ne quid tibi deterius contingat.) Tunc ille posteaq̃ vidit eum & cognouit Iesum authorem sanitatis suæ, non fuit piger in euãgelizando quem viderat: Abiit & nunciauit Iudæis, quia Iesus esset, qui eũ sanũ fecerat.) Ille annunciabat, & illi insaniebant. Ille salutem suam prædicabat, illi salutem suam non quærebant. Persequebantur Iudęi dominum Iesum, quia hæc faciebat in sabbato.) Quid ergo dominus modo respõdit Iudęis, audiamus. De sanis factis hominib. sabbato,
A dixi quod soleat respondere, quia iumenta sua non contemnebãt sabbato vel liberando vel alendo. De portato grabato quid respondit? Manifestum opus corporale factum erat ante oculos Iudæorum, nõ sanitas corporis, sed operatio corporis, quæ non videbat ita necessaria quemadmodum sanitas. Aperte ergo dominus dicat sacramentum sabbati, & signum obseruandi vnius diei ad tempus datum esse Iudæis, impletionẽ vero ipsam sacri in illo veniſſe. Pater meus, inquit, vsque modo operatur & ego operor.) Misit in eos magnum tumultum, aduentu domini turbatur aqua, sed qui turbat, latet, & tamen sanandus est turbata aqua æger vnus magnus, passo domino totus mundus. Videamus ergo responsionem veritatis. Pater meus, inquit, vs-

que

vſq; modo operatur ego operor. Falſum ergo dixit ſcriptura, qa Deus requieuit ab oĩbus operibus ſuis in die ſeptimo? Et contra
Gen. 2. hanc ſcripturã per Moyſen miniſtratã, loqtur dñs Ieſus eũ ipſe dicat Iudæis, Si credere
B tis Moyſi, crederetis & mihi, d̃ me. n. ille ſcripſit. Videte ergo ne aliquid voluit ſignificari Moyſes, q̃ Deus requieuit die ſeptimo: nõ enim defecerat Deus operãdo creaturã ſuã,
Gen. 2. & indigebat requie ſicut homo. Qũo defecerat qui verbo fecerat? Tñ & illud verũ eſt, quia requieuit Deus ab omnib. operibus ſuis in die ſeptimo: & hoc verũ eſt, quod ait Ieſus, Pater meus vſq; mõ operat̃ & ego operor. Sed qs explicet verbis, homo hoĩb. infirmus, infirmis, indoctus diſcere cupientibus, & forte ſi quid ſapit promere & explicare non valens hominibus, difficile forte capiẽtibus, ẽt ſi explicari poſsit quod capit. Quis, inquã, fratres mei explicet verbis, qũo Deus & quietus operetur, & operãs quieſcat? Ob ſecro vos, vt hoc vobis proficientib. differatis: viſio. n. iſta tẽplũ Dei quærit ſanctũ locũ quẽrit. Portate proximũ & ambulate, ibi eũ videbitis, vbi verba hominũ non quæratis. Hoc forte potius dicere valemus, quia & in eo q̃ Deus in die ſeptimo requieuit: ipsũ dñm ſaluatorẽ noſtrũ Ieſum Chr̃m qui hæc loquebatur & dicebat, Pater meus vſq; mõ operatur & ego operor, magno ſacro ſignificauit: quia & dñs Ieſus vtiq; Deus, ipſe eſt enim verbũ Dei, & audiſtis qa in principio erat verbũ, & non qualecunq; verbum, ſed Deus erat verbũ, & oĩa per ipſum facta ſunt, forte ſignificatus eſt requieturus in die ſepti mo ab omnib. operib. ſuis. Legite enim Euãgeliũ, & videte quãta operatus ſit Ieſus. Operatus eſt ſalutẽ noſtrã in cruce, vt implerent
Pſal. 68. in eo oĩa p̃dicta prophetarũ. Coronatus eſt
C ſpinis, ſuſpẽſus eſt ĩ ligno, dixit ſitio, accepit acetũ in ſpongia, vt impleretur q̃ dictũ eſt. Et in ſiti mea potauerũt me aceto. At vbi impleta ſunt oĩa opera eius: ſexta ſabbati inclinato capite tradidit ſpiritũ, & in ſepulchro ſabbato requieuit ab omnibus operibus ſuis. Ergo tanquã diceret Iudæis, Quid expectatis vt non operer ſabbato? Sabbati dies ad ſignificationẽ meam vobis præceptus eſt. Opera Dei attenditis, ego ibi eram cũ fierent, & per me facta ſunt oĩa. Ego noui, pater meus vſq; mõ operatur. Operatus eſt pater lucẽ, ſed dixit vt fieret lux. Si dixit, verbo operatus eſt. Verbũ eius ego erã, ego ſum, per me factus eſt mundus in illis operibus, per me regitur mundus in iſtis operib. Pater meus & tunc
D operatus eſt cũ fecit mundũ, & vſq; nunc operatur cũ regit mundũ, ergo & per me fecit cũ fecit, & per me regit cum regit. Dixit hæc, ſed quib. Surdis cęcis, claudis: languidis, medicũ n õ agnoſcentibus, & tanquã in phreneſi mente perdita occidere volentib. Proinde quid ſecutus Euãgeliſta dixit? Hinc ergo magis quærebãt eũ Iudęi interficere, qa non ſolũ ſoluebat ſabbatũ, ſed & patrẽ ſuum dicebat Deũ.) Non quomodocunq; ſed qd? Mat. 6.
Aequalẽ ſe faciens Deo.) Nam oẽs dicimus Deo. Pater noſter: qui es in cęlis. Legimus & Iudęos dixiſſe, cũ tu ſis pater noſter. Ergo nõ hinc iraſcebantur, quia patrẽ ſuũ dicebat Deũ, ſed quod longe alio modo quam homines. Ecce intelligunt Iudęi quod non intelligunt Arriani. Arriani quippe inæqualem patri filiũ dicunt, & inde hæreſis pulſa: eccleſiã. Ecce ipſi cęci, ipſi interfectores Chriſti. intellexerunt tñ verba Chriſti. Nõ. n. intellexerunt eſſe Chriſtũ, nec intellexerunt filium Dei: ſed tñ intellexerunt in illis verbis, quia talis cõmendaretur filius Dei, qui ęqualis eſſet Deo. Quis erat neſciebant, talẽ tñ prædicari agnoſcebant, quia patrẽ ſuũ dicebat Deũ, ęqualem ſe faciens Deo. Nõne erat ergo æ-
E qualis Deo? Nõ ipſe ſe faciebat æqualẽ Deo; ſed ille illũ genuerat æqualẽ. Si ſe ipſum faceret ęqualẽ Deo, caderet per rapinã: Qui. n. ſe Eſa. 14.
voluit æqualẽ facere Deo cũ non eſſet, cecidit, & ex angelo factus eſt diabolus: & hanc ſuperbiã hoi propinauit, vnde ipſe deiectus eſt: nã hoc dixit hoi cui ſtanti lapſus inuidit, Guſtate, & eritis ſicut dij: ideſt, vſurpatione rapite quod facti non eſtis, quia & ego rapiẽdo deiectus ſum. Nõ hoc prodebat, ſed hoc ſuadebat. Chriſtus aũt æqualis patri natus erat, non factus, natus eſt de ſubſtantia patris.
Vnde illũ ſic cõmendat Apoſtolus, Qui cũ Phil. 3.
in forma Dei eſſet, nõ rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Quid eſt, non rapinã arbitratus eſt ſe ęqualẽ Deo? Non vſurpauit ęqualitatẽ Dei, ſed erat in illa, in qua natus erat, & nos ad ęqualẽ Deũ quomodo peruenirem, ſemetipſum exinaniuit formã ſerui accipiens. Non ergo ſe exinaniuit amittens quod erat, ſed accipiens quod nõ erat. Hanc

formam serui contemnentes Iudæi, dominũ Christũ æqualẽ patri intelligere non poterant, quãuis eũ hoc de se dicere minime dubitabãt, & ideo sęuiebãt, & adhuc tñ eos ille perferebat, & sanitatem sęuiętiũ requirebat.

Ab eo loco, vbi, ait, Amen amen dico vobis, F nõ potest filius à se facere quicquã nisi ꝙ viderit patrem facientem: vsq; ad id vbi ait, Pater enim diligit filiũ, & omnia demonstrat ei quę ipse facit. Tract. XVIII.

IOannes euangelista inter consortes, & cõ participes suos alios Euãgelistas, hoc prę
1. Ioan. 3 cipuum & proprium donum accepit à domino, super cuius pectus in conuiuio discũbebat, vt per hoc significaret, quia secreta altiora de intimo pectore eius potabat, vt ea diceret de filio Dei, quæ paruulorũ mentes fortasis intentas excitare possint, implere autẽ nondũ capaces non possint Grãdiusculis aũt quibusq; mentibus, & ad ætatẽ quandam interius virilem peruenientibus, dat aliquid verbis his, quo exerceãtur & pascantur. Audistis cũ legeretur, & vnde sermo iste venerit meministis, Hesterno.n.die lectũ est: ꝙ propterea volebant Iesum Iudæi interficere, ꝙa nõ solũ soluebat sabbatũ, sed & patrẽ suũ dicebat Deũ, æqualẽ se faciens Deo. Qđ Iudæis displicebat, hoc ipsi patri placebat. Hoc sine dubio placet etiã eis, qui honorificant filium, sicut honorificãt patrem: quia si eis non placeat, displicebunt: Non enim Deus erit maior, quia placet tibi: sed tu minor si displicet tibi. Aduersus hanc aũt eorũ calumniam venientẽ, vel de ignorantia vel de malitia loquitur dñs, non omnino ꝙ capiebant, sed vnde agitentur & conturbẽtur, & fortasse conuersi vel conturbati medicũ quærãt. Dicebant aũt quæ scriberentur, vt ẽt
G à nobis postea legerentur. Videmus ergo quid ĩ Iudęorũ cordibus factũ sit, cũ hoc audirent: quid in nobis fiat cũ hęc audimus, amplius cogitemus. Neq; n.natę sunt hęreses, & quędã dogmata peruersitatis illaqueantia animas, & in profundũ p̃cipitantia, nisi dum scripturę bonæ intelliguntur nõ bene, & qđ in eis nõ bene intelligitur, & temere & audacter asseritur, Itaque charissimi, valde caute hæc audire debemus, ad quę capienda paruuli sumus, & corde pio & cum tremore, sicut scriptũ est, hanc tenentes regulam sanitatis, vt quod secundũ fidem qua imbuti sumus, intelligere valuerimus, tanquã de cibo gaudeamus: quod aũt secundum sanam fidei regulam intelligere non poterimus, dubitationẽ auferamus, intelligentiam differamus: hoc est, vt etiam si quid nescimus, bonũ tñ & H verũ esse minime dubitemus. Et ego fratres, qui suscepi loqui vobis, cogitandus sum a vobis qui susceperim, & quę susceperim. Suscepi.n.tractãda diuina hõ, spiritalia carnalis, & æterna mortalis. Etiã a me charissimi, lõge sit vana p̃sũptio, si volo sanus in domo Dei conuersari, quę est Ecclesia Dei viui, columna & firmamentũ veritatis, pro modulo meo capio quod vobis appono. Vbi aperitur, pascor vobiscũ: vbi clauditur, pulso vobiscũ. Cõmoti sunt ergo Iudæi & indignati sunt: merito quidẽ, ꝙ audebat homo ęqualẽ se facere Deo: sed ideo immerito, quia in hoĩę non intelligebant Deũ. Carnem videbant, Deum nesciebãt: habitaculũ cernebãt, habitatorẽ ignorabant: caro illa templũ erat, Deus inhabitabat intus. Non ergo Iesus carnẽ æquabat patri, non formam serui domino comparabat: non quod factũ est, propter nos, sed ꝙ erat qñ fecit nos. Quis nanque sit Christus, catholicis loquor, nostis, quia bene credidistis: non verbũ tantũ, nec caro tãtũ, sed verbũ caro factũ, vt habitaret in nobis. Recensete de verbo quod nostis, In principio erat verbũ: & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ: hic æqualitas cũ patre. Sed verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis: hac carne minor est patre. Ita pater & æqualis & maior: ęqualis verbo maior carne: æqualis ei pater p̃ quẽ fecit nos, maior eo qui factus est p̃p nos. Ad hanc regulam sanã catholicã, quam præcipue nosse debetis, quã I tenete qui nostis, à qua prorsus fides vestra labi non debet, quæ nullis hominũ argumẽtis extorquenda est cordi vestro, dirigamus ea quę intelligimus, & quę forte non intelligimus dirigẽda ad hanc regulam, qñq; differamus cũ idonei fuerimus. Nouimus ergo ęqualẽ p̃ri filiũ Dei, ꝙa nouimus ĩ principio Deũ verbũ. Quid ergo Iudęi volebant eũ interficere? Quia nõ solũ soluebat sabbatũ, sed & patrem suũ dicebat Deum æqualem se faciens Deo, videntes carnem, non videntes verbũ. Loquatur ergo & contra eos verbum

per

Actu.

per carnẽ, & interior habitator ſonet per habitaculũ ſuũ, vt qui põt, nouerit quis intus habitet. Quid ergo eis dicit? Reſpondit itaq; Ieſus & dixit eis,) cõmotis q̃ æqualem ſe faceret Deo: Amen amen dico vobis, non põt filius a ſe facere quicquã niſi q̃ viderit patrẽ facientẽ.) Ad hæc quid reſponderint Iudęi, ſcriptũ non eſt, & fortaſſe tacuerunt. Quidã K tñ qui Chriſtianos ſe haberi volunt, non tacent, & quodãmodo ex his verbis cõcipiunt quçdã dicenda contra nos, q̃ contẽnenda nõ ſunt & q̃ ipſos & q̃ nos. Arriani quippe hæretici dicentes, non per carnẽ, ſed ante carnẽ, filiũ ipſum qui ſuſcepit carnẽ, minorem eſſe quã pater eſt, & non eſſe eiuſdẽ ſubſtantiæ, cuius pater eſt, capiũt ex his verbis ansã calũniæ, & reſpondent nobis, Videtis quia dñs Ieſus cũ animaduerteret Iudęos ex hoc moueri, q̃ patri Deo æqualẽ ſe faceret, & talia verba ſubiunxit, vt ſe æqualẽ non eſſe mõſtraret: mouebantur. n. Iudęi, aiunt, aduerſus Chriſtũ, quia æqualẽ ſe faciebat Deo, & volens eos corrigere ab hoc motu Chriſtus: & eiſdẽ mõſtrare filiũ nõ eſſe æqualem patri, i. æqualẽ Deo: ait, quaſi dicens, Quid iraſcimini? quid indignamini? non ſum æqualis, quia non poteſt filius a ſe facere quicquã, niſi q̃ viderit patrẽ facientem. Qui. n. non poteſt, inquiunt, facere a ſe quicquã, niſi q̃ viderit patrẽ facientem, vtiq; minor eſt, non æqualis. In hac regula cordis ſui diſtorta & prava, hæreticus audiat nos nondũ obiurgãtes, ſed adhuc quaſi quærentes, & explicet nobis q̃ ſentit. Puto. n. ò quiſquis ille eſt, faciamus enim eũ tanquã præſentem adeſſe: Tenes nobiſcũ, quia in principio erat uerbum? Teneo inquit, &, quia uerbũ erat apud Deũ? Et hoc, inquit, teneo: Sequere ergo, & hoc fortius tene, quia Deus erat uerbũ. Et hoc, inquit, teneo: ſed ille Deus maior, ille Deus minor. Iã L neſcio quid paganũ redolet, cũ Chriſtiano me loqui arbitrabar. Si eſt Deus maior, & Deus minor, duos deos colimus non vnum Deũ. Quare, inquit, & tu nõ duos deos dicis æquales ſibi? Hoc ego non dico, Aequalitatẽ enim iſtã ſic intelligo, ut ibi intelligã ẽt indiuiduã charitatẽ: & ſi indiuiduã charitatẽ, per ſectã unitatẽ. Si. n. charitas quã miſit hominibus Deus, de multis hominũ cordibus fecit cor vnũ, & multas hominũ animas fecit ani- Actio. 4. mã unã, ſicut de credentib. ſeſeq; inuicẽ diligẽtibus ſcriptũ eſt in Actibus Apoſtolorũ, Erat illis aĩa una, & cor unũ in Deũ. Si ergo aĩa mea & aĩa tua cum idem ſapimus nosq; diligamus, fit anima una: quanto magis pater Deus & filius Deus, ĩ fonte dilectionis Deus unus eſt? Verũ ad hæc uerba, quibus cõmotũ eſt cor tuũ, intende, & recole mecum q̃ de uerbo requirebamus. Si iam tenemus, Deus erat uerbũ: adiungo illud, quia cum dixiſſet, Hoc erat in principio apud Deũ, continuo M ſubiecit Euangeliſta, Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil. Núc te quærendo exagito, nunc te cõtra me moueo, & te contra te interpello. Tene tñ memoriter iſta de verbo, Quia Deus erat uerbũ: &, oĩa per ipſum facta ſunt. Audi iã uerba quib. cõmotus es, ut minorẽ diceres filiũ: nẽpe quia dixit, Non põt filius à ſe facere quicquã, niſi q̃ uiderit patrẽ facientẽ. Ita, inquit, expone mihi paululũ, ſic quãtum opinor intelligis, qñ quædã facit pater, filius aũt attendit quẽ admodum facit pater, vt poſſit & ipſe ea facere, quæ uiderit patrẽ facientẽ. Duos quaſi fabros conſtituiſti, ita patrem & filiũ, ut etiã magiſtrũ & diſcipulum: qũo ſolent patres fabri docere filios ſuos artẽ ſuam. Ecce deſcendo ad carnalem ſenſum tuum, ita interim cogito ut tu: uideamus ſi cogitatio hæc noſtra inueniat exitum ſecundũ illa, quæ iã de uerbo pariter locuti ſumus, pariterq; ſentimus, quia Deus uerbũ, & omnia per ipſum facta ſunt. Pone igitur patrem tanquã fabrũ, quædam opera facientem, filium aũt tanquam diſcipulum, qui non poteſt facere quicquam, niſi q̃ uiderit patrẽ facientẽ: intendit. n. quodãmodo in manus patris, ut qũo uiderit eũ fabricare ſic & ipſe tale aliquid fabricet in operibus ſuis. Sed pater iſte omnia illa quæ facit, & uult ut attẽdat eũ filius, & talia & ipſe faciat, per quem facit. Eia nunc eſt ut adſis ſnĩæ tuæ priori, quam mecũ recenſuiſti, me- A cũq; tenuiſti, quia in principio erat uerbũ, & apud Deũ uerbũ, & Deus uerbũ, & omnia per ipſum facta ſunt. Tu ergo cum mecũ tenueris, quia per uerbũ facta ſunt oĩa, rurſum carnali ſapore & puerili motu facis tibi in animo Deũ facientem, & uerbũ attendentẽ, ut cũ fecerit Deus, faciat & verbũ. Quid. n. fecit Deus præter uerbum? Si. n. facit, nõ oĩa per uerbũ facta ſunt, perdidiſti q̃ tenebas. Si autem omnia per uerbũ facta ſunt, corrige

quod male intelligebas. Fecit pr̃, & non fecit
nisi per verbũ. Qũo attendit verbũ vt videat
patrẽ facientem sine verbo, q̃ similiter faciat
verbũ? Quicquid fecit pr̃, per verbũ fecit: aut
falsum est oĩa per ipsũ facta sunt: sed verum
est, oĩa per ipsum facta sunt. Parũ fortasse ti-
bi videbatur, Et sine ipso factũ est nihil. Re-
B cede ergo ab ista carnis prudentia, & quæra
mus quẽadmodũ dictũ sit, Non põt filius à
se facere quicquã, nisi q̃ viderit patrẽ facien
tẽ. Quæramus, si digni sumus qui apprehen-
damus. Fateor. n. magna res est, ardua oĩno,
videre facientẽ patrẽ per filiũ, nõ singula ope
ra facientẽ patrẽ & filiũ, sed quodlibet opus
patrẽ per filiũ, vt nulla opera fiant, vel à pa-
tre sine filio, vel à filio sine patre: quia oĩa p
ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil.
Quib. in fundamento fidei firmissime consti
tutis, iã quale est, videre, quia nõ põt filius à
se facere quicquã, nisi q̃ viderit patrẽ facien
tẽ? Quæris, vt opinor, nosse filiũ facientem:
q̃re prius nosse filiũ videntem. Certe quid. n.
ait? Non põt filius à se facere quicquã, nisi q̃
viderit patrẽ facientẽ. Intende q̃ dixit, nisi q̃
viderit patrẽ facientem. Præcedit visio, & se-
quitur affectio: videt. n. vt faciat: Tu quid q̃-
ris iã nosse qũo faciat, dum nondũ scias qũo
videat? Quid curris ad id q̃ posterius est, re-
licto q̃ prius est? Videntem se dixit & facien
tem, non facientẽ & videntem, quia non põt
à se facere quicquã, nisi q̃ viderit patrem fa-
cientẽ. Vis vt explicẽ tibi qũo faciat? Tu mihi
explica qũo videat. Si hoc tu explicare non
potes, nec ego illud: si hoc tu percipere nõ-
dũ es idoneus, nec ego illud. Vterq; ergo no
strũ quærat, vterq; pulset, vt vterq; accipere
mereatur. Quid quasi doctus calũniaris in-
docto? ego ad faciendũ, tu ad videndũ, ambo
indocti à magistro quæramus, non in schola
C eius pueriliter litigemus. Tñ simul iam dici-
mus, quia omnia per ipsum facta sunt. Ergo
manifestũ est, quia non alia opera faciat pa-
ter quæ videat filius, vt & ipse faciat similia,
sed eadẽ opera facit pater p filiũ, q̃a oĩa per
verbũ facta sunt. Iã qũo faciat Deus quis no
uit? Non dico qũo fecerit mundũ, sed qũo fe
cerit oculũ tuũ, cui carnaliter inhærens, visi
bilia inuisibilib. cõparas. Talia. n. de Deo co-
Mat. 5. gitas, qualia his oculis videre consueuisti. Si
aũt illis oculis videri posset Deus, nõ diceret
Beati mundo corde, quia ipsi Deũ videbunt.
Ergo habes oculũ corporis ad videndum fa-
brũ, sed nondũ habes oculũ cordis ad viden
dũ Deũ, ideo q̃ soles videre in fabro, trãsfer
re visin Deũ. Pone ĩ terra terrena, sursũ cor.
Quid ergo fratres charissimi? Explicaturi su
mus nos q̃ interrogauimus, qũo videat ver-
bũ, qũo pater videatur a verbo, quid sit vide-
re verbi? Non sum tã audax, tã temerarius, vt
hoc me explicare pollicear vobis. Vtcunq;
suspicor modulũ vestrũ, noui tñ meũ. Si er- D
go placet, non diutius immoremur, percur-
ramus lectionẽ, & videamus verbis dñi tur-
bari corda carnalia: ad hoc turbari, ne in eo
q̃ tenent, remaneant. Extorqueatur tanquam
puerile ludicrũ, nescio q̃d, quo se male auo-
cant, vt possint inseri inutilioragrandiorib.
vt possint proficere qui repebant in terra.
Surge, quære, suspira, anhela desiderio, & ad
clausa pulsa. Si aũt nondũ desideramus, nõ-
dum inhiamus, nondũ suspiramus, margari-
tas quibuscunq; proiecturi sumus, aut mar-
garitas qualescunq; nosipsi inuẽturi sumus?
Nouerim ergo charissimi desideriũ in cor-
de vestro: mores perducũt ad intelligentiã:
genus vitæ perducit ad genus vitæ. Alia vita
terrena, alia vita cęlestis: alia vita pecorum,
alia vita hominũ, alia vita angelorũ. Vita pe-
corũ, terrenis voluptatib. æstuat, sola terrena
conquirit, in hæc prona atq; proiecta est: vi-
ta angelorũ sola cęlestia: vita hominũ media
est inter angelorũ & pecorũ. Si viuit hõ secũ
dũ carnem, pecorib. cõparatur: si viuit secun
dum spiritũ, angelis sociatur. Qñ secundum
spiritum viuis, quære ẽt in ipsa angelica vita,
vtrũ paruus an grandis sis. Si. n. adhuc pãruus
es, dicunt tibi angeli, cresce. nos panẽ man-
ducamus, tu lacte nutrire, lacte fidei, vt pe-
ruenias ad cibum spei. Si autem adhuc inhia-
tur sordidis voluptatib. si adhuc fraudes co- E
gitantur, si mendacia non vitantur, si mẽda-
cia periurijs cumulantur, tam immũdũ cor
audet dicere. Explica mihi, qũo videt verbũ?
ẽt si posim, ẽt si iam videam. Porro aũt si for
te ego non sum in his morib. & tñ ab ista vi-
sione longe sum: quantũ ille qui nondũ isto
superno desiderio rapitur, terrenis desiderijs
prægrauatur? Multũ interest inter auersantem
& desiderantem: & iterũ multũ interest inter
desiderantẽ & fruentẽ. Viuis vt pecora, auer-
saris: angeli perfruuntur. Tu autem si non vi-
uis vt pecora, iam non auersaris. Desideras

aliquid

aliquid & nō capis, inchoasti ipso desiderio vitā angelorū: crescat in te & perficiatur in te, & capias hoc à me, sed ab illo qui & me fecit & te, Tū nō vtcunq; nos dimisit & dñs qui voluit intelligi: qa in eo quod dixit, Nō pōt filius à se facere quicquā, nisi quod vide
F rit patrē facientē, non alia opera pater facit quæ videat filius, & alia filius cū viderit patrē facientē, sed eadē opera ipsa pater & filius. Secutus. n. ait, Quæcūq; ille fecerit, hæc & filius similiter facit.) Nō cū ille fecerit, alia filius similiter facit: sed quæcunq; ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Si hæc facit filius quæ fecerit pater per filiū, facit pater. Si per filiū facit pater, nō alia pater, alia filiꝰ facit, sed eadē opera sūt patris & filij. Et qūo eadē facit & filius, & eadem & similiter? Ne forte eadē sed dissimiliter: eadē inquit, & similiter. Et qūo possit eadē nō similiter, accipite exēplū, q̄ puto ad vos nō sit grāde. Cū scribimus literas, facit eas primo cor nostrū & deinde manus nostræ, Certe vnde omnes acclamastis, nisi quia cognouistis certū esse, quod dixi, & manifestū omnib. nobis? Literę fiunt primo à corde nostro, deinde à corpore nostro. Manus seruit imperāti cordi, easdē literas facit & cor & manus. Nunquid alias cor, alias manus? Nā aliud est cor, aliud est manus. Easdē quidē facit manus, sed non similiter. Cor. n. nostrū facit eas intelligibiliter inuisibiliter: manus aūt visibiliter. Ecce qūo fiūt eadē & dissimiliter. Vnde parū fuit dño dicere, quęcunque pater fecerit, hæc & filius facit: nisi adderet, & similiter. Qđ si. n. hoc modo intelligeres, qūo quæcūq; cor facit, hæc & manus facit, sed nō similiter. Hic vero addidit, hęc & filius similiter facit. Si & hæc facit & similiter facit, expergiscere erigaē * Iudæus, credat Christianus conuincaē Arrianus hæreticus, æqualis patri filius. Pater enim diligit filiū, & omnia demōstrat ei quæ ipse facit.) Ecce est illud, demonstrat,
G cui? Vtiq; quasi vidēti. Redimus ad id q̄ explicare nō possumus, qūo verbū videat. Ecce hō factus est per verbū: sed homo habet oculos, habet aures, habet manus, diuersa mēbra in corpore. Per oculos pōt videre, p aures pōt audire, per manus operari: diuersa mēbra, diuersa mēbrorū officia: non pōt illud membrum, q̄ pōt alterum, tū propter corporis vnitatē, oculus & sibi & auri videt, & auris sibi & oculo audit. Nunquid tale aliquid in verbo arbitrandū est esse, qm̄ oīa per ipsum? & dixit scriptura in Psalmo, Intelligite qui insipientes estis in populo, & stulti aliquādo sapite, Qui plantauit aurē nō audiet, aut qui finxit oculū non cōsiderat? Si ergo finxit oculū verbū, si plantauit aurem verbū, quia oīa per verbū, non possumus di H
cere, non audit verbū, nō videt verbū ne ob- *Psal. 39.*
iurget nos Psalmus & dicat, Stulti aliqñ sapite. Itaq; si audit verbū & videt verbū, audit verbū, audit filius & videt filius. Nunquid tū & in ipso diuersis locis quęsituri sumus oculos & aures? Aliunde audit, aliunde videt: & auris eius nō pōt quod oculus: & oculus nō pōt quod potest auris? An totus ille visus est, & totus auditus? Forte ita, imo non forte, sed vere ita, dū tū & ipsum eius videre, & ipsum eius audire, lōge alio mō quā nostrū sit: & videre & audire simul in verbo est, nec aliud ibi est audire, & aliud videre, sed auditus visus & visus auditus. Et nos qui aliter audim⁹, alter videmus, hoc vnde nouimus? Redimus forte ad nos, si nō sumus præuaricatores, q̄bus dictū est, Redite p̄uaricatores ad cor, redite ad cor, qd itis à vobis & peritis a vobis? qd itis solitudinis vias? Erratis vagando, re- *Esaia 48*
dite, quo? ad dūm: cito est: primo redi ad cor tuū, exul à te vagaris: te ipsū nō nosti, & quę ris a quo factus es: redi ad cor, tolle te a corpore. Corpus tuū habitatio tua est: cor tuū sētit ēt per corpus tuum: sed corpus tuū nō q̄ cor tuū: dimitte corpus tuū, redi ad cor tuū. In corpore tuo inueniebas alibi oculos, alibi aures, in corde tuo nunquid hoc inuenis? an in corde non habes aures? de quibus ergo dñs dicebat, Qui habet aures audiendi audiat? an in corde non habes oculos? Vnde dicit Apostolus, Illuminatos oculos cordis vestri: Redi ad cor, vide ibi qd sentias forte de
Deo, qa ibi est imago Dei. In interiore hoīe I
habitat Chrs, in interiore hoīe renouaris ad imaginē Dei, in imagine sua cognosce authorem eius. Vide quemadmodū oēs corporis sensus cordi intro nūcient id quod senserint foris. Vide quā multos ministros habeat vnus interior Imperator, & quid apud se ēt sine his ministris agat. Renunciāt oculi cordi alba & nigra, renunciant aures eidē cordi canora & dissona. Renunciant nares eidem odora & putentia. Renunciat gustus eidem

aliàs flrī gatur.

cordi amara & dulcia. Renunciat tactus eidē cordi lenia & aſpera. Renunciat ſibi ipsū cor iuſta & iniuſta. Cor tuū & videt & audit & cętera ſenſibilia diiudicat, & quo nō aſpirāt corporis ſenſus, iuſta & iniuſta, mala & bona diſcernit. Oñde mihi oculos, aures, na
K res cordis tui. Diuerſa ſunt quæ ad cor tuum referuntur, & diuerſa ibi mēbra nō inueniūtur. In carne tua alibi audis, alibi vides: ī cor de tuo ibi audis vbi vides. Si hoc imago, quāto potēti° ille cuius eſt imago? Ergo & audit filius & videt filius, ipſa viſio & auditio filius & hoc eſt audire quod eſſe, profecto & hoc eſt illi videre quod eſſe. Tibi non hoc eſt videre quod eſſe, quia & ſi perdas viſum, potes eſſe, & ſi perdas auditū, potes eſſe. Putatamuſne pulſauimus? Erectū eſt aliquid in nobis, quod vel tenuiter ſuſpicemur, vnde lumen veniat nobis: puto fratres: quia cū loquimur iſta, & cū meditamur, exercemus nos. Et cū exercemus nos in ipſis, & rurſus quaſi reflectimur pondere noſtro ad iſta conſueta tales ſumus, quales lippientes, cū producūtur ad videndū lumen, ſi forte antea viſum omnino non habebant, & incipiunt eundē viſum per diligentiā medicorū vtcūq; reparare, & cū probare vult medicus quantū ſalutis eis acceſſerit, tentat & eis oſtendere quod videre deſiderant, & nō poterant cū cęci eſſent, & redeunte iam vtcunq; acie oculorū, producunē ad lumen. Et cū viderint fulgorē, in ipſo reuerberantur quodāmodo, & reſpōdent medico demonſtranti, Iā iam vidi, ſed videre non poſſum. Quid ergo facit medicus? Reuocat ad ſolita & addit collyrium, vt ad illud quod viſum eſt, & videri non pōt, deſideriū nutriat, & ex ipſo deſiderio curetur plenius, & ſi qua mordacia reparandæ ſanitati adhibentur, fortiter ferat, vt amore illius lucis accenſus dicat ſibi, Quando erit vt
L illud firmis oculis videam, quod ſaucijs infirmisq; non potui? Vrget medicū, & rogat vt curet. Ego fratres, ſi forte tale aliquid factū eſt in cordibus veſtris, ſi vtcūq; erexiſtis cor veſtrū ad videndū verbū, & ipſius luce reuerberati ad ſolita recidiſtis: rogate medicū vt adhibeat collyria mordacia, præcepta iuſtitię. Eſt quod videas, ſed non eſt vnde videas. Nō mihi antea credebas, quia eſt quod videas, luce quadā rationis adductus es: propinquaſti, intendiſti, palpitaſti, refugiſti. Scis certe eſſe quod videas, ſed idoneū non te eſſe qui videas. Ergo curare. Quæ ſunt collyria? Noli mentiri, noli periurare, noli adulterari, noli furare, noli fraudare. Sed cō ſueſti, & cū aliquo dolore à conſuetudine reuocaris, hoc eſt q̄ mordet, ſed ſanat: nā dico tibi liberius ex timore & meo & tuo, & ſi curari M
reſtiteris, & eē idoneus ad perfruēdū hac luce neglexeris, valetudine oculorū tuorū tenebras amabis, & amando tenebras, in tene- *Mat.22.*
bris remanebis, & remanēdo in tenebris, ēt in tenebras exteriores ꝓjicieris: ibi erit fletus & ſtridor dentiū. Si nihil in te faciebat amor lucis, faciat timor doloris. Sufficiēter me locutū arbitror, & lectionē tū Euangelicā nō finiui. Si dicā reliqua onerabo vos, & timeone ēt q̄ hauſtū eſt effundatur. Sufficiant ergo iſta charitati veſtræ. Debitores ſumus, nō nūc, ſed ſemper quādiu viuimus, qa ꝓꝑ vos viuimus: veruntn vitā noſtrā iſtā infirmā laboriosā, periculoſam, in hoc mundo conſolamini bene viuendo. Nolite nos cōtriſtari & atterere malis moribus veſtris. Cum enim offendimur mala vita veſtra, ſi refugiamus a vobis, & ſeparemus nos a vobis, & ad vos non accedamus, nōne conqueremini & dicetis, & ſi languebamus curaretis, & ſi infirmabamur viſitaretis? Ecce curamus ecce viſitamus: ſed non nobis fiat qūo audiſtis ab Apoſtolo, Timeo ne ſine cā laborauerim ī uobis. *Ioan.*

Ab eo quod ſcriptū eſt, Nō poteſt à ſe filius facere quicquā, niſi quod viderit patrē facientem: vſque ad id quod ait, Quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatē eius qui miſit me. Tract. XIX.

SErmone priſtino quantum noſtrum mouit affectum, & intelligendi paupertatē, locuti ſumus ex occaſione verborum euan- A
gelicorum, vbi ſcriptum eſt, Non poteſt filius à ſe facere quicquam, niſi quod viderit patrem facientem. Quid ſit videre filij, hoc eſt, videre verbi, quia filius verbum, & quia per verbum facta ſunt omnia, quomodo poſsit intelligi, quod videat filius primo patrem facientem, tunc demum & ipſe faciat quę facta conſpexerit, cū pater nihil niſi per filium fecerit: omnia enim per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factū eſt nihil. Non tamen explicatū aliquid diximus, quia nec explicatum

tum aliquid intelleximus. Aliqñ.n.ſermo deficit,vbi ét intellectus proficit: quanto magis ſermo patitur defectionẽ, qñ intellectus nõ habet perfectionem? Nunc itaq; quantũ dñs donat,breuiter percurramus lectionẽ, & vel hodie expleamus debitũ pẽſum. Si quid forte remanſerit vel tẽporis vel uiriũ, retractabimus ſi potuerimus, quantum & a nobis & B apud uos fieri poteſt. Quid ſit uidere uerbi, demonſtrari uerbo non põt: omnia quippe dicta ſunt hic, q̃ ſi intelligantur ſecundũ humanum ſenſum carnaliter, nihil aliud nobis facit anima plena phantaſmatis, niſi quaſdã imagines uelut duorũ hominũ patris & filij, unius oſtendentis,alterius uidentis, unius loquentis,alterius audiẽtis,q̃ omnia idola cordis ſunt. Quæ ſi iã deiecta ſunt de tẽplis ſuis, quanto magis deijcienda ſunt de cordibus Chriſtianis? Non poteſt,inquit, filius a ſe facere quicquã niſi q̃ viderit patrem facientẽ. Verũ eſt hoc,tenete hoc: dum tñ non amitta Ioan.1. tis, q̃ in ipſius Euangelij exordio tenuiſtis, quia in principio erat verbũ, & uerbũ erat apud Deũ, & Deus erat uerbũ, & præcipue quia oĩa per ipſum facta ſunt. Quod nũc.n. audiſtis, coniungite illi auditui, & utrunque cõcordet in cordib. ueſtris. Sic itaq; nõ põt filius à ſe facere quicquã, niſi q̃ uiderit patrem facientẽ, ut tñ pater ea quæ facit non faciat, niſi per filiũ, quia filius eius eſt uerbũ, & in principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud Deũ, & Deus erat uerbũ, quia omnia p ipſum facta ſunt. Quæcunque.n.ille fecerit, hæc & filius ſimiliter facit.) Non alia, ſed hæc:nec diſſimiliter,ſed ſimiliter. Pater.n.diligit filium, & omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit.) Ad hoc q̃ ſupra dixit, Niſi q̃ viderit patrem facientẽ, vĩ pertinere, & q̃ omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit. Sed ſi pater demonſtrat quæ facit, nec filius poteſt facere,niſi pater demonſtrauerit: paterq; demon C ſtrare non põt niſi fecerit,conſequens erit ut non per filiũ faciat omnia pater. Porro ſi fixũ atq; inconcuſſum tenemus, quia per filiũ omnia pater facit, antequã faciat demõſtrat filio, ut filius demonſtrata faciat,quæ demõſtrata iam facta ſunt: aliquid proculdubio pater ſine filio fecit: ſed non facit pater aliquid ſine filio,quia filius Dei uerbũ Dei eſt,& oĩa per ipſum facta ſunt. Remanet igitur fortaſſe, ut quæ pater facturus eſt, demonſtret faciendaut per filiũ ſint facta, nã ſi filius ea facit q̃ pater facta demonſtrat ſea quæ pater facta demonſtratſ non utiq; per filiũ facit. Mõſtrari.n.non poſſent filio niſi facta: filius facere non poſſet,niſi monſtrata fuerint:ergo ſine filio facta? Sed uerũ eſt,omnia per ipſum facta ſunt, ergo antequã facta, mõſtrata sũt. Sed hoc diximus differendũ eſſe quo redeundũ ſit percurſa lectione, ſi ut diximus, aliq̃d uel tẽporis uel uiriũ nobis remanſerit, ad ea D quæ diſtulimus retractanda. Amplius audite & difficilius. Et maiora his,inquit, demõſtrabit ei opera,ita ut uos miremini.) Maiora his quibus maiora? Facile occurrit ijs quæ modo audiſtis, curationib. languorũ corporaliũ. De iſto.n.qui triginta & octo annos habebat in infirmitate,& Chriſti uerbo ſanatus eſt, nata eſt huius occaſio tota ſermonis. Et p̃p hoc dñs dicere potuit, maiora his demõſtrabit ei opera, ut uos miremini. Sunt.n.opera maiora quam iſta, & demonſtrabit ea pater filio. Non demonſtrabit ei tanquã de prę terito, ſed demonſtrabit de futuro, hoc eſt, demonſtraturus eſt. Rurſus difficilis oritur quæſtio. Eſt.n.aliquid apud patrem q̃ filio nondũ demonſtratũ ſit: & aliquid apud patrẽ q̃ adhuc latebat filium, qñ iſta filius loquebatur. Si. n. demonſtratũ, hoc eſt,demonſtraturus eſt,nondum demonſtrauit, & filio tunc demonſtraturus eſt,qñ & iſtis: ſequitur enim ita ut uos miremini. Et hoc difficile eſt uidere, qũo tanquã temporaliter filio cœterno aliquid demõſtraret æternus pater omnia ſcienti,quæ ſunt apud patrem. Quæ ſunt tñ illa maiora? Hoc.n.forte facile eſt intelligere. Sicut.n.pater, inquit, ſuſcitat mortuos & uiuificat, ſic & filius quos uult uiuificat.) Maiora ergo ſunt opera mortuos ſuſcitare, q̃ languidos ſanare. Sed ſicut reſuſcitat pater mortuos & uiuificat, ſic & filius quos uult uiuificat. Alios ergo pater,alios filius? Non, ſed oĩa per ipſum. Ipſos itaq; filius quos & E pater: quia nõ alia,nec aliter,ſed hçc & filius ſimiliter facit. Ita plane intelligẽdũ eſt, & ita tenendũ. ſed memẽtote quia filius quos uult uiuificat. Tenete hic ergo nõ ſolũ ptãtem filij, verũ ét uolũtatẽ, & filius quos uult uiuificat, & pr̃ quos uult uiuificat, & ipſos filius quos & pater: ac per hoc eadẽ patris & filij ptãs eſt, & uoluntas. Quid eſt ergo q̃ ſequitur? Neque. n. pater iudicat quenquam, ſed

iudicium omne dedit filio, vt omnes honorificent filiũ, sicut honorificãt patrem.) Quod ita subiunxit tanquam rationem reddens superioris sententiæ: multũ mouet, intenti esto te. Filius quos vult viuificat, pater quos vult viuificat. Filius suscitat mortuos, sicut pater suscitat mortuos: neque.n. pater iudicat quẽquam. Si in iudicio suscitandi sunt mortui, F qũo pater suscitat mortuos, si non iudicat quenquã? Omne quippe iudiciũ dedit filio: in illo aũt iudicio suscitantur mortui, & resurgent alij ad vitam æternã, alij ad pœnam. Quod totũ si filius facit, pater aũt ideo non facit, quia pater non iudicat quenquam, sed omne iudiciũ dedit filio, cõtrariũ videbitur ei q̃ dictum est, Sicut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat: simul ergo suscitant. Si simul suscitant, simul viuificant, simul ergo iudicant: qũo itaq; verum est, Neque.n. pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio? Moueant interim propositæ quæstiones, præstabit dñs vt solutæ delectent. Ita est fratres, Omnis qõ nisi intentum fecerit proposita, non delectabit exposita. Sequatur ergo ipse dñs, ne forte in ijs quæ subnectit, aperiat se aliquantum. Subtexit.n. nubilo lucem suam, & difficile est aquilæ more volare super omnem nebulam qua tegitur omnis terra: & videre in verbis dñi syncerissimam lucem. Ne forte ergo calore radiorum suorum discutiat caliginẽ nostram, & aliquantulum se in consequentibus aperire dignetur, dilatis istis sequentia videamus. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum.) Hoc verum est & planum est. Omne quippe iudicium dedit filio, sicut supra dixit, vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrẽ. Quid si inueniuntur qui patrẽ honorificant, G & non honorificant filium? Non potest, inquit, fieri, qui non honorificant filium, non honorificant patrem qui misit illum. Nõ potest ergo dicere aliquis, Ego patrem honorificabam, quia filium non noueram: si nondũ filium honorificabas nec patrem honorificabas. Quid est ergo honorificare patrem, nisi quod habeat filium? Aliud est.n. cum tibi cõmendatur Deus quia Deus est: & aliud est, cum tibi commendatur Deus, quia pater est. Cum tibi quia Deus est commendatur, creator tibi commendatur, omnipotens tibi cõmendatur, spiritus quidem sanctus, æternus, inuisibilis, incõmutabilis tibi commendatur. Cum vero tibi, quia pater est, cõmendatur, nihil tibi aliud quam & filius commẽdatur: quia pater dici non potest, si filium non habet: sicut nec filius, si patrem non habet. Sed ne forte quidem patrem honorifices tanquã maiorem, filium vero tãquam minorem, vt dicas mihi, honorifico patrem: scio.n. quod H habeat filium, & non erro in patris nomine, non enim patrem intelligo sine filio: honorifico tũ & filium tanquam minorem, corrigit te ipse filius & reuocat te dicens, vt omnes honorificent filium non inferius, sed sicut honorificant patrem. Qui ergo non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Ego, inqms, maiorem honorem volo dare patri, minorem filio. Ibi tollis honorem patri, vbi minorem das filio. Quid.n. aliud tibi videtur ita sentienti, nisi quia pater æqualem sibi filium generare, aut noluit, aut non potuit? Si noluit, inuidit: si non potuit, defecit. Non ergo vides, quia ita sentiendo vbi maiorem honorem vis dare patri, ibi es contumelioſus in patrem? Proinde sic honorifica filium, quomodo honorificas patrem, si vis honorificare & patrem & filium. Amẽ amen dico vobis, quia qui verbũ meum audit & credit ei qui misit me, habet vitã æternam, & in iudicium non venit, sed transit à morte ad vitam.) Non nunc transit, sed iam transijt a morte in vitam. Et hoc attẽdite, qui verbum meum audit: & non dixit, & credit mihi: sed credit ei qui me misit. Verbum ergo filij audiat, vt patri credat. Quare verbum audit tuum, & credit alteri? Nonne cum verbum alicuius audimus, eidem verbum proferenti credimus, loquenti nobis fidem accõmodamus? Quid ergo voluit dicere, qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, nisi quia verbum eius est in me? Et quid est, I audit verbum meum, nisi audit me? Qui credit mihi, & credit ei qui misit me, quia cum illi credit, verbo eius credit: cum autem verbo eius credit, mihi credit: quia verbum patris ego sum. Pax ergo in scripturis, & omnia dispositа, nequaquam rixantia. Tu abijce litem cordis tui, intellige concordiam scripturarum: nunquid contraria sibi diceret veritas? Qui audit, inquit, verbum meũ, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, &

in

in iudicium non venit, sed transit a morte ad vitam. Meministis quòd superius posueramus, quia sicut pater suscitat mortuos & viuificat: sic & filius quos vult viuificat. Incipit iam aperire se & loqui de resurrectione mortuorum, & ecce resurgunt mortui, Qui enim verbum meũ audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non uenit. Proba quia resurrexit, sed transit, inquit, a morte ad vitam. Qui transit a morte ad uitam, nullo dubitante utique resurrexit.

K Non.n.transiret de morte ad uitam, nisi primo esset in morte, & non esset in uita: cum autem transierit, erit in uita, non erit in mor-

Luc. 15. te. Mortuus ergo erat & reuixit, perierat & inuentus est. Fit proinde iam quædam resurrectio, & transeunt homines a morte quadã ad quandam vitam: a morte infidelitatis, ad uitam fidei, a morte falsitatis, ad uitam ueritatis, a morte iniquitatis, ad uitam iustitiæ. Est ergo & ista quædam resurrectio mortuorũ. Aperit illam plenius, & diluescat nobis ut cœpit. Amen amen dico uobis, quia uenit hora & nunc est.) Nos expectabamus in fine resurrectionem mortuorum, nam ita credimus. Imo non expectabamus: sed plane expectare debemus: neque.n.falsum credimus in fine mortuos resurrecturos. Cum ergo vellet dñs noster Iesus insinuare nobis quandã resurrectionem mortuorũ, ante resurrectionem mortuorum, non sicut Lazari, uel filij illius uiduæ, uel filiæ archisynagogi, qui resurrexerunt morituri, nam & ipsorum mortuorum quædam resurrectio facta est ante resurrectionem mortuorum: sed sicut hic dicit, Habet, inquit, uitam æternam, & in iudicium non uenit, sed transijt a morte ad uitã.

Ioan. 11. Ad quam uitam? ad æternam, non autẽ sicut
Lucæ 7. corpus Lazari: transijt enim & ille a morte
1. Th. 4. sepulchri ad uitam hominũ, sed non ad æternam, iterum moriturus: resurrecturi autem in fine seculi mortui, in uitam æternã transibunt. Cum ergo uellet dñs noster Iesus Christus magister cœlestis, uerbum patris & ueritas demonstrare nobis quandam resurrec-

L tionem mortuorum in uitam æternam, ante resurrectionem mortuorum in æternã uitam, Venit hora, inquit, tu proculdubio imbutus fide resurrectionis carnis, expectabas horam illam finis seculi, diem iudicij, quam ne in isto loco expectares, addidit, & nunc est. Quod ergo dicit, Venit hora nõ dicit de illa hora nouissima, ubi in iussu & uoce archangeli & in tuba Dei dñs ipse descendet de cœlo, & mortui in Christo resurgent primi, deinde nos uenientes qui reliqui sumus, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiã Christo in aera, & ita semper cum dño erimus. Et ueniet illa hora, sed nõ est nunc. Hora uero ista quæ sit, aduertite. Venit hora & nunc est. Quid in ea fit? Quid nisi resurrectio M
mortuorum? Et qualis resurrectio? Vt qui re- *Mar. 5.*
surgunt, in æternũ uiuant: Hoc erit & in nouissima hora. Quid igitur, quomodo intelligemus duas istas resurrectiones? Nunquid forte qui nunc resurgunt, tunc non resurgẽt, ut aliorum fiat tunc resurrectio, aliorũ nũc? Non est ita, nam ista resurrectione, si recte credimus, resurreximus: & nosipsi qui iam resurreximus, alteram in fine resurrectionẽ expectamus. Sed & nunc in æternam vitam resurreximus, si in fide ipsa perseuerãter manemus: & tunc in æternam uitã resurgemus, qñ angelis coæquabimur. Ipse ergo distinguat, ipse aperiat q̃ loqui ausi sumus, quomodo fiat resurrectio ante resurrectionem, non aliorum & aliorum, sed eorundem: nec talis qualis Lazari, sed in uitam æternã. Aperiet planè. Audite diluescẽtem magistrum, & illabentem cordibus nostris solem nostrum, non quem desiderant oculi carnis, sed cui æstuant aperiri oculi cordis. Ipsum ergo audiamus, Amen amẽ dico uobis, quia uenit hora & nunc est, quando mortui, Videte exprimi resurrectionem. Qñ mortui audient uocẽ filij Dei, & qui audierint uiuent. ℣ Quare addidit, qui audierint uiuent? Possent enim audire nisi uiuerent? Sufficeret ergo, A
Venit hora & nunc est, quando mortui audient uocem filij Dei. Iam nos si intelligeremus uiuentes eos, quando nisi uiuerent, audire non possent: non inquit, quia uiuunt audiunt, sed audiendo reuiuiscunt. Audient, & qui audierint uiuent. Quid est ergo audient, nisi obaudient? Quantum enim pertinet ad auris auditum, non omnes qui audient uiuent: multi enim audiunt & non credunt. Audiendo & non credendo non obaudiunt, nõ obaudiendo non uiuent, Itaque hic, qui audient, nihil est aliud, quam qui obediẽt. Qui ergo obedierint viuẽt, certi sunt, securi sunt, uiuent. Prædicatur Christus uerbum Dei, fi-

lius

lius Dei, per quem facta sunt omnia, certe dispēsationis gratia, assumpta carne natus ex virgine, infans in carne, iuuenis in carne: patiens in carne, moriens in carne, resurgens in carne, ascēdens in carne: promittēs resurrectionem carni, promittens resurrectionem menti: menti ante carnem, carni post mentē.
B Qui audit & obaudit viuet: qui autem audit, & non obaudit, i. qui audit & contemnit, audit & non credit, non viuet. Quare non viuet? quia non audit. Quid est non audit? non obaudit. Ergo qui audierint, viuent. Attende nunc quid dixerimus differendum, vt nunc si fieri potuerit aperiatur. Subiecit continuo de hac ipsa resurrectione, Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso.) Quid est, habet vitam pater in semetipso? Non alibi habet vitam, sed in semetipso: viuere quippe suum in illo est & non aliunde. Et non alienum est, non quasi mutuatur vitā, nec quasi particeps fit vitæ, eius vitæ quæ non est ꝙ ipse: habet vitam in semetipso, vt ipsa vita sibi sit ipse. Si potuero adhuc modicū quid inde dicere exemplis propositis ad intelligentiam vestrā informandam, dño adiuuāte potuero, & pietate intentionis vestræ. Viuit Deus, viuit & anima: sed vita Dei immutabilis est, vita animæ mutabilis est: Deus nec proficit nec defi cit, sed est ipse semper in se, est ita vt est, non aliter nunc, aliter postea, aliter antea: animæ vero vita, valde aliter atque aliter. Viuebat stulta, viuit sapiens: viuebat iniqua, viuit iusta. Nunc meminit, nunc obliuiscitur, nunc discit, nunc discere non potest. Nunc perdit quod didicerat, nunc recipit quod amiserat. Mutabilis vita animæ, & cum viuit anima in
Rom. 4. iniquitate, mors eius est. Cum autem fit iusta, fit particeps alterius vitæ, quæ non est ꝙ ipsa: erigendo se quippe ad Deum & inhæ-
C rendo Deo, ex illo iustificatur. Dictum est enim. Credenti in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam. Deficiendo ab illo fit iniqua, proficiendo ad illum fit iusta. Nonne videtur tibi quasi aliquid frigidū igni admotum feruescere, remotum ab igne torpescere? Nonne videtur tibi quiddam tenebrosum, admotum luci clarescere, remotum a luce nigrescere? Tale quiddam est anima, non tale aliquid Deus. Potest & homo dicere habere se lucem nunc in oculis suis: Dicant ergo quasi quadā voce propria oculi tui si possunt, Habemus lucem in nobisipsis. Contra dicitur, non proprie dicitis, habere vos lucem in vobisipsis: habetis lucē, sed in cœlo. Habetis lucem, si forte nox est, sed in Luna, in lucernis, non in vobisipsis: nam clausi amittitis, quod aperti percipitis. Non in vobisipsis habetis lucem, sole Occidente tenete lucem si potestis. Nox est, & lumine nocturno perfruimini: subducta lucerna te- D
nete lucem. Cum vero subducta lucerna in tenebris remaneatis, non lucem in vobisipsis habetis. Hoc est ergo habere lucem in semet ipso, non indigere luce ex altero. Ecce vbi, si quis intelligat, ostendit filium æqualem patri, vbi ait, Sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. § Vt hoc solum interſit inter patrem & filium, quia pater habet vitam in semetipso quam nemo ei dedit. Filius autem habet vitā in semetipso quam pater dedit. Sed etiam hic oritur ali quod nubilum discutiendum. Non deficiamus, intenti simus: pascua mētis sunt, non fastidiamus vt viuamus. Ecce, inquis, fateris ipse, quod vitam filio pater dedit, vt habeat eam quidem in semetipso, sicut habet pater vitam in semetipso. Non indiget ille, non indigeat & iste, vt sit ille vita, sit & iste, & vtrunque coniunctum vna vita, non duæ: quia vnus Deus, non duo dij, & hoc ipsum sit esse vitam. Quomodo ergo dedit filio vitam pater? Non sic quasi ante fuerit filius sine vita: atque vt viueret a patre acceperit uitam, nam si hoc esset, non haberet vitā in semetipso. Ecce de anima loquebar. Est anima, etsi non sit sapiens, etsi non sit iusta, anima est: etsi non sit pia anima est. Aliud illi ergo est esse animam: aliud vero, esse sapientem, esse iustam, esse piam. Est ergo ali- E
quid ꝙ nondum est sapiens, nondum iusta, nondum pia, non tā nihil est, non tamen nulla vita est: nam ex operibus quibusdam suis ostendit se viuam, etsi non se ostendit sapientem, piam, iustam. Nisi enim videret, corpus non moueret pedibus gressum, manibus opus, oculis intuitum, auribus auditum, non aperiret os ad vocem, linguam ad distinctionem vocum non moueret. His itaque operibus viuere se ostēdit, & esse aliquid quod sit corpore melius. Sed nunquid his operib. sapientem, piam, iustā se ostendit? Nonne ambulant,

Psal. 33

Psal. 33

bulant,operãtur,vident, audiunt,loquebantur & ſtulti & impij,& iniuſti? Cũ vero ſe eri
E gitad aliquid quod ipſa non eſt quod ſupra ipſam eſt,& à quo ipſa eſt:percipit ſapiẽtiã, iuſtitiã,pietatẽ,ſine quibus cũ eſſet, mortua erat, nec vitã habebat qua ipſa viueret, ſed qua corpus viuificaret.Aliud eſt.n. in anima vnde corpus viuificatur, aliud vnde ipſa viuificatur, Melius quippe eſt quã corpus,ſed melius quã ipſa eſt Deus. Eſt ergo ipſa ẽt ſi ſit inſipiens,iniuſta & impia, vita corporis. Quia vero vita eius eſt Deus, quomodo cũ ipſa eſt in corpore, præſtat illi vigorem,decorẽ,mobilitatẽ,officia membrorũ:ſic cum vita eius Deus in ipſa eſt,præſtat illi ſapientiã,pietatẽ,iuſtitiã,charitatẽ. Aliud eſt ergo, q̃ p̃ſtatur corpori de anima:aliud,quod pr̃ ſtatur animæ de Deo. Viuificat & viuificatur mortua viuificat,ſed ipſa nõ viuificatur. Veniente itaq; verbo & infuſo audientibus factisq; illis non ſolũ audientibus, ſed ẽt obedientibus, reſurget anima à morte ſua ad vitam ſuã,hoc eſt,ab inſipientia, ab impietate ad Deum ſuum,qui eſt illi ſapientia,iuſtitia, charitas. Reſurgat ad illũ, illuminetur ab illo. Accedite,inquit, ad Deum. Et quid nobis
Pſal. 33. erit? Et illuminamini. Si ergo accedendo illuminamini, & recedendo tenebramini, non erat in vobis lumẽ veſtrũ, ſed in Deo veſtro. Accedite,vt reſurgatis· ſi receſſeritis,moriemini. Si ergo accedendo viuitis, recedendo
Pſal. 33. morimini,non erat in vobis vita veſtra: Ipſa eſt.n.vita veſtra, quæ eſt lux veſtra. Quoniã apud te eſt fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumẽ. Nõ ergo ſicut anima aliquid aliud eſt antequã illuminatur, & fit melius cũ illuminatur participatione melioris: ita &
F verbũ Dei,filius Dei,aliquid aliud erat antequã acciperet uitam, ut participando habet uitam in ſemetipſo, ac per hoc ipſe eſt ipſa uita. Quid ergo ait,dedit filio uitã,habere in ſemetipſo? Breuiter dixerim genuit filiũ. Neque erat ſine uita, & accepit uitã,ſed naſcendo uita eſt. Pater uita eſt naſcendo,filius uita eſt naſcendo. Pater de nullo patre, filius de Deo patre. Pater quod eſt, à nullo eſt: quod aũt pater eſt, propter filium eſt. Filius uero & quod filius eſt propter patrẽ eſt: & quod eſt,a patre eſt. Et hoc ergo dixit,uitam dedit filio,ut haberet eã in ſemetipſo,tanquã diceret, Pater qui eſt uita in ſemetipſo genuit filiũ qui eſſet uita ĩ ſemetipſo. Pro eo enim q̃ eſt,genuit,uoluit intelligi, dedit,tanquam ſi cuiquã diceremns, dedit tibi Deus eſſe. Cui dedit? Si alicui iam exiſtenti dedit eſſe,non ei G dedit eſſe, quin erat antequã ei daretur qui poſſet accipere. Cũ ergo audis, dedit tibi eſſe,nõ eras qui acciperes, & exiſtẽdo accepiſti ut eſſes, Dedit ſtructor domui huic ut eſſet,ſed quid ei dedit? Vt domus eſſet. Cui dedit? Huic domui. Quid ei dedit, ut domus eſſet. Quo potuit dare domui,ut domus eſſet? Etenim ſi domus erat, cui daretur ut domus eſſet,qñ iã domus erat? Quid eſt ergo,dedit ei ut domus eſſet? Fecit ut domus quid eſſet. Quid ergo filio dedit? Dedit ei ut filius eſſet. Genuit ut uita eſſet hoc ẽ, dedit habere ei uitã in ſemetipſo ut eſſet uita,nõ egens uita,ne participando intelligat habere uitã. Si enim participãdo haberet uitã non in ſemetipſo, poſſet & amittẽdo eſſe ſine uita:hoc in filio ne accipias,ne cogites,ne credas. Manet ergo pater uita, manet & filius uita. Pater uita in ſemetipſo,non a filio, filius uita in ſemetipſo, ſed a patre. A patre genitus ut eſſet uita in ſemetipſo: pr̃ uero nõ genitus, uita in ſemetipſo,nec minorẽ filiũ genuit, q̃ creſcẽdo fieret æqualis. Nõ.n.ad ſui p̃fectionẽ adiutus eſt tp̃e,per quẽ perfectũ creata ſunt tẽpora. Ante oĩa tẽpora patri coeternus eſt:nõ.n.una quã pater ſine filio. Aeternus aũt pater eſt,ergo coæternus & filius. Quid tu aĩa? Mortua eras,amiſeras uitã,audi patrẽ per filiũ,ſurge recipe uitã, ut in eo recipias uitã,quam non habes in te, qui habet uitam in ſemetipſo. Viuificat ergo te pater & filius agitur prima reſurrectio, quando reſurges ad participandã uitam, quod tu non es, & participando efficeris uiuens. Reſurge a morte tua ad uitam tuam, qui eſt Deus tuus, & tranſi à morte in H uitam æternam. Habet enim uitã ẽternam pater in ſemetipſo,& niſi filium talem generaret, qui haberet uitam in ſemetipſo,nõ ſicut pater ſuſcitat mortuos & uiuificat, ſic & filius quos uellet uiuificaret. Quid ergo de illa reſurrectione corporis? Nã & iſti qui audiunt & uiuunt, unde niſi audiendo uiuunt? Amicus enim ſpõſi ſtat & audit eum,& gaudio gaudet propter uocem ſponſi, non propter uocem ſuam, hoc eſt, participando, non exiſtendo audiunt & uiuunt: & oẽs qui audiunt uiuunt, quia omnes qui obediunt

uiuunt.

viuunt. Dic aliquid dñe etiã de resurrectione carnis: fuerunt enim qui eam negarent, & dicerent, quia ista sola est resurrectio, q̃ fit per fidem, cuius resurrectionis modo dominus fecit cõmemorationẽ, & inflammauit nos, quia quidã mortui audient vocẽ filij Dei & & viuent: Non eorũ qui audierint alij moriẽtur, alij viuent: sed omnes q̃ audierint viuẽt, quia oẽs qui obedierint viuent. Ecce videm⁹ K resurrectionẽ mentis, nõ ergo amittã fidem de resurrectione carnis. Et nisi tu dñe Iesu dixeris eã, quẽ opponemus contradictoribus. Omnes enim sectę quæ se aliqua religione hominibus inserere præsumpserunt, non negauerunt istã mẽtiũ resurrectionẽ, ne dicere tur eis: si non resurgit anima, quare mihi loqueris? Quid in me facere vis? Si nõ facis ex deteriore meliorem, quare mihi loqueris? Si nõ facis ex iniquo iustũ, quare mihi loqueris? Si aũt facis ex iniquo iustũ, & ex impio piũ, & ex stulto sapientẽ, & fateris resurgere animã meã, si tibi obtẽperauero, si tibi credidero. Volentes ergo sibi credi oẽs qui instituerunt alicuius etiã falsę religionis lectã, negare istã mentiũ resurrectionẽ non potuerũt, omnes de illa cõsenserunt. Sed multi carnis resurrectionẽ negauerunt, dixerunt in fi- 2. Tim. 2 de iã factã esse resurrectionẽ. Talibus resistit Apostolus dicẽs ex q̃b. est Hymenæus & Philetus, qui circa veritatẽ aberrauerunt, dicẽtes resurrectionẽ iã factã esse, & fidẽ quorundã subuerterunt. Iam factã esse resurrectionẽ dicebant, sed eo modo vt alia nõ speraretur, & reprehendebant hoïes, qui sperabant resurrectionẽ carnis, velut iam resurrectio q̃ promissa erat, credẽdo impleretur in mẽte. Reprehendit eos Apostolus. Cur eos reprehẽdit? Nonne hoc docebant qũo dñs loquebatur, Venit hora & nũc est, qñ mortui audient vocẽ filij Dei, & qui audierint viuẽt? Sed de vita mentiũ loquor adhuc: tibi ait Iesus, Nondũ loquor de vita corporum, sed loquor de vita vitę corporũ, ideſt, de vita a- L nimarũ, in quibus est vita corporũ: nam scio esse corpora in monumẽtis iacentia, scio & corpora vestra in monumẽtis futura. Nõdũ de illa resurrectione loquor. De ista loquor, de ista resurgite, ne ad pœnã i illa resurgatis. Sed vt noueritis, q̃a de illa loquor q̃d addo? Sicut. n. habet p̃ vitã i semetipso: sic dedit & filio habere vitã in semetipso.) Hęc vita q̃d p̃ est, q̃ filius est, ad q̃ pertinet, ad animam, an ad corpus? Nõ. n. vitã illã sapientię sentit corpus, sed mẽs rationalis. Nã nec oïs anima põt sentire sapientiã: habet enim & pecus animã, sed pecoris anima nõ põt sentire sapiẽtiã. Ergo anima humana põt sentire istã vitã q̃ habet pater in semetipso, & dedit filio vitã habere in semetipso, quia illud est verum lumẽ q̃ illuminat non omnẽ animã, sed oẽm hominẽ venientẽ in hunc mundũ. Cũ enim ipsi menti loquor, audiat, ideſt, obediat & viuat. Noli itaque dñe tacere de resurrectione carnis, ne non eã credãt homines, & remaneamus nos argumentores, nõ p̃dicatores. Ergo sicut habet pater vitã in semetipso sic dedit & filio habere vitã in semetipso. Intelligant qui audiunt, credant, vt intelligãt, obediant vt viuant. Audiãt adhuc aliud, ne hic finitã esse resurrectionẽ putent. Et dedit ei potestatẽ & iudiciũ facere.) Quis dedit? pater. Cui dedit? filio. Cui enim dedit habere vitã in semetipso, & potestatẽ dedit ei & iudiciũ facere. Quia filius hominis est.) Iste enim Christus, & filius Dei, & filius hoïs est. In principio erat verbũ, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbũ, hoc erat in principio apud Deũ. Ecce qũo dedit ei vitã habe- M re in semetipso. Sed quia verbũ caro factum est & habitauit in nobis, ex virgine Maria hõ factus filius hoïs est. Proinde quia filius hoïs est, quid accepit? Potestatẽ & iudiciũ facere. Quod iudiciũ? In fine seculi & ibi erit resurrectio mortuorũ, sed corporũ, Animas ergo suscitat Deus per Christũ filiũ Dei: corpora suscitat Deus per eundẽ Christũ filium hominis. Dedit ei potestatẽ. Hanc potestatẽ non haberet nisi acciperet, & esset homo sine potestate: sed ipse est filius hominis, qui & & filius Dei. Hęrendo enim ad vnitatẽ persõnę filius hominis filio Dei, facta est vna persona eadẽq; filius Dei & q̃ filius hoïs. Quid aũt p̃p quid habeat dignoscendũ est. Filius hoïs habet animã, habet corpus filij⁹ tñ Dei q̃ est verbũ Dei, habet hominẽ, tanq̃ aïa corpus. Sicut aïa habẽs corpus nõ facit duas p̃sonas, sed vnũ hominẽ: sic verbũ habens hominẽ, nõ facit duas personas sed vnũ Christũ. Quid est homo? Anima rationalis habẽs corpus: quid est Christus? Verbum Dei habens hominem. Video de quibus rebus loquar, & quis loquar, & quibus loquar. Nũc

4 Sen. di. 48. c. sed eum.

Mat. 5

audite

audite resurrectionem corporũ non me,sed dñm locuturũ, propter eos qui resurrexerũt surgendo a morte,inhærendo uitæ.Cui uitę? Quæ non nouit mortẽ. Quare nõ nouit mortem?quia nescit mutabilitatem. Quare nescit mutabilitatem? quia uita est in semetipso. Et potestatẽ dedit ei &iudiciũ facere,quia filius hominis est. Quod iudicium, & quale iudicium?Nolite mirari hoc. ℣ quia dixi, dedit ei
M potestatem & iudiciũ facere.Quia venit hora.℣ Non addidit,& nunc est, Ergo horã quã dam vult insinuare in fine seculi. Hora autẽ nunc est ut resurgãt mortui, hora erit in fine seculi ut resurgãt mortui℣. Sed resurgant nũc in mente,tunc in carne. Resurgunt nunc in mente,per uerbũ Dei filiũDei resurgent tũc in carne per uerbũ Dei carnem factum filiũ hominis. Neque.n.ad iudicium uiuorum & mortuorũ pater ipse uenturus est, nec tñ recedit a filio pater.Qũo ergo non ipse venturus est? quia non ipse uidebitur in iudicio. Videbunt in quem pupugerunt. Forma illa erit iudex,quę stetit sub iudice: illa iudicabit quæ iudicata est:iudicata est.n.inique,iudicabit iuste. Veniet ergo forma serui & apparebit:etenim forma Dei qũo apparebit iustis& iniustis? Nam si iudicium nõ fieret, nisi inter solos iustos,appareret tanquam iustis forma Dei. Quia uero iudicium futurum est iustorum & iniquorũ, nec licet ut iniqui uideant Deum.Beati.n.mundo corde, quia ipsi Deũ uidebunt: talis apparebit iudex,qualis uideri posit & ab eis quos coronaturus est, & ab
Mat.5. cis quos dãnaturus est. Forma ergo serui uidebit, occulta erit forma Dei. Occultus erit in seruo filius Dei, & apparebit filius hominis,quia potestatem dedit ei & iudiciũ face-
A re, quia filius hominis est. Et quia ipse solus apparebit in forma serui: pater aũt non apparebit,quia non est indutus forma serui, ideo superius ait, pater non iudicat quenquã, sed omne iudiciũ dedit filio. Bene ergo dilatum est, ut ipse esset expositor qui propositor: superius.n.occultũ erat:nunc aũt, ut arbitror, manifestũ est,quia dedit ei potestatem & iudiciũ facere, quia pater non iudicat quenquã,sed omne iudiciũ dedit filio, quia iudicium per illã formam futurũ est, quam non habet pater. Et quale iudiciũ? Nolite mirari hoc,quia uenit hora, nõ ea quæ nunc est, ut resurgant animæ:sed quæ futura est,ut resurgant corpora. Expresius hoc dicat,ut calũniã hæreticus negator resurrectionis corporis non inueniat, quãquam iã intellectus elucescat.Cũ superius dictũ est,uenit hora:addidit,& nunc est.Modo aũt,uenit hora: nõ addidit,& nunc est. Tñ oẽs ansas, oẽs clauiculas calũniarum, oẽs nodos laqueorum aperta ueritate dirumpat.Nolite mirari hoc,quia
B uenit hora, in qua omnes qui in monumẽtis sunt.℣ Quid euidentius,quid expresius? Corpora sunt in monumentis: animæ nõ sunt in monumentis,nec iustorũ,nec iniquorum.Iusti anima in sinu Abrahæ fuit, iniqui anima apud inferos torquebatur: in monumento, nec illa,nec illa.Superius qñ ait, Venit hora & nunc est,obsecro intẽdite. Nostis fratres, quia ad panẽ uentris cũ labore peruenitur, quanto magis ad panẽ mentis? Cũ labore statis & auditis,sed nos cum maiore stamus & loquimur.Si laboramus ꝓp uos,collaborare non debetis ꝓp eosdẽ uos? Superius ergo cũ diceret, uenit hora, & adderet,& nunc est, quid subiecit? Qñ mortui audiẽt uocem filij Dei, & qui audierint uiuent. Non dixit, oẽs mortui audient,& qui audierint viuent:mortuos.n.iniquos uolebat intelligi:& nunquid oẽs iniqui obediunt Euangelio? Aperte dicit Apostolus,sed non oẽs obediunt Euangelio. Tñ qui audiunt uiuent:quia omnes qui obediunt Euangelio, transeunt ad uitam æternã per fidem: non tñ omnes obediunt, & hoc nunc est. At uero in fine oẽs qui sunt in monumentis,hoc est iusti,& iniusti,Audient uo
cem eius,& procedent. ℣ Qũo noluit dicere Rom.10.
& uiuent? Omnes.n.procedent,sed non oẽs uiuent.Ideo quippe ꝓp supra dixit,Et qui audierint uiuent,in ipsa obeditione uitam ęternam intelligi uoluit & beatam, quã non om
C nes habebũt, qui de monumentis procedẽt. Iam ergo & cõmemoratione monumentorum,& expresione processionis de monumentis aperte intelligimus corporũ resurrectionem: audient omnes uocem eius & procedent. Et ubi iudicium,si omnes audient & omnes procedent?Quasi totũ confusum est, nihil uideo discretũ.Certe accepisti potestatẽ iudicãdi,quia filius hominis est. Ecce aderis in iudicio,resurgent corpora: de ipso iudicio dic aliquid hoc est,de discretione malorũ & bonorũ.Et hoc audi, Qui bene fecerint,in resurrectionẽ uitæ:qui male egerunt,

in

in resurrectionem iudicij. § Superius cum de resurrectione mentium & animarũ loqueretur, nunquid fecit discretionem? Sed oẽs qui audient, viuent, quia obediendo viuent: at vero resurgendo & procedendo de monumentis, non oẽs ad vitam æternã ibunt, sed qui bene fecerũt: qui aũt male, ad iudicium. Hic. n.
F iudicium pro pœna posuit, & erit diremptio & non qualis modo est: nam & modo separamur non locis, sed moribus, affectionibus, desiderijs, fide, spe, charitate: simul. n. cũ iniquis viuimus, sed non vna vita est omnium. In occulto dirimimur, ĩ occulto separamur, qũo grana in area, non qũo grana in horreo. Et separantur grana in area & miscentur. Separantur, cum a palea expoliantur: miscentur, quia nondum ventilantur. Tunc aperta erit separatio, sicut morum, sic & vitæ: sicut sapientiæ, ita & corporum. Eunt qui bene fecerunt, viuere cũ angelis Dei: qui male egerunt, torqueri cum diabolo & angelis eius, & transiet forma serui. Ad hoc certe se præsentauerat, vt faceret iudicium: post iudiciũ perget hinc, ducet secum corpus cui caput est, & offeret regnũ Deo, tunc plane videbitur forma illa Dei, quæ non potuit videri ab iniquis, quorũ visioni forma serui exhibenda erat. Dicit & alibi sic, Ibunt isti in combustionem æternam, de quibusdam siniſtris: iusti autem in vitam æternam: de qua alio loco dicit, Hæc est aũt vita æterna, vt cognoscant te vnum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Tunc ibi apparebit, qui cũ in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est esse se æqualem Deo: tũc se ostendet, qũo se dilectoribus suis ostẽsurum promisit. Qui
Ioan. 14. enim diligit me, ait, mandata mea custodit: & qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eũ, & ostendam meipsum illi.
G Quibus loquebatur, præsens eis erat: sed formã serui videbant, formam aũt Dei nõ videbant. Per iumentũ ad stabulum ducebantur curandi, sed sanati videbunt: quia ostendam, inquit, meipsum illis. Qũo ostenditur æqualis patri, cũ dicit Philippo, Qui me videt, videt & patrem meum? Nõ possum ego a meipso facere quicquam, sicut audio iudico, & iudiciũ meum iustũ est.) Et quia dicturi illi eramus, Si tu iudicabis & pater non iudicabit, quia omne iudiciũ dedit filio, non ergo secundũ patrem iudicabis: adiecit, Non possum ego a meipso facere quicquã: sed sicut audio, iudico, & iudiciũ meũ iustũ est. Quia nõ quæro voluntatem meã, sed voluntatem eius qui misit me.) Certe filius quos vult viuificat, non quærit voluntatem suã, sed volũtatem eius qui misit illum: non meã, nõ propriam: non meã, non filij hominis: non meã quæ resistat Deo: Faciunt. n. homines voluntatem suam, non Dei, qñ faciunt ꝙ volunt, non ꝙ iubet Deus: qñ autem ita faciũt quod H volunt, vt tñ sequantur voluntatem Dei, non faciunt voluntatem suam, quamuis quod volunt faciant. Volens fac quod iuberis, atque ita & hoc facias quod vis, & nõ voluntatem tuam facies, sed voluntatem iubentis. Quid ergo, sicut audio ita iudico? Audit filius, & demonstrat ei pater, & videt filius patrem sacientem. Et ista distuleramus paulo enucleatius pro viribus pertractare, si tempus nobis peracta lectione & vires remanserint. Si dicã me posse loqui adhuc, forte & vos audire iã non potestis. Itẽ forte auiditate audiẽdi dicitis, possumus. Melius est ergo vt ego infirmitatẽ meã fatear, qui iam fatigatus loqui non possum, quam vt uobis bene satiatis, adhuc infundam ꝙ non bene digeratis. Proinde huius promissionis quam ad hodiernum tempus, si superesset, distuleram, tenete me adiuuante domino in crastinum debitorem.

De eo ꝙ scriptũ est, Amen amen dico vobis, non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrẽ facientem. Quæcunque enim pater faciet, hæc eadem & filius facit similiter. Tract. XX.

VErba dñi nostri Iesu Christi, maxime quę Ioannes cõmemorat Euangelista, qui non sine causa super pectus dñi discumbebat, nisi vt secreta altioris sapiẽtię eius ebi- I
beret, & ꝙ amando biberat, euangelizando ructaret, ita secreta sunt & profundæ intelligentiæ, vt omnes turbent qui peruerso sunt corde: & oẽs exerceãt, qui recto sunt corde. Proinde animaduertat charitas vestra ad hęc pauca quæ lecta sunt. Videamus si quo modo possumus, donante & adiuuante ipso qui verba sua nobis voluit recitari, quæ tunc audita atq; conscripta sunt, vt modo legerẽtur, quid sibi velit ꝙ eum audistis dicere, Amen amen dico vobis, nõ potest filius a se facere

quicquam

Ioan. 3

Gen. 1 & 2.

quiequam, nisi quod viderit patrē facientē: quęcunq; enim pater facit, hęc eadē & filius facit similiter.) Vnde autem natus sit sermo iste, cōmemorandi estis pp superiora lectionis, vbi curauerat dns quendā inter illos, q in quinq; porticibus piscinę illius Salomonis iacebant, cui dixerat, Tolle grabatū tuū, & vade ī domū tuā. Hoc fecerat sabbatis, vnde perturbati Iudęi calūniabant, quasi euer-
K sorē & ꝓuaricatorem legis. Tūc eis dixerat, Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Illi.n. carnaliter sapiētes sabbati obseruationē, putabāt dnm post laborē fabricati mūdi vsq; ad hunc diē quasi dormire, & ꝓpea sanctificasse illū diē, ex quo cępit velut à laboribus requiescere. Est aut sacramentū sabbati antiquis patribus nostris pręceptū, qđ nos Christiani spiritaliter obseruamus, ab omni seruili opere, idest, ab omni peccato,
Ioan. 8. quia dns dixit. Omnis qui facit peccatū seruus est peccati: abstineamus nos, & habeam⁹ quietē in corde nostro, idest, tranquillitatē spiritalem. Et quanuis in hoc seculo id conemur: ad eam tū requiē perfectā nō peruenie-
mus, nisi cū de hac vita exierimus. Sed ideo dictū est Deū requieuisse, quia iā creaturam nullam condebat post quā perfecta sunt om-
Gen. 1. & 2. nia. Quietē vero ꝓpterea appellauit scriptura, vt nos admoneret post bona opera quieturos: sic enim scriptū habemus in Genesi, Et fecit Deus omnia bona valde, & requieuit Deus die septimo, vt homo cū attendis ipsū post bona opera requieuisse, non tibi speres requiē, nisi cū bona fueris operatus. Et quē admodū Deus posteaq̄ fecit hominē ad imaginē similitudinē suā sexto die, & in illo perfecit omnia opera sua bona valde requieuit septimo die: sic & tibi requiē non speres, ni
L si cū redieris ad similitudinē Dei, in qua factus es, quā peccando perdidisti, Non enim dns laborasse dicēdus ē q iussit & facta sunt. Quis est qui post tantā operis facilitatē, qua si post laborē velit quiescere? Si iussit, & aliquis ei restitit, si iussit & non est factū, & vt fieret laborauit, merito dicatur post laborē requiē quęsiuisse. Cū vero in ipso libro Geneseos legamus, Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux: dixit Deus, fiat firmamentū, & factū est firmamentū, & cętera in verbo eius cōtinuo facta: cui rei attestatur & psalmus dicēs, Ipse dixit & facta sunt, ipse mādauit & creata sunt quō per mundū factū, requiē, quasi vt cessaret requirebat, qui in iubendo nunquā laborauerat? Ergo illa mystica sunt, & ꝓpterea ita posita, vt nobis requiē speremus post hāc vitā, si bona opera fecerimus. Ideo dns retundens impudentiā & errorē iudæorū, & ostendens eos non recte sapere de Deo, ait illis scandalizatis, quod sabbato operatur hominū sanitatē. Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Nolite ergo putare quia sabbato ita requieuit pater meus, vt ex illo non operetur, sed sicut ipse nūc operatur operor & ego: sed sicut pr̄ sine labore, sic & filius sine labore. Dixit Deus & facta sunt: di-
Mar. 19 xit Christus languenti, Tolle grabatū tuū, vade in domū tuā, & factū est. Catholica aūt fides habet, quod patris & filij opera inseparabilia sunt. Hoc est quod volo, si possum, loq̄ charitati vestræ: sed secundū illa verba dni, Qui pōt capere capiat: qui aūt capere nō potest, nō mihi ascribat, sed tarditati suę, & cōuertat sed ad illū qui cor aperit, vt infundat, quod donat. Postremo & si quisquā propterea non intellexerit, quia non a me sic dictū
M est, vt dici debuit, ignoscat humanę fragilitati, & supplicet diuinę bonitati: habemus enim intus magistrū Christū, quicquid per aurē vestrā & os meū capere non potueritis in corde vestro ad eum conuertimini: qui & & me docet quod loquor, & vobis quemad modū dignat distribuit, q̄ nouit quid det & cui det: aderit petēti, aperiet pulsāti, et si forte nō dederit, nemo dicat se desertum. Forte enim aliqd dare differt, sed neminē esuriētē relinquit. Si.n. nō dat ad horā, exercet quęrētē, nō cōtēnit petentē. Videte ergo & attendite quid velim dicere, & si forte non posim, catholica fides hoc habet firmata spiritu dñi in sanctis eius, contra omnē hæreticā prauitatē, quia patris & filij opera inseparabilia sunt. Quid ē quod dixi? Quō ipse pater & filius inseparabiles sunt, & sic opera patris & filij inseparabilia sunt. Quō pater & filius in- Ioan. 10.
separabiles sunt? qa ipse dixit, Ego & pr̄ vnū sumus, qa pater & filius nō sunt duo dij, sed vnus Deus & verbū & cuius est verbū, vnus & vnicus Deus: vnus pater & filius charitate cōplexi, vnusq; charitatis spiritus eorū, vt fiat trinitas pater & filius & spiritus sanctus, Non ergo tm patris & filij, sed & spiritus sancti, sicut ęqualitas & inseparabilitas personarum,

sonarum,ita ēt opera inseparabilia sunt.Adhuc planius,dicā,quid sit, opera inseparabilia sunt. Nō dicit catholica fides, quia fecit Deus pater aliquid, & fecit filius aliquid aliud: sed quod fecit pater,hoc & filius fecit, hoc & spūssanctus fecit. Per verbum.n.facta
A sunt oīa:qñ dixit & facta sunt, per verbū facta sunt,per Chrm facta sunt, In prīcipio.n. erat verbū, & verbū erat apud Deū,& Deus
Gen.1. erat verbū,oīa per ipsum facta sunt.Si oīa p verbū facta sunt: dixit Deus,fiat lux,& facta est lux:in verbo fecit, per verbū fecit. Ecce ergo nūc audiuimus Euāgeliū cū rñderet sto machātibus Iudæis, quia non solū soluebat sabbatū,sed & patrē suū dicebat Deū, æqualē se faciens Deo: sic.n.scriptū est in supiori ca. Cū ergo tali eorū errāti īdignationi Dei filius & veritas rñderet,ait, Amē amen dico vobis, nō pōt filius à se facere quicq̄ nisi qđ viderit patrē faciētem.) Tanq̄ diceret, Quid scandalizati estis,quia patrem meū dixi Deū quia æqualē me facio Deo? Ita sum æqualis, vt ille me genuerit:ita sum æqualis,vt nō ille a me,sed ego ab illo sim. Hoc n.intelligitur in his verbis, Non pōt filius à se facere quicquā,nisi qp viderit patrē facientē: hoc est,qc quid filius habet vt faciat, à patre habet vt faciat: quare hēt à patre? Quia à patre habet vt filius sit. (Quare à patre habet vt filius sit?) quia à patre hēt vt possit, quia à patre habet vt sit:Filio.n hoc est esse quod posse: homini non ita est,ex cōparatione humanæ infirmitatis,lōge infra iacentis. Vtcūq; corda sustollite,& ne forte aliquis nostrū attingat secretum & quasi corruscatione magnę lucis horrescēs sapiat aliqd, ne insipiēs remaneat, nō tñ se totū sapere putet,ne superbiat & qđ sapuit amittat. Homo aliud est,qđ est, aliud quod pōt. Aliqñ enim & est homo,& nō potest quod vult. A liquando autem sic est homo,vt possit quod vult. Itaque aliud est esse
B ipsius,aliud posse ipsius: si enim hoc esset esse ipsius, qp est posse ipsius, cū vellet posset. Deus aūt cui nō est alia substātia vt sit,& alia potestas vt possit, sed substātiale illi est quicquid eius est,& quicqd est,quia Deus est,nō alio modo est,& alio modo pōt, sed esse & posse simul habet, quia velle & facere simul habet. Quia ergo potētia filij de patre est,iō & substātia filij de pre est:& qa substātia filij de pre est, iō potētia filij de pre est. Nō alia potentia est in filio, alia substantia:sed ipsa ē potentia quæ substātia, substātia vt sit,potētia vt possit. Ergo qa filius de patre est,ideo dixit,Non pōt filius à se facere quicquā: qa non est filius a se, ideo non potest à se. Videt enim quasi minorē se fecisse cum dixit, Nō
C potest filius à se facere quicquā, nisi quod viderit patrē facientē. Hic erigit ceruicē hæretica vanitas, eorū.s.qui dicunt filiū minorē esse quā pater minoris potestatis, possibilitatis,non intelligentes mysteriū verborū Christi. Attēdat autē charitas vestra, & videte quē admodū in carnali suo intellectu modo turbentur in ipsis verbis Christi. Hoc aūt paulo ante prælocutus sum, quia omnia peruersa corda perturbat,sicut pia corda exercet verbū Dei, maxime quod per Ioannem Euang. dicitur,alta enim per illū dicuntur, nō qualicunq; nō q̄ facile intelligantur. Ecce iā hæreticus si forte audit verba ista, erigit se & dicit nobis, Ecce minor est filius quam pater: ecce audi verba filij,qui dicit, Nō pōt filius à se facere quicquā, nisi quod viderit patrē facientē. Expecta quemadmodū scriptū est, Eccl.5.
Esto mansuetus ad audiendū verbū vt intelligas. Puta enim me cōturbatū esse his verbis, qui dico æqualē potestatē maiestatemq; esse patris filij,cū audiui, Nō potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Turbatus his verbis quæro abs te, qui iam tibi videris intellexisse. Nouimus in Euāgelio, filium ambulasse super mare: vbi patrem vidit ambulasse super mare? Hic iā ille turbatur. Pone ergo quod intellexeras,& simul quæramus. Quid ergo facimus? Verba domini audiuimus,Non potest filius à se facere quicquā:nisi quod viderit patrē faciētē. Ambulauit ipse super mare,pater nunquā ambulauit super mare. Certe non facit filius
D quicquā, nisi quod viderit patrē facientem. Redit ergo mecū ad id quod dicebā,ne forte sic intelligendū sit, vt de quæstione ambo exeamus: nam ego secundū fidem catholicā video,quomodo exeam sine offensione,sine scandalo: tu aūt circūclusus, quæris qua exeas. Qua intraueras vide, forte nō intellexisti & hoc quod dixi,qua intraueras vide:ipsum audi dicentem,Ego sum ianua. Nō sine causa Ioan.10.
ergo quęris qua exeas, & non inuenis, nisi quia per ianuā non intrasti, sed per maceriā cecidisti. Ergo quēadmodum potes, a ruina

tua

tua colligete,& intra per ianuā,vt sine offensione intres,& sine errore exeas. Per Christū veni, nec ex corde tuo afferas quod dicas, sed q̄ ille ostēdit,hoc loquere. Ecce fides catholica,quēadmodū exit de ista p̄missione: ambulauit filius sup mare, pedes carnis fluctibus impossuit, caro ambulabat, diuinitas gubernabat. Quō ergo caro ambulabat & diuinitas gubernabat, p̄ absens erat? Si absens erat,quō ipse filius dicit, Pater aūt in me manēs,ipse facit opa sua? Si ergo p̄ in filio manēs ipse facit opa sua, ambulatio illa carnis sup mare,à patre fiebat,per filiū fiebat. Ergo illa ambulatio opus est patris & filij inseparabile.vtrūq; ibi operante video: nec p̄ filiū deseruit, nec filius à p̄re discessit. Itaq; quicqd facit filius,nō facit sine patre: qa quicqd facit pater,nō facit sine filio. Exitū est hinc,videte qa recte nos dicimus inseparabilia esse opera patris & filij & spūssancti. Nā quō tu intelligis: ecce fecit Deus lucē,& vidit filius patrē facientē lucē,secundū carnalē intellectū tuū, quia ideo vis minorē intelligere qa dixit, Nō potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrē facientē. Fecit Deus pater lucē:quā aliā fecit filius? Fecit Deus pater firmamentū,cęlū inter aquas & aquas,vidit eū filius secundū intelligentiā tuam tardam & grossam,quia vidit filius patrē faciētem firmamentū & dixit, non pōt filius à se facere quicquā nisi quod viderit patrē faciētem. Da mihi alterū firmamentū:an tu amisisti fundamentū? Superędificati aūt supra fundamētū Apostolorū & Prophetarū,ipso sūmo lapide angulari existente Christo Iesu, pacantur in Chro,nec cōtendunt & errāt in hęresi. Intelligimus ergo lucem factā à Deo patre,sed per filiū. (firmamentū factū a Deo patre,sed per filiū. §Omnia ergo per ipsum facta sunt,& sine ipso factū est nihil. Excute intelligentiā tuā:nec intelligentiā vocandā, sed planē stultitiam. Deus pater fecit mundū quē fecit filius alterū mundū? Da mihi mundū filij. Iste in quo sumus,cuius est? Dic nobis aquo factus est? Si dixeris à filio,§nō à patre,§errasti à patre: si dixeris,à patre,nō filio respondebit tibi Euangeliū,Et mūdus pereū factus est,& mundus eū nō cognouit. Agnosce ergo eū per quē factus est mundus,& noli esse inter illos qui eū nō receperunt qui eū qui fecit mundū non cognouerunt. Inseparabilia sunt ergo opera patris & filij. Sed hoc est, non pōt filius à se quicquā facere,quod esset si diceret,non est filius à se. Etenim si filius est,natus est: si natus est,ab illo est ā quo natus est. Sed tñ æqualē sibi genuit nō enim defuit aliquid generanti: aut tēpus quę fuit vt generaret,qui genuit coæternū:aut matrē quæ fuit vt generaret, qui de se protulit verbū:aut pater generans ętate pręcesserat filiū, vt minorē filiū generaret. Et forte dicit aliquis:quia post multa secula in senectute,sua Deus susćepit filiū sicut pater sine senectute, sic filius sine incremento. Nec ille creuit:sed ęqualis ęqualē genuit,ęternus æternū. Quomodo,inquit aliquis,æternus ęternū? Quomodo flamma temporalis generat lucē temporalē. Coæua est autem flamma generans luci quam generat,nec pręcedit tempore flā ma generans generatam, sed ex quo incipit flamma,ex illo incipit lux. Da mihi flammā sine luce,& do tibi Deū patrē sine filio. Hoc est ergo, nō potest filius à se facere quicquā nisi q̄ viderit patrē facientē: quia videre filij, hoc est natū esse de patre. Non alia visio eius & alia substantia eius: nec alia potētia eius, alia substātia eius. Totū est q̄ est,de patre est: totū quod pōt,de patre est: quoniā quod potest & est,hoc vnū est,& de patre totū est. Sequitur & ipse in verbis suis, & male intelligentes cōturbat, vt ad rectū intellectū reuocet errantes. Cū dixisset. non potest filius à se facere quicquā, nisi quod viderit patrē facientem:ne forte carnalis subreperet intellectus,vt euerteret mentē,& faceret sibi homo quasi duos fabros,vnū magistrū,alterū discipulū quasi attendentē ad magistrū,verbi gratia,facientē arcā,vt quō ille fecit arcam, faciat & iste alterā arcā secundū visionē quā inspexit in magistro operante: Sed ne talia aliquid sibi duplicaret in illa simplici diuinitate intellectus carnalis,secutus ait, Quęcunque enim pater facit,hęc eadē & filius, & facit similiter.) Nō facit pater alia,& alia filius similia,sed eadē similiter: (Nō.n. ait,quęcūque facit p̄,facit & filius alia similia,sed,q̄cūq;,inq̄t,pater facit,hęc eadē,& filius facit similiter. Quę ille,hęc & ipse: Mūdū p̄,mūdū filius, mūdum spiritussanctus. Si tres dī, tres mundi: si vnus Deus pater & filius & spiritussanctus, vnus mūdus factus est a patre, p filium in spiritusancto. Hęc ergo facit filius

quę facit & pater, & non dissimiliter facit, & hęc facit & similiter facit. Iam dixerat hæc facit: quare addidit, similiter facit? Ne aliꝰ prauus intellectus vel error in anima nascereꝛ. Vides enim hominis opus, animus est in homine & corpus. Animus imperat corpori, sed multũ interest inter corpus & animum. Corpus visibile est, animus inuisibilis. Inter
K potentiã virtutemq; animi, & cuiusuis licet cęlestis corporis multũ interest. Imperat tñ animus corpori suo: & facit corpus: & qđ videtur animus facere, hoc facit & corpus. Videtur ergo corpus hoc idẽ facere qđ animus, sed non similiter. Quomodo hoc idem facit, sed non similiter facit? Animus verbũ apud se iubet linguæ, & profert verbũ quod facit animus. Fecit animus, fecit & lingua: fecit dñs corporis, fecit & seruus. Sed vt faceret seruus, à dño accepit vt faceret, & iubente domino fecit. Hoc idẽ ab vtroq; factũ est: sed nunquid similiter? Quomodo non similiter ait aliquis? Ecce verbũ quod fecit animus meus, manet in me: quod fecit lingua mea, percusso aere transijt, & nõ est. Cũ dixeris verbũ in animo tuo, & sonuerit per linguã tuã, redi ad animũ tuũ, & vide quia ibi est verbũ quod fecisti. Nũquid sicut mãsit in animo tuo, mansit in lingua tua? Quod sonuit per linguã tuã, fecit lingua sonãs, fecit animus cogitans. Sed q̃ sonuit lingua, transijt: quod cogitauit animus permanet. Hoc ergo fecit corpus, quod fecit animus, sed nõ similiter. Fecit animꝰ q̃ tenet animꝰ: fecit aũt lingua q̃ sonat, & per aerẽ aurem verberat. Nunqd sequeris syllabas & facis vt maneãt? Nõ ergo sic pr̃ & filius, sed hæc eadẽ facit, & similiter facit. Si fecit Deus cęlũ q̃ manet: hoc idẽ fecit filius cęlũ q̃ manet. Si fecit Deꝰ pater hominẽ qui moritur: eundẽ filius hominẽ fecit qui moriꝛ. Quæcunq; fecit pr̃ in-
Alias stantia. stantia * hæc fecit & filius instantia, quia similiter fecit: & quæcunq; fecit pater temporaliter, hęc eadẽ fecit filius tẽporalia: quęnõ
L solũ ipse fecit, sed & similiter fecit. Pater enim fecit per filiũ, quia per verbũ fecit pater omnia. Quęre in patre & filio separationem nõ inuenis: sed si assurrexisti, tunc non inuenies: si aliquid supra mentẽ tuã tetigisti, tũc nõ inuenies: nã si in his versaris quę sibi errans animus facit, cũ imaginibus tuis loqueris, nõ cũ verbo Dei. Fallũt te imagines tuę, transcẽde corpus & sape animũ, trãscẽde & animũ, & sape Deũ: nõ tangis Deũ nisi & animã trãsieris: quãto minus tangis siin carne manseris? Illi ergo qui sapiũt carnẽ, quã longe sunt à sapiendo q̃ Deus est: quia non ibi essent, ẽt si animũ saperent. Recedit hõ multũ à Deo qñ sapit carnaliter, & multũ interest inter carnẽ & animũ: plus tñ interest inter animũ & Deũ. Tu si in animo es, in me- M
dio es: si infra attendis, corpus est: si supra attendis Deus est. Attolle te à corpore, trãsi ẽt *Psal. 4.*
te. Vide.n. quod dixit Psalmus, & moneris quemadmodũ sapiendus sit Deus. Factę sunt inqt, mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte cũ dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Tãquã pagani dicãt: Ecce dij nostri, Deus vester vbi est? Ostẽdũt. n. illi quod videtur: nos colimus q̃ nõ videẽ: Et cui ostendamus? Homini qui non habet vnde videat: nam vtiq; si ipsi Deos suos vident oculis: habemus & nos alios oculos, vnde videamꝰ Deũ nostrũ. Ipsi oculi mundandi sunt, vt videamus dñm nostrũ. Beati. n. mundo corde, quia ipsi Deũ videbunt. Ergo cũ se cõturbatũ dixisset, cũ dicitur illi quotidie, vbi est Deus tuus: hęc meditatus sum, inquit, quia dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus. Et quasi volens cõprehendere dñm suũ, hæc meditatus sum, inqt, & effudi super me animã meã. Vt ergo attingerẽ Deũ meũ, de quo mihi dicebatur, vbi ẽ Deus tuus, nõ effudi animã meã super carnẽ meã, sed super me. Transcendi me vt illũ tangerẽ. Ille. n. est sup me q̃ fecit me. Nemo eũ attingit nisi qui se transierit. Cogita corpus, mortale est, terrenũ est, fragile est, corruptibile est, abijce. Sed forte caro tpalis ẽ. Alia corpora cogita: cęlestia corpora cogita, maiora, meliora, splẽdida sũt. Attẽde & ipsa, velut fulgura voluunt ab Oriẽte & Occidente nõ stant, videtur oculis, nõ solũ ab hoie, sed ẽt à pecore. Trãsi & ipsa. Et qũo inqes, transeo cęlestia corpora, cũ ambulo in terra? Nõ carne trãsis, sed mente: Abijce & ipsa, quãuis luceãt, corpora sunt: quãuis de cęlo fulgeãt,
corpora sunt. Veni, qm̃ forte nõ te putas ha- A
bere quo eas cũ consideras ista omnia: & vltra cęlestia corpora, quo iturus sum, inquis, & quid mente transiturus sum? Considerasti ista oĩa? Consideraui, inquis. Vnde considerasti? Ipse considerator appareat. Ipse enim cõsiderator, istorũ omnium discriminator,

distinctor,

distinctor, & quodãmodo appẽsor in libro sapientiæ, animus est. Sine dubio melior est animus quo ista oĩa cogitasti, q̃ ista oĩa quæ cogitasti. Animus ergo iste spiritus est non corpus: Transi & ipsum. Cõpara corpora ip si animo primo, ut uideas quo transeas. Cõpara illũ carni: absit, nec digneris cõparare. Cõpara illũ fulgori Solis, Lunæ, stellarũ, ma
B ior fulgor est animi. Primo celeritatẽ animi ipsius vide, uide si non uehementior scintilla est animi cogitantis, q̃ splendor Solis lucentis. Solem Orientẽ tu uides animo, motus ip sius q̃ tardus est ad animum tuũ? Citius tu po tuisti cogitare q̃ facturus est Sol, quam ille facturus est. Ab ortu ad Occidentẽ uenturus est, iam ex alia parte cras oritur. Vbi hoc fe cit cogitatio tua, adhuc ille tardus est, & tu oĩa peragrasti, magna ergo res est animus. Sed qũo dico, transit & ipsum? Quia ipse ani mus mutabilis est, quãuis melior sit oĩ corpore: modo nouit, modo non nouit: modo obliuiscitur, modo recordatur: modo vult, modo non vult, modo peccat, modo iustus est. Transi ergo omnem mutabilitatem, non solum omne q̃ vr̃, sed & omne q̃ mutatur: Transisti.n. carnẽ quæ vr̃: transisti Cœlũ, Solem, Lunam, stellas q̃; quæ uidentur: transisti & omne q̃ mutatur. Iam.n. istis transactis ue neras ad animum tuũ, sed & ibi inueniſti mutabilitatem animi tui, nunquid mutabilis est Deus? Transi ergo & animũ tuũ, effunde super te animã tuam ut contingas Deũ, de quo tibi dr̃: Vbi est Deus tuus? Ne putes te aliquid facturũ q̃ homo non possit. Hoc fecit ipse Ioannes Euangelista: Transcendit carnẽ, trãscendit terrã quam calcabat: transcendit maria quæ uidebat, transcendit aerem ubi alites uolitant, transcendit Solem, transcendit Lunã, transcendit stellas, transcendit omnes spi ritus qui non uidentur, transcendit mentem suã, ipsam rationem animi sui. Trãscendens
C ista oĩa, super se effundens animã suam, quo peruenit? Quid uidit? In principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud Deũ. Si ergo separationẽ non uides in luce, quid separationẽ q̃ris in opere? Vide Deũ, uide uerbũ eius: inhære uerbo dicenti, quia ipse dicens non syllabis dicit, sed splẽdore sapientiæ fulget: hoc est dicere, q̃ dictũ est de sapientia ipsius, candor est lucis æternæ. Attende candorẽ Solis, in cælo est, & expandit candorem per terras oẽs, per maria oĩa, & utique cõporalis lux est. Si separas candorem Solis a Sole, separa uerbũ a patre. De Sole loquor. Lucernæ una flammula tenuis, quæ uno flatu possit extingui, spargit lucem suã super cuncta q̃ subiacent, uides lucẽ sparsam a flammula generatã, emissionem uides, separationẽ nõ uides. Intelligite ergo fratres charissimi patrẽ & filiũ & spm̃ sanctũ inseparabiliter sibi cohærere, Trinitatem hanc unũ Deum, & oĩa opera D
unius Dei, hæc esse patris, hæc esse filij, hæc esse spũssancti. Cętera quæ sequuntur q̃ pertinẽt ad sermonẽ ipsius dñi nostri Iesu Christi in Euangelio, quoniam & crastino die sermo debetur uobis, adestote ut audiatis.

Ab eo q̃ scriptum est: Pater.n. diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, & maiora horum demonstrabit ei opera, ut uos miremini: usq; ad eum locũ, ubi ait, Vt omnes honorificent filiũ, sicut honorificant patrẽ: qui non honorificat filiũ, nõ honorificat patrẽ qui misit illũ. Tra. XXI.

HEsterno die quantũ dñs donare dignatus est, qua potuimus facultate tractauimus, & qua potuimus capacitate intellexi mus, qũo inseparabilia sunt opera patris & filij, nec alia facit pater, alia filius: sed omnia pater facit per filium, tanquam per uerbum suũ, de quo scriptũ est, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Sequentia uerba hodie uideamus, & ab eodẽ dño eius misericordiã & deprecemur, & speremus: ut primũ si dignũ ipse iudicat, intelligamus q̃ uerum est. Si aũt non potuerimus, non eamus in illud q̃ falsum est. Melius est.n. nescire, quã errare: sed scire est melius quam nescire. Itaque ante omnia conari debemus ut sciamus: si potuerimus, Deo gratias: si autem non potuerimus interim peruenire ac uenire ad ueritatem, non eamus ad falsitatẽ. Qui E
enim sumus & quid tractemus cõsiderare debemus. Homines sumus carnẽ portantes, in hac uita ambulantes: & si iam de semine uerbi Dei renati, tñ ita i Christo innouati, ut nõ dũ penitus ab Adam expoliati. Quod enim nostrum mortale & corruptibile aggrauat animam, ex Adam esse apparet manifestum est: quod autem nostrum spiritale subleuat animã, de Deidono & misericordia eius qui

vnicum suũ misit cõicare nobiscum mortẽ nostrã, & ducere nos ad immortalitatẽ suã. Hunc habemus magistrũ, vt non peccemus: & defensorẽ si peccauerimus, & confessi atque cõuersi fuerimus, & interpellatorẽ pro nobis, siquid boni a dño desiderauerimus: & datorẽ cũ patre, quia Deus vnus est pater & F filius, Sed loquebatur ista homo hominibus Deus occultus, homo manifestus, vt manifestos hoies faceret deos: & filius Dei factus filius hominis, vt hominũ filios faceret filios Dei. Qua hoc arte sapiẽtiæ suæ faciat, in eius verbis agnoscimus. Loquitur.n. paruulis paruus, sed ipse ita paruus, vt & magnus, nos autẽ parui, sed in illo magni. Loquitur.n. tãquã fons fouens & nutriens lactentes, & amãdo crescentes. Dixerat: Non põt filius a se facere quicquã, nisi q̃ viderit patrẽ facientẽ: Intellexerimus aũt quia non seorsum aliquid pater facit, q̃ cũ viderit aliquid filius, faciat & ipse aliquid tale ispecto opere patris sui: sed id q̃ dixerat: Non põt filius à se facere quicquã, nisi q̃ viderit patrem facientẽ: quia de patre est totus filius, & tota substantia & potentia eius ex illo est, qui genuit eum. Modo aũt cũ dixisset, & se hæc facere similiter quę facit pater: vt nõ intelligamus alia facere patrẽ, alia filiũ, sed simili potentia facere filiũ eadẽ ipsa quæ pater facit per filiũ, secutus ait q̃ hodie lectũ audiuimus: Pater.n. diligit filiũ, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit.) Rursus mortalis cogitatio perturbatur. Demonstrat pater filio q̃ ipse facit. Ergo ait aliquis: Seorsum pater facit, vt possit filius videre q̃ facit. Rursus occurrunt humanæ cogitationi tanquã artifices duo, velut si faber doceat filiũ suũ artem suam, & demonstret ei quicquid facit, vt possit ẽt ipse facerẽ q̃ vi- G derit patrẽ facientem. Omnia, inquit, demõstrat ei quæ ipse facit. Cũ ergo pater facit, filius non facit, vt possit videre filius q̃ pater facit. Certe omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Hinc videamus quẽadmodũ pater demonstrat filio q̃ facit, cum pater nihil faciat, nisi q̃ per filiũ facit. Quid fecit pater? Mundum. Itane factũ mundũ demonstrauit filio, vt ipse tale aliquid faceret? Detur ergo mundus nobis quem fecit filius. Sed & omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Et mũdus per ipsum factus est. Si factus per eum est mundus, omnia per ipsum facta sunt, & nihil facit pater q̃ nõ per filium faciat. Vbi demonstrat filio pater q̃ facit, nisi in ipso filio per quẽ facit? Quis.n. locus vbi demonstretur opus patris filio, quasi extra faciat & extra sedeat, & filius attendat manũ patris quemadmodũ faciat? Vbi est illa inseparabilis Trinitas? Vbi est verbũ de quo dictũ est, q̃ ipse est virtus & sapientia Dei? Vbi q̃ de ipsa sapientia dicit: Candor est.n. lucis æternæ? Vbi q̃ de illa iterum dr̃: Attendit a fine vsq; ad finẽ fortiter, & disponit om H nia suauiter? Si quid facit pater, per filium facit. Si per sapientiam suam & virtutem suam facit, non extra illi ostendit q̃ videat, sed in ipso illi ostendit q̃ faciat. Quid videt pater, vel potius quid videt filius in patre vt faciat? Et ipse possum forte dicere, sed da iam qui possit capere, aut forte possum cogitare nec dicere, aut forte nec cogitare. Excedit.n. nos illa diuinitas tãquam Deus homines, tanquã immortalis mortales, tanquam æternus temporales. Inspiret & donet de fonte illo vitæ, nunc aliquid irrorare dignetur & stillare in sitim nostrã, ne in hac eremo arescamus. Dicamus ei dñe, cui didicimus dicere. pater. Audemus.n. hoc, quia ipse voluit vt auderemus: si tñ sic viuamus, vt non nobis dicat. Si dñs sum, vbi est honor meus? Dicamus ergo illi, Pater noster. Cui dicimus, Pater noster? Mala. 3. Patri Christi. Qui ergo patri Christi dicit, Pater noster, quid dicit Christo nisi frater noster? Non tñ sicut Christi pater, ita & noster pater. Nunquam.n. Christus ita nos coniunxit, vt nullam distinctionẽ faceret inter nos & se. Ille.n. filius æqualis patri, ille æternus cum patre, patriq; coæternus. Nos autem facti per filium, adoptati per vnicum. Proinde nunquam auditum est de ore dñi nostri Iesu Christi cũ ad discipulos loqueretur, dixisse illũ de Deo summo patre suo, pater noster, sed aut pater meus dixit, aut pater vester, vsqueadeo vt quodam loco poneret hæc duo. I Vado ad Deũ meum, inquit, & Deũ vestrũ. Quare non dixit Deũ nostrum? Et patrẽ meũ dixit & patrem vestrum, non dixit nostrum: Sic iungit vt distinguat, sic distinguit vt non seiungat. Vnum nos vult esse in se, vnũ aũt patrẽ & se. Quantũcunq; ergo intelligamus & quantumcunque videamus, ẽt cum angelis æquati fuerimus, non videbimus sic vt videt filius. Nos.n. & quando nõ videmus, sumus

aliquid.

aliquid. Quid aliud ſumus quando non videmus, niſi non videntes ſumus: tamẽ velut nõ videntes, & ut videamus, conuertimus nos ad Deũ quẽ videmus, & fit in nobis viſio q̃ non erat qñ nos tñ eramus. Eſt enim homo non videns, & ipſe cũ viderit dicitur homo videns. Nõ ergo hoc eſt illi videre, quod eſſe hominem: nam ſi hoc illi eſſet videre q̃ eſſe hominẽ, nunquã eſſet homo niſi videns. Cũ vero eſt homo nõ videns, & quærit videre quod non videt, eſt qui quærat, eſt qui ſe conuertat vt videat: & cũ ſe bene conuerterit: & viderit, fit homo videns, qui prius erat homo non videns: Videre ergo accedit illi, & recedit ab illo. Accedit illi cũ ſe cõuerterit, recedit ab illo cũ ſe auerterit. Nũquid ita filius? Abſit. Nunquid filius nõ videẽs, & poſtea factus eſt videns, ſed videre patrẽ, hoc illi eſt eſſe filiũ. Nos. n. admonẽdo ad pctm̃ amittimus illuminationẽ, & conuertẽdo nos ad Deũ percipimus illuminationẽ. Aliud eſt. n, lumen quo illuminamur, aliud nos qui illuminamur. Lumen aũt ipſum quo illuminamur, nec auertitur à ſe, nec perdit lucere qa lux eſt. Si ergo demonſtrat pater oĩa q̃ facit filio, vt in patre ſit oĩa filius. Videndo enim natus eſt, & naſcendo videt: ſed nõ aliqñ nõ erat natus, & poſtea natus eſt, ſicut non aliqñ nõ vidit, & poſtea vidit ſed illi videre, ĩ eo é illi eſſe, in eo eſt illi natũ eſſe, in eo eſt illi pmanere, in eo eſt illi non mutari, in eo eſt illi ſine fine perſiſtere. Nõ ergo carnaliter accipiamus, quia pater facit opus & demonſtrat filio, & viderit filius opus quod pater facit illud in alio loco, aut de alia materia: Omnia enim per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil. Verbum patris eſt filius, nihil dixit Deus quod nõ dixit in filio. Dicendo enim filio quod facturus erat pater per filiũ, ipſũ filium genuit per quẽ faceret omnia. Et maiora horũ demonſtrabit ei opera vt vos miremini.) Rurſus hic turbat. Et quis eſt qui digne perſcrutatur hoc tantũ ſecretũ? Sed iam quomodo nobis loqui dignatus eſt, ipſe aperiat: neq; n. vellet dicere q̃ nollet intelligi. Quia dicere dignatus eſt, ſine dubio excitauit audientiã. Nunquid quem excitauit vt audiret, excitatũ deſeret? Diximus vt potuimus non temporaliter ſcire filiũ, & nec aliud eſſe viſionẽ, & aliud ipſum filium, ſed ipſam viſionem & ipſam ſcientiã vel ſapientiã patris eſſe filiũ, eamq; ſapientiã & eam viſionẽ ęternam eſſe ab ęterno, & ei à quo eſt coęternã, nec ibi per tempus aliquid variari, nec aliquid naſci q̃ erat, nec aliquid perire, q̃ erat. Diximus hæc vt potuimus. Quid ergo hic modo facit tps, vt diceret: maiora his demõſtrabit ei opera. Idẽ demonſtraturus eſt, hoc eſt demonſtrabit: Aliud eſt demonſtrauit, aliud é demõſtrabit. Demõſtrauit de p̃terito dicimus, demonſtrabit demonſtraturũ dicimus. Quid ergo hic agimus fratres? Ecce quẽ dixeramus patri coæternum, nihil in illo variari per tempus, nihil moueri per ſpatia vel momentorũ vel locorũ, manere ſemper cũ patre, uidentem patrẽ & uidendo exiſtentẽ; rurſus nobis tẽpora nominans, demonſtrabit ei, inquit, his maiora. Ergo demonſtraturus eſt aliquid filio, quod non nouit filius? Quid ergo faciemus? Quomodo hoc intelligimus? Ecce dñs noſter Ieſus Chriſtus ſurſũ erat, deorſum eſt. Quando ſurſum erat? Quãdo dixit, quæcunq; facit pater, hæc eadẽ & filius facit ſimiliter. Vnde modo deorſum? Maiora his demonſtrabit ei opera. O dñe Ieſe Chriſte ſaluator noſter, uerbũ Dei, per q̃ facta ſunt omnia, quid tibi pater demonſtraturus eſt quod adhuc neſcis? quid te latet patris? quid te latet in patre, quẽ non latet pater? Quæ opera tibi maiora demonſtraturus eſt? aut quibus maiora ſunt quę demonſtraturus eſt? Cũ enim dixit maiora his debemus prius intelligere quibus maiora. Recordemur vnde ſermo iſte proceſſit, qñ curatus ẽ ille qui triginta & octo annos habebat in infirmitate, & iuſſit eũ ſaluum tollere grabatũ ſuũ, & ire in domum ſuã. Hinc enim Iudęi commoti cũ quibus loquebatur verbis & tacebat intellectu, quodammodo innuebat intelligentibus, cęlabat iraſcentibus. Hinc ergo cũ eſſent commoti Iudęi, quia hoc ſabbato dñs faceret, dederunt occaſionẽ ſermoni huic. Nõ ergo ſic audiamus hęc tanquã obliti quę ſupra dicta ſunt, ſed reſpiciamus illũ languidum triginta & octo annorum ſubito factum ſanum, admirantibus Iudęis & iraſcentibus: Quęrebant tenebras magis de ſabbato quam lumen de miraculo. His ergo indignantibus loquens ait hoc: maiora his demonſtrabit ei opera. His maiora: Quibus? Quod vidiſtis hominẽ factum ſanum, cuius languor durauerat vſque ad triginta & octo

K

L

M

annos: his maiora pater demonſtraturus eſt filio. Quę ſunt maiora? Sequitur & dicit: Sicut.n.pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & filius quos vult viuificat.) Planè maiora ſunt iſta. Valde.n.plus eſt vt reſurgat mortuꝰ, quã vt cõualeſcat ęgrotus. Maiora ſunt iſta. Sed qñ ea pater demonſtraturus eſt filio? Ne
B ſcit.n.ea filius, & ille qui loquebatur nõ nouerat mortuos ſuſcitare? Adhuc habebat diſcere reſuſcitare mortuos, per quẽ facta ſunt oĩa, qui fecit vt viueremus, qui non eramus? Adhuc habebat diſcere vt reſuſcitaremur? Quid eſt quod vult dicere? Deſcendit.n. ad nos, & qui pauloante loquebaꝫ vt Deus, cępit loqui vt homo. Ipſe eſt tñ homo q̃ Deus quia Deus factus eſt homo, ſed factus q̃ non erat, nõ amittẽs quod erat. Ergo acceſsit hõ, vt eſſet homo, qui erat Deus, nõ iã vt homo eſſet, & non eſſet Deus. Audiamus ergo eũ & factũ, qui audiebamus conditorẽ. Conditorẽ, quia verbũ in principio, factũ, quia natũ ex virgine Maria. Conditorẽ ante Abrahã ante Adam, ante terrã, ante cęlũ, ante omnia corporalia & ſpiritalia: factũ autẽ ex ſemine Abrahæ, ex tribu Iuda, ex virgine Iſraelitica. Si ergo nouimus hunc qui nobis loquitur, & Deũ & hoiem, intelligamus verba Dei & hominis: aliqñ.n.talia nobis dicit quæ pertineant ad maieſtatẽ, aliquãdo quæ pertineãt ad humilitatẽ. Ipſe.n.rex excelſus qui humilis vt nos humiles faciat excelſos. Quid ergo ait? Demonſtrabit mihi pater his maiora, vt vos miremini. Ergo nobis ſic demonſtraturus, non illi. Cũ ergo nobis ſit demonſtraturus pr̃: propterea dixit, vt vos miremini. Expoſuit.n. quod voluit dicere, demonſtrabit
Act. 9. & 22. mihi pater. Quare nõ dixit, demoſtrabit vobis pater, ſed demõſtrabit filio? Quia & nos
Mat. 25. mẽbra ſumus filij: & nos mẽbra tanq̃ quod diſcimus, ipſe diſcit quodãmodo in mẽbris ſuis. Qũo diſcit in nobis? Qũo patitur in nobis. Vnde ſcimus, quia patitur in nobis, vnde
C probamus? Ex illa voce de cęlo: Saule Saule q̃d me perſequeris? Nonne ipſe eſt qui iudex in fine ſeculi reſidebit, & iuſtos ad dexteram ponẽs, iniquos aũt ad ſiniſtrã, dicturus ẽ, Venite benedicti patris mei, pręcipite regnum: E ſuriui.n.& dediſtis mihi mãducare? Cũq; illi rñderint, Dñe, qñ te vidimus eſurientẽ? Dicturus ẽſt eis, Cũ vni ex minimis meis de diſtis, mihi dediſtis. Qui ergo dixit: Cũ vni ex minimis meis, dediſtis, mihi dediſtis, & nũc interrogeturà nobis, & dicamus illi, Domine qñ eris diſcẽs, cũ tu doceas oĩa? Statim enim nobis in fide noſtra reſpõdebit. Cũ vnus ex minimis meis diſcit, ego diſco. Ergo gratulemur & agamus gratias, nõ ſolum nos Chriſtianos factos eſſe, ſed Chriſtũ. Intelligitis fratres gratiã Dei ſuper nos capitis: admiramini gaudete, Chriſti facti ſumus. Si.n. caput ille eſt, nos mẽbra, totus ille hõ & nos. *Ephe. 4.* Hoc eſt quod Apoſtolus dicit Paulus, Vt vltra iã non ſimus paruuli, iactati & circũdati oĩ vento doctrinę: ſuperius aũt dixerat, Donec occurramus oẽs in vnitatem fidei, in agnitionẽ filij Dei in virum perfectũ, in menſuram ętatis plenitudinis Chriſti. Plenitudo ergo Chriſti caput & membra. Quid eſt caput & mẽbra. Chriſtus & Eccleſia. Arrogamus.n.nobis hoc ſuperbe, niſi ipſe dignetur hoc promittere, qui per Apoſtolũ eundẽ di- *1. Cor. 12.* cit: Vos aũt eſtis corpus Chriſti & membra. Cũ ergo oſtẽdit pater mẽbris Chriſti, Chriſto oſtẽdit, fit quoddã miraculũ magnũ, ſed
D tñ verum. Oſtenditur Chriſto quod nouerat Chriſtus, & oſtenditur Chriſto per Chriſtũ Res mira & magna eſt: ſed ſcriptura ſic loqꝫtur. Contradicturi ſumus diuinis eloquijs, & non potius intellecturi, & ex ipſius dono q̃ ei donauit gratias acturi? Quid eſt quod dixi demonſtratur Chriſto per Chriſtũ? Demonſtratur mẽbris per caput. Ecce vide illud in te. Pone te clauſis oculis velle aliquid tollere, neſcit manus quo eat, & vtiq; manus ea mẽbrũ tuũ eſt, nõ.n.à corpore tuo ſeparata eſt, aperi oculos, videt ẽt manus quo eat, demonſtrãte capite membrũ ſecutum eſt. Si ergo in te potuit inueniri tale aliquid ut corpus tuũ oſtenderet corpori tuo, & per corpus tuũ demonſtratur aliquid corpori tuo, noli mirari quia dictum eſt, demonſtratur Chriſto per Chriſtum. Demonſtratur enim caput vt membra diſcant. Vnus tamen homo caput & membra: Noluit ſe ſeparare, ſed dignatus eſt agglutinari. Longe a nobis erat, & multum longe. Quid tam lõge, quam conditũ & conditor? Quid tam longe, quã Deus & homo? Quid tam longe quam iuſtitia & iniquitas? Quid tam longe quam ętternitas & mortalitas? Ecce q̃ longe erat verbũ in principio Deus apud Deũ per quem facta ſunt oĩa. Qũo ergo factus eſt propè, vt eſſet

quod

quod nos, & nos in illo? Verbum caro factū
est, & habitauit in nobis. Hoc ergo est nobis
demonstraturus: hoc demōstrauit discipulis
suis, qui eū in carne viderunt. Quid est hoc?
Sicut pater suscitat mortuos & uiuificat: Sic
& filius quos uult uiuificat.) Alius ne pr̄, aliꝰ
filius? Certe oīa per ipsum facta sunt. Quid
dicimus fratres mei? Lazarū suscitauit Chr̄s,
E quē mortuū suscitauit pater, ut uideret Chri
stus quēadmodū Lazarū suscitaret? An qñ re
Ioan. 11. suscitauit Lazarū Chr̄s, non eum resuscitauit
pater? Et sine patre fecit filius solus? Legite ip
sam lectionē & uidete quia patrē ibi inuocat
ut resurgat Lazarus: sicut homo inuocat pa-
trē, sicut Deus facit cū patre. Ergo & Laza-
rus q̄ resurrexit, & a patre & a filio suscita-
tus est in dono & gratia spiritussancti, & il-
lud mirabile opus Trinitas fecit. Nō ergo sic
intelligamus, sicut ergo pr̄ suscitat mortuos
& uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat,
ut alios a patre resuscitari & uiuificari, alios
a filio existimemus, sed eosdē quos pater su-
scitat & uiuificat, ipsos & filius suscitat & ui
uificat, quia oīa per ipsum facta sunt, & sine
ipso factū est nihil. Et ut ostenderet habere se
quāuis a patre, datā tñ patris potestatē, ideo
Ioan. 11. ait: Sic & filius quos uult uiuificat. Et ut ostē-
Luc. 7. deret ibi uoluntatē suā, & nequis diceret, su-
Mar. 5. scitat pr̄ mortuos per filiū, sed ille tanquam
potens, iste tanquā ex aliena ptāte, tanquam
minister facit aliquid sicut angelus, ptātem
significauit ubi ait: Sic & filius quos uult ui-
uificat: non. n. uult pater, aliud quā filius, sed
sicut illis una substantia, sic una uoluntas est.
Et qui sunt isti mortui quos uiuificat pater &
filius? An ipsi sunt de quib. diximus, Lazarus,
uel filius illius uiduæ, uel filia archisynago-
gi? Nouimus. n. istos a Christo dño nostro
suscitatos. Aliud aliquid nobis uult insinua-
re, resurrectionem, s. mortuorum, quam oēs
expectamus, nō illam q̄ quidā habuerunt ut
crederent cęteri. Resurrexit. n. Lazarus mo-
riturus, resurgemus nos semper cū Christo
F uicturi. Talem resurrectionem pater fecit an
filius? Immo uero pater per filiū, Ergo filius
in patre, & pater in filio. Vnde probamus,
quia de ista dicit resurrectione? Cū dixisset,
sicut. n. pater suscitat mortuos & uiuificat,
sic & filius quos uult uiuificat, ne intelligere
mus mortuorū resurrectionē, q̄ facit ad mira-
culū, non ad uitam æternā, secutus ait: Ne-
que. n. pater iudicat quenq̄, sed iudiciū om-
ne dedit filio.) Quid hoc est? De mortuorū
resurrectione dicebat, quia sicut pater suscita-
tat mortuos & uiuificat, sic & filiꝰ quos uult
uiuificat: unde continuo tanq̄ rationem sub-
iecit de iudicio dicens: Neq; n. pater iudicat
quenq̄, sed omne iudiciū dedit filio, nisi q̄
de resurrectione dixerat mortuorū, quæ fu-
tura est in iudicio. Pauloante putabamus ali-
quid facre patrē, q̄ non facit filius, qñ dice- G
bat. Pater diligit filiū, & oīa demonstrat ei q̄
ipse facit: tanquā pater faciebat, & filius uide
bat. Sic erat subrepens menti nostræ intelle-
ctus carnalis, quasi pater faceret q̄ filius nō
faceret: filius aūt uideret patrē demonstran-
tem, q̄ fieret a patre. Ergo uelut pater facie-
bat, q̄ filius non faciebat. Modo iā uidemus
aliquid facere filium q̄ non facit pater. Qūo
nos uersat, & mentem nostram pertractat,
huc atque illuc ducit, uno carnis loco rema
nere non finit, ut uersando exerceat, exercen
do mundet, mundando capaces reddat, ca-
paces factos impleat. Quid de nobis faciunt
uerba hęc? Quid loquebatur? Quid loquitur?
Pauloante dicebat, quia demonstrat filio pa
ter quicquid facit, uidebam quasi patrem fa
cientem, filium expectantem. Modo rursus
uideo filiū facientem, patrem uacantem. Nō
enim pater, inquit, iudicat quenquā, sed om
ne iudicium dedit filio. Qñ ergo filius iudi-
caturus est, pater uacabit, & non iudicabit?
Quid est hoc? quid intelligam dñe? quid di-
cis qui uerbū Dei es? homo sum. Dicis quia
pater non iudicat quenquam, sed omne iu-
diciū dedit filio. Lego alio loco te dicente:
Ego non iudico quenquā, est qui quærat &
iudicet. De quo dicis, est qui quærat & iudi- Ioan. 8.
cet, nisi de patre? Ille quærit iniurias tuas, ille
iudicat de iniurijs tuis: Qūo hic pater non iu
dicat quenquā: sed omne iudiciū dedit filio?
Interrogemus & Petrū, audiamus eū loquen
tem in Epistola sua: Christus pro nobis pas- 1. Pet 2.
sus est, inquit, relinquens nobis exemplū, ut
sequamur uestigia eius, qui pctm̄ non fecit, H
nec dolus inuentus est in ore eius, qui cū ma
lediceretur, non maledicebat, cū iniuriā ac-
ciperet, non minabatur, sed cōmendabat illi
qui iuste iudicat: Quomodo uerum est, quia
pater non iudicat quenquam, sed omne iu-
dicium dedit filio? Turbamur hic, turbati de
sudemus, desudantes purgemur. Conemur

vtcunq; donante ipso, penetrare alta secreta verborũ istorũ. Temere fortasse facimus, qa discutere & scrutari volumus verba Dei. Et quare dicta sunt, nisi vt sciãtur? Quare sonuerunt, nisi vt audiãtur? Quare audita sunt, nisi vt intelligantur? Confortet ergo nos & donet nobis aliquid quantũ ipse dignatur, & si nõdũ penetramus ad fontẽ, de riuo bibamus.

K Ecce ipse Ioannes nobis tanq̃ riuulus emanauit, perduxit ad nos de alto, verbũ humiliauit, & quodãmodo strauit, vt non horreamus altũ, sed accedamus ad humilẽ. Omnino est quidã intellectus verus, fortis, si quo modo eũ tenere possumus, quia pater nõ iudicat quenquã, sed omne iudiciũ dedit filio.

4. sen. di. 48. c. sed cum. Hoc.n. dictũ est, quia hoĩb. in iudicio nõ apparebit nisi filius: Pater occultus erit, filius manifestus. In quo erit filius manifestus? In forma qua ascendit. Nã in forma Dei cũ patre occultus est, in forma serui hoĩb. manifestus. Nõ ergo pater iudicat quenquã, sed in manifesto oẽ iudiciũ dedit filio. Hoc.n. dictũ est, quia hominib. in iudicio nõ apparebit nisi filius, sed manifesto. In quo manifesto iudicio filius iudicabit, quia ipse iudicandis apparebit. Euidentius nobis ostendit scriptura, qa ipse apparebit,

Actor. 1. Quadragesimo die post resurrectionẽ suã ascendit in cęlũ, vidẽtib. discipulis suis, & vox illis angelica, Viri, inquit, Galilęi, quid statis aspicientes in cœlũ? Iste qui assumptus est à vobis in cœlũ, sic veniet quẽadmodũ vidistis eũ euntẽ in cęlũ. Quo eũ videbant ire? In carne quã tetigerũt, quã palpauerunt, cuius ẽt cicatrices tãgẽdo sibi probauerunt, in illo corpore in quo cũ eis intrauit & exiuit per xl. dies, manifestans se eis in veritate, non in aliqua falsitate, non phantasmate, non vmbra, nõ spiritu, sed quẽ

Luc. 24. admodũ ipse dixit non fallens, Palpate & videte: quia spiritus carnẽ & ossa non habet, sicut me videtis habere. Est quidẽ illud iã corpus dignũ cęlesti habitatione, non subiacẽs

L morti, non mutabile per ætates. Non.n. sicut ad illam ætatem ab infantia creuerat, sic ab ætate quæ iuuentus erat, vergit in senectutẽ: manet sicut ascendit, venturus ad eos quibus antequã veniat, verbũ suũ voluit prædicare. Sic.n. veniet in forma humana. Hãc videbũt

Ioan. 19. Zac. 12. Apoc. 1. & impij, videbunt & ad dexterã positi, videbunt ad sinistram separati, sicut scriptũ est, Videbunt in quem pupugerunt. Si videbunt in quem pupugerũt, corpus ipsũm videbũt, q̃ lancea percusserunt. Lancea non percutitur verbum. In hoc.n. impij videre potuerũt q̃ & vulnerare potuerunt. Latentem Deũ in corpore non videbunt: post iudiciũ videbitur ab his qui ad dexterã erunt. Hoc est ergo q̃ ait. Pater non iudicat quenquã, sed omne

M iudiciũ dedit filio: quia manifestus ad iudiciũ veniet filius i humano corpore apparẽs, hominib. dicens dextris, Venite benedicti patris mei, percipite regnum: dicens sinistris, Ite in ignem æternũ, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Ecce videbitur forma hominis à pijs & impijs, a iustis & ab iniustis, a fidelib. & ab infidelib. a gaudentib. & a plangentibus, a confisis & confusis. Ecce videbitur cũ visa fuerit illa forma in iudicio, & fuerit peractũ iudiciũ, vbi dictum est, Pater nõ iudicat quenquã, sed omne iudicium dedit filio: ob hoc, quia filius apparebit in iudicio in forma, quã ex nobis susceperit. Quid postea futurũ est q̃n videbitur forma Dei, q̃ fatiunt oẽs fideles: q̃n videbitur illud, q̃ erat in principio verbũ Deus apud Deum, per q̃ facta sũt omnia: q̃n videbitur illa forma Dei,

Mat. 25. de qua dicit Apostolus, Cum in forma Dei

Phil. 2. esset, non rapinã arbitratus est esse æqualem Deo? Magna.n. illa forma vbi æqualitas patris & filij cognoscitur ineffabilis, incõprehensibilis, maxime paruulis. Q̃n videbitur? Ecce ad dexteram sunt iusti, ad sinistrã sunt iniusti. Omnes pariter homines vident filiũ hominis, vident qui punctus est, vident qui crucifixus est, vident humiliatum, vident natum ex virgine, vident agnum de tribu Iuda, verbũ Deum apud Deum. Q̃n videbunt, ipse erit & tunc, sed forma serui apparebit. Forma serui seruis demonstrabitur: forma Dei, filijs seruabitur. Fiãt ergo serui filij, qui sunt ad dexteram, eant in æternã hæreditatẽ olim

A promissam, quam nõ videntes martyres crediderunt, pro cuius promissione sanguinem suũ sine dubitatione fuderunt. Eant illuc & videãt ibi. Q̃n illuc ibunt? Dicat ipse dñs: Sic ibunt illi in cõbustionem æternam, iusti aũt in vitam æternam. Ecce vitam æternam nominauit. Nunquid hoc nobis dixit, quia ibi videbimus & cognoscemus patrẽ & filium? Quid si viuemus in æternum, sed illũ patrẽ & filium nõ videbimus? Audi alio loco vbi vitam æternam nominauit, & expressit quid

sit

sit vita æterna. Noli timere, non te fallo, nō
sine causa promisi dilectorib. meis dicens,
Ioan.14. Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est
qui diligit me, Et qui me diligit, diligetur a
patre meo, & ego diligam eū, & manifestabo meipsum illi. Respondeamus dño & dicamus, Quid dñe Deus noster magnū, quid magnum nobis demonstraturus es teipsum? Quid.n. Et Iudęis te demonstrasti. Nonne te
A uiderunt & qui crucifixerunt? Sed demonstrabis te in iudicio, cū stabimus ad dexterā tuā. Nunquid & illi qui ad sinistram stabunt non te videbunt? Quid est q̄ demonstrabis nobis teipsum? Nunc.n. non te videmus cum loqueris? Respondet: Et demonstrabo meipsum in forma Dei, uidetis modo ī forma serui. Non te fraudabo ò homo fidelis, crede qa uidebis, amas & non uides, amor ipse te perducit ut uideas, ama, perseuera in amando. Non fraudabo, inquit, amorem tuū, qui mū daui cor tuū, ut quid.n. mundaui cor tuū, ni-
Mat.5. si ut Deus a te possit uideri? Beati.n. mundo corde, quia ipsi Deū uidebunt. Sed hoc, inquit seruus, tanquam cū dño disputans, non expressisti cū dixisti, Ibunt iusti in uitā æternam: non dixisti, ibunt ut uideant me in forma Dei, uideant patrē cui æqualis sum. Alibi attende quid dixit, Hæc est aūt vita æterna, ut cognoscant te vnum uerum Deū, & quē misisti Iesum Christum. Et modo ergo post cōmemoratum iudiciū, q̄ omne dedit filio pater non iudicans quenquā, quid futurum
Ioan.17. est? Quid sequitur? Vt oēs honorificent filiū, sicut honorificant patrē. ¶ Modo honorificāt patrem, & continetur filius: Filius.n. uidebat ut seruus, pater honorificabatur ut Deus. Apparebit & filius æqualis patri, ut omnes honorificent filiū, sicut honorificant patrē. Modo ergo hoc habemus in fide. Nec dicat Iudęus, patrē honorifico, quid mihi est cū filio? Respondeat illi. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem.) Mentiris om-
B nino, filiū blasphemas, & patri facis iniuriā. Pater.n. filiū misit, tu contemnis quē misit. Quo honorificas mittentē, qui blasphemas missum? Ecce, inquit, aliquis missus est, & maior est pater, quia misit. Recede a carne, uetus homo suggerit uetustati, tu in nouo agnosce nouitatem: nouus tibi, seculo antiquus, perpetuus, æternus, reuocet ad hoc intellectū. Minor est filius, quia missus dictus est filius. Missionē audio, non separationem. Sed hic, inquit, uidemus in reb. humanis: qa maior est qui mittit, q̄ ille qui mittitur. Sed res humanæ fallunt hominē, res diuinæ purgant. Noli attendere ad res humanas, ubi maior vr̄ qui mittit, & minor qui mittitur, quāquā & ipsæ res humanæ dicunt contra testimoniū. Velut uerbi gratia, si quis uxorē uel-
C let petere, & per se non posset, amicū maiorē mittit qui ei petat. Et sunt multa in quibus ipse maior eligitur, qui mittatur a minore. Quid ergo calūniā uis facere, quia ille misit, ille missus est? Sol radiū mittit, & nō separat: Luna splendorē mittit, & nō separat: lucerna lumē fundit, & nō separat. Video ibi missionē, & nullā uideo separationē: nā si de rebus humanis q̄ris exēpla, ò hæretica uanitas, q̄ q̄ sicut pauloante dixi, & ipsæ res humanæ in quibusdā exēplis coarguunt & uincunt te, tñ attende q̄ sit aliud in reb. humanis, unde uis ducere exēpla ad res diuinas. Homo qui mittit, manet ipse, & pergit ille qui mittitur. Nūquid pergit homo cū eo quem mittit? Pa- Ioan.16.
ter aūt qui misit filiū, non recessit a filio. Ipsum dñm audi dicentem, Ecce ueniet hora, ut unusquisq; descendat ad sua, & me solum relinquetis, sed nō solus sum, quia pater mecum est. Quō eum misit cum quo uenit? quō eum misit a quo non recessit? Alio loco di-
Ioan.14. xit, Pater aūt in me manens facit opera. Ecce in illo est, ecce operatur, nō recessit a misso mittens, quia missus & mittens unum sunt.

Ab eo q̄ scriptū est, Amen amē dico uobis, quia qui uerbū meū audit, & credit ei qui misit me, habet uitā æternā, & in iudiciū non uenit, sed transit a morte in uitā: usq; ad eū locū ubi ait, Sicut audio iudico, & iudiciū meū iustū est, q̄ non q̄ro uolūtatē meā, sed uolūtatē ei⁹ q̄ misit me. Tr. XXII.

NVdiustertiani & hesterni diei sermones
D redditos uobis, sequitur hodierna euāgelica lectio, quam ex ordine pertractemus, nō pro eius dignitate, sed pro uirib. nostris: quia & uos nō pro inundantis fontis largitate, sed pro uestro modulo capitis. Et nos nō tū dicimus in aures uestras, quātū ipse fons manat, sed quantū capere possumus, q̄ in uestros sensus trajciamus, abundantius operāte ipso in cordib. uestris, quām nobis in au-

ribus

ribus vestris. Res.n.magna tractatur, & non à magnis, imo multum à paruis, spem tñ & fiduciam dat nobis, qui magnus propter nos factus est paruus. Si.n.ab illo non exhortaremur, nec inuitaremur ad eum intelligendũ, si desereret nos tanquam contẽptibiles, quia capere non possemus diuinitatem ipsius, si
F non caperet in se mortalitatem nostram, & peruenire ad nos vt loqueretur nobis Euangelium, si q̃ in nobis abiectum & minimum est, voluit cõicare nobiscum, putamus eum noluisse nobis dare magnum suũ, qui suscepit paruũ nostrum? Hæc dixi, ne quis vel nos reprehendat ista tractantes, quasi multũ audaces: vel de se desperet, q̃ possit capere dono Dei, q̃ illi dignatus est loqui filius Dei. Ergo loqui nobis dignatus est, debemus credere quia voluit vt intelligatur. Sed si non possumus, præstat intellectum rogatus, qui verbum præstitit non rogatus. Ecce quæ verborũ ista secreta sunt, attendite, Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternã.) Ad vitam certe æternam omnes tendimus. Et ait, Amen amen dico vobis, qui verbum meum audit & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Nunquid ergo audire vos voluit verbum suũ, & intelligere noluit? Qñquidem si in audiendo & credẽdo vita æterna est, multo magis in intelligendo, Sed gradus pietatis fides, fidei fructus intellectus, vt perueniamus ad vitã æternam, vbi nõ nobis legatur Euãgelium: sed ille qui nobis modo Euangelium dispensauit, remotis omnibus lectionib. & paginis, & voce lectoris & tractatoris, appareat omnib. suis purgato corde assistentib. & in corpore immortali iã nunquã morituris mundans eos & illuminans,
G videntes & viuentes, in principio erat verbũ & verbũ erat apud Deũ. Nunc ergo quẽ q̃si uimus attendamus. & quẽ audiuimus cogitemus. Deus est.n.Christus: & cũ hominib. loquitur: capi se vult, faciat capaces: videri se vult, aperiat oculos. Non tñ sine causa loquitur nobis, nisi quia verũ est, q̃ promittit nobis. Verba, inquit, qui audit, & credit ei qui me misit, habet vitã æternam. Vt in iudicium non veniat, sed transeat à morte ad vitam. ¶ Vbi &. qñ venimus de morte ad vitã, vt non in iudiciũ veniamus? In hac vita transimus à morte ad vitã: in hac vita quæ nondum est vita, hinc transimus à morte ad vitã. Quis est ille transitus? Qui audit verba mea, dixit, & credit ei qui misit me. Seruas ista & credis, & transis. Et est qui stando transit? Planè est: stat.n.in corpore, transit mente. Vbi erat, Vnde transiret? Et quò transit? A morte ad vitam. Vide vnũ hominem stantem, in quo agatur totum hoc q̃ dr. Stat, audit, forte non credebat, audiendo credit: pauloante non credebat, modo credit, quasi de regione infidelita H tis ad regionẽ fidei transitum fecit, motu cordis, nõ motu corporis: motu in melius, quia iterũ qui desertunt fidem, mouentur in deterius. Ecce in hac vita, quæ sicut dixi nondum est vita, transitur a morte ad vitam, vt in iudiciũ non veniatur. Quare aũt dixi, quia nondũ est vita? Si vita esset ista, non diceret dñs *Mat. 19.* cuidam: si vis venire ad vitam, serua mandata. Non.n.ait illi, si vis venire ad vitam æternam: non addidit æternam, sed tantũ dixit vitam. Nec vita nominanda est, quia non est ve *1. Tim. 6* ra uita. Quæ est uera, nisi quæ est æterna vita? Audi Apostolum dicẽtem ad Timotheũ, Præcipe diuitibus huius seculi, non superbe sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo uiuo: qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum, benefaciãt diuites, sint in operibus bonis, facile tribuant, cõicent. Vt quid hoc? Audi q̃ sequitur, Thesauri zent sibi fundamentũ bonũ in futurum, ut apprehendant ueram uitã. Profecto ista in qua erant, falsa uita est: nam ut quid uelis apprehendere ueram: si iam tenes ueram? Si autem apprehendenda est uera, migrandũ est a falsa. Et qua migrandũ? Quo? Audi, crede, & trãsitum facis de morte ad uitam, & in iudiciũ non uenis. Quid est hoc q̃ in iudicium non *1. Cor. 2.* uenies? Et quisquã melior erit Paulo Apostolo, qui ait, Oportet nos exhiberi oẽs ante tribunal Christi, ut illic recipiat unusquisq; q̃ per corpus gessit, siue bonum, siue malum. Paulus dicit, Oportet nos exhiberi oẽs ante tribunal Christi: & tu tibi audes promittere, I quia in iudiciũ non uenies? Absit, inquis, ut ego mihi hoc promittere audeã, sed credo promittenti. Saluator loquitur, ueritas pollicetur, ipse dixit mihi, Qui audit uerba mea, & credit ei qui me misit, habet uitã æternã, & transitũ facit de morte in uitã, & in iudicium non venit. Ergo audiui uerba domini mei, credidi. Iã infidelis cũ essem, factus sũ

fidelis

Psal. 4

I. Co. 1

fidelis,ſicut ipſe monuit, tranſij à morte ad
vitã,ad iudiciũ non venio, non præſumptio
ne mea,ſed ipſius promiſsione. Paulus autẽ
K contra Chriſtũ loquitur, ſeruus cõtra dñm,
diſcipulus contra magiſtrum, homo contra
Deũ, vt cũ dñs dicat,quia qui audit & cre-
dit,tranſit à morte ad vitã, & in iudiciũ non
venit:dicat Apoſtolus,Oportet nos oẽs exhi
beri ante tribunal Chriſti. Aut ſi ad iudiciũ
non veniat,quid ad tribunal exhibetur? Ne-
ſcio qũo colligã. Reuelat ergo dñs noſter,
& per ſcripturas ſuas admonet nos dicens,
quot modis intelligaẽ,qñ dr̃ in iudiciũ: Hor
tor ergo vt attẽdatis. Aliqñ iudiciũ diſcrimi
natio dicit.Secũdũ illũ modũ quo dicitur iu
diciũ diſcriminatio, oportet nos oẽs exhibe
ri ante tribunal Chriſti,vt illic recipiat hõ q̃
p corpus geſsit, ſiue bonũ,ſiue malũ : ipſa ẽ
.n.diſcriminatio, vt bonis bona, malis mala
Pſal. 42. diſtribuãt.Nã ſi iudiciũ sẽp ĩ malo accipere
tur,nõ diceret Pſalmus,Iudica me Deus. Au
dit forte aliquis dicentẽ, Iudica me Deus,& miratur? Solet enim homo dicere, ignoſcat mihi Deus,parce mihi Deus.Quis eſt qui dicat,Iudica me Deus? Et aliqñ in Pſalmo verſus ipſe in diapſalmate ponitur, qui præbeatur à lectore,& reſpõdeatur a populo. Nũc forte alicui cor percutitur, & timet cantare Deo & dicere,Iudica me Deus & tamẽ cantat populus credens, nec putat ſe male optare quod dicitur à diuina lectione, & ſi parũ intelligit,credit aliquid bonieſſe quod cãtat.Et tñ & ipſe Pſalmus non dimiſit hominẽ ſine intellectu.Secutus enim verbis poſterioribus oſtẽdit,quale iudiciũ diceret, quia nõ eſt damnationis ſed diſcretionis. Ait.n.iudi-
L ca me Deus:Quid eſt,iudica me Deus?Et diſcerne cauſam meam a gente non ſancta.Ergo ſecundũ hoc iudiciũ diſcretionis, oportet nos oẽs exhiberi ante tribunal Chriſti.Secundum iudiciũ autẽ damnationis, qui audit verba mea, inquit, & credit ei qui miſit me habet vitã æternã, & in iudicium nõ veniet,ſed tranſitũ facit à morte ad vitã.Quid eſt,in iudiciũ,non veniet? In damnationem non veniet.Probemus de ſcripturis,quia dictum eſt iudiciũ,vbi pœna intelligitur, quãquã & in hac ipſa lectione paulopoſt audietis ipſum verbũ iudicij non poſitũ niſi pro dãnatione & pro pœna, Tñ Apoſtolus dicit
1.Co. 11. quodã loco ſcribens ad eos, qui corpus q̃d

fideles norũt,male tractabant: & propter q̃
male tractabant,corripiebantur flagello domini.Ait.n.illis: Propterea multi in vobis infirmi & ęgroti dormiunt ſufficienter. Multi
M enim propterea etiã moriebantur.Et ſecutus eſt:Si enim noſipſos indicaremus, à dño nõ iudicaremur:hoc eſt, ſi noſipſos corriperemus,à dño non corriperemur, cum iudicamur aũt à dño,corripimur,ne cũ hoc mũdo damnemur. Sunt ergo ſecũdũ pœnã qui iudicantur hic,vt parcatur illis ibi : ſunt quibus parcaẽ hic,vt abũdantius torqueanẽ ibi:ſunt aũt quib. diſtribuũtur ipſæ pœnæ ſine flagello pœnę,ſi flagello dñi correcti non fuerint: ut cũ hic contempſerint patrẽ uerberantẽ, ibi ſentiãt iudicẽ punientẽ, Ergo eſt iudiciũ quo miſſurus eſt Deus,ideſt, filius Dei in fine diabolũ & angelos eius , & oẽs infideles impios cum eo.Ad hoc iudiciũ non venit,q̃ modo credens tranſitũ facit à morte ad vitã: etenim ne putares credendo te non moritu rũ ſecundũ carnẽ , & accipiendo carnaliter diceres tibi:Dñs meus mihi dixit, Qui audit verba mea,& credit ei qui miſit me, tranſiet à morte ad vitã:Ergo ego credidi, non ſum moriturus.Scias te mortẽ q̃ debebas ſupplicio Adam perſoluturum , accepit enim ille in quo tunc omnes fuimus, morte morieris nec potes euadere ſententiã diuinã, ſed cũ perſolueris mortẽ ueteris hominis,ſuſcipies vitam æternã non noui hominis, & tranſitũ facies à morte ad vitã.Modo interim fac trã ſitũ vitæ.Quæ eſt vita tua? Fides: iuſtus ex fide viuit,infideles,inqt,mortui ſunt: de quibus dñs ait , Dimitte mortuos vt ſepeliant mortuos ſuos.Ergo & in hac vita ſunt mortui,viui & quaſi oẽs viuũt:Qui ſunt mortui? Qui non crediderũt. Qui ſunt viui?qui crediderũt. Quid dicitur mortuis ab Apoſtolo? Surge qui dormis.Sed ſomnũ dixit,nõ mortẽ.Audi ſequentia,Surge qui dormis,& exurge à mortuis.Et quaſi diceret, quo ibo?Et illuminabit te Chriſtus.Iã cũ te credentẽ illu-
A minauerit Chriſtus,tranſitũ facis a morte ad uitam : mane in eo quò tranſiſti, & non uenies ad iudicium.Exponit illud enim ipſe & ſequitur. Amen Amen dico uobis, ne forte quia dixit tranſit a morte ad uitam:intelligamus hoc in futura reſurrectione , oſtendere volens quomodo tranſit qui credit , & hoc eſt tranſire de morte ad uitam , tranſire ab

Abac. 2. Rom. 1. Mat. 8. Ephe. 2.

infideli-

infidelitate ad fidē, ab iniustitia ad iustitiā, à superbia ad humilitatē, ab odio ad charitatē. Nunc autem amen amē dico vobis, quia veniet hora & nunc est. Quid euidentius? Iam certe aperuit quod dicebat, quia modo fit quò nos Christus hortatur: veniet hora, quæ
B & nunc est. Qñ mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent) Iā de his mortuis locuti sumus. Quid putamꝰ fratres mei,
Iaco. 2. In ista turba quæ me audit nulli sunt ne mor
Mar. 1. tui? Qui enim credunt, & secundū veram fidē agunt, viuunt, & mortui non sunt: qui aūt vel nō credunt, vel sicut dęmones credūt, tremētes & male viuentes, filiū Dei confitentes, & charitatē non habētes, mortui potius deputandi sunt, & tñ agitur adhuc hora ista. Non enim hora, de qua locutus est dñs, vna erit hora de duodecim horis vnius diei: ex quo locutus est vsq; ad hoc tēpus, & vsq; ad finē seculi, ipsa vna hora agitur, de qua dicit
1. Ioan. 2 in Epistola sua Ioānes, Filioli, nouissima ho
Ioan. 11. ra est, ergo nūc est: q̄ uiuit viuat: q̄ mortuus erat, viuat: audiat vocē filij Dei qui mortuus iacebat, surgat & viuat. Clamauit dñs ad sepulchrū Lazari, & quatriduanus mortuus resurrexit. Qui putebat, in auras processit, sepultus erat, lapis super positus erat. Vox saluatoris irrupit duritiā lapidis, & cor tuū ita durum est, vt nondū illa vox diuina te rumpat? Surge in corde tuo, ꝓcede de sepuchro: Etenim mortuus in corde tuo, tanquā in sepulchro iacebas, & tanquā saxo male cōsuetudinis grauaris. Surge & procede, & crede & confitere. Qui enim credit, surrexit: q̄ cōfitetur, processit. Quare processisse dicimus confitentē? Quia antequā confiteret occultus erat: cum aūt confitetur, procedit de tenebris ad lucē: Et cū confessus fuerit, quid dicetur ministris? Quod dictū est ad funus Lazari, Soluite illū, & finite abire. Quomodo dictū est ministris Apostolis. Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cęlo. Venit hora
C & nunc est, qñ mortui audiēt vocē filij Dei, & qui audierint viuent: vnde viuent? De vita. De qua vita? De Christo. Vnde probamus
Mat. 18. quia de vita Christo? Ego sum, inquit, via, veritas, & vita. Ambulare vis, ego sum via. Falli non vis, ego sum veritas. Mori nō vis, ego
Ioan. 14. sum vita. Hoc dicit tibi saluator tuus, nō est quò eas nisi ad me: non est quà eas nisi ꝓ me. Nūc ergo ista hora agitur, hoc & agitur plane, & omnino nō cessatur. Surgūt hoīes qui mortui erant transibunt ad vitā, ad vocē filij Dei viuunt, de illo perseuerantes in fide ipsius. Habet.n. filius vitā, vnde viuant credentes. habet. Et qūo habet? Sicut habet pater. Audi ipsum dicentē, Sicut enim pater habet vitā in semetipso, sic dedit & filio vitā habere D
in semetipso. Fratres, vt potero dicam. Hæc sunt.n. illa verba quę paruū intellectū pertur bant. Quare addidit, in semetipso? Sufficeret enim vt diceret, Sicut.n. pater habet vitā, sic dedit & filio habere vitā. Addidit, in semetipso: habet enim in semetipso pater vitam, habet & filius in semetipso. Aliquid intelligere nos voluit, in eo ꝓ ait, in semetipso: & hic secretū in verbo, hoc clausum est, pulsemus vt aperiatur. O dñe, quid est q̄ dixisti? In semetipso quare addidisti? Etenim Paulus Apostolus quē viuere fecisti, non habebat vitā? Habebat, inquit, quantū hoīes mortui vt reuiuiscāt, & ad verbū tuū credēdo transeāt. Cū transierint non in te habebunt vitā? Habebunt: nam & ego pauloante dixi, Qui audit verba mea, & credit ei qui me misit, habet vitā æternā. Ergo illi qui in te credūt, habent vitā & non dixisti, in semetipsis. Cum aūt ꝺ patre loquereris, dixisti, Sicut pater habet vitā in semetipso: rursus cū de te loquereris, dixisti, sic & filio dedit habere vitā in semetipso. Sicut habet, sic dedit habere. Vbi habet? In semetipso. Paulus vbi habet? Nō in semetipso, sed ī Chr̄o. Tu fidelis vbi habes? Nō
in semetipso, sed ī Christo. Videamus si hoc Galat. 2.
dicit Apostolus, Viuo aūt iā nō ego, viuit vero in me Christus: vita nostra, tā q̄ nostra, iō de volūtate ꝓpria nostra non erit nisi mala, peccatrix, iniqua: vita vero bona de Deo in nobis est, nō à nobis. Christus aūt in semetipso habet vitā sicut pr̄, q̄ verbū Dei non mō
E male viuit, & mō bene viuit: hō aūt mō male, modo bene. Qui male viuebat, in vita sua erat: q̄ bene viuit, ad vitā Christi trāsit. Particeps factus vitæ, nō eras ꝓ accepisti, & eras qui acciperes: filius aūt Dei nō quasi primo fuit sine vita, & accepit vitā. Si.n. sic illā acciperet, nō eā haberet in semetipso. Quid est enim in semetipso? Vt ipsa ipse esset. Adhuc aliquid planius fortasse dicā. Lucernā q̄si accendit, exempli gratia, lucerna illa quantū pertinet ad flammulā quæ ibi lucet, ignis ille habet lucem in semetipso: oculi autem

tui,

Psal.

Ephes

Sapie

tui, qui lucerna absente iacebant, & nihil videbant, iã ipsi habent lucẽ, sed non in semetipsis. Proinde si se à lucerna auerterint, tenebrantur, si se conuerterint, illuminantur. At vero ille ignis quãdiu est lucet, si volueris illi lucẽ tollere simul & ipsum extinguis, nam sine luce nõ põt remanere. Sed lux Christus inextinguibilis & coæternus patri, semper cãdens, semper lucens, semper feruens, nam si nõ ferueret, nunquid diceretur in Psalmo,

F

Psal. 18. Nec est, qui se absc̃odat à calore eius? Tu aũt in pc̃tõ tuo frigidus eras, conuertaris vt feruescas: si recesseris, frigescis. In pc̃tõ tuo tenebrosus eras, cõuertaris vt illumineris: si auerteris te, obscuraberis. Proinde qui ĩ tenebris eras, cũ illuminaris, non eris lumen, quãuis

Ephes. 4. sis in lumine: ait. n. Apostolus, Fuistis. n. aliqñ tenebræ, nũc aũt lux in dño. Cũ dixisset, nũc aũt lux: addidit, in dño. In te ergo tenebræ, lux in dño. Lux quare? Quia participatione lucis illius es: si aũt a luce qua illuminaris receesseris, ad tenebras tuas redis. Nõ sic Christus, nõ sic verbum Dei, sed qũo? Sicut habet pater vitã in semetipso, sic dedit filio habere vitã in semetipso, ut non participatione uiuat, sed incõmutabiliter uiuat, & omnino ipse uita sit, sic dedit & filio habere vitã. Sicut habet, sic dedit. Quid interest? Quia ille dedit, iste accepit. Nunquid iã erat qñ accepit? Nunquid intelligimus Christum aliqñ fuisse sine luce, cũ ipse sit sapientia patris, de qua

Sapien. 7 dictum est, Candor est lucis æternæ? Ergo q̃ dr̃, dedit filio, tale est ac si diceretur, genuit filiũ: generando. n. dedit. Qũo. n. dedit ut esset, sic dedit ut uita esset, & sic dedit, ut in semetipso uita esset. Et quid est, in semetipso uita esset? Non aliunde uita indigeret, sed ipse esset plenitudo vitæ, vnde credentes alij uiuerent dũ uiuerent. Dedit ergo illi habere uitã in semetipso, dedit ei tanquã uerbo suo, tanquã ei qui in principio erat uerbũ, & uerbum erat apud Deũ. Deinde quia homo fa-

G ctus, quid illi dedit? Et potestatẽ dedit ei iudiciũ facere, qm̃ filius hominis est.) Secundũ q̃ filius est Dei, sicut habet pater uitam in semetipso, sic & dedit filio uitã habere in semetipso: secundum aũt q̃ filius hominis est, potestatẽ dedit ei iudiciũ faciendi. Hoc est q̃ hesterno die exposui charitati uestræ, quia in iudicio homo uidebitur, Deus aũt non videbitur, sed post iudiciũ videbitur ab his, q̃ vicerint in iudicio. Ab impijs aũt non uidebitur Deus: quia ergo homo uidebitur in iudicio, forma illa, quæ sic ueniet sicut ascendit, ideo supra dixerat, Pater nõ iudicat quẽquã, sed omne iudiciũ dedit filio. Hoc ét in isto loco repetit, cũ dicit, Et potestatẽ dedit ei iudiciũ faciendi qm̃ filius hominis est: tanquam diceres tu, Potestatẽ dedit ei iudiciũ faciendi: Quare? Qm̃ non habuit istam pote- H stat̃em iudicij? Qm̃ in principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud Deum, & Deus erat uerbum, qm̃ omnia per ipsum facta sunt: nunquid non habebat potestatem iudiciũ faciendi? Sed secũdum hoc dico, potestatem dedit ei iudicium faciendi, quia filius hominis est. Sed secundum hoc accepit potestatem iudicandi, quia filius hominis est: nam secundũ q̃ Dei filius est, semper habuit hanc potestatem. Accepit qui resuscitatus est, accepit qui natus est, accepit qui crucifixus est. Qui fuit in morte, est in uita: uerbũ Dei nunquam in morte semper in uita. Iã ergo de resurrectione forte aliquis nostrũ dicebat, Ecce resurreximus, qui audit Christũ, qui credit & trãsit de morte ad uitã, & in iudiciũ non ueniet, Venit hora & nunc est, ut qui audit uocẽ filij Dei, uiuat: mortuus erat, audiuit, ecce resurgit. Quid est q̃ dr̃ postea resurrectio futura carnis, & resurrectio corporũ mortuorũ? Parce tibi, noli præcipitare sniam, ne pergas post illam. Est quidẽ ista resurrectio quæ fit nunc, mortui erant infideles, mortui erãt ini qui, uiuunt iusti, transeunt a morte infidelitatis ad uitã fidei. Sed noli inde credere nullã futurã postea resurrectioũẽ corporis, crede futurã & resurrectionem corporis. Audi. n. quid sequatur post cõmẽdatam resurrectionem istam, quæ fit per fidem, nequis putaret istam solã esse, & incideret in illam desperationem & errorem hominũ, qui peruertebant aliorũ sensus, dicentes resurrectionem I iã factam esse, de quib. dicit Apostolus, Et fidem quorundã peruertunt. Credo. n. qui talia uerba illis dicebant, Ecce dñs ubi ait, Et q̃ credit in me, transit a morte ad uitã, iã facta est resurrectio in omnib. fidelibus, qui fuerant infideles, qũo altera dr̃ resurrectio? Gratias Deo nostro, fulcit nutantes, dirigit hæsitantes, cõfirmat dubitantes. Audi quid sequitur, quia non habes unde tibi facias caliginẽ mortis: si credidisti, totum crede. Quid totũ,

1. Tim. 2

inquis,

in quis, credo? Audi quid dicit, Nolite mirari hoc:) quia dedit potestatē filio faciendi iudicij. In fine dico, ait, Qūo in fine? Nolite mirari hoc, Quia veniet hora:) hic nō dixit, & nunc est. In illa resurrectione fidei quid dixit? Veniet hora, & nūc est. In ista resurrectione, quia cōmendat futurā corporū mortuorum, veniet hora dixit, nō dixit nūc est, quia in fine seculi ventura est. Et vnde, inquis, mihi probas, quia de ipsa resurrectione dixit? si patiēter audias, tu ipse tibi modo probabis.

K Sequamur ergo, Nolite mirari hoc, quia venit hora, In qua oēs qui in monumētis sunt, audient vocem filij Dei, & procedēt.) Quid euidentius ista resurrectione? Iam dudū non dixerat, qui in monumentis sunt, sed mortui audiēt vocē filij Dei, & qui audierint viuēt. Non dr, alij viuent, alij damnantur, quia oēs qui credunt, viuēt. De monumentis aūt quid dixit? Omnes qui sunt in monumentis audiēt vocem filij eius, & procedent: non dixit, audient & viuent. Si. n. male vixerant & iacebāt in monumentis, ad mortē resurgent, non ad vitā: ergo videamus qui procedent, licet pauloante mortui audiendo & credendo viuebant. Non ibi facta est discretio, non dictum est, audient mortui vocem filij Dei, & cum audierint, alij viuent, alij damnantur, sed oēs qui audierint, viuent: quia qui credūt, viuēt, qui habent charitatem viuent, & nemo morietur. De monumentis aūt audient vocem. Et procedent.) Quo? Qui bene fecerunt, ad resurrectionē vitæ: qui male fecerunt, ad resurrectionem iudicij.) Hoc est iudicium, pęna illa de qua pauloante dixerat, Qui credit in me, transiet à morte ad vitā, & in iudiciū non veniet. Non possum ego à me facere ꝙc quam, sicut audio iudico, & iudiciū meum iustū est.) Si sicut audis iudicas, a quo audis? Si a patre, certe pater non iudicat quenquā, sed omne iudicium dedit filio. Qm tu quodammodo præco patris, vt ꝙ audis dicas.

L Quod audio, hoc dico, quia ꝙ est pater, hoc sum. Dicere. n. meum esse est: quia verbum patris sum: hoc. n. tibi dicit Christus. Inde de tuo quid est, sicut audio, ita iudico, nisi sicut sum? Qūo. n. audit Christus? Fratres, quæramus, rogo vos. Audit Christus a patre? Qūo illi dicit pater? Vtique si dicit illi, verba ad illum facit: omnis. n. qui aliquid alieni dicit, verbo dicit. Qūo pater filio dicit, qñ filius verbum patris est? Quicquid aūt nobis pater dicit, verbo suo dicit, verbū patris filius est, ipsi verbo, quo alio verbo dicit? Vnus est Deus, vnū verbum habet, in vno verbo cōtinet. Quid est ergo, Sicut audio ita iudico? Sicut de patre sum, ita iudico. Ergo iudicium meū iustū est, verū est. Nā si nihil facis ex te, ò dñe Iesu, qūo sentiunt carnales, si nihil facis ex te? Qūo pauloante dixisti, sic & filius quos vult viuificat: modo dicis, ex me facio M nihil? Sed quid cōmendat filius, nisi quia de patre est? Quid est de patre? Nō esse de se. Sed nō est de se filius, si de se esset, filius nō esset, sed filius de patre est. Pater vt sit, non est de filio, filius vt sit, de patre est, æqualis ē patri, sed tñ iste de illo, nō ille de isto. Quia nō q̄ro voluntatē meam, sed voluntatē eius, qui misit me.) Filius vnicus dicit, Non quæro voluntatem meā, & hoīes volunt facere voluntatem suā. Ille tñ se humiliat, qui æqualis est patri, & tñ se extollit, qui in imo iacet, & nisi ei manus porrigatur, non surgit. Faciamus ergo voluntatē patris, voluntatem filij, volūtatem spiritussancti, quia Trinitatis huius vna voluntas, vna potestas, vna maiestas est. Ideo tamen dicit filius, Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatē eius qui misit me, quia Christus non est de se, sed de patre suo est. Quod autem habuit vt homo appareret, de creatura assumpsit quam ipse formauit.

Ab eo loco, vbi dictū est, Si ego testimoniū perhibeo de me, testimoniū meū non est verum: vsq; ad id ꝙ ait, Et non vultis venire ad me vt vitā habeatis. Tract. XXXII.

QVodam loco in Euangelio dñs ait, prudentem auditorem verbi sui similē esse debere homini qui uolens ædificare fodit altius, donec perueniat ad fundamentū stabilitatis petræ, & ibi securus constituat ꝙ fabricat, aduersus impetum fluminis, ut cum uenerit, repercutiatur potius firmitate ædificij, quam impulsu suo ruinam faciat illi domui. Putemus scripturam Dei tanquam agrum esse, ubi uolumus aliquid ędificare. Non simus pigri, nec superficie cōtenti, fodiamus altius donec perueniamus ad petram, petra autem erat Christus. Hodierna lectio de testimonio domini nobis locuta est, quia nō habet necessarium ab hominibus testimoniū, sed habeat

A

habeat maius quã sunt homines, atq; id testimoniũ dixit quid sit. Opera, inquit, q̃ ego facio, testimoniũ perhibẽt de me.) Deinde adiunxit, Et testimoniũ perhibet de me, qui misit me pater. ¶ Ipsa quoq; opera quę facit, a patre se accepisse dicit. Testimoniũ ergo perhibẽt opera, testimoniũ perhibet pater. Nulumne testimoniũ perhibuit Ioannes? Perhibuit planè, sed tanquã lucerna, non ad satiã-
B dos amicos, sed confundendos inimicos: iã enim antea prędictũ erat a persona patris, Pa-
Ps. 131. raui lucernã Christo meo: Inimicos eius induã confusione, super ipsum autẽ efflorebit sanctificatio mea. Esto tanquã in nocte positus. Attendisti in lucernã & miratus es lucernã & exultasti ad lumen lucernæ. Sed illa lucerna dicit eẽ Solẽ in quo exultare debeas & quãuis ardeat in nocte, diẽ te iubet expectare. Nõ ergo quia illius hominis testimoniũ nõ erat opus, nã vt quid mitteretur si nõ erat opus? Sed ne in lucerna remaneat hõ, & lumẽ lucernæ sufficere sibi arbitretur, ideo dñs nec lucernã illã superfluam dicit fuisse, nec tñ te dicit in lucerna debere remanere. Dicit aliud testimoniũ scriptura Dei, vbi vtiq; Deus perhibuit testimoniũ filio suo, & i illã scripturã Iudæi spem posuerãt in lege. s. Dei, ministrata sibi per Moysen famulũ Dei. Scrutamini, inq̃t, scripturã, in qua vos putatis vitã ęternã habere, ipsa testimoniũ perhibet de me, & nõ vultis venire ad me vt vitã habeatis.) Quid vos putatis habere i scriptura? Vitã æternã. Ipsam interrogate, cui perhibet testimoniũ, & intelligite quę sit vita ęterna. Et quia propter Moysen volebant repudiare Christum, tanquã aduersariũ institutis, præceptisq; Moysi, rursus eosdẽ ipse con-
C uincit, tanquã de alia lucerna Omnes. n. homines lucernæ, quia & accendi possunt & extingui. Et lucernę quidẽ cũ sapiunt. lucent, & spiritu feruent: nã & si ardebãt & extinctæ sunt, etiã putent. Permãserunt. n. serui Dei lucernæ bonæ, ex oleo misericordiæ illius, nõ
1. Co. 15. ex viribus suis. Gratia quippe Dei gratuita, illa
2. Pet. 1. oleũ lucernarũ est. Plus. n. illis omnibus laborauit, ait quædã lucerna? Et ne viribus suis ardere videretur, adiunxit, Nõ autẽ ego, sed gratia Dei mecũ. Omnis ergo ꝓphetia ante dñi aduẽtũ, lucerna est. De qua dicit Petrus Apostolus, Habemus certiorẽ propheticũ sermonẽ, cui bene facitis intendentes quẽadmodũ lucernæ lucenti in obscuro loco, donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordib. vestris. Lucernę itaq; prophetæ, & omnis prophetia vna magna lucerna. Quid Apostoli? Non lucernę etiã ipsi? Planè lucernæ. Solus. n. ille nõ lucerna, nõ. n. accenditur & extinguit, qa sicut pater habet vitã in semetipso, sic dedit D
filio habere vitã in semetipso. Lucernę ergo & Apostoli, & gratias agunt, quia & accensę lumine veritatis sunt, & feruẽt spiritu charitatis, & suppetit illis oleũ grãæ Dei. Si nõ es- Mat. 5.
sent lucernæ, non diceret illis dñs, Vos estis Ioan. 1.
lumen mundi. Nã posteaquam dixit, Vos estis lumen mundi: ostendit ne tale lumen se putarent, quale dictũ est, Erat lumen verum, quod illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundũ: tunc autem hoc de domino dictũ est, cũ a Ioãne distingueretur: De Ioãne quidem Bap. dictum erat, Non erat ille lumen, sed vt testimoniũ perhiberet de lumine. Et ne diceres, quomodo lumen, nõ erat, de quo Christo dicit, quia lucerna erat? In comparatione alterius luminis non erat lumen: Erat. n. verũ lumen, quod illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundũ. Ergo cũ & discipulis diceret, Vos estis lumen mundi: ne sibi aliquid tributũ putarẽt quod de solo Christo intelligendũ esset, & ita lucernæ vento superbiæ extinguerentur, cũ dixisset, Vos estis lumen mundi: cõtinuo subiunxit, Non põt ciuitas abscondi supra montẽ constituta, neq; accendunt lucernã, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrũ, vt luceat omnib. q̃ in domo sunt. Sed quid si Apostolos non dixit lucernam, sed accensores lucernæ quã ponerẽt super candelabrũ? Audi quia ipsos dixit lucernã, Sic luceat, inquit, lumen vestrũ corã hominibus, vt videntes bona opera vestra glorificent nõ vos, sed patrẽ vestrũ qui in cęlis est. Ergo & Moyses perhibuit testimoniũ Christo, & Ioannes perhibuit testimoniũ Chr̃o, & cęteri prophetę & Apostoli perhibuerunt testimoniũ Chr̃o. His omnib. testimonijs ꝓponit testimonium operũ suorũ, quia & per illos non nisi Deus perhibuit testimoniũ filio suo. Sed perhibet alio mõ Deus testimoniũ filio suo. Per ipsũ filiũ suũ indicat Deus filiũ, indicat se per filiũ, ad hũc si potuerit homo peruenire, nec lucernis indigebit, & vere fodiẽdo altius ædificiũ ꝓducet ad petrã. Facilius ẽ ergo frẽs

hodierna

hodierna lectio sed propter hesternũ debitum, scio enim quid distulerim non abstulerim, & dñs dignatus est donare, etiam hodie loqui ad vos. Recordamini quid reposcere debeatis, si forte aliquo mõ seruata pietate & salubri humilitate, extendamus nos nõ ad uersus Deũ, sed ad Deũ, & leuem⁹ ad eũ aĩa nostrã, effundentes eã super nos, sicut ille in F
Psal. 41. Psalmo, cui dicebat, Vbi est Deus tuus? hæc, inquit, meditatus sum, & effudi super me animã meam. Leuemus ergo animam nostrã ad Deũ, non contra Deũ, quia & hoc dictũ
Psal. 24. est, Ad te domine leuaui animã meã. Et leuemus adiuuãte ipso, quia grauis est: Vnde aũt grauis est? Quia corpus quod corrumpitur aggrauat animã, & deprimit terrena inhabi-
Sapien. 6 tatio sensum multa cogitantem. Ne forte ergo possimus sensum nostrũ a multis colligere ad vnũ, & euulsum a multis leuare ad vnũ: quod quidem nõ poterimus vt dixi, nisi adiuuet ille qui ad se vult leuari animas nostras, & contingamus ex aliqua parte, qũo verbũ Deus vnicus patri coæternus & coæqualis patri, non faciat nisi quod viderit patrem facientẽ, cũ tamen pater ipse non faciat aliquid nisi per filium videntẽ. Videtur mihi quodãmodo dñs Iesus in hoc magnũ quiddam insinuare volens intentis, & infundere capacibus, incapaces aũt excitare ad studiũ, vt nondũ intelligentes bene viuendo capaces fiant: insinuauit nobis animã humanam & mentẽ rationalẽ, quæ ineſt homini, nõ ineſt pecori, nõ vegetari, non beatificari, nõ illuminari, nisi ab ipsa substantia Dei, eamq; animã facere aliquid per corpus & de corpore, atq; habere subiectum corpus & per corporalia mulceri posse sẽsus corporis vel offendi pp hoc. i. propter consortiũ quoddã animæ corporis in hac vita atq; complexu, delectari animã lenitis, vel contristari offensis corporis sensibus, beatitudinẽ tñ eius qua fit beata ipsa anima, non fieri nisi participatione illius viuæ, incõmutabilis, æternæque G substãtiæ, quę Deus est, vt quomodo anima quę inferior Deo est, id quod ipsa inferius est, hoc est corpus facit viuere, sic eandẽ animã non facit beatè viuere, nisi quod ipsa anima est superius. Superior. n. anima quã corpus, & superior quã anima Deus. Anima vt præstet aliquid inferiori præstatur illi a superiore. Seruat dño suo, ne cõculcetur a seruo suo. Hæc est fratres mei, religio Christiana, quæ prædicatur per totũ mundũ horrentib. inimicis, & vbi vincuntur murmurantib. vbi ꝑualent sæuientibus. Hęc est religio Christiana, vt colatur vnus Deus, nõ multi dij: quia non facit animã beatã nisi vnus Deus. Participatione Dei fit beata, non participatione H
sanctæ animæ fit beata infirma aĩa, nec participatione angeli fit beata sancta anima: sed si q̃rit beata esse ĩfirma anima, q̃rat vnde beata sit sancta aĩa. Nõ. n. beatus efficeris ex angelo tu, sed vnde angelus, inde & tu. His præmissis atq; firmissimè constitutis, animã rationalẽ non beatificari, nisi à Deo, corpus non vegetari nisi per animã, atq; esse quandã medietatẽ inter Deũ & corpus animã. Intendite ergo & recolite mecũ, nõ hodiernam, de qua sufficienter locuti sumus, sed hesternã lectionẽ, quã ecce iam triduo versamus atq; tractamus & pro viribus fomidus, donec ad petrã perueniamus. Verbũ Christus, & verbũ Dei Chr̃s: apud Deum, verbũ Chr̃s, & Deus verbũ Christus, & Deus & verbũ vnus Deus. Illuc perge anima contẽptis cęteris vel ẽt trãscensis. Illuc perge, nihil potẽtius ista creatura, quę mẽs dicitur rationalis, nihil hac creatura sublimius. Quicquid supra istã est, iam creator est. Dicebã aũt quia verbũ Christus, & verbum Dei Christus, & Deus verbũ Christus, sed nõ tm̃ verbũ Christus, quia verbum caro factũ est, & habitauit in nobis: ergo & verbũ caro Christus. Cũ. n. in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est esse se æqualẽ Deo. Et qd nos in imo, qui nõ poteramus in Phil. 2
firmi & humi repẽtes attingere Deũ? Nũqd relinquẽdi eramus? Absit. Semetipsum exinaniuit, formã serui accipiẽs: nõ ergo formam Dei amittẽs. Factus ẽ ergo hõ qui erat Deus, accipiẽdo ꝙ nõ erat, amittẽdo ꝙ erat. Ita factus est hõ Deus, Ibi habes aliquid pp infir- I
mitatẽ tuã, ibi habes aliquid propter perfectionẽ tuã, erigat te Christus per id quod hõ est, ducat te per id ꝙ Deus & hõ est, perducat te ad id ꝙ Deus est. Et tota prędicatio dispensatioq; per Christum hęc est, fratres, & alia nõ est, vt resurgãt animæ, resurgãt & & corpora: Vtrũq; quippe mortuũ erat, corpus ex infirmitate, anima ex iniqtate. Resurget aĩa ab iniquitate per id ꝙ eus est, resurget corpus a corruptione per id ꝙ hõ est. Animæ resurgent per substantiã Dei, corpo

ra

ra per dispensationē humanā. Quia vtrunq; mortuū erat resurgat vtrunq; Quid vtrunq;? Aīa & corpus. Per qd ergo aīa nisi per Deū Chr̄m? Per qd corpus, nisi per hoīem eūdem Chr̄m? Erat.n. & in Chr̄o aīa humana, tota aīa, non irrationale tm̄ aīę, sed etiam rōnale qđ mens dr̄. Fuerunt.n. qdam hęretici, & pulsi sunt ab Ecclesia qui putarent non hr̄e mentem rōnalem corpus Christi, sed quasi aīam beluinā, excepta qppe rōnali mente vita beluina est. Sed qa expulsi sūt, & veritate expulsi sunt, accipe totū Christum, verbū, mētem rōnalem, & carnem, hoc totum Christus est. Resurgat aīa tua ab iniquitate per id quod Deus est, resurgat corp⁹ tuū a corruptione per id quod hō est. Proinde charissimi, audite magnam lectionis huius, quātum mihi vr̄, profunditatem, & videte quemadmodū loquat hic Christus, nihil aliud q̄ quare venerit Christus, vt resurgāt aīæ ab iniquitate, resurgāt corpora a corruptione. Iam dixi aīæ
K per qd resurgant per ipsam substantiam Dei: corpora per qd resurgant, per dispensationē humanā dñi nostri Iesu Christi. Amen amen dico vobis, non pōt a se filius facere qcquā, nisi qđ viderit patrē facientē. Quęcunque.n. ille fecerit, hęc & filius similiter facit.) cœlū, terrā, mare, q̄ in cœlo, q̄ in terra, q̄ in mari, visibilia, inuisibilia, aīalia in terris, fruteta in agris, natanta in aqs, in aere volantia, in cęlo lucentia. Præter hæc oīa, angelos, virtutes, sedes, dñationes, principatus, ptātes, oīa per ipsum facta sunt. Nunqd fecit hæc Deus pr̄, & Deus demonstrauit eā facta filio, vt & ipse faceret alterū mundū his oīb. plenū? Nō vtiq;. Sed qd? Quęcūque.n. ille fecerit, & hęc & nō alia, sed hæc & filius, nec dissimiliter, sed similiter fecit. Pr̄.n. diligit filiū, & oīa demonstrat ei q̄ ipse facit.) Demōstrat pater filio vt aīæ suscitent, quia per patrem & filium aīæ suscitantur: Nec pñt viuere animæ, nisi earū vita sit Deus. Si ergo non pñt viuere animæ, nisi earum vita sit Deus, sicut ipsæ sunt vita corporum, qđ demōstrat pater filio. i. quod
L facit per filium facit, non.n. faciendo demōstrat pater filio, sed demonstrando facit per filium. Videt. n. filius patrem demonstrātem antequam aliquid fiat, & ex demonstratione patris & visione filii, fit a patre, p filiū, sic aīę suscitantur, si potuerint videre istam vnitatis coniunctionem, patrem demonstrantem, filium videntem, & per patris demōstrationē & filii visionem fieri creaturam, atq; id fieri per patris demonstrationem & filii visionē, qđ nec pater fit, nec filius, sed infra patrem & filium, quicquid fit a patre per filiū. Quis hoc videt? Ecce iterum ad carnales sensus, ecce rursus humiliamus nos, & descēdimus ad vos, si tū aliquid aliqñ ascēderamus a vobis. Vis demōstrare aliquid filio tuo, vt faciat qđ facis, facturus es tu & sic demōstraturus. Qđ igitur facturus es quod demonstres filio, non vtique facis per filium, sed tu solus facis qđ ipse factum videat, & aliud tale similiter faciat: Non est hoc ibi. Quid pergis ad similitudinē tuam, & deles in te similitudinē Dei? Ibi omnino non est hoc. Inueni aliquin qūo demonstres filio tuo quod facies antequam facis, vt cū demonstraueris, per filium facias hoc qđ facis. Iam forte quasi occurrit tibi, Ecce, inquis, cogito facere domum, & volo
M vt per filium meum fabricet, anteq̄ eam ipse fabricem ostendo filio meo quod facere volo, & facit ipse, atq; ego per ipsum, cui ostēdi volūtatem meam. Recessisti quidem a pristina similitudine, sed adhuc iaces in magna dissimilitudine. Ecce.n. antequam facias domum, indicas filio tuo, & demonstras quid facere velis, vt te demōstrāte antequā facias, faciat ipse qđ demōstraueris, & tu per ipsū. Sed verba dicturus es filio tuo, inter te & ipsum verba cursura sunt & inter demonstrantem & videntē, vel loquentē & audientē sonus articulatus volat, qui non est quod tu, nō est qđ ipse, sonus quippe ille qui exiit de ore tuo, & verberato aere tangit aurē filii tui, & impleto sensu audiēdi perducit ad cor cogitationē tuam, sonus ergo ille non est ipse tu, non est ipse filius tuus. Signū datū est ab aīo tuo, aīo filii tui, qđ signum non est, nec aīus tuus, nec aīus filii tui, sed aliud aliquid. Itane putamus patrem Deū locutum esse cū filio? Fuerunt verba inter Deū & verbū, quo istud est? An qcquam vellet pater dicere filio? Si vellet verba dicere, ipse filius est verbū pr̄is.
A Nunquid per verbum loquereť ad verbū? An qa filius magnū verbū, minora verba cursura erant inter patrē & filium, sonus aliquis & quasi creatura quædam temporalis atq; volatilis, exitura erat ex ore patris, & percussura aurē filii? Nūquid hēt Deus corpus ut quasi ex eius labiis procedat, & habet aures cor-

Resumit hic Aug. qđ in 4. tractatu. expositū, est amplius exponendū.

H

Phil. 2

I

poris verbum, in quas ſonus veniat? Remoue oĩa corporalia ſimplicitatem vide ſi ſimplex es: Qũo aũt eris ſimplex? Si te nõ mundo implicaueris, ſed ex mundo explicaueris, explicando.n.te ſimplex eris, & vide ſi potes qđ dico, aut ſi non potes, crede qđ nõ vides. Dicis filio tuo, verbo dicis, verbum qđ ſonat, nec tu es, nec filius tuus. Habeo, inquis, aliud quo oſtendam, ita.n.eſt, inquis, eruditus filius meus, vt nec loquentem me audiat, ſed nutu oſtendo ei qđ facit. Ecce nutu oſtẽde qđ vis, certe aĩus tuus vult oſtẽdere qđ in ſe hẽt. Vnde facis nutum? De corpore. ſ. & labiis, vultu, ſuperciliis, oculis, manib. hęc oĩa
B non ſunt qđ aĩus tuus, etiam iſta media ſunt. intellectum eſt aliquid per hæc ſigna quę nõ ſunt quod aĩus tu⁹ nec quod aĩus filii tui, ſed hoc totum qđ corpore agis infra aĩum tuum eſt, & infra aĩum filii tui, nec poteſt cognoſcere aĩum tuum filius tuus, niſi dederis ei ſigna de corpore. Quid igit facio? Nõ eſt hoc ibi, ſimplicitas ibi eſt. Pater oſtendit filio qđ facit, & oſtendendo filium gignit. Video qđ dixerim, ſed quia video & qb. dixerim, fiat in vobis intellectus iſte qũque. Nunc ſi non poteſtis comprehendere quid ſit Deus vel hoc comprehendite quid non ſit Deus: multum ꝓfeceritis, ſi non aliud quam eſt de Deo ſenſeritis, nondum potes peruenire ad quid ſit, peruenies ad qđ non ſit. Non eſt Deus corpus, non terra, nõ cœlum, non luna, nõ ſol, non ſtellæ, non corporalia iſta, ſi enim non cœleſtia, quanto minus terrena? Tollite omne corpus. Adhuc audi aliud, Non eſt Deus mutabilis ſpũs: nam fateor, fatendum eſt, quia Euangelium loquit Deus ſpũs eſt. Sed tranſi
C omnem mutabilem ſpm̃, tranſi ſpm̃ qui modo ſcit, modo neſcit, modo meminit, modo obliuiſcit̃, vult qđ nolebat, non vult qđ volebat, ſiue patiat̃ iam iſtas mutabilitates, ſiue pati poſſet, tranſi hæc omnia, nõ inuenies in Deo aliquid mutabilitatis, nõ aliqđ quod aliter nunc eſt, aliter paulo ante fuerit: nam vbi inuenis aliter & aliter, facta eſt ibi q̃dã mors: mors enim eſt, nõ eſſe quod fuit. Immortalis enim dr̃ aĩa, eſt qdem, quia viuit ſemper aĩa, & eſt in illa quædam vita permanẽs, ſed mutabilis vita. Secundũ mutabilitatem vitæ huius & mortalis dici poteſt, quia ſi viuebat ſapienter, deſipit, mortua eſt in deterius, ſi viuebat inſipienter & ſapit, mortua eſt in meliusꝫnam eſſe mortem in deterius, eſſe mortẽ in melius ſcriptura nos docet. Vtiq; in deterius mortui erant, de q b.dr̃, Sine mortuos, ſe peliãt mortuos ſuos: &, Exurge q dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Et de hac lectione qñ mortui audient, & qui audierint, viuent, in deterius mortui erant iõ reuiuiſcũt. Reuiuiſcẽdo moriunt̃ in melius, qa & reuiſcendo non erunt qđ erant, nõ eſſe autẽ qđ erant mors eſt. Sed forte ſi in melius eſt, non appellatur mors, appellauit aũt illã mortem Apoſtolus, Si aũt mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi, quid adhuc velut viuentes de hoc mũdo decernitis? Et iterũ, Mortui.n. eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo, Mori nos vult
D vt viuamus, qa vixi mus vt moreremur. Quic quid ergo & à meliore in deterius, & deteriore in melius morit̃, non eſt hoc Deus, qa neq; in melius ire põt ſũma bonitas, neq; in deteri⁹ vera æternitas. Vera aũt æternitas eſt, vbi tpis nihil eſt. Erat aũt modo hoc, & modo illud, iam tempus admiſſum eſt, ęternum non eſt. Nam vt noueritis, quia non ſic Deus immortalis qũo anima, certe immortalis eſt aĩa, qđ ergo eſt quod ait Apoſtolus de Deo, Qui ſolus habet immortalitatem, niſi quia hoc aperte dixit, ſolus habet incommutabilitatem, qa ſolus habet veram æternitatem? ergo ibi nulla mutabilitas. Agnoſce in te aliqđ quod volo dicere intus: intus in te, non in te quaſi in corpore tuo: nam & ibi põt dici in te. In te eſt.n. ſanitas, in te q̃libet ætas, ſed ſecundum corpus in te eſt manus, pes tuus, ſed aliud eſt in te intus, aliud in te tanq̃ in veſte
E tua. Sed relinq; foris & veſtem tuam & carnem tuam, deſcende in te, adi ſecretariũ tuũ, mentem tuã, & ibi vide quod volo dicere ſi potueris. Si.n.tu ipſe à te longe es, Deo propinquare vnde potes? Dicebã de Deo, & intellecturum te arbitrabaris. De aĩa dico, de te dico, intellige, ibi te probabo. Non.n. valde longe pergo in exempla, qñ de mente tua volo aliquã ſimilitudinem dare ad Deum tuũ, quia vtiq; non in corpore, ſed in ipſa mente factus eſt homo ad imaginem Dei. In ſimilitudine ſua Deum quæramus, in imagine ſua creatorem agnoſcamus. Ibi intus, ſi potueri mus, inueniamus hoc qđ dicim⁹, qũo demõ ſtret pr̃ filio, & filius videat qđ demonſtrat pater antequam fiat aliquid a patre per filiũ.

Ioan. 4.

Mat. 8. Ephe. 5.

Coloſ. 2.

Coloſ. 3.

1. Tim. 6

Sed

Sed cum dixero & intellexeris, nec sic putes iam illud aliquid tale esse, vt serues ibi pietatem, q̃ volo à te seruari, & præcipue moneo. i. vt si non vales comprehendere Deum quid sit, parũ non tibi putes esse scire quid nõ sit: Ecce in mente tua video aliqua duo, memoriam tuã & cogitationẽ tuam. i. quasi aciem q̃dã & obtutum aĩæ tuę. Vides aliqd, & per oculos percipis, & cõmendas memoriæ, & ibi est intus quod memoriæ cõmendasti, in abdito recõditũ quasi in horreo, quasi in thesauro, quasi in secretatio quodã & penetrali interiore. Cogitas aliunde, intentio
F tua alibi est, illud qđ vidisti in memoria tua est, & non vr̃ a te, qa cogitatio tua in aliud intendit. Modo probo, scientib. loquor, Carthaginem'noio, oẽs modo intus quicunque eam nostis, vidistis Carthaginẽ, nunquid tot sunt Carthagines quot aĩæ vestræ? Oẽs vidistis per nomen hoc, per quatuor has syllabas notas vobis, erũpẽtes ex ore meo, tactę sunt aures vestræ, factꝰ est sensus aĩæ per corpus, & ab alia intẽtione reflexus est aĩus ad id qđ ibi erat, & vidit Carthaginem. Nunqd tunc est ibi Carthago facta? ita ibi erat, sed latebat. Quare latebat? Quia aĩus tuus in aliud attendebat. Cũ vero reflexa est cogitatio tua ad id qđ erat in memoria, inde formata est, & visio q̃dam aĩ facta est, antea nõ erat visio, sed erat memoria, reflexa cogitatione ad memoriã, facta est visio. Demonstrauit ergo memoria tua cogitationi tuæ Carthaginem, & qđ in illa erat antequam intenderes, cõuersæ ad se intentioni cogitationis ostẽdit. Ecce facta
G est à memoria demonstratio, facta est in cogitatione visio', & nulla verba in medio cucurrerunt, nullũ ex corpore signũ datũ est, nec innuisti, nec scripsisti, nec sonuisti, & tñ cogitatio vidit qđ memoria demonstrauit, eiusdẽ aũt substãtię est & quę demonstrauit, & cui demõstrauit. Sed Carthaginem vt hr̃et & memoria tua, per oculos hausta est imago hæc, vidisti. n. qđ in memoria recõderes. Sic arborem q̃ memisti vidisti, sic montem, sic fluuiũ, sic amici faciẽ, sic inimici, sic patris, matris, fratris, sororis, filii, vicini, sic literarũ in codice conscriptarũ, sic ipsius codicis, sic huius basilicę, oĩa ista vidisti, & visa qa iam erant, memoriæ cõmendasti, & tanquã posuisti illic quæ videres cogitãdo cum velles, etiam cum ab istis corporis oculi defuissent. Vidisti enim Carthaginem cum esses Carthagini, accepit speciem per oculos aĩa tua, hęc ipés recondita est in memoria tua, & seruasti aliqd intus homo apud Carthaginem cõstitutus, qđ posses apud te videre etiam cũ ibi non esses. Hæc oĩa forinsecus accepisti. Pater q̃ demonstrat filio, non accepit extrinsecus, intus totum agit, quia nihil creaturarũ esset extrinsecus, nisi hoc pr̃ fecisset per filiũ. Creatura oĩs à Deo facta est, anteq̃ fieret nõ erat. Nõ ergo facta visa est & retenta memoriter, vt eam pr̃ filio tanquã memoria cogitationi monstraret, sed faciendam pr̃ monstrauit, faciendam filius vidit, & eam pr̃ demonstrãdo H
fecit, qa per filiũ videntem fecit. Et ideo mouere non debet, qa dictum est, nisi qđ viderit patrem facientem, non dictum est, demonstrantem. Per hoc. n. significatum est, id esse patri facere, quod est monstrare, vt ex hoc intelligaf per filium videntem oĩa facere, nec illa demonstratio, nec illa visio tẽporalis est. Quia. n. per filium fiũt oĩa tempora, nõ vtiq; aliquo tpe possent ei demõstrari faciẽda. Sic aũt demonstratio patris, filii visionẽ gignit, quemadmodum pr̃ filium gignit. Demõstratio quippe generat visionem, non visio demonstrationem. Quod si purius & pfectius intueri valeremus, fortasse inueniremus, nec aliud esse patrem, aliud eius demõstrationẽ, nec aliud filium, aliud eius visionẽ. Sed si vix hoc cepimus, vix explicare potuimus, qũo memoria qđ cepit extrinsecus ostendat cogitationi, q̃to minꝰ capere aut explicare poterimus, qũo pr̃ Deus demonstrat filio quod non hẽt aliunde, vel qđ non est aliud q̃ ipse? Paruuli sumus, loquor vobis qd nõ sit Deꝰ, I
non ostendo quid sit. Ergo vt capiamus qd *Psal. 54.*
sit, qd faciemus? Nunquid à me, nunquid per me poteritis? Dicam hoc paruulis, & vobis & mihi. Est p quem posimus, modo cãtauimus, modo audiuimus, iacta in Deum curã tuam & ipse te enutriet. Ideo enim non potes, o homo, quia paruulus es. Si paruulus es, nutriendus es, nutritus, grandis eris, & quod paruulus non poteras, grandis videbis, sed vt nutriaris, iacta in Deum curam tuam, & ipse te enutriet. Modo ergo percurramus breuiter quæ restant, & videte hic quæ commendaui, qũo dominus insinuet. Pater diligit filium, & omnia demõstrat ei quæ ipse facit.) Ipse suscitat aĩas, sed per filium, vt fruantur

animæ ſuſcitatæ ſubſtãtia Dei, hoc eſt patris & filii. Et maiora his demõſtrabit ei opera.) Quib. maiora? Sanitatib. corporũ. Iã & antea tractauimus, nec immorari dẽmus. Maior eſt .n. reſurrectio corporis in æternum, q̃ hæc q̃ ad tp̃s facta eſt in illo lãguido ſanitas corporis: Et maiora his demonſtrabit ei opera, Vt vos miremini.) Demõſtrabit quaſi tp̃aliter, ergo quaſi hoi facto in tp̃e, q̃a verbum Deus non eſt factus, per quẽ oĩa facta ſunt tp̃a, ſed
K homo factus eſt in tp̃e, apparet quo conſule, quo die cõceptum de ſpũſancto, virgo Maria peperit Chr̃m. Ergo hõ factus eſt in tp̃e, per quẽ Deum facta ſunt tp̃a, ideo tanquã in tp̃e demonſtrauit ei opera maiora. i. reſurrectionem corporum, vt vos miremini factam per filium reſurrectionẽ corporũ. Deinde redit ad illam reſurrectionem aĩarum. Sicut .n. pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & filius quos vult viuificat.) Sed ſecundum ſpm̃ viuificat p̃, viuificat filius, quos vult pater, quos vult filiꝰ, ſed ipſos pater quos filius, q̃a oĩa per ipſum facta ſunt, ſicut. n. p̃ ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & filius quos vult viuificat. De reſurrectione aĩarum dictum eſt hoc, qd de reſurrectione corporũ? Redit & dicit, Neque .n. p̃ iudicat quẽq̃, ſed oẽ iudicium dedit filio.) Reſurrectio aĩarum fit per ſubſtantiam patris & filii æternã & incõmutabilem, reſurrectio verò corporũ fit per diſpenſationem humanitatis filii tp̃alem, non patri coæternã, ideo cũ memoraret iudiciũ vbi fieret reſurrectio corporum: Non .n. pa-
L ter, inquit, iudicat quẽq̃, ſed oẽ iudiciũ dedit filio. De reſurrectione aũt aĩarum, ſicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & filiꝰ quos vult viuificat, illud ergo ſimul pater & filius. Hoc aũt de reſurrectione corporũ, nõ iudicat pater quẽq̃, ſed omne iudiciũ dedit filio. Vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem.) Hoc redditum eſt reſurrectioni aĩarum, vt oẽs honorificent filium. Qũo? Sicut honorificant patrẽ aĩarum enim reſurrectionem, ſic operatur filiꝰ qũo pater. Ergo in aĩarum reſurrectione omnes honorificent filium, ſicut honorificãt patrẽ. Quid de honorificatione p̃p reſurrectionem corporis? Qui non honorificat filium, nõ honorificat patrem qui miſit illum.) Non dixit ſicut, ſed honorificat & honorificat. Honorat enim hõ Chriſtus, ſed non ſicut pater Deus. Quare? Quia ſecundum hoc dixit, Pater maior me eſt. Quando autem honorificat filius, ſicut honorificat pater? Cũ in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & oĩa per ipſum facta ſunt. Et ideo in hac honorificatione ſecunda, quid ait? Qui non honorificat filium, nec honorificat patrem qui miſit illum. Non eſt miſſus filius, niſi q̃a factus eſt homo. Amen amẽ dico vobis.) Iterum redit ad reſurrectionem aĩarum, vt aſsidue dicentem capiamus, quia velut volantem ſermonem ſequi non poteramus, ecce immoratur M
nobiſcum ſermo Dei, ecce quaſi habitat cũ infirmitatib. noſtris, redit rurſus ad commendationem reſurrectionis aĩarum: Amen amẽ dico vobis, Quia qui verbum meum audit, & credit ei qui me miſit, habet vitam ẽternã, ſed tanquam ex patre. Quia qui verbũ meum audit, & credit ei qui miſit me, ex patre habet vitam æternam, credendo in eum qui miſit illum, Et in iudicium non venit, ſed tranſit à morte ad vitam.) Sed ex patre viuificatur cui credit. Quid tu? Non viuificas? Vide quia & filius quos vult viuificat. Amẽ amen dico vobis, quia venit hora qũ mortui audient vocem filii Dei, & qui audierint viuent.) Hic non dixit, credent ei qui miſit me, & ideo viuent, ſed audiendo vocem filii Dei, qui audierint, hoc eſt, obaudierint filio Dei, viuent. Ergo & ex patre viuent, cum credent patri, & ex filio viuent, cũ audierint vocem filii Dei: quare ex patre viuẽt, & ex filio viuent? Sicut enim hẽt p̃ vitã in ſemetipſo, ſic dedit filio, hr̃e vitã in ſemetipſo.) Impleuit de reſurrectione aĩarum, reſtat euidentius dicere de reſurrectione corporum: Et ptãtem dedit ei iudiciũ facere:) non ſolum aĩas per fidem & ſapiẽtiam ſuſcitare, ſed & iudiciũ facere. Quare aũt hæc? Quia filius hominis eſt.) Facit ergo aliquid pater per filium hominis, qđ non facit ex ſubſtãtia ſua cui æqualis eſt filius, ſicut ipſum naſci, ſicut ipſum crucifigi, ſicut ipſum mori, ſicut ipſum reſurgere, nõ enim aliquid horum patri contigit, ſic & reſuſcitationem corporum, nam reſuſcitationem animarum ex ſubſtantia ſua pater facit per ſubſtantiam filii qua illi æqualis eſt, animæ q̃pe fiunt participes illius incommutabilis lucis, non corpora, reſuſcitationem aũt corporum pater facit per filium hoĩs. Et poteſtatẽ enim dedit iudicium facere, quia filius hoĩs

Cap. A

eſt

est,secundum illud quod supra dixit, Neque enim pater iudicat quēquam. Et vt ostendat qa de resurrectione corporū hoc dixit,Noli te mirari hoc,qa veniet hora:)non nunc est, sed veniet hora,In qua omnes qui in monumētis sunt.)iam hoc & hesterno die satiatisi me auditis, Audient vocem eius & procedent)Et vbi? In iudicium. Qui bene fecerūt in resurrectionem vitæ,qui male egerunt,in resurrectionē iudicii.) Et tu hoc facis solus, o dñe quia omne iudicium filio pater dedit, & non iudicat quēquam? Ego, inquit, facio. Sed qūo facis? Non possum à me facere qcquam, sed sicut audio iudico, & iudicium meum iustum est. Cum ageretur de resurrectione aiarum,nō dicebat audio, sed video. Audio.n.tanquam præcipientis patris imperium. Iam ergo sicut homo,sicut quo maior est pater,iā ex forma serui, nō ex forma Dei sicut audio iudico,& iudicium meum iustū est. Vnde est iudicium iustum hominis? Fratres mei attendite,Quia non quæro voluntatem meam, sed volūtatem eius qui misit me. B

Ab eo quod scriptū est, Post hoc abiit Iesus trans mare Galilææ quod est Tiberiadis, vsque ad id quod ait, Illi ergo homes cum vidissent quod fecerat signum dicebant, Quia hic est vere propheta qui venit in mundum. Tract. XXIIII.

MIracula quę fecit dñs noster Iesus Christus,sunt qdem diuina opera,& ad in Cap. 6. telligendum Deum de visibilib. admonēt humanam mentem. Quia.n. ille nō est talis substantia quæ videri oculis possit, & miracula eius,qb.totum mundum regit,vniuersamq; creaturā administrat,assiduitate viluerūt, ita vt pene nemo dignetur attendere opera Dei mira & stupenda in quolibet seminis grano, sm ipsam suam misericordiam seruauit sibi quædam,quæ faceret opportuno tpe præter vsitatum cursum ordinemq; naturæ, vt non maiora sed insolita videndo stuperet, quib. quotidiana viluerant. Maius.n. miraculū est C gubernatio totius mūdi,quam saturatio qnque miliū homum de quinq; panib. & tñ hęc nemo mirat.Illud mirant homes,non qa maius est,sed quia rarum est. Qui enim & hunc pascit vniuersum mundum, nisi ille qui de paucis granis segetes creat? Fecit ergo qūo Deus. Vnde enim multiplicat de paucis grānis segetes,inde in manib. suis multiplicauit quinq; panes, potestas.n.erat in manib.Christi.Panes aūt illi quinque,quasi semina erāt, non qdem terrę mandata,sed ab eo qui terrā fecit multiplicata.Hoc ergo admotū est sensib. quo erigeret mens, & exhibitum oculis vbi exerceret intellectus, vt inuisibilem Deū per visibilia opera miraremur,& erecti ad fidem,& purgati per fidem,et ipsum inuisibiliter videre cuperemus,quē de reb. visibilibus inuisibiliter nosceremus. Nec tñ sufficit hæc intueri in miraculis Christi,interrogemus ipsa miracula,quid nobis loquant de Christo. Habent enim si intelligantur linguam suam; nam qa ipse Christus verbum Dei,est etiā factū verbi,verbū nobis est. Hoc ergo miraculum sicut audiuimus q̄ magnum est, quæramus etiam q̄ profundum sit. Non tm̄ eius superficie delectemur,sed et altitudinē pscrute mur,habet.n.aliquid intus,hoc miramur foris. Vidimus, expectauimus magnumquiddam,præclarum quiddam, & oīno diuinū, quod fieri nisi à Deo nō posit. Laudauimus de facto factorem.Sed quemadmodum si literas pulchras alicubi inspiceremus, non nobis sufficeret laudare scriptoris articulum, qūo eas pariles,æquales, decorasq; fecit,nisi etiam legerimus quid nobis p illa indicauerit, ita factum hoc qui tm̄ inspicit, delectat pulcritudine facti,vt admiret artificem, qui autē intelligit,quasi legit. Aliter enim vī pictura,aliter vident literæ. Picturam cum videris hoc est, totum vidisse laudasse, literas cum videris,non hoc est totum,quoniam cō moueris & legere, etenim dicis cum videris literas,si forte nō eas nosti legere,Quid putamus esse quod hic scriptum est? Interrogas quid sit, cum iam videas aliquid. Aliud tibi demōstraturus est, à quo q̄ris agnoscere qđ vidisti.Alios ille oculos habet, alios tu.Nōne similiter apices videtis? Sed non similiter signa cognoscitis. Tu ergo vides & laudas, ille videt & laudat,legit & intelligit.Quia ergo vidimus quia laudauimus, legamus & intelligamus.Dominus in monte,multo magis intelligamus quia dominus in monte, verbum est in alto. Proinde non quasi humiliter iacet,quod in monte factum est, nec trāseunter prætereūdum est, sed suspiciendum. Turbas vidit,esurientes agnouit,misericor- D E

diter pauit,non ſolum pro bonitate, verum etiam pro poteſtate. Quid.n. ſola ꝓdeſſet bonitas,vbi non erat panis,vnde turba eſuriens paſceretur? Niſi bonitati adeſſet ptās, ieiuna illa turba & eſuriens remaneret. Denique & diſcipuli qui erant cum dño in fame, & ipſi turbas volebant paſcere, vt non remanerēt, inanes,ſed vñ paſcerent non habebant. interrogauit dñs vnde emerentur panes ad turbas paſcendas. Et ait ſcriptura, Hoc aũt dicebat tentans eum,) diſcipulum.ſ. Philippum quē interrogauerat. Ipſe aũt ſciebat quid eſſet facturus.) Cur ergo bonus tentabat, niſi quia
F ignorantiam diſcipuli demonſtrabat? Et forte in demonſtratione ignorātiæ diſcipuli aliquid ſignificauit. Apparebit ergo cum ipſum facrm quinq; panib. cęperit nobis loqui, & quid ſignificet indicare. Ibi enim videbim⁹, quare dñs in hoc facto ignorātiam diſcipuli voluit interrogādo qđ ſciebat, oſtendere: nā interrogamus aliqñ quod neſcimus, audire volētes vt diſcamus, aliqñ interrogamus qđ ſcimus, & ſcire volentes vtrum ille ſciat quē interrogamus, vtrũq; hoc nouerat dñs, & qđ interrogabat ſciebat, & qd eſſet facturus ipſe nouerat, & hoc neſcire Philippum ſciebat ſimiliter. Quare itaq; interrogabat, niſi quia illius ignorantiam demonſtrabat? Et hoc qua re fecerit, vt dixi, poſtea intelligemus. Andreas ait, Eſt hic puer qdam qui habet quinque panes & duos piſces, ſed hæc quid ſunt ad tantos?) Cum dixiſſet Philippus interrogatus ducentorũ denariorum panes nõ ſuffi cere, q.b. tāta illa turba reficeret, erat ibi qdā
G puer portās qnq; panes hordeaceos & duos piſces. Et ait Ieſus, Facite hoīes diſcumbere. erat aũt ibi fœnum multum, & diſcubuerunt ferme quinq; milia hoīum. Accepit autē dñs Ieſus panes, gratias egit, iuſsit frāgi panes, poni ante diſcumbentes.) Fracti ſunt panes, poſiti ante diſcumbentes, non iam quinq; panes, ſed quod adiecerat qui creauerat quod auctum erat, Et de piſcib. quantum ſufficiebat.) Farum eſt turbam illam fuiſſe ſatiatam, etiam fragmenta reſederunt, & ipſa colligi iuſſa ſunt ne perirent. Et impleuerũt duodecim cophinos fragmentorũ.]Breuiter vt curramus, quinq: panes intelligunt quinq; libri Moyſi, merito non triticei ſed hordeacei, qa ad vetus teſtm pertinēt. Noſtis aũt hordeũ ita creatũ, vt ad medullā eius vix perueniatur, ve ſtitur.n. eadem medulla tegmine paleæ, & ipſa palea tenax & inhærēs, vt cũ labore exuat. Talis eſt litera veteris teſtī, veſtita tegminib. carnalium ſacrorum, ſed ſi ad eius medullā perueniat, paſcit & ſatiat. Ferebat ergo puer qdam quinq; panes & duos piſces. Si quęramus qs fuerit puer iſte, forte populus Iſrael erat. Senſu puerili portabat, nec mā ducabat, illa.n. quę portabat clauſa onerabant, aperta paſcebant. Duo aũt piſces videnr nobis ſignificare duas illas in veteri teſtō ſublimes perſonas quæ vngebanr ad populum ſanctificādũ & regendum, ſacerdotes & reges. Et ipſe venit in myſterio aliqñ, q per illa ſignificabat, H
venit aliqñ qui per medullam hordei oſtēdebatur, per paleam vero hordei occultabatur. Venit ipſe vnus vtranq; perſonam in ſe portans, ſacerdotis & regis. Sacerdotis per victimam, q̃ ſeipſum obtulit pro nobis Deo. Regis qa regimur ab eo, & aperiunr quę clauſa portabantur. Gratias illi, impleuit per ſe qđ per vetus teſtm promittebat, & frangi iuſsit panes, frangendo multiplicati ſunt. Nihil verius. Quinq; enim libri Moyſi, quam multos libros cum exponunr, tanquā frangendo. i. differendo fecerunt? Sed quia in illo hordeo ignorantia primi populi tegebatur, de quo primo populo dictum eſt, Quandiu legitur 1.Co.3.
Moyſes, velamen ſupra corda eorum poſitũ eſt. Nondum.n. ablatum erat velamen, quia nondum venerat Chriſtus. Nondum velum templi fuerat illo in cruce pēdente conſciſſum. Quia ergo ignorantia populi erat in lege, propterea illa dñi tentatio ignorantiam diſcipuli demonſtbat. Nihil igitur vacat, omnia innunt, ſed intellectorem requirunt, nam I
& iſte numerus paſti copuli populum ſignificabat ſub lege conſtitutum. Cur enim quinque milia erant, niſi quia ſub lege erant, quæ lex quinque libris Moyſi explicatur? Vnde & quinque illis porticibus languidi prodebantur, non ſanabantur. Ille autem ibi curauit languidum, qui & hic turbas de quinque panibus pauit: nam & ſuper fœnum diſcumbebant. Carnaliter ergo ſapiebant, & in carnalibus quieſcebāt. Omnis enim caro fœnum. Quæ ſunt autem illa fragmenta niſi quæ populus non potuit manducare? Intelligantur ergo quædam ſecretiora intelligentię, quæ Eſa.30.
multitudo non poteſt capere. Quid ergo, reſtat, niſi vt ſecretiora intelligentiæ, quæ non

poteſt

potest capere multitudo, illis credantur qui idonei sunt & alios docere, sicut erant Apostoli, vñ duodecim cophini impleti sunt? Factum est hoc mirabiliter, qa magnũ, factum est & vtiliter, qa spiritaliter factum est. Qui tunc viderunt, admirati sunt, nos aũt non miramur cũ audiuimus. Factum est. n. vt illi viderẽt, scriptum est aũt vt nos audiremus. Qđ in illis oculi valuerũt, hoc in nobis fides, cer
K nimus q̃ppe aĩo qđ oculis non potuimus. Et plati sumus illis, qm̃ de nobis dictũ est, Beati qui non vident & credunt. Addo aũt quia forte & intelleximus, qđ illa turba non intelexit. Et vere nos pasti sumus, qui ad medullã hordei peruenire potuimus. Deniq; hoies
Ioan. 20. illi qui viderunt hoc, qd putauerunt? Illi, inquit, hoies cum vidissent qđ fecerat signũ, dicebant, quia hic est vere propheta.) Adhuc forte ideo Christum prophetã putabant, qa super fœnum discumbebãt. Erat aũt ille dñs prophetarum, impletor prophetarũ, sanctifi
Deu. 18. cator prophetarum, sed & propheta: nam & Moysi dictũ est, Suscitabo eis prophetam similem tui, similem ŝm carnem, nõ ŝm maiestatem. Et de ipso Christo illam dñi promissionem hr̃e intellectum, aperte in actib. Apostolorum exponitur & legitur. Et ipse dñs de
Actu. 7. 1.Co.3. se ait, Non est propheta sine honore, nisi in
Ioan. 4. patria sua. Propheta dñs, & verbum Dei dñs, & nullus propheta sine verbo Dei prophetat. Cum ꝓphetis verbum Dei, & propheta verbum Dei. Meruerunt priora tempora ꝓphetas afflatos, & impletos verbo Dei, meruimus nos prophetã ipsum verbũ Dei. Sic
L aũt propheta Christus dñs prophetarũ, sicut angelus Christus dñs angelorum nã & ipse dictus est magni consilii angelus. Veruntamẽ
Esaiæ. 9. alibi quid dicit propheta? Quia non legatus neque angelus, sed ipse veniens saluos faciet eos. i. ad saluos eos faciendos nõ mittet legatum, nõ mittet angelum, sed veniet ipse. Quis veniet? Ipse angelus? Certe nõ per angelum, nisi quia iste sic angelus, vt etiam dominus angelorum. Etenim angeli latine nuncii sũt. Si Christus nihil annũciaret, angelus non diceretur, si Christus nihil prophetaret, ꝓpheta non diceretur, exhortatus est nos ad fidẽ, & ad capessendum vitam æternam. Aliquid præsens annunciat, aliquid futurum prædixit. Ex eo q̃ p̃sens annunciauit, angelus erat, ex eo quod futurum prędixit, propheta erat, ex eo q̃ verbum Dei caro factum est, & angelorum & prophetarum dominus erat.

Ab eo quod scriptum est, Iesus ergo cũ cognouisset, qđ venissent vt raperẽt eũ, vsq; ad id quod ait. Et omnis qui videt filiũ & credit in eũ hẽt vitã æternã, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Tract. XXV.

M HEsternam ex Euãgelio lectionẽ, ista est hodierna q̃ sequit̃, vñ hodiernus sermo debeẽ. Facto illo miraculo, vbi quinque milia hoĩum de quinq; panib. pauit Iesus, cũ admiratæ essent turbæ, & eũ magnum ꝓphetã dicerent qui venit in mũdum, sequit̃ hoc, Iesus ergo cũ vidisset, qa venerant, vt raperent eũ, & facerent eũ regẽ, fugit iterũ in mõtem ipse solus.) Daĩ ergo intelligi, qđ dñs cũ sederet in mõte cũ discipulis suis, & videret turbas ad se venientes, descenderat de mõte, & circa inferiora loca turbas pauerat, nam qũo fieri põt, vt rursus illuc fugeret, nisi ante de monte descenderet? significatur ergo aliquid, quod dñs de alto descendit ad pascendas turbas, pauit & ascendit. Quare aũt ascẽdit, cũ cognouissent qa eum vellent rapere & regẽ facere? Quid enim? Non erat rex, qui timebat fieri rex? Erat oĩno. Nec talis rex qui ab hominib. fieret, sed talis rex qui hominib. regnum daret. Nunquid forte & hic alid significaret nobis Iesus, cui⁹ verba facta sunt? Ergo in hoc qđ voluerunt eũ rapere & regẽ facere, & ꝓp hoc fugit in mõtem ipse solus, hoc in illo factum tacet, nihil loquitur, nihil significat, an forte hoc erat rapere eum, ꝓ-
A nire velle tps regni eius? Etenim venerat modo, nõ iam regnare qũo regnaturus est in eo qđ dicimus, Adueniat regnũ tuum. Semper qdem ille cum patre regnat secundum quod est filius Dei, verbũ Dei, verbum per qđ facta sunt oĩa. Prædixerũt aũt Prophetę regnũ eius etiã ŝm id q̃ homo factus est Christus, & fecit fideles suos Christianos, erit. n. regnũ Mat. 6.
Christianorum quod modo colligit̃, quod modo comparat, quod modo emit̃ sanguini Christi. Erit aliq̃n manifestum regnũ ei⁹, quãdo aperta erit claritas sanctorum post iudicium ab eo factũ, qđ iudicium supra ipse 1.Co 15
dixit, qđ filius hominis facturus sit. De quo etiam Apostolus dixit, cum tradiderit regnũ Deo & patri. Vnde etiam se ait, Venite be-

nedicti patris mei, percipite regnum, quod
Mat. 25. vobis paratũ est ab initio mũdi. Discipuli aũt & turbæ credẽtes in eũ, putauerunt illum sic veniſſe vt ẽt regnaret, hoc est velle rapere & regẽ facere, præuenire velle tps eius, qđ ipse apud se occultabat, vt opportunè proderet, & opportunè in fine seculi declararet. Nã vt noueritis, qa regẽ eũ volebant facere. i. anteuenire, & iam hre manifestũ Christi regnũ, quẽ primo oportebat iudicari, & deinde iudicare, vbi crucifixus est, & illi qui in eũ spe
B rabant, spẽ resurrectionis eius pdiderant, resurgens à mortuis inuenit inde duos cũ desperatione sibi sermocinantes, & cũ gemitu q̃ gesta fuerant colloquẽtes, & apparens eis velut incognitus, cũ oculi eorum tenerẽtur ne ab eis agnoscerẽ, sermonem tractantib. miscuit, illiq; narrãtes ei vñ sermocinarent, dixerunt, qđ ille magnus ꝓpheta in factis &
Luc. 24. dictis occisus esset à principib. sacerdotũ: Et
Actuũ. 1 nos inquiunt, sperabamus, qa ipse esset redẽpturus Israel. Recte sperabatis, verũ speraba tis, in illo est redẽptio Israel. Sed qd festinatis? Rapere vultis. Illud etiam indicat nobis hunc sensum, qa cum eum q̃rerent discipuli de fine, dixerunt ei, Si hoc in tpe repræsenta bis, & qñ erit regnũ Israel? Iam. n. esse cupiebant, iã volebãt, hoc est rapere velle, & regẽ facere. Sed ait discipulis, qa adhuc solus alcẽ surus erat: Non, inqt, est vestrum scire tẽpora vel momenta, q̃ pater posuit in sua ptãte, sed accipietis virtutẽ ex alto, spm̃ sanctum su peruenientem in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vsq; ad fines terræ. Vultis vt iam exhibeã regnum? prius colligam qđ exhibeam. Altitudi nẽ amatis, & altitudinẽ adipiscimini, sed per
C humilitatẽ me sequimini. Sic de illo etiã pdi
Psal. 7. ctũ est, Et cõgregatio populorũ circundabit te, & ꝓp hanc in altum regredere. i. vt circũ det te cõgregatio populorũ, vt multos colli gas, regredere in altũ. Sic fecit, pauit & ascẽdit. Quare aũt dictũ est, fugit? Neque. n. vere si nollet tenere, si nollet rapere, qui si nollet, nec agnoscere: nã vt noueritis hoc mystice factũ, non ex necessitate, sed ex significante dispositione, modo in cõsequẽti videbitis, qa eis secũdo turbis, quæ eum q̃rebant apparuit, & cũ eis loquens, multa eis dixit, multa de pane cœlesti disputauit. Nonne cũ ipsis de pane disputãs erat, à qb. ne teneretur aufugerat? Nõ ergo & tunc poterat agere vt non ab eis cõprehẽderet, quemadmodũ postea qñ cum eis loquebat? Aliquid ergo signi ficauit fugiendo. Quid est ergo fugit? Nõ po tuit intelligi altitudo eius. Quicquid. n. non intellexeris, fugit me dicis. Ergo fugit iterum
Rom. 8. in montem ipse (solus:) Primogenitus à mor tuis ascendens super omnes cœlos, & interpellans pro nobis. Interea illo sursum posito solo sacerdote magno, qui intrauit in inte-
Mat. 1 & 24 Heb. 9. riora veli, foris populo constituto, hunc. n. sacerdos ille ī lege veteri significabat, q hoc
D semel in anno faciebat. Illo ergo sursum posito, discipuli in nauicula quid patiebant? Nã illo in altis cõstituto, nauicula illa Ecclesiam significabat. Si non hoc primo in Ecclesiam intelligimus, quod illa nauicula patiebatur, nõ erant illa significantia, sed simpliciter trãseũtia. Si autem videmus exprimi in Ecclesia veritatem illarũ significationum, manifestũ est, qa facta Christi genera sunt locutionum. Vt aũt sero factum est, inquit, descenderũt di scipuli eius ad mare. Et cum ascendissent na uiculam, venerũt trãs mare in Capernaum.) Cito dixit finitum quod postea factũ est. Venerunt trans mare in Capernaum & redit vt exponat quemadmodum venerunt, quia per stagnum nauigantes transierunt. Et dum veniſſent ad ad eum locum, quò eos veniſſe iã dixit, recapitulando exponit quid acciderit. Tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad illos Iesus.) Merito tenebrę, quia lux non venerat. Tenebræ iam factæ erant, & non venerãt ad eos Iesus. Quantum accedit finis mun
1. Ioã. 2. di, crescebunt errores, crescebunt terrores,
E crescit iniquitas, crescit infidelitas. Lux denique quæ charitas apud Ioannem ipsum Euãgeliſtam satis aperteq; monſtratur, ita vt diceret, Qui odit fratrem suum, in tenebris est, creberrimè extinguitur. Crescũt irę, & tenebræ odiorum fraternorũ quotidie crescunt, & nondum venit Iesus. Vnde apparet qa crescunt? Quoniam abundabit iniquitas refrige
Mat. 24. scet charitas multorum. Crescunt tenebræ & nondum venit Iesus. Crescentib. tenebris, refrigescente charitate, abũdante iniquitate, ip si sunt fluctus nauem turbantes. Tempestates & venti, clamores sunt maledicorum. Inde charitas refrigescit, inde fluctus augentur, & turbat nauis. Vento magno flante mare exurgebat.) tenebræ crescebant, intelligentia minueba-

nuebatur, iniquitas augebatur. Cum remigassent ergo quasi stadia vigintiquinque aut triginta.] Interea ambulabant, ꝓmouebant, nec venti illi, & tempestates, & fluctus, & tenebrę id agebant, vt vel nauis nō ꝓmouerēt, vel soluta mergerēt, sed inter illa omnia mala ibat. Etenim quia abūdauit iniquitas, & refrigescit charitas multorum, crescūt fluctus, augent tenebræ, sœuit ventus, sed tñ nauis ambulabat. Qui.n. pseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Nec ipse stadiorum numerus cōtemnendus est. Neque.n. vere posset nihil significare qđ dictū est, Cū remigassent stadia vigintiquinq; aut triginta, tunc ad eos venit Iesus. Sufficeret aut vigintiquinq; aut triginta, maxime qa æstimantis erat non affirmantis. Nunqd periclitaretē veritas in æstimāte, si diceret stadia fermè triginta, aut stadia fermè vigintiquinq;? sed ex vigintiquinq; fecit triginta Quæramus numerū vigesimūquintum. Vnde constant, vnde fiunt? de quinario. Quinarius ille numerus ad legē pertinet. Ipsi sunt quinq; libri Moysi, ipsi sunt quinq; porticus illæ languidos continentes, ipsi quinq; panes quinq; milia hominum pascentes. Ergo legē significat numer⁹ vigesimusquintus. Qñ quinque per quinque. i. quinquies qni, faciunt vigintiquinq;, quadratum quinariū. Sed huic legi antequam Euāgelium veniret, deerat perfectio. Perfectio autem in senario numero comprehendit, propterea sex dieb. Deus mundum perfecit, & quinq; ipsa per sex multiplicent, vt lex per Euangelium adimpleat, vt fiant sexies quini triginta. Ad eos ergo qui implēt legem, venit Iesus. Et venit. Quō? Calcans fluctus, oēs tumores mūdi sub pedib. hēns, oēs celsitudines seculi premens.

Mat. 10. & 24.

Rom. 8.

Hebr. 9.

D

F

1. Ioā. 2.

E

G

Mat. 24.

Hoc agit quantum addit tempori, & quantū accedit ętas seculi. Augent in isto mundo tribulationes, augent mala, augent contritiones, exaggerant hæc omnia. Iesus transit calcans fluctus, & tñ tantæ sunt tribulationes, vt etiam ipsi qui crediderunt in Iesum, & qui conant perseuerare in finem, expauescant ne deficiant. Christo fluctus calcante seculi, ambitiones & altitidines deprimēte, expauescit Christianus. Nonne hæc illi prædicta sunt? Merito & Iesu in fluctib. ambulante, Timuerunt.] Quō Christiani q̄uis habentes spem in futuro seculo, qñ viderint deprimi altitudinem seculi huius, plerunq; conturbantur de contritione rerū humanarum, aperiunt Euā gelium, aperiunt scripturas diuinas, & inueniunt ibi ista omnia prædicta, qa hoc dñs facit, Deprimit celsitudines seculi, vt ab humilib. glorificet. De quorū altitudine prædictū est, ciuitates firmissimas destrues, & inimici defecerunt frameę in finē, & ciuitates destruxisti. Quid ergo timetis Christiani? Christus loquit, Ego sum, nolite timere.) Quid hęc ex paūescitis? qd timetis? Ego ista p̄dixi, ego facio, necesse est vt fiant. Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo eum accipere in nauim.) Agnoscentes & gaudentes securi facti. Et statim fuit nauis ad terrā ad q̄ ibant.) Factus est finis ad terram, de humido ad solidū, de turbato ad firmū, de itinere ad finem. Altera die turba q̄ stabat trans mare. Vnde illi venerant, Vidit qa nauicula alia non erat ibi nisi vna, & qa non introisset cum discipulis suis in nauim, sed soli discipuli ei⁹ abiissent aliæ vero superuenerunt naues a Tiberiade, iuxta locū vbi māducauerūt panē, gratias agentes dño. Cum ergo vidisset turba, quia Iesus nō esset ibi neq; discipuli eius ascenderunt in nauiculas, & venerūt Capernaum q̄rentes Iesū.] Insinuatum tñ est illis tam magnum miraculum, viderunt enim quod discipuli soli ascēdissent in nauim, & qa alia nauis nō ibi erat. Venerunt aūt inde & naues iuxta locum illū vbi manducauerunt panes, in qb. eum turbæ secutæ sunt cum discipulis suis. Ergo nō ascēderat, alia nauis illic nō erat. Vñ subito trans mare factus est Iesus, nisi qa super mare ambulauit, vt miraculum monstraret? Et cum inueniissent eū] Turbæ. Ecce representat se turbis, a qb. se rapi timuerat, & in montem fugerat. Oīno ꝓfirmat & insinuat nobis in mysterio dicta eē illa omnia, & facta in magno sacro, vt aliqd significarēt. Ecce est ille qui in montem fugerat turbas, nonne cum ipsis turbis loquit? Modo teneant, modo regem faciant. Et cum inueniissent eum, Trans mare, dicunt ei, Rabbi, quando huc venisti?) Ille post miraculi sacramentum & sermonem infert, vt si fieri potest, qui pasti sunt, pascantur, & quorum satiauit panis ventres, satiet & sermonibus mentes, sed si capiunt, & si nō capiunt, sumatur quod non capiunt, ne fragmenta pereant. Loquatur ergo & audiamus. Respondit Iesus & dixit. Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed

H

I

Hæc præterita textus, Videt Iesum, vsque, & si mueruns

sed quia manducastis ex panib. meis.) Propter carnem me quæritis, non pp spm̃. Quã multi non quærunt Iesum, nisi vt illis faciat bene secundum tempus, alius negocium habet, quærit intercessionem clericorum, alius premit̃ a potentiore, fugit ad Ecclesiã, alius pro se vult interuenire apud eum, apud quẽ parum valet. Ille sic, ille sic, implet̃ quotidie talib. Ecclesia. Vix. quæritur Iesus pp Iesum. Quæritis me non qa vidistis signa, sed qa mã ducastis ex panib. Operamini cibum, non ci
K bum qui perit, sed qui permanet in vitã æternam.) Quæritis me pp aliud, quærite me pp me. Seipsum charissimi dñs insinuat istum cibum, quod in sequẽtib. illucescit, Quẽ filius hoĩs dabit vobis.] Expectabas credo iterum panes maducare iterũ discumbere, iterum saginari, sed dixerat, cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam ẽternam, qũo dictum
Ioan. 4. fuerat mulieri illi Samaritanæ, Si scires quis est qui petit a te bibere, tu forsitan postulasses ab eo, & daret tibi aquam viuam, cum illa diceret, Vnde tibi, qñquidem non hẽs hauritorium, & puteus altus est? Samaritanæ rñdit, Si scires q a te petit bibere, tu petisses ab eo, & daret tibi aquam viuam, vnde qui bibe rit amplius nõ sitit: nã de hac aqua qui biberit, sitiet iterũ. Et gauisa est illa, & voluit accipere, quasi non passura sitim corporis, quæ labore hauriendi fatigabat̃, & sic inter hmõi sermocinationes peruenit ad potum spiritalem. Oĩno isto modo & hic, hunc ergo cibũ operamini, nõ qui perit sed qui permanet in vitã æternã quẽ filius hoĩs dabit vobis. Hunc enim pr̃ significauit Deus.) Istũ filium hoĩs
L nolite sic accipere, quasi alios filios hoĩum, de qb. dictum est, Filii autem hoĩum in protectione alarum tuarum sperabunt. Iste filius hoĩs sequestratus quadam gratia spũs, & m̃ carnẽ filius hoĩs, exceptus a numero hoĩum, filius hoĩs est. Iste & filius hoĩs & filius Dei est, iste homo etiam Deus est. Alio loco interrogans discipulos ait, Quem dñt esse hoĩes filium hoĩs? Et illi, Alii Ioãnem, alii Heliam, alii Hieremiam, aut vnum ex prophetis. Et
Mat. 16. ille, Vos vero quem me dicitis esse? Rñdit Petrus, Tu es Christus filius Dei viui. Ille dixit se filium hominis, & Petrus eum dixit filium Dei viui. Optime ille cõmemorabat quod misericorditer exhibuerat. Ille commemorabat quod in claritate permanebat, Verbum Dei commẽdabat humilitatem suam, homo agnouit claritatem domini sui. Et reuera fratres, puto qa iustũ est. Humiliauit se pp nos, glorificemus illum nos. Nõ. n. filius hoĩs pp se est, sed pp nos, Ergo filiꝰ hoĩs erat illo modo, Cum verbum caro factum est, & habitauit in nobis, ideo n. hũc Deus pater signauit. Signare qd est, nisi proprium aliquid ponere? Hoc est. n. signare, imponere aliquid qd̃ nõ cõfundat̃ cũ cæteris. Signare, est signũ rei ponere. Cuicunque rei ponis signum, ideo ponis signũ, ne confusa cum aliis, a te non M posit agnosci. Pater ergo eũ signauit. Quid est signauit? Propriũ quiddam illi dedit, ne cæteris comparetur hominib. Ideo de illo dictũ est, Vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis, præ participib. tuis. Ergo signare qd Psal. 44. est? Exceptum hẽ, hoc est, præ participibus tuis. Itaq; nolite, inquit, me contemnere, qa filius sum hoĩs, & quẽrite a me cibũ qui non perit, sed qui permanet in vitam æternã. Sic enim filius hoĩs sum, vt non sim vnus ex vobis, sic sum filius hoĩs, vt pater Deus me signaret. Quid est signaret? Proprium aliquid mihi daret, quo non confunderer cum gñe humano, sed per me liberaretur genus humanum. Dixerunt ergo ad eũ, Quid faciemus, vt operemur opera Dei?] Dixerat. n. illis, Operamini escam, nõ q̃ perit, sed quæ permanet in vitã æternã. Quid faciemus, inquiunt? qd obseruando hoc præceptum implere poterimus? Rñdit Iesus & dixit eis, Hoc est opus Dei vt credatis in eum quem misit ille.) Hoc est ergo manducare cibum nõ qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Vt quid paras dentes & ventrẽ? Crede & mãducasti. Di
A scernit̃ qdem ab operib. fides, sicut Apostol⁹ dicit, iustificari hominẽ per fidem sine operib. legis, & sũt opera quæ vñr bona sine fide Christi, & non sunt bona, quia non referuntur ad eum finem ex quo sunt bona. Finis. n. legis Christus ad iustitiam omni credenti. Ideo noluit discernere ab opere fidem, sed ipsam fidem dixit esse op⁹ Dei: Ipsa est enim quæ per dilectionẽ operatur. Nec dixit, hoc est opus vestrũ: sed, hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille, vt qui gloriat̃, in domino glorieẽ. Quia ergo inuitabat eos ad fidem, illi adhuc quærebant signa quibus crederent. Vide si non Iudæi signa petunt. Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu facis signum,

Exod.

De consc. dist. 2. c. 1⁰ quid. Rom. 3. Rom. 10. Gene. 5. 1. Co. 1.

vt videa-

vt videamus & credamus tibi? qd operaris? Parumne erat qđ de quinq; panib. pasti sunt? Sciebāt hoc qdem, sed huic cibo manna de cœlo præferebant. Dñs aūt Iesus talem se dicebat, vt se Moysi præponeret. Non. n. ausus est Moyses de se dicere, qđ daret cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam æternā. Aliquid plus iste promittebat q̄ Moyses. Per
Exod. 3. Moysen quippe promittebatur regnū & terra fluens lac & mel, temporalis pax, abundātia filiorum, salus corporis, & cætera oīa, tēporatia quidē, in figura tñ spiritalia, quia veteri homini in veteri testō promittebant. Attendebāt ergo ꝓmissa per Moysen, attende-
B bant ꝓmissa per Christum. Ille plenū ventrē promittebat in terra, sed cibo qui perit, iste promittebat cibū non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Attendebant eum plus promittētem, & quasi nondum videbāt maiora facientem. Attendebant itaq; qualia fecisset Moyses, & adhuc aliqua maiora volebāt fieri ab eo qui tā magna ꝓmittebat, qđ, inqunt, facis vt credamus tibi? Et vt noueritis qa miracula illa huic miraculo cōparabāt, & ideo quasi minora ista iudicabant q̄ faciebat Iesus, Patres. n. nostri, inquiūt, manna mā ducauerūt in deserto. Sed quid est māna? Forte cōtemnitis. Sicut scriptū est, Dedit illis mā na māducare.) Per Moysen patres nostri panem de cęlo acceperunt, & non est dictū eis à Moyse, operamini cibū non qui perit. Tu ꝓmittis cibum qui non perit, sed qui permanet in vitā æternā, & nō talia operaris qualia Moyses. Panes hordeaceos ille non dedit sed dedit manna de cœlo. Dixit ergo eis Iesus:
C Amen amen dico vobis, nō Moyses dedit vobis panē de cęlo, sed pr̄ meus dedit vobis panē de cęlo. Verus. n. panis est qui de cęlo descendit, & dat vitam mūdo.) Verus ergo ille panis qui dat vitā mūdo, & ipse cibus est, de quo pauloante locutus sum, operamini cibū non qui perit, sed qui permanet in vitā æternā. Ergo & illud māna hunc significabat, & illa oīa signa mea erant: Signa mea dilexistis: qui significabat cōtēnitis. Non ergo Moyses dedit panē de cœlo, Deus dat panem. Sed quem panē? Forte māna? Non, sed panē quē significabat manna, ipsum. s. dñm Iesum. Pr̄ meus dat vobis panē verū. Panis. n. Deus est qui descēdit de cœlo, & dat vitā mundo. Dixerūt ergo ad eū, dñe, da nobis semper panē hūc.) Qūo mulier illa Samaritana cui dictū est, Qui biberit de hac aqua nō sitiet vnquā, *Io. 4.* continuo illa ſm corpus accipiens, sed tñ carere indigentia volens, da mihi, inquit, dñe de hac aqua, sic & isti, dñe, da nobis panem hunc qui nos reficiat, nec deficiat. Dixit autē eis Iesus, Ego sum panis vitæ, q̄ venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet vnquam.] Qui venit ad me, hoc est qđ ait, & q̄ credit in me, & qđ dixit, non esuriet, hoc in intelligendum est, & non sitiet vnq̄. Vtroq; illa significat ęterna satietas, vbi nulla est egestas. Panē de cœlo desideratis, ante vos habetis, & nō manducatis. Sed dixi vobis, quia & vidistis me & non credidistis.) Sed non ideo D
ego populum perdidi. Nunqd. n. infidelitas vestra fidem Dei euacuauit? Vide. n. quod se quit, Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum qui venit ad me non eiiciam foras.) Quale est intus illud vnde non exit foras? Magnū penetrale, & dulce secretum. O secretum sine tædio, & sine amaritudine malarum cogitationū, sine interpellatione tētationum & dolorū. Nonne illud secretum est quo intrauit ille, cui dicturus est dñs seruo bene merito. Euge serue bone & fidelis, intra in gaudiū dñi tui? Et eum qui veniet ad me, *Mat. 27.* non eiiciam foras.) Quia descendi de cœlo non vt faciam voluntatē meam, sed eius qui misit me.) Ideo ergo eū qui veniet ad te, non eiicies foras, qa descendisti de cœlo, non facere voluntatē tuam, sed volūtatem eius qui te misit. Magnum sacr̄m. Obsecro vos, simul pulsem⁹, exeat ad nos aliquid qđ nos pascat, secundum qđ nos delectauit. Magnum illud E
& dulce secretum. Qui veniet ad me, attēde, & appende. Qui venit ad me, nō eiiciam foras. Ergo qui veniet, inquit, non eiiciam foras: Quare? Quia descendi de cœlo, non vt faciam voluntatē meam, sed voluntatem eius qui misit me Ipsa est ergo causa quare non eiicias eum foras qui venit ad te, quia nō voluntatem tuam facere descēdisti de cęlo, sed volūtatē eius qui te misit. Ipsa est, quid ergo quęrimus vtrum ipsa sit? Ipsa est, ipse quippe loquit.] Non. n. fas est aliud opinari quam loquit. Qui venerit ad me, non eiiciam foras. & quasi quæreres, quare? Quia non veni facere voluntatē meam, sed voluntatem eius qui misit me. Timeo ne foras ꝓpterea exierit ani- *Eccl. 10.*
ma à Deo, quia superba erat, imo non dubito, scri-

to, ſcriptum eſt enim. Initium omnis peccati ſuperbia: &, Initium ſuperbiæ hoīs apoſtatare a Deo, ſcriptum eſt, firmum eſt, verū eſt. Deinde qd de ſuperbo dr̄ mortali accincto pannis, carnis p̄grauato p̄dere, corruptibili corpore, & tñ extollēti ſe, & obliuiſcēti qua pelle veſtiat̄ ſit? Quid ei dicit ſcriptura? Quid ſuperbis terra & cinis? Quid ſuperbit? Dicat qd ſupbit. Qm̄ in vita ſua ,piecit intima ſua? *Ibidem. b* Quid eſt ,piecit, niſi porrò iecit? hoc eſt exire
F foras. Etenim intrare intrò, appetere intima eſt, ,piicere intima foras, exire eſt. Intima ,pie cit ſuperbus intima appetit humilis, ſupbia eiicimur, humilitate regredimur. Caput omniū morborū ſuperbia, q̄a caput oīum p̄c̄ōrum ſupbia. Medicus qñ ęgritudinē diſcutit, ſi curet qđ per aliq̄ cām factum eſt, & ip̄am cām per q̄ factū eſt non curet, ad tp̄s vr̄ mederi, cā manente morb. repetit. Verbi gratia, apertius hoc dicam. Humor in corpore ſcabiem vel vlcera gignit in corpore, ſit magna febris, & non paruus dolor, exhibenr̄ q̄dam medicamenta, q̄ ſcabiem cōpeſcant, & ſeruorem illum vlceris ſedant, & exibenr̄ & ,pficiunt, vides hoīem qui fuit vlceroſus & ſcabioſus ſanatum, ſed q̄a humor ille non eiectus eſt, rurſus ad vlcus redit, cognoſcēs hoc medic⁹, purgat humorē, detrahit cām, & nulla erūt vlcera. Vñ ergo abundat iniquitas? Per ſuperbiā. Cura ſuperbiā, & nulla erit iniquitas. Vt ergo cā oīm morborū curaretur. i. ſuperbia, deſcendit & humilis factus eſt filius Dei. Quid ſuperbis homo? Filius Dei p̄ te
G humilis factus eſt. Puderet te fortaſſe imitari humilem hoīem: ſaltē imitare humilē Deū. Venit filius Dei in hoīe, & humilis fact⁹ eſt. Præcipit̄ tibi vt ſis humilis, non tibi præcipit̄ vt ex hoīe fias pecus. Ille Deus factus eſt hō, tu homo cognoſce, quia es hō. Tota humilitas tua eſt, vt cognoſcas te. Ergo q̄a humilitatem docet Deus, dixit, Non veni facere volūtatem meā, ſed eius volūtatem qui miſit me, hæc enim commendatio humilitatis eſt. Superbia q̄ppe facit voluntatem ſuam, humilitas facit voluntatem Dei. Ideo qui ad me venit, non eiiciam foras. Quare? Quia non veni facere voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me. Humilis veni, humilitatē docere veni, qui ad me venit incorporatur mihi, qui ad me venit, humilis fit, qui mihi adhæret, humilis erit, quia non facit voluntatem ſuam, ſed Dei, & ideo non eiicitur foras, q̄a cum ſuperb. eſſet eiectus eſt foras. Vide illa introita commendari in Pſalmo, Filii autem hoīum in ,ptectione alarum tuarū ſperabunt. Vide qd ſit ire intrò, vide qd ſit ad illius ,ptectionem cōfugere, vide qd ſit ēt ſub verbera patris currere, flagellat enim omnē filium quē recipit. Filii aūt hoīum ſub tegmine alarum tuarum ſperabunt, & qd eſt intus? Inebriabunr̄ ab vbertate domus tuę. Cum miſeris intrò, intrantes in gaudium dñi ſui inebriabunr̄ ab vbertate domus tuæ, & torrente H voluptatis tuę potabis eos. Quoniam apud te eſt fons vitæ, nō foris extra te, ſed intus apud te, ibi fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen, Prætende miſericordiam tuam ſcientib. te & iuſtitiā tuam his qui recto ſunt corde. Qui ſequunr̄ voluntatem dñi ſui, non q̄rētes ſua, ſed quæ Ieſu Chriſti, ipſi ſunt recto corde, ipſis nō commouenr̄ pedes: Bonus. n. Deus Iſrael rectis corde. Mei aūt, inquit ille, penè commoti ſunt pedes. Quare? Quia zelaui in peccatorib. pacem peccatorum intuēs. Ergo q̄b. bonus eſt Deus niſi rectis corde? Nā mihi torto corde diſplicuit Deus. Quare diſplicuit? quia dedit fęlicitatem malis, & ideo nutarunt mihi pedes, quaſi ſine cauſa ſeruiſſem Deo. Ideo ergo mei penè cōmoti ſūt pedes, q̄a non fui rectus corde. Quis eſt ergo rectus corde? Sequens voluntatē Dei. Fœlix eſt ille, laborat ille, ille male viuit & fœlix eſt, ille iuſte viuit & laborat. Nō indigneſ iuſte viuens & laborans, intus habet qđ fœlix ille non habet, nō ergo triſteſ, non macereſ, non deficiat. fęlix ille hēt aurum in arca, iſte Deum in conſcientia. Compara nūc aurum & Deum, arcam & conſcientiam. Ille illud hēt qđ perit, & ibi habet vnde perit, iſte Deū I habet, & eum qui perire non poteſt, & ibi hēt vñ auferri non poteſt, ſed ſi ſit rectus corde, tunc enim intrat & non exit, ideo ille dicebat, Quoniam apud te eſt fons vitæ, & nō apud nos: Ideo intrare debemus vt viuamus non quaſi nobis ſufficere vt pereamus, non quaſi de noſtro velle ſatiari vt areſcamus, ſed os ad ipſum fontē ponere, vbi aqua non deficit. Quia voluit ſuo conſilio viuere Adā, & lapſus eſt per eum qui ante cecidit per ſuperbiā, qui ei calicem ipſius ſuperbiæ propinauit. Quia ergo apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen,

Pſal. 35.

Heb. 12.

Pſal.

Ioan.

Phili. 2.

Pſal. 72.

Mat.

Pſal. 35.

Mat.

in⁹

intus bibamus, intus videamus. Quare enim inde exitum est? audi quare. Non veniat mihi pes superbiæ, ergo ille exiit, cui venit pes superbiæ, ostendit quia ideo exiit. Et manus peccatorum non moueant me, propter pedem superbiæ. Quare hoc dicis? Ibi ceciderũt oẽs qui operantur iniquitatem. Vbi ceciderunt? In ipsa superbia expulsi sunt, nec potuerunt stare. Si ergo superbia expulit eos qui nõ potuerunt stare humilitas inrromittit, qui pñt in perpetuum stare. Ideo etenim ille qui dixit, Exultabunt ossa humiliata, prædixit, Auditui meo dabis exultationẽ & lætitiã. Quid est auditui meo? Audiendo te fœlix sum, de voce tua fœlix sum, intus bibendo fœlix sum, ideo nõ cado, ideo exultabũt ossa humiliata, ideo amicus sponsi stat & audit eũ, ideo stat, qa audit. De interiore fonte bibit, ideo stat. Illi q voluerunt de interiore fonte bibere, iõ ceciderũt & expulsi sunt, nec potuerũt stare. Doctor itaq; humilitatis venit non facere voluntatem suam, sed volũtatem eius qui misit illum. Veniamus ad eum, intremus ad eum, incorporemur ei, vt nec nos faciamus volũtatem nostram, sed voluntatem Dei, & non nos eiiciet foras, quia membra eius sumus, quia caput nostrum esse voluit docendo humilitatem. Ad extremum, ipsum audite concionãtẽ, Venite ad me qui laboratis & onerati estis. Tollite iugum meum super vos & discite a me, qe mitis sum & humilis corde. Et cum hoc didiceritis, inuenietis requiem animab. vestris, vnde non eiiciamini foras quia descendi de cœlo nõ vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Humilitatem doceo, ad me venire non põt nisi humilis. Non mittit foras nisi superbia, qũo non exit foras qui seruat humilitatem, & nõ labit à veritate. Dicta sunt quantum dici potuerunt de abscõdito sensu fratres, satis enim hic latet sensus, & nescio vtrum cõgruis verbis à me sit depromptus & excultus, quare ideo non eiiciat foras qui venit ad illum, qa non venit facere voluntatem suam, sed volũtatem eius qui misit eum. Hæc est autem, inquit voluntas eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo.) Ipse illi datus est qui seruat humilitatem, hoc accepit, qui non seruat humilitatem, longe est à magistro humilitatis. Vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo. Sic non est volũtas in conspectu patris vestri, vt pereat vnus de pusillis istis. De tumẽtib. potest perire, de pusillis nihil perit, qa nisi fueritis sicut pusillus iste, non intrabitis in regnum cœlorum. Oẽ quod dedit mihi pater non perdam ex eo, Sed resuscitabo illud in nouissimo die.) Videre quemadmodum & hic geminam illam resurrectionẽ deliniet. Qui venit ad me, modo resurgit humilis factus in membris meis, sed resuscitabo eum in nouissimo die secundum carnem. Hæc est enim voluntas patris mei qui misit me, vt omnis qui videt filiũ, & credit in eum habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.) Superius dixit qui audit verbum meum & credit ei q misit me, modo autem, qui videt filiũ, & credit in eum. Non dixit, videt filium, & credit in patrem, hoc est credere in filium quod & in patrem, quia sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso, vt omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam. Credendo & transeundo ad vitam tanquam prima illa resurrectione & quia non est sola, & resuscitabo ego eum, inquit, in nouissimo die.

Pſal. 35. Heb. 12. Pſal. 50. Ioan. 3. Phili. 2. Pſal. 72. Mat. 11. Pſal. 35. Mat. 18. H K I M

Ab eo quod scriptum est. Murmurabant ergo Iudæi de illo quia dixisset, Ego sum panis viuus qui de cęlo descendi, vsque ad id vbi ait, Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Tract. XXVI.

CVm dominꝰ noster Iesus Christus, sicut in Euangelio cum legeretur auditumꝰ, panem se esse dixisset, qui de cœlo descẽdit, Murmurauerunt Iudæi & dixerunt, Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuiꝰ nos nouimus patrem & matrẽ? Quomodo ergo hic dicit, quia descendit de cœlo?) Isti à pane de cęlo longe erant, nec eũ esurire nouerant. Fauces cordis languidas habebant, aurib. apertis surdi erant, videbant & cæci stabant, panis quippe iste interioris hois quærit esuriem, vnde alio loco dicit, Beati qui esuriunt & sitiũt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Iustitiam vero nobis esse Christum Paulus apostolus dicit, ac per hoc qui esurit hunc panem, esuriat iustitiam, sed iustitiam quæ de cœlo descendit, iustitiam quam dat Deus, non quam sibi facit homo. Si. n. nullam sibi homo faceret iustitiã, non diceret Apostolus de Iudæis, ignorantes

A Mat. 5. 2. Co. 2. Rom. 10

ignorantes.n.Dei iustitiam,& suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti:in de erant isti qui panem de cęlo descendentē non intelligebant,qa sua iustitia saturati, iustitiam Dei non esuriebant. Quid est hoc,iustitia Dei & iustitia hoīs? Iustitia Dei hic dr, non qua iustus est Deus, sed quā dat homini Deus,vt iustus sit homo per Deum. Quæ aūt erat illorum iustitia,qui de suis virib. præsumebant, & quasi impletores legis seipsos ex sua virtute dicebant? Nemo aūt implet legē,
B nisi adiuuerit gratia i.panis qui de cœlo de-
Rom.13. scendit: Legis.n.plenitudo, compēdio vt ait
Rom.5. Apostolus,charitas est,charitas nō numi,sed Dei,charitas non terræ,non cœli,sed eius q fecit cœlum & terrā. Vnde ista charitas hoī? Ipsum audiamus,Charitas,inquit,Dei diffusa est in cordib.nostris per spm̄ sanctum qui datus est nobis. Datur° ergo dns spm̄ sanctū, dixit se panem qui de cœlo descendit hortās
De cō. di. 2.c.crede re.4.se.d. 9.cap.1. & credamus in eum. Credere.n.in eum,hoc est manducare panem viuum. Qui credit in eum,manducat,inuisibiliter saginatur,qa & inuisibiliter renascit. Infans intus est, nouus intus est,vbi nouellat, ibi satiat. Quid ergo talib.murmurātib.rndit Iesus. Nolite murmurare inuicē.) Tanq dicens,Scio quare nō esuriatis,& istum panem non intelligitis neque quæratis,Nolite murmurare inuicē. Nemo pōt venire ad me,nisi pr qui misit me,traxerit eum.) Magna gratiæ commēdatio. Nemo venit nisi tractus. Quem trahat & quem non trahat, quare illum trahat, & illum non trahat,noli velle iudicare si nō vis errare,semel accipe & intellige,Nō traheris,ora vt traharis. Quid hic dicimus fratres? si trahimur ad
C *2.se. di.2 c. non est tamen.* Christum,ergo inuiti credimus,ergo violētia adhibet,non voluntas excitat? Intrare qsquam Ecclesiam pōt nolens, accedere ad al-
Rom.10. tare pōt nolens,accipere pōt sacrum nolēs, credere nō pōt nisi volens. Si corpore crede ret,fieret in nolentib. sed nō corpore credit ad iustitiā. Apostolum audi dicentē, Corde credit ad iustitiā. Et qd sequit? Ore aūt confessio fit ad salutem. De radice cordis surgit ista confessio. Aliqn audis confitentē, & nescis ardentem, vocas confitentem, & nescis credētē. Sed nec debes vocare cōfitentē, quē iudicas non credentē,hoc est.n. confiteri dicere quod habes in corde. Si aūt aliud in corde habes,aliud dicis, loqueris nō confiteris.

Cum ergo in Christum corde credat, quod nemo vtiq; facit inuitus,qui aūt trahit, tanq inuitus cogi vr,qūo istam soluimus qōnem: Nemo venit ad me,nisi pr qui me misit traxerit eū? Si trahit,ait aliquis,inuitus venit,si inuitus venit,nec credit,si nō credit,nec venit. Non.n.ad Christum ambulando currimus, sed credendo,nec motu corporis,sed voluntate cordis accedimus. Ideo illa mulier quæ *Luc. 8.* fimbriam tetigit, magis tetigit q turba quæ pressit. Ideo dns dixit,Quis me tetigit? & mirantes discipuli dixerunt, turba te cōprimit, D & dicis,quis me tetigit? sic ille repetiuit,Tetigit me aliquis. Illa tangit,turba premit, quid est tetigit,nisi credidit? Vnde & mulieri illi post resurrectionem dixit volenti se mittere ad pedes eius,Noli me tāgere,nondū.n.ascēdi ad patrem,quod vides,hoc solum me esse putas Noli me tangere,quid est? Hoc me solum esse putas quod tibi appareo. Noli me sic credere,hoc est,noli me tangere, nōdum enim ascendi ad patrem meum, tibi nōdum ascendi,nam inde nunquam recessi. In terra non tangebat stantem,& qūo tangeret ad patrem ascendentē? Sic tū sic se tangi voluit,sic tangit ab eis a qb.bene tangit, ascendens ad patrem,manens cum patre æqualis patri. Inde & hic si aduertis,Nemo venit ad me, nisi quem pater attraxerit, nolite cogitare inuitū trahi. Trahit aīus & amore. Nec timere debemus ne ab hominibus qui verba perpendūt, & a rebus maxime diuinis intelligendis longe remoti sunt, in hoc scripturarum sanctarum euangelico verbo forsitan reprehendamur, & dicatur nobis, Quomodo voluntate credo si trahor? Ego dico,Parum est volunta E te,etiā voluptate traheris. Quid est trahi voluptate? Delectare in domino, & dabit tibi *Psal.36.* petitiones cordis tui. Est quædam voluptas *Virg.in 2 eglog.* cordis,cūi panis dulcis est ille cęlestis. Porrò si poetæ dicere licuit, Trahit sua quenq; voluptas,non necessitas, sed voluptas, non obligatio,sed delectatio, quanto fortius nos dicere debemus,trahi hominem ad Christū, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine,delectatur iustitia, delectatur sempiterna vita, quod totum Christus est? An vero ha- *Psal.35.* bent corporis sensus voluptates suas, & animus deseritur a voluptatibus suis? Si animus non habet voluptates suas, vnde dicitur,Filii autem hominum, sub tegmine alarum

rum tuarum sperabunt. Inebriabunt ab vbertate domus tuæ,& torrête voluptatis delitiarum tuarũ potabis eos: Qm̃ apud te est fons vitæ,& in lumine tuo videbimus lumen? Da amantem,& sentit qđ dico,da desiderãtem, da esuriẽtem,da in ista solitudine peregrinãtem atq; sitientem, & fontem æternæ patrię suspirantem,da talem,& scit quid dicam, si aũt frigido loquor, nescit qđ loquor. Tales
F erant isti qui inuicem murmurabãt. Pater,in
Cant.1. quit,quẽ traxerit venit ad me. Quid est aũt, pater quẽ traxerit,cum ipse Christus trahat? Quare voluit dicere,pater quem traxerit? Si trahendi sumus, ab illo trahamur, cui dicit q̃dam quæ diligit, Post odorem vnguentorũ tuorũ curremus. Sed qđ intelligi voluit, aduertam⁹ fratres,& q̃tum possum⁹ capiamus. Trahit pr̃ ad filium eos qui propterea credũt in filium,qa eum cogitant patrem hr̃e Deũ. Deus.n.pater æqualem sibi genuit filium, & qui cogitat, atq; in fide sua sentit & ruminat æqualem esse patri eum in quem credidit, ip sum trahit pr̃ ad filium. Arrius credidit creaturam,non eum trahit pr̃,quia non considerat patrem, qui filium non credit æqualem. Quid dicis ò Arri,quid dicis hęretice, quid loqueris? Quid est Christus? Nõ inquit, Deus verus,sed quem fecit Deus verus, Non te traxit pr̃, non intellexisti patrem, cuius filium negas. Aliud cogitas, nõ est ipse filius, nec à patre traheris, nec ad filium traheris. Aliud est.n.filius,aliud qđ tu dicis. Fotin⁹ dicit,Hõ solus est Christus,nõ est & Deus: Qui sic cre
G dit,non pr̃ eum trahit. Quem trahit pr̃? Illum
Mat.16. qui dicit,Tu es Christus filius Dei viui, non sicut Propheta,non sicut Ioannes, non sicut aliquis magnus iustus, sed sicut vnicus,sicut ęqualis,Tu es Christus filius Dei viui, ait. Vide qa tractus est,& a patre tractus est. Et dñs quid? Beatus es simon bar Iona, qa non tibi reuelauit caro & sanguis,sed pater meus qui in cœlis est. Ista est reuelatio, ipsa est attractio. Ramum viridem ostendis oui, & trahis illam. Nuces puero demõstrant & trahit, & q̃ currit trahit, amando trahit, sine lęsione corporis trahit, cordis vinculo trahit. Si ergo ista quę inter delitias & voluptates terrenas reuelantur amantib. trahunt, quoniam verum est, Trahit sua quenq; voluptas,non trahit reuelatus Christus a patre? Quid enim fortius desiderat anima quàm veritatẽ? Quò
E auidas fauces habere debet,vnde optare,vt sanum sit intus palatum vera iudicandi, nisi vt manducet & bibat sapientiam,iustitiam,veri tatem,æternitatem? Vbi aũt hoc? Ibi melius, *Mat. 5.* verius ibi, planius ibi: nam hic facilius possumus esurire,& hoc si bonam spem hẽmus, q̃ saturari: Beati.n. inquit, qui esuriunt & sitiũt iustitiam,sed hic,quoniam saturabuntur,sed ibi. Ideo cum dixisset,Nemo venit ad me, ni H
si pater qui misit me traxerit eum,quid subiecit? Et ego resuscitabo eũ in nouissimo die.] Reddo illi qđ amat,reddo qđ sperat. Videbit qđ adhuc non videndo credidit, mãducabit qđ esuriit,satiabit eo qđ sitit. Vbi? In resurrẽctione mortuorum, qa ego resuscitabo eum in nouissimo die. Scriptum est.n.in prophetis,Et erũt omnes docibiles Dei.] Quare hoc dixi o Iudęi? Pater vos non docuit, qũo potestis me agnoscere? Omnes regni illi⁹ hoies docibiles Dei erunt, nõ ab hominib. audiẽt, & si ab hominib. audiunt,tamen quod intelligunt,intus datur,intus coruscat,intus reuelatur. Quid faciunt homines forinsecus annunciantes? Quid facio modo ego cum loquor? Strepitum verborum ingero auribus vestris. Nisi ergo reuelet ille qui intus est, qđ dico, qđ loquor? Exterior,cultor arboris: interior, est creator: Qui plantat & qui rigat,extrinse- *1. Cor.3.*
cus operatur,hoc facimus nos. Sed neq; qui plantat est aliquid,neq; qui rigat,sed qui incrementum dat Deus: hoc est, erunt omnes docibiles Dei. Qui omnes? Omnis qui audiuit à pr̃e & didicit,venit ad me.] Videte quo modo trahit pater,docendo delectat,non necessitatem imponendo. Ecce quomodo tra- I
hit,erunt oẽs docibiles Dei. Trahere Dei est, Oís q audiuit à patre & didicit,venit ad me, trahare.n,Dei est. Quid igitur fratres? Si omnis qui audiuit à patre & didicit, ipse venit ad me Christum, Christus nihil hic docuit. Quid quod patrem magistrum homines nõ viderunt,filium viderunt. Filius dicebat, sed pater docebat. Ego cum homo sim quem doceo? Quẽ fratres nisi eum, qui audit verbum meum? Si ego cum homo sim, illum doceo qui audit verbum meum, illum docet pater, qui audit verbum eius. Si illum docet pater, qui audit verbũ eius, quęre quid sit Christus, & inuenies verbum eius. In principio erat verbũ. Non in principio fecit Deus verbum, *Ioan.1.*
qũo in principio fecit Deus cęlum & terrã:

ecce

Lucæ. 1. *Ioan.20.* *Psal.36. Virg.in 2 æglog.* *Psal.35.*

ecce quia non est creatura. Discę trahi ad filium à patre, doceat te pr̃, audi verbum eius. Quod verbum inquies, audio? In principio erat verbum. Non factum est, sed erat, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbũ: Qũo hoĩes in carne constituti audiant tale verbũ? Quia verbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Exponit hoc & ipse, & ostendit nobis quid dixerit, qui audiuit à patre & didicit, venit ad me. Cõtinuo subiecit qđ cogitare posſimus. Non q̃a patrem vidit q̃squam, nisi is q̃
K est à Deo, hic vidit patrem.) Quid est qđ ait, Ego vidi patrem, vos non vidistis patrem, & tñ non venitis ad me nisi trahamini à patre? Quid est aũt nobis trahi à patre, nisi discere à patre? Quid est discere à patre, nisi audire a patre? Quid est audire à patre, nisi audire verbum patris. i. me? Ne forte ergo cum dico vobis, Oĩs qui audiuit à patre & didicit, dicatis apud vos, sed nunq̃ vidimus patrem, qũo ergo discere potuimus à patre? A meipso audite, Non quia patrem vidit q̃squam, sed qui est à Deo, hic vidit patrem, ego noui patrẽ, ab illo sum, sed qũo verbũ ab illo cuius est verbum, non qđ sonat & tranſit, sed qđ manet cum dicente, & trahit audientem, admoneat qđ sequit: Amen amen dico vobis, qui credit in me habet vitam æternã. Reuelare se voluit qd esset: nam compendio dicere potuit, qui credit in me, hẽt me, ipse. n. Christus verus Deus est, & vita ætèrna. [Qui ergo credit in me, inquit, it in me, & qui it in me, hẽt me] Quid est autem hr̃e me? Hr̃e vitã ęternã: vita æterna mortẽ assumpsit, vita æterna mori voluit, sed de tuo, non de suo, accepit à te, vbi moreretur pro te, ab hominibus. n. carnẽ assumpsit, sed non more hoĩum. Nam patrẽ
L habens in cœlo, matrem elegit in terra, & illic natus sine matre, & hic sine patre. Assumpsit ergo vita mortẽ, vt vita occideret mortẽ. Nam qui in me credit, inquit, habet vitã ęternam, non qđ patet, sed qđ latet. Vita. n. ęterna verbum in principio erat apud Deum, & Deus erat verbum, & vita erat lux hoĩum. Ipse vita æterna, dedit & carni susceptæ vitam æternã. Mori voluit, sed die tertio resurrexit. Inter verbum suscipiẽs & carnẽ resurgentẽ, mors media cõsumpta est. Ego sum, inq̃t, panis vitæ.] Et vñ illi sup̃biebant? Patres vestri, inquit, manducauerunt in deserto manna, & mortui sunt.) Quid est vnde superbitis? Manducauerunt manna, & mortui sunt. Quare manducauerunt & mortui sunt? Quia qđ videbam, credebant, qđ non videbant, non intelligebant, ideo patres vestri, q̃a similes estis illorum. Nam q̃tum pertinet fratres mei ad mortem istam visibilem & corporalẽ, nunqd nos non morimur, qui manducamus panem de cœlo descẽdentem? Sic sunt mortui & illi, quemadmodum & nos sumus moritu ri, q̃tum attinet vt dixi, ad mortem huius corporis visibilem atq; carnalem. Quantum aũt pertinet ad illã mortẽ, de qua terret dñs, q̃a M
mortui sunt patres istorũ. Mãducauit manna & Moyses, manducauit mãna & Aaron, mãducauit mãna & Phinees, mãducauerunt ibi multi qui dño placuerũt, & mortui nõ sunt. Quare? Quia visibilem cibum spiritaliter intellexerunt, spiritaliter esurierũt, spiritaliter gustauerunt, vt spiritaliter satiarent. Nam & nos hodie accepimus visibilem cibum, sed aliud est sacr̃m, aliud est virtus sacr̃i. Quam multi de altari accipiunt & moriunt̃, & acci 2. Co. 11. piendo moriunt̃, vnde dicit Apostolus, Iudi De cõ. di. cium sibi manducat & bibit. Nonne bucella 2. c. & ibi dñica venenum fuit Iudæ? & tñ accepit, & Esa. & c. sicut Iu cum accipit, in eum inimicus intrauit, nõ q̃a das. malum accepit, sed quia bonum male malus De cõ. di. accepit. Videte ergo fratres, panẽ cœlestem 2. c. Panẽ spiritaliter manducate, innocentiam ad alta- de altari. re apportate. Peccata & si sunt quotidiana, Mat. 6. vel non sint mortifera, anteq̃ ad alare accedatis, attendite quod dicatis, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si dimittis, dimittetur tibi, secur' accede, panis est non venenum. Sed vide si dimittis: nam si non dimittis, mentiris, & ei mẽ
tiris, quem non fallis, mentiri Deo potes, A
Deum fallere nõ potes. Nouit ille quid agas, intus te videt, intus te examinat, int' inspicit, intus iudicat, intus aut damnat aut coronat. Patres ergo istorum, idest, mali patres malorum, infideles patres infidelium, murmuratores patres murmuratorum. Nam de nulla re magis dominum offendisse ille populus dictus est, quam contra Deum murmurando. Ideo & dñs volens ostendere eos talium filios, hinc ad eos cœpit, Quid murmuratis in inuicẽ murmuratores, filii murmuratorum? Patres vestri mãna mãducauerũt, & mortui sunt, nõ quia malum erat mãna, sed quia male manducauerunt. Hic est panis qui de cęlo

descen-

descendit.) Hunc panem significauit manna, hunc panē significauit altare Dei. Sacramenta illa fuerūt, in signis diuersa sunt, sed in re quę significatur paria sunt. Apostolum audi, Nolo.n.vos, inquit, ignorare fratres, quia patres nostri oēs sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes per Moysen baptizati sunt in nube, & in mari, & oēs eandē escā spiritalē manducauerunt. Spiritalē vtiq; eandē, nā corporalē alterā, quia illi manna, nos aliud: spiritalē vero quā nos, sed patres nostri non patres illorum, quibus nos similes sumus, non quibus illi similes fuerunt. Et adiungit. Et oēs eundē potū spiritalem biberunt. Aliud illi, aliud nos, sed specie visibili quidē, tamen hoc idē significante uirtute spiritali. Qūo.n.eundem potum? Bibebant, inquit, de spirituali, sequēte petra: petra aūt erat Christus. Inde panis, inde potus. Petra Christus in signo, uerus Christus in uerbo & in carne. Et qūo biberunt? Percussa est petra de uirga bis. Gemina percusio, duo ligna crucis significat. Hic est ergo panis q̄ de cęlo descendit. Vt siquis manducauerit ex ipso nō moriatur.) Sed quod pertinet ad virtutē sacramenti, non quod pertinet ad visibile sacramentū. Qui manducat intus, non foris, q̄ māducat in corde, non qui premit dēte. Ego sum panis uiuus qui de cęlo descēdi.) ¶ Ideo viuus, quia de cęlo descendit. ¶ De cęlo descendit & manna: sed manna umbra erat, iste ueritas est. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in ęternum. Et panis quē ego dabo, caro mea est pro mundi uita:) Hoc quando caperet caro, q̄ dixit panem carnē? Vocatur caro, quod nō capit caro. Et ideo magis nō capit caro, quia uocatur caro. Hoc.n. exhoruerunt, hoc ad se multum esse dixerūt, hoc non posse fieri putauerunt. Caro mea est, inquit, pro mundi uita. Norunt fideles corpus Christi, si corpus Christi non negligant esse. Fiant corpus Christi, si uolunt uiuere de spiritu Christi. De spiritu Christi nō uiuit, nisi corpus Christi. Intelligite fratres mei q̄d dixerim, Homo es, & spiritū habes, & corpus habes, Spiritū dico quę anima uocat, qua cōstas q̄ homo es: constas.n. ex anima & corpore. Habes.n. spiritū inuisibilē, corpus uisibile. Dic mihi quid ex quo uiuat? Spiritus tuus uiuit ex corpore tuo, an corpus tuū ex spū tuo? Rūdet oīs qui uiuit, qui aūt hoc nō pōt respondere, nescio si uiuit. Quid respondet omnis qui uiuit? Corpus utiq; meū uiuit de spiritu meo. Vis ergo & tu uiuere de spiritu Christi, ī corpore esto Christi. Nūq̄d.n. corpus meū uiuit de spiritu tuo? Meū uiuit de spiritu meo, & tuū de spiritu tuo. Nō potest uiuere corpus Christi nisi de spū Christi. Inde est quod exponens nobis Apostolus Paulus hunc panē, Vnus panis, inquit, unum corpus multi sumus. O sacramētū pietatis, ò signū unitatis, ò uinculū charitatis. Qui uult uiuere, habet ubi uiuat, accedat, incorporetur ut uiuificetur. Non abhorreat a compage membrorū, ¶ nō sit putre membrū ¶ q̄ resecari mereat, nō sit distortū de quo erubescē: sit pulchrū, sit aptū, sit sanū: hæreat corpori, uiuat Deo de Deo, nunc laboret in terra, ut postea regnet in cęlo. Litigabant ergo Iudæi adinuicē dicentes, Qūo pōt hic carnē suam nobis dare ad manducādū? Litigabant utiq; adinuicem, quoniā panē concordiæ non intelligebant, nec sumere uolebant: nā qui mā ducant talē panē, non litigant ad inuicē, qm̄ unus panis, unum corpus multi sumus. Et p̄ hunc facit Deus unius moris habitare in domo. Quod autem adinuicē litigabāt, & quę rerunt qūo posset dns carnē suā dare ad manducandū, nō statim audiunt, sed adhuc eis dicitur, Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinē, non habebitis uitā in uobis.) Qūo quidē edatur, & quisnā modus sit manducādi istū panē ignoratis. Veruntn̄ nisi manducaueritis carnē filij hominis & biberitis eius sanguinē, non habebitis uitam in uobis. Hæc non utiq; cadaueribus, sed uiuētibus loquebatur. Vnde ne istam uitā intelligentes, & de hac re litigarent, secutus adiunxit, Qui manducat meā carnē & bibit meū sanguinē, habet uitam æternā.) Hāc ergo non habet, qui istū panē non manducat. nec istū sanguinem bibit: nā tēporalē uitam sine illo habere homines possunt, æternā uero omnino nō possunt. Qui ergo non manducat eius carnem, nec bibit eius sanguinē, non habet in se uitam: & qui manducat eius carnem, & bibit eius sanguinem, habet uitam æternā. Ad vtrū que aūt respondit quod dixit, ęternā. Nō ita est in hac esca, quam sustentandæ huius corporis uitæ causa sumimus: nam qui eam nō sumpserit, non uiuet, nec tamen qui eā sum-

1.Co.10. De conse. dist. 2.c. inquit.

B

Nu. 20.

2.Co.11. De cō.di. 2.c.& ī Eta. & c. sicut Iudæs.

De cō. di. 2.c. Panē de altari. Mat.6.

A

C

D 1.Co.10.

De conse. dist. 2.c. hoc est sacramētū. Psal. 67.

E

pſerit viuet. Fieri enim poteſt, vt ſenio, vel morbo, vel aliquo caſu, plurimi & qui eam ſumpſerit moriantur: in vero cibo & potu, ideſt, corpore & ſanguine dñi non ita eſt, nã & qui eã non ſumit, non habet vitam: & qui eam ſumit habet vitã, & hanc vtiq; ęternam.

F Hunc itaq; cibum & potũ ſocietatẽ vult intelligi corporis & membrorũ ſuorum, ꝙ eſt ſancta Eccleſia in prædeſtinatis & vocatis, & iuſtificatis, & glorificatis ſanctis & fidelibus eius. Quorũ primum iam factum eſt, ideſt, prædeſtinatio: ſecundũ & tertium factũ eſt, & fit, & fiet, ideſt vocatio & iuſtificatio: quartũ vero nunc in ſpe eſt, in re autẽ futurũ eſt, ideſt glorificatio. Huius rei ſacramentũ, ideſt, vnitatis corporis & ſanguinis Chriſti alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierũ in dominica menſa pręparatur, & de menſa dominica ſumitur, quibuſdã ad vitam quibuſdã ad exitiũ. Res vero ipſa cuius ſacramentũ eſt, oĩ homini ad vitã, nulli ad exitiũ, quicunq; eius particeps fuerit. Ne aũt putarent ſic in iſto cibo & potu promitti vitam æternã, vt qui eã ſumerent, iam nec corpore morerẽtur. huic cogitationi dignatus eſt occurrere, nã cũ dixiſſet, Qui manducat meã carnẽ, & bibit meũ ſanginẽ, habet vitam ęternã: continuo ſubiecit & dixit, Et ego reſuſcitabo eũ in nouiſsimo die.) Vt habeat interim ſecundũ ſpiritũ vitam ęternã in requie, quę ſanctorũ ſpũs ſuſcipit: ꝙ aũt ad corpus attinet, nec caro eius vita æterna fraudetur, ſed in reſurrectione mortuorũ ĩ nouiſsimo die. Caro enim mea: inquit, vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus.) Cum enim cibo & potu id appetant homines, vt neq; eſuriant neq; ſitiant: hoc veraciter nõ præſtat niſi iſte cibus & potus, qui eos à quibus ſumitur, immortales & incorruptibiles facit, ideſt, ſocie-

G tas ipſa ſanctorũ, vbi pax erit & vnitas plena atq; perfecta. Propterea quippe ſicut ẽt ante nos hoc intellexerunt homines Dei, dñs noſter Ieſus Chriſtus corpus & ſanguinẽ ſuũ in eis rebus cõmẽdauit q̃ ad vnũ aliquid rediguntur ex multis. Nanq; aliud in vnum ex multis granis conficitur & conſtat: aliud in vnũ ex multis acinis cõfluit. Deniq; iã exponit, qũo id fiat quod loquitur, & quid ſit manducare corpus eius, & ſanguinem eius bibere. Qui manducat carnẽ meam, & bibit meũ ſanguinem in me manet & ego in illo.) Hoc eſt ergo manducare illam eſcam, & illum bibere potũ, in Chriſto manere, & illũ manentẽ in ſe habere. Ac per hoc q̃ nõ manet in Chriſto & in quo nõ manet Chriſtus, proculdubio nec manducat ſpiritaliter carnẽ eius nec bibit eius ſanguinẽ, licet carnaliter & viſibiliter premat dentibus ſacramentũ corporis & ſanguinis Chriſti: ſed magis tãtæ rei ſacramentũ ad iudiciũ ſibi manducat & bibit qa immundus prę ſumpſit ad Chriſti accedere ſacramẽta, quę aliqs nõ digne ſumit, niſi qui mundus eſt: de quibus dicitur, Beati mundo corde, qm̃ ipſi Deũ videbunt. Sicut, inq̃t, miſit me viuens pater, & ego viuo ꝓp patrẽ, & qui mũducat me, ipſe uiuet ꝓpter me.) Nõ ait, ſicut manduco patrẽ. & ego viuo ꝓp patrẽ. & qui manducat me, & ipſe viuet ꝓpter me. Nõ. n. filius participatione patris fit melior, qui natus ęqualis, ſicut participatione ſi lij per vnitatẽ corporis eius & ſanguinis, q̃ illa manducatio potatioq; ſignificat, nos efficimur meliores. Viuimus ergo nos ꝓp ipſum, mãducantes eũ, ideſt, ipſum accipiẽtes æternã vitã, q̃ non habebamus ex nobis: viuit aũt ipſe ꝓp patrẽ, miſſus ab eo, qui ſemet ipſum exinaniuit fact' obediẽs vſq; ad mortẽ crucis. Si. n. ſecundum id accipimus, viuo ꝓp patrẽ, ꝙ alibi ait, Pater maior me eſt: ſicut & nos viuimus ꝓpter ipſum, q̃ maior eſt nobis hoc ex eo ꝙ miſſus eſt, factũ eſt: miſſio qppe eius exinanitio ſuimetipſius eſt, & formæ ſeruilis acceptio, ꝙ recte intelligit, ſeruata ãt filij cũ patre æqualitate naturę. Maior. n. eſt pater hoie filio, ſed æqualem habet Deũ filiũ, cũ idem ſit & Deus & homo, Dei filius & hominis filius vnus Chriſtus. In qua ſententia ſi recte accipiuntur hęc verba, ita dixit, Sicut me miſit viuens pater, & ego viuo propter patrẽ. Et qui manducat me, & ipſe viuet propter me: ac ſi diceret, Vt ego viuam propter patrẽ, ideſt, ad illũ tanquam ad

I maiorẽ referam vitam meã exinanitio mea fecit in qua me miſit. Vt aũt quiſquã viuat propter me participatio facit qua manducat me. Ego itaq; humiliatus viuo ꝓp patrem, ille erectus viuit propter me. Si aũt ita dictũ eſt, viuo propter patrẽ, quia ipſe de illo, nõ ille de ipſo eſt, ſine detrimẽto ęqualitatis dictũ eſt. Nec tũ dicendo, & qui manducat me ipſe viuet propter me, eandẽ ſuã & noſtrã ęqualitatem ſignificauit, ſed gratiam mediatoris

De conſe. dict 2. c. qui diſcer dat. Mat. 5. H

Phil. 2. Ioan. 14

Rom. 8

toris ostendit. Hic est panis qui de cœlo descendit.) Vt illũ manducando viuamus, quia æternam vitam ex nobis habere non possumus. Non sicut, inquit, manducauerũt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panẽ, viuet in æternũ.) Quod ergo illi mortui sunt, ita vult intelligi, vt non viuant in æternũ: nã tẽporaliter & hi profecto moriuntur qui Christũ manducant, sed viuunt in æternum, quia Christus est vita æterna.

K

Ab eo quod scriptum est: Hæc dixit in synagoga docens sabbato in Capernaum: vsque ad id quod ait, Ille enim traditurus erat eum, cum esset vnus de duodecim. Tractatus XXVII.

VErba dñi ex Euangelio, quæ sermonẽ pristinum consequuntur audiuimus, hinc sermo debetur auribus & mentibus vestris, & hodierna die nõ importunus est. Est enim de corpore domini, quod dicebat se dare ad manducandum propter æternam vitam. Exposuit autem modum attributionis huius & doni sui, quomodo daret carnem suam manducare dicens: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in illo. Signum quia manducabit & bibit, hoc est si manet & manetur, si habitat, & inhabitatur, si hæret vt non deseratur. Hoc ergo nos docuit & admonuit mysticis verbis, vt simus in eius corpore sub ipso capite in membris eius, edentes carnem eius, nõ relinquentes vnitatem eius. Sed qui aderant, plures non intelligendo scandalizati sunt: Non enim cogitabant hæc audiendo, nisi carnem, quod ipsi erant. Apostolus autem dicit, & verum dicit: Sapere secundũ carnem mors est. Carnem dat nobis suã dominus manducare, & sapere secundum carnem mors est. Cum de carne sua dicat, quia ibi est vita æterna: ergo nec carnẽ debemus sapere secundum carnem, sicut in his verbis: Multi itaque audientes:) Non ex inimicis, sed ex discipulis suis, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?) Si discipuli durum habuerunt istum sermonem, quid inimici? Et tamen sic oportebat, vt diceretur quod non ab omnibus intelligeretur. Secretum Dei intentos debet facere, non aduersos: isti autem cito defecerunt. Talia loquente domino Iesu Christo, non crediderunt aliquid magnum dicentem, & verbis illis aliquam gratiam cooperientem, sed prout voluerunt ita intellexerunt, & more hominum, quia poterat Iesus, aut hoc dispondebat Iesus, carnem quia indutum erat verbũ, veluti concisam distribuere credentibus in se. Durus est, inquiunt, hic sermo: quis potest eum audire? Sciẽs autem Iesus apud semetipsum, quia murmurabant de eo discipuli eius.) Sic enim apud se ita dixerunt, vt ab illo non audirentur, sed ille qui eos nouerat in seipsis, audiens apud semetipsum: Respondens ait, hoc vos scandalizat:) Quia dixi, carnem meam do vobis manducare, & sanguinem meum bibere, hoc vos nempe scandalizat. Si ergo videritis filium hominis ascẽdentem vbi erat prius.) Quid est hoc? Hinc soluit illud quod non nouerant: * hinc aperuit vnde fuerant scandalizati: hinc planè si intelligerent. Illi enim putabant eum erogaturum corpus suum: ille autem dixit, se ascẽsurum in cœlum, vtiq; integrum. Cum videritis filium hominis ascendentem, vbi erat prius: certe vel tunc uidebitis, quia non eo modo quo putatis erogat corpus suum, certe vel tunc intelligetis, quia gratia eius non consumitur morsibus. Et ait: Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam.) Hoc antequam exponamus vt dominus donat, illud non negligenter prætereũdum est, quod ait, Si ergo videritis filium hominis ascendẽtem vbi erat prius: Filius enim hominis Christus ex virgine Maria. Ergo filius hominis hic cœpit esse in terra, vbi carnem assumpsit ex terra. Vnde prophetice dictum erat: Veritas de terra orta est. Quid sibi ego vult quod ait: Cum videritis filiũ hominis ascendentẽ ubi erat prius? Nulla enim esset quæstio si ita dixisset: Si uideritis filium Dei ascendentem ubi erat prius. Cum uero filium hominis dixit ascendentem ubi erat prius: nunquid filius hominis in cœlo erat prius, quã in terra esse cœpit? Hic quidem dixit, ubi erat prius, quasi tunc non ibi esset quando hæc loquebatur. Alio autem loco ait: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo: non dixit erat, sed filius, inquit, hominis qui est in cœlo. In terra loquebatur, & in cœlo se esse dicebat: & nõ ita dixit, Nemo ascendit in cœlũ, nisi qui

M

Alias & ipsos nouerat.

Psal. 84.

A

De consec. dist 2. c. qui discordat. Mat. 5. H

Phil. 2. Ioan. 14

Rom. 8.

Præterit hic tex. Hæc dixit in synagoga docẽs in Capernaũ.

I

L

de cęlo descendit filius hoīs qui est in cęlo: quò pertinet nisi vt intelligamus, q̄ ēt pristino sermone cōmendaui charitati vestrę, vnā personā esse Christū Deū & hominem, non duas: ne fides nostra non sit Trinitas, sed quaternitas. Christus ergo vnus est, verbum, aīa & caro: vnus Christus filius Dei & filius hominis: vnus Christus filius Dei semper, filius hominis ex tp̄e, tū vnus Christus secundum vnitatē personæ in cœlo erat, qū in terra loquebatur. Sic erat filius hominis in cęlo quē admodū filius Dei erat in terra: filius Dei in terra in susceptā carne, filius hominis in cœlo in vnitate personæ. Quid est ergo q̄ adiūgit: Spiritus est qui viuificat, caro nō prodest quicquam? Dicamus ei: patitur.n. nos nō cōtradicentes, sed nosse cupientes. O dñe, magister bone, qūo caro non prodest quic q̄, cū tu dixeris. Nisi quis māducauerit carnē meā, & biberit sanguinem meū, non habebit in se vitam? An vita nō prodest quic q̄, & propter quid sumus, q̄ sumus, nisi vt habeamus vitā æternam, quā tua carne promittis? Quid est ergo, non prodest quic q̄? Caro non prodest quicquam: sed qūo illi intellexerunt: carnem quippe sic intellexerunt, qūo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur, non qūo spiritu vegetatur. Proinde sic dictū est, caro non prodest quic q̄, qūo dictum est, scientia inflat. Iam ergo debemus odisse scientiam? 1. Cor. 8. Absit. Et quid est, sciētia inflat? Sola, sine charitate. Ideo adiunxit, charitas vero ædificat. Adde ergo scientiæ charitatem, & vtilis erit scientia, non per se, sed per charitatem: sic ēt nunc caro non prodest quic q̄, sed sola caro. Accedat spiritus ad carnem, qūo accedit charitas ad scientiā, & prodest plurimū: nā si caro nihil prodesset, verbū caro nō fieret, vt inhabitaret in nobis. Si per carnem nobis multū profuit Christus, qūo caro nihil prodest? Sed per carnem spiritus aliquid pro salute nostra egit, caro vas fuit, q̄ habebat attende, non q̄ erat. Apostoli missi sunt, nunquid caro ipsorum nihil nobis profuit? Si caro Apostolorum nobis profuit, caro dñi poterat nihil ꝓdesse? Vnde.n. ad nos sonus verbi, nisi per vocem carnis? Vnde stylus? Vnde cōscriptio? Ista omnia opera carnis sunt, sed agitante spiritu tanq̄ organum suum. Spiritus ergo est qui viuificat, caro aūt non prodest quic q̄. Sicut illi intellexerunt carnem, non sic ego do ad manducandū carnē meā. Proinde, Verba, inquit, quę ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.) Diximus.n. fratres hoc dñm cōmendasse in manducatione carnis suæ, & potione sanguinis sui, vt in illo maneamus, & ipse in nobis. Manemus aūt in illo, cū sumus membra eius: manet autem ipse in nobis, cū sumus templum eius. Vt autem simus membra eius, vnitas nos compaginat: vt cōpaginet vnitas, quæ facit nisi charitas? Et charitas Dei vnde? Apostolum interroga: Charitas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris per spm̄ sanctum qui datus est nobis. Ergo spiritus est qui viuificat. spiritus enim facit viua membra, nec viua membra spiritus facit, nisi quæ in corpore quod vegetat, ipse spiritus inuenerit: nam spiritus qui est in te, ò homo, quo constas vt homo sis, nunquid viuificat membrū q̄ separatum inuenerit à carne tua? Spiritum tuū dico animā tuam. Anima tua non viuificat nisi membra quæ sunt in carne tua, vnum si tollas, iā non viuificætur ex anima tua, quia vnitati corporis tui non copulatur. Hæc dicuntur vt amemus vnitatem, & timeamus separationem: nihil sic.n. debet formidare Christianus, quam separari a corpore Christi. Si.n. separatur a corpore Christi, non est membrum eius: si non est membrum eius, non vegetatur spiritu eius. Quisquis autē, inquit Apostolus, spiritum Christi non habet, hic non est eius. Spiritus ergo est qui viuificat, caro aūt non prodest quicquam: Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Quid est spiritus & vita sunt? Spiritaliter intelligenda sunt. Intellexisti spiritaliter? spiritus & vita sunt. Intellexisti carnaliter? Etiam sic illa spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt. Sed sunt quidā, inquit, in vobis qui non credunt.) Nō dixit, sunt quidam in vobis qui nō intelligunt: sed causam dixit, quare non intelligant. Sunt.n. quidam in vobis qui non credunt, & ideo non intelligunt, quia non credunt. Propheta enim dixit. Nisi crediderit is, non intelligetis. Per fidem copulamur, per intellectum viuificamur: prius hęreamus per fidem, vt sit q̄ viuificetur per intellectū: Nam qui non hæret, resistit: qui resistit, non credit: nam qui resistit, quomodo viuificatur? Aduersarius est radio lucis quo penetrandus est, nō aduertit aciem, sed claudit mentem. Sunt ergo quidā

qui

qui non credunt: credant & aperiãt, aperiãt & illuminabuntur. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & qui traditurus esset eum.) Ibi.n.erat & Iudas: nam quidã scãdalizati sunt, ille aũt mansit ad insidiandum non ad intelligendũ. Et quia ideo manserat, F nõ de illo tacuit dñs: non illũ expressit, sed nec siluit, vt oẽs timerẽt, quanuis vnus periret. Sed postea q̃ dixit, & distinxit credentes à nõ credẽtib. expressit causam quare nõ credant. Propterea dixi vobis, inquit, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo.) Ergo & credere datur nobis, non.n.nihil est credere. Si autẽ magnũ aliqd est, gaudes quia credidisti, sed noli extolli. Quid.n. habes quod non accepisti? Ex hoc multi discipuli eius abierunt retro, & iã cũ illo ambulauerunt.) Alij abierunt retro, sed post satanã, non post Christũ: nam aliqñ dñs Christus Petrũ appellauit satanam, magis qa 1.Cor.4. volebat p̃cedere dominũ suum, & cõsiliũ dare ne moreretur ille qui venerat vt moreretur, ne nos in ẽternũ moreremur: & ait illi, Redi post me satanas, nõ enim sapis quę Mat.16. Dei sunt, sed quæ hominis sunt: Non enim illũ repulit retro ire post satanã, & appellauit satanã, sed fecit post se ire, vt non esset satanas ambulãdo post dominum. Isti autem sic redierunt retro, quomodo de quibusdam fęminis dicit Apostolus, Quædã conuersę sunt retro post satanã. Et vlterius cũ illo non ambulauerunt. Ecce p̃cisi à corpore vitã perdiderunt, quia forte in corpore non fuerũt. Inter nõ credentes & ipsi deputãdi sunt, quãuis discipuli dicerentur: abierunt retro non pauci, sed multi. Hoc factũ est ad consolationẽ, quomodo aliquando contingit vt dicat homo verũ, & quod dicitur, non capiatur atq; illi qui audiunt, scandalizentur & discedant. Pœnitet autẽ hominem dixisse quod verũ est. Dicit autem apud se homo, non debui sic dicere, nõ hoc dicere debui. Ecce do G mino contigit: Dixit & perdidit multos, remansit ad paucos. Sed non turbabatur ipse, qa ab initio nouerat & qui credẽtes essent, & q̃ nõ credẽtes nos si nobis cõtingat, perturbamur solatiũ in dño inueniamus, & tã caute verba dicamus, ea quę ille ad paucos qui remanserant. Dixit ergo Iesus ad duodecim,) idest, illis duodecim qui remanserunt: Nunquid & vos, inquit, vultis ire? Non discessit nec Iudas, sed quare manebat? Domino iam apparebat, nobis postea manifestus est. Respondit Petrus pro omnibus, vnus pro multis, vnitas pro vniuersis: Respondit ergo ei Simon Petrus, Domine ad quẽ ibimus?) Repellis nos à te, da nobis alterũ te. Si à te recedimus, ad quẽ ibimus? Verba vitę ẽternę habes.) Videte quẽadmodum Petrus dãte Deo, recreante spiritu sancto intellexit. Vnde ni- H si quia credidit? Verba vitę ẽternę habes: Vitam enim ẽternam habes in ministratione corporis, & sanguinis tui. Et nos credidimus & cognouimus:) Nõ cognouimus & credidim⁹, sed credidimus & cognouimus, Credidimus enim vt cognoscerem⁹: nã si prius cognoscere, & deinde credere vellem⁹ nec cognoscere nec credere valerem⁹. Quid credidimus & quid cognouimus? Quia Tu 3.sen.di. es Christus filius Dei viui:) idest, quia ipsa 23.c.mo- vita ẽterna tu es, & non das in carne & sanrandum guine tuo nisi quod es. Ait ergo dñs Iesus: in fi. Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est?) Ego vndecim elegi diceret, an eligitur diabolus, & in electis est diabolus? Electi in laude solent dici: an electus est iste, de quo nolẽte & nesciẽte aliquid boni fieret? Hoc est propriũ Dei, contrariũ iniquis. Sicut enim iniqui male vtuntur bonis operibus Dei, sic contra Deus bene vtitur malis operibus iniquorum. Quam bonũ est membra corporis ita esse, quemadmodũ disponi non possunt nisi ab artifice Deo. Petulantia tamen quam Isaac vtitur oculis? fallacia quam male vtitur lingua? Falsus testis nõ ne linguã suã & animã suam prius trucidat, & alterum lędere de perempto conatur? Male vtitur lingua, nec ideo malũ est lingua: opus est Dei lingua, sed bono opere Dei male vtitur illa nequitia. Quomodo vtuntur qui pedibus currunt ad scelera, quomodo vtuntur manibus homicidę, & illis adiacentibus forinsecus bonis creaturis Dei? Quam male vtuntur mali auro, iudicia corrumpunt, in- I nocẽtes opprimũt. Luce ista mali male vtuntur: male viuendo enim etiam ipsam lucem quam vident, ad ministerium scelerum suorum vsurpant. Iens enim vt faciat aliquid mali malus, lucere sibi vult ne offendat, qui iam intus offendit & cecidit: quod timet in corpore, iam incurrit in corde. Omnibus ergo bonis Dei, ne per singula currere longum

sit, male vtitur malus: contra, malis hominũ malorum bene utitur bonus. Et quid tam bo
Mar.10. num, quã vnus Deus? Quando quidẽ ipse dominus dixit: Nemo bonus nisi vnus Deus. Quanto ergo ille melior, tanto melius vtitur & malis nostris. Quid Iuda peius? Inter oẽs adhęrẽtes magistro, inter duodecim, loculi illi cõmissi sunt, & dispensatio pauperũ distributa. Ingratus tanto beneficio, honori tanto, accepit pecuniã, perdidit iustitiã: tra-
K didit vitã mortuus, quem vt discipulus secutus, vt inimicus persecutus est: & totum hoc malũ Iudæ, sed malo eius bene vsus dñs. Tradi se pertulit, vt redimeret nos: ecce malum Iudæ in bonũ cõuersum est. Satanas quãtos martyres persecutus est? si satanas persequendo cessaret, hodie tam glorioſam coronam sancti Laurentij non celebraremus. Si ergo ipsius diaboli malis operib. bene vtit Deus quod facit malus, male vtẽdo sibi nocet, nõ bonitati Dei contradicit. Artifex illo vtitur, & magnus artifex: si illo vti non posset, nec eũ esse permittere. Ergo vnus ex vobis diabolus est, ait: cũ ego vos duodecim elegerim.
Acto. 1. Põt & sic intelligi quod ait: Duodecim elegi, quia sacratus est numerus. Nõ enim quia perijt inde vnus, ideo illius numeri honor demptus est: nã in locũ pereuntis, alius subrogatus est. Manſit numerus consecratus, numerus duodenarius, quia per vniuersum mũdum, hoc est, per quatuor cardines mundi, Trinitatẽ fuerant annunciaturi, idẽo & quaterni. Si ergo exterminauit Iudas, non duodenarium numerũ violauit: ipse deseruit p̃ceptorẽ, nam Deus ille apposuit successorẽ. Hoc totũ quod dñs de carne & de sanguine suo locutus est. & quod in eius distributionis gratia vitã nobis promisit æternã, & qđ hinc voluit manducatores & potatores carnis & sanguinis sui, vt in illo maneant, & ip se in illis, & quod non intellexerunt qui nõ crediderũt, & quod spiritalia carnaliter sapiendo scandalizati sunt, & quod eis scandalizatis & pereuntibus, consolatio domini af-
L fuit discipulis qui remanserant, ad quos probandos interrogauit. Nunquid & vos vultis ire? vt responsio permansionis eorũ innotesceret & nobis: nã & ille nouerat qui manebant. Hoc ergo totũ ad hoc nobis valeat dilectissimi, vt carnẽ Christi, & sanguinẽ Christi non edamus tantũ in sacramento, quod & multi mali, sed vsq; ad spiritus participationẽ manducemus & bibamus, vt in domini corpore tanquã membra maneamus, vt eius spiritu vegetemur, & non scandalizemur, etiam si multi modo nobiscum manducant & bibunt temporaliter sacramenta, qui habebunt in fine æterna tormenta: modo. n. corpus Christi mistũ est tanquã area, sed no *2. Tim.2* uit dominus qui sunt eius: si tu nosti quid trituras, qa ibi est latẽs massa: nec cõsumit tritu M ratio q̃ purgatura est vẽtilatio. Certi sumus frẽs, quia omnes qui sumus in corpore domini, & manemus in illo, vt ipse maneat in nobis, in hoc seculo necesse habemus vsq; in finẽ inter malos viuere, non inter illos dico malos qui blasphemãt Christũ: raro enim iam inueniuntur qui lingua blasphemãt, sed multi qui vita. Necesse est ergo vt inter illos *Mat.10.* vsq; in finẽ viuamus. Sed qui est qđ ait: Qui manet in me & ego in illo: quid nisi quod martyres audiebant, Qui perseuerauerit vsq; in finẽ hic saluus erit? Quomodo mansit in illo sanctus Laurentius, cuius hodie festum diem celebramus? Manſit vsq; ad tentationẽ manſit vsq; ad tyrranicã interrogationẽ, mãsit vsq; ad acerrimam comminationẽ, mãsit vsq; ad peremptionẽ, parũ est vsq; ad immanem excruciationẽ manſit. Non enim occisus est cito, sed cruciatus est in igne. Diu viuere permissus est, immo non diu viuere permissus est, sed tarde mori compulsus est. In illa ergo longa morte, in illis tormentis quę bene manducauerat & bene biberat, tanquã illa esca saginatus, in illo calice ebriatus, tormenta non sensit. Ibi enim erat qui dixit, Spiritus est qui viuificat: Caro enim ardebat, sed spiritus animam vegetabat. Non cessit, & in regnum successit. Dixerat autem illi Sixtus martyr sanctus, cuius diem quinto ab hinc retro die celebrauimus: noli mœrere filij: Episcopus enim erat iste, iste diaconus: Noli mœrere, inquit, sequeris me post triduum. Triduum autem dixit medium inter diem passionis sancti Sixti, & diem hodiernum passionis sancti Laurentij, triduum est medium. O consolatio: non ait, noli mœrere A fili, desinet persecutio, & saluus * eris: sed *Alias se-curus.* noli mœrere, quo ego præcedo tu sequeris, nec consecutio tua differtur: Triduum medium erit & mecumeris. Accepit oraculum, vicit diabolum, peruenit ad triumphum.

De

De eo quod ait, Et post hæc ambulabat Iesus in Galilęam: vsque ad id, Nemo tamen palam loquebatur de eo propter metum Iudęorum. Tract. XXVIII.

cap. 7. IN isto Euangelij capitulo fratres, dñs noster Iesus Christus secundũ hominẽ se plurimũ cõmendauit fidei nostræ. Etenim semper hoc agit dictis & factis suis, vt Deus credatur & homo. Deus qui nos fecit, homo q̃ nos quæsiuit: Deus cũ patre semper, homo nobiscũ extempore. Non.n.quæreret quem fecerat, nisi ipse q̃ fecerat fieri voluisset. Verũ hoc mementote, & de cordib. vestris nolite dimittere, sic esse Christum hominẽ factũ, vt nõ desisteret Deus esse. Manens Deus accepit hominẽ, qui fecit hominem: q̃n ergo latuit vt homo, non potentiã perdidisse putandus est, sed exemplũ infirmitati p̃buisse. Ille.n.q̃n voluit detentus est, q̃n voluit occisus est. Sed q̃o futura erant mẽbra eius, i. fideles eius qui non haberent illã ptãtem q̃ habebat ipse Deus noster: q̃ latebat, q̃ se tanquã ne occideretur occultabat, hoc indicabat factura esse mẽbra sua, in quib. vtiq; mẽbris suis ipse erat. Non.n. Christus in capite, & non in corpore, sed Christus totus in capite & corpore. Quod ergo membra eius, ip se: q̃ aũt ipse, non continuo mẽbra eius: nã si non ipsi essent membra eius, non diceret Saulo? Quid me persequeris? Non.n. Saulus ipsum, sed mẽbra eius, i. fideles eius in terra persequebat. Noluit tñ dicere sanctos meos, seruos meos: postremo honorabilius, fratres meos: sed me: hoc est membra mea quibus ego sum caput. His p̃dictis puto nos in hoc capitulo q̃ modo lectum est, non esse laboraturos: sæpe.n. significatum est in capite, q̃ futurũ erat in corpore. Post hæc, inquit, ambulabat Iesus in Galilęam: non.n. uolebat in Iudęam ambulare, quia quærebant eum Iudęi interficere.) Hoc est q̃ dixi infirmitati nostræ præbebat exemplũ. Non ipse perdiderat potestatem, sed nostrã consolabatur fragilitatem. Futurũ.n. erat, vt dixi, vt aliquis fidelis eius absconderet se, ne a persecutorib. inueniretur. Et ne illi pro crimine obijceretur latibulum, præcesitin capite q̃ in mẽbro confirmaretur: sic. n. dictũ est: Nolebat ambulare in Iudęã, quia quærebant eum Iudęi occidere: quasi non posset Christus & ambulare inter Iudęos, & non occidi à Iudęis. Hanc.n. potentiam q̃n uoluit demonstrauit: nam cũ eum iam passurũ tenere uellent, ait illis: Quẽ quæritis? Responderunt, Iesum: & ille, Ego sum: non se occultans, sed manifestans. Ad eam tñ manifestationẽ illi non substiterunt, sed recedentes retro ceciderunt. Et tñ quia pari uenerat, surrexerunt & tenuerũt, ad iudicẽ adduxerũt & occiderunt. Sed quid fecerunt? Quod ait quædam scriptura: Terra tradita est in manus impij, caro data est in potestatẽ Iudęis: Et hoc propterea, ut quasi sacculus conscinderetur, unde nostrũ pretiũ manaret. Erat aũt in proximo dies festus Iudęorũ scenophegia.) Quid sit scenophegia, scripturas qui legerunt, nouerunt. Faciebant die festo tabernacula ad similitudinẽ tabernaculorũ, in quib. habitauerunt, cũ ex Aegypto educti peregrinarẽtur in eremo. Iste erat dies festus & magna solennitas, celebrabant hoc Iudęi velut reminiscentes beneficia dñi qui occisuri erant dñm. Hoc ergo die festo, quia plures erant dies festi: sic.n. appellabatur apud Iudęos dies festus, ut non esset dies vnus sed plures. Locuti sunt fratres eius ad dñm nostrum.) Fratres eius sic accipite sicut nostis: non.n. nouum est q̃ auditis. Consanguinei uirginis Mariæ, fratres dñi dicebãtur. Erat.n. consuetudinis scripturarum, appellare fratres quoslibet consanguineos & cognationis propinquos, & extra vsum nostrum, non quo more nos loquimur: nam quis dicat fratres auunculũ & filium sororis? Scriptura tñ etiam hmõi cognationes fratres appellat: nam Abraham & Loth fratres sunt dicti, cum esset Abraham patruus Loth, & Laban & Iacob fratres sunt dicti, cũ esset Laban auunculus Iacob. Cum ergo auditis fratres dñi, Mariæ cogitate consanguinitatẽ nõ iterũ parientis ullam propaginẽ. Sicut.n. in sepulchro ubi positũ est corpus dñi, nec antea nec postea mortuus iacuit: sic uterus Mariæ nec antea nec postea quic̃q̃ mortale concepit. Diximus fratres qui fuerint: audiamus, Transi hinc & uade in Iudęam, ut & discipuli tui uideant opera tua quæ tu facis.) Opera domini discipulos nõ latebant, sed istos latebant. Isti.n. fratres, i. consanguinei, Christum consanguineũ habere potuerunt, credere aũt in eum ipsa propinquitate fastidierunt. Dictum est in Euangelio, nõ enim hoc nos au-

Mat. 16.

Acto. 9.

Ioan. 18.

M Iob. 9.

Gen. 13. Gen. 29.

A

demur opinari, modo audistis, addūt & monēt, Nemo.n.in occulto quid facit, & quęrit palā esse. Si hæc facis, manifesta temetipsum mundo.) Et cōtinuo, Neq; n. fratres eius credebant in eū.) Quare in eū non credebant? Quia humanā gloriā requirebant. Nā & q eū vūr monere fratres, gloriæ ipsius consulunt, facis mirabilia, innotesce, i. appare omnib. vt laudari possis ab omnib. Loquebatur caro carni: sed caro sine Deo, carni cū Deo. Loquebatur.n. prudentia carnis verbo q caro factū est, & habitauit ī nobis. Quid ad hęc dñs? Dicit ergo eis Iesus, Tps meū nondū venit, tps aūt vestrū semper est paratum.) Quid est hoc? Nondū venerat tps Christi? Quare ergo Christus venerat, si tps eius nondū venerat? Nōne audimus Apostolū dicentē, Cum aūt venit plenitudo tpis, misit Deus filium suū? Si ergo in plenitudine tpis missus est, qñ debuit missus est, qñ oportuit venit: quid ergo est, tps meū nondum venit? intelligite fratres quo animo illi loquebantur, qui quasi fratrem suū monere videbātur: dabant ei cōsiliū consequendæ gloriæ, veluti secularitēr & terreno affectu monentes, ne esset ignobilis & latitaret. Quod ergo ait dñs. Tps meum nondum venit, illis respondit qui et consilrū de gloria dabant. Tps gloriæ meæ nondū venit. Videte q̄ profundum sit, de gloria illi admonebant, sed ille voluit altitudinem humilitate præcedere, & ad ipsam celsitudinē per humilitatem viā sternere: nā & illi discipuli vtiq; gloriā requirebant, qui volebant sedere, vnus ad dexterā eius, & alter ad sinistram. Attendebant quò, & nō videbant qua via dñs eos vt ordinate venirent ad patriā, reuocauit ad viā. Excelsa est.n. patria, humilis via: patria est vita Christi, & via est mors Christi: patria est mansio Christi, & via passio Christi. Qui recusat viā, quid quærit patriā? Deniq; & illis hoc respōdit, q̄rentib. altitudinē: Potestis bibere calicem quē ego bibiturus sum? Ecce quā venitur ad celsitudinem quā defideratis, calicem quippe cōmemorabat humilitatis atq; passionis. Ergo & hic tps meū nondum venit, tps aūt vestrum, i. mūdi gloria semper est paratum: hoc est tps de quo in prophetia loquitur Christus, i. corpus Christi, cum accepero tps, ego iustitias iudicabo. Modo enim non est tps iudicandi, sed iniquos tolerandi. Ferat igitur modo corpus Christi, & toleret iniquitatem male viuentiū, habeat tā iustitiam modo anteq̄ habeat iudicium, per iustitiā. n. peruenit ad iudiciū. Tolerantibus quippe mēbris iniquitatē sęculi huius, quid scriptura sancta dicit in Psalmo? Non repellet Deus plebem suā. Laborat quidem plebs eius inter indignos, inter iniquos, inter blasphemantes, inter murmurantes, detrahentes, insectantes, & silicet perimētes. Laborat qui dē, sed non repellet dñs plebem suā, & hæreditatem suā non derelinquet quoaduſq; iustitia, q̄ modo est in sanctis eius, conuertatur in iudiciū, cū implebitur q̄ eis dictū est, Sedebitis super duodecim sedes, iudicātes duodecim tribus Israel. Habebat iustitiā Apostolus, sed nondū illud iudicium de quo dicit, Nescitis qm̄ angelos iudicaturi sumus? Si ergo modo tps iuste viuendi, postea erit tēpus eos qui male vixerūt iudicandi. Quoaduſq; iustitia, inquit, conuertatur in iudicium, hoc erit tps iudicij, de quo dñs dixit, tps meum nondū venit. Erit.n. tps gloriæ; qui venit in humilitate, veniet in altitudine: qui venit iudicandus, veniet iudicaturus: qui venit occidi à mortuis, veniet iudicare de viuis & mortuis. Deus, inquit Psalmus, manifestus veniet, Deus noster & non silebit. Quid est manifestus veniet? Quia venit occultus. Tunc non silebit: nam qñ veniet occultus, sicut ouis ad immolandum ductus est, & sicut agnus corā tondente se non aperuit os suū. Veniet & nō silebit. Tacui, inquit, nunquid semper tacebo? Modo aūt quid necessariū est eis qui habent iustitiā, q̄ in illo Psalmo sequitur, Quoaduſq; iustitia conuertatur in iudiciū. Et qui habent eā? Oēs qui recto sunt corde. Quæritis fortasse qui sint recti corde? Illos inuenimus in scriptura rectos corde, qui mala sęculi tolerant, & non accusant Deum. Videte fratres: rara causa est ista quā loquor: nescio quo.n. modo qñ euenit homini aliquid mali, Deum currit accusare, qui deberet se. Qñ boni aliquid agis, te laudas: qñ mali aliquid pateris, Deū accusas: hoc est cor tortū, non rectū: ab ista distortione & prauitate si corrigaris, cōuertitur in contrariū q̄ faciebas. Antea n. qd faciebas? Laudabas te in bonis Dei: accusabas Deū in malis tuis: cōuerso corde & directo, laudabis Deū in bonis suis, accusabis te in malis tuis: isti sūt recto corde. Deniq; ille nōdū recto, cui displicebat fęlicitas

malorum

F Ioan. 1. Galat. 4 G Mar. 10 Psal. 74. H Mar. 4. 1. Cor. 6. Psal. 49. Esa. 53. Psal. 93. I

malorum & labor bonorum, ait correctus: Quam bonus Deus Israel rectis corde: Mei
Psal 72. aũt, qñ non erã rectus corde, penè cõmoti sunt pedes, paulominus effusi sunt gressus mei. Quare? Quia zelaui in peccatorib. pacẽ peccatorũ videns. Vidi, inquit, malos fœlices, & displicuit mihi Deus: hoc.n. volebat, pacẽ peccatorũ intuens, vt non permitteret Deus malos esse fẽlices. Intelligat homo, nũ-
K quã hoc permittit Deus. Sed ideo malus fœlix putatur, quia quid sit fẽlicitas ignoratur. Simus ergo recti corde: tps.n. gloriæ nostræ nondũ venit. Dñ amatorib. huius seculi, quales erant fratres dñi: tps vestrũ semper adest paratũ, tps nostrũ nondũ venit. Audemus.n. hoc dicere & nos, qm corpus dñi nostri sumus, qm membra eius sumus, qm caput nostrũ gratanter agnoscimus. Dicamus prorsus, qm propter nos & ipse hoc dignatus est dicere. Qñ nobis insultant amatores huius seculi, dicamus eis: tps vestrũ semper adest paratũ: tps aũt nostrũ nondũ venit, nobis.n. dixit Apostolus: Mortui.n. estis, & vita vestra abscondita est cũ Christo in Deo. Qñ veniet
Col. 3. tps nostrũ? Cum Christus, inquit, apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Quid deinde addit? Non põt mundus odisse vos,) Quid est hoc, nisi nõ potest mundus odisse amatores suos, testes falsos suos? Bona. n. dicitis, quæ mala sunt, & mala quæ bona sunt. Me aũt odit, quia testimoniũ ego perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diẽ festũ hunc.) Quid est hunc? Vbi gloriã humanã quæritis. Quid est hunc? Vbi extendere vultis carnalia gaudia, non æterna cogitare. Ego nõ ascendo ad diem festum hunc, quia meum tps nondum impletum est.) In die festo hoc gloriam vos humanam requiritis. Meum vero tempus, i. gloriæ meæ nondũ venit. Ipse erit dies festus meus, non diebus istis percurrens & transiẽs
L sed permanens in æternum. ipsa erit festiuitas, gaudium sine fine, æternitas sine labore, serenitas sine nube. Hæc cũ dixisset, ipse manfit in Galilea. Vt aũt ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festũ, non manifeste, sed quasi in occulto.) Ideo non ad diem festũ hunc, quia non gloriari tẽporaliter, sed aliquid docere salubriter, corrigere hoies, de die festo æterno admonere, amorẽ ab hoc seculo auertere, & in Deũ cõuertere cupiebat. Quid est aũt ꝙ quasi latenter ascẽdit ad diem festum? Non uacat & hoc ab intellectu. Vr̃ mihi fratres ẽt hinc ꝙ quasi latenter ascendit, aliquid significare uoluisse: nam consequentia docebunt, sic eũ ascendisse meditato die festo, i. meditatis illis diebus, ut ẽt palam doceret. Sed quasi latenter dixit, ne se ostenderet hominibus. Non uacat ꝙ latenter ascendit Christus ad diem festũ, quia ipse la- M
tebat in illo die festo. Adhuc ẽt ego ꝙ dixi in latibulo est: Manifestetur ergo: tollatur uelũ, & appareat ꝙ erat secretum. Omnia quæ dicta sunt antiquo populo Israel in multiplici scriptura sanctæ legis quæ agerent, siue in sacrificijs, siue in sacerdotijs, siue in diebus festis, & omnino in quibuslibet rebus, quibus Deum colebant, quæcunq; illis dicta & præcepta sunt, vmbræ fuerunt futurorum. Quorum futurorum? Quæ implentur in Christo: vnde dicit Apostolus: Quotquot.n. promissiones Dei sunt, in illo ẽt, i. in Christo implete sunt. Deinde dicit in alio loco: Omnia in 2. Cor. 1.
figura contingebant illis, scripta sunt autem 1. Co. 10.
ꝑꝑ nos, in quos fines seculorum deuenerũt. Dixit & alibi: Finis.n. legis Christus est, Item alio loco: Nemo uos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorũ, quę sunt umbra futurorum. Si ergo omnia illa umbra fuerunt futurorum, & scenophegia umbra erat futurorũ, hic ergo dies festus, quęramus cuius futuri umbra erat. Exposui quid erat scenophegia, celebra Rom. 10.
tio erat tabernaculorũ, propterea quia popu Col. 2.
lus de Aegypto liberatus tendens per desertũ ad terrã promissionis in tabernaculis habitauit. Quid sit animaduertamus, & nos erimus: nos, inquam, qui mẽbra Christi sumus. Si sumus, illo aũt dignante sumus, non nobis promerentibus. Attẽdamus ergo nos fratres: educti sumus de Aegypto, ubi diabolo tanq̃
Pharaoni seruiebamus, ubi lutea opera in ter A
renis desiderijs agebamus, & in eis multum laborabamus, etenim nobis Christus quasi lateres facientib. clamauit: Venite ad me omnes qui laboratis. Hinc educti per baptismũ Mat. 11.
tanquã mare rubrum, ideo rubrũ, quia Christi sanguine consecratũ mortuis omnib. inimicis nostris qui nos infectabãtur, i. deletis omnib. peccatis nostris in desertũ traiecti sumus. Modo ergo anteq̃ ad patriã promissionis, i. æternũ regnũ ueniamus, in deserto in

taber-

tabernaculis sumus. Qui ista agnoscunt, in tabernaculis sunt: futurũ.n.erat, vt quidã hoc agnoscerent. Ille.n.est in tabernaculis, qui se esse in mundo intelligit peregrinum. Ille se intelligit peregrinantem, qui se videt patriæ suspirantem. Cum aũt corpus Christi est in tabernaculis, Christus est in tabernaculis, sed tunc nõ euidenter, sed latenter, adhuc.n. vmbra lucem obscurabat: veniente luce vmbra remota est. Christus erat in occulto, in sceno phegia Christus erat, sed latens Christus. Mo
B do iam cum manifesta sunt ista, agnoscimus nos iter agere in eremo: si enim agnoscimus in eremo sumus. Quid est in eremo? In deser
Mat. 5. to. Quare in deserto? Quia in isto mũdo vbi
1. Co. 10. sititur in via inaquosa. Sed sitiamus vt saturemur. Beati.n. qui esuriunt & sitiunt iustitiam, qm̃ ipsi saturabuntur. Et sitis nostra de petra impletur in eremo: petra.n.erat Christus, & virga percussa est: vt autem manaret, bis percussa est, quia duo ligna sunt crucis. Omnia ergo hæc quæ fiebant in figura, manifestãtur in nobis. Et non vacat quod de dño dictum est, ascendit ad diem festum, non manifeste, sed tanquam in occulto. Figura.n.erat ipsum in occulto, quia in ipso die festo Christus latebat, quia ipse dies festus Christi membra peregrinatura significabat. Iudęi ergo quærebãt eũ in die festo:) anteq̃ ascenderet. Prio res.n. fratres ascenderunt, & non tunc ascendit ille, qm̃ illi putabant & volebant, vt etiam hoc impleretur ꝙ ait: Non ad hunc, i. ad quẽ vultis, primum vel secundum diem. Ascẽdit autem postea, vt Euangelium loquitur, mediãte die festo, i. cum iam illius diei festi tot dies præteriissent quot remansissent: ipsam.n. festiuitatem quantum intelligendũ est dieb. plurimis celebrabant. Dicebant ergo: Vbi est ille? Et murmur multum de eo erat in turba.) Vnde murmur? De contentione. Quæ fuit cõtentio? Quidam.n. dicebant quia bonus est, alij autem non, sed seducit turbas.) De om-
Col. 3. nibus seruis eius hoc dicitur modo. Quicun que eminuerit in aliqua gratia, spiritali profectu, alij dicunt quia bonus est, alij quia nõ,
C sed seducit turbas, vnde hoc? Quia vita nostra abscondita est cum Christo in Deo, ideo licet dicere hominibus per hyemẽ, mortua est ista arbor, v.g. Arbor fici, arbor piri, & huiusmodi pomorum similis est aridæ, & quamdiu hyems est, non apparet, æstas probat, iudicium probat: æstas nostra reuelatio Christi est, Deus manifeste veniet, Deus no- *Psal. 49.* ster & nõ silebit: Ignis ante eum præibit. Iste ignis inflammabit inimicos eius. Aridas arbores ignis comprehendet, tunc enim aridæ apparebunt, quando eis dicetur: Esuriui, & *Mat. 25.* non dedistis mihi manducare. In alia vero parte, hoc est, in dextera, apparebit fœcunditas fructuum, dignitasq; foliorum, viriditas æternitas eis erit. Illis ergo tanquam aridis dicetur: Ite in ignem æternum: Ecce.n. se- *Mat. 3.* curis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, D excidetur, & in ignem mittetur. Dicant ergo de te si proficis in Christo, dicant homines, seducit turbas. De ipso toto corpore Christi hoc dicitur. Cogita corpus Christi adhuc in mũdo, cogita corpus Christi adhuc in area, vide quemadmodum blasphemetur a palea: simul quidem triturantur, sed paleæ conteruntur, frumentum purgatur. Quod dictum est ergo de dño, valet ad consolationem, de quocunq; hoc dictum fuerit Christiano. Ne mo tñ palam loquebatur de illo propter me tum Iudęorum.) Sed qui non loquebantur de illo propter metum Iudęorum? Qui dicebant bonus est: non qui dicebant, seducit turbas. Qui dicebant, seducit turbas, sonitus eorum audiebatur tanq̃ aridorum foliorũ. Seducit turbas, clarius sonabãt: bonus est, presius susurrabant. Modo aũt fratres quamuis nondum venerit illa gloria Christi, quæ nos æternos factura est, modo tamen ita crescit Ecclesia eius, ita eam dignatus est per cuncta diffundere, vt iam susurretur, seducit turbas, & clarius personet, bonus est.

De eo vbi ait, Iam autem die festo mediante ascendit Iesus in templum & docebat, vsque ad id ꝙ ait, Qui misit illum hic verax est, & iniustitia in illo nõ est. Tra. XXXIX.

QVod sequitur de Euãgelio & hodie lectũ est, cõsequenter & nos videamus, E & ꝙ dñs donauerit, hinc dicamus. Hesterno die hucusq; lectũ erat, quia licet nõ vidissent dñm Iesum in templo per diem festum, loquebantur tamen de illo: Et alij dicebant, bonus est: alij autem non, sed seducit turbas. Dictum enim hoc est ad eorũ solatiũ, qui postea prædicantes verbũ Dei, futuri erant vt se-

ductores

Psal. 49.

2.Cor. 6.

Mat. 25.

Mat. 3.

D

F

G

Ioan. 1.

H

I

ductores & veraces. Si enim seducere deci-
pere est, nec Christus seductores nec Apo-
stoli eius, nec quisquam seductor debet esse
Christianus: Si aût seducere aliûde aliquem
ad aliud persuadendo ducere est, quęrendû
est vnde & quo: Si à malo ad bonû, bonus se
ductor est: si à bono ad malû malus seductor
est. In hac ergo parte qua seducuntur homi-
nes de malo ad bonû, vtinam omnes sedu-
ctores, & vocemur & simus, Ascendit ergo
postea dñs ad diê festû, mediâte die festo &
docebat & mirabantur Iudæi dicentes, Qûo
hic literas scit cû non didicerit?) Ille qui late
bat, docebat, & palâ loquebatur, & nô tene-
batur. Illud enim vt lateret erat causa exem-
pli, hoc potestatis. Sed cû diceret, mirabantur
Iudæi oês quidê quantû arbitror mirabâ
tur, sed nô omnes conuertebantur. Et vnde
admiratio? Quia multi nouerât vbi nat⁹, quê
admodû fuerit educatus: nunquâ enim vide
rant literas discentem. Audiebant aût de lege
disputantem, legis testimonia proferentem,
nemo posset proferre nisi legisset, nemo le-
geret nisi literas didicisset, & ideo mirabâ-
tur. Eorum aût admiratio, magistro facta est
insinuandæ altius veritatis occasio. Ex eorû
quippe admiratione & verbis, dixit dñs pro
fundû aliquid, & diligentius inspici & discu
ti dignû. Propter q̃ intentâ facio charitatê
vestrâ, non solû ad audiendû, pro vobis, sed
etiâ ad orandû pro nobis. Quid ergo dñs re
spondit eis admirantibus qûo sciret literas
quas nô didicerat? Mea, inquit, doctrina nô
est mea, sed eius qui misit me.) Hæc est pro-
funditas prima: videtur enim paucis verbis
quasi contraria locutus. Nó enim ait, ista do
ctrina nô est mea: sed, mea doctrina non est
mea. Si non tua, qûo tua? Si tua, qûo nô tua?
Tu enim dicis vtrûq; & mea doctrina & nô
mea. Nâ si dixisset, ista doctrina nô est mea,
nulla esset quęstio. Nunc vero fratres, primi
tus intendite quæstionê, & sic ordine expe-
ctare solutionê, nam qui nô videt quæstionê
quæ proponitur, qûo intelligit q̃ exponitur?
Hoc est ergo in quęstione, quod ait, mea,
nô mea. Hoc videtur esse contrarium, quo-
modo mea, quomodo non mea. Si ergo in-
tueamur diligenter quod ipse in exordio di-
cit sanctus Euangelista: In principio erat ver
bû & verbû erat apud Deû, & Deus erat ver
bû: inde pêdet huius solutio quæstionis. Quę
est doctrina patris, nisi uerbû patris? Ipse er-
go Christus doctrina patris, si verbû patris.
Sed quia verbû non pôt esse nullius, sed ali-
cuius, & suam doctrinam dixit seipsum, & non suâ, quia patris est verbû. Quid n. tam
tuû quâ tu? Et quid tâ non tuû quam tu, si ali
cuius est quod es? Verbû ergo & Deus est, &
doctrinę stabilis verbû est, nô sonabilis per
syllabas & volatilis, sed manentis cû patre,
ad quâ conuertamur manentê, sonis transeû
tibus admoniti. Non enim nos ita admonet
quod transit, vt ad transitoria nos vocet: ita
admonemur vt diligamus Deû. Totû hoc q̃
dixi, syllabę fuerunt, percussum aerê verbe
rauerût, ut ad sensum vestrarû aurium perue
nirent: sonando transierût, nô tñ illud quod
uos admonuit transire debet, quia ille quem
uos diligere admonui nô trâsit. Et cû transeû
tibus syllabis admoniti, conuersi ad eû fue-
ritis, nec uos trâsibitis. sed cû manête mane-
bitis. Hoc est magnû in doctrina altû & ęter
nû quod manet, quod uocat omnia quæ tê-
poraliter transeût, qñ bene significât, nec mê
daciter proferût. Oia quippe signa quæ pro-
ferimus sonis, aliqui significant q̃ nô est so-
nus. Non. n. duæ breues syllabæ, Deus est, &
duas breues syllabas colimus, & duas breues
syllabas adoramus, & ad duas breues syllа-
bas peruenire desideramus, quæ penè ante
desinunt sonare quam cęperunt, nec in eis se
cundæ locus est nisi prima transierit. Manet
ergo aliquid magnû q̃ dicitur Deus, quan-
uis nô maneat sonus cû dr Deus. Sic intêdite
doctrinâ Christi, & peruenietis ad verbum
Dei: cû aût peruenerit is ad uerbû Dei, inten-
dite Deus erat uerbû, & uidebitis uerû dictû
esse, mea doctrina. Intendite etiam cuius est
uerbû, & uidebitis recte dictum esse, non est
mea. Breuiter ergo dico charitati vestrę: hoc
uidetur mihi dixisse dñs Iesus Christus: Mea
doctrina non est mea: ac si diceret, Ego non
sum à me ipso. Quâuis. n. filiû patri dicamus
& credamus ęqualê, nec vllâ in eis esse natu
ræ uel substantiæ distantiâ, nec inter generâ-
tem atq; generatû aliquod interfuisse tempo
ris interuallum, tñ hoc seruato & custodito
ista dicimus quod ille pater est, ille filius. Pa
ter aût non est, si non habeat filiû, & filius nô
est, si non habeat patrê: sed tamê filius Deus
de patre, pater autem Deus, sed non de filio.
Pater filij, non Deus de filio, ille autem filius

patris

patris & Deus de patre. Dñs enim Christus dicitur lumen ex lumine: Lumen ergo q̄ nō ex lumine, & lumē ęquale quod ex lumine, simul vnū lumē, non duo lumina: Si intellexerimus, Deo gratias: si quis autē parū intellexit, fecit homo quousq; potuit, cętera videat vnde speret. Forinsecus vt operarij pos- 1. Cor. 3.
sumus plantare & rigare, sed Dei est incrementū dare. Mea, inq̄t, doctrina nō est mea, K
sed eius qui misit me. Audiat consiliū qui dicit, nōdū intellexi. Magna quippe res & profunda cū suisset dicta, vidit vtiq; ipse dominus Chrs hoc tā profundū non oēs intellecturos, & in cōsequēti dedit cōsiliū. Intelligere vis, crede: Deus enim per Prophetā di- Esaia 7.
xit: Nisi credideritis, nō intelligetis. Ad hoc pertinet quod ēt hic dñs secutus adiunxit: Si quis voluerit voluntatē eius facere, cognoscet de doctrina, vtrū ex Deo sit, an ego a me ipso loquar.) Quid est hoc: Si quis voluerit voluntatē eius facere? Sed ego dixerā, si quis crediderit, & hoc consiliū dederā, si nō intellexisti, inquā, crede. Intellectus.n. merces est fidei. Ergo noli quærere intelligere vt credas, sed crede vt intelligas: qm̄ nisi credideritis, nō intelligitis. Cū ergo ad possibilitatē intelligendi cōsiliū dederim obedientiā credendi, & dixerim dñm Iesum Christū hoc ipsum adiunxisse in consequenti sentētia, inuenimus eū dixisse: Si quis voluerit voluntatē eius facere, cognoscet de doctrina eius. Quid est cognoscet? Hoc ēintelliget. Quid ē aūt, si qs voluerit voluntatē eius facere? Hoc est credere. Sed qa cognoscet, hoc est intelliget, oēs intelligūt. Quia vero quod ait: Si qs voluerit voluntatē eius facere, hoc pertinet ad credere, vt diligentius intelligat, opus est nobis ipso dño nostro expositore, vt indicet nobis vtrū reuera ad credere ptineat facere voluntatē patris eius. Quis nesciat hoc eē facere voluntatē Dei, operari opus eius: ideſt, id q̄ illi placet. Ipse aūt dominus aperte alio L
Ioan. 6. loco dicit: Hoc est opus Dei, vt credatis in eū quē ille misit. § Vt credatis in eū, nō vt credatis ei. § Sed si, creditis in eū, creditis ei: Nō aūt cōtinuo qui credit ei, credit in eū: nā & dęmones credebāt ei, & nō credebāt in eū.
Rom. 4. 2. sen. di. 23. c. Aliud est. Rursus ēt de Apostolis ipsius possumus dicere. Credimus Paulo, sed nō credim⁹ ī Paulū: credimus Petro, sed nō credimus ī Petrū.
Galat. 5. Credēti aūt in eū q̄ iustificat impiū, deputat fides eius ad iustitiā. Quid est ergo credere ī eū? Credēdo amare, credēdo diligere, credēdo in eū ire, & eius mēbris incorporari. Ipsa est ergo fides q̄ de nobis exigit Deus: & nō inuenit q̄ exigat, nisi donauerit q̄ inueniat. Quæ fides, nisi q̄ definiuit alio loco Apostolus plenissime dicēs. Neq; circūcisio aliquid valet neq; pręputiū, sed fides quæ p̄ dilectionē operat, nō qualiscūq; fides, sed fides quæ M
p̄ dilectionē operat. Hæc in te sit, & intelliges de doctrina Dei. Quid.n. intelliges? Quia doctrina ista nō est mea, sed eius q̄ me misit: ideſt, intelliges quia Christus Dei filius, qui est doctrina patris, nō est ex seipso, sed filius est patris. Sabellianā hęresim sentētia ista dissoluit. Sabelliani.n. dicere ausi sunt ipsum eē filiū qui est pater, duo esse noīa, sed vnā rem. Si duo essent noīa & res vna, nō diceret, mea doctrina nō est mea. Vtiq; si tua doctrina nō est tua ò dñe, cuius est nisi alius sit cuius sit? Quod dixisti, Sabelliani nō intelligūt, nō. n. Trinitatē viderūt, sed sui cordis errorē secuti sunt: nos cultores trinitatis & vnitatis, patris & filij & spūs sancti & vnius Dei, intelligamus & de doctrina Christi qūo nō est eius, & iō dixit se nō à se ipso loqui, qm̄ Christus patris est filius, & p̄ Christi est pater, & filius de Deo patre Deus est, pater aūt Deus nō de filio Deo Deus est. Qui à semetipso lo 1. Th. 2.
quitur gloriā propriā quærit.) Hoc erit ille qui vocat antichristus, extollēs se, sicut Apostolus ait, supra oē q̄ dicitur Deus, & q̄ colitur. Ipsum quippe annuncians dñs gloriā suā quęsiturū, non gloriam patris, ait ad Iudæos: Ego veni in noīe patris mei, & nō suscepistis me: alius veniet in noīe suo, & hūc suscipietis. Significauit eos antichristū susce Ioan. 5.
pturos, qui gloriā nominis sui quæsiturus est inflatus, nō stabilis, sed vtiq; ruinosus. Dñs autem noster Iesus Christus, magnū exemplum nobis prębuit humilitatis: nempe ęqua A
lis est patri, nempe in principio erat verbū, Ioan. 1.
& verbum erat apud Deum, & Deus erat ver Ioan. 14.
bum: nempe ipse dixit, & verissime dixit: Tā Ioan. 10.
to tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem: nēpe ipse dixit & verissime dixit: Ego & pater vnum sumus. Si ergo ille cum patre vnū æqualis patri, Deus de Deo, Deus apud Deū coęternus immortalis, pariter incōmutabilis, pariter sine tēpore, pariter creator &

dispositor

dispositor temporum: tñ quia venit in tpe, & formã serui accepit, & habitu est inuẽtus vt homo, quærit gloriam patris, non suam. Quid tu homo facere debes, qui qñ aliquid boni facis, gloriam tuã quæris: qñ autem aliquid mali facis, Deo calumniam meditaris? Intende tibi, creatura es, agnosce creatorẽ: seruus es, ne contemnas dñm, adoptatus es,
A sed non meritis tuis. Quære eius gloriam, a quo habes hanc gratiam. Homo assumptus cuius gloriã quæsiuit? Eius, cuius est vnicus natus. Qui aũt quærit gloriam eius qui misit illũ, hic verax est, & iniustitia in illo nõ est.) In Antichristo aũt iniustitia est, & verax non est, quia gloriam suam quæsiturus est, non eius a quo missus est: non enim est missus, sed venire permissus. Omnes ergo pertinentes ad corpus Christi, ne inducamur in laqueos Antichristi, non quæramus gloriam nostrã: sed si ille quæsiuit gloriam eius qui eum misit, quanto magis nos eius qui nos fecit?

Ab eo ꝙ ait, Nonne Moyses dedit uobis legem, & nemo ex uobis facit legem? Quid me quæritis interficere? vsq; ad id ꝙ ait, Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Tract. XXX.

EVangelij sancti lectionẽ, de qua pridẽ charitati uestræ locuti sumus, ista quæ modo lecta est, hodierna consequitur. Dñm loquentẽ audiebant & discipuli & Iudęi: veritatem loquentem audiebant, & ueraces & mendaces: charitatem loquentẽ audiebant, & amici & inimici: bonũ loquentem audiebant, & boni & mali. Illi audiebant, sed ille discernebat, & quib. sermo prodesset, & profuturus esset, uidebat & ꝓuidebat. In illis. n. qu tunc erant uidebat, in nobis qui futuri era
B mus ꝓuidebat. Nos itaq; sic audiamus Euangeliũ quasi præsentẽ dñm, nec dicamus: O illi fęlices qui eũ uidere potuerũt: quia multi in eis qui uiderunt & occiderunt: multi aũt in nobis qui non uiderunt & crediderunt. Quod. n. pretiosum sonabat de ore dñi, & ꝓꝓ nos scriptũ est, & nobis seruatum est, & ꝓꝓ nos recitatur, & ꝓꝓ posteros recitabitur, & donec seculũ finiatur. Sursum est dñs, sed ẽt hic est ueritas dñs. Corpus. n. dñi, in quo resurrexit, uno loco esse pôt: ueritas eius ubique diffusa est. Dñm ergo audiamus, & ꝙ ipse donauerit de uerbis eius, & nos dicamus: Nonne Moyses, inquit, dedit uobis legẽ, & nemo ex uobis facit legẽ? Quid me quæritis interficere?) Ideo. n. qritis interficere, quia nemo ex uobis facit legẽ: nã si legem faceretis, in ipsis literis Christũ cognosceretis, & præsentẽ non occideretis. Rñdit. n. turba.) Respondit quasi turba non pertinentia ad ordinẽ, sed ad perturbationẽ. Deniq; turba turC bata, uidete quid responderit? Dęmoniũ habes, quis te qrit occidere?) Quasi non peius fuit dicere, dęmoniũ habes, quã eũ occidere. Ei quippe dictũ est, ꝙ dęmoniũ haberet qui dęmones expellebat. Quid posset aliud dicere turba turbulenta? Quid posset aliud olere cęnũ cõmotũ? Turba turbata est: Vnde? A ueritate. Turbam lippitudinis turbauit claritas lucis. Oculi. n. non habentes sanitatẽ non possunt ferre luminis claritatẽ. Dñs aũt non planè turbatus, sed in sua ueritate tranquillus non reddidit malũ pro malo, nec maledictũ pro maledicto: Quibus si diceret, dę 2. Pet. 3.
moniũ habetis uos, uerũ utiq; diceret. Nõ. n. talia illi ueritati dicerent, nisi eos falsitas diaboli irritaret. Quid ergo respõdit, audiamus tranquille, & tranquillũ bibamus: Vnũ opus feci, & oẽs miramini.) Tanq̃ dicens: Quid si omnia opera mea uideretis? Ipsius. n. opera erant q̃ in mundo uidebant, & ipsum qui fecit oĩa non uidebant. Fecit unã rem, & turbati sunt, quia saluũ fecit hominẽ sabbato. Quasi uero si quisquã ægrotum sabbato sanaret, alius illũ sanum feciſſet quam ille qui eos scandalizauit, quia unũ hominem saluũ fecit sabbato. Quis. n. alius alios saluos fecit quã ipsa salus, qui illã salutẽ quam dedit huic homini, dat & iumentis? Salus. n. corporalis erat. Salus carnis & reparatur & moritur, & cũ reparatur, mors differtur, non aufertur. Tñ fratres, ẽt ipsa salus a dño est, per
quẽlibet detur, quocunq; curante & miniD strante impertiatur, ab illo dat a quo est omnis salus, cui dr in Psalmo: Homines & iumẽta saluos facies dñe: sicut multiplicasti miseri- Psal. 53.
cordiã tuã Deus. Quia. n. Deus est, multiplicat miseri cordiã suam, peruenit ẽt ad salutem carnis humanæ, peruenit ẽt ad salutẽ mutorum animaliũ. Sed qui dat salutem carnis hominibus iumentisque cõem, nunquid nulla salus est quã seruat hominibus? Est certe alia quæ non solũ non cõis est hominibus

& iu-

& iumentis, sed nec ipsis hominibus cõis est bonis & malis. Deniq; cũ ibi de ista salute dixisset, quã homines cõiter accipiunt pecora & homines propter illã salutem quã sperare debent homines, sed boni homines, secutus adiunxit, Filij aũt hominũ, sub tegmine alarũ tuarũ sperabunt: Inebriabuntur ab vberta
F te domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos: Qm̃ apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Hæc est salus q̃ ad bonos pertinet, quos appellauit filios hominũ, cũ supra dixisset: Homines & iumenta saluos facies dñe. Quid.n. Illi homines non erant filij hominũ, vt cum dixisset homines, sequeretur & diceret: Filij aũt hominum, in tegmine alarũ tuarũ sperabunt? Quasi aliud erant homines, & aliud filij hominũ. Non tñ arbitror sine aliqua significatione distinctionis hoc dixisse spm̃sanctũ. Homines ad primum Adam, filij hominũ ad Christum. Forte.n. homines pertinent ad primum hoiem: filij aũt hominum pertinent ad filium hominis. Vnum opus feci, & oẽs miramini, & cõtinuo subiungit: Propterea Moyses dedit vobis circumcisionẽ.) Bene factum est vt accipe retis circumcisionem à Moyse: non quia ex Moyse est, sed ex patribus.) Abrahã quippe primus accepit circũcisionẽ à dño. Et in sabbato circunciditis.) Conuincit vos Moyses.
Gen. 17. In lege accepistis vt circũcidatis octauo die:
Exo. 20. accepistis in lege vt vacetis septimo die: si octauus dies illius qui natus est occurrerit ad diẽ septimũ, quid facietis? Vacabitis vt seruetis sabbatũ, an circuncidetis vt impleatis sacr̃m diei octaui? Sed noui, inquit, quid facitis, circunciditis hominẽ. Quare? Quia circũcisio pertinet ad aliquod signaculũ salutis, & non debent homines sabbato vacare a salute, ergo nec mihi irascimini, qui saluũ feci totum hominẽ sabbato. Si circũcisionem inquit, accipit homo in sabbato, vt non solG uatur lex Moysi.) Aliquid.n. per Moysen in illa cõstitutione circumcisionis salubriter institutũ est, mihi operanti salutem in sabbato quare indignamini? Forte.n. illa circumcisio ipsum dñm significabat, cui istũ curanti & sananti indignabãtur. Iussa est.n. adhiberi octauo die circumcisio. Et quid est circũcisio, nisi
1. Co. 15. carnis expoliatio? Significat ergo ista circumcisio expoliationẽ a corde cupiditatum carnalium: non ergo sine causa data est, & in eo membro iussa fieri, qm̃ per illud membrum procreatur creatura mortaliũ, & per vnum hominẽ mors, sicut per vnũ hominem resurrectio mortuorũ, & per vnũ hominẽ pctm̃ intrauit in mundum, & per pctm̃ mors. Ideo quisq; cũ præputio nascitur, quia omnis homo cũ vitio propaginis nascitur, & non mũ dat Deus siue a vitio cũ quo nascimur, siue a uitijs quæ male viuendo addimus, nisi per H
cultellum petrinum, i. dñm Iesum Christum. Petra.n. erat Christus. Cultellis.n. petrinis circumcidebãt, & petræ nomine Christum figurabant, & præsentem non agnoscebant, sed insuper eũ occidere cupiebant. Quare autẽ octauo die, nisi quia post septimum sabbati dũs die dñico resurrexit? Ergo resurrectio Christi quæ facta est tertio quidẽ die passionis, sed octauo die in diebus hebdomadis, ipsã nos circuncidit. Audi circumcisos vera petra, Apostolo admonente, Quæ sursum sunt quærite, non quæ super terram. Circumcisis loquitur, Resurrexit Christus, abstulit vobis desideria carnalia, abstulit cõcupiscẽtias malas, abstulit superfluũ cum quo nati eratis, & multo peius q̃ male viuẽdo addideratis. Circumcisi per petrã quare adhuc sapitis terrã? Et ad extremum quia legem dedit Moyses, & circunciditis hominem sabbato, intelligite hoc significari opus bonũ quod ego feci totũ hominem saluum sabbato, quia & curatus est vt sanus esset in corpore, & credidit vt sanus esset in anima. Nolite iudicare personaliter, sed rectũ iudiciũ iudicate.) Quid est hoc? Modo quia per legem Moysi circunciditis sabbato, non irascimini Moysi, & qa ego die sabbati saluum feci hominem, irascimini mihi. Personaliter iudicatis, veritatem attendite: Ego non me præfero Moysi, ait dominus, qui erat & ipsius Moysi dominus: Sic attendite qũo homines nos duos tanquam ambos homines: iudicate inter nos, sed verũ iudicium iudicate: nolite me honorato illũ damnare, sed illo intellecto me honorate. I
Hoc.n. eis alio loco dixit, Si crederetis Moysi, crederetis vtiq; & mihi, de me.n. ille scripsit. Sed hoc loco noluit hoc dicere, tanquã se & Moyse ante illos constitutis. Propter legem Moysi circunciditis, quando etiam sabbatum occurrerit, & ego sanitatum facienda rum beneficentiam nõ vultis vt exhibeã per sabbatum? Quia dominus circumcisionis, &

dominus

Rom. 5.

1. Co. 10

Colos. 3.

Ioan. 5.

dominus sabbati, salutis est author. Et seruilia opera prohibiti estis facere sabbato, si vere intelligatis seruilia opera, non peccatis. Qui enim facit peccatū, seruus est peccati.
Ioan. 8. Nunquid seruile opus est hominem sanare sabbato? Manducatis & bibitis, vt aliquid dicā ex admonitione domini nostri Iesu Christi, & ex verbis eius. Vtiq; quare manducatis & bibitis in sabbato, nisi quia pertinet ad salutem quod facitis? Per hoc ostenditis opera
K salutis non esse vllo modo die sabbati omittenda. Ergo nolite personaliter iudicare, sed rectū iudicium iudicate: attendite me quomodo hominem, attendite Moysen quomodo hominē: si secundum veritatem iudicetis neq; Moysen neq; me cōdemnabitis: & veritate cognita me cognoscetis, quia ego sum veritas: Hoc vitiū fratres q̄ dominus notauit hoc loco, euadere in hoc seculo magni laboris est, nō personaliter iudicare, sed rectū iudiciū retinere. Admonuit quidem dñs
Ioan. 14. Iudæos, sed monuit & nos: illos conuicit, & nos instruxit: illos redarguit, nos exacuit, nō putemus hoc nobis non ideo dictū quia tūc ibi nō fuimus: scriptū est, legitur, cum recitaretur audiuimus, sed tanquā Iudęis dictum audiuimus: non nos ponamus post nos, & quasi intueamur iniquos reprehēsos, & ipsi nos faciamus q̄ in nobis veritas ipsa reprehendat. Iudæi quidē personaliter iudicabāt: sed ideo non pertinent ad nouū testamentū, ideo non habent in Christo regnū cęlorum ideo non iungunt̄ sanctorū societati angelorum: terrena quærebant à domino. Terra. n. promissionis victoria ab inimicis, fęcunditas pariendi, multiplicatio filiorū, abundantia fructuū, qui illis omnia à Deo quidē vero & bono, tamē ex carnalib. promissa sunt omnia hæc fecerat illis vetus testamentum.
L Quid est vetus testamentū? Quasi hęreditas pertinēs ad hominē veterē. Nos innouati sumus, homo nouus facti sumus, quia & ille homo nouus venit. Quid tā nouū quā nasci de virgine? Quia ergo non erat quod in illo innouaret præceptum, quia nullum habebat peccatū, nouus partus est datus. In illo partus nouus: in nobis homo nouus. Quid est homo nouus? A vetustate innouatus. Ad quā rē innouatus? Ad desiderāda cęlestia, ad concupiscenda sempiterna, ad patriā quæ sursum est, quę hostē nō timet desiderandā: vbi nō perdimus amicū, nō timemus inimicū, vbi viuemus cū bono affectu sine defectu: vbi nemo nascitur, quia nemo moritur: vbi nemo iam proficit & nemo dificit: vbi nō esuritur & nō sititur, sed satietas est immortalitas & cibus veritas. Hæc habentes promissa & ad nouū testamentū pertinentes, & nouæ M
hæreditatis facti hęredes, & ipsius dñi cohæredes aliā spem valde habemus, non personaliter iudicemus, sed rectū iudiciū teneamus. Quis est qui nō iudicat personaliter? Qui diligit æqualiter. Dilectio ęqualis facit non acceptari personas: nam cum homines diuerso modo pro suis gradibus honoramus, tūc timendum est ne personas accipiamus. Sed quando inter duos iudicamus, & aliquando inter necessarios, fit nonnunquā iudiciū inter patrem & filium: quæritur pater de malo 2. q. 7. c. quæritur. Eccl. 41.
filio, aut quæritur filius de duro patre, seruamus honorificētiā quę debetur patri à filio, quę deficit à filio. Non æquamus filium patri in honore, sed pręponimus si bonam causam habet, filiū ęquamus patri in veritate, & sic tribuimus honorē debitū, vt non perdat æqualitas meritū: ita verbis dñi proficimus, & vt proficiamus gratia illius adiuuamur.

Ab eo quod ait, Dicebant ergo quidā ex Hierosolymis, Nonne hic est quem quęrebāt Iudæi interficere, ecce loquitur, & nihil ei dicūt: vsq; ad id, quod ait, Quęritis me & non inuenietis, & vbi sum ego, vos nō potestis venire. Tract. XXXI.

MEminit charitas vestra pristinis sermonibus & lectū esse in Euāgelio, & a nobis vt potuimus disputatū, quod dñs Iesus iō voluit occulte descendere ad diē festū, non quia timebat ne teneretur ęcuius potestas erat ne teneretur, ǧ sed vt significaret etiam in ipso die festo q̄ celebrabatur a Iudęis, se occultari, & suum esse mysteriū. Hodierna ergo lectione apparuit potestas, quę putabatur timiditas: loquebat̄. n. palā in die festo, ita vt
A mirarentur turbæ, & dicerent quod audiuimus, cū lectio legeretur: Nonne hic est quē quęrebant interficere & ecce palam loquit̄, & nihil dicunt, nunquid vere cognouerunt Principes quia hic est Christus?) Qui nouerant qua ęquitia quęrebatur, mirabantur qua potentia non tenebatur: deinde non plene intelli-

intelligentes illius potentiã, putauerunt principiũ esse scientiam, quod ipsi cognouerant eundem esse Christum, ideo pepercerunt ei, quẽ tantopere occidendũ quæsierint: deinde illi ipsi apud seipsos, qui dixerant, Nunquid cognouerũt Principes quia hic est Christus fecerunt quæstionẽ quia eis videretur qđ nõ ipse esset Christus: adiungẽtes enim dixerũt,
B Sed istũ nouimus vnde sit, Christus autẽ cũ venerit, nemo scit vnde sit.) ¶Hæc opinio apud Iudęos vnde nata fuerit, ꝙ Christus cũ venerit nemo scit vnde sit.¶ Non enim inaniter opinio nata est. Si consideremus scripturas, inuenimus fratres, quomodo sanctæ scripturæ dixerint de Christo, qm̃ Nazaræus vocabitur: ergo prædixerunt vnde sit. Rursus si locũ natiuitatis eius quæramus, tanquã inde sit vbi natus est, nec hoc latebat Iudæos pp scripturas quæ ista prędixerant. Nam cũ eũ
Mat. 2. visa stella Magi quærerent adorare, venerũt ad Herodem, & dixerunt quid quærerent & quid vellent. Ille autẽ conuocatis eis: qui legem sciebant, quæsiuit ab eis vbi Christus na
Mich. 5. sceretur. Illi dixerũt, In Bethleem Iudę, & testimoniũ etiã propheticum protulerunt. Si ergo prophetę prędixerãt & locũ vnde erat origo carnis eius, locũ vbi eũ peperit mater eius, vnde nata est ista opinio apud Iudæos q̃
Isa. 53. modo audiuimus, Christus cũ venerit, nemo scit vnde sit, nisi quia vtrũq; prædicauerant & prænunciauerant scripturæ. Secundũ hominem prędixerũt scripturæ vnde esset, secũdũ Deũ latebat impios, & quærebat pios: ad hoc enim & isti dixerũt, Christus cũ venerit, nemo scit vnde sit: quia hanc illis opinionẽ generauerat, quod per Esaiã dictũ est, Generationẽ autẽ eius quis enarrabit? Deniq; & ipse dns ad vtrũq; respondit, & quia nouerant eũ vnde esset, & quia nõ nouerant, vt attesta
retur prophetiæ sanctæ q̃ de illo antè p̃dicta est, & secundũ humanitatẽ infirmitatis, & secũdũ diuinitatẽ maiestatis. Audite ergo verbũ dñi fratres, videte quẽadmodũ confirmauit eis, quod dixerũt, Christus cũ venerit, ne
C mo scit vnde sit. Clamabat ergo docens in templo Iesus, Et me scitis, & vnde sim scitis, & à me ipso non veni, sed est verus qui me misit, quẽ vos nescitis.) Hoc ẽ dicere, & me scitis, & me nescitis: hoc est dicere, & vnde sim scitis, & vnde sim nescitis. Vnde sim scitis, Iesus à Nazareth, cui⁹ etiã parẽtes nostis: solus.n. in hac causa latebat virginis partus, cui tñ testis erat maritus, ipse.n. hoc poterat fideliter indicare, qui posset maritaliter & cęlare. Hoc ergo excepto virginis partu, totũ nouerant in Iesu quod ad hominẽ pertinet. Facies ipsius nota erat, patria ipsius nota erat, gẽus ipsius notũ erat, vbi natus est sciebatur. Rectę ergo dixit, & me nostis & vnde
D sim scitis, secundũ carnẽ & effigiẽ hominis quã gerebat: secundũ autẽ diuinitatẽ & a me ipso nõ veni, sed verus est qui me misit, quẽ vos nõ scitis, sed vt eũ sciatis, credite in eum quẽ misit, & scietis: Deum.n nemo vidit vnquã, nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit: &, Patrẽ nõ cognoscit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Deniq; cum dixisset, sed est verus qui misit me, quẽ Ioan. 1. vos nõ scitis: vt ostenderet eis vnde possent Mat. 11. scire, quod nesciebãt, subiecit, Ego scio eũ.) Ergo à me quęrite vt sciatis eũ. Quare autem scio eũ? Quia ab ipso sum, & ipse me misit.) Magnifice vtrunq; mõstrauit, Ab ipso, inqt, sum, quia filius de patre, & quicquid est filius de illo est, cuius est filius, Ideo dñm Iesum dicimus Deũ de Deo, patrẽ nõ dicimus Deũ de Deo, sed tantũ Deũ: & dicimus dñm Iesum lumen de lumine, patrem non dicimus lumẽ de lumine, sed tantũ lumen: ad hoc ergo pertinet, quod dixit, Ab ipso sum. Quod aũt videtis me in carne, ipse me misit, vbi audis, ipse me misit, noli intelligere naturę dissimilitudinẽ, sed generantis authoritatẽ. Quę rebãt ergo eũ apprehendere, & nemo misit in illũ manus, quia nondũ venit hora eius.) hoc est, quia nolebat. Quid est enim nondũ venit hora eius? Nõ enim dns sub fato natus est, hoc nec de te credendũ est, quanto minus de illo p quẽ factus es? Si tua hora volũtas est illius, illius hora q̃ est nisi volũtas sua? Non ergo horam dixit qua cogeretur mori, sed qua dignaretur occidi: tempus enim expectabat quo moreretur, quia & tempus expectare voluit quo nasceretur, de hoc tẽpore Apostolus loquens, ait, cum venit plenitudo tẽporis, misit Deus filiũ suum. Ideo multi dicunt, Quare nõ ante venit Christus? Qui
E bus respondendũ est, quia nondum venerat Galat. 4 plenitudo temporis, moderãte illo per quẽ facta sunt tempora, sciebat.n. quando venire deberet. Primo per multam seriẽ temporum & annorum prædicendus fuit: nõ enim

aliquid

aliquid paruum venturū fuit, diu fuerat prę-
dicendus, ſemper tenēdus. Quāto maior iu-
dex veniebat, tanto pręconū longior ſeries
præcedebat. Deniq; vbi venit plenitudo tē-
poris, venit & ille qui nos liberaret à tpe: li
berati.n.a tempore, venturi ſumus ad æterni
tatē illam vbi non eſt tēpus. Nec dicitur ibi,
qñ veniet hora, dies eſt.n.ſempiternus, qui
nec præceditur heſterno, nec excluditur cra
F ſtino. In hoc aūt ſeculo voluuntur dies, & a-
lij tranſeunt & alij veniunt, nullus manet, &
momenta quibus loquimur, inuicē ſe expel-
lunt: nec ſtat prima ſyllaba vt ſonare poſſet
ſecūda. Ex quo loquimur aliquantū ſenuim⁹
& ſine vlla dubitatione ſenior sū modo quā
mane, ita nihil ſtat, nihil fixum manet in tē-
pore. Amare itaq; debemus per quem facta
ſunt tēpora, vt liberemur à tempore, & figa-
mur in ęternitate, vbi iam nulla eſt mutabili
tas temporū. Magna igitur miſericordia do
mininoſtri Ieſu Chriſti, factū eſſe eū pp nos
in tpe, per quē facta ſunt tempora, factū eſſe
inter omnia per quē facta ſunt omnia, factū
eſſe quod fecit: factus eſt.n.quod fecerat. fa-
ctus eſt homo qui hominē fecerat, ne periret
quod fecerat. Secundū hanc diſpenſationem
iā venerat hora natiuitatis, & natus erat. ſed
nondū venerat hora paſsionis, ideo nondū
paſſus erat. Deniq; vt noueritis non neceſsita
tē, ſed poteſtatē morientis, propter nōnullos
hoc loquor, q̄ cū audierint, nōdū venit ho-
ra eius, ędificanē ad credēda fata eius, & fiūt
corda eorū fatua. Vt ergo noueritis ptātem
morientis, ipſam paſsionē recolite, crucifi-
xum intuemini: dixit in ligno pendēs, Sitio.
Ioan.9. Illi hoc audito, in arundine per ſpongiā ob
tulerunt ei acetū in cruce, accepit & ait, Per-
fectū eſt: & inclinato capite tradidit ſpiritū.
Videtis poteſtatem morientis, quia hoc ex-
pectabat volēs, donec oīa complerētur quę
de illo prædicta fuerant ante mortē futurā:
dixerat.n.Propheta, Dederunt in eſcam meā
Pſal. 68. fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto: ex-
G pectabat vt hæc omnia cōplerentur: poſteaq̄
completa ſunt, dixit, Perfectū eſt: & abſceſ-
ſit poteſtate, quia non venerat neceſsitate: iō
quidā plus mirati ſunt iſtā poteſtatē moriē-
tis, quā potētiā miracula facientis. Ventū eſt
enim ad crucē, vt corpora deponerentur de
ligno, quoniam ſabbatū illuceſcebat: & inuē
ti ſunt latrones viuentes, ſupplicium quippe
crucis ideo durius erat, quia diutius crucia-
bat, & oēs crucifixi longa morte nec abātur.
Illi aūt ne remanerent in ligno, cruribus fra
ctis coacti ſunt mori, vt poſſent inde depo-
ni. Dominus autem inuentus eſt mortuus, &
admirati ſunt oēs: & qui eū viuū contēpſe-
runt, mortuū ſic mirati ſunt, vt dicerent qui- H
dā, Vere filius Dei eſt hic. Vnde eſt illud fra Mat. 27.
tres. vbi ait quærentibus ſe, Ego ſum: & illi
retro redeuntes ceciderunt? erat ergo in illo
poteſtas ſumma. Nec hora cogebatur mori,
ſed horā expectabat qua opportune fieret vo
luntas, nō quia inuiti impleretur neceſsitas.
De turba aūt multi crediderunt in eū.) humi
les & pauperes ſaluos faciebat dominus: Prī
cipes inſaniebāt & ideo medicū nō ſolū nō
agnoſcebant, ſed etiā occidere cupiebant. E-
rat quędā turba quæ ſuā ęgritudinē cito vi-
dit, & illius medicinā ſine dilatione cogno-
ſcebat. Videte quid ſibi dixerit turba ipſa cō-
mota miraculis: Nunquid Chriſtus cum ve-
nerit, plura ſigna facturus eſt?) Vtiq; ſi duo
nō erunt hic eſt: crediderunt ergo in eū dicē
tes iſta. Principes vero illi audita multitudi-
nis fide & eo murmure quo Chriſtus glorifi
cabatur, Miſerunt miniſtros, vt apprehende-
rent eū. ¶ Quē apprehenderent, adhuc nolen
tē? Quia ergo non poterant apprehēdere no
lentē, miſsi ſunt vt audirēt docentē. Quid do
cēē? Dicit ergo Ieſus, Adhuc modicū tps vo
biſcum ſum.) Quod mō vultis facere facturi
eſtis, ſed non modo: qa mō nolo. Quare ad-
huc modo nolo?) quia adhuc modicū tēpus
vobiſcū ſum: Et tunc vado ad eū qui me mi-
ſit,) Implere debeo diſpenſationē meam, &
ſic peruenire ad paſsionē meā. Quęretis me
& non inuenietis, & vbi ſum ego, vos non
poteſtis venire. ¶ Hic iā reſurrectionem ſuā
prædixit: noluerūt.n. agnoſcere prę ſentem,
& poſtea q̄ ſierunt, cū viderent in eum multi
tudinē iā credentē: magna.n.ſigna ſunt, etiā
cū dominus reſurrexit, aſcendit in cęlū. Tūc
per diſcipulos facta ſunt magna, ſed illi per I
illos qui & per ſeipſum: ipſe quippe illis di Ioan. 15
xerat, Sine me nihil poteſtis facere. Quādo
claudus ille qui ſedebat ad portā, ad vocem
Petri ſurrexit, & ſuis pedib. ambulauit, vt hō
mines mirarent: ſic eos allocutus eſt Petrus, Actō. 3.
quia non in ſua poteſtate iſta fecit, ſed in Actō. 2.
virtute illius quem ipſi occiderunt, multi
compuncti dixerunt, Quid faciemus? Vide-

runt enim se ingenti crimine impietatis astrictos, qñ illum occiderunt, quem venerari & adorare debuerunt, & hoc putabant esse inexpiabile: magnũ.n.facinus erat, cuius consideratio illos faceret desperare: sed non debebant desperare, pro quib. in cruce pendens dñs est dignatus orare: dixerat. n. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Videbat K
Luc. 23. quosdã suos inter multos alienos, illis iã petebat venian, à quibus adhuc accipiebat iniuriã. Nõ.n.attendebat quod ab ipsis moriebatur, sed quia pro ipsis moriebatur. Multũ est quod illis concessum est, & ab ipsis, vt nemo de sui peccati dimissione desperet, qñ illi veniam meruerunt qui occiderunt Christũ. Mortuus est Christus pro nobis, sed nunquid à nobis? At vero illi viderunt Christũ
De consec. dist. 2. c. accesse-runt. suo scelere morientẽ, & crediderũt in Christum suis sceleribus ignoscentem: quousque biberent sanguinem quẽ fuderant, de sua salute desperauerunt: ergo hoc dixit: Quęretis
Ioan. 3. me & non inuenietis, & vbi sum ego, vos nõ potestis venire: quia quęsituri illũ erãt post resurrectionẽ cõpũcti: nec dixit, vbi ero: sed vbi sum. Semper.n.ibi erat Christus, quo fuerat redituras: sic.n. venit vt non recederet: vnde alio loco ait, Nemo ascẽdit in cęlũ nisi q descẽdit de cęlo, filius hoĩs qui est in cęlo: nõ dixit, qui fuit in cęlo. In terra loquebatur & in cęlo se esse dicebat. Sic venit, vt inde nõ abscederet: sic redijt, vt nos nõ derelĩqueret. Quid miramini? Deus hoc fecit. Homo.n.sẽ cũdũ corpus in loco est, & de loco migrat, & cũ ad alium locũ venerit, in eo loco vnde venit nõ est: Deus aũt implet oĩa, & vbiq; totus, est, nõ scd̃m spatia tenet̃ locis: erat tamẽ Chr̃s scd̃m visibilẽ carnẽ in terra ξ scd̃m inuisibilẽ maiestatẽ in cęlo & ĩ terra. ξ ideo ait, Vbi ego sum, vos nõ potestis venire: nec dixit, non poteritis: sed potestis, Tales.n.tunc erant qui nõ possent: nã vt sciatis nõ hoc ad desperationẽ dictũ, & discipulis suis dixit tale aliqd, Quo ago vado, vos non potestis ve-
Ioan. 17. Ioan. 13. nire: cũ pro illis orans dixit, Pater, volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecũ. Deniq; hoc Petro exposuit, & ait illi, Quo ego vado, nõ
L potes me sequi mõ, sequeris aũt postea. Dixerũt ergo Iudæi.) nõ ad ipsum, sed ad semet ipsos, Quo hic iturus est, quia nõ inueniem' eũ? Nũquid in dispersionẽ gentiũ iturus est, aut docturus gentes?) Nõ.n.sciebant qd dixerunt, sed quia ille voluit, pphetauerunt. Iturus.n.erat dñs ad gẽtes, nõ prẽsentia corporis sui, sed tñ pedibus suis. Qui erãt pedes eius? Quos pedes cõculcare volebat per sequẽdo Saulus, qñ ei caput clabamat. Saule Saule qd me persequeris? Quis est hic sermo, quẽ dixit, Quęretis me & nõ inuenietis, & vbi ego
Actor. 9. sum, vos nõ potestis venire? ξ Vnde hoc dixit dñs nescierunt, & tñ aliquid quod futurũ erat, nescientes prænunciauerunt. Dixit enim M
hoc dñs, quia locũ, si tñ dicendus est locus, idest, sinũ patris vnde nunquã discesit vnigenitus filius, non illi nouerant, nec cogitare idonei erant vbi erat Christus, vnde non recessit Christus, quo rediturus erat Christus, vbi manebat Christus. Vnde hoc cordi humano cogitare, aut linguæ explicare? Hoc ergo illi nullo modo intellexerũt, & tñ ex hac occasione salutẽ nostram prædixerũt, quod dñs iturus esset ad desperationem gentium, & impleturus quod legebant, & non intelligebant, Populus quẽ non cognoui seruiuit mihi, in obauditu auris obaudiuit mihi: illi non audierunt in quorũ oculis fuit, illi audierunt quorũ auribus sonuit. Illius enim Ecclesiæ venturæ de gentibus typũ gerebat mulier, quæ fluxũ sanguinis patiebatur, tangebat & nõ videbatur, nesciebatur & sanabat.
Psal. 17. Figura quippe erat quod dñs interrogauit, Quis me tetigit? Quasi ignorans ignoratam sanauit: sic fecit & gentibus: non eum didicimus in carne, & meruimus carnẽ eius manducare, & in carne eius membra esse. Quare? Quia misit ad nos. Quos? Præcones suos, discipulos suos, seruos suos, redemptos suos
Lucæ 8. quos creauit, sed quos redemit fratres suos, totũ parũ dixi, membra sua, semetipsum: misit enim ad nos membra sua & fecit nos mẽbra sua. Tñ secundũ speciem corporis quã Iudæi viderunt & cõtempserunt, non apud nos fuit Christus, quia & hoc de illo dictũ
Rom. 15. erat, sicut Apostolus dicit, Dico enim Christũ ministrũ fuisse circuncisionis propter ve A
ritatẽ Dei, ad confirmãdas promissiones patrũ. Ad illos debuit venire, à quorũ patribus
Mat. 15. & quorũ patribus est promissus: ideo & ipse sic ait, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel: sed quid dicit Apo
Rom. 15. stolus in sequenti? Gentes aũt super misericordia glorificare Deũ: quid & ipse dominus? Habeo alias oues q̃ nõ sunt ex hoc ouili

li qui dixerat, Non sum missus nisi ad oues q̃ perierant domus Israel, qũo habet alias ad quas nõ est missus, nisi quia significauit per p̃sentiã corporalem non se missum exhibere nisi solis Iudęis, qui viderũt & occiderũt, & multi tñ inde & antea & postea crediderunt? Messis prima de cruce ventilata est, vt esset
Gen.49. semen unde alia messis consurgeret. Nũc uero cũ fama Euangelij, & bono eius odore ex
B citati, credũt fideles eius per oẽs gentes, erit expectatio gentiũ, qñ ueniet qui iã uenit, qñ ab oĩb. uidebit, qui tũc a quibusdã uisus nõ est, a quibusdã uisus est: qñ ueniet iudicaturus q̃ uenit iudicãdus, qñ ueniet discreturus, q̃ uenit ut discerneret. Nõ. n. ab impijs Chri-
Esaia 52. stus est discretus, sed cum impijs iudicatus:
Mar. 15. de illo. n. dictum est, Inter iniquos reputatus est. Latro euasit, Chrs damnatus est: accepit indulgentiã criminosus, dãnatus est qui omniũ crimina confitentiũ relaxauit: tñ & ipsa crux si attendas tribunal fuit. In medio. n. iudice constituto, unus latro qui credidit liberatur, alter qui insultauit, dãnatus est. Iã significabat q̃ facturus est de viuis & mortuis, alios posituros ad dexterã, alios ad finistrã. Nihil ergo medium erit. Similis ille latro futuris ad finistram, similis alter futuris ad dexteram, iudicabatur, & iudicium minabatur.

Ab eo loco ubi ait, In nouissimo aũt die festiuitatis stabat Iesus & clamabat, dicẽs, Si quis sitit ueniat ad me & bibat, vsq; ad id, q̃ ait, Nõ. n. erat spiritus datus, quia Iesus nondũ fuerat glorificatus. Tract. XXXII.

INter dissensiones & dubitationes Iudęorũ de dño Iesu Christo, inter cętera q̃ dixit, quib. alij confunderent, alij docerentur, No uissimo festiuitatis die illius. ℣ Tunc. n. ista agebantur q̃ appellantur scenophegia, i. tabernaculorũ constructio, de qua festiuitate iã ante meminit charitas uestra fuisse dissertũ, uocat dñs Iesus Christus, & hoc non ut-
C cunq; loquendo, sed clamando, ut qui sitit, ueniat ad eũ. Si sitimus, ueniamus, & nõ pedib. sed affectib. nec migrando, sed amando ueniamus: q̃ q̃ secundũ interiorẽ hominẽ & qui amat migrat. Et aliud est migrare corpore, aliud corde: migrat corpore, q̃ motu corporis mutat locum: migrat corde, qui motu cordis mutat affectum. Si aliud amas, aliud amabas, non ibi es, ubi eras: clamat ergo nobis dñs, Stabat. n. & clamabat. Siquis sitit ueniat ad me & bibat: qui credit in me, sicut scriptũ est, flumina de ventre eius fluẽt aquę uiuæ.) Quid hoc est, & qñ Euangelista exposuit, imorari nõ debem⁹: vnde. n. dixerit dñs, Siquis sitit, ueniat ad me & bibat, & qui credit in me, flumina de uentre eius fluent aquę uiuæ: cõsequenter exposuit Euangelista, di-
D cens, Hoc aũt dixit de spũsancto, quẽ accepturi erant credentes in eũ. Nondũ. n. fuerat spiritus datus, quia Iesus nondũ fuerat glorificatus,) est ergo sitis interior & uenter interior, quia est homo interior. Et ille quidẽ interior inuisibilis, exterior aũt uisibilis, sed melior interior q̃ exterior. Et q̃ non vr̃ hoc plus amatur, constat. n. plus amari hominem interiorem q̃ exteriorẽ, unde hoc constat, unusquisq; in seipso probet. Quãuis. n. qui male uiuunt, aĩos suos corpori addicant, uiuere tñ uolunt, q̃ nõ est nisi animi, magisq; seipsos indicant qui regunt, q̃ illa q̃ regunt. Regunt. n. animi, reguntur corpora. Gaudet unusquisque uoluptate, & capit de corpore uoluptatem: Sed separa animum, nihil restat in corpore quod gaudeat, & si de corpore gaudet, animus gaudet. Si gaudet de domo sua, de se non debet gaudere? Et si habet animus unde delectetur extrinsecus, sine delitijs manet intrinsecus? Omnino constat plus amare hominẽ animã suam quã corpus suũ: sed & in alio homine plus amat homo animam quã corpus. Quid. n. amatur in amico, ubi est amor syncerior & castior? Quid amatur in amico animus an corpus? Si fides amatur, animus amatur: si beneuolentia amatur, beneuolentiæ sedes animus est. Si hoc amas in altero, quia & ipse amat te, animũ amas, quia non caro, sed animus amat, ideo enim amas, quia te amat, quęre unde te amet, & uides quid amas, plus ergo amatur & non vr̃. Aliquid ét uolo dicere, ubi magis appareat dilectioni uestræ quantũ ametur animus, & quẽadmodum corpori p̃ponatur. Illi ipsi
E lasciui amatores, qui pulchritudine corporũ delectantur, & forma mẽbrorũ accendũtur, tunc amant amplius qñ amantur: nã si amet & sentiat quia odio hr̃, magis irascitur q̃ diligit. Quare magis irascitur quã diligit? Quia non ei redditur quod impendit. Si ergo ipsi corporum amatores redamari se uolunt, &

hoc magis eos delectat si amentur, quales sũt amatores animorũ? Et si magni sunt amatores animorũ, quales sunt amatores Dei, qui pulchros animos facit? Sicut.n.animus facit decus in corpore, sic Deus in animo: non.n. facit corpori vt de ametur nisi animus, q cũ migrauerit, cadauer horrescit, & quantũcunque pulchra illa mẽbra dilexeris, sepelire festinas: decus ergo corporis animus, & decus animi Deus. Clamat ergo Deus vt veniamus & bibamus, si intus sitiamus: & dicit, quia cũ biberimus, flumina aquæ viuæ fluẽt de vẽtre nostro. Venter interioris hoĩs cõscientia cordis est. Bibito ergo de isto liquore, reuiuiscit purgata conscientia, & hauriens fontẽ habebit: ẽt ipsa fons erit. Quid est fons, & quid est fluuius, qui manat de vẽtre interioris hoĩs? Benevolentia qua vult cõsulere proximo. Si.n. putet quia q bibit, soli ipsi debet sufficere, nõ fluit aqua viua de ventre eius: si aũt proximo festinat consulere, ideo nõ siccat, q a manat. Videmus nunc quid sit quod bibunt, qui credunt in dño, quia vtiq; Christiani sumus, & si credimus, bibimus, & vnusquisq; in seipso debet agnoscere si bibit, & si viuit ex eo q bibit: non.n.nos deserit fons, si nõ deseramus fontẽ. Exposuit Euangelista, vt dixi, vnde dñs clamasset, ad qualẽ potũ inuitasset, & quid bibentib. propinasset, dicens, Hoc aũt dicebat de spiritu quẽ accepturi erant credẽtes in eũ nondũ.n.erat spiritus datus, quia Iesus nondũ erat glorificatus. Quem dicit spiritũ, nisi sanctũ spiritum? Nã vnusquisq; homo habet in se propriũ spm̃, de quo loquebar cũ animum cõmendarem: animus.n.cuiusq;, proprius est spiritus eius, de quo dicit
1. Cor. 2. Paulus Apostolus, Quis.n.scit hominũ quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Deinde adiunxit, Sic & quæ Dei sunt, nemo scit nisi spiritus Dei. Nostra nemo scit nisi spiritus noster. Nõ.n.noui quid cogitas,
G aut tu quid cogito: ipsa.n.sunt propria nostra, q interius cogitamus, & cogitationũ vniuscuiusq; hominis ipsius spiritus testis est. Sic & quæ Dei sunt, nemo scit nisi spiritus Dei: nos cũ spiritu nostro, Deus cũ suo: ita tñ vt Deus cum suo spiritu sciat ẽt quid agatur in nobis: nos aũt sine eius spiritu scire non possumus quid agatur in Deo. Deus autẽ scit in nobis, & q ipsi nescimus in nobis: nã infirmitatẽ suã Petrus nesciebat, qñ à dño q ter
F

esset negaturus audiebat, & æger se nesciebat, medicus ægrũ sciebat. Sunt ergo quædã quæ Deus nouit in nobis, nescientib. nobis: tñ quantũ ad homines pertinet, nemo sic se nouit qũo ipse homo. Alius nescit quid in illo agatur, sed spiritus eius nouit. Accepto autem spiritu Dei, discimus & quid agatur in Deo, non totũ, quia non accepimus totum. Mat. 26.
De pignore multa nouimus: pignus.n.accepimus, & huius pignoris plenitudo postea dabit. Interim in hac peregrinatione pignus nos consolatur, quia qui nos dignatus est op pignerare, multũ paratus est dare. Si talis est arra, qd est cuius est arra? Sed quid est q ait, Non erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus? In euidenti est intellectus, non.n. non erat spiritus Dei, qui erat apud Deũ: sed nondũ erat in eis qui crediderant in Iesum, ita.n. disposuit dñs Iesus, nõ eis dare spiritũ istũ de quo loquimur, nisi post resurrectionem suã, & hoc non sine causa. Et forte si quæramus, annuet vt inueniamus: & si pulsemus, aperiet vt intremus. Pietas pulsat, non manus: quanquã pulsat & manus, si ab operibus misericordiæ non cesset manus. Quæ igitur causa est, cur dñs Iesus Christus statuerit nõ nisi cũ esset glorificatus dare spiritũ sanctum? Quod antequã dicamus vt possumus, prius quærendũ est, ne quẽ forte moueat qũo nondum erat spiritus in hominib. sanctis, cum de ipso dño recens nato legatur in Euangelio, q eum in spiritu sancto agnouerit Simeon: agnouerit ẽt Anna vidua prophetissa: agnouerit Ioannes ipse qui eum baptizauit: impletus spũ sancto Zacharias multa dixit: spm̃ sanctum ipsa Maria, vt dñm cõciperet, accepit. Multa.n.indicia præcedẽtia de spiritu sancto habemus, antequã dñs glorificaretur resurrectione carnis suæ: Non.n. alium spiritum ẽt Prophetæ habuerunt, qui Christum venturũ prænunciauerunt: sed modus quidã futurus erat donationis huius, qui
I omnino antea non apparuerat: de ipso hic dr̃, nusquam enim legimus antea congregatos homines accepto spũ sancto, linguis omnium gentiũ locutos fuisse. Post resurrectionem aũt suam, primũ qñ apparuit discipulis suis, dixit illis, Accipite spiritum sanctum: de hoc ergo dictum est, Nõ erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Et insufflauit in faciem eorum, quo flatu primum Luc. 2. Ioan. 20.
H

hominem

hominem quẽ fecit viuificauit,& de limo erexit,quo flatu animã membris dedit,signifi
K cãs eũ se esse, qui insufflauit in faciem eorũ,
Gen.2. vt à luto exurgerent, & luteis operibus renunciarent.Tunc primũ post resurrectionẽ suam dñs quam dicit Euangelista glorificationem,dedit discipulis suis spiritumsanctũ.
Actor. 1. Deinde commoratus eũ eis quadraginta die
Actor. 2. bus,vt liber actuũ Apostolorũ demonstrat, ipsis videntibus & videndo deducentibus ascendit in cęlũ. Ibi peractis decẽ diebus, die pẽtecostes misit desuper spiritũ sanctũ.Quo sicut dixi,qui fuerant in vno loco congregati accepto impleti, omniũ gentiũ linguis locuti sunt. Quid ergo fratres quia modo qui baptizatur in Christo, & credit in Christũ, non loquitur omniũ gentiũ linguis, non est credendus accepisse spm̃sanctum? Absit vt ista perfidia tentetur cor nostrũ certi sumus omnem hominẽ accipere: sed quantũ vas fidei attulerit ad fontẽ, tantũ implet.Cũ ergo & modo accipiatur, dixerit aliquis: Quare nemo loquitur linguis omniũ gentiũ? Quia ipsa Ecclesia linguis omniũ gentiũ loquitur: antea in vna gente erat Ecclesia, vbi omniũ linguis loquebatur. Loquendo linguis omniũ significabat futurũ, vt crescendo per gẽtes,loqueretur linguis omniũ gentiũ:in hac Ecclesia qui non est,nec modo accipit spiritumsanctũ. Pręcisus enim & diuisus est ab vnitate membrorũ, quæ vnitas linguis omniũ loquitur,renunciet sibi, non habet:nã si habet,det signũ quod tũc dabatur. Quid est,
L det signũ quod tunc dabatur? Loquatur omnibus linguis: respondit mihi, Quid enim tu loqueris omnibus linguis? Loquor planè, quia ois lingua mea est. i. eius corporis, cuius membrũ sum. Diffusa Ecclesia per gentes loquitur omnibus linguis:Ecclesia ẽ corpus Christi,in corpore membrũ es:cũ ergo mẽbrũ sis eius corporis quod loquitur, omnibus linguis, credete loqui omnibus linguis. Vnitas.n. membrorũ charitate concordat,& ipsa vnitas loquitur, quomodo tunc vnus homo loquebatur. Accipimus ergo & nos spiritũ sanctũ,si amamus Ecclesiã, si vnitate ꝯpaginamur, si catholico nomine & fide gaudemus. Credamus Fratres, quantum quisq; amat Ecclesiam Christi, tantũ habet spiritum sanctũ:datus est enim spiritus, sicut Apostolus dicit,ad manifestationẽ. Quã manifestationẽ? Sicut ipse idẽ dicit, Quia alij da
M tur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientię secundũ eundẽ spiritum,alij fides in eodẽ spiritu, alij donatio curationũ in vno spiritu,alij operatio virtutũ in eodẽ spiritu: multa enim dantur ad manifestationẽ, sed tu forsitan eorũ omniũ quę dixi nihil habes. Si amas non nihil habes, si.n.amas vnitatem,ẽt tibi habet aliquid.Tolle inuidiã,& tuũ est q̃ habeo:tollã inuidiã,& meũ est quod habes: liuor separat, sanitas iungit.Oculus solus videt in corpore,sed nunquid soli sibi oculus videt? Et manui videt,& pedi videt, & cęteris mẽbris videt:non.n.si aliquis ictus in pedẽ veniat,auertit se oculus inde vt non præcaueat. Rursus sola manus operatur in corpore,sed nũquid sibi soli operatur? Et oculo operatur,nã si ictus aliquis veniens non eat in manũ,sed tantũ in faciẽ,nunquid dicit ma
1.Cor.13. nus, non moueo, quia non attendit ad me? Sic pes ambulãdo omnib. membris militat, membra cętera tacent & lingua omnibus loquitur,habemus ergo spiritũ sanctũ, si amamus Ecclesiã:amamus autẽ,si in eius cõpage & charitate consistimus :nã ipse Apostolus cũ dixisset diuersa dona dari diuersis hominibus, tanquã officia quorũq; membrorũ, Adhuc, inquit, supereminentiorẽ viã vobis demonstro:& cępit loqui de charitate. Præ- A posuit eã linguis hominũ & angelorũ, præposuit miraculis fidei,præposuit scientię & prophetię, præposuit ẽt illam magno operi misericordiæ, quo sua quæ possidet, distribuit quisq; pauperibus: & ad extremũ,præposuit eã ẽt corporis passionib. His omnib. tã magnis reb. prępositit charitatẽ. Ipsam habeto, & cuncta habebis: quia sine illa nihil proderit quicquid habere potueris. Quia vero ad spiritũsanctũ pertinet charitas de qua loquimur:qõ.n. mõ in Euangelio de spiritusancto retractatur, audi Apostolũ dicentẽ, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris Rom.5.
per spiritũsanctũ qui datus est nobis. Quare ergo dñs spm̃, cuius maxima beneficia sunt in nobis: quia charitas Dei per ipsum diffusa est in cordibus nostris, post resurrectionem suã dare voluit? Quid significauit? Vt resurrectione,nra charitas flagret, & ab amore seculi separet,vt tota currat in Deũ. Hic.n.nascimur & morimur, hoc nõ amemus:chari B
tate migremus,charitate sursum habitemus,

charitate illa qua diligimus Deũ. Nihil aliud in hac vita nostræ peregrinationis meditemur, nisi quia hic nõ semper erimus, & ibi nobis locũ bene viuendo præparabimus, vn de nunquã migremus. Dñs enim noster Iesus, postea quã resurrexit, iam non moritur
B mors illi vltra, sicut Apostolus dicit, non do
Rom.6. minabitur. Ecce quod amemus si viuimus, si in ipsum credimus q̃ resurrexit, & dabit nobis nõ quod hic amant hoies qui Deũ nõ amant, aut tanto plus amant quanto illũ minus amant, tanto aũt hoc minus amant, quãto illũ plus amant. Sed videamus quid nobis promisit, non diuitias terrenas & tẽporales, nõ honores & potestates in seculo isto: videtis enim oia hæc dari & hoĩbus malis, vt magnipendãtur à bonis. Non ipsam postremo corporis sanitatẽ, nõ qa ipse illã nõ dat, sed quia vt videtis & pecoribus dat: nõ vitã longã, quid est enim longũ quod aliqñ finitur? Non pro magno nobis credentibus promisit longeuitatẽ aut decrepitã senectutẽ, quam omnes optant antequã veniat, omnes de illa cũ venerit murmurãt. Non pulchritudinem corporis, quã vel corporis morbus vel ipsa senectus quia optatur, exterminat. Vult esse pulcher, & vult esse senex, ista duo desideria subiiuicẽ concordare nõ possunt. Si senex eris: pulcher non eris: qñ senectus Venerit, pulchritudo fugiet, & in vno habitare non possunt vigor pulchritudinis, & gemitus senectutis. Omnia ergo ista non nobis promisit, q̃ dixit, Qui credit in me, veniat & bibat, & flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Vitã æternam promisit, vbi nihil timeamus vbi nõ conturbemur, vnde non migremus, vbi nõ moriamur, vbi nec decessor plangatur, nec succesor speretur. Quia ergo tale ẽ quod nobis promisit amantibus, & per spũm sancti charitatẽ fruentibus, ideo ipsum spiri
C tũ noluit dare, nisi cũ esset glorificatus: vt in suo corpore ostenderet vitam, quam modo nõ habemus, sed in resurrectione speramus.

Ab eo loco vbi ait, Ex illa ergo turba cũ audissent hos sermones eius: vsq; ad id quod ait, Nec ego te condemnabo, Vade & amplius noli peccare. Tract. XXXIII.

MEminit charitas vestra sermone pristino ex occasione lectionis Euangelicæ locutos nos esse vobis de spiritu sancto. Ad hunc potãdum cum dominus inuitasset credentes in se, loquens inter eos qui illum tenere cogitabant, & interficere cupiebãt, nec valebant, quia ille nolebat. Cũ ergo hæc locutus esset, nata est de illo in turba dissensio, D
alij putantibus quod ipse esset Christus, alijs dicẽtibus quia de Galilea non exurget Christus. Qui vero missi fuerãt vt eum tenerent, redierunt immunes à crimine & pleni admiratione: nam & testimoniũ perhibuerũt diuinæ doctrinę eius cũ dicerent à quibus missi fuerant, Quare non adduxistis eum? Responderunt enim nunquam se audisse hominem sic loquutum.) Non enim quisquam sic loquitur homo, ille autem sic locutus est, quia Deus erat & homo. Tamen Pharisęi testimoniũ eorũ repellentes dixerunt eis, Nunquid vos seducti estis? Videmus enim delectatos vos esse sermonibus illius. Nunquid aliquis de principibus credidit in eũ aut ex Pharisæis? Sed turba hæc quę non nouit legẽ maledicti sunt. ¶ Qui non nouerant legem, ipsi credebant in eum qui miserat legem: & eũ qui miserat legem contemnebant illi qui docebant legem, vt impleretur quod dixerat ipse dominus: Ego veni vt non videntes videãt Ioan.9.
& videntes cęci fiant. Cęci.n. facti sunt Pharisæi doctores, illuminati sunt populi nescientes legẽ, & in authorẽ legis credentes. Nico- Ioan.3.
demus tñ vnus ex Pharisęis, qui ad dominũ nocte venerat.) Et ipse nõ quidẽ incredulus, sed timidus: nam ideo nocte venerat ad lucẽ quia illuminari volebat, & sciri nolebat, rñ- Psal.
dit Iudæis: Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi audierit ab ipso prius & cognouerit quid faciat? Volebant.n. illis peruersę ante esse dãnatores q̃ cognitores, sciebat.n. Nicodemus, vel potius credebat, quia si tantũmodo eũ vellent patienter audire, forte sĩmiles fierent illis qui missi sunt tenere, & ma- E
luerunt credere. Illi responderunt,) ex prȩiudicio cordis sui, quod & illis: Nunquid & tu Galilæus es?), i. quasi à Galilęo seductus: dominus.n. Galilęus dicebatur, quoniã de Nazareth ciuitate erant parentes eius. Secundũ Mariam dixi parentes, nõ scdm virile semẽ: non.n. quę fuit in terra nisi matrem, qui iam habebat desuper patrem: nam vtraque eius natiuitas mirabilis fuit, diuina sine matre, humana sine patre. Quid ergo illi quasi legis

doctores

doctorũs ad Nicodemum dixerunt? Scrutare scripturas & vide, quia Propheta à Galilęa nõ surgit.) Sed dñs Prophetarũ ide surrexit. Reuersi sunt, inquit Euangelista, vnusquisq; in domũ suã. Inde Iesus perrexit in montem Oliueti. ¶ In monte aũt Oliueti, in mõte fructuosum, in monte vnguenti, in monte chrismatis: vbi. n. docebat docere Christũ nisi in monte Oliueti? Christi. n. nomẽ a chrismate dictũ est. Chrisma aũt Græce, Latine vnctio nũcupatur. Ideo aũt nos vnxit, quia luctatores cõtra diabolũ fecit. Et diluculo iterũ venit in templũ, & ois populus venit ad eũ, & sedens docebat eos,) & non tenebatur, quia nondũ patri dignabatur. Nunciã attẽdite, vbi ab inimicis tentata sit dñi mãsuetudo. Adducunt aũt illi scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eã in medio & dixerunt ei, Magister, hæc mulier modo deprehẽsa est in adulterio. In lege aũt Moyses mandauit nobis hmõi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hæc aũt dicebant tentantes eũ, vt possent accusare. ¶ Vnde accusare? Nũquid ipsum in aliquo facinore deprehenderunt, aut illa mulier ad eũ aliquo modo pertinuisse dicebat? Quid est, ergo tentantes eũ, vt possent accusare eũ? Intelligamus fratres admirabilẽ mansuetudinẽ in dño fuisse. Animaduerterunt eũ nimiũ esse mitẽ: nimiũ esse mansuetũ, de illo quippe fuerat ante p̃dictũ, Accingere gladio tuo super femur tuũ potẽtissime. Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere, procede & regna: Propter veritatẽ & mansuetudinẽ & iustitiã. Ergo attulit veritatẽ, vt doctor, mansuetudinẽ vt liberator, iustitiã vt cognitor. Propter hæc eũ esse regnaturũ in spiritusancto Propheta p̃dixerat: cũ loqueretur, veritas agnoscebatur: cũ aduersus inimicos non moueretur, mansuetudo laudabatur. Cũ ergo de duob. istis, i. de veritate & mansuetudine eius inimici liuore & inuidia torquerentur: in tertio, i. iustitia, scandalũ posuerunt. Quare? Quia lex iusserat adulteros lapidare. Et utiq; lex ꝙ iniustũ erat, iubere non poterat. Si quis aliud diceret q̃ lex iusserat, iniustus deprehendere tur. Dixerãt ergo apud semetipsos. Verax putatur, mansuetus vr̃, de iustitia illi q̃renda calũnia est: offeramus ei mulierẽ in adulterio deprehensã, dicamus quid de illa in lege p̃ceptũ sit: si eã iusserit lapidare, mãsuetudinẽ nõ habebit: si eã dimitti censuerit iustitiã nõ tenebit. Vt aũt mansuetudinẽ, inquiunt, non perdat, in qua iã populis amabilis factus est, sine dubio eam dimitti debere dicturus est, hinc nos inueniemus accusandi occasionẽ, & eũ reũ faciemus tanq̃ legis p̃uaricatorẽ, dicentes ei, Hostis es legis, contra Moysen rũdes, imo cõtra eũ qui per Moysen legem dedit: reus es mortis, cũ illa & tuipse lapidandus es. Posset his verbis atq; his sentẽtijs inflammari inuidia, feruere accusatio, flagitari dãnatio. Sed cui hoc? Peruersitas rectitudini, falsitas veritati, corruptũ cor directo, stultitia sapiẽtię. Qñ illi laqueos p̃pararẽt, in quos nõ prius ipsi caput immitterent. Ecce dñs in rũdendo, & iustitiã seruaturus est, & à mansuetudine nõ recessurus. Nõ est captus cui tẽdebatur, sed potius capti sunt qui tendebãt, quia in eum qui eos posset de laqueis eruere non credebant. Quid ergo rñdit dñs Iesus? Quid ergo respõdit veritas? Quid respondit sapientia? Quid rñdit ipsa cui calũnia parabatur iustitia? Non dixit, non lapidetur, ne cõtra legẽ videretur. Absit aũt vt diceret lapidetur: venit. n. non perdere ꝙ inuenerat, sed q̃rere ꝙ perierat. Quid ergo rñdit? Videte q̃ plenũ sit iustitia, plenũ mansuetudine & veritate. Qui sine pcto est, vestrũ, inquit, prior in illã lapidẽ mittat.) O responsio sapientię, qũo eos intromisit in semetipsos? Foris. n. calũniabantur, seipsos intrinsecus non perscrutabantur: adulterã videbant, se nõ perspiciebant: p̃uaricatores legis legẽ implere cupiebant, & hoc calũniando: non vere, tanquam adulterã a castitate dãnando. Audistis Iudęi, audistis Pharisæi, audistis doctores legis, legis custodẽ, sed nondũ intellexistis legislatorẽ, quid uobis aliud significat, cũ digito scribit in terra? Digito. n. Dei lex scripta est, sed ꝓ duros in lapide scripta est. Nũc iã dñs in terra scribebat, quia fructũ q̃rebat. Audistis, Impleatur lex, lapidet adultera: sed nunquid in illa punienda, lex implenda est a puniendis? Consideret se vnusquisq; vestrũ, intret in semetipsũ, ascẽdat tribunal mentis suæ, cõstituat se ante conscientiã suã, cogat se cõfiteri. Scit. n. qui scit: quia nemo scit hominũ q̃ sũt hoĩs, nisi spũs hoĩs q̃ ipso est. Vnusquisq; in se intendens, peccatorẽ se inueniat. Ita plane. Ergo aut istã dimittite, aut simul cum illa pœnam legis excipite. Si diceret, non lapide-

Cap. 8.

Psal. 44.

Exo. 31.

1. Co. 12

tur adultera, iniustus cõuinceretur: si diceret lapidetur, mansuetus nõ videretur. Dicat q̃ dicere debet, & mansuetus & iustus: Qui sine pctõ est vestrũ, prior in illã lapidem mittat: hæc vox iustitiæ est, puniatur peccatrix, sed nõ à peccatoribus impleat lex, sed nõ à præuaricatoribus legis. Hæc vox oĩno iustitiæ est, qua iustitia illi tanq̃ trabali telo percussi, sese inspicientes & reos inuenientes, Vnus post vnũ oẽs recesserũt,) Relicti sunt duo, misera & misericordia. Dñs aũt cũ eos illo telo iustitiæ percussisset, nec dignatus est cadentes attẽdere, sed auerso ab eis obtutu, Rursum digito scribebat in terra. ¶ Relicta aũt sola illa mulier, oĩbusq; abeuntibus, Leuauit oculos suos ad mulierẽ.) Audiuimus vocẽ iustitiæ, audiamus & mansuetudinis: Plus.n. credo territa erat illa cũ audisset à dño dictum, Qui sine pctõ est vestrũ, prior in illã mittat lapidẽ. Illi ergo attendẽtes se, & abscessu ipso cõfessi de se, reliquerant mulierẽ cũ grandi pctõ ei, qui erat sine pctõ. Et quia illa hoc audierat, Qui sine pctõ est prior in illã lapidẽ mittat, ab illo se sperabat puniendam, in quo pctm̃ inueniri nõ poterat. Ille aũt qui aduersarios eius repulerat lingua iustitiæ, leuans in eam oculos mãsuetudinis, Interrogauit eã, nemo te condẽnauit? Rñdit illa, Dñe, nemo: & ille, Nec ego te condẽnabo.) a quo te forte dãnari timuisti, quia in me pctm̃ nõ inuenisti, nec ego te condẽnabo. Quid dñe? Faues ergo peccatis? Non planè. Ita attende q̃ sequitur, Vade, deinceps iã noli peccare.) Ergo & dñs damnauit, sed pctm̃ non hominẽ: nam si pctorum fautor esset, diceret, nec ego te condẽnabo, vade & viue vt vis, de mea liberatione esto secura, ego quantũcunq; peccaueris, te ab omni pœna & gehennæ, & inferni terroribus liberabo. Nõ hoc dixit: intendant ergo q̃ amant in dño mansuetudinẽ, & timeant veritatẽ: etenim dulcis & rectus dñs. Amas q̃ dulcis est, time q̃ rectus est. Tanq̃ mansuetus dixit, tacui: sed tanq̃ iustus, nunquid semper tacebo? Misericors & miserator dñs. Ita planè adhuc adde longanimis, adhuc adde, & misericors: sed time q̃ est in nouissimo & verax: quod.n. modo sustinet peccãtes, iudicaturus est contẽnentes. An diuitias longanimitatis & mãsuetudinis eius contẽnis? Ignoras quia patientia Dei ad pnĩam te adducit? Tu aũt secundũ duritiã cordis tui & cor impœnitens, thesaurizas tibi irã in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; secũdũ opera sua. Mansuetus dñs, longanimis dñs, misericors dñs: sed & iustus dñs, & verax dñs, largitur tibi spatiũ correctionis, sed tu plus amas dilationẽ q̃ emendationem: Malus fuisti heri, hodie bonus esto, & hodiernũ diẽ in malitia peregisti, vel cras mutare: super expectas, & de misericordia Dei tibi plurimũ polliceris, quasi ille qui tibi per patientiã promisit indulgentiã, promiserit tibi etiã prolixiorẽ vitã. Vnde scis quid pariat crastinus dies? Rectodicis in corde tuo, qñ me correxero, Deus mihi oĩa peccata mea dimittet. Negare non possumus, q̃ correctis atq; cõuersis indulgentiã Deus promisit: nã in quo Propheta mihi legis, qa promisit correcto indulgentiã: non mihi legis, quia promisit tibi Deus longã vitã. Ex vtroq; igitur homines periclitantur, & sperando & desperando: cõtrarijs reb. contrarijs affectionibus. Sperãdo qui decipitur? Qui dicit, Bonus est Deus, misericors est Deus, faciam q̃ mihi placet, q̃ libet, laxem habenas cupiditatibus meis, implea m desideria aiæ meæ: Quare hoc? Quia misericors est Deus, bonus est Deus, mansuetus est Deus: spe isti periclitantur. Desperatione aũt, qui cũ inciderint in grauia peccata, putantes sibi non posse iã ignosci pœnitentib. & statuentes se ad damnationẽ sine dubio destinatos, dicunt apud semetipsos, iam dãnandi sumus, quare non q̃ volumus facimus? Aĩo gladiatorũ, ferro destinatorũ, ideo molesti sunt desperati. Iam. n. q̃ timeant non habẽt, & vehemẽter timendi sunt. Istos desperatio necat, spes illos. Inter spẽ & desperationẽ fluctuat animus. Metuendũ est ne te occidat spes, & cũ multũ speras de misericordia, incidas in iudiciũ. Metuendũ est rursus ne te occidat desperatio, & cũ putas iam tibi non ignosci q̃ grauia cõmisisti, nõ agas pniam, & incurras in iudicẽ sapientiã, q̃ dicit, Et ego vestræ pditioni superridebo. Quid ergo agit dñs cũ periclitantib. vtroq; morbo? Illis qui spe periclitantur. h.d. Ne tardes conuerti ad dñm, neq; differas de die in diẽ: subito.n. veniet ira illius, & in tpe vindictæ dispdet te. Illis q̃ desperatione periclitant, quid dicit? In quacũq; die iniquus cõuersus fuerit, oẽs iniq̃tates eius obliuiscar: Propter illos ergo qui desperatione periclitant, ppositum

K

L

M

A

Pro. 13.

Pro. 1.

Eccl. 5.

Ezec. 18.

Ioan.

portum:

Pſal. 24.
Pſal. 42.
Pſ. 102.
Rom. 2.

portũ: p illos qui spe periclitant, & dilatio nibus illuduntur, fecit diẽ mortis incertũ, qñ veniat vltimus dies, nescis. Ingratus es, quia hodiernũ habes in quo corrigaris; Sic ergo
Ioan. 8. dixit ad istã mulierẽ, Nec ego te cõdẽnabo: sed facta secura de pterito, caue futura, nec ego te condẽnabo: deleui q̃ cõmisisti, obser ua q̃ præcepi, vt inuenias quod promisi.

H
B De eo q̃ dictum est, Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Tract. XXXIIII.

QVod modo audiuimus & intenti acce pimus cũ sanctũ Euangeliũ legeretur, nõ dubito q̃ oẽs ẽt intelligere conati sumus & quisq; nostrũ de re tã magna q̃ lecta est, pro suo modulo cepit q̃ potuit, & posito pa ne verbi, nemo est qui te q̃ratur nihil gustas se. Sed interim nõ dubito, qa difficile quisq̃ est qui totũ intellexerit: tñ ẽt si est qui omnia verba dñi nostri Iesu Christi modo ex Euan gelio recitata satis intelligat, toleret ministe riũ nostrũ, quousq; si possumus illo adiuuãte tractando faciamus, vt vel oẽs, vel multi in telligant, q̃ se pauci intellexisse lætantur. Qđ ait dñs, Ego sum lux mundi:) clarũ puto esse eis qui habent oculos, vnde huius lucis par tícipes fiant. Qui aũt non habent oculos nisi in sola carne mirantur q̃ dictũ est a dñõ Ie su Christo, Ego sum lux mundi, & forte non desit qui dicat apud semetipsum, Nunquid forte dñs Christus est Sol iste, qui ortu & oc casu peragrat diẽ? Nõ. n. defuerunt hæretici qui ista senserunt. Manichęi Solẽ istũ oculis carneis visibilẽ, expositũ & publicũ, non tm hoib. sed ẽt pecorib. ad videndũ, Christum dñm esse putauerunt. Sed catholicæ Eccleśię recta fides improbat tale cõmentũ, & diabo licã doctrinã esse cognoscit. Nec solũ agno scit credendo, sed in quib. põt cõuinci, ẽt di
C sputando. Improbemus itaq; hmõi errorem quẽ sancta ab initio anathematizauit Eccle sia. Nõ arbitremur dñm Iesum Christũ hunc esse Solẽ quẽ videmus oriri ab Oriente, oc cidere in Occidente: cuius cursui nox succe dit, cuius radij nube vmbrant, qui certa de loco in locũ motione cõmigrat. Nõ est hoc dñs Chrs Sol factus, sed per quem Sol factus
Ioan. 1. est, Oia. n. per ipsũ facta sunt, & sine ipso fa ctũ est nihil. Est ergo lux q̃ fecit hanc lucem, hanc amemus, hãc intelligere cupiamus, ip sam sitiamus, vt ad ipsã lucẽ aliq̃n veniamus & in illa ita viuamus, ut nũq̃ oino moria mur. Ista. n. lux est, de qua prophetia olim p̃ missa ita in Psalmo cecinit, Hoies & iumen ta saluabis dñe, sicut multiplicata est miseri cordia tua Deus. Psalmi sancti ista verba sũt. Aduertite quid de tali luce antiquus sãctorũ hominũ Dei sermo præmiserit. Hoies, inq̃t, Psal. 35. & iumenta saluos facies dñe, sicut multipli cata est misericordia tua Deus. Qũo. n. Deus D es, & habes multiplicẽ misericordiã, perue nit eadẽ multiplicitas misericordiæ tuę, non solũ ad hoies quos creasti ad imaginem tuã, sed ẽt ad pecora q̃ hoib. subdidisti: a quo. n. salus hominis, ab illo salus & pecoris. Non erubescas hoc sentire de dño Deo tuo, imo præsumas & fidas & caueas ne aliter sentias. Qui saluũ facit te, ipse saluũ facit equũ tuũ, ipse ouẽ tuã, ad minima oino ueniamus, ip se gallinam tuam. Dñi est salus, & ista Deus saluat. Moue te, interrogas, miror quid dubi Psal. 3. tas, dedignabitur saluare, q̃ dignatus est crea re? Dñi est salus, Angelorũ, hominũ, pecorũ, dñi est salus. Sicut nemo est a seipso, ita ne mo saluus est a seipso. Proinde verisime Psalmus atq; optime ait, Hoies & iumenta saluos facies dñe. Quare? Sicut multiplicata Psal. 34. est misericordia tua Deus: tu. n. es Deus, tu creasti, tu saluas, tu dedisti esse, tu das sanum esse. Si ergo sicut multiplicata est misericor dia Dei, ab illo hoies & iumenta saluantur, nõne hoies habent aliquid aliud q̃ eis Deus p̃stat creator, q̃ iumentis non præstet? Nul lane discretio est inter animal factũ ad imaginẽ Dei, & animal subditũ imagini Dei? Est plane. Præter salutẽ istã cõem nobis cũ ani mantib. mutis, est q̃ nobis præstet Deus, illi aũt non præstet. Quid est hoc? Sequere in eo dẽ Psalmo, Filij aũt hominũ sub tegmine ala rũ tuarũ sperabunt: habentes modo salutem E cõem cũ pecorib. suis, filij hominũ sub teg mine alarũ tuarũ sperabunt. Aliã habent sa lutẽ in re, aliã in spe. Salus ista quæ in p̃senti est, hominib. pecoribusq; cõis est, sed est a lia quã sperant homines, & accipiũt qui spe rant, nõ accipiunt qui desperant, Filij autem hominũ sub tegmine, inquit, alarum tuarum sperabunt: Qui aũt perseueranter sperant, a te proteguntur, ne despe a diabolo deijcian tur, sub tegmine alarũ tuarum sperabunt: si

ergo

ergo sperabit, quid sperabunt nisi q̄ pecora non habebunt? Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quale vinū est, vnde inebriari laudabile est? Quale vinū est, q̄ non turbat, sed dirigit mentem? Quale vinū est, q̄ facit perpetuo sanū, nō inebriando facit insanū? Inebriabuntur vnde? Ab vbertate domus tuæ: & torrēte voluptatis tuæ potabis. Vnde? Q̄n apud te ē fons vitæ, ipse fons vitæ ambulabat in terra: ipse dicebat, Qui sitit veniat ad me. Ecce fons. Sed nos de lumine loqui cęperamus, & propositā ex Euangelio quæstionē de lumine tractabamus: lecta ē.n. nobis dicēte dño, Ego sum lux mūdi. Inde quæstio, nequis carnaliter sapiens Solem istū intelligendū putaret: veniamus inde ad Psalmum, quo considerato, inuenimus interim dm̄ fontem vitæ bibe & viue. Apud te, inquit, fons vitæ, ideo sub vmbraculo alarū tuarū sperabūt filij hominū, inebriari isto fonte quærentes. Sed de lumine dicebamus, sequere ergo: nā Prophe ta cū dixisset, Apud te est fons vitæ, secut' ad iunxit, & in lumine tuo videbimus lumen, Deū de Deo, lumen de lumine: per hoc lumen factū est Solis lumen, & lumen q̄ fecit Solē, sub quo fecit & nos, factū est sub Sole pp nos. Factū est, inquam, propter nos sub Sole lumen q̄ fecit Solem. Noli contēnere nubē carnis: nube tegitur, non vt obscuretur Sol, sed vt temperetur: Loquens ergo per nubē carnis lumen indeficiens, lumen scientiæ, lumen sapientię: ait hominibus, Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ.) Q̄o te abstulit ab oculis carnis, & reuocauit ad oculos cordis? Non.n. sufficit dicere, qui me sequitur non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen: addidit.n. vitæ: sicut ibi dictū est, q̄m apud te est fons vitæ. Videte itaq; fratres
G mei, q̄o verba dñi cum illius Psalmi veritate cōcordent, & ibi lumen positum est cum fonte vitæ, & à dño dictū est lumen vitæ. In illis aūt vsibus corporalibus, aliud est lumē, aliud est fons. Fontē fauces quærunt, lumen oculi q̄n sitimus, quærimus fontem: q̄n in tenebris sumus, quęrimus lumen: & si forte nocte sitiamus, lumen accendimus vt ad fontē veniamus. Non est sic apud Deum: q̄ lumen est, hoc est fons. Qui tibi lucet vt videas, ipse tibi manat vt bibas. Videtis ergo fratres
F mei, videtis si intus videtis, quale hoc lumen est, de quo dñs dicit, Qui me sequitur, non ambulabit in tenebris. Sequere istum Solē, videamus si non ambulabis in tenebris, Ecce oriendo exit a te, ille cursu suo ad Occidentē pergit: tibi forte ad Orientem profectio est, nisi tu in contrariā partem pergas, non qua ille tendit, sequendo eū profecto errabis, & pro Oriente Occidentē tenebis: tu eū in terra si sequaris, errabis: nauta si eū in mari sequatur errabit. Postremo vī tibi sequendum esse Solem, & tendis ēt ipse ad Occidētem, quo & ille tendit. Videamus cū occiderit, si non ambulabimus in tenebris. Vide quemadmodū & si nolueris eū deserere tu, ipse te deseret, seruitutis suæ necessitate peragēs diem. Dñs aūt noster Iesus Christus interim & cū per carnis nubem non omnibus apparebat, per sapientiæ potestatē omnia tenebat. Deus tuus vbiq; totus est, si non ab illo facias casum, nūquā a te ipse facit occasum. Qui ergo me inquit, sequitur, nō ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Quod promisit, futuri tpis verbo posuit: non.n. ait, habet: sed habebit, inquit: lumen vitæ: nō ait tñ, qui sequetur me: sed qui sequitur me. In eo q̄ facere debemus, prędens tps posuit: q̄ aūt promisit facientib. futuri tpis verbo significauit. Qui sequitur, habebit: modo sequit̄, post habebit: modo sequitur per fidem, post habebit per speciē: quādiu.n. sumus in corpore, ait Apostolus, peregrinamur à dño: p fidem.n. ambulamus, non per speciē: q̄n per speciem? Cū habuerimus lumen vitæ, cū ad illā visionem venerimus, q̄n nox ista transierit. De illo quippe die qui exoriturus est, dictū est, Mane astabo tibi & cōtēplabor. Quid est mane? Transacta nocte seculi huius, trāsactis erroribus tentationū, superato illo leone qui nocte rugiens circumit, quē deuoret quærens. Mane astabo tibi & contēplabor. Nūc vero quid putamus fratres huic tēpori cōgruere, nisi q̄ rursus in psalmo dī? Lauabo
I per singulas noctes lectū meum, lachrymis meis stratū meū rigabo. Per singulas noctes, inq̄t, flebo, in desiderio lucis ardebo. Videt dñs desiderium meū. Q̄o dicit illi alter psalm', Ante te oē desiderium meū, & gemit' me' à te nō est abscōditus. Desideras aurū, videri potes: q̄rens n. aurū manifestus eris hoibus, desideras frumentū, interrogas q̄ habebat, &

cupiens

1. Ioan.
Esai. 1.
Psal.
Mat.
2. Cor. 5.
Mat.
Psal. 5.
2. Pet. 5.
Psal. 6.
Ps. 1
Ps. 1
Psal. 37.
Ioan. 9

cupiens peruenire ad id quod desideras, indicas te. Desideras Deũ, quis videt nisi Deus? à quo. n. petis Deũ sicut panẽ, sicut aquã, sicut aurũ, sicut argentũ, sicut frumẽtũ? A quo petis Deũ nisi à Deo? Ipse petitur à seipso, q promittit seipsum. Extẽdat anima cupiditatẽ suã, & sinu capaciore quærat cõprehẽdere, quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Desiderari potest, concupisci põt, suspirari potest in illud: digne cogitari, & verbis explicari non põt. Ergo fratres mei, quod dñs breuiter ait, Ego sũ lux mundi, qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitę. Quibus verbis aliud est q̃ iussit, aliud quod ꝓmisit. Faciamus quod iussit, ne impudenti fronte desideremus quod promisit, ne dicat nobis in iudicio suo: fecisti. n. quod iussi, vt petas quod promisi? Quid ergo iussisti dñe Deus noster? Dicet tibi, vt sequereris me. Consiliũ vitę petisti, cuius vitæ, nisi de qua dictũ est, Apud te est fons vitę: audiuit quidã, Vade vẽde oĩa quę habes, & da pauperibus & habebis thesaurũ in cęlo, & veni sequere me: tristis abscessit, nõ est secutus. Quęsiuit magistrũ bonũ, interpellauit doctorẽ, & contemptit docentẽ tristis abscessit, ligatus cupiditatibus suis: tristis abscessit, habẽs grandẽ sarcinã auaritiæ super humeros suos, laborabat, æstuabat, & qui ab illo sarcinã deponere voluit, nõ est sequẽdus putatus, sed deserẽdus. Postea vero quã dñs per Euãgeliũ clamauit, Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam: Tollite iugũ meũ super vos, & discite a me quia mitis sum & humilis corde: quã multi fecerũt audito Euãgelio, quod ex ore ipsius auditũ diues ille non fecit. Ergo modo faciamus, sequamur dñm, soluamus cõpedes, quibus impedimur sequi. Et quis idoneus soluere tales nodos, nisi ille adiuuet cui dictũ est, Dirupisti vincula mea? de quo alius Psalmus dicit, Dñs soluit compeditos, dñs erigit elisos. Et quid sequuntur soluti & erecti, nisi lumen a quo audiũt, Ego sum lux mundi, qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, quia dñs illuminat cęcos. Illuminamur ergo modo fratres, habentes collyriũ fidei. Pręcessit eius saliua cũ terra, vnde iungeretur q̃ cęcus est natus, Et nos de Adã cęci nati sumus, & illo illuminãte opus habemus: miscuit saliuã cũ terra, Verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis: miscuit saliuam cum terra, ideo prædictũ est, Veritas de terra orta est: ipse aũt dixit, Ego sum via, veritas & vita. Veritate perfruemur cũ videremus facie ad faciem: quia & hoc promittit nobis: nã qs auderet sperare, q̃ Deus nõ dignatus esset vel polliceri vel dare? Videdim' facie ad faciẽ: Apostolus dicit, Nunc scio ex parte, nũc in ęnigmate per speculũ, tunc aũt facie ad faciẽ. Et Ioãnes Apostolus in epistola sua, Dilectissimi, nunc filij Dei sumus, & nõdũ apparuit quid erimus: scimus quia cũ apparuerit, similes ei erimus qm̃ videbimus eũ sicuti est. Hæc ẽ magna promissio: si amas sequere, amo, inquis, sed quã sequor? Si dixisset tibi dñs Deus tuus, Ego sum veritas, & vita, desiderans veritatẽ cõspiciens vitã, viã qua ad hæc peruenire posses, profecto quæreres & diceres tibi, Magna res veritas, magna res vita, si esset qũo illuc peruenire aĩa mea. Quęris qua? audi eũ dicẽtẽ primo, Ego sum via: anteq̃ diceret quò ꝓmisit quã. Ego sum, inqt, via, quò via? Et veritas & vita. Primo dixit qua venias postea dixit quo venias. Ego sum via, ego sum veritas, ego sum vita. Manẽs apud patrẽ, veritas & vita, induens se carne, factus est via. Nõ tibi dr, labora quærendo viã, vt peruenias ad veritatẽ & vitã, nõ hoc dicit, piger surge, via ipsa ad te venit, & te de somno dormientem excitauit: si tñ excitauit, surge & ambula: Forte conaris ambulare, & non potes, quia dolent pedes. Vnde dolẽt pedes? An iubẽte auaritia ꝑ aspera cucurrerũt? Sed Dei verbũ sanauit & claudos. Ecce inqs, sanos habeo pedes, sed ipsam viã nõ video: illuminauit & cęcos: hoc totũ ꝑ fidẽ quãdiu peregrinamur a dño manentes in corpore. Cũ aũt perambulauerimus viã, & ad ipsam patriã peruenerimus, qd erit nobis lętius? quid erit beatius? quia nihil pacatius: nihil enim aduersus hominẽ rebellabit. Nunc vero fratres difficile sine rixa sumus ad concordiã quidẽ vocati sumus. iubemur pacẽ habere inter nos, adhoc conãdũ est, omnibus qs nitendũ viribus, vt aliqñ perueniamus ad perfectissimã pacẽ. Modo aũt litigamus plerunq; cũ eis, quibus consulere volumus: ille errat, tu vis ducere ad vitam resistit Paganus, disputas contra errores idolorum & dęmoniorum: resistit hæreticus, disputas contra alias doctrinas dęmoniorum.

Esaia. 64 *1. Cor. 2.* *Psal. 35.* *Mar. 19.* *Mat. 11.* *Ps. 115.* *Ps. 145.* *Ioan. 9.* *Ioan. 1.* *Psal. 84.* *Ioan. 14.* *1. Co. 13.* *1. Ioan. 3*

morum Malus catholicus nō vult bēne viue re: corripis etiā interiorē fratrē tuū, tecū ma net in domo, & perditas vias quærit, ęstuas quō illū corrigas, vt de illo bonā rationem dño amborū reddas: quantæ vndiq; rixarū necessitates plerunq; hō tædio affectus, dicit apud semetipsum, quid mihi est pacti cōtra dictores pati eos qui reddūt mala pro nobis? Ego volo cōsulere, illi volūt perire consu-
B mo vitā meā litigando, pacē nō habeo: inimicos insuper facio, quos inimicos habere deberē, si beneuolentiā consulentis attenderent. Quid mihi est ista perpeti? Redeam ad me, mecū ero, Deū meū inuocabo. Redi ad teipsum, ibi inuenies rixam: si cępisti Deū se
Galat. 5 qui, ibi inuenis rixā. Quā rixam, inquis, inuenio? Caro concupiscit aduersus spiritū, & spūs aduersus carnē. Ecce tuipse es, ecce tu solus es, ecce tecū es, ecce aliū nullū hominē pateris: sed vides aliā legē in mēbris tuis,
Rom. 7. repugnantē legi mentis tuæ, & captiuitatem in lege peccati quæ est in mēbris tuis. Exclama ergo, & à rixa interiore clama ad Deū, vt tibi pacificet te: miser homo, quis me libera bit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christū dñm nostrū, Quia qui me, in quit, sequitur, nō ambulabit in tenebris, sed habebit lumē vitæ. Finita tota rixa, immorta litas cōsequetur, quia nouissima inimica de struetur mors. Et qualis pax erit? Oportet cor-
1. Co. 15. ruptibile hoc induere incorruptionē, & mor tale hoc induere immortalitatē, quo vt veniamus, ęa tūc erit in re, nūc sequamur in spe eū q̄ dixit, Ego sū lux mūdi, q̄ me sequit, nō ambulabit ī tenebris, se habebit lumē vitę

Ab eo q̄ dictū est, dixerūt ergo Pharisæi, Tu de teipso testimoniū perhibes, testimoniū tuum non est verum: vsq; ad id quod dictū est, Verum est testimonium meū, quia scio vnde veni, & quo vado. Tract. XXXV.

DE verbis domini nostri Iesu Christi vbi ait, Ego sum lux mūdi: qui me sequi
C tur nō ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ, hesterno die qui affuistis, diu disputatū esse meministis. Et si adhuc velimus de illo lumine disputare, diu loq̄ possumus: nā nō possumus explicare cōplēdo. Itaque fratres mei, sequamur Christū lumē mundi, ne ambulemus in tenebris. Tenebræ metuen dę sunt, morū non oculorū: & si oculorum non exteriorū, sed interiorū: vnde discernitur non albū & nigrū, sed iustum iniustū. Cū hęc ergo dixisset dñs noster Iesus Christus, Respōderūt Iudæi, Tu de teipso testimoniū dicis, testimoniū tuum non est verum.) Ante quā veniret dñs noster Iesus Christus, multas ante se lucernas propheticas accendit & misit. De his etiā erat Ioannes baptista, cui D iā magnum ipsum lumē, quod est dominus Christus, perhibuit testimoniū, quale nulli hominū: ait enim. In natis mulierū non surrexit maior Ioanne Baptista. Hic tñ quo nemo erat maior in natis mulierū, dicit de do mino Iesu Christo, Ego quidē baptizo vos *Mat. 11.* in aqua, qui autē venit fortior me est, cuius *Ioan. 1.* nō sum dignus calciamentū soluere. Videte *Ioan. 5.* quēadmodum se lucerna diei submittat: lucerna vero ipsum Ioannē fuisse dñs ipse testatur, ille erat, inquit, lucerna ardens & lucens, & vos voluistis ad horā exultare in lumine eius. Qñ autē dixerunt Iudæi dño, Dic *Mat. 21.* nobis in qua potestate ista facis? Sciens dñs quia Ioannem Baptistam pro magno habebant, & quod ipse quem pro magno habebant, eis de domino testimoniū perhibuisset respondit eis, interrogabo & ego vos vnum sermonē, dicite mihi, Baptisma Ioannis vnde est de cęlo, an ex hominibus? Turbati illi intra semetipsos, cogitabant, quia si diceret ab hominibus, lapidari possent à turba, quæ Ioannē Prophetā esse credebat: si dicerent, de cęlo rnderet eis, Ille quē confitemini de cęlo habuisse, pphetiā, mihi testimoniū p-hibuit, & ab illo audistis in qua ego ista facia potestate. Viderunt ergo quodlibet horū respondissent, in laqueos se casuros; & dixerūt, Nescimus. Et dñs eis, Nec ego dico vo *Ps. 131.* bis, in qua ptāte ista facio. Non vobis dico quod scio, quia nō vultis fateri quod scitis. Iustissime vtiq; repulsi, confusi abscesserunt. Et impletū est quod in Psalmo per Prophetā dicit Deus pater, Paraui lucernam Christo E meo. i. ipsum Ioannē. Inimicos eius induam cōfusione, super ipsum aūt efflorebit sanctificatio mea. Habebat ergo dñs Iesus Chrs testimoniū Prophetarū ante se præmissorū, p-conū iudicē pręcedētiū. Habebat testimoniū à Ioāne, sed ipse mai' testimoniū erat q̄ sibi phibebat. Illi aūt infirmis oculis lucernas q̄rebāt, quia diē ferre nō poterāt: nā Ioannes

idem

idem ipse Apostolus, cuius Euangeliũ in manibus habemus, in ipsius Euangelij sui capite ait de Ioanne, Erat homo missus à Deo, cui
Ioan. 1. nomen erat Ioãnes, Hic venit vt testimoniũ perhiberet de lumine, vt oẽs crederent per eũ: non erat ille lumen, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lumen verum, q̃ illuminat oẽm hominẽ venientem in hunc
F mundũ: si omnem, ergo & Ioannẽ: vnde dicit & ipse Ioannes, Nos oẽs de plenitudine
Ioan. 1. eius accepimus. Discernite ergo ista, vt proficiat mens vestra in fide Christi, ne semper infantes sitis verba q̃rentes, & à cibo solido resilientes. Debetis apud matrẽ sanctam Ecclesiã Christi nutriri & ablactari, & ad escas solidiores accedere mente, non ventre. Hoc ergo discernite, aliud esse lumen q̃ illumina tur, aliud q̃ illumina: nã & oculi nostri lumina dicuntur, & vnusquisq; ita iurat, tangens oculos super lumina sua, sic viuant lumina mea. Vsitata iuratio est. Quæ lumina si lumina sunt, desit lumẽ in cubiculo tuo clauso, pateant & luceant tibi: nõ utiq; possunt. Quo ergo ista in facie q̃ habemus & lumina nuncupamus, & qñ sana sunt & qñ patẽt, indigẽt extrinsecus adiutorio luminis: quo ablato & non illato, sana sunt, aperta sunt, nec tñ vident: sic mens nostra q̃ est oculus aiæ, nisi veritatis lumine radietur, & ab illo qui illuminat, nec illuminat, mirabiliter illustretur, nec ad sapientiã nec ad iustitiã poterit peruenire: ipsa ẽ. n. uita nostra iuste viuere. Quo aũt non offendit in via, cui nõ lucet lumẽ? Ac per hoc in tali via videre opus est, in tali via videre magnũ est: nã Thobias in facie oculos clausos habebat, & filius patri manũ dabat, pater filio viã p̃cipiendo mõstrabat. Responderunt ergo Iudęi, Tu de te testimoniũ dicis: testimoniũ tuũ nõ est verũ. Videamus quid audiant, audiamus & nos, sed non sicut illi: illi contẽnentes, non credentes, illi occi-
G dere Christũ volẽtes, nos per Christũ viuere cupientes. Interim ista distãtia distinguat aures mentesq; nostras, & audiamus quid rñderit dñs Iudęis. Rñdit Iesus & dixit eis, Et si ego de me testimoniũ perhibeo verũ est testimoniũ meũ: quia scio vnde veni, & quo vado.) Lumen & alia demõstrat & seipsum. Accendis lucernã, v. g. vt quæras tunicã, & p̃stat tibi ardens lucerna vt inuenias tunicã: nunquid accendis lucernã vt videas ardentẽ lucernam? Lucerna quippe ardẽs idonea est & alia q̃ tenebris operiebantur nudare, & se ipsam tuis oculis demõstrare: sic & dñs Christus, & inter fideles suos, & inimicos Iudęos tanq̃ inter lucẽ & tenebras distinguebat, tanquã inter illos quos radio fidei perfundebat, & illos quorũ clausos oculos circunfundebat. Nã ẽt Sol iste & videntis faciem illustrat & cęci: ambo pariter stantes, & faciẽ ad Solem habentes, illustrantur in carne, sed non H
ambo illuminantur in acie: videt ille, sed nõ ille videt. Ambobus Sol præsens est, sed præsente Sole vnus est absens, sic & sapiẽtia Dei verbũ Dei, dñs Iesus Christus vbiq; præsens est, quia vbiq; est veritas, vbiq; est sapientia. Intelligit quis in Oriente iustitiã: intelligit alius in Occidente iustitiã, nunquid alia est iustitia q̃ ille intelligit alia quã iste? Separati sunt corpore, & in vno habent acies mentiũ suarũ. Quã video iustitiã hic cõstitutus, si iustitia est: ipsam videt iustus, nescio quot mansionib. a me carne seiunctus, & in illius iustitiæ luce cõiunctus. Ergo testimoniũ sibi perhibet lux, aperit sanos oculos, & sibi ipsa testis est vt cognoscatur lux. Sed quid agimus de infidelibus? nunquid illis non est præsens? Est præsens & illis, sed quib. eã videant, oculos non habent cordis. Audi de illis ex Euangelio ipso prolatã sniam. Et lux lucet in tenebris, & tenebræ eã non cõprehenderunt. Ergo ait dñs & verũ ait, Et si ego de me testimoniũ perhibeo, verũ est testimoniũ meũ: quia scio vnde veni, & quo vado. Patrẽ volebat itelligi, patri gloriã dabat filius: æqualis glorificat eũ à quo est missus, quantũ debet homo glorificare eũ a quo est creatus? Scio. n. vnde veni, & quo vado. Iste qui in præsentia vobis loquitur, habet q̃ non deseruit, sed tñ venit: non. n. veniendo inde discesit, aut redeundo nos reliquit. Quid miramini? Deus I
hoc: non potest hoc fieri, sed ab hoĩe nõ põt hoc fieri ab ipso Sole, qñ pergit ad Occidentẽ, deserit Orientẽ, & donec oriturus redeat ad Orientem, non est in Oriente: dñs aũt noster Iesus Christus, & venit & ibi est, & redijt & hic est. Audi ipsum Euangelistam alio loco dicentẽ, & si potes, cape: si non potes, crede. Deũ, inquit, nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit: nõ dixit, fuit in sinu patris, quasi vẽ niẽdo deseruerit sinum patris. Hic loquebatur,
Ioan. 1.
Ioan. 1.

tur,& ibi se esse dicebat:qui & hinc discessu
Mat. 28. rus, quid dixit, Ecce ergo vobiscū sum oīb. dieb. vsq; ad consummationē seculi. Ergo ve rū est testimoniū luminis, siue se ostendat, siue alia: quia sine lumine nō potes videre lumen, & sine lumine non potes videre quodlibet aliud q̄ non est lumen. Si idoneū est lumen ad demōstranda ea q̄ non sunt lumina, nunquid in se deficit, nunquid se nō aperit,
K sine quo alia patere non possunt? Locutus est Propheta verū, sed vnde haberet nisi de fon-
Ioan. 1. te veritatis hauriret? Locutus est Ioannes verū: sed vnde locutus est, ipsū interroga, Nos oēs, inquit, de plenitudine eius accepimus. Ergo idoneus est dns noster Iesus Christus, qui sibi perhibeat testimoniū. Sed planè fratres mei, in nocte huius seculi audiamus & prophetiā intente: modo.n. ad fragilitatē nostrā, nocturnasq; cordis nostri intimas tenebras humilis voluit venire dns noster. Homo venit contēnendus & honorādus, venit negandus & cōfitendus: contēnendus & negādus à Iudęis, honorādus & cōfitēdus à nobis: iudicādus iniuste, iudicaturus iuste. Talis ergo venit, vt oporteret ei lucernā testimoniū perhibere, nunquid opus erat, vt Ioānes tanq̄ lucerna perhiberet testimonium diei, si dies ipse ab infirmitate nostra posset videri? Sed nō poteramus. Infirmus factus est infirmis, per infirmitatē sanauit infirmitatem per mortalē carnē, carnis abstulit mortē: de corpore suo collyrium fecit luminibus nostris. Quia ergo dns venit, & ī nocte seculi adhuc sumus, oportet vt & prophetias audiamus: nā de prophetia cōuincimus contradicentes Paganos. Quis est Chr̄s, dicit Paganus: Cui rndemus, quē p̄nunciauerunt Prophetæ. Et ille, qui Prophetæ? Recitamus Esaiā, Danielem, Hieremiā, alios sanctos Prophetas, dicimus q̄ longe ante illū venerint, quanto tpe aduentū eius præcesserunt: hoc ergo rndemus,
L Prævenerunt eū Prophetæ p̄dixerūt eū esse venturū. Rndet aliquis eorum, qui Prophetę? Nos recitamus, qui nobis quotidie recitantur. Et ille, qui sunt hi Prophetæ? Nos rndemus, qui & p̄dixerunt ea quę fieri videmus: & ille, Vos, inquit, vobis illa finxistis, vidistis ea fieri, & quasi ventura q̄ prædicta sūt essent, in libris quib. voluistis, cōscripsistis. Hic contra inimicos Paganos, occurrit nobis aliorū testimoniū inimicorū. Proferimus codices à Iudęis, & rndemus, Nępe & vos & illi, fidei nostræ estis inimici, iō sparsi sūt pergentes vt alios ex alijs cōuincamus inimicis. Codex Esaiæ proferatur à Iudęis, videamus si nō ibi lego, Sicut ouis ad immolandū ductus est, & sicut agnus corā tondente fuit sine voce, sic nō aperuit os suū, in humilitate iudiciū eius sublatū est, liuore eius sanati sumus. Oēs vt oues errauimus, & ipse traditus est p̄ peccatis nostris. Ecce lucerna vna. M
Alia proferatur, Psalmus aperiatur, etiā inde
Psal. 21. p̄dicta passio Christi reciteē. Foderūt manus meas & pedes meos, dinumerauerūt oīa ossa mea. Ipsi vero cōsiderauerunt & cōspexerunt me, diuiserunt sibi vestimēta mea, & super vestimentū meū miserunt sortē. Apud te laus mea, in Ecclesia magna confitebor tibi. Cōmemorabuntur & conuertentur ad dn̄m vniuersi fines terræ, Et adorabūt in cōspectu eius vniuersæ patriæ gentiū: quia dn̄i est regnū, & ipse dn̄abitur gentiū. Erubescat vnus inimicus, quia codicem mihi ministrat alius inimicus. Sed ecce de codicibus prolatis, ab vno inimico alterū vici, & ipse qui mihi codicē protulit, non relinquatur: ab illo profe ratur, vnde & ipse vincatur. Lego aliū Prophetā, & inuenio dn̄m loquentē ad Iudęos, Non est mihi volūtas in vobis dicit dns, nec sacrificiū de manibus vestris: qm̄ ab ortu solis vsq; ad occasum, sacrificiū mundū offertur nomini meo. Non venis Iudęe ad sacrifi
Mala. 1. ciū mundū? conuinco te immundū. Ecce & lucernæ perhibent testimoniū diei propter infirmtatē nostrā, quia diei claritatē tolerare & videre nō possum⁹: nā & nosipsi Chr̄iani in cōparatione q̄dē infideliū lux iam sumus: vnd̄ dicit Apostolus, Fuistis enim aliq̄n tene
Ephes. 5. Rom. 3. bræ, nunc aūt lux in dn̄o, sicut filij lucis ambulate. Et alibi dixit, Nox præcesserit dies aūt appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in
A die, honeste ambulemus. Tn̄ quia in comparatione illius lucis, ad quā venturi sumus, adhuc nox est etiam dies in quo sumus. Audi Petrū Apostolū, delatam dicit dn̄o Christo vocem a magnifica potestate. Tu es filius
2. Pet. 1. meus dilectus, in quo bene cōplacui: hāc vo
Mat. 17. cem, inquit, nos de cęlo audiuimus delatā, cū essemus cū illo in mōte sancto. Sed quia nos non ibi fuimus, & istā vocē de cęlo tūc non audiuimus, ait ad nos ipse Petrus, Et habemus

bemus certiorem Propheticum sermonem: prœuidens enim dñs Iesus Christus impios quosdam futuros, qui miraculis eius calumniarentur, magicis artibus ea tribuẽdo, Prophetas ante præmisit: nũquid enim si magus
B erat, & magicis artib. fecit vt coleret & mortuus magus erat antequam natus, Prophetas audi, o homo mortue, & vermescendo calumnioſe. Prophetas audi, lege: audi quia ante dñm venerunt. Habemus, inquit, Apostolus Petrus, certiorẽ Propheticũ sermonem, cui benefacitis attẽdẽtes, sicut lucernæ ĩ obscuro loco, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordib. vestris. Qñ ergo dñs Iesus Christus venerit, & sicut dicit ẽt Apostolus Paulus, illuminauerit occulta tenebrarũ, &
1. Cor. 4. manifestauerit cogitationes cordis, vt laus sit vnicuiq; à Deo, tunc prœsenti tali die lucernę non erunt necessariæ. Nõ legetur nobis Propheta, nõ aperietur codex Apostoli, nõ requiretur testimoniũ Ioannis, non ipso indigebimus Euangelio: ergo oẽs scripturæ tollẽtur de medio, quę nobis in huius seculi nocte tãquã lucernæ accedebantur, ne in tenebris remaneremus. Istis omnibus sublatis, ne quasi nobis luceant indigentibus, & ipsis hominibus Dei per quos hęc ministrata sunt, nobiscũ lumẽ illud verũ clarũq; videntibus, remotis ergo his adiumentis qd videbimus? Vnde pascetur mẽs nostra? Vnde obEsa. 64. 1. Cor. 2. tutus ille lętabitur? Vnde erit illud gaudiũ, qꝑ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec ĩ cor hominis ascẽdit? Quid videbimus? Obsecro vos, amate mecũ, currite credendo mecum, patriã supernã desideremus: supernę patriæ suspiremus, peregrinos nos esse hic sentiamus. Quid tũc videbimus? dicat nũc Euange
Ioan. 1. liũ, In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ. Vnde tibi ros ĩspersus est ad fontẽ venies, vnde radius per obliqua & per fructuosa tibi ad cor tenebrosũm missus ẽ, nudus ipsam lucẽ videbis,
1. Ioan. 3 cui videndę ferendęq; mũdaris. Dilectissimi qꝑ & hesterno die cõmemoraui Ioannes ipse dicit, Filij Dei sumus, & nondũ apparuit
C quid erimus: scimus quia cũ apparuerit, similes ei erimus, qm̃ videbimus eũ sicuti est.
Sapien. 9 Sentio vestros affectus attolli mecum in superna, sed corpus quod corrumpitur aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Depositurus sum & ego codicẽ istũ, discessuri estis & vos quisq; ad sua. Bene nobis fuit in luce cõmuni, bene gauisi sumus, bene exaltauimus: sed cũ ab inuicem recedimus, ab illo non recedamus.

Ab eo quod dictum est, Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquã vsq; ad id quod dictum est, Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso: & testi D monium perhibet de me, qui misit me pater. Tract. XXXVI.

IN quatuor Euãgelijs vel potius quatuor libris vnius Euangelij sanctus Ioãnes Apostolus, nõ immerito secundũ intelligẽtiã spiritalẽ aquilæ cõparatus altius multoq; sublimius alijs tribus erexit prædicationẽ suã, & in eius erectione ẽt corda nostra erigi voluit: nã cęteri tres Euangelistæ tanquã cũ homine dño in terra ambulant, de diuinitate eius pauca dixerunt: istũ aũt quasi piguerit in terra ambulare, sicut ipso exordio sui sermoni intonuit, erexit se, non solũ super terrã, & super omnem ambitũ aeris & cęli, sed super omnẽ ẽt exercitũ angelorũ, omnemq; constitutionẽ inuisibilum potestatũ, & peruenit ad eũ per quem facta sunt omnia, dicendo: In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ, Hoc erat in prin-
cipio apud Deũ. Omnia per ipsum facta sunt, Ioan. 1. & sine ipso factũ est nihil. Huic tantę sublimitati principij etiam cętera cõgrua prædicauit, & de dñi diuinitate quomodo nullus alius est locutus, hoc ructabat qꝑ biberat. Nõ enim sine causa de illo in isto ipso Euangelio narratur, quia & in cõuiuio super pectus dñi discumbebat. De illo ergo pectore in se Ioan. 13. creto biberat: sed qꝑ in secreto bibit, in manifesto eructauit, vt perueniat ad oẽs gentes, non solũ incarnatio alij Dei, passio & resur
E rectio, sed etiã quod erat ante incarnationẽ, vnicus patri, verbum patris, cœternus generanti, æqualis ei a quo missus est, sed in ipsa missione minor factus a quo maior esset pr. Quicquid ergo humiliter positum auditis de dño Iesu Christo, susceptæ carnis dispensationẽ cogitate, qualis factus est pp nos nõ qualis erat vt faceret nos, quicquid aũt sublime & supra oẽs creaturas excelsũm atq; diuinũ, & patri çquale atq; coæternũ ꝺ illo audieritis ĩ Euãgelio poni vel legeritis, scitote

vos

vos hoc legere quod ad formã Dei pertinet: non quod ad formã serui: quia si istam regulã tenueritis qui capere potestis: nõ autẽ oẽs capere potestis: sed omnes credere debetis: si ergo hãc regulã tenueritis, aduersus calũnias tenebrarũ hæreticarum, tanquã in lumine ambulantes securi pugnabitis. Non.n.defuerunt qui sola Euangelica testimonia legẽdo sectarẽtur, quæ de humilitate Christi posita sunt, qui aduersus ea testimonia, quæ de diuinitate locuta sunt, surdi fuerunt: iõ surdi vt male verbosi: Itẽ quidã attendentes, quę de dñi sublimitate dicta sunt, etiã ipsi misericordiam eius, qua homo factus est propter nos, & si legerunt non crediderunt, & ab hominibus inducta atq; falsa esse putauerunt, contendentes Deum tantummodo fuisse dominũ nostrum Iesum Christum, non ẽt hominẽ: alij sic, alij sic, vtriq; in errore. Catholica autem fides ex vtroq; verũ tenens quod tenet, & prędicans quod credit, & Deũ Christum intellexit, & hominẽ credidit: vtrunq; enim scriptũ est, & vtrunq; verũ est. Si Deũ tantũ dixeris Christũ, medicinã negas qua sanatus es: si hominẽ dixeris Christũ, potentiam negas, qua creata es. Vtrunq; igitur tene anima fidelis, & cor catholicũ: vtrunque crede, vtrũq; fideliter cõfitere: & Deus Christus est, & hõ Christus. Qualis Deus Christus? ęqualis patri, vnũ cũ patre. Qualis homo Christus? De virgine natus, trahens de homine mortalitatẽ, non trahens iniquitatẽ. Isti ergo Iudęi videbant hominem, nec intelligebant, nec credebant Deum, atq; inter cętera audistis iam quẽadmodũ ei dixerũt, Tu de teipso testimoniũ dicis, testimonium tuũ nõ est verũ: audistis etiã quid ille respõderit, cum hesterno die lectum esset, & pro nostris viribus disputatũ. Hodie verba eius hæc lecta sunt. Vos secũdũ carnẽ iudicatis.) Ideo, inquit, mihi dicitis, Tu de te testimoniũ dicis, testimoniũ tuũ non est verũ, quia secundũ carnẽ iudicatis, quia Deũ non intelligitis, & hominẽ videtis, & hominẽ persequendo Deũ latentẽ offenditis, ergo secundũ carnẽ iudicatis. Ideo vobis arrogans videor, quia ego de me testimoniũ perhibeo: omnis enim homo quando de se vult perhibere testimoniũ laudabile, arrogans & superbus videtur: ideo scriptũ est, Non te laudet os tuũ, sed laudet te os proximi tui: sed hoc hoi dictũ est: infirmi enim sumus, & apud infirmos loquimur, verum dicere & mentiri possumus, & si verũ dicere debemus, & mẽtiri tñ possumus cum volumus. Lux mentiri non potest, absit vt in lucis diuinæ splendore tenebræ mendacij reperiantur. Loquebatur ille tanquã lux, loquebatur tanquã veritas, sed lux in tenebris lucebat, & tenebrę eã non cõprehenderunt: ideo secundũ carnem iudicabant. Vos, inquit, secundũ carnem iudicatis. Ego non iudico quenquã.) Nõ ergo iudicat quenquam dominus Iesus Christus? Nonne ipse est quẽ confitemur resurrexisse tertia die, ascẽdisse in cęlũ: ibi sedere ad dexterã patris, inde esse venturũ ad iudicandos viuos & mortuos? Nonne ipsa est fides nostra, de qua dicit Apostolus, Corde creditur ad iustitiã, ore autẽ confessio fit ad salutem? Ergo qñ ista confitemur, contra dominũ loquimur? Nos dicimus venturũ iudicẽ viuorum & mortuorũ: ipse autẽ dicit, Ego nõ iudico quenquam. § Quæstio ista duobus modis solui põt, vt aut hoc intelligamus, non iudico quenquã: § ideſt modo, sicut dicit alio loco, Ego non veni vt iudicem mundũ, sed vt saluũ faciam mundũ: non iudicium suum negando, sed differendo. Aut certe quia dixerat, Vos secundũ carnẽ iudicatis, ita subiunxit, Ego non iudico quenquã: vt subaudias, secundũ carnẽ. Nullus ergo nobis contra fidem quã tenemus & annũciamus de iudice Christo, scrupulus dubitationis in corde remaneat. Venit Christus, sed primo saluare, postea iudicare, eos iudicãdo in pęnã q̃ saluari noluerũt eos perducendo ad vitam, qui credẽdo non respuerunt. Prima ergo dispensatio dñi nostri Iesu Christi medicinalis est, nõ iudicialis: nã si primo veniisset iudicatur⁹ neminẽ inueniisset cui prędmia iustitię redderet. Quia ergo vidit oẽs peccatores, & omnino neminẽ esse immunem à morte peccati: prius erat eius misericordia prærroganda, & post exerendũ iudiciũ, quia de illo cantauerat psalmus. Misericordiã & iudiciũ cantabo tibi dñe. Non enim iudicium ait & misericordiã, nã si primo esset iudiciũ, nulla esset misericordia: sed primo misericordia postea iudiciũ, Quæ est primo misericordia? Creator hoís hõ eẽ dignatus ẽ, factus estq; secerat, ne periret quẽ fecerat. Quid huic misericordię addi põt? Et tñ addidit, Parũ fuit ei

homi-

F

G

H

Pro. 27.

Rom. 10.

Ioan. 3.

Phili

Gala

Luc. 2

Psl. 100.

hoiem fieri, sed voluit ēt ab hominib. reprobari, parū fuit reꝓbari, & exhonorari, parū erat exhonorari & occidi, sed & hoc parum est, morte crucis. Nā & cū eius obedientiā vsque ad mortē factā cōmendaret Apostolus, parū illi fuit dicere, factus obediens vsq; ad mortē, non. n. qualemcūq;, sed addidit, mortē aūt crucis. Illa morte peius nihil fuit inter oīa genera mortiū. Deniq; vbi dolores acerrimi exagitant, cruciatus vocat, a cruce nominatus: pēdentes. n. in ligno crucifixi, clauis ad lignū pedib. manibusq; confixi, producta morte necabant, nō. n. crucifigi hoc erat occidi, sed diu viuebat in cruce, nō qa longior vita eligebat, sed qa mors ipsa protendebat, ne dolor citius finiret. Mori voluit ꝓ nobis, parū dicimus, crucifigi dignatus est, vsq; ad mortē crucis obediēs factus. Elegit extremū & pessimū genus mortis, qui oēm fuerat ablaturꝰ mortē. De morte pessima occidit oēm mortē, pessima. n. erat non intelligentib. Iudæis, nam à dño electa erat, ipsam. n. crucem suam signū habituros erat, ipsam crucem de diabolo superato tanq̄ trophęum in frontib. fidelium positurus, vt diceret Apostolus, Mihi aūt absit gloriari nisi i cruce dñi nostri Iesu Christi, per quem mihi mūdus crucifixus est, & ego mundo. Nihil erat tūc in carne intolerabilius, nihil est nunc in frōte gloriosus. Quid seruat fideli suo, qui talē honorē dedit supplicio suo? Deniq; modo in pœnis reorū nō est apud Romanos, vbi. n. dñi crux honorata est, putatum est qd & reus honoraret si crucifigeret. Qui ergo ideo venit, neminem iudicaut & mala passus est, pertulit iniustū iudicium, vt ageret iustum, sed in eo qd pertulit iniustū, misericordiæ fuit. Deniq; ita humilis factus est vt perueniret ad crucem, distulit qdem potentiā, sed publicauit misericordiā. Vnde distulit potētiā? Quia de cruce noluit descēdere, qui potuit de pulchro resurgere. Vñ publicauit misericordiā? quia pē dēs in cruce dixit, Pr̄ ignosce illis, qa nesciūt qd faciūt. Siue ergo ꝓp hoc, qa non venerat iudicare mūdū, sed saluare mūdū, dixit, Ego nō iudico quenq̄, siue quēadmodū commemoraui, qm̄ dixerat, Vos ſm carnem iudicatis, addidit, Ego non iudico quenq̄, vt intelligamus Christū non ſm carnē iudicare, sicut ab hominib. iudicatus est: nā vt agnoscatis iā & iudicem Christum, audite quod sequit, Et si iudico ego, iudicium meū verū est.) Ecce habes & iudicem, sed agnosce saluatorē, ne sentias iudicē. Quare aūt dixit iudicium suū verū esse? Quia solus, inquit, nō sum, sed ego & qui misit me pr̄. Dixi vobis fratres, qa Ioā. iste Euangelista sanctus multū alte volat, vix est eum mente cōprehendere. Misterium aūt altius volantis opus est vt cōmemorem charitati vestræ. Et apud Ezechielem Prophetā, & in Apocalypsi ipsiꝰ Ioā. cuius est hoc Euāgeliū, commemoraī aīal quadrupes, habens quatuor personas, hoīs, vituli: leonis, aquilę. Qui ante nos scripturarum sanctarum mysteria tractauerūt, pleriq; in hoc aīali, vel potius in his aīalib. quatuor Euangelistas intellexerunt. Leonē pro rege positum, qm̄ vr̄ leo rex esse quodammodo bestiarum, ꝓp potentiam & terribilē fortitudinem. Hæc persona tributa est Matthæo, qa in generationib. dñi regum serię prosecutus est, quemadmodum esset dñs per stirpem regiā de semine Dauid regis. Lucas autē qm̄ cœpit a sacerdotio Zachariæ sacerdotis, faciens mentionem patris Ioan. Bap. vitulo deputatus est, qa magna victima vitulus erat in sacrificiis sacerdotum. Marco homo Christus merito assignatꝰ est, qa neq; de regia ptāte aliqd dixit, neq; de sacerdotali cępit, sed tm̄ ab hoīe Christo exorsus est. Hi oēs propè de terrenis. i. de iis quæ in terra gesit dñs noster Iesus Christus, non recesserunt, de diuinitate eius perpauca locuti sunt tanquam in terra cum illo ambulātes. Restat aquila, ipse est Ioannes, sublimium prædicator, & lucis internæ atque æternæ fixis oculis contēplator, dicuntur enim & pulli aquilarum à parentibus sic probari, patris, scilicet vngue suspendi, & radiis solis opponi, qui firme cō emplatus fuerit, filius agnoscitur, si acie palpitauerit, tanquam adulterinus ab vngue dimittit. Iam ergo videte quā sublimia loqui debuit, qui est aquilæ comparatus, & tamen etiam nos humi repentes, infirmi & vix vllius momenti inter homines, audemus tractare ista, & ista exponere, & putamus nos aut capere posse cum cogitamus, aut capi dum dicimus. Quare ista dixi? forte enim post hæc verba quisquā mihi iuste dicat, Pone ergo codicem, quod excedit mēsuram tuam, quid sumis in manum tuam? quid ei committis linguam tuam? ad hoc respondeo, Multi hæretici abundant, &

Phili. 2. *Galat. 6.* *Luc. 23.* *Ezec. 1.* *Apoc. 4.*

K L M A

ad hoc eos Deus abundare permisit,ne semp lacte nutriamur,& in bruta infantia remaneamus. Quia.n.non intellexerunt quo commendaret diuinitas Christi sapuerut sicut voluerunt.Non aut recte sapiendo, fidelib. catolicis q̃nes molestissimas intulerunt,cepe rut exagitare & fluctuare corda fidelium. Ia tunc necessitas facta est spiritalib. viris, qui aliqd secundum diuinitatem dñi nostri Iesu Christi,non solum legerant in Euãgelio, sed et intellexerant,vt contra arma diaboli Christi arma proferet,& de Christi diuinitate adB uerus falsos fallacesq; doctores quãtis possent virib.apertissima conflictatione pugnarent,ne cum ipsi tacerent,alii perirent. Quicunque enim senserunt dñm nostrum Iesum Christum, aut diuersæ substantiæ esse quam pr̃ est, aut tm̃ esse Christum solum vt ipse sit pr̃,ipse sit filius,ipse sit spũssanctus,quicunq; etiam sentire voluerunt hoiem fuisse solum, non Deum factũ hoiem,aut ita Deũ vt in sua diuinitate mutabilem, aut ita Deum vt nõ & hoiem,à fide naufragauerũt,& de portu Ecclesiæ proiecti sunt, ne inquietudine sua naues secum positas frangerẽt. Quę res coegit, vt et nos minimi,& q̃tum ad nos ptinet,prsus indigni,q̃tum aut ad illius misericordiã, in aliquo dispensatorum eius numero constituti,non vobis taceamus, quod aut intelligatis,mecumque gaudeatis,aut si intelligere nondum valetis, credẽdo securi in portu maneatis.Dicam ergo,capiat qui potest, credat qui non potest.Tñ dicam quod ait dñs, Vos fm carnem iudicatis, ego non iudico quenquã,aut modo,aut secundũ carnem,sed & si ego iudico,iudiciũ meũ verũ est: Quare iuC diciũ meũ verũ est?Quia sol9 nõ sũ,inqt,sed ego & qui misit me pr̃. Quid ergo dñe Iesu? Si solus esses falsum esset iudiciũ tuũ,& ideo verũ iudicas,qa solus non es,sed tu & qui te misit pater. Quid rñsurus sum? Ipse rñdeat, Verum est,inqt,iudicium meum.Quare? qa solus non sum,sed ego & qui misit me pater mecum est.Si tecum est,quo te misit? Et misit,& tecum est,itane & missus nõ recessisti, itane & ad nos venisti, & ibi mansisti? Quo istud credit?quo capitur?ad hæc duo rñdeo, Quo capit,recte dicis,quo credit, non recte dicis.Imo ideo bene creditur, qa nõ cito capit:nam si cito caperet,non opus erat vt crederet,quia videret,ideo credis,quia non capis,sed credendo fis idoneus vt capias.Nã si non credis,nunq̃ capies, qa minus idoneus remanebis.Fides ergo mundat te, vt intellectus impleat te.Verũ est,inqt, iudiciũ meũ, qa solus nõ sum, sed ego & qui misit me pr̃. Ergo dñe Deus noster Iesu Christe missio tua incarnatio tua est,sic video,sic intelligo, postremo sic credo,nec arrogãtiæ sit dicere,sic intelligo. Prorsus & hic est dñs noster Iesus Christus,imo hic erat secundum carnẽ, modo hic est fm diuinitatem, & cum patre erat & à patre non recesserat. Qd̃ ergo dr̃ missus venisse ad nos incarnatio ipsius commẽdat, qa pater non est incarnatus. Nam Sabelliani dicti sunt quidam hæretici, qui vocantur & Patripassiani, qui dicunt ipsum patrem pas-D sum fuisse,noli tu catholice,si.n.fueris Patripassianus,non eris sanus. Ergo intellige missionem filii nominatã incarnationẽ filii, patrem aut incarnatum esse nõ credas, sed à filio incarnato patrẽ recessisse nõ credas. Ille carnẽ portabat,ille aut cũ filio erat. Si in cœlo pr̃, in terra filius, quo pater cũ filio erat? qa & pater & filius vbiq; erant:non.n.in cœlo sic est Deus,vt non sit in terra. Audi illum qui volebat fugere iudicium Dei,& nõ inueniebat quò,Quò ibo,inquit, à spiritu tuo,& *Psa. 138* à facie tua quo fugiã? si ascendero in cœlũ, tu ibi es.De terra erat qõ,audi quod sequit, si descẽdero ad infernum ades. Si ergo & in inferno dr̃ quod adsit, quid rerum remanet vbi non sit? vox enim Dei est apud Prophetam,Cœlum & terram ego impleo. Vbique *Hie. 23.* ergo est qui nullo clauditur loco, noli ab illo auerti,& tecum est.Si vis ad eum peruenire,noli piger esse amare,non.n.pedib.sed affectib.curris,vno loco manens venis, si cre-E dis & diligis,ergo vbique est. Si vbique est, quo cũ filio non est? Itane cum filio non est, qui si credis & tecum est? Vnde ergo verũ est iudicium eius, nisi quia verus est filius?Hoc enim dixit,Et si iudico, verum est iudicium meum,quia solus nõ sum,sed ego & qui misit me pater,tanquã diceret,Verum est iudicium meum,qa filius Dei sum: vnde probas quia filius Dei es?quia solus nõ sum,sed ego & qui misit me pater. Erubesce Sabelliane, audis filiũ,audis patrem. Pr̃ pr̃ est, filius filius est:nõ dixit, Ego sum pater, & ego ipse sum filius,sed solus non sum, inquit. Quare solus nõ es?quia mecum est pater. Ego sum,

& qui misit me pater, audis, ego sum, & qui me misit. Ne perdas personã, distingue personas, distingue intelligẽtiã, noli separare ꝑ sidia, ne iterum quasi fugiens Charybdim, in Scyllã incurras, vorabat. n. te gurges impietatis Sabellianorũ, vt diceres ipsũ esse patrẽ qui est filius, modo didicisti, solus non sum, sed ego & qui misit me pr̃. Agnoscis qa pr̃, pr̃ est, & filius, filius est. Bene agnoscis, sed
F noli dicere, pr̃ maior est, filius minor est, noli dicere, pr̃ autum est, filius argentum est. Vna substantia est, vna diuinitas, vna coæternitas, ꝑfecta æqualitas, dissimilitudo nulla. Nã si tm̃modo alterũ credideris esse Chr̃m, non eũ qui pr̃ est, & in aliquo tñ distantem fm naturam esse putaueris, à Charybdi qdẽ euasisti, sed in Scylleis scopulis naufragasti. in medio nauiga, vtrunq; periculosum latus cuita. Pr̃, pr̃ est, filius, filius est. Iam pr̃ pr̃ est, filius filius est, bene periculũ absorbentis gurgitis euasisti, qa ire in altera partẽ, vt dicas, Aliud est pr̃, filius aliud? Alius est recte dicis, aliud non recte: alius. n. est filius, qa nõ est ipse qui pr̃, & alius pr̃ qa nõ est ipse qui filius: nõ tñ aliud, sed hoc ipsum est & pr̃ & filius. Quid est, hoc ipsum est? Vnus Deus est. Audisti qa non sum solus, sed ego & qui misit me pr̃, audi qũo credas patrem & filium, audi ipsum filiũ, Ego & pr̃ vnum sumus, non dixit, pr̃ ego sum, aut ego & pr̃ vnum est, sed cum dicit, Ego & pr̃ vnũ sumus, vtrunq; audi, & vnũ & sumus, & à Charybdi & à Scylla liberaberis. In duob. istis verbis, ꝙ dixit, vnum, liberat te ab Arrio, ꝙ dixit, sumus, liberat te
G à Sabellio. Si vnum, non ergo diuersum, si sumus, ergo & pr̃ & filius: sumus. n. non diceret de vno, sed vnum non diceret de diuersis, ergo ideo verum est, inquit, iudiciũ meũ, breuiter vt audias qa, filius Dei sum, sed sic tibi ꝑsuadeo, inqt, qa filius Dei sum, vt intelligas qa me cũ est pr̃, non sic sum filius vt ipsum deseruerim, non ita hic sum, vt cũ ipso nõ sim, nõ ita ibi ille est, vt mecũ non sit. Formam serui accepi, sed formã Dei non amisi. Solus ergo, inqt, nõ sum, sed ego & qui misit me pr̃. Dixerat de iudicio, de testimonio vult dicere. In lege, inqt, vestra scriptum est, quia duorum hoium testimonium verũ est, Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me qui misit me pater.) Exposuit illis & legem si ingrati non

Ioan. 10.

Phili. 2.

essent. Magna. n. quçstio est fratres mei, & valde mihi vr̃ in mysterio res esse cõstituta, vbi Deus dixit, In ore duorũ vel trium testiũ stabit omne verbũ. Veritas quærit̃ per duos testes? Ita plane, sic se habet humani generis cõsuetudo, sed tñ fieri põt vt & duo mentiant̃. Susanna casta duob. falsis testib vrgebat̃, nun quid qa duo erãt, ideo falsi testes nõ erãt? De duob. dicimus aut de trib. vniuersus populus mentitus est cõtra Christũ. Si ergo populus cõstans ex magna hoium multitudine, falsus testis inuentus est, quo modo accipiendum
H est, In ore duorum vel trium stabit oẽ verbũ, nisi qa hoc modo per misterium trinitas cõmendata est, in qua est ꝑpetua stabilitas veritatis? Vis hr̃e bonã cãm? habeto duos vel tres testes, patrem & filium spm̃ sanctum. Deniq; qñ Susanna casta fœmina, fidelisq; coniux, duob. falsis testib. vrgebat̃, trinitas illi in conscientia atq; in occulto suffragabat̃, illa trinitas de occulto vnum testem Danielem excitauit, & duos conuicit. Ergo qa in lege vestra scriptũ est, duorum hoium testimonium verum esse, accipite nostrum testimonium, ne sentiatis iudicium. Ego. n. inquit, nõ iudico quenq̃, sed testimoniũ perhibeo de me, differo iudicium, non differo testimonium. Eligamus nobis fratres contra linguas hominum, contra infirmas suspitiones generis humani Deum iudicem, Deum testẽ, non. n. dedignatur testis esse qui iudex est, aut promouetur cum sit iudex, quoniam qui testis est, ipse iudex erit. Quare ipse testis? quia non quærit alium vnde cognoscat qui sit. Quare ipse iudex? quia ipse habet potestatem mortificandi, & viuificandi, damnandi & absoluendi, in gehennam præcipitandi, & in cœlo leuandi, diabolo coniungendi & cum angelis co- I
ronandi. Cum ergo ipse habeat hanc potestatem, iudex est, qa vero vt te cognoscat non quærit alium testem, qui tunc iudicabit te, modo videt te. Non est vnde illum fallas, cũ cœperit iudicare, non enim adhibes tibi aliquos falsos testes, qui iudicem illum possent circumuenire. Quando cœperit te iudicare Deus hoc tibi dicet. Qñ cõtemnebas, ego videbam, & qñ non credebas, sententiam meã nõ frustrabam, differebam, non auferebam, noluisti audire quod præcepi, senties quod prædixi, si autem audias quæ præcepi, non mala senties quæ prædixi, sed bona percipies

Deu. 19.

Deu. 13. Mat. 26.

quæ promisi, ne aliquem sane moueat quod ait, Verum est iudiciũ meum, qa solus non sum, sed ego & qui misit me pater, cum alibi dixerit, Pr̃ non iudicat quenq̃, sed omne iu- Ioan. 5. dicium dedit filio. iã in eisdem verbis Euangelii disputauimus, & nunc admonemus nõ hoc ideo dictum, qa pater non erit cũ filio iudicante, sed qm̃ bonis & malis in iudicio solus filius apparebit in ea forma, in qua pas sus est, & resurrexit, & ascendit in cœlũ, discipulis qppe tunc aspiciẽtib. ascendẽtem, K vox angelica sonuit. Sic veniet quẽadmodũ vidistis eũ euntẽ in cœlum. i. in forma hoĩs, Actor. 1. in qua iudicatus est, iudicabit, vt ẽt illud Pro Zach. 12. pheticũ impleat, Viderunt in quem pupuge- Ioan. 19. runt. Cũ vero euntib. iustis in vitam æternã, Apoc. 1. videbimus eũ, sicuti est, nõ erit illud iudiciũ Deu. 19. viuorum & mortuorũ, sed prẽmiũ tm̃modo viuorũ. Itẽ ne moueat qđ ait, In lege vestra scriptum est, quia duorũ hoĩum testimoniũ, verum est, & ideo quisquam existimet non fuisse illam legem Dei, quia non dictũ est in lege Dei, sciat ita dictum esse, in lege vestra, Mat. 6. tãq̃ diceret, in lege quæ vobis est data, à quo nisi à Deo? Sicut dicimus, Panem nostrum quotidianũ, & tũ dicimus, Da nobis hodie.

Ab eo qđ dictum est, Dicebant ergo, Vbi est pater tuus? vlq; ad id quod dictum est, Et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. Tract. XXXVII.

QVod in sancto Euangelio breuiter dr̃, nõ breuiter oportet exponi, vt quod audit intelligat. Verba. n. pauca dñi, sed magna sunt, non numero æstimanda, sed põdere, nec ideo contemnẽda qa pauca, sed ideo L quærenda qa magna. Qui assuistis hesterno die audistis, vt potuimus disputauimus ex eo qđ ait dñs, Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam. Sed & si iudico ego, iudicium meum verum est, qa solus nõ sum, sed ego, & qui misit me pater. In lege vestra scriptum est, qa duorum hoĩum testimoniũ verum est. Ego sum qui testimoniũ perhibeo de me, & testimonium perhibet de me qui misit me pr̃. Ex his verbis, hesterno, vt dixi die redditus est sermo aurib. & mentib. vestris. Hæc cum dñs dixisset, illi qui audierant, vos secundum carnem iudicatis, manifestauerunt, quod audierunt. Rñderunt. n. dño loquenti de Deo patre suo & dixerunt, Vbi est pater tuus?) Patrẽ Christi carnaliter acceperunt, qa verba Christi secundum carnem iudicauerunt. Erat aũt qui loquebat in aperto caro, in occulto verbum, homo manifestus, Deus occultus. Videbant indumentum, & contemnebant indutum. contemnebãt, qa nesciebãt, nesciebãt, qa non videbãt, non videbant, qa ceci erant, cęci erant, quia nõ credebant. Videamus ergo, & ad hæc dñs quid rñderit. Vbi est, inquiunt, pater tuus? audiuimus te dicere, Solus non sum, sed ego & M qui me misit pater. Nos solũ te videmus, patrem tuum tecum non videmus, qõ te dicis solum non esse, sed cum patre tuo esse? Aut ostẽde nobis tecum esse patrem tuũ. Et dñs:) Nunquid me videtis, vt patrem ostẽdam vobis? Hoc enim sequit, hoc suis verbis ipse respondit, quorum verborum expositionẽ nos ante præmisimus. Videte enim quid dixerit, Neque me scitis, neq; patrem meũ, si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis.) Dicitis ergo, vbi est pater tuus, quasi iam me sciatis, quasi totum hoc sim quod videtis. Ergo quia me non nostis, ideo vobis patrem meũ non ostendo. Me quippe hominem putatis, ideo patrem meum hominem quæritis, qa secundum carnem iudicatis: Quia ergo sm̃ quod videtis aliud sum, & aliud secundum quod non videtis, patrẽ autem meum loquor occultus occultum, prius est vt me noueritis, tunc & patrem meum scietis, si enim me sciretis, & patrem meum forsitan sciretis. Ille qui omnia scit, quando dicit, forsitan, non dubitat, sed increpat, attẽde enim quomodo increpatiue dicatur ipsum, forsitan, quod videtur esse verbum dubitationis. Seu dubita- A tionis verbum est quãdo dr̃ ab homine, ideo dubitante, quia nesciente, cum vero dicitur à Deo verbum dubitationis, cum Deum nihil vtique lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatur diuinitas. Homines enim de his rebus quas certas habent aliquã do increpatiue dubitant, ideſt, verbum dubitationis ponunt, cum corde non dubitent, velut si indigneris seruo tuo, & dicas, Contemnis me, cõsidera, forsitan dominus tuus sum, hinc & Apostolus ad quosdam contemptores suos loquẽs ait, puto autem quòd & ego spiritũ Dei habeo. Qui dicit, puto, dubitare 1. Co. 7. videtur, sed ille increpabat, non dubitabat. Et

ipse

ipse dominus Christus alio loco increpans infidelitatē futurā generis humani: Cū venerit, inqt, filius hois, putas inueniet fidē in terra? Lā q̄tum existimo, intellexistis quō sit positum, forsitā, ne quis verborum appensor & syllabarum examinator veluti Latine loqui sciens, reprehēdat verbū qđ dixit Dei verbū, & reprehendendo Dei verbū, nō eloquens, sed mutus remaneat. Quis.n. loquit sic quō loquit verbū qđ erat ī principio apud Deū? Noli verba ista cōsiderare, & ex his verbis assuetis illud verbū metiri velle qđ Deus est: audis.n. verbū & contemnis, audi Deū & time. In principio erat verbū. Tu reuocas ad vsū
B sermocinationis tuæ, & dicis apud te, Quid est verbū? Quid magnū est verbū? Sonat & trāsit: verberato aere aurē percutit, postea non erit. Audi adhuc verbū erat apud Deū, manebat, non sonādo transibat. Adhuc forte contemnis: Deus erat verbū. Apud teipsum ò homo, cū est in corde tuo verbū, aliud est q̄ sonus, sed verbum qđ est apud te vt transeat ad me, sonum quasi vehiculū quærit, assumit.n. sonum, imponit se quodāmodo in vehiculū, transcurrit aerem, venit ad me, nō recedit à te, sonus aūt vt venerit ad me, recessit à te, nec perstitit apud me, verbum. n. qđ erat in corde tuo, nunqd sono ptereunte præteriit? Qđ cogitabas dixisti, sed vt ad me pueniret qđ apud te latebat, syllabas sonuisti, sonō syllabarū perduxit ad aurē meam cogitationē tuā, per aurē meam descendit in cor meū cogitatio tua, sonus medius trāsuolauit, verbū verò illud qđ assumpsit sonum, antequā sonares, erat apud te, qa sonuisti, est apud me,
C & nō recessit à te. Hoc attēde, q̄squis examinator sonorum, verbū Dei cōtemnis, qa verbum hois non comprehendis. Scit ergo oīa per quem facta sunt omnia, & tū dubitando increpat, si me sciretis, forsitā, patrem meum sciretis. Increpat infideles, nam talem sniam dicit discipulis suis, sed ibi non est verbum dubitationis, qa non fuit causa increpandæ infidelitatis; nam quō dixit Iudæis, si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis: dixit & discipulis suis, qñ eum Philippus interrogauit, immo postulauit & ait, Dñe ostende nobis patrem, & sufficit nobis, quasi diceret & ipse, te iam nouimus, apparuisti nobis, vidimus te, dignatus es eligere nos, secuti sumus te, mirabilia tua vidimus, verba salutis audiuimus, præcepta suscepimus, promissa speramus, multum nobis conferre præsentia tua ipse dignatus es, sed tū cum te nouerim⁹, qa patrem nondum nouimus, inflammamur desiderio illius videndi quem nondum nouimus, ac per hoc quia te nouimus, sed nō nobis sufficit, donec & patrē nouerimus, oster de nobis patrem & sufficit nobis. Et dñs vt scirent non se nosse qđ se putabant iā nosse: tāto, inq̄t, tpe vobiscum sum, & me nescitis? Philippe qui me videt, videt & patrē meum. Nunqd habet ista snia verbum dubitationis? Nunqd dixit, qui me videt, forsitan videt & patrē. Quare? Quia fidelis audiebat, non fidei persecutor, ideo nō erat dñs increpator, sed doctor, Qui me videt, videt & patrē meū, & D hic, si me sciretis, & patrē meū sciretis. Tollamus verbū quo notata est infidelitas audiētiū, & ipsa snia est. Iam hesterno die commē dauim⁹ charitati vestræ, & diximus snias Ioānis Euangelistæ, qb. nobis narrat quod à dño didicit, nec discutiendas fuisse si fieri posset, nisi hæreticorum commenta compellerent. Breuiter ergo hesterno die insinuauim⁹ charitati vestræ esse hæreticos qui vocantur Patripassiani, vel a suo authore Sabelliani, hi dicunt ipsum esse patrem qui est filius, nomina diuersa, vnam vero esse personam cum vult pater est, inquiunt, cū vult filius, tñ vnus est. Iterum sunt alii hęretici qui vocanē Arriani: confitenē quidem vnicum patris filium dominum nostrum Iesum Christum, illum patrem filii, istum filium patris, eum qui pater est non esse filium, eum qui filius est, nō esse patrem: confitenē generationem, sed negant æqualitatem. Nos. i. catholica fides, veniens de doctina Apostolorum, plantata in nobis, E per seriem successionis accepta, sana ad posteros transmittenda, inter vtrosque. i. inter vtrunqs errorem tenuit veritatem. In errore Sabellianorum vnus est solus, ipse pater qui filius, in errore Arrianorum, alius est qdem pater, alius filius, sed ipse filius non solum alius, sed etiam aliud est, tu in medio qđ? Exclusisti Sabellianum, exclude & Arrianum: Pater, pater est: filius, filius est: alius, nō aliud: Ioan. 10. Quia ego & pater, inquit, vnum sumus, sicut etiam hesterno. die quantum potui commendaui. Cum audit, sumus, abscedat confusus Sabellianus, cum audit, vnum, abscedat confusus Arrianus, Gubernet catholicus inter

Luc. 18.

Ioan. 14.

Co. 7.

vtrunq; fidei ſuæ nauigium, qm̃ iam cauendum eſt in vtroq; naufragiũ. Dic ergo tu qđ
Ioan. 10. dicit Euangelium: Ego & pr̃ vnũ ſumus, non ergo diuerſum, qa vnũ, non vnus, qa ſumus. Paulo ante dixit, Iudicium meum verum eſt, qa ſolus nõ ſum, ſed ego & qui miſit me pr̃, tanq̃ diceret, ideo iudiciũ meum eſt verum, qa filius Dei ſum, qa verũ loquor, qa ipſa veritas ego ſum. Iſti carnaliter intelligẽtes dixerunt: Vbi eſt pater tuus? Modo audi Arriane, neque me ſcitis, neque patrem meum: quia ſine ſciretis, forſitan & patrẽ meũ ſciretis.
Ioan. 14. Quid eſt, ſi me ſciretis, & patrem meũ ſciretis: niſi, ego & pr̃ vnum ſumus? Qm̃ vides ali
F quem alicui ſimilẽ, intendat charitas veſtra, quotidiana locutio eſt, non fit vobis arduũ, qđ eſſe aduertitis vſitatum, qm̃ ergo vides ali quem alicui ſimilẽ, & noſti tu cui ſimilis ſit admirans dicis, qũo iſte homo ſimilis eſt illi homini? Hoc nõ diceres, niſi duo eſſent. Hic ille qui eum ignorat, cui tu iſtũ ſimilẽ dicis, Itane, inqt, ſimilis eſt? Et tu ad eum, Quid.n.? Tu illum nõ noſti? At ille: Non noui, inquit. Iã tu vt illum quẽ neſcit, ei notum facias, ex præſente quem cernit, rñdes & dicis, Hũc vidiſti, illũ vidiſti, nõ vtiq; qa hoc dixiſti, vnũ eſſe aſſeueraſti, & duos negaſti, ſed pp ſimili tudinẽ tale dediſti rñſum, iſtum noſti & illũ noſti, valde.n. ſimilis eſt, & nihil diſtat oĩno. Hinc & dñs. Si me, inqt, ſciretis, & patrem meum ſciretis, non qa pr̃ eſt filius, ſed qa patri ſimilis eſt filius. Erubeſcat Arrianus. Gratias dño qa & ipſe Arrianus receſsit ab erro re Sabelliano, & non eſt Patripaſsianus, non dicit ipſum patrẽ indutum carne veniſſe ad hoĩes, ipſum eſſe paſſum, ipſum reſurrexiſſe, & quodammodo ad ſe aſcẽdiſſe, hoc non di
G cit: agnoſcit mecũ patrẽ, patrẽ eſſe: & filiũ, filium eſſe: ſed ò frater, euaſiſti illud naufragiũ, quare tẽdis in alterum? Si pr̃ pr̃ eſt, filius filius eſt, quare dicis diſsimilẽ? quare diuerſum? quare aliã ſubſtantiã? Si diſsimilis eſſet, nunqd diceret diſcipulis ſuis: Qui me videt,
Ioan. 15. videt & patrẽ? Nunqd diceret Iudæis, ſi me ſciretis, & patrem meũ ſciretis? Vnde hoc verum eſſet, niſi & illud verum: Ego & pr̃ vnũ
Ioan. 10. ſumus. Hæc verba locutus eſt in Gazophylacio, docens in templo.) Magna fiducia ſine timore: non.n. pateret quod nollet, qui nec naſceret ſi nollet, deniq; quod ſequit. Et nemo apprehendit eum, qa nondum venerat hora eius.) Hoc item nõnulli cum audiunt, ſub fato fuiſſe dñm Chriſtũ & credunt, & dicunt. Ecce Chriſtus hẽbat fatum. O ſi cor tuũ non eſſet fatuum, nõ crederes fatum, ſi fatũ ſicut nõnulli intellexerunt, a fando dictum eſt, i. à loquendo, verbum Dei qũo habet fatum, qm̃ in ipſo verbo omnia ſunt quæ condita ſunt? Non.n. aliquid Deus conſtituit, qđ ante neſciuit, in verbo ipſius erat qđ factum eſt. Mũdus factus eſt, & factus eſt & ibi erat: qũo & factꝰ eſt & ibi erat? Quia domus quã ædificat ſtructor, prius in arte erat, & ibi melius erat ſine
H vetuſtate, ſine ruina, tũ vt oſtendat artem, fabricat domum, & proceſsit quodammodo domus ex domo, & ſi domus ruat, ars manet: ita apud Dei verbum erant oĩa quæ condita ſunt, quia oĩa in ſapientia fecit Deus, & cuncta nota fecit, non. n. quia fecit didicit, ſed quia noũerat fecit. Nobis quia facta ſunt, nota ſunt, illi niſi nota eſſent, facta non eſſent.
Pſa. 103. Præceſsit ergo verbum & qd ante vẽbũ Dei? Nihil omnino, nam ſi eſſet aliquid ante, non dictum eſſet. In principio erat verbum, ſed in principio factum eſt verbum. Denique de
Gene. 1. mundo quid ait Moyſes? In principio fecit Deus cœlum & terram, fecit quod non erat, ſi ergo fecit quod non erat, ante quid erat? In principio erat verbum. Et vnde cęlum & terra? Omnia per ipſum facta ſũt, tu ergo ponis Chriſtum ſub fato. Vbi ſunt fata? In cęlo, inquis, in ordine & conuerſionibus ſyderum, quomodo ergo fatum hẽt, per quem factũ eſt cœlum & ſydera? cum tua voluntas, ſi recte ſapias, tranſcendat & ſydera? An quia noſti Chriſti carnem fuiſſe ſub cœlo, ideo putas & poteſtatem Chriſti ſubditam cœlo? Audi ſtulte, nondum venerat hora eius, non qa
I cogeretur mori, ſed quia dignaretur occidi, noũerat enim ipſe quando deberet mori. Intendit omnia quæ prædicta ſunt de illo, & expectabat finiri omnia quæ prædicta ſunt ante eius paſsionem futura, vt cum impleta eſſent, tunc venerit paſsio diſpoſitionis ordine, non fatali neceſsitate. Denique audite vt probetis, inter cætera quæ de illo prophetata ſunt, ſcriptum eſt etiam hoc, Dederunt in
Pſal. 68. eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerũt me aceto. Quomodo facta ſint, in Euangelio noũimus, prius dederunt fel, accepit, guſtauit & deſpuit, poſtea in cruce pendẽs, vt omnia prædicta complerentur, ait, Sitio, acceperũt

ſpongiam

ſpongiam aceto plenam, in arundine ligaue
Ioan. 19. runt,& admouerũt pendenti, accepit ille & ait, Perfectum eſt. Quid eſt, perfectũ eſt? Impleta ſunt oĩa quæ ante paſsionem meã fuerant ꝓphetata, ergo adhuc ꝙd hic facio? Deniq; poſteaq̃ dixit, perfectum eſt, inclinato capite tradidit ſpm̃. Nunq̃d illi latrones iuxta confixi, qñ voluerunt, expirauerunt? Tenebant vinculis carnis, ꝙa non erant creatores carnis, clauis confixi diu cruciabant, infirmitati non dñabantur. Dñs autẽ qñ voluit, carnem in vtero virginali accepit, qñ voluit ad hoĩes proceſsit, quandiu voluit inter hoĩes vixit, qñ voluit à carne diſceſsit, hoc eſt poteſtatis, non neceſsitatis. Hanc ergo horã ille expectabat, nõ fatalem, ſed opportunã & voluntariam, vt prius oĩa complerent, quę ante paſsionẽ ipſius compleri oportebat: nam
Ioan. 10. qũo ſub fati neceſsitate poſitus erat, qui alio loco dixit, Ptãtem habeo ponẽdi aĩam meã,
K & ptãtem habeo iterum ſumẽdi eam. Nemo tollit eã à me, ſed ego ipſe pono eã a me, & iterum ſumo eam. Oſtendit hanc ptãtem, qñ eum Iudæi quærebant, quem quæritis, inq̃t? Et illi, Ieſum; & ille, Ego ſum, qua voce audi
Ioan. 17. ta, redierũt retro, & ceciderũt. Dicit aliqs: ſi
Mat. 37. hæc in illo poteſtas erat, quare cum Iudæi in ſultarẽt pendẽti, & dicerent, Si filius Dei eſt, deſcendat de cruce, non deſcendit, vt eis ſuã ptãtem deſcendẽdo monſtraret? Quia patiẽtiam docebat, iõ potentiam differebat: ſi.n. quaſi commotus ad eorum verba deſcenderet, victus conuitiorum dolore putarẽt. Prorſus non deſcendit, fixus permanſit, qñ voluit abſceſſurus: nam quid ei magnũ fuit de cruce deſcendere, qui potuit de ſepulcro reſurgere? Intelligamus ergo nos ꝙb. hoc miniſtratum eſt, potẽtiam dñi noſtri Ieſu Chriſti occultã tũc, manifeſtã futurã in iudicio: de quo
Pſal. 49. dictũ eſt, Deus manifeſtꝰ veniet, Deus noſter & nõ ſilebit. Quid eſt Deus manifeſtꝰ veniet? Quia venit occultus, veniet manifeſtꝰ Deus noſter, hoc eſt Chriſtus, & non ſilebit, quid eſt, nõ ſilebit? Quia primo ſiluit, vbi ſiluit? qñ
Eſaiæ. 53 L indicatus eſt, vt etiã, hoc impleret, quod & Propheta prædixerat, Sicut ouis ad immolãdum ductus eſt, Vt ſicut agnus corã tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum. Si ergo pati nollet, non pateretur, ſi non pateret, ſanguis ille nõ funderet, ſi ſanguis ille nõ funderet, mundus non redimeret. Agamus itaq; gratias & poteſtati diuinitatis, & miſerationi infirmitatis eius, & de occulta potentia quam Iudæi non nouerant, vnde illis modo dictum eſt, neq; me noſtis, neq; patrẽ meũ, & de carne ſuſcepta quam Iudæi nouerant, & eius patrem ſciebant. Vnde illis alio loco dixit, Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis, vtrunq; nouerimus in Chriſto, & vnde ęqualis eſt patri, & vnde illo maior eſt pater. Illud verbũ eſt, illud caro, illud Deus eſt, illud homo, ſed vnus eſt Chriſtus Deus & homo. Ioan. 7.

Ab eo quod dictum eſt, Dixit ergo eis Ieſus, Ego vado & quæretis me vſq; ad id quod dictũ eſt, Dixit eis Ieſus, Principium qui & loquor vobis. Tract. XXXVIII.

LEctio ſancti Euãgelii q̃ preceſsit hodiernã ita concluſa erat, ꝙa locutus eſt docens in gazophylatio dñs q̃ voluit, & q̃ audiſti, & nemo apprehendit eum, quia nondũ venerat hora eiꝰ. Hinc diſputatum eſt dñico M die, qđ ipſe donare dignatus eſt. Intimauimꝰ charitati veſtræ quare dictũ ſit, Nondũ venit hora eius, ne poſitũ Chr̃m ſub aliqua neceſsitate fatali vlla ĩpietas auderet ſuſpicari, non dũ. n. venerat hora qua ex ordine ſuo ꝓfm ea quæ ꝓdicta ſunt de illo, non mori cogeret in uitus, ſed occideret paratus. Modo aũt de ipſa paſsione ſua, q̃ poſita erat, non in eius neceſsitate, ſed ptãte: Locutus eſt Iudæis dicẽs, ego vado.) Chr̃o. n. dño mors profectio fuit illò, vñ venerat & vñ non diſceſſerat. Ego, inquit, vado, & quæretis me:]nõ deſiderio ſed odio: nã illum poſteaq̃ abſceſsit ab oculis hoĩum inquiſierũt, & qui oderant, & q̃ ama
Pſa. 141 bant. Illi ꝓſequendo, illi hr̃e cupiẽdo. In Pſalmis ait ipſe dñs per Prophetam: Periit fuga à
Pſal. 39. me, & nõ eſt qui requirat aĩam meã: & iterũ ait alio Pſalmo: Cõfundant̃ & reuereant̃ requirentes aĩam meã, culpauit qui non requirerent, dãnauit requirentes, bonũ eſt. n. quærere aĩam Chriſti, ſed qũo eam quæſierũt diſcipuli: & malũ eſt quęrere aĩam Chriſti, ſed qũo eam Iudæi quæſierũt. Illi. n. vt haberẽt, iſti vt ꝓderent, deniq; iſti ꝙa ſic quęrebãt more malo, corde peruerſo, qd ſecutus adiũxit? A Quæretis me, & ne putetis ꝙa bene me quæretis, In peccato veſtro moriemini. Hoc eſt Chriſtum male quærere, in peccato ſuo mori: hoc eſt, illum odiſſe per quem poſſet ſolũ ſaluus eſſe. Cum. n. homines quorum ſpes in

Deo est, non debeant mala reddere nec pro malis, & reddebãt illi mala pro bonis. Prænũciauit ergo illis dñs, dixitq; sniam præscius, qp in suo peccato morerent: deinde adiũxit, Quò ego vado, vos nõ potestis venire.) Hoc & dñs discipulis suis alio loco dixit, nec tñ eis dixit, in peccato vestro moriemini. Quid
Ioan. 13. aũt dixit? Qđ & istis: quò ego vado, vos non potestis venire, non abstulit spem, sed prædixit dilationẽ, qñ. n. hoc discipulis dñs loquebat, tunc non poterant venire quò ille ibat,
B sed postea venturi erant, isti aũt nunquam, qb. præsci⁹ dixit, In peccato vestro moriemini: His auditis verbis, qũo solent carnea cogitantes, & fm carnem iudicantes, & totum carnaliter audientes atq; sapientes dixerunt. Nunqd interficiet semetipsum qa dixit, quo ego vado vos non potestis venire?) Stulta verba & oĩno insipientiæ plena. Quid. n.? Nõ poterant illò venire quò ille perrexisset, si interficeret semetipsum, nunqd ipsi nõ erant morituri? Quid est ergo, nunqd interficiet semet ipsum, qa dixit, quò ego vado vos non potestis venire? Si de morte hois diceret, quis homo non moritur? Ergo quò ego vado dixit, non eum itur ad mortem, sed quo ibat ipse post mortem. Illi itaq; non intelligentes, ista rñderunt, & dñs ad eos qui terram sapiebant qđ ait? Et dicebat eis, Vos de deorsum estis:) Ideo terram sapitis, qa sicut serpẽtes terram manducatis: quid est, terram mãducatis? Terrenis pascimini, terrenis delectamini, terrenis inhiatis, sursum corda nõ habetis. Vos de deorsũ estis: Ego de supernis sum, vos de mũdo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.]
C Qũo. n. erat de mundo per quem factus est mundus? Oẽs de mundo post mundum, quia prius mundus, & sic homo de mundo. Prius
Ioan. 1. aũt Christus, deinde mundus, qũo ante mundum Christus, ante Christum nihil? Quia in principio erat verbum, oĩa per ipsum facta sunt, si ergo erat ille de supernis, de qb. supernis? de aere? Absit, ibi & aues volitãt, de cẽlo quod videm⁹? Et hoc absit, ibi & stellæ & sol & luna circumeunt, de angelis? neq; hoc intelligatis, per illum & angeli facti sunt, per quem omnia facta sunt, de quib. ergo supernis Christus? Ab ipso patre nihil illo Deo superius, qui verbũ genuit æquale sibi, coæternum sibi vnigenitum, sine tempore, per quẽ cõderet tempora, sic ergo accipe Christum de supernis, vt excedas cogitatione tua omne quod factum est, vniuersam omnino creaturam, omne corpus oẽm condítum spiritũ, omnem rem quoquo modo mutabilem. Totum excede, sicut excessit Ioannes, vt cõtingeret, In principio erat verbum, & vebũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ. Ego ergo, in- Ioan. 1.
qt, de supernis sum, vos de hoc mundo estis, ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris.] Exposuit nobis fratres quid intelligi voluerit, vos de hoc mũdo estis: Ideo qppe dixit, Vos D
de hoc mũdo estis:]qa peccatores erant, qa iniqui erãt, qa infideles erant, qa terrena sapiebãt, nã qđ vobis vr̃ de sanctis Apostolis? Quantũ intererat inter Iudæos & Apostolos? q̃tum inter tenebras & lucẽ, q̃tum inter fidẽ & infidelitatẽ, q̃tum inter pietatẽ & impietatẽ, q̃tum inter spẽ & desperationẽ, q̃tum inter charitatem & cupiditatẽ, multũ ergo intererat. Quid ergo qa tm̃ intererat, Apostoli de mundo nõ erant? Si cogites qũo nati sint, & venerint, qa oẽs ex Adam venerãt, de hoc mũdo erãt, sed quid eis ait ipse dñs? Ego vos de hoc mũdo elegi. Qui ergo de mũdo erãt, facti sunt non de mundo, & pertinere cœpe Ioan. 15.
runt ad eũ per quẽ factus est mũdus. Isti aũt remãserunt esse de mũdo, quib. dictũ est: moriemini in peccatis vestris. Nemo ergo dicat Lng.
fratres, de hoc mundo nõ sum, qsquis es hõ, de hoc mũdo es, sed venit ad te qui fecit mũdum, & liberauit te de hoc mũdo, si delectat te mundus, semper vis esse immundus, si aũt iam nõ te delectat hic mundus, iam tu es mũdus, veruntñ si per aliquam infirmitatem ad huc te delectat mundus, habitet in te qui mũ E
dat, & eris mundus, si autem fueris mundus, non manebis in mundo, nec audies qđ audierunt Iudęi, moriemini in peccatis vestris. Omnes. n. cum peccato nati sumus, omnes viuẽdo ad id qđ nati eramus, addidimus, magisq; de mundo facti sumus, q̃ tunc qñ de parentib. nostris nati sumus. Et vbi essemus, si ille non veniret, qui nõ habebat omnino peccatum, vt solueret omne peccatum? In quem iudæi quia non credebant, merito audierũt, moriemini in peccatis vestris. Quia non habere peccatum nullo modo potuistis, qui cũ peccato nati estis, sed tamen si in me, inquit, crederideritis, cum peccato quidem nati estis, sed in peccato vestro morituri nõ estis. To-

ta

ta ergo infœlicitas Iudæorum ipſa erat, non peccatum hr̃e, ſed in peccatis mori. Hoc eſt quod debet fugere omnis Chriſtianus. Propter hoc ad baptiſmum curr̃it, p̃p hoc qui ægritudine vel aliunde periclitan̄, ſibi deſiderant ſubueniri, p̃p hoc etiam ſurgens parnulus à matre piis manib. ad Eccleſiam ferr̃, ne ſine baptiſmo exeat, & in peccato quo natus eſt moriat. Infœliciſſima conditio, miſera ſors iſtorum, qui de ore veridico audierunt, in peccatis veſtris moriemini. Vnde tñ
F hoc eis contingat, exponit: Si enim nõ credideritis q̃a ego ſum moriemini in peccatis veſtris.) Credo fratres in illa multitudine, quæ dñm audiebat, & eos fuiſſe q̃ crediturí erãt, quaſi aũt in omnes proceſſerat ſeueriſsima illa ſnĩa, in peccato veſtro moriemini, ac p̃ hoc & illis qui crediturí erant, ſpes erat ablata. Illi ſæuiebant, illi timebant, immo non timebant, ſed etiam deſperabant. Reuocauit eos in ſpem, adiunxit enim ſi non crediderítis qnia ego ſum, moriemini in peccatis veſtris. Ergo ſi crediderítis q̃a ego ſum, nõ moriemini in peccatis veſtris. Reddita eſt ſpes deſperantib. excitatio facta eſt dormientib. cordib. euigilauerunt inde plurimi, crediderunt, ſicut Euangelii ipſius conſequentia teſtatur. Erant. n. illic membra Chriſti, quæ nõ-
Luc. 25 dum adhæſerant corpori Chriſti, & in illo populo à quo crucifixus eſt, à quo in ligno ſuſpenſus eſt, à quo pẽdens irriſus eſt, à quo lãcea vulneratus eſt, à quo felle & aceto potatus eſt, erant membra Chriſti pro q̃b. dixit: Pater, ignoſce illis, q̃a neſciunt quid faciunt. Quid aũt cõuerſo non ignoſcit, ſi ſuſus Chriſti ſanguis agnoſcit? Quis homicidia deſperet, ſi in ſpem redditus eſt à quo ẽt Chriſtus
G occiſus eſt? Crediderunt inde multi, donatus eſt eis ſanguis Chriſti, vt magis eum biberent quo liberarentur, q̃ rei de illo effuſo tenerent. Quis diſperet, ſi in cruce latro ſaluatus eſt? ante paululum homicida, poſt paululum accuſatus, conuictus, damnatus, ſuſpenſus, liberatus, noli mirari, vbi conuictus ibi dãnatus, ſed ibi liberat⁹ vbi mutatus. In hoc ergo populo cui dñs loquebat, erant qui in peccato ſuo fuerant morituri, erant etiã qui in ipſum q̃ loquebat fuerant crediturí, & ab omni peccato liberandi, tñ hoc attẽde quod ait dñs Chriſtus: Si non crediderítis quia ego ſum, moriemini in peccatis veſtris: quid eſt, ſi nõ crediderítis q̃a ego ſum? Ego ſum, q̃d? Nihil addidit, & q̃a nihil addidit, multũ eſt q̃d̃ commendauit, expectabat q̃; n. vt diceret quid eſſet, nec tñ dixit, q̃d expectabat vt diceret? Forte, niſi crediderítis q̃a ego ſum Chr̃s, niſi crediderítis quia ego ſum Dei filius, niſi crediderítis q̃a ego ſum verbum patris, niſi crediderítis q̃a ego ſum conditor mũdi, niſi *Exod. 3.* crediderítis q̃a ego ſum hoĩs formator & reformator, creator & recreator, factor & refactor, niſi hoc crediderítis, quia ego ſum, moriemini in peccatis veſtris, multũ eſt q̃d̃ ait ipſe ego ſum, q̃a ſic dixerat dñs Moyſi: Ego H ſum q̃ ſum. Quis digne eloquat, q̃d ſit, ſum? Mittebat Deus p̃ angelum ſuum, ſeruũ ſuum Moyſen ad liberandum ex Aegypto populũ ſuũ. Legiſtis q̃d̃ audiſtis & noſtis, cõmemoro tñ, mittebat trementẽ, excuſantẽ, ſed obedientẽ. Cũ ergo excuſaret ait Deo, quẽ loqui in angelo intelligebat, ſi dixerit mihi populus, & q̃s eſt Deus qui miſit te, q̃d dicam eis? Et dñs ad eũ, Ego ſum qui ſum, & repetiuit, Dices filiis Iſrael, qui eſt, miſit me ad vos: nõ ait ibi, ego ſum Deus, aut, ego ſum mundi fabricator: aut, ego ſum oĩum rerum creator: aut, ego ſum ipſius populi liberandi propagator, ſed hoc tñ, ego ſum qui ſum, & dices filiis Iſrael, qui eſt, nõ addidit qui eſt Deus veſter, qui eſt Deus patrũ veſtrorũ, ſed tñ hoc dixit, q̃ eſt miſit me ad vos. Forte multũ erat & ad ipſum Moyſen, ſicut multum eſt & ad nos, & multo magis ad nos intelligere quid dictum ſit, ego ſum qui ſum, & qui eſt, miſit me ad vos. Et ſi forte caperet Moyſes, illi ad quos mittebat q̃ñ caperẽt? Diſtulit ergo dñs q̃d̃ capere homo nõ poſſet, & addidit quod capere poſſet, adiunxit. n. & ait: Ego ſum De⁹ Abrahã, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. Hoc potes capere: nã ego ſum qui ſum, quę mens I poteſt capere? Quid ergo nos? Audebim⁹ ne aliquid dicere ex hoc quod dictum eſt, ego ſum qui ſum? Vel potius ex hoc quod dñm dicere audiſtis, niſi crediderítis quia ego sũ, moriemini in peccatis veſtris? Itane his verbis * meis tantillis & penè nullis audebo diſputare, quid ſit quod ait dñs Chriſtus, niſi crediderítis quia ego ſum? Audebo ipſum dñm interrogare, audite me interrogantem potius q̃ diſputãtem, magis querẽtem quàm præſumentẽ, potius diſcẽtẽ q̃ docentẽ, & certe in me vel per me etiam vos interrogate.

Alias uiribus.

Præ-

Præstò est etiam ipse dñs & qui vbiq; est, audiat interrogandi affectum & intelligendi pstet effectum: nam & ego qb. verbis & si forte aliqd capiõ perducete possum qđ capio ad corda vestra? quisnam sufficit sonus, quæ suppetit eloquentia, quæ vires intelligendi, quæ facultas proferẽdi? Dicam ergo dño nostro Iesu Christo, dicam, & audiet me, credo
Mat. 28. præsentem, oĩno non dubito, ipse. n. dixit, Ecce ego vobiscum sum vsq; ad cõsummationem seculi: O dñe Deus noster, quid est qđ aisti, nisi crediderit is quia ego sum? Quid n.
K non est eorũ quæ fecisti? nunqd cœlum non est? nunqd terra non est? nunqd non sunt ea q̃ in terra & cœlo sunt? nunqd homo ipse cui loqueris non est? nunqd angelus quẽ mittis non est? Si oĩa sunt hęc quæ per te facta sunt, quid est qđ tibi proprium quiddam tenuisti ipsum esse, qđ aliis non dedisti, vt tu solus esses? Nam qũo audio ego sum qui sum, quasi alia non sint? Et qũo audio, nisi crediderit is qa ego sum? Illi non erãt qui audiebant? Et si peccatores erant hoies erant, qd ergo facio? qd sit ipsum esse, dicat cordi, intus dicat, intus loquat̃, homo interior audiat, mẽs capiat, vere esse, est. n. semp eodem modo esse. Res enim quælibet) oĩno quasi cœpi disputare, & destiti quærere, forte qđ audiui volo loq, auditui meo det exultationem & vestro cũ loquor) res enim quelibet prorsus qualicũq; excellentia si mutabilis est, nõ vere est, nõ. n. est ibi verum esse, vbi est, & non esse: quicquid. n. mutari põt, mutatum non est quod erat, si non est qđ erat, mors ùdam ibi facta est peremptum est aliqd, ibi qđ erat, & non est. Nigredo mortua est in capite albescentis senis, pulchritudo mortua est in corpore fes
fi & incurui senis, mortuæ sunt vires in cor-
L pore languẽtis, mortua est statio in corpore ambulantis, mortua est ambulatio in corpore stãtis, mortua est ambulatio & statio ĩ corpore iacẽtis, mortua est ambulatio in lingua tacẽtis. Quicqd mutat̃ & est quod nõ erat, video ibi q̃dã vitã in eo qđ est, & mortẽ in eo qđ fuit, deniq; de mortuo cum dr̃, vbi est hõ ille? rñdetur, fuit. O veritas q̃ vere es, nam in omnib. & actionib. & motibus nostris, & in omni prorsus agitatione creaturæ duo tẽpora inuenio, p̃teritum & futurum, præsens q̃ro, nihil stat, qđ dixi iam nõ est qđ dicturus sum, nondum est: qđ vixi, iam non est, quod victurus sum, nondum est. Præteritum & futurum inuenio in omni motu rerũ, in verita
te quæ manet, præteritũ & futurũ non inuenio, sed solum prẽsens, & hoc incorruptibili-
Ioan. 17. ter, qđ in creatura non est: Discute rerũ mutationes, inuenies fuit & erit, cogita Deũ, inuenies est, vbi fuit & erit, esse non posit. Vt ego & tu sis, trãscende tps, sed quis transcendet virib. suis? Leuet illuc ille qui patri dixit: Volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecũ. Hoc itaque promittens ne moriamur in peccatis nr̃is, nihil aliud dñs Iesus Christus mihi vr̃
his verbis dixisse, nisi crediderit is quia ego M
sum, prorsus nihil aliud mihi videtur his verbis dixisse q̃ hoc, nisi crediderit is quia Deus ego sum, moriemini in peccatis vestris. Bene, Deo gratias, qa dixit, nisi crediderit is, nõ dixit, nisi ceperit is, quis. n. hoc capiat? Aut vere qa ausus sum dicere, nisi estis intelligere, aliqd de tanta ineffabilitate cepistis, si ergo non capis fides te liberat: Ideo & dñs nõ ait, nisi ceperit is qa ego sum, sed qđ poterant̃ dixit, nisi crediderit is qa ego sum, moriemini in peccatis vestris. Et illi semp terrena sapiẽtes & semper secundum carnen audientes & rñdentes, Quid ei dixerunt? Tu quis es? Non enim cũ dixisti, nisi crediderit is quia ego sũ, addidisti quid esses, quis es vt credamus? Et ille, principium.] Ecce qd est esse principiũ, mutari non põt, principium in se manet & innouat oĩa, principium est, cui didũ est, Tu Psa. 101.
aũt idẽ ipse es, & anni tui nõ deficient. Principium ait, Qui & loquor vobis.) Principiũ me credite, ne moriamini in peccatis vestris: tanquam. n. in eo quod dixerunt, tu quis es? Nihil aliud dixerunt, q̃ qd te esse credimus? Rñdit, principium. i. principiũ me credite. In Græco nanq; eloquio discernitur, quod non põt in Latino. Apud Grẹcos enim fẹmi A
nini generis est princpiũ, sicut apud nos lex generis fẹminini est, q̃ apud illos est masculini, sicut sapientia & apud nos & apud illos generis fœminini est. Consuetudo locutionis ideo p̃ diuersas linguas variat genera vo
cabulorum, quia in ipsis rebus non inuenis 1. Co. 1.
sexum. Non enim sapiẽtia vere fœmina est, cum Christus̃ sit Dei sapientia, & Christus appelletur genere masculino, sapientia fẹmi
nino, cum ergo dicerent Iudæi: Tu quis es? ille qui sciebat esse ibi quosdam credituros, & ideo dixisse, tu quis es? vt scirent quid illũ

crede-

credere deberent, respondit, principiũ, non tanquam diceret, principiũ sum: sed, tanq̃ diceret principiũ me credite. Qđ in sermone Græco, vt dixi, euidẽter apparet, vbi fœmini ni gñis est principiũ, velut si vellet dicere se esse veritatẽ, & dicentib. tu quis es? rñdit, veritatem, cum videret ad id qđ dictum est, tu quis es? rñdere debuisse, veritas. i. veritas sũ, sed altiꝰ rñdit, cum videret eos ita dixisse, tu qs es? ac si dicerent, qm̃ abs te audiuimus, ni
B si crediderit̃is qa ego sum, qd te esse credemus? Ad hoc rñdit, principium, tanquam diceret, principium me credite. Et addidit, qui & loquor vobis. i. quia humilis pp vos factꝰ ad ista verba descẽdi: nã si principium sicuti est, ita maneret apud patrem, & non acciperet formam serui, & homo loqueret̃ homini bus, qũo ei crederent, cum infirma corda intelligibile verbum sine voce sensibili audire nõ posint? Ergo inquit, credite me esse principium, qa vt credatis nõ solũ sum, sed & loquor vobis, sed de hac re iã multum est loq vobis: placeat itaq; charitati vestræ, vt qđ restat: illo adiuuãte seruemꝰ crastino reddituri.

Ab eo qđ dictũ est, Multa hẽo de vobis loqui & iudicare, sed q misit me verax est, vsq; ad id qđ dictũ est, Et non cognouerũt qa patrẽ eius dicebat Deũ. Tract. XXXIX.

VErba domini nostri Iesu Christi quę habuit cum Iudæis, ita moderans loquelam suam, vt cæci nõ viderent, & fideles oculos aperirent, quæ hodie de sancto Euãgelio recitata sunt, ista sunt: Dicebant ergo Iudæi,
C tu quis es?) Quia dixerat supra dñs, nisi crediderit̃is, qa ego sũ, moriemini in peccatis vestris. Ad hoc ergo illi: Tu quis es? veluti quærentes nosse in quem haberent credere, ne in suo peccato morerentur. Rñdit) dicentib. tu qus es? Et ait, principium qui loquor vobis.] Si se dixit dominus esse principium, quæri põt vtrum & pater principium sit? Si. n. filius principium est qui habet patrem, quanto facilius intelligendus est Deus pater esse principium qui habet qdem filium cui pater sit sed nõ habet de quo sit, filius enim patris est filius, & pater vtique filii pater est, sed Deus de Deo filius dicitur, lumen de lumine filius dr̃. Pater dr̃ lumen, sed non de lumine, pater dr̃ Deus, sed nõ de Deo, si ergo Deꝰ de Deo, lumen de lumine principium est, quanto facilius intelligit principium, lumẽ de quo lumen, & Deus de quo Deus? Vr̃ itaq; absurdũ charissimi, vt filium dicamus principium, & patrem principium non dicamus, sed quid agamus? Nunqd duo erunt principia? Cauendum est hoc dicere. Quid ergo? Et si pr̃ principium, & filius principium, qũo non duo principia? Qũo dicimus patrem Deum & filium Deum, nec tñ dicimus duos Deos, nephas est. n dicere duos Deos, nephas est dicere tres Deos, & tñ qui pater est, non est filius, D
qui filius est, nõ est pater, spũs aũt sanctus patris & filii spũs, nec pater est nec filius. Quanuis ergo, sicut aures catholicę sunt eruditę in gremio matris Ecclesiæ, nec ille qui est pater sit filius, nec ille qui est filius sit pater, nec spiritussanctus patris & filii sit, vel filius vel pater tres Deos tñ esse non dicimus, quãuis de singulis si quæratur, necesse est de quocunq; interrogati fuerimus, Deum esse fateamur. Et absurda ista videntur hominib. solita trahentib. ad insolita, visibilia, ad inuisibilia, creaturam comparantib. creatori. Interrogãt enim nos aliqñ infideles & dicunt, patrem quem dicitis? Deum dicitis? rñdemus Deum, filium quem dicitis, Deum dicitis? rñdemus Deum: spiritumsanctum quem dicitis, Deum dicitis? rñdemus Deum: Ergo, inquiunt, pater & filius & spũssanctus tres sunt dii? rñdemus, non. Turbanr̃, quia non illuminanr̃, cor clausum habent, quia clauem fidei non habent. Nos ergo fratres fide præcedente, quæ sanat oculum cordis nostri, qđ intelligimus sine obscuritate capiamus, qđ non intelligimus, sine dubitatione credamus. A fundamento fidei non recedamus, vt ad culmen perfectionis veniamus, Deus est pater, Deus est filius, E
Deus est spũs sanctus. & tamen pater non est qui filius, nec filius est qui pater, nec spiritus sanctus patris & filii spiritus, aut pater est aut filius. Tinitas vnus Deus, Trinitas, vna æternitas, vna potestas, vna maiestas, tres personæ, sed non tres dii. Nunc mihi calumniator respondeat, quid ergo tres? Si. n. tres ait, oportet dicas, quid tres? Respõdeo. Pater & filius & spiritus sanctus. Ecce, inquit, tres dixisti, sed quid tres exprime, immo tu numera? Nã ego compleo tres, cum dico pater & filius & spiritus sanctꝰ. Id enim quod pater ad se est, Deus est, quod ad filiũ est, pater est, qđ filius

ad seip-

ad ſeipſum eſt, Deus eſt, quod ad patrem eſt filiꝰ eſt. Iſta q̄ dico poteſtis de ſimilitudinib. agnoſcere quotidianis. Homo & alter hō, ſi ille ſit pr̄, ille filius, qđ homo eſt ad ſeipſum eſt, quod pr̄ eſt, ad filiū eſt, & filius quod homo eſt ad ſeipſum eſt, qđ aūt filius eſt, ad patrem eſt, pater. n. nomē eſt dictum ad aliqd, & filiꝰ ad aliqd, ſed iſti duo hoīes ſunt. At vero pr̄ Deus ad aliqd eſt pater. i. ad filiū, & filius Deus ad aliquid eſt filius. i. ad patrē, ſed non qūo illi duo hoīes ſunt, ſic iſti duo dii. Quare hoc non ita eſt ibi? Quia illud aliud, hoc aūt aliud eſt, qa illa diuinitas eſt, hæc hu
F manitas. Eſt ibi aliquid ineffabile, qđ verbis explicari non poſsit, vt & numerus ſit, & numerus non ſit, videte. n. ſi non quaſi apparet numerus, pr̄ & filius & ſpūs ſanctus trinitas, ſi tres, qd tres? Deficit numerus, ita Deus nec recedit a numero, nec capit̄ numero, quia tres ſunt, tanq̄ eſt numerus, ſi quæris q tres?
Pſa. 146 Nō eſt numerus, vñ dictum eſt: Magnus dñs Deus noſter & magna virtus eius, & ſapientiæ eius nō eſt numerus. Vbi cogitare cœperis, incipis numerare, vbi numeraueris qd numeraueris non potes rñdere. Pater, pater eſt, filius, filius eſt, ſpūs ſanctus, ſpūs ſanctus eſt. Quid ſunt iſti tres? pr̄ & filiꝰ & ſpūs ſanctus: nō tres dii? non: Non tres omnipotentes? nō. Non tres mundi creatores? non. Ergo omni potēs pater? omnipotēs plane. Ergo & filius non omnipotēs? & filius omnipotens plane. Ergo ſpūs ſanctus non omnipotens? & ipſe oīpotens, tres ergo oīpotentes? Nō, ſed vnus oīpotens. Hoc ſolo numerū inſinuant q̄ adinuicem ſunt, non q̄ ad ſe ſunt, quia. n. Deus
G pater ad ſe eſt Deus ſimul cū filio & ſpūſancto, non ſunt tres dii: quia ad ſe eſt oīpotens ſimul cum filio & ſpūſancto, non ſunt tres oīpotentes. Quia vero non ad ſe pr̄, ſed ad filium, nec filius ad ſe eſt, ſed patrē, nec ſpūs ſanctus ad ſe, in eo quod dr̄ ſpūs patris & filii, non eſt, quid dicam tres, niſi patrem & filium & ſpiritum ſanctum vnum Deum, vnū omnipotentem, ego vnum principium. Accipite aliquid de ſcripturis ſanctis, vnde hoc quod dr̄ vtcunque capiatis. Poſteaquam dñs
Actō. 2. noſter Ieſus Chriſtus reſurrexit, & cum voluit aſcendit in cœlum, decem dieb. illic impletis miſit inde ſpiritum ſanctum, quo impleti q̄ aderant in conclaui vnā, omnium gentium linguis cœperunt loqui, miraculo exterriti dñi interſectores, cōpuncti doluerunt, dolētes mutati ſunt, mutati crediderūt, acceſſerunt corpori dñi. i. numero fidelium tria milia hoīum. Item facto quodam miraculo, acceſſerunt alia quinq; milia, facta eſt plebs vna non pauca, in qua omnes accepto ſpū ſancto, quo amor ſpiritalis acconſus eſt charitate ipſa & feruore ſpūs in vnum redacti, cęperunt in ipſa ſocietatis vnitate vendere omnia quæ habebant, & precia ponere ad pedes Apoſtolorū, vt diſtribueret vnicuiq; provt cuiq; opus erat: Et hoc de illis ſcriptura dicit, quod erat eis aīa vna & cor vnū in Deum. Attendite ergo fratres, & hic agnoſci H
te myſterium trinitatis qūo dicamus & pater Actō. 4.
eſt & filius eſt, & ſpūs ſanctus eſt: & tñ vnus Deus eſt. Ecce illi tot milia erant, & cor vnū erāt: ecce tot milia erant, & vna aīa erāt, ſed vbi? In Deo, & quanto magis ipſe Deus? Nūquid erro in verbo qñ dico duos hoīes duas aīas, aut tres hoīes tres aīas, aut multos homines multas aīas? Recte vtiq; dico, accedāt ad Deum & vna anima eſt omnium, ſi accedentes ad Deum, multę animæ per charitatē vna anima eſt, & multa corda vnum cor, qd agit ipſe fons charitatis in patre & filio? non ne ibi magis trinitas eſt vnus Deus? Inde. n. nobis charitas venit de ipſo ſpū ſancto, ſicut dicit Apoſtolus: Charitas Dei diffuſa eſt in Rom. 5.
cordib. noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis, ſi ergo charitas Dei diffuſa eſt in cordib. noſtris per ſpm̄ ſanctum qui datus eſt nobis, & multas animas facit vna anima, & multa corda facit vnum cor, quanto magis pater & filius & ſpūs ſanctus, Deus vnus, lumen vnū vnumq; principium? Audiuimus I
ergo principium quod loquit̄ nobis. Multa, inqt, habeo loqui de vobis & iudicare.) Me miniſtis qđ ait: Ego non iudico quenq̄: ecce modo dicit, Multa hēo de vobis loq & iudicare, ſed aliud eſt, non iudico, aliud, hēo iudicare, non iudico, dixit ad præſens, venerat. n. vt ſaluaret mundū, non vt iudicaret mundū.
Quod aūt dicit, Multa habeo de vobis loqui Ioan. 3.
& iudicare iudicium futurum dicit. Ideo. n. aſcēdit, vt veniat iudicare viuos & mortuos: nemo iuſtius iudicabit, quàm qui iniuſte iudicatus eſt. Multa, inquit, habeo de vobis loqui & iudicare. Sed qui miſit me verax eſt.) Videte quēadmodum patri det gloriā æqualis filius. Exemplum enim nobis præbet, & Exod.

tanquam

tanquam in cordibus nostris loquit, O homo fidelis, si Euangelium meum audis, dicit tibi dñs Deus tuus, vbi ego in principio verbum Deus apud Deum, ęqualis patri, coæternus gignenti, do gloriam ei cuius sum filius, quomodo tu superbus es aduersus eũ cuius seru⁹ es? Multa hẽo, inquit, de vobis loqui & iudicare, sed qui me misit verax est, tãquam diceret, ideo verum iudico, qa filius veracis veritas sum. Pater verax, filius veritas, q̃d putamus esse amplius? Cogitemus si possumus q̃d est amplius, verax an veritas? De q̃busdã quæramus, pius homo an pietas? sed plus est ipsa pietas, pius.n. a pietate, non pietas a pio, põt.n. esse pietas, etsi ille qui pius erat, factus est impius, ipse pdidit pietatẽ, pietati nihil abstulit. Quid itẽ pulcher, & pulchritudo? Plus est pulchritudo quam pulcher, pulchritudo enim facit pulchrum, non pulcher facit pulchritudinem. Castus & castitas? Castitas planè plus est quam castus, si. n. castitas non esset, vñ esset iste castus non hret, si aũt noluerit esse castus, castitas integra pseuerat. Si ergo plus pietas q̃ pius, plus pulcritudo q̃ pulcher, plus castitas q̃ castus, nunquid dicturi sumus plus veritas q̃ verax? Si hoc dixerim⁹, filiũ incipiemus dicere patre maiorem: ait.n. apertissime ipse dñs: Ego sum via & veritas & vita. Ergo si filius veritas, pater quid, nisi
Ioan. 14. q̃d ait ipsa veritas, qui me misit verax est? Filius veritas, pater verax, quid plus sit quęro, sed æqualitatem inuenio, verax enim pater non ab ea veritate verax est cuius partem cepit, sed quam totã genuit. Video planius esse dicendum, & certe ne vos diu teneam, hodie hucusq; tractetur, cum finiero q̃d volo dicere, adiuuante Deo sermo claudatur. Hoc iõ dixi, vt intẽtos vos facerem. Omnis aĩa quoniã res est mutabilis, & quanuis magna creatura, tñ creatura est, quãuis corpore melior, tñ facta, omnis ergo anima quoniam mutabilis est, hoc est, modo credit, modo nõ credit, modo vult, modo non vult, modo adultera est, modo casta, modo bona, modo mala mutabilis est. Deus autem hoc est q̃d est, ideo proprium nomen sibi tenuit: Ego sum
L qui sum, hoc & filius, dicendo, Nisi credide-
Exod. 3. ritis qa ego sum. Ad hoc pertinet, & tu quis es? Principiũ. Deus igit incommutabilis est, aĩa mutabilis, qñ capit aĩa ex Deo vnde sit bona, participãdo fit bona, qũo tuus oculus participando vidit: nã lumine subtracto non videt, cuius particeps factus videt. quia ergo aĩa participando fit bona, si mutata cępit esse mala, bonitas manet cuius erat particeps boba, bonitatis. n. cuiusdam particeps facta est cum bona esset, qua mutata in peius, integra bonitas permanet. Si recedat aĩa & mala fiat, non minuit bonitas, si reuertat & bona fiat, nõ crescit bonitas. Factus est oculus tuus particeps lucis huius & vides, clausus est, hãc lucem nõ minuisti, apertus est, hanc lucẽ non auxisti. Hac data similitudine fratres intelligite, qa si pia est aĩa, est pietas apud Deũ, cuius fit particeps aĩa, si est casta anima, est castitas apud Deum, cuius est particeps aĩa, si bona est aĩa, est bonitas apud Deũ, cuius est particeps aĩa, si est verax aĩa, est veritas apud Deũ, cuius est particeps aĩa, cuius particeps si nõ fuerit anima, omnis homo mendax, si omnis homo mẽdax, nullus homo de suo est verax.
M Pater autem verax de suo est verax, quia ge-
Psa. 115 nuit veritatem. Aliud est, verax est homo iste qui iam percepit veritatem, aliud est, verax Deus qui genuit veritatem. Ecce quomodo verax est Deus, non participando, sed generando veritatẽ. Video vos intellexisse & gaudeo, sufficiat vobis hodie, cætera quãdo domino placuerit, sicut donauerit exponemus.

Ab eo loco vbi dictum est, Dixit ergo eis Iesus, Cũ exaltaueritis filium hois, vsque ad id quod dictum est, hæc illo loquẽte, multi crediderunt in eum. Tract. XL.

DE sancto Euangelio secundũ Ioannem quod gestare nos videtis in manibus, iam multa audiuit charitas vestra, quæ Deo donante, sicut potuimus, disputauimus, commendantes vobis maxime istum Euangelistã de dñi diuinitate, secũdum quam æqualis est patri filius vnicus Dei, loqui elegisse, & propterea aquilæ comparatum, nulla q̃ppe auis volare altius perhibetur. Proinde quæ ex ordine subsequunt, sicut ea dñs tractare donauerit, intẽtissime audite. Locuti sumus vobis
A de præcedenti lectione insinuantes, quomodo intelligatur pater verax, filius veritas. Cũ autem dixisset dominus Iesus, verax est qui me misit, Non intellexerunt Iudęi quòd de patre illis diceret. Et ait illis: quomodo cum legeretur audistis, Cum exaltaueritis filium

hominis,

hominis,tunc cognoscetis quia ego sum,& à meipso facio nihil,sed sicut docuit me pr̃, hæc loquor.)Quid est hoc?Nihil.n. aliud vr̃ dixisse,nisi eos post passionẽ suã cognituros qs eẽt.Proculdubio ergo videbat ibi aliquos quos ipse nouerat, quos ipse cũ cæteris sanctis suis ante constitutionem mundi præsciẽ do elegerat,post passionẽ suam esse crediturros.Ipsi sunt illi quos assidue cõmendamus, & ad imitationẽ cũ magna exhortatione ꝓponimus, misso. n. desuper spũ sancto post
B dñi passionẽ & resurrectionẽ, & ascẽsionẽ, cũ miracula fierent in eius noĩe, quẽ tanquã mortuũ persequentes Iudæi contẽpserãt, cõ puncti sunt corde,& qui sęuiẽtes occiderũt, mutati crediderũt, & quẽ sanguinẽ sæuiẽdo fuderũt,credendo biberunt illa tria milia,& & illa quinq; milia Iudæorũ, quos ibi videbat qũ dicebat: Cũ exaltaueritis filium hoĩs,
Actо. 2. & 4. tũc cognoscetis qa ego sum,tanq̃ dicens,differo cognitionẽ vestrã,vt impleam passionẽ meã,Ordine vero cognoscetis qui sum,non qa oẽs tũc erãt crediturí ex iis q̃ audiebãt, i. post passionẽ dñi:nam paulo post dicit, Hęc eo loquẽte,multi crediderũt in eũ,& nondũ
Philꝫ. 2. exaltatus erat filius hoĩs.Exaltationẽ quippe dicit passionis,nõ glorificationis, crucis,nõ cœli,qa & ibi exaltatus est, qñ pepẽdit in ligno,sed illa exaltatio humiliatio fuit:Tũc.n. factus est obediẽs vsq; ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis.Hoc oportebat impleri ꝑ eorũ manꝰ, q̃ postea fuerãt crediturí,qb.dixit:Cũ exaltaueritis filiũ hoĩs, tũc cognoscetis qa ego sũ. Quare hoc, nisi vt nemo desperaret in quocunq; scelere male sibi cõscius,qñ videat eis
C donari homicidiũ,q̃ occiderant Chr̃m?Hos ergo in illa turba agnoscẽs dñs dixit: Cũ exaltaueritis filiũ hoĩs, tũc cognoscetis qa ego sum.Iã nostis qd sit sum,nec assidue repeten
Exod. 3. dũ est,ne pariat res tãta fastidiũ. Recolite illud:Ego sum qui sum, & qui est misit me, & & agnoscetis qd dictũ sit,tunc scietis qa ego sum,sed & pr̃ est,& spũs sanctus est, ad ipsũ esse pertinet tota trinitas.Sed qa dñs sicut filius loquebat̃,ne forte in eo qd̃ dixit, tũc cognoscetis qa ego sũ,subintraret error Sabellianorũ,hoc est,Patripassianorũ, quẽ vobis errorem cõmendaui non tenẽdum,sed cauẽ dũ,eorũ.s.qui dixerunt:Ipse est pr̃ ipse est filius,duo sunt noĩa,sed res vna, ꝓꝑ istũ ergo cauendũ errorem cũ dixisset dñs,tũc cognoscetis qa ego sum , ne ipse intelligeretur pater continuo subiunxit,Et a meipso facio nihil,sed sicut docuit me pr̃,hæc loquor.)Iam gaudere cœperat Sabellianus,erroris sui occasione cõperta,statim vt se tanq̃ in obscuro extulit,sequẽtis snĩæ luce cõfusus est. Putaueras eũ esse patrẽ,qa dixit ego sum, audi qa filius est,à meipso facio nihil. Quid est,a meipso facio nihil?A meipso non sum,filius.n.de patre est Deus,pr̃ aũt non est de filio Deus,filius est Deus de Deo,pr̃ aũt Deus, sed nõ de
Deo:filius est lumẽ de lumine:pr̃ aũt lumen, D
sed nõ de lumine filius est,sed est de quo est, pr̃ aũt est,sed non est,de quo est.Qd̃ ergo addidit,sicut docuit me pr̃, hęc loquor, nemini vestrũ obrepat cogitatio carnalis fratres mei, non.n. põt humana infirmitas cogitare nisi qd̃ cõsueuit facere vel audire. Nolite ergo vobis quasi duos hoĩes ante oculos ponere, vnũ patrẽ,alterum filium, & loquentẽ patrẽ ad filiũ,sicut facis qñ verba aliqua dicis filio tuo,monens eũ & instituens eum qũo loquat̃,vt quæcunq; audiuit audit a te cõmendet memoriæ,cum cõmendauerit memorię, proferat & lingua, distinguat per sonos, inferat aurib.alienis qd̃ percepit in suis. Nolite ita cogitare ne in corde vestro idola fabricetis, & humanam formã humanorum liniamenta membrorũ figurã carnis humanæ,sensus istos cõspicuos, staturã motusq; corporis linguę officiũ,distinctiões sonorũ. Nolite Ioan. 1.
in illa trinitate cogitare, nisi qd̃ ptinet ad formã serui q̃ accepit vnigenitus filius, cũ verbum caro factũ est vt habitaret in nobis, ibi non te ꝓhibeo humana infirmitas cogitare
qd̃ nosti, imò ẽt compello.Si fides in te vera E
est,talẽ Christũ cogita,sed ex Maria virgine, non de Deo patre.Talem cogita,infans fuit, creuit vt hõ,ambulauit vt homo,esuriuit,sitiuit vt hõ, dormiuit vt hõ, passus postremo vt hõ,suspensus in ligno,occisus, sepultus vt hõ,in eadem forma resurrexit,in eadẽ forma ante oculos discipulorũ ascendit in cęlũ, in eadẽ forma vẽturꝰ est ad iudiciũ,angelorũ.n. vox est in Euangelio expressa:Sic veniet qũo Actо. 1.
eum vidistis euntem in cœlum. Qñ ergo de forma serui cogitas in Christo, humanam effigiem cogita,si est in te fides, quando autẽ cogitas, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum,& Deus erat verbum, Ioan. 1.
pereat de corde tuo oĩs humana figuratio,

pellatur

pellatur de cogitationib. tuis quicquid fine corporeo terminat, quicquid loci ſpatio cõtinet, vel quantalibet mole diffundit, de cor de tuo figmẽtum tale diſpereat. Cogita, ſi potes, pulcritudinẽ ſapientiæ, occurrat tibi pulchritudo iuſtitiæ: Forma eſt? Statura eſt? Color eſt? Nihil horũ eſt, & tñ eſt: nam ſi nõ eſſet, nõ amaret, nec merito laudaret, nec amata, nec laudata corde moribusque teneretur. Nũc vero fiunt hoĩes ſapiẽtes, vñ fierent niſi eſſet ſapientia? Porrò aũt homo ſi ſapientiã tuam videre carnis oculis non potes, nec tali imaginatione cogitare quali corporalia co
F gitant, ſapientiæ Dei audes ingerere humanã corporis formã? Quid ergo dicimus fratres? Qũo locutus eſt pater filio? Qũo filius ait, ſicut docuit me pater, hęc loquor? Locutus eſt illi, qñ docuit pater filium verba fecit, qũo tu qñ doces filium tuum verba facis? Qũo facis verba verbo? Quę verba multa fierent vni co verbo? Verbũ. n. patris aurẽ habuit ad os patris? Carnalia ſunt iſta, pereant de cordib. veſtris. Hoc. n. dico, ecce ſi intellexiſtis qđ ego dixi, ego certe locutus', ſũ & mea verba ſonuerunt, ſonisq; aures pepulerũt, & p ſen ſum auditus veſtri ad cor ſniam pduxerunt. Si intellexiſtis, facite aliquẽ audiſſe Latinæ linguæ hoĩem, tantummodo audiſſe, nec tñ intellexiſſe qđ dixi q̃tum ad ſtrepitum pertinet emiſſum ex ore meo, ſic eĩ ille particeps factus eſt qui non intellexit qũo & vos. Eum ſonum audiuit, eædem ſyllabæ aures eius pcuſſerunt, ſed in corde ipſius nihil genuerũt. Quare? Quia non intellexit. Vos aũt ſi intelli
G xiſtis, vnde intellexiſtis? Ego ad aurem ſonui, nunquid ego in cor lumen accendi? Procul dubio ſi verũ eſt qđ dixi, & hoc verbum non ſolum audiſtis, verũetiã intellexiſtis, duæ res ibi factæ ſunt, diſcernite illas, auditus & intellectus. Auditus per me factus eſt, intellectus per quem? Ego ad aurem dixi vt audiretis, ad cor veſtrum quis dixit vt intelligeretis? Sine dubio aliquis & ad cor veſtrum aliquid dixit, vt non ſolũ ſtrepitus iſte verborũ pcuteret aurẽ veſtram, ſed ẽt in cor veſtrum aliqđ deſcẽderet veritatis. Dixit aliquis & ad cor veſtrũ, ſed nõ eum videtis, ſi intellexiſtis
Pſa. 118. fratres, dictũ eſt & cor veſtro: Munus Dei eſt intelligẽtia. Quis hoc dixit in corde veſtro ſi intellexiſtis? Cui dicit Pſalmus: Da mihi intellectũ vt diſcam mãdata tua. Verbi gratia, Eps locutus eſt. Quid locutus eſt, aliqs ait? Rñdẽs quid locutus ſit addis, verũ dixit. Tunc alius qui non intellexerit, qđ dixit, inquit? Aut qđ eſt qđ laudas? Ambo me audierũt, ambobus ego dixi, ſed vni ipſorum Deus dixit. Si parua magnis cõparare cõcedit, qũo nos ad eũ qđ ſum⁹? Tñ neſcio qđ incorporaliter & ſpiritaliter facit in nobis Deus, qđ nec ſonus eſt qui aurẽ pcutiat, nec color qui oculis diſcernat, nec odor eſt qui narib. capiat, nec ſapor qui faucib. iudicet, nec durũ, nec molle qđ tangendo ſentiat, tñ aliquid eſt qđ ſentire facile eſt, explicare ĩpoſſibile eſt. Si ergo De⁹, vt dicere cœperam, loquit in cordib. noſtris H
ſine ſono, qũo loquit filio ſuo? Sic ergo fratres, ſic cogitate q̃tum poteſtis, vt dixi, licet parua magnis modo aliquo comparare, ſic cogitate, incorporaliter pater locutus eſt filio, qa incorporaliter pater genuit filiũ, nec eum ſic docuit quaſi indoctũ genuit, ſed hoc eſt eum docuiſſe, quod eſt ſciẽtem genuiſſe, & hoc eſt docuit me pater, quod eſt ſciẽtem me genuit pater. Si enim, quod pauci intelligũt, ſimplex eſt natura veritatis, hoc eſt filio eſſe quod noſſe. Ab illo ergo habet vt nouerit, à quo habet vt ſit, non vt prius ab illo eſſet, & ab illo poſtea noſſet, ſed quemadmodum illi gignendo dedit vt eſſet, ſic gignẽdo dedit vt noſſet, qa ſimplici, vt dictum eſt, naturæ veritatis eſſe & noſſe non eſt aliud atq; aliud, ſed hoc ipſum. Dixit ergo iſta Iudæis, & addidit, Et qui me miſit mecum eſt: iam hoc & ante dixerat, ſed rem magnam aſſidue cõmemorat, miſit me & mecum eſt. Si ergo tecum eſt o domine, nõ vnus ab alio miſſus eſt, ſed ambo veniſtis, & tñ cum ambo ſimul I
ſint vnus, miſſus eſt, alter miſit. Quomodo miſsio incarnatio eſt, & ipſa incarnatio filii tantum eſt, non & patris, miſit itaq; pater filium ſed non receſsit à filio. non. n. quò miſit filium, non ibi erat pater, vbi. n. non eſt qui fecit omnia, vbi non eſt & qui dixit, Cęlũ & terram ego impleo? Sed forte pater vbiq;, & filius non vbiq; eſt. Euangeliſtã audi, In hoc mundo erat, & mundus per eum eſt, ergo, in *Hie. 2. Ioan. 1.*
quit, qui miſit me, cuius authoritate tanquã paterna incarnatus ſum, mecum eſt, non me reliquit. Quare non me reliquit? Et non me reliquit, inquit, ſolum, quia ego quæ placita ſunt ei facio ſemper.) Ipſa eſt æqualitas ſemper, non ex quodam in & deinceps, ſed

ſine

fine initio, fine fine, Dei enim generatio non habet initium tpis, quia p genitum facta sunt tempora. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.) Vtinã & me loquẽte multi qui aliud sapiebant intellegant, & credant in eũ. Quidã.n. fortasse sunt in ista multitudine Arriani, nõ audeo suspicari esse Sabellianos, q ipsum patrem dñm esse qui filius est. Hæresis quippe ista nimis antiqua est paulatim euiscerata. Arrianorum aũt adhuc vĩ hẽe aliquã
K motionem quasi cadaueris putrescentis, aut certe vt multũ quasi hois aĩam agentis, oportet inde reliquos liberari, sicut inde multi liberati sunt. Et qdem ista ciuitas eos non habebat, sed postea q̃ multi peregrini aduenerũt, nonnulli & ipsi venerunt. Ecce hæc dño loquente, multi Iudæi crediderũt in eum, ecce & me loquente Arriani credant, non in me, sed mecũ in eo. Dicebat ergo dñs ad eos qui crediderant in eum Iudæos, Si vos manseritis in verbo meo:) ideo manseritis, qa initiati estis, qa & ibi cẽpistis, si mãseritis, hoc est, in fide q̃ in vobis esse credentib. cẽpit, quo peruenietis? Vide quale initium, quò pducit. Amasti fundamentum, culmen attende, & ex ista humilitate aliam celsitudine quẽre. Fides enim humilitatem hẽt, cognitio & immortalitas & æternitas non habet humilitatem, sed celsitudinem, erectionem, nullã defectionẽ, æternam stabilitatẽ, nullã ab inimico expugnationẽ, nullũ deficiendi timorem. Magnũ est qđ incipit â fide, sed contemnit fundamẽtum, solet ẽt in ædificatio ab imperitis con-
L tẽni, fossa fit grandis, lapides quoquo modo passim mittunt, nulla ibi expolitio, nulla pulchritudo apparet, qũ nec in arboris radice apparet aliqua pulchritudo, totũ tñ quicqd te delectat in arbore, de radide surrexit. Si vides radicem & nõ delectaris vides arborẽ & miraris, Stulte qd miraris, inde surrexit quo nõ delectaris. Parum aliquid vĩ fides credentiũ, non hẽs stateram vñ appẽdas. Audi ergo quò pueniat, & vide q̃ta sit, sicut & ipse dñs
Mat. 17 in alio loco dicit, Si habueritis fidẽ sicut granum sinapis, qd humilius, qd vehemẽtius, qd minutius, qd feruentius? Ergo & vos ait, Si manseritis in verbo meo, in quo credidistis, quò perducemini? Vere discipuli mei eritis.) Et qd nobis pdest? Et cognoscetis veritatẽ.) Quid pmittit credentib. fratres? Et cognoscetis veritatẽ. Quid.n. non illã cognouerãt, qñ dñs loquebaf? Si non cognouerant, qũo crediderunt? Non qa cognouerũt crediderũt, sed vt cognoscerẽt crediderunt, credimus.n. vt cognoscamus, non cognoscimus vt credamus, qđ. n. cognituri sumus, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hois ascẽdit: Quid est.n. fides, nisi credere qđ non vides? 1.Co.2.
Fides ergo est qđ non vides credere, veritas qđ credidisti videre, sicut ipse quodam loco ait, Ideo dñs prius ad faciendam fidẽ ambulauit in terra. Homo erat, humilis factus est, ab oĩbus videbaf, nec ab oĩb. cognoscebaf, a M
multis reprobabaf, â turba occidebaf, a paucis dolebaf, sed tñ nec ab eis, a qb. dolebaf, nondũ sicut erat cognoscebaf. Totũ hoc qua si initiũ est liniamentorum fidei & structuræ futuræ. Quod dñs ipse attendẽs quodã loco ait, Qui diligit me, mandata mea custodit, & qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & ostendã meipsum illi, quem qui audiebant, vtiq; iã videbant, eis tñ si diligebant, videndum si pmittebat, sic & hic cognoscetis veritatem. Quid.n. qđ dixisti, non est veritas? Veritas est, sed adhuc creditẽ, nondum vĩ, si maneat in eo qđ creditẽ, peruenit ad id qđ videatur. Inde Ioannes ipse sanctus Euãgelista in Epistola sua, Dilectissimi, inqt, 1.Ioan.3
filii Dei sumus, sed nondũ apparuit quid erimus. Iam sumus & aliquid erimus. Quid plꝰ erimus q̃ sumus? Audi, nõdum apparuit quid erimus, scimus qa cum apparuerit, similes ei erimus. Vnde? qm videbimꝰ eũ sicuti est, magna promissio, sed merces est fidei, quæris mercedẽ, opus præcedat, si credis, mercedẽ exige fidei, si aũt non credis, fidei mercedem
qua fronte quæris? Si ergo manseritis in verbo meo vere discipuli mei eritis, vt contemplemini ipsam veritatẽ sicuti est, non per ver- A
ba sonantia, sed per lucẽ splendentem, cũ signauerit nos, qđ legit in Psalmo, Signatũ est super nos lumen vultus tui dñe. Moneta Dei Psal. 4.
sumus, numus, à thesauro aberrauimus, errore detritum est quod in nobis fuerat impressum venit qui reformet, qa ipse formauerat. Luc. 20.
Quærit & ipse numum suum, sicut Cæsar numum suum, ideo ait, Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt, & Deo q̃ Dei sunt, Cæsari inumos, Deo vosipsos, tunc ergo exprimet veritas in nobis. Quid dicam charitati vestræ? O si cor esset qualitercunq; suspirans in illã in effabilẽ, gloriã, ó si peregrinationẽ nostrã in

gemitu

gemitu ſentiremus, & ſeculũ nõ amaremus, & ad eũ qui nos vocauit, pia mente perpe-
B tuo pulſaremus. Deſideriũ ſinus cordis eſt, capiemus, ſi deſideriũ quantũ peſſumus extẽdamus. Hoc nobiſcũ agit ſcriptura diuina hoc cõgregatio populorũ, hoc celebratio ſacramẽtorũ: hoc baptiſmus ſanctus, hoc cãtica laudis Dei, hoc ipſa noſtra diſputatio, vt hoc deſideriũ non ſolũ ſeminetur & germinet, verumetiã in modũ tantæ capacitatis augeatur, vt idoneũ ſit ſumere quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, ne in cor homi-
1. cor. 2. nis aſcẽdit. Sed amare mecũ, non amat multũ numũ, qui amat Deũ. Et ego palpaui infirmitatẽ, non auſus ſum dicere, non amat numũ, ſed non multũ amat numũ, quaſi amandus ſit numus, ſed non multũ. O ſi Deum digne amemus numos omnino nõ amabimus. Erit tibi numus inſtrumentũ peregrinationis, non irritamentũ cupiditatis, quo vtaris ad neceſsitatẽ, non quo fruaris ad delectationẽ. Deũ ama ſi aliquid in te egit, quod audiſ-
Aliat au dis & laudax. ſe te laudas.* Vtere mundo, nõ te capiat mũdus duo intraſti, iter egis, exiturus veniſti, nõ remanſurus. Iter agis, ſtabulũ eſt hæc vita, vtere numo, qũo viator in ſtabulo vtitur menſa, calice, vrceo, lectulo, dimiſſurus non permanſurus. Si tales fueritis, erigite cor ſi poteſtis & audite me, ſi tales fueritis, ad eius ꝓmiſſa venietis: nõ enim multũ eſt ad eos, qa magna eſt manus eius qui vos vocauit: vocauit, muocetur, dicatur illi, Vocaſti nos, vocamus te ecce audiuimus vocãtẽ, audi re muocantes: Perduc quo promiſiſti, perfice q̃ inchoaſti, noli deſerere munera tua, noli deſerere agrũ tuũ, germina tua intrent horreum tuũ. Abundant tempeſtates in mũdo, ſed maior eſt qui fecit mundum: abundant tentationes, ſed nõ deficit qui in illo ſpẽ ponit in quo defectus nullus eſt. Ad hoc hortatus sũ iſta fratres, quia libertas de qua loquitur dñs noſter Ieſus Chriſtus, nõ huius tꝑis eſt: vide
C te qd adiũxit, Vere diſcipuli mei eritis & cognoſcetis veritatẽ, et veritas liberabit vos.) Quid eſt, liberabit vos? Liberatos vos faciet. Deniq; Iudæi carnales, ſecundũ carnẽ ambulãtes nõ hi q̃ crediderãt, ſed in illa turba qui nõ crediderãt iniuriã ſibi factã putauerũt, qa dixit eis, Veritas liberabit vos: indignati ſunt ſeruos ſe eſſe ſignificatos. Et vere ſeruierũt, & exponit illis quæ ſit ſeruitus, & quæ ſit ſutura libertas, quã ipſe promittit. Sed de hac libertate & de illa ſeruitute, nimis longum D eſt, vt hodie diſputemus.

Ab eo quod ait, Dicebat autem Ieſus ad eos qui crediderant: vſq; ad id quod dictum eſt, Si ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Tract. XLI.

QVod lectionẽ priſtinã ſequitur, & de ſancto Euangelio hodie tractatum eſt, tũc diſtuli dicere qm̃ multa iã dixerã, & de liberalitate in qua nos vocauit gratia ſaluatoris, nõ prætereunter neq; negligenter fuerat diſſerendũ: hinc hodie dño adiuuante ſtatui mus loqui vobis. Quibus enim loquebatur dñs Ieſus Chriſtus, Iudæi erant, ex magna q̃dẽ parte inimici, ſed ẽt amici ex quadã parte iã facti & futuri: nã quoſdã ibi videbat, ſicut iã diximus, qui poſt eius paſsionẽ fuerãt credituri, hos intuẽs dixerat, Cũ exaltaueritis filiũ hoĩs, tũc cognoſcetis q̃a ego ſum. Erant ibi ẽt qui hęc loquente illo cõtinuo crediderũt, ipſis locutus eſt quod audiuimus hodie. Dicebat ergo Ieſus ad eos qui crediderãt ei Iudæos. Si manſeritis in verbo meo, vere diſcipuli mei eritis.) Manẽdo eritis: quia enim nũc credẽtes eſtis manẽdo videntes eritis: nõ ſequitur, Et cognoſcetis veritatẽ.) Veritas incõmutabilis eſt, veritas panis eſt, manentes reficit, nec deficit, mutat veſcentẽ, nõ ipſa in veſcente mutatur. Ipſa eſt veritas verbũ Dei, Deus apud Deũ vnigenitus filius hæc. n. veritas carne induta eſt ꝓ nos, vt de Maria virgine naſceretur, & impleretur prophetia, Veritas de terra orta eſt. Hæc ergo veritas cum *pſal. 84.* Iudæis loquereꝫ, latebat in carne, latebat aũt nõ vt negareꝫ, ſed vt differeꝫ, differretur vt in carne pateretur, i carne aũt patereꝫ, vt caro peccati redimeretur. Stãs itaq; cõſpicuus ſecũdũ ifirmitatẽ carnis dñs noſter Ieſus Chriſ & ſcm̃ maieſtatẽ diuinitatis occultus, dixit E ad eos qui ei cũ hæc loqueretur crediderãt, ſi manſeritis in verbo meo, vere diſcipuli mei eritis: Qui enim perſeuerauerit vſq; in finẽ, hic ſaluus erit: & cognoſcetis veritatẽ q̃ mõ vos latet & loquitur vobis. Et veritas liberabit vos.) Hoc verbũ dñs ad libertatẽ poſuit, liberabit vos nihil eſt enim aliud proprie liberat, niſi liberũ facit: quomodo ſaluat nihil eſt aliud quã ſaluũ facit: quomodo ſa- *Mat. 10.*

nat nihil est aliud q̃ sanũ facit: ditat, nihil est aliud q̃ diuitẽ facit: sic liberat, nihil est aliud quã liberũ facit. Hoc in verbo Græco planiꝰ est, nã in Latina consuetudine plerunq; dicimus hominẽ liberari, quod ad libertatẽ nõ pertinet, sed tñ ad salutẽ: sicut quisquã dicitur liberari ab infirmitate, vsitate dicitur, nõ tñ proprie. Sic ãt posuit dñs hoc verbũ, vt diceret, Et veritas liberabit vos, vt in Græca F lingua nemo dubitet eũ de libertate dixisse. Deniq; & Iudęi sic intellexerunt & responderunt ei non illi qui iã crediderant, sed illi qui in turba erant nondũ credentes, Responderunt, ei, Semen Abrahę sumus, & nemini seruiuimus vnq̃, qũo tu dicis, liberi eritis? Nõ aũt dixerat dñs, liberi eritis, sed veritas liberabit vos. In quo tñ verbo illi, quia sicut dixi patet in Græco: non intellexerunt, nisi libertatem, & extulerunt se q̃ semen essent Abrahæ, & dixerunt, semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquã, qũo tu dicis, liberi eritis? O pellis inflata, non est ista magnitudo, sed tumor. Et hoc ipsum secundũ hujus tẽporis libertatẽ qũo verũ dixistis, nemini seruiuimus vnquã? Ioseph nõ est venũdatus? Prophetæ sancti in captiuitatem nõ sunt ducti? Deinde nonne ipse ille est populus, q̃ in Aegypto lateres faciebat, & regibus duris non saltẽ in auro & argento, sed in luto seruiebat? Si nemini seruistis vnquam, ò ingrati quid est quod assidue vobis imputat Deus, q̃ vos de domo seruitutis liberauit? An forte patres vestri seruierunt, vos aũt qui loquimini, gemini vnquã seruistis? Qũo ergo soluebatis iam tributa Romanis? Vnde & ipsi veritati laqueũ quasi captionis proposuistis, vt diceretis, Licet reddere tributũ Cęsari? vt si dixisset, licet, teneretis eũ quasi maleoptasset libertati seminis Abrahę: si tñ diceret, nõ licet, calumniaremini apud reges terrę, q̃ pro
Mat. 22. hiberet regibus tributa persolui. Merito prolato numo victi estis, & captioni vestrę vosipsi estis respondere cõpulsi. ibi. n. vobis dic- G tũ est, Reddite Cęsari quę Cęsaris sunt, & Deo quæ Dei sunt: cũ respondissetis, q̃ numus haberet imaginẽ Cęsaris: quia sicut quę rit Cęsar in numo imaginẽ suam, sic Deus quærit in hoĩe suam: hæc ergo ꝓfidet Iudęis. Mouet enim me fratres, hominũ vana superbia, qui ẽt de ipsa quã carnaliter intelligebant, sua libertatę mentiti sunt dicentes, Nemini seruiuimus vnquã. Dñs aũt quid eis responderit, hoc potius & intẽtius audiamus, ne & nosipsi serui inueniamur. Respondit enim eis Iesus. Amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati.) Seruus ẽ, sed vtinã hominis & nõ peccati. Quis non sub his verbis contremiscat? Pręstet nobis dñs noster Iesus Christus, ideſt, & mihi & vobis, vt pro sententia loquar de hac liber H tate appetenda, & de illa seruitute vitanda. Amen amen dico vobis, veritas dicit, & quale est dñi nostri dicere, Amen amen dico vobis. Multũ cõmendat quod ita pronunciat, quodãmodo si dici fas est, iuratio eius est, amen amen dico uobis. Amen quippe interpretatur uerũ: & tñ non est interpretatũ, cũ potuisset dici, verũ dico vobis. Nec Gręcus *Amen.* hoc interpres ausus est facere, nec Latinus: nã hoc verbũ quod est amen, nec Græcũ est nec Latinũ, sed Hebræum: sic mansit, non est interpretatũ, vt honorem haberet velamento secreti, non vt esset negatũ, sed ne vilesceret nudatũ: nec semel tñ, sed bis a dño dictũ est, amen amen dico vobis. Iã quantũ hoc cõmendatũ sit, ex ipsa geminatione cognoscite. Quid est ergo commendatũ? Verũ verum dico vobis, veritas dicit. Quæ vtiq; etsi nõ diceret, verũ dico, mentiri omnino non posset. Tñ commendat, tamen inculcat, dormientes quodãmodo excitat, intentos facit, contẽni nõ vult. Quid dicit? Amen amen di- *De ijs qui fugiunt ad Eccle siã. [nolẽtes carere diuiniis, qui nolunt carere peccatis.*
co vobis, quia omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati. O miserabilis seruitus. Plerũque hoĩes cũ dominos malos patiantur, venales se petunt, non quærentes dñm non habere, sed saltẽ mutare: seruus peccati quid faciat? Quẽ interpellet? Apud quẽ se venalẽ petat? Deinde seruus hominis aliquando sui domini duris imperijs fatigatus, fugiendo requiescit: seruus peccati quo fugit? secũ se trahit quocunq; fugerit. Non fugit seipsam mala cõscientia, nõ est quo eat, sequitur se, imo non recedit à se, peccatũ enim quod facit in tus est. Fecit pctũ, vt aliquã corporalẽ caperet voluptatẽ, voluptas transit, peccatũ manet, pręterit quod delectabat, remãsit quod I pungat: mala seruitus. Aliqñ fugiunt hoĩes ad Ecclesiã, & plerunq; eos patimur quanquam indisciplinatos, ꝙ volẽtes carere dominis qui nolunt carere peccatis. Aliquãdo autem etiam illicito iugo & improbo subiecti

fugiunt

fugiunt ad Eccleſiã, quia retinentur ingenui ad ſeruitutẽ, & interpellatur Eps, & niſi curet operam impendere, ne ingenuitas opprimatur, immiſericors deputat. Ad Chm oẽs fugiamus, contra pctm Deũ liberatorẽ inter
Eſaia 52. pellemus: venales nos petamus, vt eius ſanguine redimamur, dicit.n.dns, Gratis venũdati eſtis, & ſine argento redimemini: ſine ptio, ſ. ueſtro, quia meo. Hoc dns dicit, ipſe.n.
K pretiũ dedit, non argentũ, ſed ſanguinẽ ſuũ: nã nos & ſerui & egeni remanſeramus. Liberat ergo ab hac ſeruitute ſolus dns: qui illã nõ habuit, ipſe de illa liberat, ſolus.n.in hac carne uenit ſine pctõ: nã quos uidetis in manib. matrũ paruulos fieri, nondũ ambulant, & iã ſunt cõpediti, traxerunt.n. de Adam q ſoluatur a Chriſto. Pertinet ẽt ad ipſos cum baptizantur iſta gratia, quã dns pollicetur, quia de pctõ ſolus liberare põt, q uenit ſine pctõ, & factus eſt ſacrificiũ pro pctõ: audi-
1. Cor. 8. ſtis.n.cũ Apoſtolus legeretur, Pro Chro, inquit, legatione fungimur, tanq̃ Deo exhortãte per nos: obſecramus pro Chro, i. tanquã uos Chriſtus obſecret, quid? reconciliamini Deo. Si exhortatur & obſecrat Apoſtolus vt reconciliemur Deo, inimici eramus Deo: nemo.n. reconciliatur niſi ex inimicitijs: inimicos aũt nos nõ natura, ſed pctã fecerunt. Vnde inimici illius, inde ſerui peccati. Non habet Deus liberos inimicos, neceſſe eſt ſerui ſint: & ſerui remanebũt, niſi ab illo liberẽt, cui peccando inimici eſſe uoluerunt: Obſecramus ergo, inquit, pro Chriſto, recõciliamini Deo. Qũo aũt recõciliamur, niſi ſoluat q inter nos & ipſum ſeparat? ait.n. Propheta,
Eſa. 59. Non grauauit aurẽ ne audiat, ſed peccata ueſtra ſeparant inter uos & Deũ, quia ergo nõ recõciliamur niſi ablato q in medio eſt, & poſito q in medio ſit. Eſt.n. mediũ ſeparans, ſed cõtra eſt mediator recõcilians: mediũ ſeparãs eſt pctm, mediator recõcilians eſt dns
1. Tim. 2 Ieſus Chs, unus.n. Deus, & unus mediator Dei, & hominũ homo Chs Ieſus. Vt ergo tollat materia ſeparans q eſt pctm, uenit ille mediator, & factus eſt ſacrificiũ ſacerdos
L ipſe. Et quia ſacrificiũ factus eſt pro pctõ, offerens ſeipſum in holocauſtũ in cruce paſſionis ſuæ: ſequitur Apoſtolus & dicit, cũ dixiſſet, obſecramus pro Chriſto recõciliamini
2. Cor. 5. Deo, quaſi diceremus, qũo poterimus recõciliari? Eũ, inquit, i. ipſum Chm, qui nõ nouerat pctm, pctm pro nobis fecit, ut nos ſimus iuſtitia Dei in ipſo, eũ ipſũ, inqt, Chm Deũ, qui non nouerat pctm. Venit.n. in carne, hoc eſt, in ſimilitudine carnis peccati, nõ
Rom. 8. tñ in carne pcti, nõ habens ullũ oino pctm, & ideo factus eſt uerũ ſacrificium pro pctõ, quia nullũ habebat ipſe pctm. Sed forte de ſenſu meo dixi, quia pctm ſacrificiũ eſt pro pctõ, qui legerunt agnoſcãt, qui nõ legerũt, non ſint pigri, non ſint, inquã, pigri ad legẽ- M
dũ, ut ueraces ſint ad intelligendũ. § Cũ de Alias in-
ſacrificijs.n. prçciperet Deus offerendis pro dicendũ.
pctõ, in quib. ſacrificijs nõ erat expiatio peccatorũ, ſed umbra futurorũ, eadẽ ipſa ſacrificia, eaſdẽ ipſas hoſtias, eaſdẽ ipſas uictimas eadẽ ipſa animalia quæ admouebantur mactanda pro peccatis, in quorũ ſanguine ſanguis ille figurabatur, peccata lex appellat, uſqueadeo ut in quibuſdã locis ſcriptũ ſit ita, ut ſacerdotes immolaturi ponerent manus ſuas ſuper caput peccati, i. ſuper caput uictimæ immolandæ pro pctõ. Tale ergo pctm, i. ſacrificiũ pro pctõ, factus eſt dns noſter Ieſus Chriſtus, qui nõ nouerat pctm, merito liberat ad hac ſeruitute peccati, ille qui dicit
in Pſalmis, Factus ſum tanq̃ homo ſine adiu Pſal. 87.
torio, inter mortuos liber: ſolus.n. liber, quia non habebat pctm: ipſe.n. dicit in Euãgelio, Ecce uenit Princeps huius mundi, diabolũ ſignificans uenturũ in Iudęis perſecutoribus. ecce, inquit, uenit, & in me nihil inueniet. Non qũo in eis quos occidit ẽt iuſtos: inue-
Ioan. 14. nit qualecunq; pctm, in me nihil inueniet: & tanquam ei diceretur, ſi nihil in te inueniet, quare te occidet? ſubiecit & ait, Sed ut ſciant oẽs quia uoluntatẽ patris mei facio, ſurgite eamus hinc. Non, inquit, mortẽ mei peccati neceſsitate perſoluo, ſed in eo q morior uoluntatẽ patris mei facio, plusq; ibi facio q̃ patior, quia ſi nollẽ, nec paſſus eſſem: habes illũ alio loco dicentẽ, Poteſtatẽ habeo ponẽ di animã meam, & ptãtem habeo iterum ſumendi eã: ecce uere inter mortuos liber. Cũ Ioan. 10.
ergo oĩs qui facit pctm, ſeruus ſit peccati, q̃ Pſal. 87.
ſit ſpes nobis libertatis audite, Seruus aũt, inquit, non manet in domo in æternũ.) Eccleſia eſt domus, ſeruus peccator eſt, intrãt multi ĩ Eccleſiã pctores: nõ ergo dixit, ſeruus nõ A
eſt ĩ domo: ſed, nõ manet in domo ĩ æternũ: Pro. 20.
ſi ergo nullus ibi ſeruus erit, qs ibi erit? Cũ .n. rex iuſtus ſederit in throno, ſicut ſcriptura

loquitur, quis gloriabit castũ se habere cor? aut quis gloriabitur mundũ se esse à pctõ? Multũ nos terruit ò fratres mei dicendo, seruus non manet in domo in æternũ: adiungit aũt & dicit, Filius aũt manet in æternũ.) Ergo solus in domo sua erit Christus, nullus illi populus cohærebit: cui hæret caput, si nõ erit corpus? An forte totũ hoc filius, caput & corpus? non.n. sine causa, & terruit, & spẽ
B dedit. Terruit, ne pctm̃ amaremus: spẽ dedit, ne de peccati solutione diffideremus. Oĩs, inquit, q̃ facit pctm̃, seruus est peccati.) Seruus aũt non manet in domo in æternũ. Quæ ergo nobis spes est, qui non sumus sine peccato? audi spẽ tuã, filius manet in æternum. Si ergo filius vos liberauerit, tunc vere liberi eritis.) hæc spes nostra est fratres vt à libero liberemur, & liberãdo seruos nos faciat: serui.n. eramus cupiditatis, liberati serui efficimur charitatis: hoc & Apostolus dicit, Vos aũt fratres in libertatẽ vocati estis, tm̃ ne libertatem in occasionẽ carnis detis, sed per charitatẽ seruite inuicẽ: non ergo dicat Christianus, Liber sum, in libertatẽ vocatus sum: seruus erã, sed redẽptus sum, & ipsa redẽptione liber effectus sum, faciam q̃ volo, nemo me prohibeat à voluntate mea si liber sum: sed si ista voluntate pctm̃ facis, seruus es peccati. Noli ergo libertate abuti ad libere peccãdũ, sed vtere ad non peccandũ: erit.n. voluntas tua libera, si fuerit pia: eris liber, si fueris seruus, liber peccati, seruus iustitiæ, dicẽte Apostolo, Cũ serui essetis peccati, liberi eratis iustitiæ: nunc aũt liberati a pctõ, serui aũt facti Deo, habetis fructũ vestrũ in sanctificationẽ finem vero vitã æternã. Hoc conemur vt id agamus, prima libertas est carere criminib. Intendite fratres mei intendite, ne forte possim perducere vobis ad sensum, & qualis mõ sit, & qualis futura sit ista libertas. Quẽlibet valde iustũ discutias in hac vita, quãuis iam
C sit dignus iusti vocabulo, non est tñ sine peccato: audi ipsum sanctũ Ioannẽ, cuius & hoc Euangeliũ est, in Epistola sua dicentẽ, Si dixerimus, inquit, quia pctm̃ non habemus, nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Solus hoc dicere potuit in mortuis liber, de solo dici potuit qui nõ nouerat pctm̃, de solo dici potuit, etenim expertus est oĩa secundũ similitudinẽ sine pctõ: sol⁹ dicere potuit, Ecce veniet Princeps mundi, & in me nihil

Galat. 5

Rom.6.

1. Ioan.1

Ioan.14.

inueniet: quẽcũq; aliũ licet iustũ discusseris, non oĩmodo est sine pctõ. Nec qualis erat Iob, cui dñs tale testimoniũ perhibeat, vt diabolus inuideret, & postularet tentandũ tentans superaretur vt ille probaretur: ideo aũt ille probatus est, non quia latebat Deũ coronandus, sed vt innotesceret hominib. imitandus: ẽt ipse Iob qui dicit, Quis.n. mũdus? nec infans, cuius est vnius diei vita super terram. *Iob.23.*
Sed planè multi iusti dicti sunt sine querela, D
q̃ intelligitur sine crimine: nulla.n. querela iusta est de his in reb. humanis qui non habent crimen: crimen aũt est pctm̃ graue, accusatione & dãnatione dignissimũ. Nõ ergo *Dist.85. c.apost.*
Deus quædã peccata dãnat, quædã iustificat & laudat: nulla laudat, sed odit omnia. Quõ odit medicus ægritudinem ægroti, & id agit curando vt ægritudo pellatur, æger leuetur: sic Deus gratia sua hoc nobis agit, vt pctm̃ consumatur, homo liberetur. Sed q̃ consumitur, inquies? si minuitur, quare non consumitur? minuitur aũt in vita proficientium, q̃ in vita consumitur perfectorũ. prima est ergo libertas, carere criminibus: ideo & Apostolus Paulus q̃s elegit ordinandos vel pres- *1. Tim.3 ad Ti.1.*
byteros vel diacones, & quicunq; ordinandus est ad præposituram Eccleſiæ: non ait si *Rom.7.* *Rom.*
quis sine pctõ est: hoc.n. si diceret, omnis homo reprobaret, nullus ordinaretur, sed ait, Si quis sine crimine est, sicut est homicidiũ, adulteriũ, aliqua immunditia fornicationis, furtũ, fraus, sacrilegiũ, & cętera hmõi: cum cęperit ea non habere homo, debet aũt non habere oĩs Christianus, homo incipit caput erigere ad libertatẽ, sed ista inchoata est, non perfecta libertas. Quare, inquit aliquis, non est perfecta libertas? Quia video aliã legẽ in mẽbris meis, repugnantẽ legi mentis meæ: non.n. q̃ volo hoc ago, sed q̃ odi illud facio. Caro, inquit, concupiscit aduersus spm̃, *Gal. 5.*
& spiritus aduersus carnem, vt non ea q̃ vultis illa faciatis: ex parte libertas, ex parte seruitus: nondũ tota, nondũ pura, nondũ plena libertas, q̃a nõdũ plena æternitas: habem⁹.n. E
ex parte infirmitatem, ex parte accepimus libertatem, quicquid pctm̃ est a nobis antea, deletũ est in baptismo: nunquid quia deleta est tota iniquitas, nulla remansit infirmitas? si non remansisset, sine pctõ hic viueremus. Quis aũt audeat hoc dicere nisi superbus? nisi misericordia liberatoris indignus? nisi qui

seipsum

seipsum vult decipere, & in quo veritas nō est? ergo ex eo quod remansit aliquid infirmitatis audeo dicere, ex qua parte seruimus Deo, liberi sumus, ex qua parte seruimus legi peccati, adhuc serui sumus: vnde dicit Apostolus quod dicere cęperamus, Condelector legi Dei secundū interiorē hominem: ecce vnde liberi, vnde condelectamur legi Dei. Libertas.n. delectat, nā quandiu timore facis quod iustum est, non Deus te delectat, quandiu adhuc seruus facis, non te delectat: delectet te, & liber es. Noli timere pęnā, sed ama iustitiā: nondū potes amare iustitiā, time vel pęnā, vt peruenias ad amandam iustitiā, ergo iā ille ex parte superiore liberū se esse sentiebat, vnde dicebat, Condelector legi Dei secundū interiorē hominē. Delectat me lex, delectat me quod iubet lex, delectat me ipsa iustitia. Video aūt aliā legē in membris meis, hæc est quę remansit infirmitas, repugnātē legi mētis meæ, & captiuantē me in lege peccati, quæ est in membris meis. Et ex hac parte sentit captiuitatem, vbi non est impleta iustitia: nā vbi condelectatur legi amicus est: & ideo liber, qm̄ amicus. Quid ergo ex eo q̄ restat? Quid nisi respiciamus ad illū, qui dixit, Si vos filius liberauerit, tūc vere liberi eritis? Deniq; & ipse qui loquebat ad illū respexit, infelix ego homo, quis me liberabit, inquit, de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christū dn̄m nostrū: ergo si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis: deniq; ita concluſit, Igitur ipse ego mēte seruio legi Dei, carne aūt legi peccati: ipse ego, inquit: non.n. duo sumus inter nos contrarij de diuersis principijs venientes, sed ego ipse mēte seruio legi Dei, carne aūt legi peccati, quandiu languor obluctatur saluti. Sed si carne seruis legi peccati, fac qd̄ ait ipse Apostolus, Nō ergo regnet peccatū in vestro mortali corpore ad obediendū desiderijs eius, neq; exhibebatis membra vestra arma iniquitatis peccato. non ait, non fit: sed nō regnet, Quandiu viuis, peccatū necesse ē esse in mēbris tuis, saltē illi regnū auferatur, nō fiat quod iubet. Surgit ira, noli dare iræ linguā ad maledicendū, noli dare irę manū aut pedē ad ferendū: non surgeret ista ira irrationabilis nisi peccatū esset in mēbris: sed tolle illi regnū, nō habeat arma vnde contra te pugnet, discet ēt non surgere, cū arma nō cęperit inuenire: non exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed induite arma iustitiæ alioquin toti captiui eritis, & nō erit dicere, mente seruio legi Dei: mens n. si teneat arma, mēbra nō mouentur in ministeriū furentis peccati, Teneat arcē Imperator interior, quia sub maiore Imperatore iuuādus assistit, frenet irā, coerceat concupiscētiā: inest tū quod frænetur inest quod coerceatur, inest q̄ teneat. Quid aūt volebat ille iustus mēte seruis legi Dei, nisi vt oīno non esset quod frænaret? Et hoc debet conari oīs qui tendit ad perfectionē, vt & ipsa concupiscentia cui non dantur ab obediendū membra, quotidie in proficiente minuatur. Velle, inquit, adiacet mihi perficere autē bonū nō inuenio: nunqd dixit, non mihi adiacet facere bonum? si hoc dixisset. spes nulla esset: nō ait nō mihi adiacet facere: sed, nō mihi adiacet perficere. Quæ est.n. perfectio boni, nisi cōsummatio * & finis mali? Quę est aūt consummatio mali, nisi quod lex dicit, Nō cōcupisces? Oīno nō concupiscere perfectio bonī est, quia cōsummatio mali est. Hoc dicebat ille, perficere bonū nō mihi adiacet, quia non poterat facere vt nō concupiscceret: faciebat tantū vt cōcupiscentiā refrænaret, vt concupiscentię membra ad satellitiū nō præberet. Perficere ergo inquit, bonū non mihi adiacet. Nō possum implere q̄ dictū est: nō concupisces. Quid ergo opus est vt impleas? post cōcupiscentias tuas nō eas: Hoc age interim quādiu sunt illicitę concupiscentię in carne tua, post concupiscentias tuas nō eas. Mane in seruitute Dei, in libertate Christi, mente serui legi Dei tui. Nolito dare concupiscentijs tuis vires, sequendo eas, vires eis addis. dando eis vires quo vincis, qm̄ contra te inimicos nutris viribus tuis? Quæ igitur libertas plena atq; perfecta est in illo dn̄o Iesu, qui dixit, Si vos filius liberauerit, tūc vere liberi eritis, qm̄ plena & perfecta libertas erit? Qm̄ nullæ inimicitiæ, qm̄ nouissima inimica destruetur mors. Oportet.n. corruptibile hoc induere incorruptionē, & mortale hoc induere īmortalitatē: cū aūt mortale hoc induerit īmortalitatē, tūc fiet sermo q̄ scriptus est, Absorpta ē mors in victoria, vbi ē mors contētio tua? Quid est, vbi est mors cōtentio tua? Caro cōcupiscit aduersus spm̄, & spūs aduersus carnē, sed quando peccati caro vigebat.

Alias cō sumptio, & sic deinceps.

gebat. Vbi est mors contentio tua? Iam viue
2. Cor. 5. mus, iam non moriemur in illo, qui pro nobis mortuus est & resurrexit, vt qui viuũt, inquit, iã nõ sibi viuant, sed ei q̃ pro ipsis mortuus est & resurrexit. Precemur medicũ saucij, portemur in stabulũ curandi. Ille est. n. qui promittit sanitatem, qui misertus est in
K via semiuiuo à latronibus derelicto, infudit
Luc. 10. oleũ & vinũ, curauit vulnera, leuauit in iumentũ, perduxit in stabulũ, stabulario com-
1. Ca. 5. mendauit. Cui stabulario? Forte illi qui dixit, Pro Christo legatione fungimur. Dedit etiam duos numos qui impenderẽtur saucio curando, forte ipsa sunt duo præcepta, in quibus tota lex pendet & Prophetæ. Ergo
Mat. 22. fratres & Ecclesia hoc tempore in qua saucius sanatur, stabulum est viatoris, sed ipsi Ecclesiæ sursum est hæreditas possessoris.

Ab eo quod scriptum est, Scio quod filij Abrahæ estis, sed quæritis me interficere: vsque ad id quod est, Propterea vos non auditis, quia ex Deo nõ estis. Tract. XLII.

DOminus noster etiã in forma serui nõ seruus, sed in forma etiam serui dominus: fuit q̃ppe illa carnis forma seruilis, sed
Rom. 8. quanuis esset similitudo carnis peccati, non erat caro peccati, libertatẽ promisit credentibus in se: Iudæi vero tanq̃ de sua libertate superbientes, dedignati sunt fieri liberi, cũ essent serui peccati: ideo autẽ se liberos esse dixerũt, quia semen erant Abrahæ. Quid ergo eis rñdit ad hęc dñs, hodierna lectio cũ recitaretur audiuimus. Scio, inquit, quia filij Abrahæ estis, sed quęritis me interficere, q̃a sermo meus nõ capit i vobis.) Agnosco vos, inquit, filij Abrahæ estis, sed quęritis me in-
L terficere, agnosco carnis originem, nõ cordis fidem. Filij Abrahæ estis, sed secundũ carnẽ, ideo, inquit, quæritis me occidere: sermo. n. meus nõ capit in vobis, si sermo meus caperetur caperet: si caperemini, intra retia fidei tanq̃ pisces concluderemini. Quid est ergo non capit in vobis? Non capit cor vestrũ, quia nõ recipit à corde vestro: sic. n. est sermo Dei, & sic esse debet fidelibus tanquã pisci hamus: tunc capit qñ capitur, nec fit iniuria illis qui capiuntur: ad salutem quippe, non ad perniciem capiuntur: vnde dominus
Matt. 4. discipulis suis ait, Venite post me, & faciam vos piscatores hominũ. Non ergo illi erant tales, & tamẽ filij Abrahæ erant, filij hominis Dei homines iniqui: trahebant. n. carnis genus, sed degeneres facti erant, non imitando fidẽ illius cuius filij erant audistis certe dominũ dicentem, Scio quia filij Abrahæ estis, audite q̃d dicat postea, Ego q̃ vidi apud patrẽ meũ loquor, & vos quę vidistis apud patrẽ vestrũ faciris.) Iam dixerat, scio quia filij M
Abrahæ estis. Quid aũt faciunt quod eis dixit, quęritis me occidere, hoc apud Abrahã nunq̃ viderũt. Dñs autẽ patrem Deũ voluit intelligi, cũ dixit, Quę vidi apud patrẽ meũ loquor: veritatẽ vidi, veritatẽ loquor, quia veritas sum. Si. n. dñs veritatẽ loquitur quam vidit apud patrẽ, se vidit, & se loquitur, quia ipse est veritas patris quã vidit apud patrẽ: ipse est. n. verbũ q̃ verbũ erat apud Deũ. Illi ergo malũ q̃ faciunt, q̃ dñs obiurgat & corripit, vbi viderunt? Apud patrẽ suũ. Cũ audieritis in consequentibus apertius dictum, q̃s sit eorũ pater: tunc intelligemus qualia viderint apud talem patrẽ: adhuc enim non nominat patrẽ ipsorũ, paulo superius Abrahã commemorauit, sed carnis origine, non vitę similitudine. Dicturus est alterum patrẽ: illorum, qui nec genuit eos; nec creauit vt homines essent, sed tamen filij erant, eius inquantũ mali erant, nõ inquantum homines erant, in quo imitati, nõ quod creati. Rñderunt & dixerunt ei, Pater noster Abrahã est) quasi dicerent, quid dicturus es tu contra Abraham, aut si aliquid potes audere reprehẽdere: Abraham: non quia dominus non audebat reprehendere Abraham, sed talis erat Abraham qui non reprehenderetur à domino, sed potius laudaretur: tamen isti videbãtur eum prouocare, vt aliquid mali diceret de Abraham, & esset occasio faciendi quod A
cogitabant, Pater noster Abraham est. Audiamus quomodo eis responderit dominus, cũ illorum damnatione laudans Abrahã. Dicit eis Iesus, Si filij Abrahæ estis opera Abrahæ facite: nunc aũt quæritis me interficere, hominem qui veritatẽ vobis locutus sum, quã audiui à Deo, hoc Abraham non fecit.) Ecce ille laudatus, isti damnati. Abrahã nõ erat homicida. Non dico, inquit, ego dominus sum Abrahæ: quod si diceret, verum diceret: nam dixit alio loco, Ante Abraham ego sum: tunc eum illi lapidare voluerunt. Non

dixit,

dixit hoc, interim q̄ videtis, q̄ aſpicitis, q̄ me ſolū putatis, homo ſum, hoīē dicentē vo
bis q̄ audiuit a Deo, quare vultis occidere,
niſi quia nō eſtis filii Abrahæ? Ettñ ſuperius
ait, Scio quia filii Abrahæ eſtis, nō negat eo-
rū originē, ſed facta condēnat: caro eorū ex
illo erat, ſed vita nō erat. Nos aūt chariſsimi
B nunquid de genere venimus Abrahæ, aut vl-
lo modo Abrahā pater noſter fuit ſecūdum
carnē? Originē de carne eius caro Iudęorū
ducit, non caro Chriſtianorū, nos de aliis gē
tibus venimus, & tñ imitando Abrahæ fidem
Galat. 4 filii facti ſumus: audi Apoſtolū, Abrahæ di-
ctæ ſunt promiſsiones & ſemini eius. Nō di-
cit, inquit, & ſeminib. quaſi in multis, ſed tan
quā in vno, & ſemini tuo q̄ eſt Chriſtus. Si
aūt vos Chri, ergo ſemen Abrahę eſtis, ſcd̄m
promiſsionē hæredes. Nos ergo facti ſumus
ſemen Abrahæ gra Dei, nō de carne Abrahę.
Fecit illi cohæredes Deus: illos exhęredauit,
iſtos adoptauit, & de arbore illa oliuæ cuius
Rom. 11. radix eſt in Patriarchis, ramos naturales ſu-
perbos amputauit, humilē oleaſtrū inſeruit:
Mat. 3. ideo cū venirent ad Ioannē baptizādi Iudęi,
erupit in illos, & ait illis, Generatio vipera-
rū: maxime q̄ppe de altitudine originis glo-
riabant, ille aūt generationē eos dixit vipera
rū, nō ſaltē hoīum, ſed viperarū: hoīum for-
mā videbat, ſed venenū agnoſcebat: venerāt
tñ mundandi, quia vtiq; baptizandi: & ait il-
lis, Generatio viperarū, quis vobis oſtendit
fugere a ventura ira? Facite ergo fructus di-
gnos pnīæ, & nolite dicere intra voſipſos,
patrē habemus Abrahā: potens eſt. n. Deus de
lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ: ſi fru-
ctus dignos pnīæ non feceritis, nolite vobis
de illa ſtirpe blandiri, potens eſt Deus & vos
dānare, & Abraham filiis non fraudare: ha-
bet. n. vnde excitet filios Abrahæ: fient filii,
qui fidē fuerint imitati, potens eſt Deus de la
C pidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Nos ſu-
mus, in parentib. noſtris lapides eramus, q̄ñ
pro Deo lapides colebamus, de talibus lapi-
dibus familiā Deus fecit Abrahæ. Quid ſe er
go extollit inanis & vana iactātia? Filii Abra-
hæ gloriari iā deſinant: audierunt q̄ audire
debuerunt, Si filii Abrahæ eſtis, factis proba-
te, nō verbis. Quæritis me occidere hominē
interim, nō dico filiū Dei, non dico Deū, nō
dico verbū, q̄a non moritur verbū: hoc dico
q̄ videtis, q̄a & q̄ videtis poteſtis occidere
& quē nō videtis offendere. Hoc ergo Abra
hā non fecit, vos facitis opera patris veſtri,
& adhuc nō dixit, quis eſt iſte pater eorum.
Modo illi qui rñderunt? Cęperunt. n. vtcūq;
cognoſcere, nō de carnis generatione Deum
loqui, ſed de vitæ inſtitutione. Et quia cōſue-
tudo ſcripturarū eſt quas legebant, fornica-
tionē ſpiritaliter appellare, cū diis multis &
falſis anima tanq̄ proſtituta ſubiicīt, ad hoc
rñderunt. Dixerunt itaq; ei, Nos ex fornica-
tione nō ſumus nati, unum patrem habemus D
Deū.) Iā uiluit Abrahā, repulſi. n. ſunt qūo
repelli debuerūt orę ueridico, quia talis erat
Abrahā, cuius facta nō imitabantur, & de il-
lius genere gloriabantur, & mutauerunt rñ-
ſionē, credo dicentes apud ſemetipſos, quo-
tieſcunq; nominauerimus Abrahā, dicturus
eſt nobis, Quare non imitamini eū, de cuius
genere gloriamini? Nos ſanctū, iuſtū, innocē
tem tñ uirū imitari non poſſumus, Deū dica
mus patrē noſtrū, uideamus quid nobis di-
cturus eſt: prorſus falſitas inuenit q̄ diceret,
ut non inueniret ueritas quid reſponderet,
audiamus quid dicant, audiamus quid au-
diant, Vnum, inquiunt, patrē habemus Deū.
Dixit ergo eis Ieſus, Si Deus pater veſter eſ-
ſet, diligeretis utiq; me. Ego. n. ex Deo proce-
ſsi, & ueni, neq; a meipſo ueni, ſed ille me
miſit.) Dicitis Deū patrē, agnoſcite me uel
fratrem. Verumtñ erexit intelligentibus cor,
& illud tetigit q̄ ſolet dicere, Non a meipſo
ueni, ſed ille me miſit, a Deo proceſsi & ue-
ni: Mementote q̄ ſoleamus dicere, ab illo ue
nit, & a quo uenit cū illo uenit: Chriſti ergo
miſsio eſt incarnatio. Quod uero de Deo pro-
ceſsit uerbū, æterna proceſsio eſt, non habet
tps, per quem factū eſt tempus: nemo dicat
in corde ſuo, antequam eſſet uerbum, qūo
erat Deus? Nunquam dicas, antequam eſſet
uerbum Dei nunquā Deus ſine uerbo fuit,
quia uerbū eſt manens, non tranſiens, Deus,
non ſonus, per quem factum eſt cęlū & ter-
ra, non q̄ præterit cum iis quæ facta ſunt, E
ſuper terram: ergo ab illo proceſsit ut Deus,
ut ęqualis, ut filius unicus, ut uerbum patris,
& uenit ad nos, quia uerbum caro factū eſt
ut habitaret in nobis: aduentus eius, huma- *Ioan. 1.*
nitas eius, manſio eius, diuinitas eius, diuini-
tas eius quò imus, humanitas eius quā imus.
Niſi nobis ſieret quā imus, nūq̄ ad illū ma
nētem peruenirēmus. Quare, inquit, loquelā

meam non cognoscitis? Quianon potestis audire sermonem meũ.) Ideo non poterant cognoscere, quia nõ poterant audire: sed vnde audire nõ poterãt, nisi quia corrigi credẽdo nolebant? Et hoc vnde? Vos ex patre diabolo estis.) Quãdiu patrẽ cõmemoratis, quãdiu patres mutatis, modo Abraham, modo
F Deũ, audite à filio Dei, cuius sitis filij, à patre diabolo estis. Hic iã cauenda est hæresis Manichçorũ, quæ dicit esse quandã naturam mali, & quandã gentem tenebrarũ cũ Principibus suis, q̃ ausa est pugnare contra Deũ. Illum vero Deũ ne debellaret gens aduersa, regnũ eius misisse contra eam, tanquã viscera sua Principes de luce sua, eamq; gentẽ fuisse debellatam, vnde diabolus originẽ ducit: hinc dicunt ducere originẽ carnem nostrã, & secundũ hoc putant dictũ à dño, Vos ex patre diabolo estis, q̃ essent illi velut natura mali, ducentes originẽ de gente contraria tenebrarũ: sic errant, sic excçcãtur, sic seipsos faciunt gentem tenebratũ, credendo q̃ falsũ est contra eum a quo creati sunt: bona est. n. omnis natura, sed vitiata hominis est natura per voluntatem malã. Quod fecit Deus, non põt esse malũ, si ipse homo non sit sibi malus: sed planè creator, creator est: creatura, creatura est, æquari creatura non potest creatori, discernit eũ qui fecit ab eo q̃ fecit. Aequari non põt fabro scamnũ, æquari non potest colũna structori: & tũ faber si scamnũ fecit, lignũ ipse non creauit: dns aũt Deus noster quia omnipotens est, & verbo fecit q̃ fecit, oĩa quæ fecit non habuit vnde faceret, & tũ fecit: facta sunt. n. quia voluit, facta sunt quia dixit, sed facta factori cõparari non possunt. Quæris quid cõpares, filiũ vnicũ agnosce. Vnde ergo Iudęi filij diaboli? imitando
Exo. 16. non nascendo. Audite scripturæ sanctæ consuetudinẽ. Propheta dicit ad ipsos Iudæos, Pater tuus Amorrçus, & mater tua Cethęa:
G Amorræi gens erat quædã vnde originẽ Iudęi non ducebant. Cethæi & ipsi gentem suã habebant, oĩno alienam a genere Iudęorũ: sed quia erant impij Amorræi, & Cethæi, Iudæi aũt imitati sunt impietates illorũ, inuenerunt sibi parentes, non de quib. nascerentur, sed quorũ mores sectantes pariter dãnarentur. Quęritis aũt fortasse vnde ipse diabolus? Inde vtiq; vnde & cęteri angeli, sed & cęteri angeli in sua obedientia perstiterunt, ille in obediendo & superbiendo lapsus est angelus, & factus est diabolus: sed modo audite quid dicat dns, Vos, inquit, de patre diabolo estis: Et desideria patris vestri vultis facere.) Ecce vnde filij eius, quia talia desideratis, nõ quia de illo nati estis: quæ sunt illius desideria? Ille homicida erat ab initio.) Ecce quid est, desideria patris vestri facere vultis? Quæ- H
ritis me occidere, hominẽ qui veritatem vo Gen. 3.
bis dico. Et ille inuidit homini, & occidit hominem: diabolus. n. cũ inuideret homini, serpente indutus, locutus est mulieri, & de muliere venenauit & virũ. Mortui sunt, diabolũ audiendo, quẽ non audissent, si dñm audire voluissent: positus. n. homo inter eũ qui creauit, & eũ qui lapsus est, obtemperare debuit creatori, non deceptori: ergo ille homicida erat ab initio: videte genus homicidij fratres. Homicida dr diabolus, nõ gladio armatus, non ferro accinctus ad hominẽ venit, verbum malum seminauit & occidit. Noli ergo putare te non esse homicidam, qñ fratri tuo mala persuades, si fratri tuo mala persuades, occidis, & vt scias quia occidis, audi psalmũ, Filij hominũ dentes eorũ arma & sagittæ, & lingua eorũ gladius acutus. Vos ergo desideria patris vestri vultis facere, ideo læuitis in carnẽ, quia non potestis in mentem. Ille homicida erat ab initio, vtiq; in primo homine, ex illo ille homicida, ex quo potuit fieri homicidiũ: ex illo potuit fieri homicidiũ: ex quo factus est homo. Nõ. n. posset occidi homo, nisi prius fieret homo. Homicida ergo ille ab initio, & vnde homicida? Et in veritate non stetit. ꝛ ergo in veritate fuit, sed non stando cecidit. Et quare in veritate non stetit? Quia veritas non est in eo.) Non qũo in Christo, sic est veritas, vt Christus ipse sit veritas. Si ergo iste in veritate stetisset, in Christo stetisset, sed in veritate non stetit, quia veritas non est in eo. Cũ loquitur mendaciũ, ex proprijs loquitur, quia mẽdax est, & pater eius.) Quid est hoc? audistis verba Euangelij, intenti accepistis: ecce repeto vt I
agnoscatis quid exigatis, de diabolo dns ea dicebat, quæ de diabolo dici à dño debuerunt. Ille homicida erat ab initio, verum est: nã primum hominem occidit, & in veritate non stetit, quia de veritate lapsus est. Cũ loquitur mendaciũ, vtiq; ipse diabolus de proprijs loquitur, quia mendax est & pater eius.

De pœni. dist. 1. c. noli.

In

In his verbis quidã patrem diabolũ habere putauerunt,& quæſierunt, quis eſſet diaboli pater. Hic vero deteſtabilis error Manichęorũ inuenit adhuc quo deciperet imperitos: ſolent.n. dicere, Puta diabolus angelus fuit & lapſus eſt. Ab illo cępit pc̃tũ, ſicut dicitis, Pater eius, qui erat? Nos cõtra. Quis.n.noſtrũ aliqñ dixit diabolũ habere patrẽ? Et illi K contra, Dñs dicit, Euangeliũ loquitur de diabolo, dicens ait, ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, quia veritas non eſt in eo. Cũ loquitur mendaciũ, ex proprijs loquitur, quia mendax eſt & pater eius. Audi, intellige, nõ te longe mitto, in ipſis verbis intellige, diabolũ dñs dixit patrẽ mendacij: qd eſt hoc? Audi quid ſit, replica modo ipſa verba & intellige: non omnis n. qui mentitur, pater mendacij ſui eſt: ſi.n. ab alio mendacium accepiſti, & dixiſti, tu quidẽ mentitus es proferendo mendaciũ, ſed pater mẽdacij ipſius non es, quia ab alterq accepiſti mendacium: diabolus aũt a ſeipſo mendax fuit: mendaciũ ſuum ipſe genuit, qp a nemine audiuit. Qũo Deus pater genuit filiũ veritatẽ: ſic diabolus lapſus genuit, quaſi filiũ mendaciũ. His audi tis, replica nunc, & recole verba dñi mẽs catholica, quid audieris, aduerte, quid dicat, at tende. Ille quis? diabolus homicida erat ab initio. Agnoſcimus, occidit Adam, & in veritate non ſtetit: agnoſcimus, quia de veritate lapſus eſt, quia veritas in eo non eſt: verum eſt, quia recedendo a ueritate, non habet veritatẽ. Cũ loquitur mendaciũ, de proprijs loquitur, non aliunde accepit vnde loquatur: cũ loquitur mendaciũ de proprijs loquitur, quia mendax eſt & pater eius. Et mendax eſt, & pater mendacij: nã tu forte mendax es, qa mendaciũ loqueris, ſed nõ es pater eius. ſi.n. qp dicis a diabolo accepiſti, & diabolo credidiſti, mendax es, pater mendacij nõ es. Ille L vero quia nõ aliunde accepit mendaciũ, quo mendacio tanq̃ veneno ſerpens hominẽ occideret, pater eſt mendacii, ſicut Deus pater eſt ueritatis. Recedite a patre mendacii, currite ad patrẽ ueritatis, amplectimini ueritatẽ ut accipiatis libertatẽ. Illi aũt Iudęi apud patrẽ ſuũ uiderant qp loquebãtur, quid niſi mẽdaciũ? Dñs aũt apud patrẽ ſuũ vidit qp loqueretur, quid niſi ſeipſũ? Quid, niſi uerbum patris? Quid, niſi ueritatẽ patris æternã, & patri coæternã? Ille ergo homicida erat ab initio, & in ueritate non ſtetit, quia ueritas non eſt in eo: cũ loquitur mendaciũ, de propriis loquitur, quia mendax eſt: & non ſolũ mẽdax eſt, ſed & pater eius, i. ipſius mendacii qp loquitur pater eſt, quia ipſe genuit mendaciũ ſuũ. Ego aũt quia ueritatẽ dico, non creditis mihi: Quis ex uobis arguet me de pc̃tõ? Si ueritatẽ dico, quare non creditis mihi?) Pẽſate fratres chariſsimi manſuetudinẽ Dei, relaxare peccata uenerat, & dicebat, Quis ex uobis M arguet me de pc̃tõ? Non dedignatur ex ratione oſtendere ſe peccatorem non eſſe, qui ex uirtute diuinitatis poterat peccatures iuſtificare: quis ex uobis arguet me de pc̃tõ, qũo ego arguo & uos & patrẽ veſtrũ? Si veritatẽ dico, quare vos non creditis mihi, niſi quia filii diaboli eſtis? Valde terribile eſt qñ ſubdit, Qui eſt ex Deo, uerba Dei audit, propter ea uos non auditis, quia ex Deo non eſtis?) Iterũ nolite attendere naturã, ſed uitium: ſic ſunt iſti ex Deo, & non ſunt ex Deo: natura ex Deo, uitio non ex Deo. Obſecro uos attendite, in Euangelio habetis unde ſanemini contra errores uenenoſos & nepharios hęreticorũ, qm̃ & de his uerbis ſolent Manichæi dicere: ecce quia duæ naturæ ſunt, una bona & altera mala. Dñs dicit, quid dicit dñs? Propterea uos non auditis, quia ex Deo nõ eſtis, dicit dñs hæc. Quid ergo, inquit, tu ad iſta dicis? Audi quæ dicam: & ex Deo ſunt, & ex Deo non ſunt: natura ex Deo ſunt, uitio non ſunt ex Deo: natura.n bona, quæ ex Deo eſt, peccauit uoluntate credendo, qp diabolus perſuaſit & uitiata eſt, ideo medicũ quærit, quia ſana non eſt. Ecce qp dico, ſi impoſsibile tibi vr̃ ut ex Deo ſint, & ex Deo non ſint, audi qa non eſt impoſsibile: ſic ſunt ex Deo, & non ſunt ex Deo, qũo & filii Abrahæ ſunt, & non ſunt filii Abrahæ. Hic habetis, non eſt qp dicatis, ipſum dñm audi, ipſe illis dixit, Scio quia filii Abrahæ eſtis, nunquid dñs mẽtiretur? Abſit, ergo uerũ eſt qp dixit dñs. Verũ eſt, ergo qp illi Abrahæ filii erant, uerum eſt. Audi ipſum negantẽ qui dixit, filii Abrahæ eſtis, ipſe illos negauit filios Abrahæ. Si filii Abrahæ eſtis, facta Abrahæ facite: nunc autẽ quęritis me occidere, hominem qui ueritatẽ uobis dico, quam audiui a Deo, hoc Abrahã non fecit: uos facitis opera patris ueſtri, ideſt diaboli, qũo ergo & filii Abrahæ erant, & filii Abrahæ non erãt? Vtrunque in illis oſtẽdit,

dit, & filij Abrahæ erant pp originē carnis, & non erant filij Abrahæ, propter vitium diabolicæ persuasionis: sic & dñm & Deum nostrum attendite, & ex illo erant, & ex illo nō erant. Qūo ex illo erant? quia ipse creauit hominem, de quo nati erant. Qūo ex illo erāt? quia ipse est conditor naturæ, ipse est creator carnis & animæ. Qūo ergo ex illo non erant? quia vitiosi à seipsis facti erant: ex illo
B non erant, quia imitando diabolum, filij diaboli facti erant. Venit ergo dñs Deus ad hominem peccatorem: duo nomina audisti, & hominem, & peccatorē. Quod homo est, ex Deo est: ꝙ peccator est, non est ex Deo, à natura vitium secernatur: agnoscatur natura, vnde creator laudetur: agnoscatur vitiū, pp ꝙ medicus inuocetur: ꝙ ergo ait dñs, Qui est ex Deo, uerba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis, non naturarum merita discreuit, aut præter suam animā & carnē aliquā naturā in hominib. quæ pctō vitiata non esset, inuenit: sed qm̄ præscierat qui fuerant crediturī, ipsos dixit ex Deo, qm̄ regenerationis adoptione renascerentur ex Deo: ad hos pertinet, Qui est ex Deo, verba Dei audit: ꝙ vero sequitur, Propterea vos non auditis, quia ex Deo nō estis: eis dictū est, qui non solū pctō vitiosi erant, nam hoc malū cōe erat omnibus, sed ēt præcogniti, ꝙ non fuerant crediturī ea fide, qua sola possent a pctōrum obligatione liberari. Quapropter præsciebat illos, quib. talia dicebat, in eo permansuros, ꝙ ex diabolo erant, idest in suis peccatis atq; impietate morituros, in qua ei similes erant, nec venturos ad regenerationē, in qua essent filii Dei, hoc est ex Deo nati, a quo erant hoīes creati. Secundū hanc p̄dest̄inationē locutus est dñs, non
C ꝙ aliquem hominum inuenerit, qui vel secūdum regenerationem iam esset ex Deo, vel secundum naturam iam non esset ex Deo.

Ab eo quod scriptum est, Responderunt igitur Iudęi & dixerunt ei, vsque ad id quod scriptum est, Tulerunt ergo lapides Iudęi vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Tract. XLIII.

IN ista lectione sancti Euangelii, quæ hodie recitata est, à potentia discimus patientiā. Quid.n. sumus serui ad dñm: peccatores ad iustū: creatura ad creatorē? tū qūo siquid mali sumus, à nobis sumus: ita quicquid boni sumus, ab illo & per illum sumus. Et nihil sic quærit homo qūo potentiā. Habet dñm Christum magnā potentiam: sed prius eius imitetur patientiam, vt perueniat ad potentiam. Quis nostrū patienter audiret si alicui diceretur, dęmonium habes? Quod dictū est ei, qui non solum homines saluabat, sed etiā D dęmonibus imperabat: hoc cum dixissent Iudęi, Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es, & dęmonium habes?) horum duorum sibi obiectorum vnū negauit, & alterū non negauit. Respondit.n. & ait, Ego dęmo- *Lucæ 10.* nium non habeo.) Non dixit, Samaritanus non sum, & vtiq; duo fuerunt obiecta: quāuis maledictum maledicto non reddiderit, quamuis conuitiū non conuitio refutauerit, pertinuit tū ad eum negare vnam rem, alteram non negare. Non frustra fratres, Samari *Ps. 120.* tanus.n. interpretatur custos. Nouerat se ille *Ps. 126.* nostrum esse custodem, Non.n. dormit neq; dormitat qui custodit Israel: &, Nisi dñs custodierit ciuitatem, in vanum vigilabunt qui custodiunt eam. Est ergo ille custos noster, qui creator noster, non.n. pertinuit ad eū vt redimeremur, & non pertineret ad eum vt seruaremur? Deniq; vt plenius noueritis mysterium quare se Samaritanum negare non debuit, parabolam illam notissimā attendite, vbi homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui eū grauiter vulnerantes, semiuiuū in via reliquerunt. Transit quidam sacerdos: neglexit eum: transit Leuites, & ipse præterijt: transit quidam Samaritanus, ipse est custos noster, ipse accessit ad saucium, ipse impendit misericordiam, eique se præstitit proximū, quē non deputauit alienum. Ad hoc ergo solum ꝙ dęmonium non haberet, non autem se Sa E maritanum non esse respondit: deinde post tale conuitium, hoc solū dixit de gloria sua, Sed honorifico, inquit, patrem meum, & vos inhonorastis me.) hoc est, ego me non honorifico, ne vobis arrogans videar, habeo quē honorificē: sed si vos me agnosceretis, sicut ego honorifico patrē, sic & vos honorificaretis me. Ego facio ꝙ debeo, vos nō facitis ꝙ debetis. Ego autem, inquit, non quæro gloriam meā, est qui quærat & iudicet.) Quem vult intelligi, nisi patrem? Quomodo *Ioan. 5.*

ergo

ergo alio loco dicit, Pater nō iudicat quenq̃, sed omne iudiciū dedit filio: & hic dicit, Nō quæro gloriā meam, est qui quærat & iudicet? Si ergo iudicat pater, quomodo non iudicat quēquā, sed omne iudiciū dedit filio?

Iacob. 1. Deu. 13. F Hāc quæstionē vt soluamus attendite: simili locutione solui potest: scriptū habes, Deus neminē tentat: & iterum scriptum habes, Tētat vos dominus Deus vester, vt sciat si diligitis eum: nempe q̃stio est. Videtis.n. quō Deus neminem tentat, & quō tentat vos dñs Deus vester, vt sciat si diligitis eum. Item scriptum est, Timor non est in charitate perfecta charitas foras mittit timorem: & alio loco scriptum est, Timor domini castus permanens in seculum seculi. Et ipsa quæstio est, quomodo enim perfecta charitas foras mittit timorem, si timor domini castus permanet in seculum seculi? Intelligimus ergo vnas esse tētationes, vnam quæ decipit alteram quæ probat. Secundū eā quæ decipit, Deus neminem tentat: secundum ea quæ probat, tentat vos dñs Deus vester, vt sciat si diligitis eum. Sed iterum & hic alia nascitur quæstio quō tentat vt sciat quem latere nihil potest antequā tentet? Non ergo Deus nescit, sed dictū est vt sciat, quod est scire vos faciat. Locutiones tales & in sermonibus nostris sunt, & in authoribus eloquētię reperiuntur. De sermone nostro aliquid dicam. Fossa cęca dicitur, non quia ipsa oculos perdit, sed quia latendo nō videns faciat, aliquid & illis authoribus dicam: Tristes lupinos ait quidā, hoc est amaros, non quia ipsi sunt tristes, sed quia gustati contristant, hoc est tristes faciunt: sunt ergo & i scripturis locutiones eiusmodi. Qui in talibus quæstionibus cognoscendis laborant, in soluendis talibus quęstionib. nō laborant. Ergo tentat vos dñs Deus vester vt sciat. Quid est vt sciat? Vt scire vos faciat si diligitis eū. Iob latebat se, sed Deum non latebat,

1. Ioan. 4. Psal. 18.

G admisit tentatorem, & fecit eū sui cognitorē Quid de duobus timoribus? Est timor seruilis, & est timor castus est timor ne patiaris pęnā, est alius timor ne amittas iustitiam. Timor ille ne patiaris pęnam seruilis est, quid magnum est timere pęnam? Hoc & nequissimus seruus, hoc & crudelissimus latro. Non est magnū pœnā, sed magnū est amare iustitiā: qui ergo amat iustitiam, nihil timet? Timet plane, nō ne incidat in pęnam, sed ne amittat iustitiā, Fratres mei, credite conijcite ex eo quod amatis. Amat aliquis vestrū pecuniā: putas inuenio aliquem qui non amet? Ex hoc tñ ipso quod amat intelligat q̃ dico timet damnū. Quare timet dānū, quia pecuniā diligit: Quātū amat pecuniā, tm timet ne p̃dat pecuniā. Ergo inuenit aliq̃s amator iustitię qui plus in corde dānū p̃timescat, qui plus timeat expoliari iustitia, q̃ tu pecunia. Ipse est timor dñi castus, ipse permanet in seculū seculi, nō eum tollit charitas, nec foras mittit sed magis cēplectit, & comitē tenet, simul & possidet: veniamus.n. ad Deū, vt videamus facie ad facię. Ibi timor castus nos seruat timor.n. ille nō perturbat, sed confirmat. Timet mulier adulteta ne vir eius veniat: timet & casta ne vir eius abscedat. Ergo scd̃m aliā tentationē Deus neminē tentat: secūdū aliā vero, tentat vos dñs Deus vester. Et scd̃m aliū timorē, timor nō est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorē: secundū vero aliū timorē, timor dñi castus p̃manet in seculū seculi. Sic & hoc loco scd̃m alterū iudiciū p̃ nō iudicat quenquā, sed oē iudiciū dedit filio: secūdū vero alterū iudiciū, ego, inquit, nō quęro gloriā meā, est q̃ quęrat & iudicet. Et de isto verbo q̃stio ista soluat. Habes i Euāgelio cō memoratū pęna le iudiciū. Qui nō credit iā iudicat⁹ est: & alio loco, Veniethora qñ ij qui sunt in monumētis audient vocē eius, & procedēt qui bona fecerūt in resurrectionē vitę, qui male egeruntin resurrectionē iudicij. Videte quēadmodū iudiciū pro dānatione & pęna posuit, & tñ si semper iudiciū pro damnatione acciperetur, nūquid audiremus in Psalmo, Iudica me Deus? Ibi iudiciū secūdū afflictionē, hic iudiciū secundū discretionē positū est. Quomodo secundum discretionē? Quomodo exponit ipse qui ait, Iudica me Deus. Lege enim vide quod sequitur. Quid est, Iudica me Deus & discerne causam meā, inquit, de gente non sancta? Quod ergo dictū est, Iudica me Deus & discerne causam meā de gente non sancta: secundū hoc ait modo dñs Christus, Ego non quęro gloriā meam, est qui quęrat & iudicet. Quomodo est qui quęrat & iudicet? Est pater meus, qui gloriā meā à vestra gloria discernat & separet. Vos .n. scd̃m hoc seculū gloriamini: Ego nō secūdū hoc seculum glorior, qui patri dico, Pa-

H

Psal. 42.

I

Ioan. 3. Ioan. 5.

Ioan. 7.

ter

ter glorifica me ea gloria, quã habui apud te antequã mundus esset. Quid est ea gloria? Ab humana inflatione discreta. Secundum
Ysal. 44. hoc iudicat pater. Quid est iudicat? Discernit. qd discernit? Gloriã filij sui a gloria hominũ: quia ideo dictũ est, Vnxit te Deus tuus oleo exultationis tuæ prę participibus tuis.
K Nõ. n. quia homo factus est, iã comparãdus est nobis: nos homines cũ peccato ille sine peccato: nos homines trahentes de Adam & mortẽ & delictũ: ille de virgine carnẽ mortalem, nullã iniquitatem: deniq; nos nec quã diu volumus nati sumus, nec quandiu volumus viuimus, nec quomodo volumus, morimur: ille antequã nasceretur, elegit de qua nasceretur, natus fecit vt à Magis adoraretur creuit infans & miraculis se Deum ostendebat, & infirmitate hominem prę ferebat. Postremo elegit & genus mortis, hoc est, vt in
Frontib. cruce pẽderet, & ipsam crucẽ, in cordibus* fideliũ figeret, vt dicat Christianus, Mihi aũt
Galat. 6. absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. In ipsa cruce qñ voluit, corpus dimisit & abscessit: in ipso sepulchro quãdiu voluit, iacuit: qñ voluit, tãquã de lecto surrexit. Ergo fratres scd̃m ipsam formã serui, nã illud qs digne loqtur, In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ: secundũ ipsam inq̃ formã serui multum interest inter gloriã Christi, & gloriam omnium cęterorũ. De ipsa gloria dicebat, qñ qꝑ
Ioan. 1. dęmoniũ habere audiebat, Ego non quęro gloriã meã, est qui quærat & iudicet. Tu aũt de te dñe quid dicis? Amen amẽ dico vobis, si quis sermonẽ meũ seruauerit, mortẽ nõ videbit in æternũ.) Vos, inquit, dicitis, dęmoniũ habes, ego ad vitã voco, seruate sermonẽ meum, & non moriemini. Illi audiebant, mortẽ non videbit in æternũ, qui sermonem meum seruauerit, & irascebantur, quia iam mortui erant illa morte quæ vitanda erat. Dixerunt ergo Iudęi, Nunc cognouimus quia
L dęmoniũ habes, Abrahã mortus est & Prophetæ, & tu dicis, si quis sermonẽ meũ seruauerit mortẽ nõ gustabit in ęternũ.) Videte locutionẽ scripturarũ, mortẽ non videbit, id est gustabit: mortẽ videbit, mortem gustabit. Quis videt? quis gustat? Quos oculos habet homo vt videat, quando moritur: Quando veniendo mors ipsos oculos claudit ne aliquid videant? Qũo dicitur, non videbit mortem? Item quo palato quibus faucibus mors gustatur, vt quid sapiat dignoscatur? Qñ totũ sensũ tollit, quid in palato remanebit? Sed videbis dictũ esse, & gustabit, peo quod est experietur. Hæc dñs parũ est si dicã, moritu-
ris morituris loquebatur, quia & dñi exitus M
mortis sicut loquitur Psalmus. Cum ergo & morituris loqueretur, & morituris loquere-
tur, quid sibi vult quod ait, Qui sermonem *Psal. 67.*
meũ seruauerit, mortẽ nõ videbit in ęternũ: nisi quia videbat dñs aliam mortem, de qua nos liberare venerat? Mortẽ secundã, mortẽ ęternã, mortẽ gehennarũ: mortẽ damnationis cũ diabolo & angelis eius: ipsa est vera mors, nam ista migratio. Quid est ista mors? Relictio corporis, depositio sarcinæ grauis: sed si alia sarcina non portetur, quia homo in gehennã pręcipitetur. Dei ipsa ergo mortẽ dñs dixit, morte non videbit in ęternum, qui sermonẽ meum seruauerit. Non expaue scamus istam mortẽ, sed illam timeamus: qꝑ est autẽ grauius, multi peruerse timendo istã inciderunt in illã. Dictũ est aliquibus, adora te idola, quod si non feceritis, interficiemi-
ni: aut quemadmodũ ille Nabuchodonosor *Dan. 3.*
rex dixit, Si nõ feceritis, mittemini in caminũ ignis ardentis. Multi timuerunt & adorauerunt, nolentes mori mortui sunt: timendo mortẽ quæ nõ euadit, inciderũt in mortem quã euadere omnino fęliciter possent, si istã quæ non euadit infęliciter non timerent: natus es homo moriturus es, quã ibis vt non moriaris? Quid facies vt nõ moriaris? vt dñs tuus necessitate morturũ consolaretur, qui volũtate mori dignatus est: qñ vides Christũ mortuũ, dedigneris mori? Ergo cũ morituri es, quã euadas non habes: hodie sit cras *Dan. 3.*
sit futurũ est: debitũ est, reddẽdũ est. Quid ergo agit homo timens? fugiens occultat se ne inueniatur ab inimico. Nunquid egit vt non moriatur, sed vt paulo serius moriatur: non accipit debiti securitatẽ, sed postulat dila-
A tionẽ. Qnantumlibet diu differatur veniet qꝑ differtur. Illam mortẽ timeamus quã timuerunt tres viri, quãdo dixerũt regi, Potens est Deus ẽt de ista flamma liberare nos, etsi ibi non fuit timor illius mortis quã modo dñs comminatur quando dixerunt, Sed etsi noluerit aperte liberare, potest in occulto coronare. Vnde & ipse dñs facturus martyres, & caput martyrũ futurus ait, Nolite timere

eos

eos qui occidunt corpus, & postea non habent q̃ faciant. Quo non habent q̃ faciant? Quid si cũ occiderint corpus, bestijs lacerãdum & diripiendũ alitib. proijciant? Vr̃ adhuc ſequitia habere q̃ faciat: ſed cui facit? Qui migrauit: ineſt corpus, ſed nullus eſt ſenſus: habitatio iacet, habitator abſceſsit: ergo poſt ea non habent q̃ faciant, non ſentienti.n.nihil faciunt. Sed eũ timete qui habet ptãtem & corpus & animã occidere in gehennam ignis. Ecce de qua morte loquebatur cũ dicere t, Qui ſermonẽ meũ ſeruauerit, mortẽ nõ videbit in æternũ: ſeruemus ergo fratres ſermonẽ ipſius in fide peruenturi ad ſpeciẽ, cũ acceperimus pleniſsimã libertatem. Iſti aũt indignantes mortui, & morti ſempiternæ p̃deſtinati, rñdebant conuitio ſe & dicebant, Modo cognouimus quia dęmonium habes. Abraham mortuus eſt & Prophetæ: ſed iſta morte q̃ dñs vult intelligi, nec Abrahã mortuus eſt, nec Prophetæ, Illi.n.mortui ſunt & viuunt, iſti viuebant & mortui erant: nã rñdens quodam loco Saducęis mouentib. qõnem de reſurrectione, hoc ait ipſe dñs, De reſurrectione aũt mortuorũ nõ legiſtis, qũo ait dñs de rubo ad Moyſen, Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Nõ eſt Deus mortuorũ, ſed viuorũ. Si ergo illi viuunt, laboremus ſic viuere, vt cũ illis viuere poſsimus cũ mortui fuerimus. Quem te ipſum facis, inquiunt, vt dicas mortẽ nõ videbit in æternũ, qui ſermonẽ meũ ſeruauerit, cũ ſcias & Abrahã mortuũ & Prophetas? Rñdit Ieſus, Si ego glorifico meipsũ, gloria mea nihil eſt, Eſt pater meus qui glorificat me.) hoc ait p̃p illud q̃ dixerunt, Quem te ipſum facis? Refert.n. gloriã ſuã ad patrem ſuũ, de quo eſt, & qui Deus eſt. Aliq̃ Arriani & de iſto verbo calumniãtur fidei noſtræ & dicũt, Ecce maior eſt pater, quia vtiq; glorificat filiũ. Hæretice, non legiſti ipſum filiũ dicentẽ, q̃ glorificet patrem ſuũ? Sed & ille filiũ glorificat, & filius patrẽ glorificat. Pone perniciẽ, agnoſce æqualitatẽ, corrige peruerſitatẽ. Eſt ergo, inquit, pater meus qui glorificat me: Quẽ vos dicitis, quia Deus veſter eſt & nõ cognouiſtis eũ.) videte fratres mei quẽ admodũ oſtẽdat ipſum Deũ patrẽ eſſe Chriſti, qui annunciatus eſt & Iudęis. Propterea dico, quia rurſus quidã hæretici dicunt Deũ annunciatũ in veteri teſtõ, non eſſe patrem Chriſti, ſed neſcio quẽ Principẽ malorũ angelorũ, Manichęi ſunt qui iſta dicunt, Marcionitæ ſunt qui iſta dicunt. Sunt & alij fortaſsis hæretici quos commemorare, vel non opus eſt vel a me oẽs recoli in præſenti non poſſunt, non defuerunt tñ qui hoc dicerent. Itaq; attendite vt habeatis, quid dicatis & cõtra ipſos. Eũ dicit patrem ſuũ dñs noſter Ieſus Chriſtus, quẽ illi dicebant Deũ ſuũ, & nõ cognouerunt: ſi.n.ipſum cognouiſſent, eius filiũ recepiſſent. Ego aũt, inquit, noui eũ.) Secundũ carnẽ iudicantib potuit & hinc arrogans videri, quia dixit, ego noui eũ: ſed videte quid ſequatur, Si dixero quia nõ noui eũ, ero ſimilis vobis mendax.) Ergo arrogantia non ita caueatur, vt veritas relinquatur: Sed ſcio eũ & ſermonẽ eius ſeruo.) Sermonẽ patris tanquã filius loquebatur, & ipſe erat verbũ patris q̃ hominib. loquebatur, Abraham pater veſter exultauit, vt videret diẽ meũ & vidit, & gauiſus eſt.) Magnũ teſtimoniũ perhibet Abrahæ, ſemen Abrahæ, creator Abrahæ, Abrahã exultauit, inquit, vt videret diem meũ: vidit, non timuit, ſed exultauit, vt videret diem meũ. Erat.n.in illo charitas, q̃ foras mittit timorẽ, Non ait, exultauit quia vidit: ſed exultauit vt videret. Credens vtiq; exultauit ſperãdo, vt videret intelligendo, & vidit. Et quid potuit plus dicere, uel quid debuit plus dicere dñs Ieſus Chriſtus? Et uidit, inq̃t, & gauiſus eſt. Quis explicat hoc gaudiũ fratres mei? Si gauiſi ſunt illi quib. Deus oculos carnis aperuit, quale gaudiũ fuit videtib. cordis oculis lucẽ ineffabilẽ, uerbũ manens, ſplendorẽ pijs mentib. refulgentem, ſapientiã indeficientem, apud patrẽ manentẽ Deũ, & aliq̃n in carne uenturũ, nec de patris gremio receſſurũ? Totũ hoc uidit Abrahã, nã q̃ ait, diem meũ, incertũ põt eſſe vnde dixerit, utrũ diem dñi temporalẽ, quo erat uenturus in carne, an diem dñi qui neſcit ortũ, neſcit occaſum. Sed ego non dubito patrẽ Abrahã totũ ſciſſe. Et ubi inueniam? An ſufficere nobis debet teſtimoniũ dñi noſtri Ieſu Chriſti? Putemus nos inuenire non poſſe, quia forte difficile eſt qũo manifeſtũ ſit, q̃ Abrahã exultauit ut uideret diẽ Chriſti, & uidit & gauiſus eſt. Etſi nos nõ inuenimus, nunquid mẽtiri ueritas poſſet? Credamus ueritati, & de Abrahæ meritis minime dubitemus. Tñ audite uñũ locũ, qui mihi interim occurrit, Pater

Mat. 10. *Luc.* 12. *Mat.* 22. *Exo.* 3. *Ioan.* 4

ter Abraham qñ misit seruum suũ, vt peteret vxorẽ filio suo Isaac, hoc cũ sacro obstrinxit; vt fideliter ꝙ iubebatur impleret, & sciret ẽt ipse quid faceret: magna.n.res agebatur, qñ Abrahæ semini coniugium ꝙrebatur. Sed vt cognosceret seruus ꝙ nouerat Abraham, quia nepotes nõ carnaliter desiderabat, nec de genere suo aliquid carnale sapiebat, ait seruo suo quẽ mittebat, Pone manũ sub femore meo, & iura mihi per Deũ cœli. Quid vult Deus cœli ad femur Abrahæ? Iã intelligitis sacrm, per femur genus. Ergo quid fuit illa iuratio, nisi quia significabatur de genere Abrahæ venturũ in carne Deũ cœli? Stulti reprehendunt Abraham, quia dixit, Mitte manũ sub femore meo. Qui reprehendunt carnẽ Christi, reprehendunt factũ Abrahæ. Nos aũt fratres, si agnoscimus carnẽ Christi venerandã, illud femur non contemnamus, sed in prophetia dictũ accipiamus. Etenim Propheta erat Abrahã: cuius Propheta? seminis sui & dñi sui. Semen suũ significauit dicendo, Mitte manũ sub femore meo. Dñm suum significauit addendo, & iura mihi per Deum cœli. Irati Iudęi responderunt ei, Quinquaginta annos nondũ habes, & Abraham vidisti? Et dñs, Amen amen dico vobis, antequam Abrahã fieret, ego sum.) Appende verba, & cognosce mysteriũ, anteq̃ Abraham fieret: intellige, fieret ad humanã naturã, sum vero ad diuinã pertinere substantiam. Fieret, quia creatura erat Abraham, Nõ dixit, antequam Abraham esset ego sum, sed anteq̃ Abraham fieret, qui nisi per me, non fieret, Ego sum. Neq; hoc dixit, anteq̃ Abrahã fieret, ego factus sum. In principio.n.fecit Deus cœlũ & terram: nam in principio erat verbũ. Anteq̃ fieret Abrahã ego sum. Agnoscite creatorẽ, discernite creaturã. Qui loquebatur, semen Abrahæ factus erat, & vt Abraham fieret, ante Abraham ipse erat. Hinc iã velut Abrahæ apertissimo conuicio commoti sunt acrius, blasphemasse quippe illis visus est dñs Christus, qñ dixit, anteq̃ Abrahã fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Tanta duritia quo currerent nisi ad similes? Iesus aũt,) tanq̃ homo tanq̃ in forma serui, tanq̃ humilis, tanq̃ passurus, tãq̃ moriturus, tanq̃ nos suo sanguine redempturus, non tãquam ille qui est, nec tanquam in principio verbum, & verbum apud Deum. Nam cum illi lapides tollerent vt mitterent in eũ, quid magnum erat vt eos continuo dehiscens terra absorberet, & pro lapidibus inferos inuenirent? Non erat magnum Deo, sed magis erat cõmendanda patientia, q̃ exerenda potentia. Abscondit se ergo ab eis) ne lapidaretur. Tanquam homo à lapidibus fugit, sed vę illis, a quorum lapideis cordib. Deus fugit.

Gen. 24.

F

G

Ioan. 1.

Ab eo quod scriptum est, Et prætereiens Iesus vidit hominem cęcum à natiuitate, vsque ad id quod scriptum est, Nunc vero dicitis quia videmus, peccatum vestrũ manet. Tract. XLIIII.

H

DE homine quem dñs Iesus illuminauit, qui cęcus natus fuit, prolixa lectio recitata est, quã si vniuersam pertractare conemur, pro sui dignitate sicut valemus singula considerantes, non sufficit dies. Proinde peto & admoneo charitatem vestrã vt in ijs q̃ aperta sunt sermonem nostrũ non requiratis: nã nimis longũ erit in singulis immorari. Breuiter ergo cęci huius illuminati commendo mysterium. Ea quippe quæ fecit dñs noster Iesus Christus, stupenda atq; mirãda, & opera & verba sunt: opera, quia facta sũt: verba, quia signa sunt. Si ergo quid significet hoc ꝙ factũ est cogitemus, genus humanũ est ille cęcus: hæc.n.cęcitas contigit in primo homine per pctm̃, de quo omnes originem duximus, non solũ mortis, sed ẽt iniquitatis. Si.n.cęcitas est infidelitas, & illuminatio fides, quem fidelem qñ venit Christus inuenit? Qñquidem Apostolus natus in gente Prophetarũ dicit: Fuimus & nos aliqñ natura filij iræ sicut & cęteri. Si filij iræ, filij vindictæ, filij pœnæ, filij gehennæ. Qũo natura, nisi quia peccante primo homine, vitium pro natura inoleuit? Si vitium pro natura inoleuit, secundum mentem omnis homo cęcus natus est: si.n. videt, non opus habet ductore: si opus habet ductore, & illuminatore cęcus est ergo à natiuitate. Venit dominus. Quid fecit? Magnum mysterium commendauit. Expuit in terrã, de saliua sua lutũ fecit,) quia verbum caro factum est, Et inunxit oculos cęci.) Inunctus erat, & nondum videbat. Misit illum ad piscinam, quæ vocatur Siloe.) Pertinuit autem ad Euangelistam commendare nobis nomen huius piscinæ, & ait,

Cap. 9.

Ephes. 2.

I

Quod

Quod interpretatur missus.) Iam qui sit mis
sus agnoscitis: nisi. n. ille fuisset missus, ne-
mo nostrũ esset ab iniquitate dimissus. Lauit
ergo oculos in ea piscina, quę interpretatur
missus, baprizatus est in Christo: si ergo qñ
eũ in semetipso quodãmodo baptizauit, tũc
illuminauit: qñ inũxit fortasse cathecumenũ
fecit. Pot quidẽ aliter atq; aliter tanti sacra-
K menti exponi profunditas & pertractari, sed
hoc sufficiat charitati vestræ, audistis grande
mysteriũ. Interroga hominẽ, Christianus es?
Respondet tibi, nõ sum. Si paganus es aut Iu
dęus? Si aũt dixerit, non sum, adhuc quęris
ab eo: cathecumenus, an fidelis? Si respon-
dit tibi, cathecumenus, inunctus est, nondum
lotus. Sed vnde inunctus quære? Et respõdet.
Quęre ab illo in quẽ credat, eo ipso quo ca-
thecumenus est, dicit, in Christum. Ecce mo
do loquor & fidelibus & cathecumenis. Qđ
dixi de sputo & luto, quia verbum caro fa-
ctũ est, & hoc cathecumeni audiunt, sed nõ
eis sufficit ad quod inuncti sunt, festinent ad
lauacrũ si lumen inquirũt. Iã ergo propter
quasdã in hac ipsa lectione quæstiones, uer-
ba dñi & ipsius uniuersę lectionis percurra
mus potius quam tractemus. Exiens Iesus vi
dit hominẽ cęcũ.) non vtcunq; cęcũ, sed a
natiuitate. Et interrogauerunt eum discipuli
eius, Rabbi.) scitis Rabbi quia magister est,
magistrũ appellabant, quia discere desidera-
bant, quæstionẽ quippe dño proposuerũt tã
quam magistro. Quis peccauit, hic, an parẽ-
tes eius, vt cęcus nascereturr? Respondit Ie-
sus, Neq; hic peccauit, neq; parentes eius, vt
cęcus nascereturr.) Quid est, quod dixit? Si
nullus hõ sine peccato, nũquid parentes hu-
ius cęci sine peccato erãt? Nũquid ipse vel
sine originali peccato natus erat, uel viuen
do nihil addiderat? An qs oculos clausos ha
bebat, cõcupiscẽtiæ minime vigilabat? Quã
ta mala cõmittunt cęci, à quo malo abstinẽt?
Mens mala ẽt clausis oculis non poterat vi-
dere, sed nouerat cogitare, & forte concu-
L piscere aliquid quod cęcus non posset im-
plere, sed in corde iudicari à cordis perscru
tatore. Si ergo & parẽtes eius habuerunt pec
catũ, & iste habuit pctm, quare dñs dixit. Ne
quehic peccauit, neq; parentes eius, misi ad
rẽ ndit de qua interrogatus est, ut cęcus na-
sceretur: habebãt. n. peccatũ parẽtes eius, sed
nõ ipso peccãto factũ est vt cęcus nascereꝫ.
Si ergo nõ peccato factũ est parẽtũ, ut cęcus
nascereturr quare cęcus natus est? Audi ma-
gistrũ docentẽ, Quęrit credentẽ, vt faciat in
telligẽtẽ. Ipse causam dicit, quare ille cęcus
sit natus. Nęq; inquit, hic peccauit, neq; pa-
rentes eius, sed ut manifestentur opera Dei
in illo:) deinde qd sequit? Me oportet opari
opa eius q misit me.) Ecce est ille missus, in
quo faciem lauit cęcus, & uidere qd dixerit, M
me oportet operari opa eiꝰ q misit me, Do-
nec dies est.) Memẽtote qũo uniuersam glo-
riã illi dat, de quo est, quia ille habet filium
qui de illo sit, ipse non habet de quo sit: sed
quare dixisti dñe, donec dies est, audi quare.
Veniet nox qñ nemo põt operari.) Nec tu
dñe? Itane tm ualebit nox illa, ut nec tu pos
sis in ea operari cuius opus nox est? Puto. n.
dñe Iesu, imo nõ puto, sed credo atq; confir
mo teibi fuisse quando dixit Deus, Fiat lux:
& facta est lux si enim uerbo fecit, te fecit:
& ideo dictum est, Omnia per ipsum fa-
cta sunt, & sine ipso factum est nihil. Diuisit Gen. 1.
Deus inter lucẽ & tenebras: lucem uocauit Ioan. 1.
diẽ tenebras noctẽ, Quę est illa nox, q cũ ue
nerit, nemo poterit operari? Audi qd sit dies
& tũc itelliges q sit nox: vnde sumus audituri
qsnã sit dies iste? Ipse dicat, q̃diu in hoc mũ-
do sũ, lux sũ mũdi.) Ecce ipse dies est. Lauat
oculos cęcus in dte, ut uideat diẽ. Quãdiu, in
qt, in mũdo sum, lux sum mũdi. Ergo nescio
q nox erit, qñ ibi Xps nõ erit, iõ nemo pote-
rit opari. Restat inqrere frẽs mei, patiẽter ac
cipite inquirẽtẽme: vobiscũ qro uobiscũ inꝫ-
ueniã a quo qro: Cõstat expressum ac defini
tũ diẽ cõmemorasse dñm hoc loco seipsũ. i.
lumẽ mũdi: ¶ Quãdiu, inqt, sum in hoc mũ-
do, lux sũ mũdi: ergo ipse operat quãdiu ẽ
in hoc mũdo? Putamus eũ frẽs fuisse hic tũc,
& mõ nõ hic esse? Si ergo hoc putamus, iã er
go post ascẽsum dñi facta est nox ista metuẽ
da, ubi nemo posset opari. Si post ascensũ A
dñi facta ẽ nox ista, unde Apostoli tãta opa- Acto. 2.
ti sunt? Nunqd ista nox erat, qñ spũssanctus Acto. 3.
ueniẽs, & oẽsqui in uno loco erãt adimplẽs Acto. 5.
dedit eis loqui omniũ gentiũ linguis? Nũqd
nox erat qñ claudꝰ ille ad uerbũ Petri saluus
effectus est, imo ad uerbũ dñi habitantis in
Petro? Nũquid nox erat qñ transeuntibus di-
scipulis ægri cũ lectulis ponebãt, ut uel umbra
transeũtiũ tãgerẽtur? Dñs aũt cũ hic esset
neminem transiens umbra sua salꝫum fecit,

sed

sed ipse discipulis dixerat, Maiora horum fa-
Ioan. 14. cietis. Dixerat quidē dñs, maiora horū facie-
Ioan. 15. tis: sed nō se extollat caro & sanguis: audiat
dicentē, Sine me nihil potestis facere. Quid
igitur? quid dicemus de nocte ista? qñ erit? qñ
nemo poterit operari? Nox ista impiorum
Mat. 25. erit, nox ista eorū erit, quibus, in fine dicet,
Ite in ignē ęternū, qui paratus est diabolo
& angelis eius: sed nox dicta est, nō flamma,
B non ignis? Audi quia & nox est: de quodā ser-
Mat. 22. uo dicit, Ligate illi manus & pedes, & proij-
cite eū in tenebras exteriores. Operetur er-
go homo dū viuit, ne illa nocte præueniat,
vbi nemo possit operari. Modo est vt opere
tur fides per dilectionē: & si modo opera-
mur, hic est dies, hic est Christus: audi pro-
mittentē & ne arbitreris absentē. Ipse dixit,
Ecce ego vobiscū sum. Quandiu? nō sit in no-
Mat. 28. bis solicitudo qui viuimus, si fieri posset, de
hac ēt voce posteros qui futuri sunt securis-
simos faceremus, Ecce, inquit, ego vobiscū
sum omnib. diebus vsq; ad cōsummationē
seculi. Dies iste qui circumitu solis huius ad
impletur, paucas horas habet dies prsentiæ
Christi, vsq; in cōsummationē seculi extēdi
tur. Post resurrectionē vero viuorū & mor-
Mat. 25. tuorū, cū posit is ad dexteram dixerit. Venite
benedicti patris, percipite regnū: positis aūt
ad sinistrā dixerit, Ite in ignem ęternū, qui
paratus ē diabolo & angelis eius: ibi erit nox
ibi nemo pōt operari, sed recipere quod o-
peratus est. Aliud est tēpus operationis: aliud
receptionis: reddet.n. dñs vnicuiq; secundū
Mat. 16. opera sua, cū viuis & mortuis sic facturus ē:
Alias cū viuit fac * erit.n tunc nox valida, quæ inuoluat im-
si facturus es. pios. Sed & modo omnis infidelis qñ mori-
tur illa nocte suscipitur, & nō est vt illic ali-
Lucæ 16. quid operetur. In illa nocte diues ardebat, &
stillā aquę de digito pauperis requirebat, do
lebat, angebatur, fatebatur, nec ei subueniebatur, & conatus est benefacere: ait.n. Abrahę Pater Abraham mitte Lazarū ad fratres meos, vt dicat illis quid agatur, ne & ipsi veniant in hūc locū tormentorū. O infęlix, qñ viuebas tunc erat tempus operand: modo iā
C in nocte es, in qua nemo possit operari. Hęc cū dixisset, expuit in terram, & fecit lutū ex sputo, & liniuit lutū super oculos eius, & dixit ei, Vade & laua in natatoria Siloe, quod interpretatur missus. Abijt ergo & lauit, & venit videns, hæc quia manifesta sunt, transeamus. Itaq; vicini qui viderāt eum prius, quia mēdicus erat, dicebāt, Nōne hic est qui sedebat & mēdicabat? Alij dicebant, quia hic est, alij nequaq̄, sed similis est ei.) Aperti oculi vultū mutauerāt. Ille dicebat, qa ego sum.) Vox grata. ne dānaretur ingrata. Dicebāt ergo ei, qūo aperti sunt oculi tui? Rndit, Ille hō qui dr Iesus, lutum fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad natatoria Siloe D & laua, & abij & laui, & vidi.) Ecce annūcia tor factus est grę: ecce euangelizat, cōfitetur vidēs cęcus ille cōfitebatur, & cor impiorū frāgebatur, quia nō habebāt in corde quod iā ille habebat in facie. Dixerunt ei, Vbi est il le qui tibi aperuit oculos? ait, Nescio.) In his verbis animus ipsius adhuc inuncto similis erat, nondū videnti: si ponamus fratres, tanq̄ illā vnctionē in animo habuerit, prædicat, & nescit quē prędicat. Adducunt eū ad Pharisæos qui cęcus fuerat. Erat aūt sabbatū qñ lutū fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterū ergo interrogabāt eū Pharisæi, qūo vidisset. Ille āt dixit eis, Lutū posuit mihi sup oculos meos, & laui & video. Dicebāt ergo ex Pharisęis quidā.) Nō oēs sed quidā: iā. n. iungebantur quidā. Quid ergo dicebant: nec vidētes, nec inuncti? Nō est hic hō à Deo, qui sabbatū non custodit.) Ipse potius custodiebat, q̄ sine peccato erat. Sabbatū. n. spiritale hoc est, nō habere peccatū. Deniq; fratres hoc ad monet Deus, qñ cōmēdat sabbatū. Oē opus Leui. 23. seruile nō facietis in eo: hæc sunt verba Dei cōmendātis sabbatū. Omne opus seruile nō facietis in eo. Iā superiores lectiones inter- Ioan 8. rogate quid sit opus seruile, & dūm audite, Oīs qui facit peccatū, seruus est peccati. Sed isti nec vidētes, vt dixi, nec inuncti sabbatum carnaliter obseruabāt, spiritaliter violabant. Alij dicebāt, Qūo pōt homo peccator hæc signa facere?) Ecce sunt inuncti. Et schisma erat inter eos.) Dies ille diuisus erat inter lu- E cē & tenebras. Dicūt ergo cęco iterū, Tu qd dicis de eo qui aperuit tibi oculos?) Quid d illos sentis? quid existimas? qd iudicas? Quærebāt quemadmodū homini calumniarentur, vt de synagoga repelleretur sed à Christo inueniretur. Sed ille constāter q̄ sentiebat expressit. Ait.n. Quia Propheta est.) Adhuc quidē inūctus in corde nondū Deū cōfitet̄, nec mētitur tñ. Ipse.n. dominus de semet ipso ait, Nō est Propheta sine honore nisi in

patria

patria sua, Non crediderunt ergo Iudęi de il
Mat. 13. lo, quia cęcus fuisset & vidisset, donec voca
Marc. 6. uerunt parentes eius qui viderat) ideſt, q cę-
Luce 4. cus fuerat & viderat. Et interrogauerũt eos
Ioan. 4. dicentes, Hic est filius vester, quẽ vos dici-
tis quia cęcus natus est? Quo aũt nũc videt?
F Rñderunt eis parentes eius & dixerunt, Sci-
mus quia hic est filius noster, & quia cęcus
natus est: quo aũt nunc videat nescimus, aut
quis eius aperuit oculos nos nescimus. Et di
xerunt, Ipsum interrogate, ætatẽ habet, ipse
de se loquatur.) Scimus quidẽ quia filius no
ster est, sed iuste cogeremur loqui pro infan
te, si ipse pro se loqui nõ posset: olim loque
batur, mõ videt, cęcũ a natiuitate nouimus,
loquentẽ olim scimus, videntẽ mõ videmus
ipsum interrogate vt instruamini, quid no
bis calũniamini? Hęc dixerũt parentes eius,
quia timebant Iudæos. Iã. n. conspirauerant
Iudęi, vt si quis eũ confiteretur Chrm, extra
synagogã fieret.) Iã non erat malũ fieri ex
tra synagogã: illi expellebant, sed Chrs exci
piebat. Propterea parentes eius dixerunt, qa
ętatẽ habet, ipsum interrogate. Vocauerunt
ergo rursum hominẽ, q fuerat cęcus, & di-
xerũt ei, Da gloriã Deo.) Quid est, da glo-
riã Deo? nega quod accepisti. Hoc plane nõ
est gloriã Deo dare, sed Deũ potius blasphe
mare. Da, inquiunt, gloriã Deo. Nos scimus
qa hic hõ peccator est. Dixit ergo ille, Si pec
cator est, nescio: vnũ scio, quia cęcus cũ es-
sem, mõ video. Dixerũt ergo illi. Quid fecit
tibi? Quo aperuit oculos tuos?) Et ille iã ſto-
machãs aduersus duritiã Iudęorũ, & ex cęco
videns nõ ferens cęcos, Rñdit eis, Dixi iã vo
bis, & audistis, Quid iterũ vultis audire? Nũ
quid & vos vultis discipuli eius fieri?) Quid
est? nunqd & vos, nisi quia ego iã sum, nun-
quid & vos vultis? Iã video, sed nõ inuideo.
Maledixerũt ei & dixerunt, Tu discipulus e-
ius sis.) Tale maledictũ sup nos, & super fi-
G lios nostros: maledictũ. n. est, si cor discutias
nõ si verba perpendas. Nos aũt Moysi disci-
puli sumus, nos scimus quia Moysi locutus
est Deus, istũ aũt nescimus vnde sit.) Vtinã
sciretis, si sciretis quia Moysi locutus est De⁹
sciretis qa per Moysen prædicatus est Deus:
habetis. n. dñm dicentẽ, Si crederetis Moysi
Ioan. 5. crderetis & mihi: de me. n. ille scripsit. Ita ne
sequimini seruũ, & dorsum ponitis contra
dñm? Sed nec seruũ sequimini, nã per illũ ad
dñm duceremini. Rñdit ille hõ & dixit eis,
In hoc mirabile est, quia vos nescitis vnde
sit & aperuit oculos meos. Scimus aũt quia
peccatores Deus nõ exaudit, sed si quis Dei
cultor est, & voluntatẽ eius facit, hunc exau-
dit. Adhuc inunctus loquitur, nã & peccato
res exaudit Deus: si enim peccatores Deus H
no exaudiret, frustra ille publicanus oculos Luc. 18.
in terrã dimittẽs, & pectus suũ percutiẽs, di
ceret, Deus ppitius esto mihi peccatori. Et
ista confessio meruit iustificationẽ, quo iste
illuminationẽ. A seculo non est auditũ, qm
quis aperuit oculos cęci nati, Nisi esset hic
à Deo, non poterat facere quicquã.) Libere
constanter & veraciter. Hæc. n. quę à dño fa
cta sunt, a quo fierent nisi a dño? Aut qñ a di
scipulis talia fierent, nisi in eis dñs habitaret?
Responderunt & dixerũt ei, In peccatis na-
tus es totus.) Totus qd est? Cũ clausis oculis.
Sed qui aperuit oculos, saluat & totum. Ipse
dabit ad dexterã resurrectionẽ, qui in facie
dedit illuminationẽ. In peccatis totus natus
es, Et tu doces nos? Et eiecerunt eũ foras.) Ip
si illũ magistrũ fecerunt, ipsi vt discerent to-
ties interrogauerunt, & ingrati docentẽ pro
iecerunt. Sed quod dixi iamdudũ fratres, illi
pellũt, excipit dñs: magis. n. quia expulsus é,
Christianus factus est. Audiuit dñs quia eie-
cerunt eũ foras, & cũ inuenisset eũ, dixit ei,
tu credis in filiũ Dei?) modo lauat faciẽ cor
dis. Respondit ille & ait,) quasi adhuc inun-
ctus. Quis est domine, vt credam in eũ? Et di
xit ei Iesus, & vidisti eũ, & q loquitur tecũ ip
se est.) Missus est ille, iste lauans faciẽ in Si-
loe, quod interpretatur missus: Deniq; iã fa-
cie lota cordis & mũdata conscientia, agno-
scens eũ non filium hominis tantũ quod an-
te crediderat, sed iã filiũ Dei qui carnẽ susce
perat: Ait, Credo dñe. Parũ est credo, vis vi-
dere qualẽ credat? Et procidens adorauit eũ.
Et dixit ei Iesus,) Modo dies ille est inter lu-
cẽ & tenebras discernẽs. In iudiciũ ergo in I
hunc mundũ veni: vt qui non vident, videãt:
& qui vident, cęci fiant. Quid est hoc domi
ne? Magnã quęstionẽ fesis intulisti, sed erige
vires nostras, vt possimus intelligere qd
dixisti. Venisti vt qui non vident videant: re-
cte, quia lumẽ es: recte, quia dies es: recte, qa
de tenebris liberas. Hoc ois aĩa accipit, ois
anima intelligit: quid est hoc quod sequitur.
Et qui vident cęci fiãt? Ergo ne quia venisti,

cęci fiunt qui videbant? Audi quid sequitur, & fortasis intelliges. Cómoti sunt ergo ver bis istis quidam ex Pharisæis,& dixerunt ei, Nunquid & nos cęci sumus?) Audi iã quid est quod mouebat, & qui vident cęci fiant. Dixit eis Iesus, Si cęci essetis, non haberetis
K pctm̃.) Cũ sit cęcitas ipsa peccatũ, Si cęci essetis,idest, si vos cęcos aduertere tis, si vos cęcos diceretis, & ad medicũ curreretis: si ergo ita cęci essetis, non haberetis peccatũ, quia veni ego auferre peccatũ. Nunc vero dicitis qa videmus, peccatũ vestrũ manet.) Quare?Quia dicendo videmus medicũ non quæritis, in cęcitate vestra remanetis: hoc est ergo q̃ pauloante non intellexeramus, quod ait,Ego veni vt qui non vident videãt. Quid est,vt qui nõ vidẽt videãt? Qui se non videre confitẽtur, & medicũ q̃runt videant: & qui vident cęci fiant. Quid est,qui vident cęci fiant? Qui se putãt videre,& medicum non quærunt,in sua cęcitate permanent.Er-
Psal.42. go istam discretionẽ vocauit iudiciũ, cum ait,In iudiciũ veni in hũc mũdũ quo discer nit causam credentiũ & confitentiũ à superbis se videre putantibus, & ideo grauius excęcatis,tanquã dixerit ei peccator cõfitẽs & medicũ quærẽs iudica me Deus & discerne causam meã de gentę non sancta: illorũ.i. q dicunt,videmus,& eorũ peccatũ manet,Nõ autẽ illud iudiciũ iam intulit mundo,quo de
Ioan.8. viuis & mortuis in fine seculi iudicabit.Secũ dum hoc enim dixerat, Ego non iudico quẽ quam,quoniam prius venit, non vt iudicet mũdum, sed vt saluetur mundus per ipsum.

Ab eo quod scriptũ est,Amen amen dico vo bis, qui nõ intrat per ostiũ in ouile ouiũ, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro, vsq; ad id quod ait: Ego veni vt vitã habeant,& abũdantius habeãt. Tract.VLV.

L DE illuminato, qui cęcus natus est, sermo ad Iudæos dñi exortus est.Huic itaque lectioni hodiernam esse contextã, scire debuit & cõmoneri charitas vestra. cum.n. dominus dixisset,In iudicium.n.ego veni in hunc mundũ: vt qui non vident, videant:& qui vident,cęci fiant: quod eo tempore qñ lectum est, vt potuimus exposuimus, quidã ex Pharisæis dixerunt, Nunquid & nos cęci sumus?Quibus respõdit dominus,Si cęci essetis,non haberetis peccatũ. Nũc autẽ dicitis, quia videmus peccatũ vestrũ manet.His *Cap.16.* verbis subiunxit ea, quæ hodie cũ recitarentur,audiuimus. Amen amen dico vobis,qui non intrat per ostiũ in ouile ouiũ, sed ascẽdit aliunde,ille fur est & latro.)Dixerũt.n.se cęcos non esse, videre autẽ tunc possent,si M oues Chri essent. Vnde sibi vsurpabãt lumẽ, qui furebant contra diem? Propter illorũ ergo vanam & superbam & insanabilẽ arrogãtiam dñs Iesus ista contexit, in quibus salubriter nos,si aduertamus,admonuit.Multi.n. sunt, qui secundũ quandã vitę huius consuetudinẽ dicuntur boni homines,boni viri:bonæ fęminę,innocentes,& quasi obseruantes ea,quę in lege præcepta sunt, deferentes honorẽ parentibus suis non męchantes, nõ homicidiũ perpetrantes, non furtũ facientes, non falsum testimoniũ aduersus quenquam perhibentes, & cętera quæ in lege mandata sunt,velut obseruantes:Christiani non sunt, & plerunque se iactant qũo isti: nunquid & nos cę ci sumus?Qui vero ista omnia quæ faciunt,& nesciunt ad quẽ finem referant, ina niter faciunt, Dñs de grege suo & de ostio quã ĩtratur ad ouile, similitudinẽ proposuit in hodierna lectione:dicant ergo Pagani,Bene viuimus.Si per ostium nõ intrãt, quid ꝓdest eis? vnde gloriantur? Ad hoc enim debet vnicuique prodesse viuere, vt detur illi semper viuere: nã cui nõ datur semper viuere, quid prodest bene viuere?Quia nec bene viuere dicendi sunt, qui finem bene viuendi vel cęcitate nesciunt,vel inflatione contemnunt. Non est autẽ cuiquã spes vera & certa semper viuẽdi, nisi agnoscat vitam quod est Christus, & per ianuã intret ĩ ouile. Quęrũt ergo plerunq; tales homines etiã persuadere hominibus vt bene viuant, & Christiani nõ sunt. Per aliã partẽ volunt ascẽdere,rape
A re & occidere,nõ vt bonus pastor conserua re atq; saluare.Fuerunt ergo quidã Philosophi de virtutibus & vitijs subtilia multa tractantes,diuidentes,difinientes, ratiocinationes acutissimas concludẽtes,libros implentes,suã sapientiã buccis crepãtibus vẽtilãtes, qui ẽt dicere auderẽt hominibus, nos sequimini, sectã nr̃ã tenete, si vultis beate viuere, Sed nõ ĩtrabãt ꝑ ostiũ, ꝑdere volebãt,mactare & occidẽr.Quid ꝺ illisdicã?Ecce ipsi Pharisęi legebãt,& ĩ eo q̃ legebãt,Xp̃m ſonabãt

venturum

venturum sperabant, & præsentē non agnoscebant, iactabant se ēt ipsi inter vidētes, hoc est, inter sapientes, & negabant Christum, & non intrabant per ostiū. Ergo & ipsi si quos forte seducerent, mactandos & occidendos, nō liberādos seducerent. Et hos dimittamus, videamus illos si forte ipsi intrant per ostiū,
B qui ipsius Christi nomine gloriantur. Innumerabiles.n. sunt, qui se videntes non solū iactant, sed à Christo illuminatos videri volunt: sunt aūt hæretici. Forte ipsi per ianuam intrauerunt? Absit. Sabellius dicit, Qui filius est ipse est pater: sed filius non est pater. Nō intrat per ostiū qui filiū dicit patrē. Arrius dicit, Aliud est pater, aliud est filius. Rectè diceret, si diceret, alius, non aliud. Qñ.n. dicit aliud, ei contradicit a quo audit, Ego & pater vnū sumus. Nec ipse ergo per ostium intrat: prædicat.n. Christū qualem sibi fingit, non qualē veritas dicit: nomen habes, rē nō habes. Alicuius rei nomen est Chrs, tene ipsam rē, si vis prodesse tibi nomen: alius, nescio vnde sit, sicut Fotinus, Christus hō est, inqt, Deus non est: nec ipse intrat per ostiū, quia Chrs est homo & Deus est. Et qd opus est multa percurrere, & multa vana hæresū enumerare? Hoc tenete, ouile Christi esse catholicā Ecclesiam. Quicunq; vult intrare ad ouile, per ostiū intret, Christū verū p̄dicet, nō solū Christū verū p̄dicet, sed Christi gloriā q̄rat, nō suā: nā multi q̄rendo gloriā suā, oues Chri sparserunt potius, q̄ cōgregauerunt: humilis est.n. ianua Chrs dñs: q̄ intrat per hanc ianuā, oportet humilē esse, vt sano corpore possit intrare: q̄ aūt se nō humiliat, sed extollit, per maceriā vult ascēdere, q̄ aūt per maceriā ascendit, ideo exaltat vt cadat.
C Tecte tū adhuc loquit dñs Iesus, nondū intelligit: noīat ostiū, noīat ouile, noīat oues: cōmendat hæc oīa, sed nondū exponit. Legamus ergo, quia venturus est ad ea verba in quib. nobis aliqua quæ dixit dignetur exponere, ex quorū expositione dabit nobis fortasse ēt illa quæ nō exposuit intelligere: pascit.n. manifestis, exercet obscuris. Qui non intrat per ostiū in ouile ouiū, sed ascendit aliūde, vę misero quia casurus est. Sit ergo humilis, per ostiū intret, plano pede veniat, & nō offendet. Ille, inquit, fur est & latro, qui oues suas vult dicere oues alienas, ad hoc suas, i. furto ablatas, vt nō saluet, sed vt occidat. Ergo fur est, quia q̄ alienū est suū dicit: latro, quia & q̄ est furatus occidit. Qui aūt intrat per ostiū, pastor est ouiū: huic ostiarius aperit.) De ostiario isto tunc q̄ramus, qñ ab ipso dño audierimus q̄ sit ostium, & qui sit pastor. Et oues vocē eius audiūt, & p̄prias oues vocat noīatim. Habet.n. noīa eorū scripta in libro vitæ. Proprias oues vocat noīatim: hinc dicit Apostolus, Nouit dñs q̄ 2. Tim. 2
sunt eius. Et adducit eas, & cū proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues illū sequuntur, quia sciunt vocē eius. Alienū aūt non se- D
quūtur, sed fugiunt ab eo quia non nouerūt vocē alienorū.) Tecta sunt verba hæc, plena qōnibus, grauida sacris. Sequamur ergo & audiamus magistrū ex his obscuris aliquid aperientē, & per id q̄ aperit, nos forte intrare facientē. Hoc prouerbiū dixit illis Iesus, illi aūt nō cognouerunt quid loquereī eis.) Forte nec nos. Quid ergo interest inter illos & nos, anteq̄ ista verba agnoscamus & nos? Quia nos pulsamus ut aperiatur nobis, illi aūt Christū negando nolebant intrare seruā di, sed foris remanere perdendi. Quod ergo nos audimus hæc pie, q̄ antequam illa intelligamus, credimus uera esse atq; diuina, magna ab istis diuersitate distamus. Cum.n. duo audiunt uerba Euangelii, unus impius, alter pius, & talia sunt, ut forte ambo non intelligant, unus dicit, nihil dixit: alius dicit, uerū dixit, & bonū est q̄ dixit, sed nos non intelligimus: iste quia credit iam pulsat, & dignus est cui aperiatur si pulsare perstat, ille uero adhuc audiat, Nisi credideritis non intellige-
tis. Quare ista cōmēdo? quia ē: cū verba hęc Esaiæ 7.
obscura sicut possum exposuero, aut q̄a valde sunt abdita, uel ego eorū nō apprehendero intelligentiā, uel explicandi q̄ intelligo non habuero facultatē, uel tā fuerit quisque tardus, ut ēt exponentem non sequatur, non de se desperet, maneat ī fide, ambulet in uia, audiat Apostolū dicentē, Et si quid aliter sa- Phil. 3.
pitis, hoc quoq; uobis Deus reuelabit. uerūtn in q̄ peruenimus, in eo ambulemus. Incipiamus ergo audire exponentē, quem audiuimus proponentē. Dixit ergo iterū eis Ie- E
sus. Amen amē dico uobis, q̄a ego sum ostiū ouiū. Ecce ipsum ostiū q̄ clausum posuerat aperuit. Ipse est ostiū, agnouimus, intremus: ut nos intrasse gaudeamus. Omnes quotquot uenerunt, fures sunt & latrones.) Quid

est hoc dñe, Oēs quotquot venerūt? Quid. n. Tu nō veniſti? ſed intellige. Omnes quotquot venerunt dixit, vtiq; præter me. Recolamus ergo ante aduentū ipſius venerūt Prophetæ, nunquid fures & latrones fuerunt? Abſit, nō præter illū venerunt, quia cū illo venerunt. Venturus præcones mittebat, ſed eorū corda quos miſerat, poſsidebat. Vultis noſſe, qa cū illo venerunt? Qui eſt ipſe ſemper, carnē quippe accepit extpe. Quid eſt ergo ſemp? *Ioan. 1.* *Ioan. 14.* In principio erat verbū. Cū illo ergo venerunt, qui cū verbo Dei venerunt. Ego ſum, ſquit, via & veritas & vita. Si ipſe eſt veritas, F cū illo venerunt qui veraces fuerunt: quotquot ergo præter illū, fures sūt & latrones, i. ad furandū & occidendū. Sed non audierūt eos oues.) Maior hæc qō eſt, non audierunt eos oues. Ante aduentū dñi noſtri Ieſu Chriſti, quo humilis venit in carne, præceſſerunt iuſti: ſic in eū credētes venturū, qūo nos credimus in eū qui venit. Tēpora variata ſunt, non fides, quia & ipſa verba pro tpe variantur, cū varie declinantur. Alium ſonū habet venturus eſt: aliū ſonū habet, venit: mutatus eſt ſonus, venturus eſt, & venit: eadem tū fides vtroſq; coniungit, & eos qui venturū eſſe, & eos qui eum veniſſe crediderunt: diuerſis quidē temporib. ſed vtroſq; per vnū fidei oſtium, hoc eſt, per Chriſtū, videmus ingreſſos. Nos credimus dñm noſtrum natum ex virgine, veniſſe in carne, paſſum eſſe, reſurrexiſſe, in cēlū aſcendiſſe, totū hoc ſicut verba auditis præteriti tēporis, impletū eſſe iā credimus: in eius ſunt fidei ſocietate nobiſcum & illi patres, qui crediderunt de virgine naſciturū, paſſurum, reſurrecturum, in cœlum aſcenſurū, illos. n. oſtēdit Apoſtolus vbi ait, *1. Cor. 4.* *Pſ. 115.* Habentes aūt eundē ſpm fidei, ſicut ſcriptū *2. Co. 10.* eſt, Credidi pp q locutus ſum: & nos credimus, propter q loquimur. Propheta dixit, Credidi propter q locutus ſum. Apoſtolus dicit, Et nos credimus, pp q & loquimur: vt ſcias aūt q vna ſit fides, audi dicentē, Habentes eundē ſpm fidei & nos credimus: ſic & alio loco. Nolo. n. vos, inquit, ignorare fratres, quia patres noſtri oēs ſub nube fuerunt & omnes mare tranſierunt, & omnes in G Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari: & oēs eandē eſcā ſpiritalē manducauerunt, & oēs eundem potū ſpiritalē biberunt. Mare rubrū ſignificat baptiſmū, Moyſes ductor per mare rubrū ſignificat Chriſtū: populus tranſiens ſignificat fideles: mors Aegyptiorū ſignificat abolitionem peccatorū. In ſignis diuerſis eadē fides, ſic in ſignis diuerſis qūo in verbis diuerſis, quia verba ſonos mutant per tēpora, & vtiq; nihil aliud ſunt verba quam ſigna: ſignificando. n. uerba ſunt, tolle ſignificationē uerbo, ſtrepitus inanis eſt. Significata ſunt ergo omnia: nunquid non eadē credebant, per quos hæc ſigna miniſtrabantur, per H quos eadē quæ credimus prophetata prænūciabantur, vtiq; credebant: ſed illi ventura eſſe, nos aūt veniſſe: ideo & ſic ait, Eundē potū ſpiritalem biberunt: ſi ſpiritalē eundē, nā corporalē, nō eundem? Quid. n. illi bibebāt? Bibebant. n. de ſpiritali ſequente petra: petra aūt erat Chriſtus: uidete ergo, fide manente, ſigna variata. Ibi petra Chriſtus, nobis Chriſtus q in altari Dei ponitur, & illi pro magno ſacro eiuſdē Chriſti biberunt aquā profluentē de petra, nos quid bibamus norunt fideles, Si ſpeciē uiſibilē intendas, aliud eſt: ſi intelligibilē ſignificationē, eundē potū ſpiritalē biberūt. Quotquot ergo illo tpe crediderunt uel Abrahæ, uel Iſaac, uel Iacob, uel Moyſi, uel alijs Patriarchis, alijsq; Prophetis Chriſtū prænūciantib. oues erant, & Chriſtū audierūt, nō alienā vocē, ſed ipſius audierūt. Iudex fuerat in præcone, quia & qñ iudex loquitur per præconē, exceptor non facit, prę co non dixit, ſed iudex dixit. Alij ſunt ergo quos non audierunt oues, in quibus non erat vox Chriſti, errantes, falſa dicētes, inania garrientes, uana fingentes, miſeros ſeducentes: Quid eſt ergo q dixi? Maior hæc qō eſt, qd habet obſcurū & ad intelligēdū difficile? audite obſecro: ecce dñs ipſe Ieſus Chriſtus uenit, prædicauit, utiq; multo magis uox paſtoris erat expreſſa ipſo ore paſtoris: ſi. n. p Prophetas uox paſtoris erat, quanto magis uocē I paſtoris proferebat lingua paſtoris: non oēs audierunt. Sed quid putamus? Qui audierūt oues erant? Ecce audiuit Iudas, & lupus erat: ſequebatur, ſed pelle ouina tectus, paſtori inſidiabantur. Aliqui vero eorū, qui Chriſtum crucifixerunt, non audiebant, & oues erant: ipſos. n. uidebat in turba, quādo dicebat, Cū exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum. Quomodo iſta ſoluitur qſtio? Audiunt non oues, & nō audiunt oues? *Ioan. 8.* ſequūtur uocem paſtoris quidam lupi, & ei

quædam

quędã contradicant oues, postremo pastorẽ occidunt oues. Soluitur quęstio: respõdet. n. aliquis & dicit, Sed qñ audiebant, oues nondũ erant, tunc lupi erãt: vox audita eos mutauit, & ex lupis oues fecit, Quando aũt factæ sunt oues audierunt, & pastorẽ inuenerunt pastorẽq; secutę sunt pastoris promissa sperarunt, quia iusta fecerunt. Soluta est vt cunq; ista quęstio, & cuiquã forte sufficiat. Me aũt adhuc mouet, & quid me moueat cõmunico vobiscũ vt quodammodo quærens vobiscũ, reuelante illo vobiscũ merear inuenire: quid ergo me moueat accipite, per Ezechielem Prophetã dñs obiurgat pastores & dicit inter cętera de ouibus, Errantẽ ouẽ non reuocastis. Et errantẽ dicit, & ouem appellat: si qñ errabat ouis erat, cuius vocẽ vt erraret audiebat? Proculdubio. n. non erraret si vocẽ pastoris audiret, sed ideo errauit, qa vocẽ audiuit alieni, vocẽ furis & latronis audiuit. Certe latronũ voces nõ audiunt oues. Qui venerunt, inquit, & intelligimus præter me. i. qui venerunt præter me, fures sunt & latrones, & nõ audierunt eos oues. Domine, si non audierunt eos oues, quomodo errant oues, si oues non audiunt nisi te? Tu aũt veritas es: qsquis veritatẽ audit, non vtiq; errat: illi aũt errant, & oues appellantur. nã si in errore ipso oues non appellarentur, non diceretur per Ezechielẽ Prophetã, Errantem ouẽ nõ reuocastis. Quomodo & errat & ouis ẽ? vocem alieni audiuit, certe non audierunt eos oues. Deinde modo multi colligũtur ad ouile Christi, & ex hęreticis fiunt catholici: à furib. tolluntur, pastori redduntur. Et aliquãdo murmurant, tędiũ patiũtur ad reuocantẽ, & non intelligunt iugulantem, verum tamen etiam cũ renitentes venerunt quæ oues sunt, agnoscunt vocẽ pastoris, & se venisse lętantur, & erasse erubescunt. Qñ ergo in illo errore tanquã in veritate gloriabãtur, & vtiq; non audiebant vocẽ pastoris, & alienũ ideo sequebantur, oues erant an nõ erãt? Si oues erant, qũo alienas voces audiũt? Si oues ñ erãt, quare obiurgãt illi quib. dicit, Errantẽ ouem non reuocastis? In ipsis etiam iã factis catholicis Christianis, bonę spei fidelibus, aliqñ mala contingunt, seducuntur in errorẽ, & post errorẽ reuocantur. Qñ seducti sunt in errorẽ, & rebaptizati sũt, aut post ouilis dominici societatem, rursus in errorẽ pristinum reuoluti sunt oues erant an non erant? Vtiq; catholici erant: si catholici, fideles erant, oues erant. Si oues erant, qũo vocẽ alieni audire potuerũt, cum dñs dicat, non audierunt eos oues? Audistis frẽs altitudinẽ quæstionis. Dico ergo, Nouit dñs qui sunt eius: nouit præscitos, nouit prædestinatos: de illo quippe dicitur, Quos autem præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit primogenitus in multis fratribus: quos aũt prædestinauit, ipsos & vocauit: & quos vocauit, ipsos & iustificauit: quos aũt iustificauit, ipsos & glorificauit. Si Deus pro nobis, quis cõtra nos? Adde adhuc. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eũ, qũo etiã nõ cũ illo omnia nobis donauit? sed quibus? Nobis prędestinatis, iustificatis, glorificatis, de quibus sequitur. Quis accusabit aduersus electos Dei? Nouit dñs q sunt eius, ipsæ sunt oues. Aliqñ se ipsæ nesciunt, sed pastor nouit eas, secundũ istam prædestinationem, secundũ istam Dei præscientiam, secundũ electionẽ ouium, ante constitutionẽ mũdi.) Nã de hoc dicit Apostolus, sicut elegit nos in ipso ante constitutionem mundi.) Secundũ istam ergo præscientiam Dei & prædestinationẽ, quam multæ oues foris, quam multi lupi intus, & quam multæ oues intus, & quã multi lupi foris? Quid est quod dixi, quã multæ oues foris? quã multi modo luxuriãtur, casti futuri: q̃ multi blasphemãt Christũ, crediturí in Christũ: quam multi se inebriant, futuri sobrij: quam multi rapiunt res alienas, donaturi suas, veruntñ modo vocẽ alienã audiũt, alienos sequũtur. Itẽ quã multi intus laudant, blasphematuri: casti sunt, fornicaturi: sobrij sunt, se vino postea sepulturi: stant, casuri: & non sunt oues: de prędestinatis enim loquimur. De his loqmur quos nouit dñs, qui sunt oues: & tñ ipsi quandiu recte sapiunt, Christi vocẽ audiunt. Ecce audiunt ipsi, nõ audiunt illi, & tñ secundũ prędestinationẽ non oues isti, oues illi. Adhuc manet quęstio, quæ mihi interim nunc videtur ita posse dissolui. Est aliqua vox, est, inquã, vox aliqua pastoris, in qua oues nõ audiunt alienos, in qua non oues audiũt Christũ: quæ est ista vox? Qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Hanc vocẽ nõ negligit, prius, nõ audit alienus: nã & ille hoc ei

Cap. 34. Cap. 34. Ioan. 8. Rom. 8. Rom. 8. 2. Tim. 2 Ephe. 1. Mat. 10.

prædicat, vt perseueret apud ipsum vsq; in finē, sed non apud eū perseuerando non audit hāc vocē. Venit ad Christū, audit alia & alia verba, illa & illa, oīa vera, sana omnia, inter q̄ omnia est & illa vox: Qui perseueraverit vsq; in finē, hic saluus erit: istā qui audierit ouis est: sed audiebat illā nescio quis, & desipuit, refriguit, audiuit alienā: si prædestinatus est, ad tēpus errauit, ī ęternū nō perijt, redit vt audiat quod neglexerit, facit q̄ audiuit: si. n. de his est qui prędestinati sunt, & errorē ipsius Deus pręscisuit, & conuersionē futurā: si aberrauit, redit, vt audiat illā vocē pastoris, & sequatur dicentē: Qui perseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit. Bona vox fratres, vera pastoralis, ipsa est vox salutis in tabernaculis iustorū: nā facile est audite Christū, facile est laudare Euangeliū, facile acclamari disputatori: perseuerare vsq; in finem, hoc est ostiū vocē pastoris audientiū. Tentatio accidit, perseuera vsq; in finē, quia tentatio nō perseuerat vsq; in finē: vsq; in quem finē perseuerabis? Quousq; finies viā. Quandiu. n. nō audis Christū, aduersarius tuus est in ista via, hoc est in ista via mortali vita: sed quid dicit? Concorda cum aduersario tuo cito dum es cum eo in via. Audisti, credidisti, cōcordasti: si aduersabaris cōcorda, si tibi pręstitū est concordare: si aduersabaris concorda, noli vlterius litigare: qñ. n. finiatur via nescis, sed tū ille scit, scit ille si ouis es: & si pseueraueris vsq; ī finē, saluus eris: ac p hoc istā vocē non contemnunt sui, non audiunt alieni. Vt potui, vt ipse donauit, profundam multū quęstionē aut exposui vobis, aut tractaui vobiscū; siqui minus intellexerunt, maneat pietas, & reuelabitur veritas: qui aūt intellexerunt, non se extollant quasi celeriores super tardiores, ne extollendo se exorbitēt, & facilius perueniant tardiores. Oēs aūt per ducat cui dicimus: Deduc me dñe in via tua. & ambulabo in veritate tua. Per hoc ergo q̄ exposuit dñs, quia ipse est ostiū intremus ad ea quę proposuit, nec exposuit. Et pastor q̄dē quisnā sit, quanuis non dixerit in ista lectione quæ hodie recitata est, tū in ea q̄ sequitur apertissimē dicit: Ego sum pastor bonus: q̄ si nō diceret, quē aliū prætер ipsum intelligere deberemus in eis verbis vbi ait. Qui intrat per ostiū, pastor est ouiū, huic ostiarius aperit, & oues vocē audiunt, & proprias oues vocat nominatī, & educit eas: & cū proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues eū sequuntur, quia sciūt vocē eius? Quis. n. alius oues, pprias vocat nominatim, & educit eas hinc ad vitā ęternā, nisi qui nouit noīa prædestinatorū? Vnde ait discipulis suis: Gaudete, quia noīa vestra scripta sunt in cęlo: hinc enim vocat eas nominatim. Et quis alius eas emittet, nisi qui earū peccata dimittit, vt eū sequi duris liberatę vinculis possint? Et qs eas præcesserit, quo eū sequātur, nisi qui surgens à mortuis iā non moritur. & mors ei vltra non dominabitur? Et cum hic cōspicuus esset in carne, ait: Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecū: vnde illud est q̄ ait: Ego sum ostiū, & per me siquis introierit saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet.) In hoc euidenter ostendit, non solū pastorē, sed ēt oues intrare per ostiū: sed quid est, ingredietur & egredieē, & pascua inueniet? Ingredi quippe in Ecclesiā per ostiū Christū valde bonū est exire aūt de Ecclesia, sicut ait iste ipse Ioannes Euāgelista in Epistola sua: Ex nobis exierūt, sed nō erant ex nobis: nō est vtiq; bonū. Talis ergo egressus non posset à bono pastore laudari, vt diceret, & inegredietur & egredietur, & pascua inueniet. Est ergo aliquis non solū ingressus, verumetiā egressus bonꝰ p ostiū bonū, q̄ est Christus: sed qui sit iste laudabilis & beatus egressus? Possem quidē dicere egredi nos, qñ interius aliquid cogitamus, egredi aūt qñ exterius aliquid operamur, Et qm̄ sicut dicit Apostolus, per fidē habitat Christus in cordibus nostris, ingredi p Christū esse secundū ipsam fidē cogitare: egredi aūt per Christū secundū ipsam fidem ēt foris. i. corā hominibus operari: vnde & in Psalmo legitur. Exiet homo ad opus suū: & ipse dñs dicit: Luceant opera vestra corā hominibus: sed plus me delectat quod ipsa veritas tanquā pastor bonus, & ideo bonus doctor quodāmodo nos admonuit, quēadmodū intelligere debeamus, quod ait, Ingredietur & egredietur, & pascua inueniet: cōsecutus adiūxit, Fur nō venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat: ego veni vt vitā habeant, & abundātius habeant.) Videtur. n. mihi dixisse, vt vitā habeant ingredientes, & abundantius habeant egredientes. Non autem pōt quisque per ostium, idest, per Christū egredi

Matt. 5.

Psal. 85.

Iuc. 10. Rom. 6.

Ioan. 17.

1. 1

ad

ad vitam æternam, q̃ erit in specie, nisi per ipsum ostium, hoc est, per eundē Christum in Ecclesiā eius quæ est ouile eius, intrauerit ad vitam tēporalem, quæ est in fide: ideo ait, Ego veni vt vitā habeant: hoc est fidem, quæ per dilectionē operatur, per quam fidem in ouile ingrediuntur vt viuant, quia iustus ex F fide viuit. Et abundantius habeant, qui perseuerando vsquē in finem, per illud ostium, i. Gala. 5. per fidem Christi egrediuntur, q̃m veri fide Abac. 2. les moriuntur, & abundantius habebunt vi- Rom. 1. tam, veniendo quo pastor illę præcessit, vbi nunquā deinde moriantur. Quanuis ergo & hic in ipso ouili non desint pascua, q̃m ad vtrunq; possumus intelligere q̃ dictum est, & pascua inuenient, i. & ad ingressum & ad egressum: tñ tunc vera pascua inuenient vbi saturentur, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, qualia pascua iuenit cui dictū est: Hodie me Matt. 5. cū eris in paradiso. Quō aūt ipse sit ostium, Luc. 23. ipse pastor, vt per seipsum quodammodo et ipse ingredi & egredi intelligatur, & quis nam sit ostiarius, longū est hodie quærere, & differendo sicut ipse donauerit, explicare.

Ab eo q̃ dictum est, Ego sum pastor bonus, bonus pastor animā suam ponit pro ouibus suis: vsque ad id quod ait, Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & nō pertinet ad eū de ouibus. Trac. XLVI.

LOquens dñs Iesus ouibus suis, & p̃sentibus & futuris, q̃ tunc aderāt, quia erāt ibi tā oues eius, eranti; quæ futuræ erāt eius oues: Itē p̃sentibus & futuris, & illis & nobis, & quotquot ēt post nos fuerint oues eī, quia ad eas missus esset, ostendit. Omnes ergo audiunt vocem pastoris sui dicentis: Ego sum pastor bonus.) Non adderet bonus, nisi essēt pastores mali, sed pastores mali ipsi sūt fures & latrones, aut certe vt multū mercenarij. Omnes n. hic personas quas posuit, requi G rere, distinguere, nosse debemus: aperuit. n. iā duas res dñs, quas quodāmodo clausas p̃posuerat. Iā scimus quia ostium ipse est, scimus quia pastor ipse est: fures & latrones q̃ sint, in hesterna lectione patefactū est. Hodie aūt audiuimus mercenariū, audiuimus & lupū, heri noīatus est & ostiarius. In bonis ergo ostiū est & ostiarius, pastor & ouis: in malis fures & latrones, mercenarij, lup⁹. Ostiū dñm Christum accipimus ipsum pastorem, & ipsum ostiariū, & quia n. hæc duo ipse exposuit, ostiarium nobis reliquit quærendum, & quid ait de ostiario? Huic, inquit, ostiarius aperit: cui aperit? Pastori. Quid aperit pastori? Ostium. Et quis est ipsum ostium? Ipse pastor. Nunquid si dñs Christus non exposuisset, non ipse dixisset, Ego sum pastor, & ego sum ostium, auderet quisquā nostrum dicere, q̃ ipse Christus sit & pastor & ostium? Si n. diceret, ego sum pastor, & non diceret, H ego sum ostium: quæsituri eramus quis esset ostium, & forte aliud putantes ante ostium remāsuri, gratia illius & misericordia nobis exposuit pastorem, seipsum dixit, exposuit ostiū, seipsum dixit, ostiariū quærendum nobis reliquit, quē nos dicturi sumus ostiariū? Quemlibet inuenerimus, cauendum est ne maior existimetur quā ipsum ostium: quia ostiarius in domib. hominū maior est ostio. Ostiarius. n. ostio, non ostiū p̃ponitur ostiario, quia ostiarius ostium, non ostiū custodit ostiarium. Nō audeo dicere aliquē ostio maiorem: audiui. n. iam quid sit ostium, non me latet, non sum dimissus coniecturæ meæ, non mihi humana est relaxata suspitio, Deus dixit, veritas dixit, mutari non pōt q̃ incommutabilis dixit. Dicam ergo in huius profunditate qōnis quid mihi videatur: eligat vnusquisq; q̃ placet, pia tñ sentiat, sicut scriptum est. Sentite de dño in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illū. Ostiarium forte ip Sapien. 1 sum dñm debemus accipere, multo sunt n. inter se diuersa in rebus humanis, pastor & ostium, quàm ostiarius & ostium, & tū dñs & pastorem se dixit, & ostium, cur ergo non intelligamus ipsum & ostiarium? Si. n. consideremus proprietates, dñs Christus nec pastor est; sicut consueuimus nosse & videre pastores, nec ostium est, non enim eum faber fecit, si autem secundum aliquam similitudinem & ostium & pastor est, audeo dicere & ouis est, ouis nempe sub pastore est, tamen ille & pastor est & ouis: ubi est pastor? I Ecce hic habes, lege Euangelium, Ego sum pastor bonus, ubi est ouis? Interroga prophetā, Sicut ouis ad immolandū ductus est, ubi est agnus? Interroga amicū sponsi: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mūdi. Adhuc aliquid secundū istas similitudines mirabilius sum dicturus: & agnus. n. & ouis & pastor,

inter se amica sunt: contra leones aũt à pastoribus oues custodiri solent, & tñ de Christo cũ sit ouis & pastor, legimus dictũ: vicit leo
Apoc. 5. de tribu Iuda. Hæc oĩa fratres secundum similitudines accipite, non secundũ proprietates. Solemus videre pastores sedere supra petrã, & inde cõmissa sibi pecora custodire.
1.Cor.10. Vtiq; melior pastor q̃ petra, super quã sedet
Ioan.1. pastor, & tñ Christus & pastor & petra. Totũ hoc secundũ similitudinẽ: proprietatem aũt si quæras à me: In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ:
K si quæras à me proprietatẽ, filius vnicus de patre in æternũ ab æterno genitus, ęqualis gignenti, per quẽ facta sunt omnia, cũ patre incõmutabilis, & accepta forma hominis nõ mutatus, ex incarnatione homo, filius hominis & filius Dei. Hoc totũ ꝑ dixi, non similitudo sed res est: non ergo pigeat nos fratres secundũ quasdã similitudines ipsum accipere ostiũ, ipsum ostiariũ: quid est. n. ostium? Quo intramus: quis est ostiarius? Qui aperit: quis ergo se aperit, nisi q̃ seipsum exponit? Ecce dñs dixerat ostium, nõ intellexeramus: qñ non intelleximus, clausum erat, qui aperuit ipse est ostiarius: nulla est ergo necessitas aliquid aliud q̃rere, nulla necessitas, sed fortasse est voluntas: si est voluntas, noli exorbitare, noli à Trinitate discedere: si personã aliquã quæris ostiarij, spiritussanctus occurrat: non. n. dedignabitur ostiarius esse spiritussanctus, qñ ipsum ostiũ esse dignatus est filius: vide ostiariũ, forte spm̃sanctum, ipse dñs discipulis suis de spũsancto dicit: Ipse
Ioan.10. vos docebit oẽm veritatẽ. Ostium quid est? Christus: quid est Christus? Veritas. Quis aperit ostiũ, nisi qui docet omnem veritatẽ? De mercenario aũt quid dicimus? Non in nobis hic cõmemoratus est. Pastor bonus ait, animam suã dat pro ouib. suis: mercenarius & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupũ venientẽ, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues.) Nõ
L hic bonã personã mercenarius gerit, & tñ in aliquo vtilis est: nec mercenarius diceretur, nisi acciperet à cõducẽte mercedẽ: quis est ergo iste mercenarius, & culpabilis, & necessarius? Hic vero fratres luceat nobis ipse
Phil.2. dñs, vt & mercenarios intelligamus, & mercenarij nõ simus. Quis est ergo iste mercenarius? Sunt quidã Ecclesiæ ꝑpositi, de quibus Paulus Apostolus dicit: Sua quærentes, nõ q̃ Iesu Christi: quid est sua q̃rentes? Non Christũ gratis diligentes, non Deũ ꝓp Deũ q̃rentes, t̃poralia cõmoda sectantes, lucris inhiãtes, honores ab hominib. appetentes: hæc qñ amantur à ꝓposito, & ꝓp hæc seruitur Deo, quisquis est talis mercenarius est, inter filios se cõputet: de talibus. n. & dñs dicit: Amẽ dico vobis perceperunt mercedẽ suã: audi de
Mat.6. Timotheo sancto quid dicat Apostolus Paulus: Spero aũt in dño Iesu, Timotheum cito
Phil.2. me mittere vobis, vt ego bono animo sim, cũ cognouero quę circa vos sunt: neminẽ. n. M habeo tã vnanimem, qui germane de vobis solicitus sit. omnes. n. sua quærunt non quæ Iesu Christi. Inter mercenarios pastor ingemuit, quę fiuit aliquẽ qui synceriter diligeret gregẽ Christi, & circa se i eis q̃ cũ illo eo tẽpore fuerant non inuenit: non. n. in Ecclesia Christi tunc præter Paulum Apostolũ & Timotheũ nemo erat qui germane de grege solicitus esset, sed contigerat vt eo tpe quo Timotheũ misit circa se alium de filiis non haberet, sed soli mercenarij cũ illo essent, sua quærẽtes, nõ quæ Iesu Christi: & tñ ipse germane de grege solicitus, maluit filiũ mittere, & inter mercenarios remanere. Inuenimus & mercenarios, non eos discutit, nisi dñs, qui cor inspicit, ipse discutit, tñ aliqñ intelliguntur à nobis, non. n. frustra dixit ipse dñs ẽt de lupis, ex fructibus eorũ cognoscetis eos: multos interrogant tentationes, & tunc apparent cogitationes, multi aũt latẽt. Habet ouile dñi præpositos, & filios, & mer
Mat.5. cenarios. Præpositi aũt qui filij sunt, pastores sunt: si pastores sunt, qũo vnus pastor, nisi quia sunt illi omnes vnius membra pastoris, cuius sunt oues propriæ? Nam & ipsi mem-
Esa. 53. bra sunt ipsius vnius ouis, quia sicut ouis ad immolandũ ductus est. Audite autẽ, quia & mercenarij necessarij sunt, multi quippe in Ecclesia cõmoda terrena sectantes, Christũ tñ prædicãt, & per eos vox Christi auditur, A & sequuntur oues non mercenariũ, sed vocẽ pastoris per mercenarium. Audite mercenarios ab ipso dño demonstratos: scribæ, inquit, & Pharisæi cathedram Moysi sedent, quæ dicunt facite, quæ aũt faciunt, facere nolite: q̃d aliud dixit: nisi per mercenarios vocem pastoris audite? Sedendo. n. cathedram
Mat.23. Moysi, legem Dei docẽt, ergo per illos Deus docet:

docet: sua vero illi si velint docere, nolite audire, nolite facere: certe. n. tales sua quærũt, non quę Iesu Christi. Nullus tñ mercenarius ausus est dicere populo Christi, tua quære, non quæ Iesu Christi: qui. n. male facit, non ꝑdicat de cathedra Christi, inde lędit vnde male facit, non vnde bona dicit: botrum car
B pe, spinã caue. Bene ꝙa intellexistis, sed ꝑꝑ tardiores dicã hoc idẽ planius, ꝙ modo dixi, botrũ carpe, spinã caue, cum dñs dicat: Nunquid colligunt de spinis vuã, aut de tri-
Mat. 7. bulis ficus? Verũ est omnino, & tũ ẽt verum ego dixi, botrum carpe, spinã caue, quia botrus aliqñ de radice vitis exortus, pendet in sepe, cresçit palmes, inseritur spinis, & portat fructũ spina non suum: non. n. spinã vitis attulit, sed spinis palmes incubuit: noli interrogare, nisi radices, quære radicẽ spinæ, extra inuenies a vite, quære originẽ vuæ, vitis hanc protulit ex radice. Cathedra ergo Moy si vitis erat, pharisęorũ mores spinæ erant: doctrina vera per malos, palmes in sepe. Botrũ inter spinas caute lege, ne dũ quæris fructũ, laceres manũ: & cũ audis bona dicentẽ, ne imiteris mala facientẽ, quæ dicunt facite, legite vuas: quæ aũt faciunt, facere nolite, caue te spinas: ẽt per mercenarios vocem pasto
Phil. 2. ris audite, sed nolite esse mercenarij, cũ sitis membra pastoris: ipse aũt Paulus Apostolus sanctus qui dixit: Neminẽ habeo qui germane de vobis solicitus sit, oẽs. n. sua quærunt, non quæ Iesu Christi: alio loco inter mercenarios filiosq; distinguens, videte quid dixe
Phil. 1. rit: Quidã per inuidiam & cõtentionẽ, quidam vero & per bonã voluntatem Christũ prædicant: quidã ex charitate, scientes quia in defensione Euangelij positus sum, quidã vero & per contumaciã Christũ annunciãt non caste, existimantes tribulationẽ suscitari vinculis meis. Isti mercenarij erant, Paulo Apostolo inuidebant. quare inuidebant, nisi quia ꝑalia requirebant? Sed quid adiungat
C attendite: quid enim? Cũ omni mõ, siue occasione, siue veritate Christus annunciẽ, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Veritas est Christus, veritas a mercenarijs occasione annuncietur, veritas filijs veritate annunciet ur. Filij æternã hæreditatẽ patris patienter expectãt: mercenarij tẽporalẽ mercedẽ conducẽtes, festinanter exoꝑant. Mihi humana gloria, cui mercenarios inuidere video, minuaꝫ, & tñ per linguas mercenariorũ & filiorũ diuina Christi gloria diffametur, cũ siue occasione, siue veritate Christus annuncietur. Vidimus qui sit ẽt mercenarius: quis est lupus, nisi diabolus? Et quid dictũ est de mercenario? Cũ viderit lupũ venientẽ fugit, quia nõ sunt eius oues propriæ, nec ei cura est de ouibus: nũquid talis erat Apostolus Paulus? Absit. Nũquid talis Petrus? absit, nunquid tales cęteri Apostoli, excepto Iuda filio perditionis? Ab- D
sit. Pastores ergo illi? Planè pastores: & vnde vnus pastor? Iã dixi pastores, quia mẽbra pastoris illo capite gaudebant, sub illo capite cõcordabant, vno spiritu in vnius corporis cõpage viuebant, ac per hoc oẽs ad vnũ pastorẽ pertinebant. Si ergo pastores, non mercenarij, quare fugiebãt qñ persecutionẽ patiebantur? Expone nobis, ò dñe, vidi in Epistola fugientẽ Paulũ, per murũ in sporta sub
2. Cor. 11. missus est, ut manus persequentis euaderet: nõ ergo illi cura fuit de ouib. quas lupo veniente deserebat? Fugit planè, sed eas pastori in cęlo sedẽti orationib. cõmendabat: se aũt utilitati earũ fugiendo seruabat, sicut quodã loco ait, Manere in carne necessariũ duxi ꝑꝑ Phil. 1.
uos. Ab ipso nanq; pastore oẽs audierant, si Mat. 10. uos persecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliã. Hanc nobis qõnem dñs dignetur exponere. Dñe tu dixisti eis, quos fideles pastores esse utiq; uolebas, quos tua membra esse formabas, si uos persecuti fuerint, fugite. Iniuriã ergo illis facis qñ reprehendis mercenarios, qui uident lupũ uenientem, & fugiunt: rogamus indices nobis, quid habeat altitudo qõnis, pulsemus aderit qui aperiet se, ostiarius ostij ꝙ est ipse, ꝙs est mercenarius? Qui uidit lupũ & fugit, qui sua q̃rit, non q̃ Iesu Christi. Peccantẽ nõ libere audet redarguere. Ecce nescio ꝙs peccauit, grauiter pec Phil. 2.
cauit, increpandus est, excõicãdus est: sed ex- 1. Tim. 5
cõicatus inimicus erit, insidiabitur, nocebit cũ potuerit, iam ille qui sua quærit, nõ quæ Iesu Christi, ne perdat ꝙ sectatur, humanæ amicitiæ cõmoditatem, & inimicitiarũ humanarũ incurrat molestiã, tacet, non corri- E
pit, ecce lupus oui guttur apprehendit, diabolus fideli adulteriũ persuasit: tu taces, non increpas ò mercenarie, lupũ uenientẽ uidisti & fugisti. Rñdet forte & dicit, ecce hic sum, non fugi: fugisti quia tacuisti: tacuisti, quia timuisti. Fuga animi timor est, corpore stetisti

spiritu

ſpiritu fugiſti? q̄ ille non faciebat qui dicebat, Et ſi corpore abſens ſum, ſpiritu vobiſcū ſum: qūo enim ſpiritu fugiebat, qui etiam corpore abſens, fornicatores literis arguebat? Affectiones noſtrę motus animorū ſunt: lętitia, animi diffuſio: triſtitia, animi contractio: cupiditas animi progreſsio timor, animi fuga eſt: diffunderis enim animo cū delectaris: cōtraheris animo cū moleſtaris: progrederis animo cū appetis: fugis animo cum metuis. Ecce vnde ille mercenarius viſo lupo dī fugere. Quare? Quia nō eſt ei cura de ouibus. ℣ Quare nō eſt ei cura de ouib. Quia mercenarius eſt.) Quid eſt mercenarius eſt? Temporalē mercedē quærit, & in domo in in æternū nō manebit: ſunt adhuc hæc quærenda, & diſcutienda vobiſcū, ſed onerare vos non eſt conſilij: dominica enim cibaria conſeruis miniſtramus, in paſcuis dominicis oues paſcimus, & ſimul paſcimur: ſicut nō eſt negandū q̄ neceſſariū eſt, ſic non eſt eſt cor infirmū pabuli multitudine prægrauandū; nō ſit ergo moleſtū charitati veſtræ, quia oīa quę hic adhuc diſcutiēda arbitror, hodie nō diſcutio, ſed iterum nobis in noīe dñi dieb. reddendi ſermonis, eadē lectio recitabit, & diligētius illo addiuuāte tractabit.

Col. 2.

F

Ab eo quod eſt, Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ: vſque ad id quod ait, Nunquid dęmonium poteſt cęcorum oculos aperire? Tract. XLVII.

QVi ſermonem domini Dei noſtri non ſolum libenter, ſed etiam diligenter audiſtis, promiſsionis noſtræ proculdubio meminiſtis. Ipſa quippe lectio Euāgelica & hodie lecta eſt, quæ lecta fuerat proximo dominico die. Propterea quoniā in quibuſdā neceſsitatibus immorati, non potuimus omnia diſcutere, quæ veſtris ſenſibus debemus.

G Proīde quæ iā dicta atq; tractata ſunt, hodie non quærimus, ne adhuc eadem repetendo, ad illa qnæ nondū dicta ſunt, peruenire minime permittamur. Noſtis iam in nomine domini qui ſit bonus paſtor, & quemadmodum paſtores boni membra ſint eius, & iō paſtor ſit vnus. Noſtis qui ſit mercenarius ferendus, qui lupus, & fures & latrones cauendi, quæ ſint oues, & quod ſit oſtium quo & oues ingrediuntur, & paſtor qūo ſit intelligendus oſtiarius: noſtis ēt qm̄ quiſquis non per oſtium intrauerit, fur eſt & latro, nec venit niſi vt furetur, & occidat & perdat. Hæc omnia dicta, ſufficienter, quātum exiſtimo, pertractata ſunt: hodie debemus dicere quātum adiuuat dns, qm̄ ipſe Ieſus Chriſtus Saluator noſter, & paſtorē ſe eſſe dixit, & oſtiū, & paſtorem bonū dixit intrare per oſtium: qūo ipſe per ſeipſum intrat? Si enim nemo paſtor bonus eſt niſi qui per oſtium intrat, & ipſe eſt præcipue paſtor bonus, & ipſe eſt oſtium, intelligere nō poſſum niſi & ipſum per ſeipſum ad oues ſuas intrare, & vocem ſuam illis dare vt ſequantur eum, easq; intrantes & exeuntes paſcua inuenire, q̄ eſt vita æterna. Cito ergo dico, ego quærens intrare ad vos, i. ad cor veſtrum, Chriſtum prædico: ſi aliud prædicem, per aliam partem conabor aſcendere. Chriſtus itaq; mihi ianua eſt ad vos, per Chriſtū intro, non ad parietes veſtros, ſed ad corda veſtra. Quid eſt q̄ Chriſtum intro? Chriſtum in me libēter audiſtis. Quare Chriſtū in me libenter audiſtis? Quia oues Chriſti eſtis, ſanguine Chriſti cōparati eſtis, agnoſcitis pretium veſtrum q̄ nō a me datur, ſed per me prædicatur. Ille quippe emit, qui pretioſum ſanguinem fudit: pretioſus ſanguis eſt illius ſine peccato, fecit tñ ip ſe etiam ſuorum ſanguinem pretioſum, pro quib. dedit ſanguinis pretiū: nam ſi ſuorum ſanguinem non faceret pretioſum, non diceretur: Pretioſa in conſpectu dñi mors ſanctorum eius. Itaq; etiam q̄ ait, Paſtor bonus animam ſuam ponit pro ouibus, non ipſe vnus fecit, & tamen ſi illi qui fecerunt membra eius ſunt, idem ipſe vnus hoc fecit. Ipſe enim potuit facere ſine illis, ipſe ſine illo vnde potuerunt, cum ipſe dixerit: ſine me nihil poteſtis facere? Hinc aūt oſtendimus quod & alij fecerunt, quia ipſe Apoſtolus Ioānes, qui hoc q̄ audiſtis Euangelium prædicauit, in Epiſtola ſua dixit: ſicut pro nobis animam ſuā poſuit, ſic & nos debemus animas pro fratribus ponere. Debemus dixit, debitores nos fecit, qui primus exhibuit: ideo quodam loco ſcriptum eſt, Si ſederis cęnare ad menſam potentis, ſapienter intellige quæ apponuntur tibi, & mitte manū tuam, ſciens quia talia te oportet p̄parare. Menſa potentis quæ ſit noſtis, vbi eſt corpus & ſanguis Chriſti,

H

Ioan.

Ioan.

Mat.

Pſ. 115.

Ioan. 15.

I

Pro. 23.

qui

qui accedit ad talē mensam præparet talia. Et quid est, prępparet talia? Quō ipse pro nobis
K animā suā posuit, sic & nos debemus ad ędificandā plebē, ad asserendā fidem animas pro fratribus ponere: ideo Petro quē facere
Ioan. 21. volebat pastoré bonū, non in ipso Petro, sed in corpore suo ait, Petre amas me? Pasce oues meas: hoc semel, hoc iterū, hoc tertio, vsq; ad eius tristitiā: & cū tm interrogasset dns, quantū interrogandū esse indicauit, vt ter confiteatur qui ter negauerat, & ei suas oues pascendas tertiò cōmendasset: ait illi, Cū iunior esses cīgebas te, & ambulabas vbi volebas, cū aūt senueris, extēdes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Et exposuit Euangelista quid dns dixerit: hoc aūt, inquit, dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deū. Ad hoc ergo pertinet pasce oues meas, vt ponas animam tuā pro ouibus meis, iā illud quod ait, Sicut nouit me pr̄ & ego agnosco patrē. Quis nescit hoc? Ipse.n. agnoscit patrē per se, nos per illū, quia ipse per se cognoscit, nouimus, quia & nos per illum etiam hoc nouimus, quia & hoc
Ioan. 1. per illum nouimus: ipse enim dixit: Deum nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit: ergo & nos per ipsum, quibus enarrauit. Item alibi
Mat. 11. ait: Nemo nouit filū nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare: sicut ergo ipse per se nouit patrem, nos aūt per illū nouimus patrē, sic intrat in ouile per semetipsum, & nos per ipsum. Ostiū dicebamus per Christum nos habere ad vos: quare? Quia Chr̄m prædicamus, & ideo intramus per ostiū. Christus aūt Christū prædicat, quia seipsum prædicat, & ideo pastor per seipsum intrat. Lumē cū alia monstrat q̄ videntur in lumine, nunquid aliquo indiget vt mōstretur? Lumen ergo & alia demōstrat
L & ipsum. Quæcunq; intelligimus, & intellectu intelligimus, & ipsum intellectū, vñ nisi intellectu intelligimus? Nunquid sic oculo carnis & alia vides & ipsum? Quanuis.n. videant hoīes oculis suis: non tm̄ vident oculos suos. Oculus carnis alia videt, se nō pōt, intellectus aūt & alia intelligit, & seipsum: qūo intellectus videt se, sic & Christus prædicat se, si prædicat se, & prędicando intrat ad te, per se intrat ad te & ad patrē. Ipse est ostiū, quia nō est qua veniat ad patrē nisi p ipsū: vnus.n. Deus & vnus mediator Dei & hominū hō Christus Iesus. Verbo multa di- 1. Ti. 2.
cuntur, hęc ipsa quę dixi, vtiq; verbo dixi: si velim dicere & ipsum verbū, vnde dico nisi verbo? Ac p hoc verbū & alia dicūtur, q̄ nō sunt q̄ uerbū, & ipsum uerbū dici nō pōt, nisi p uerbū: adiuuante dño exēplis abundauimus. Tenete ergo qūo dns Iesus Christus, & M
ostiū sit, & pastor: ostiū pandendo se, pastor 1. Co. 1.
intrando per se. Et quidem fratres, q̄ pastor est, dedit & mēbris suis: nā & Petrus pastor & Paulus pastor, & cęteri Apostoli pastores & boni Episcopi pastores. Ostiū uero nemo nostrū se dicit, hoc sibi ipse propriū tenuit, qua intrant oues. Deniq; Paulus boni pastoris implebat officiū qū Christū prædicabat, quia per ostiū intrabat: at ubi oues indiscipli natę cęperūnt facere schismata, & alia ostia sibi ponere, nō quà intrarent & congregarē tur, sed quà errarent vt diuiderentur, dicentes Alij, ego sum Pauli: alij, ego sum Cephæ alij, ego Christi: expaueſcēs ad eos qui dixerūt, ego sum Pauli, tanquā clamans ad oues, miserę qua itis? nō sum ostiū: nunquid Paulus, inquit, p uobis crucifixus est, aut in noīe Pauli baptizati estis: Qui uero dicebant: Ego sum Christi, inuenerūt ostiū. De vno aūt ouili & uno pastore, iā quidē assidue soletis audire: multū.n. cōmendauimus unū ouile prædicantes unitatē, ut per Christū oēs oues ingrederentur, & Donatū nulla sequeretur, verūtñ vnde hoc proprie dixerit dns ad ipsos, satis apparet: loquebatur enim apud Iudæos missus aūt fuerat ad ipsos Iudęos, non propter qūosdā immani odio pertinaces & perseuerantes in tenebris, sed propter quosdam in ipsa gente quas dicit oues suas, de quibus dicit: Non sum missus nisi ad oues quę perierunt domus Israel, nouerat ēt eas in turba furentiū, & prędicebat in pace credētiū: quid est ergo, Nō sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel: nisi quia præsentiā suā corporalē non exhibuit nisi populo Israel? A
Ad gentes non perrexit ipse, sed misit, ad populū uero Israel & misit & venit ipse, vt qui Mat. 15.
contemnebant, maius iudiciū sumerent, qa etiā prēsentia est illis exhibita. Ipse dominus ibi fuit, ibi matrē elegit, ibi concipi, ibi nasci, ubi sanguinē fundere uoluit, ibi sunt uestigia eius, modo adorantur ubi nouissime stetit, unde ascēdit ad cęlum: ad gentes autē misit:

misit:sed forte aliquid arbitrantur, qm̃ non ipse ad nos venit, sed misit ad nos, non nos audisse vocẽ ipsius, sed vocem eorum quos misit. Absit. Pellatur ista cogitatio de cordibus vestris, & in his quos misit ipse erat. Ipsum Paulum audi quẽ misit: ad gentes enim prçcipue Paulũ misit Apostolum: & ait ipse Paulus terrẽs non de se, sed de illo: An Vultis accipere experimentũ eius, quiin me loquit Christus? Audite & ipsum dominũ: Et alias oues habeo:) ideſt, in gentibus: Quæ nõ sunt de hoc ouili: ideſt, de populo Israel: Oportet me & illas adducere. Ergo per suos, non per alteros adducit: adhuc audi, Et vocem meã audient.) ecce & per suos ipse loquitur & per suos quos mittit vox eius auditur. Vt sit vnum ouile & vnus pastor.) De duob. istis gregibus tanquã duobus parietibus, factus ẽ lapis angularis. Ergo & ostiũ est & lapis angularis, oĩa p similitudinẽ, nihil horũ ꝓprie. Iã. n. dixi & cõmendaui vehementer, & qui capiũt sapiũt, immo qui sapiunt capiunt, & qui nondũ intellectu sapiunt, fide teneant q̃ intelligere nondũ possunt. Per similitudinẽ Christus multa est, quç per proprietatẽ non est: per similitudinẽ petra est Christus, & ostiũ est Christus, & lapis angularis est Christus, & pastor est Christus, & agnus ẽ Christus, & leo est Christus. Quã multa per similitudines & alia, quæ cõmemorare lõgũ est: si aũt proprietates discutias rerũ, quas videre cõsueſti, nec petra est, quia durus & sine sensu nõ est: nec ostiũ, quia faber eũ nõ fecit: nec lapis angularis ẽ q̃a nõ est, ab structore cõpositus. nec pastor est, q̃a custos ouiũ qua drupedũ nõ est: nec leo est, quia fera nõ est: nec agnus est, quia pecus nõ est: oĩa ergo ista per similitudinẽ: quid ergo ꝓprie? In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ. Quid dehoĩe q̃ apparuit? Et verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis & cçtera: Propterea me pater diligit, inquit, quia ego pono animã, vt iterũ sumã eam.) Quid ait? Propterea me pater diligit, quia morior vt resurgã. Cũ magno enim pondere dictũ est ego, quia ego pono, inquit, animã meã, ego pono. Quid est ego pono? Ego, inquit, illã pono. Nõ glorientur Iudæi, sęui re potuerunt, potestatẽ habere non potuerunt: sęuiant quantũ possunt, si ego noluero animã meam ponere, quid sęuiendo facturi sunt? Vna responsione prostrati sunt. quãdo eis dictũ est, Quẽ quæritis: dixerunt Iesum, & ait eis: Ego sum, redierunt retro, & ceciderunt in terrã. Qui ceciderunt ad vnã vocẽ Christi morituri, quid facient sub voce iudicaturi? Ego, inquã, pono animã meã, vt iterũ sumã eã. Nõ glorientur Iudæi, quasi qui p̃ ualuerint, ipse posuit animã suã: ego dormiui dicit: nostis Psalmũ: Ego dormiui & somnũ cçpi, exurrexi, quoniam dñs susçepit me: modo Psalmus ipse lectus est, modo audiui mus: Ego dormiui & somnũ cçpi, exurrexi, quoniã dñs susçepit me: quid est, ego dormiui? Quia volui, dormiui: quid est dormiui? Mortuus sum: nõne dormiuit, qui qm̃ voluit de sepulchro tãquã de lecto surrexit: Sed amat dare gloriã patri, vt nos ædificet gloriã dare creatori: nã & addidit, exurrexi, quoniã dñs susçipiet me, putabis hic quasi virtutem eius defecisse, vt per potestatẽ suã mori potuerit, & per potestatẽ suam resurgere non potuerit? Sic enim videntur sonare verba nõ intentius intellecta, Ego dormiui. i. quia volui dormiui, & exurrexi. Quare? quia dñs susçipiet me. Quid enim? Tu à teipso resurgere non valeres? Si. n. nõ valeres, non diceres: Potestatẽ habeo ponendi animã meã, & ptã tẽ habeo iterũ sumendi eã.) Audi alio loco i Euangelio, quia nõ solũ pater suscitauit filiũ sed ẽt filiꝰ seipsum: Soluite, inquit, tẽplũ hoc, & in triduo suscitabo illud: & Euangelista, hoc aũt, inquit, dicebat de templo corporis sui. Hoc suscitabatur quod moriebatur: nã verbũ nõ est mortuũ, anima illa non est mortua: si nec tua moritur, dñi moreretur? Vnde scio, inquis, si mea non moritur? A te nõ occidatur, & nõ moritur, qũo, inquis, ego possum occidere animã meam? Vt alia peccata interim taceã, os quod mentitur occidit animam suã. Quomodo, inquis, securus sum, quia non moritur? Ipsum dominũ audi, dantẽ seruo securitatẽ: Nolite timere eos qui occidunt corpus, & postea non habent quid faciant: sed planè quid ait? Et timete qui habet potestatẽ & corpus & animã occidere in gehennã: Ecce q̃a moritur, ecce quia nõ moritur: quid est mori ipsius? quid est mori carni tuæ? Mori carni tuę, est amittere vitã suã: mori animæ tuę, est amittere vitã suã: vita carnis tuæ aĩa tua, vita aĩæ tuę Deus tuus. Qũo moriẽ caro amissa anima, quæ vita est eius:

1. Co. 13.

B

Ephe. 2.

Ioan. 1.

C

Ioan. 18.

D

Psal. 3.

Ioan. 3.

Sapien. 1
Mat. 10.
Luc. 12.

E

sic

sic moritur anima amisso Deo, qui vita est eius. Certe ergo immortalis est anima? Planè immortalis est, quia viuit & mortua: q̃.n.de uidua delitiosa dixit Apostolus, de ānima ēt si Deū suū amiserit, dici pōt, uiuens mortua 1.Tim.5 est. Quō ergo ponit animā suā dñs? Fratres, quæramus hoc paulo attentius, non nos artat hora q̃ solet, die dñico uacat nobis, hoc F lucrentur qui ad uerbū Dei ēt die hodierna conueniunt. Pono, inquit, animā meā: quis ponit? quam ponit? Christus. Quid est Christus? Verbum & homo, nec sic homo ut sola caro: sed quia homo constat ex carne & anima, totus est homo in Christo: non.n.partē deteriorē suscepisset, & partē meliorē deseruisset: & pars q̃ppe hominis melior est aīa quā corpus. Quia ergo totus homo in Christo: quid est Christus? Verbum, inquā, & homo: quid est uerbū & homo? Verbū anima, caro. Tenete hoc, quia nō defuerunt hæretici, & in ista snīa, pulsi quidē iā olim a ueritate catholica, sed tñ ut fures & latrones non intrantes per ostiū, insidiari ouili non desinunt. Apollinaristæ hæretici dicti sunt, quia ausi sunt dogmatizare, q̃ Christus nō sit nisi uerbū & caro, & animā humanā non eū assumpsisse contendunt: ná & aliqui eorū fuisse in Christo animā negare non potuerunt. Videte absurditatē & insaniā nō ferendam, animā irrationalē eū habere voluerūt, rationalē negauerunt: dederunt ei animā pecoris, subtraxerunt animā hominis: sed illi abstulerunt Christo rationē, non tenendo rationē. Absit hoc a nobis in fide catholica nutritis atq; fundatis. Ex hac ergo occasione admonuerim charitatem uestrā, qūo superioribus lectionib. satis uos instruximus, aduersus Sabellianos & Arrianos: Sabellianos qui dicūt ipse est pater qui filius: Arrianos qui dicūt, aliud est pater, aliud est filius, quasi non sint G eiusdē substantiæ pater & filius. Instruximus ēt quantū meministis, & quantū meminisse debetis contra hæreticos Fotinianos, qui solū hominē Christum sine Deo esse dixerunt. contra Manichęos, qui solum sine homine Deū: ex hac occasione de anima instruamus uos & contra Apollinaristas, qui dicūt dñm nostrū Iesum Christū nō habuisse animā humanā, i. animā rationalē, animā intelligentē, animā, inquā, qua distamus a pecore, q̃ homines sumus: qūo ergo hic dixit dñs, Potestatem habeo ponendi animam meam? Quis ponit animā, & iterum sumit eam? Christus ex eo q̃ uerbū est, ponit animam, & sumit eam iterū. An ex eo q̃ anima humana est, ipsa se ponit, & iterū ipsa se sumit? An ex eo q̃ caro est, caro animā ponit, & iterum sumit? Tria proposui, omnia pertractemus, & hoc eligamus q̃ conueniat regulæ ueritatis: si.n. dixerimus quia uerbū Dei posuit animā suā & iterū sumpsit eā, metuendū est ne subin- H tret praua cogitatio, & dicat nobis: ergo aliqñ anima illa separata est a uerbo, & aliqñ uerbū illud, ex quo suscepit animā illā, fuit sine anima. Video.n. fuisse sine anima humana uerbū, secundū q̃ in principio erat uerbū, & uerbum erat apud Deū, & Deus erat uerbū. Ex quo.n.uerbum caro factum est, ut habitaret in nobis, & susceptus est a uerbo homo, i. totus homo anima & caro, quid fecit passio, quid fecit mors, nisi corpus ab anima separauit? Animā uero a uerbo non separauit: si.n.mortuus est dñs, immo quia mortuus est dñs, mortuus est.n.pro nobis in cruce, sine dubio caro ipsius expirauit animā: ad tps.n.exiguum anima deseruit carnē, sed redeunte anima resurrecturā: a uerbo autem animā separatam esse non dico. Latronis ani- Luc. 23. mæ dixit. Hodie mecum eris in paradiso: fidelem latronis animā non deserebat, & deserebat suā? Absit: sed illius ut dñs custodiuit, suam uero inseparabiliter habuit: si aūt dixerimus, quia ipsa se anima posuit, & iterū ipsa se sumpsit, absurdissimus sensus est: nō.n. quæ a uerbo non erat separata, a seipsa poterat separari. Dicimus ergo & q̃ uerum est, & q̃ facile intelligi potest: ecce homo quilibet non constans ex uerbo & anima & carne, sed ex anima & carne, de isto homine interrogemus, qūo ponat animam suā quicunque homo: An forte nullus homo ponit animā suā? Potes mihi dicere, nullus homo habet potestatē ponere animā suam, & iterum I sumere eam. Ponere aūt animā suā nisi posset homo, non diceret Ioannes Apostolus, Sicut Christus animā suā pro nobis posuit, 1.Ioan.3 sic & nos debemus animas pro fratribus ponere. Ergo & nobis licet, si & nos impleamur uirtute ipsius, quia sine illo nihil facere possumus, possumus ponere pro fratrib. animas. Qñ martyr quilibet sanctus posuit pro Ioan.15 fratrib. animā suam, quis posuit, & quā posuit?

fuit? Hoc si intellexerimus, ibi videbimus quemadmodũ à Christo dictũ sit: potestatẽ habeo ponendi animã meam. O homo paratus es pro Christo mori? Paratus, inquit, dicam hoc alijs verbis: Paratus es pro Christo animam tuã ponere? Et ad ista verba sic mihi respondet, Paratus sum: quo mihi respondera-
K rat cũ dicerem, paratus es mori: hoc ergo est ponere animã, ꝙ est mori: sed pro quo? Vbi est certamen? Omnes.n. homines qñ moriũtur, ponunt animã, sed non omnes pro Christo ponunt. Et nemo habet potestatem sumere ꝙ posuerit, Christus autem & pro nobis posuit: & qñ voluit, posuit: & qñ voluit, sumpsit. Ponere ergo animã, mori est: sic & Apostolus Petrus dño dixit, Animam meam pro te ponam, i. pro te moriar, carni hoc tribue.
Ioan. 13. 3. Senten. diſt. 21. c. ſicut. Ioan. 19. Caro ponit animã suam, & caro iterũ sumit eã, nõ tñ sua ptãte caro, sed ptãte inhabitãtis carnẽ. Caro ergo ponit animã suã expirando. Vide ipsum dñm in cruce: Sitio, dixit, illi qui aderant tinxerunt spongiam in aceto, alligauerunt arundini, & apposuerũt ori eius: ꝙ cũ accepisset, ait, Perfectum est. Quid est, perfectum est? Impleta sunt omnia quæ ante mortẽ futuram de me fuerant prophetata, quia & potestatẽ habebat qñ vellet ponendi animam suam. Postea quam dixit, perfectũ est, quid ait Euangelista? Et inclinato capite tradidit spm̃: hoc est ponere animam. modo hic attendat charitas vestra, inclinato capite tradidit spm̃: Quis tradidit? quem tradidit? Spiritum tradidit, caro illũ tradidit. Quid est caro illum tradidit? Caro illum emisit, caro illũ expirauit: ideo dr̃.n. expirare, extra spm̃ fieri, quo est exulare, extra solum fieri: exorbitare, extra orbitam fieri: sic expirare, extra spiritum fieri, quia spiritus anima est: cũ ergo exit anima a carne, & remanet caro sine anima, tunc homo ponere animam dr̃. Qñ Christus animam posuit? Qñ verbum voluit. Principatus.n. in verbo erat, ibi potestas erat qñ poneret caro animã, & qñ sumeret: si ergo caro animã posuit, quo Christus animã
L posuit? Non.n. caro Christus? Ita planè & caro Christus, & anima Christus, & verbum Chr̃s, nec tñ tria hæc tres Christi, sed vnus Christus: hominẽ interroga, & te de ipso facgradũ ad ea quæ supra te sunt, & si nondum intelligenda, saltem credẽda: quo est.n. vnus homo anima & corpus, sic vnus Christus verbũ & homo, videte quid dixerim, & intelligite: anima & corpus duæ res sunt, sed vnus homo: verbum & homo duæ res sunt, sed vnus Christus: ergo de homine quære, vbi est Paulus Apostolus? Modo si quis respõdeat in requie cum Christo, verum dicit: itẽ si quis respondeat, Romæ in sepulchro, & ip se verum dicit. Illud mihi de anima, hoc de M
eius carne respondit: nec tñ ideo duos dicimus Apostolos Paulos, vnum qui requieſcit in Christo, aliũ qui positus est in sepulchro, quauis Apostolũ Paulum dicamus viuere in Christo, eundemq; Apostolũ Paulũ dicamus mortuũ iacere in sepulchro. Moritr̃ aliquis, dicimus, bonus homo, fidelis homo in pace est cũ dño, & continuo eamus ad exequias ipsius, & sepeliamus illũ, eum sepulturus es, quẽ iam dixeras in pace esse cum Deo, cum aliud sit anima, q̃ immortaliter viget, aliud corpus ꝙ corruptibiliter iacet: sed ex quo consortiũ carnis & animæ hominis nomen accipit, iam & singulũ atq; separatum, vtrũlibet eorũ nomen hominis tenuit. Nemo ergo titubet qñ audit dñm dixisse: pono animam meã, & iterum sumo eam: ponit eã caro, sed ex potestate verbi: sumit eam caro, sed ex potestate verbi. Et ipse dñs Christus dictus est sola caro. Qũo, inquit, probas? Au deo dicere, & sola caro Christi dictus est Christus. Credimus certe non in solum Deũ patrem, sed in Iesum Christum filium eius vnicum dñm nostrum: modo totum dixi, in Iesum Christum filium eius vnicũ dñm nostrum: totũ tibi intellige, & verbum, & animam, & carnẽ: sed vtiq; cõfiteris etiam illud ꝙ habet eadem fides, in eũ Christum te credere qui crucifixus est & sepultus. Ergo ẽt sepultum Christum esse non negas, & tñ sola caro sepulta est: si.n. erat ibi anima, non erat mortuus: si aũt vera mors erat, & eius vera sit resurrectio, sine aĩa fuerat in sepulchro, A
& tñ sepultus est Christus: ergo Christus erat ẽt sine anima caro, quia non est sepulta nisi *Phil. 2.*
caro. Discе hoc etiam in Apostolicis verbis: Hoc sentite, inquit, in vobis, ꝙ & in Christo Iesu qui cum in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est esse æqualẽ Deo: quis nisi Christus Iesus, quantũ attinet ad id quod est verbũ, Deus apud Deũ? Vide autem ꝙ sequitur: sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiens, in similitudinem hominũ factus,

& habitu

& habitu inuentus vt homo. Et hoc quis nisi idem ipse Christus Iesus? Sed hic iã omnia sunt, & verbũ in forma Dei, quæ accipit formam serui, & anima & caro in forma serui, quæ accepta est à forma Dei, humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem
Mat. 10. Iam in morte sola caro est à Iudęis occisa: si enim discipulis dixit, Nolite timere eos qui occidunt corpus animã aũt non possunt occidere: nunquid in ipso potuerunt plus quã
B corpus occidere, & tñ carne occisa Christus occisus est? Itã cũ caro animam posuit, Christus animã posuit, & cum caro vt resurgeret animã sumpsit, Christus animã sumpsit: nec tñ potestate canis hoc factũ est, sed eius qui & animã & carnẽ, vbi hęc adimplerentur assumpsit. Hoc, inquit, mandatũ accepi à patre meo.) Verbum non à verbo accepit mandatum, sed in verbo vnigenito patris & omne mandatũ: cum autẽ dicitur filius a patre acci
Ioan. 5. pere quod substantialiter habet, quomodo dictũ est: Sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit filio habere vitam in semetipso? Cum filius sit vita, nõ potestas minuitur, sed generatio eius ostẽditur, quoniam pater nõ quasi ei filio qui imperfectus est natus, aliqd addidit, sed ei quẽ perfectum genuit, omnia gignendo dedit: ita illi dedit suam æqualitatẽ, quẽ non genuit in æqualem: sed hæc loquente dño, quoniã lux lucebat in tenebris, & tenebrę eã non comprehendebãt, Dissen
Ioan. 1. sio iterũ facta est inter Iudæos propter sermones hos. Dicebant autẽ multi ex ipsis: Dęmoniũ habet & insanit: quid eũ auditis? Istę fuerunt densissimę tenebrę. Alij dicebãt: hęc verba non sunt dęmoniũ habentis: Nunquid dęmonium potest cęcorum oculos aperire?) Iam istorum oculi cęperant aperiri.

Ab eo quod ait, Facta sunt encęnia in Hierosolymis: vsq; ad id quod ait, Omnia autẽ quæcunque dixit Ioannes de hoc: vera erant, & multi crediderunt in eum. Tra-
C ctatus XLVIII.

QVod iam cõmẽdaui dilectioni vestrę, stabiliter meminisse debetis, sanctum Ioannem Euangelistam nolle nos semper lacte nutriri, sed solido cibo vesci. Quisquis autem ad sumendum solidum cibum verbi Dei adhuc minus idoneus est, lacte fidei nutriatur, & verbũ quod intelligere nõ potest credere non cunctetur: fides enim meritum est, intellectus præmium. In ipso labore intẽtionis desudat acies mentis nostræ, vt ponat sordiculas nebulæ mentis humanæ, & seruẽtur ad uerbũ Dei: non ergo recusetur labor si adest amor: nostis enim quoniã qui amat non laborat. Omnis enim labor non amanti
D bus grauis est: si tantos labores cum auaris portat cupiditas, nobiscum non portet charitas? Euangeliũ intendite: Facta sunt encęnia in Hierosolymis.) Encęnia festiuitas erat dedicationis templi. Græce enim cęnõ dicitur nouũ. Quando cunq; nouum aliquid fuerit dedicatũ, encęnia vocantur. Iam & vsus habet hoc verbũ, si quis noua tunica induatur, encęniare dicitur. Illum enim diẽ quo templum dedicatum est, Iudæi solenniter celebrabant, ipse dies festus agebatur, cũ ea quæ lecta sunt, locutus est dominus, Hyems erat, & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Circundederunt ergo eum Iudæi, & dixerunt ei, Quousq; animã nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palã. ¶ Non veritatẽ desiderabant, calumniã pręparabãt. Hyems erat, & frigidi erant. Ad illum enim diuinum ignem accedere pigri erant. Si accedere est credere, qui credit, accedit: q negat, recedit: nõ mouetur anima pedibus, sed affectibus. Friguerant diligendi charitate, ar
debant nocẽdi cupiditate: longe aberant, & & ibi erant: nõ accedebãt credendo, & premebant persuadendo, quærebant audire à dño, ego sum Christus & fortasse de Christo secundũ hominẽ sapiebant: prædicauerũt. n. Prophetæ Christũ, sed diuinitatẽ Christi & in Prophetis & in ipso Euangelio, nec hęretici intelligunt, quãto minus Iudæi, quãdiu velamẽ est super cor eorũ. Deniq; quodam
E loco sciens dñs Iesus eos de Christo scđm hominẽ sapere, non secundũ Deũ, secundũ id q̃ homo erat, non secundũ id q̃ Deus ẽt *Mat. 22.* assumpto homine permanebat: ait illis, Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Rñderunt secũdũ opinationẽ suam, Dauid: sic enim legerant, & hoc solũ tenebant, quia diuinitatẽ ejus legebant, sed nõ intelligebant. Dñs aũt vt eos suspenderet ad quęrendam eius diuinitatẽ, cuius contemnebant infirmitatẽ respondit eis, quomodo ergo Dauid in *Ps. 109.* spiritu dicit eum dominũ dicẽs, Dixit domi

nus

nus domino meo, sede à dextris mei: donec ponã inimicos tuos sub pedibus tuis? Si ergo Dauid in spiritu dicit eũ dominũ, quomodo filius eius est? Non negauit, sed interrogauit, ne qs hoc cũ audierit, putet ꝙ dñs Iesus negauerit se filiũ esse Dauid. Filiũ Dauid dñs Iesus si negaret, cęcos sic eũ inuocãtes non illuminaret: trãsibat. n. aliqñ, & duo cęci sedentes iuxta uiã clamauerunt, Miserere nostri filij Dauid: qua voce audita, misF
Mat. 20. ratus est, stetit & sanauit, lumẽ dedit, quia nomen agnouit: dicit & Apostolus Paulus, Qui
Rom. 1. 1. Ti. 2. factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Et ad Timothęum: Memor esto Iesum Christũ resurrexisse à mortuis ex semine Dauid secundũ Euãgeliũ meum: quia de semine Dauid originẽ Maria virgo ducebat: inde dñs de semine Dauid erat. Hoc pro magno Iudęi à Christo quærebant, et si diceret, ego sum Christus, secundũ quod illi solum sapiebant de semine Dauid, calumniarentur ꝙ sibi arrogaret regiam potestatẽ: plus est quod eis respondit: illi de filio Dauid volebant calumniari, ille filium Dei se esse respondit. Et qũo? Audite. Respondit eis Iesus: Loquor vobis, & non creditis. Opera quę ego facio in nomine patris mei, hęc testimoniũ perhibẽt de me: sed vos non creditis, quia nõ estis ex ouibus meis. ℣ Iam supra didicistis quæ sint oues, estote oues: oues credendo sunt, oues pastorem sequendo sunt, oues redemptorẽ non contẽnendo sunt, oues per ostiũ intrando sunt, oues exeundo & pascua inueniendo sunt, oues vita æterna perfruendo sunt: qũo ergo istis dixit, nõ estis ex ouib. meis? qa videbat ad sempiternũ interitũ ꝓdestinatos, nõ ad vitã æternam sui sanguinis pretio comparatos. Oues meæ vocẽ meam audiunt, & cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitã ętnã do eis.) Ecce sunt pascua. Si recolitis, superius dixerat, & ingredietur, & pascua inueniet. Ingressi sumus credendo, egredimur moriendo: sed qũo ꝑ ostiũ fidei ingressi sumus, sic fideles de corpore exeam⁹: sic enim per istud ostium egredimur, vt pascua inue-
G nire possimus. Bona pascua, vita æterna dr, ibi nulla herba arescit, totũ viret, totũ viget. Solet quędã herba dici superuiua, est herba quæ semper dr viuere: ibi solum viuere inenitur. Vitã æternam, inquit, dabo eis, ouibus meis: vos calumnias ꝓpea quæritis, quia de vita prędesti cogitatis. Et non peribunt in æternũ.) subaudi, tãquã eis dixerit: vos peribitis in ętnũ, quia nõ estis ex ouibus meis. Non rapiet eas quisquã de manu mea.) Intentius accipite. Pater meus quod dedit mihi maius est omnib.) Quid potest lupus? Quid põt fur & latro? non perdunt nisi ad interitũ prædestinatos. De illis aũt ouibus, de quibus dicit Apostolus: Nouit dñs qui sunt eius: & H
quos prędsciuit, ipsos & prędestinauit: quos 1. Ti. 2.
aũt prędestinauit, ipsos & vocauit: quos aũt Rom. 8.
vocauit, illos & iustificauit: quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit: de ouibus istis nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro interficit: securus est de numero earũ qui pro eis nouit quod dedit, & hoc est ꝙ ait: Nõ rapiet eas quisquã de manu mea. Et item ad patrem: Pater meus quod dedit mihi, maius est omnibus: quid dedit filio pr maius omnib. nisi vt ipse ille esset vnigenitus filius? Quid ẽ ergo quod dedit? Iã erat cui daret, an gignẽdo dedit? Nã si erat cui daret vt filius esset aliqñ erat, & filius non erat. Absit vt aliquando dñs Christus fuerit, & filius nõ fuerit: de nobis hoc dici potest: aliquando filij hominũ eramus, filij Dei nõ eramus. Nos. n. filios Dei gratia fecit, illum natura: quia vero natus est, non est vt dicas, non erat ante quã natus erat, nunquã. n. non natus erat, qui patri coętternus erat: qui sapit capiat, qui non capit credat, nutriatur & capiet. Verbũ Dei sẽper cũ patre, & semper verbũ, & quia verbũ iõ filius: semper ergo filius, & semper ęqualis. Non. n. crescendo, sed nascendo ęqualis est, q semper natus est de pre, filius de Deo Deus, de ęterno coętternus: pater aũt nõ de filio Deus, filius de patre Deus: iõ pr filio gignẽdo dedit vt Deus esset, gignendo dedit vt sibi coętternus esset, gignendo dedit vt æqualis eẽt: hoc est ꝙ maius est oĩb. qũo vita filiº, habens vitã filius, ꝙ habet hoc est. Tu aliud es, aliud habes, verbi gr̃a, habes sapientiam, nunquid tu es ipsa sapientia? Deniq; quia nõ es tuipse ꝙ habes, si amiseris qđ habes, reddis vt non habeas: & aliqñ resumis, aliqñ a- I
mittis, qũo oculus noster non in seipso habet inseparabiliter lucem, aperitur & capit, clauditur & amittit. Non sic est Deus Dei filius, nõ sic est verbũ patris, non sic est verbũ quod non sonando transit, sed nascendo manet: sic habet sapientiã, vt ipse sit sapientia, sa-

ciatque

Ioan.

Esa. 53.

I

ciatq; sapiẽtes:sic habet vitam,vt sit ipse vita, faciatq; viuentes : hoc est quod maius est omnib.Attendit Ioan.ipse Euangelista cœlũ & terram,volẽs dicere de filio Dei, attendit & transcendit. Cogitauit supra cœlũ, milia exercitus angelorum,cogitauit & transcẽdit vniuersa, sicut aquila nubes, sic sua mente creaturã,trãscendit magna oĩa, peruenit ad illud qđ maius est omnib.& dixit: In prin-
Ioan. 1. cipio erat verbum.Sed quia ille cuius est verbum non est de verbo,verbum aũt de illo est
K cuius est verbũ,ideo ait,Quod dedit mihi pr̃ maius est oĩbus.i. vt sim verbum eius, vt sim vnigenitus filius eius, vt sim splendor lucis eius,maius est oĩb ideo nemo rapit, inquit, oues meas de manu mea : Nemo põt rapere de manu patris mei.)De manu mea,& de manu patris mei . Quid est hoc, nemo rapit de manu mea,& nemo rapit de manu pr̃is mei? Vtrum vna manus est patris & filii , an forte ipse filius manus est patris sui?Si manũ intelligamus ptãtem,vna est patris & filii ptãs , qa vna est diuinitas , si autem manum intelligamus,
Esa.53. sicut dictum est per prophetam, Et brachium dñi cui reuelatum est,nanus patris ipse est filius.Quod non dictum est,tanq̃ Deus habeat humanam formam , & quasi corporis membra,sed qđ per ipsum facta sunt oĩa: nam solent & hoĩes dicere manus suas esse alios hoĩes , per quos faciunt quod volunt. Aliqñ & ipsum opus hoĩs, manus hoĩs dicit qđ fit per manum,sicut dr̃ quisq; agnoscere manũ suam,cum id qđ scripsit agnoscit. Cũ ergo multis modis etiam hoĩs dicat manus, qui proprie manum hẽt in sui corporis mẽbris,quanto magis non vno modo intelligẽdum est cum legitur , manus Dei cui forma corporis nulla est?Ac per hoc melius hoc loco manum patris & filii intelligimus potesta
L tem patris & filii,ne forte cum hic manũ patris ipsũ filiũ dictũ acceperimus, incipat carnalis cogitatio etiã ipsius filii q̃rere filiũ,quẽ similiter credat Christi manum, ergo nemo rapit de manu pr̃is mei , hoc est, nemo rapit mihi,sed ne forte adhuc titubes,audi quid sequitur,Ego & pater vnum sumus.) Hucusq; Iudæi tolerare potuerunt,audierunt,Ego & pater vnũ sumus,& nõ pertulerũt , & more suo duri ad lapides cucurrerũt,tulerũt lapides vt lapidarent eum, Dñs quia non patiebat quod nolebat pati , & non est passus nisi quod volebat pati,adhuc eos lapidare cupiẽtes alloquit, Sustulerunt lapides Iudæi vt lapidarẽt illum.Rñdit eis Iesus & dixit, Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo , pp qđ eorum opus me lapidatis?Et illi rñderũt, De bono opere nõ lapidamus te, sed de plasphemia,& qa tu homo cum sis facis teipsum Deũ.) Ad illud hoc rñderunt quod dixerat, Ego & pater vnũ sumus, Ecce Iudæi intellexerũt,qđ non intelligũt Arriani,ideo.n.irati sunt,qm̃ senserunt non posse dici, ego & pr̃ vnum sumus , nisi vbi æqualitas est patris & M
filii,dñs aũt videte qd rñdit tardis, vidit eos non ferre splendorem veritatis,& eos tempe rauit in verbis, Nonne scriptũ est in lege vestra:idest vobis data:Quia ego dixi dii estis?) Deus dicit per prophetã in Psalmo hoĩbus, *Psal. 71.* Ego dixi dii estis , & legẽ appelllauit dñs generaliter omnes illas scripturas,quãuis alibi specialiter dicat legem,à prophetis eã distinstinguens,sicuti est,Lex & Prophetæ vsq; ad Ioannem , & in his duob. præceptis tota lex pendet & Prophetæ. Aliqñ autem in tria distribuit easdẽ scripturas, vbi ait , Oportebat *Mat. 11.* impleri oĩa quç scripta sũt in lege & Prophe *Mat. 22.* tis & Psalmis de me. Nũc vero Psalmos etiã *Luc. 24.* legis noĩe nũcupauit, vbi scriptum est, Ego *Psal. 81.* dixi dii estis.Si illos dixit Deos,ad quos sermo Dei factus est,& nõ potest solui scriptura,quem pr̃ sanctificauit,& misit in mũdum vos dicitis quia blasphemas , quia dixi filius Dei sum?]Si sermo Dei factus est ad hoĩes vt dicerentur dii , ipsum verbum Dei quod est apud Deum,qũo non est Deus?Si per sermonẽ Dei fiũt hoĩes dii,si particpando fiunt dii, vnde paticipant nõ est Deus?Si calefacti quo dammodo igne salutari dii efficiuntur,vñ calefiunt nõ est Deus? Si lumina illuminata dii A
sunt,lumen quod illuminat nõ est Deus? Accedis ad lumen & illuminaris, & inter filios Dei numeraris, si recedis à lumine obscuraris,& in tenebris cõputaris.Illud tñ lumẽ nõ accedit ad se, qa nõ recedit à se. Si ergo vos Deos facit sermo Dei,qũo non est Deus verbum Dei? Pater ergo sãctificauit filium suũ, & misit in mundũ,forte aliqs dicat, Si pater eũ sanctificauit,ergo aliqñ non erat sanctus? sic sãctificauit qũo genuit,vt.n:sanctus esset, gignẽdo ei dedit , quia sanctum eum genuit: nam si qđ sanctificatur, ante nõ erat sanctũ, qũo dicimus Deo patri, Sanctificetur nomẽ *Mat.6.*

tuum ? Si non facio opera patris mei nolite mihi credere,si aũt facio,& si mihi nõ vultis credere,operib.credite vt cognoscatis & credatis,qa in me est pr & ego in illo.) Non sic dicit filius,in me est pater & ego in illo qũo pñt homines dicere,Si.n.bene cogitemus,in Deo sumus,& si bene viuamus, Deus in nobis est,fideles participantes eius gratiam,illuminati ab ipso in illo sumus,& ipse in nobis: sed nõ sic vnigenitus filius ille in patre,& pater in illo tanquam çqualis in eo cui est çqualis.Deniq; nos aliqñ possum⁹, dicere in Deo sumus & Deus in nobis : ego & Deus vnum sumus,nũquid possumus dicere? In Deo es, B quia Deus continet te,Deus est in te,quia tẽplum Dei factus es. sed nunquid qa in Deo es & Deus est in te,potes dicere, Qui me videt,Deũ videt:qũo vnigenitus dixit,Qui me videt, videt & patrẽ:&, Ego & pater vnũ sumus Agnosce ꝓpriũ dñi,& munus serui:propriũ dñi est æqualitas patris: munus serui est participatio salvatoris. Quærebant ergo eũ apprehendere.)Vtinam apprehenderent,sed credendo & intelligendo non sæviendo & occidendo.Nam modo fratres mei, qñ talia loquor,infirmus fortia,paruus magna, fragilis solida,& vos tanq̃ ex eadẽ massa, vñ sum & ego ipse qui vobis loquor , simul omnes apprehendere volumus Christum. Quid est apprehendere volumus Christum? Quid est apprehendere? Intellexisti,apprehẽdisti, sed non sic Iudęi:tu apprehendisti vt habeas,illi apprehẽdere volebant vt non haberẽt, & qa
Ioan. 1. sic volebant apprehendere,qd eis fecit?Exiit de manib.eorum.]Non eũ apprehenderunt, quia manus fidei non habuerunt. Verbũ caC ro factum est , sed non erat verbo magnum, eiicere carnem suam de manib. carnis. Mẽte verbum apprehendere, hoc est Christum recte apprehendere. Et abiit iterum trans Iordanem in
Ioan. 5. eum locũ vbi erat Ioãnes baptizãs primum,& mansit ibi : & multi venerunt ad eum, & dicebant, qa Ioannes qdem signum fecit nullum.) Meministis vobis dictũ de Ioãne,quia lucerna erat,& diei testim.oniũ, perhibebat,quid ergo isti apud se dixerunt? Ioãnes signum fecit nullum. Nullũ,inquiunt,miraculũ ostendit Ioannes, non dæmonia fugauit,non expulit febrem, non cæcos illuminauit,non mortuos suscitauit,nõ tot milia hominũ de quinq; vel septem panib. pauit,non supra mare ambulauit,non ventis & fluctib. imperauit,nihil horum fecit Ioannes, & totum quicqd dicebat, huic testimoniũ perhibebat. Per lucernam veniamus ad Diẽ, Ioannes nullum signum fecit. Omnia autem quæcunq; dixit Ioannes de hoc,vera erãt.) Ecce quid apprehenderunt,non quomodo audæi volebant apprehendere discedentem,apprehenderunt isti permanentem. Denique quid sequitur? Ecce multi crediderunt in eum.)

Ab eo quod ait, Erat autem quidam languẽs Lazarus: vsque ad id quod ait Abiit in regionem iuxta desertum,in ciuitatem quæ dicitur Effrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Tract. XLIX. D

INter omnia miracula quæ fecit dñs noster Iesus Christus, Lazari resurrectio præci- *Cap. 11.*
pue prædicatur. Sed si attendamus quis fecerit, delectari debemus potius quam mirari. Ille suscitauit hominem qui fecit hominẽ: ipse.n.est vnicus patris,per quẽ,sicut nostis, facta sunt omnia. Si ergo per illum facta sunt omnia,quid mirum est si resurrexit vnus per illum,cum tot quotidie nascãtur per illum? Plus est homines creare q̃ resuscitare,dignatus est tamen & creare & resuscitare: creare omnes,resuscitare quosdã:nam cũ multa fecisset dñs Iesus,non omnia scripta sunt,sicut idem ipse sanctus Euangelista testatur, multa dñm Christum & dixisse & fecisse quæ scripta non sunt: electa sunt autem quæ scriberẽtur, quæ saluti credentium sufficere videbantur. Audistis. n. quia dominus Iesus mortuũ suscitauit, sufficit tibi vt scias , quia si veller, omnes mortuos suscitaret,& hoc quidẽ sibi ad finem seculi reseruauit: nam quem audi- E
istis magno miraculo quatriduanũ mortuum
Ioan. 5. suscitasse de sepulcho, veniet hora,sicut ipse ait,quando omnes qui sunt in monumentis, audient vocem eius,& procedent. Resuscitauit putentem , sed tamen in cadauere putente adhuc erat forma membrorum, ille in nouissimo die,ad vnã vocem cineres est restituturus in carnem:sed oportebat vt modo aliqua faceret, quibus datis velut suæ virtutis indiciis,credamus in eum, & ad illam resurrectionem prꝑaremur, quæ erit ad vitam, nõ ad iudicium,ita quippe ait,Veniet hora,qñ, omnes qui in monumentis sunt audient vocem

cem eius,& procedent qui bona fecerunt ad resurrectionem vitę, qui mala egerunt ad resurrectionem iudicii. Tres tñ à dño resuscitatos mortuos in Euangelio legimus, & forte nõ frustra,dñi qppe facta nõ sunt tantummodo facta,sed signa. Si ergo signa sunt præterid q̃ mira sunt aliquid profecto significant: quorum factorũ significationẽ inuenire,aliqnanto est operosius, q̃ ea legere vel audire. Admirantes,tanq̃ magni miraculi spectaculo ante nostros oculos cõstituto,cũ Euangelium legeret quemadmodum reuixerit Lazarus.Si attẽdamus mirabiliora opera Christi,
F oĩs qui credit, resurgit:si attendamus oẽs,& intelligamus detestabiliores mortes, oĩs qui peccat moritẽ.Sed mortem carnis omnis homo timet,mortem aĩæ pauci. Pro morte carnis quæ sine dubio qñque ventura est,curant omnes ne veniat, inde est q̃ laborãt, laborat ne moriaẽ hõ moriturus, & non laborat ne peccet homo in æternum victurus, & cũ laborat ne moriat sine causa laborat: Id enim agit vt multum mors differaẽ,non vt euadaẽ: si aũt peccare nolit, non laborabit, & viuet in æternũ.O si possemus excitare hoĩes mortuos,& cũ ipsis pariter excitari, vt tales esse mus amatores vitæ permanentis,quales sunt homines amatores vitæ fugientis. Quid non facit hõ sub mortis periculo cõstitutus?Gladio impendẽte ceruicib. prodiderunt hoĩes q̃cquid sibi vnde viuerent reseruabaũt. Quis non cõtinuo prodidit ne percuteret? Et post proditionem fortasse percussus est. Quis nõ vt viueret,cõtinuo perdere voluit vnde viueret, eligens vitam mendicantem q̃ celerem
G mortẽ? Cui dictum est, nauiga ne moriaris, & distulit? Cui dictum est, labora ne moriaris,& piger fuit? Leuia Deus iubet, vt in æternũ viuamus & obedire negligimus, non tibi Deus dicit, Perde q̃cquid habes vt viuas exiguo tpe in labore sollicitus: sed da pauperi vnde habes, vt viuas semper sine labore securus.Accusant nos amatores vitæ temporalis, q̃ nec cum volũt, nec quandiu volunt hẽnt, & nos inuicem non accusamus,tã pigri,tam tepidi ad capessendã vitam æternam q̃ si voluerimus,habebimus,cum habuerimus,non amittemus.Hanc aũt mortem q̃ timemus, ẽt si noluerim⁹ habebimus. Si ergo dñs magna sua gratia,& magna sua misericordia aĩas suscitat,ne moriant in æternum, bene intelligimus tres illos mortuos quos in corporibus suscitauit,aliquid significare de resurrectionib.aĩarum quæ fiunt per fidem.Resuscitauit *Marc. 5.*
filiam Archisynagogi adhuc in domo iacentem resuscitauit iuuenem filium viduæ extra portam ciuitatis elatum, resuscitauit Lazarũ *Lucæ. 7*
sepultum quatriduanũ, intueaẽ quisq; aĩam suam, si peccat moritur, peccatum mors est aĩæ,sed aliq̃n in cogitatione expectaẽ, delectauit quod malum est,consensisti,peccasti, consensio illa occidit,sed intus est mors, q̃a cogitatum malum nondum processit ad factum. Talem aĩam resuscitare se significans
H dñs, resuscitauit illam puellam quæ nõdum erat foras elata,sed quia in domo mortua iacebat,quasi peccatum latebat. Si aũt nõ solũ malæ delectationi consensisti,sed etiam ipsũ malum feci sti,quasi mortuũ tuum extra portam tulisti,iam foris es,& mortuus elatus es, tñ & ipsũ dñs resuscitauit, & reddidit viduæ matri suæ.Si peccasti,pœniteat te, & resuscitet te dñs,& reddet te Ecclesiæ matri tuę. Tertius mortuus Lazarus est,genus mortis immane,mala consuetudo appellaẽ,aliud est enim peccare,aliud peccandi consuetudinem facere. Qui peccat & continuo corrigitur, cito reuiuiscit, q̃a nondum est implicatus, cõsuetudine non est sepultus,qui aũt peccare consueuit,sepultus est,& bene de illo dr̃, fœtet, incipit enim habere pessimam famam, tanq̃ odorem teterrimum, tales sunt omnes assueti sceleribus,perditis moribus. Dicis ei, noli facere, quando te audit quẽ terra sic prẽmit, & tabe corrumpitur,& mole consuetudinis prægrauatur?nec ad ipsum tamen resuscitandum minor fuit virtus Christi. nouimus,vi-
I demus quotidie, videmus homines pessima cõsuetudine permutata viuere melius, q̃ viuant q̃ reprehendebant, detestabaris hoiem. Ecce ipsa soror Lazari, si tñ ipsa est quæ pedes domini vnxit vnguento, & terfit capillis suis quos lauerat lachrymis,melius suscitata est quàm frater eius, de magna malæ cõsuetudinis mole est liberata, erat enim famosa peccatrix,& de illa dictum est, Dimittunt ei *Lucæ. 7*
peccata multa,quoniam dilexit multum. Videmus multos,nouimus multos, nemo desperet,nemo de se prę sumat,& desperare malum est,& de se prę sumere,sic noli desperare,vt eligas de quo debeas prę sumere, ergo dñs & Lazarum suscitauit. Audistis qualem,

idest, quid significet Lazari resurrectio. Legamus itaq; iam, & qm̃ multa in hac lectione manifesta sunt, expositionem in singulis non quæramus, vt necessaria pertractemus. Erat aũt qdam langues Lazarus à Bethania, de castello Mariæ & Marthæ sororum eius.) In superiori lectione meministis, qꝑ dñs exiens de manib. eorum qui lapidare illum voluerant, discessit trans Iordanem, vbi Ioannes baptizabat. Ibi ergo dño constituto infirmabat in Bethania Lazarus, qđ castellum erat proximum Hierosolymis. Maria aũt erat, quæ vnxit dñm vnguento, & exterfit pedes eius capillis suis, cuiꝰ frater Lazarus infirmabat. Miserunt ergo sorores eius ad eum dicẽtes.) Iã intelligimus quò miserũt, vbi erat Iesus, qm̃ absens erat, trans Iordanem. i. miserunt ad dñm, nunciantes qꝑ ægrotaret frater earũ, vt si dignaret veniret, & eum ab ægritudine liberaret. Ille distulit sanare, vt posset resuscitare, qd ergo nũciauerũt sorores eius? Dñe, ecce quẽ amas infirmat: non dixerunt veni: amanti. n. tantummodo nunciandum fuit. Non ausæ sunt dicere, veni & sana, non ausæ sunt dicere, ibi iube, & hic fiet: cur. n. non & istæ, si fides illius Centurionis inde laudatur? Ait. n. non sum dignus vt intres sub tectum meũ, sed tm̃ dic verbo, & sanabit puer meus: nihil horũ istæ, sed tm̃modo, Dñe, ecce quẽ amas infirmat: sufficit. n. vt noueris, nõ enim amas & deseris: dicit aliqs, Qũo per Lazarũ peccator significabat, & à dño sic amabat? Audiat eum dicẽtem, Non. n. veni vocare iustos, sed peccatores, si. n. peccatores Deus nõ amaret, de cœlo ad terrã nõ descenderet. Audiens aũt Iesus, dixit eis, Infirmitas hæc non est ad mortẽ, sed pro gloria Dei, vt glorificet filius Dei.) Talis glorificatio ipsius nõ ipsum auxit, sed nobis ꝓfuit, hoc est ergo quod ait non est ad mortẽ, qa & ipsa mors nõ erat ad mortẽ, sed potius miraculum, quo facto crederent hoĩes in Christum, & vitarent veram mortẽ. Sanè videte quemadmodum tanq; ex obliquo dñs Deũ se dixit, ꝓꝑ quosdam qui negant filium Deum esse: nam sunt hæretici qui hoc dicunt, qꝑ filius Dei non sit Deus: ecce audiant, Infirmitas hæc, inquit, non est ad mortem, sed ꝓ gloria Dei, qua gloria? cuius Dei? audi quid sequit, vt glorificet filius Dei: infirmitas hæc, inqt, non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam. Per quam? Per illam infirmitatem. Diligebat aũt dñs Iesus Martham & sororẽ eius Mariam, & Lazarum.) Ille languens, illę tristes, oẽs dilecti, sed diligebat eos & languentium saluator, imo etiam mortuorum suscitator, & tristium consolator. Vt ergo audiuit qa infirmabat, tunc qdem mansit in eodem loco duob. dieb.) Nunciauerũt ergo illi, mã sit illic ille, tandiu tps ductum est, quousque quatriduũ compleret, non frustra, nisi quia forte, imò qa certe & ipse numerus dierum intimat aliquod sacrm. Denique post hęc dicit discipulis suis, Eamus in Iudæã iterum,) vbi penè fuerat lapidatus, qui propterea inde discessisse videbat, ne lapidaret, discessit enim vt homo, sed in redeũdo quasi oblitus infirmitatem, ostendit potestatem, Eamus, inquit, Iudæam. Deniq; hoc dicto, videte quẽadmodum discipuli territi fuerint. Dicũt ei discipuli, Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Rñdit Iesus, nonne duodecim sunt horæ diei?) Quid sibi vult ista rñsio? Illi dixerunt, modo te lapidare volebant Iudæi, & iterum illuc vadis vt te lapident? Et dñs nonne duodecim horæ sunt diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt, si aũt ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo.) Dedie quidem locutus est, sed in nostra intelligẽtia quasi adhuc nox est. Inuocemus diem vt expellat noctem, & cor lumine illustret, qd enim dominus dicere voluit? Quantum mihi videtur, quantum sublucet altitudo profunditasque sententiæ, redarguere voluit illorum dubitationem & infidelitatem. voluerunt. n. consilium dare domino ne moreretur, qui venerat mori ne ipsi morerent, sic etiam quodam alio loco, Petrus sanctus diligens dominum, sed adhuc non plene intelligens cur veniret, timuit ne moreretur, & vitæ displicuit, idest, ipsi domino: nam cum indicaret discipulis quod esset Hierosolymis passurus à Iudæis, respondit Petrus inter cæteros, & ait, Absit à te domine, propitius tibi esto, non fiet istud, & continuo dominus, Redi post me satanas, non enim sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominũ, & paulo ante confitens dominum laudem meruerat, audierat enim Beatus es Simõ Bar Iona, quia non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cęlis est. Cui dixerat, beatus

Met. 9.

Mat. 9.

Mat. 16

tus es illi: dicit, redi retro me ſatanas, qa beatus à ſe non erat. Sed vnde? Quia non tibi reuelauit caro & ſanguis, ſed pater meꝰ qui in cœlis eſt. Ecce vnde beatus es, non de tuo, *Ioan. 16.* ſed de meo. Nō quia pater ego, ſed quia oīa quæ hēt pater mea ſunt, ſi beatus eſt ille Petrus de ipſius dñi: ſatanas de cuius? ibi dicit, rōnem ꝙppe reddidit beatitudinis, cum dicere t, Nō caro & sāguis tibi reuelauit hoc, ſed pr̄ meus qui in celis eſt, hæc eſt cā beatitudini tuæ, qđ vero dixi, Redi poſt me ſatanas, audi ēt huius rei cām, nō. n. ſapis q̄ Dei ſunt, ſed q̄ ſunt hoīs. Nemo ergo ſe palpet, de ſuo B ſatanas eſt, de Dei beatus eſt, qd eſt. n. de ſuo, niſi de peccato ſuo? Tolle pctm̄ qđ eſt tuū, iu *1. Co. 4.* ſtitia, inquit, de meo eſt. Quid. n. habes quod non accepiſti? Cū ergo vellēt dare conſilium hoīes Deo, diſcipuli magro, ſerui dño, ꝙgroti medico, corripuit eos, & ait, Nōne duodecim. horæ ſūt diei? ſiquis ambulauerit in die, nō offendit. Me ſequimini, ſi nō vultis offendere, nolite mihi ꝓſiliū dare, quos à me cōſiliū oportet accipere, quò ergo ꝓtinet, nōne duodecim horæ ſunt diei? Quia vt diē ſe eſſe oñderet, duodecim diſcipulos elegit: Si ego ſum, inqt, dies & vos horæ, nunqd horæ diei cōſiliū dāt? horæ diē ſequunt, nō dies horas: ſi ergo illi horæ quid ibi Iudas? & ipſe inter *Alias quaſi. Actō. 1.* duodecim horas, q ſi * hora erat lucebat: [Si lucebat, qūo diem ad mortem tradebat?) Sed dñs in hoc verbo nō ipſum Iudā, ſed ſucceſſorē ipſius ꝓuidebat. Iuda. n. cadēte ſucceſsit Matthias, & duodenarius numerus mā ſit. Nō ergo fruſtra duodecim diſcipulos elegit dñs: niſi quia ipſe ſpiritalis eſt dies, ſequant ergo horæ diem, ꝓdicēt horæ diē, horæ illuſtrent C a die, horæ illuminent à die, & per horarum ꝓdicationē credat mūdꝰ in diē, hoc ergo ait de cōpendio, Me ſequimini, ſi non vultis offendere. Et poſt hæc dicit eis: Lazarus amicꝰ noſter dormit, ſed vado vt a ſomno excitem eū] Verū dixit, ſororib. mortuꝰ erat. dño dormiebāt, hominib. mortuus erat, qui eum ſuſcitare non poterant: nam dñs tanta eum facilitate excitabat de ſepulchro, *alias, cū.* quanta te nō * excitas dormientē de lecto: ergo ſm potentiam ſuā dixit dormientem, qa & alii mortui dicti ſunt in ſcripturis ſæpe dormiētes, ſicut Apoſtolus dicit, De dormiētib. aūt nolo vos ignorare frēs, vt nō contriſtemini, ſicut & cęteri qui ſpem nō hēnt, ideo & ipſos dormientes appellauit, quia reſurrecturos prænuncia- *1. The. 4.*
uit. Dormit ergo oīs mortuus, & bonꝰ & malus, ſed qūo ītereſt in ipſis qui quotidie dormiunt & exurgūt, qd q̄ſq; videat in sōnis alii ſentiūt læta ſomnia, alii torquentia, ita vt eui gilans dormire timeat, ne ad ipſa iterum redeat. ſic vnuſq̄ſq; hoīum cū cā ſua dormit, cū cā ſua ſurgit, & intereſt quali cuſtodia q̄ſ que recipiat, ad iudicē poſtea ꝓducēdus: nā & receptiones in cuſtodia ꝓ meritis cārum adhibent, alios iubent cuſtodire lictores, humano & miti officio atq; ciuili, * alii tradū- *alias alios humaniū & mite officiū ac queciuile Luc. 16. 4 ſen. di. 54. ca. 1.*
turꝰ optionib. alii mittunt in carcerem, & in ipſo carcere nō oēs, ſed pro meritis cauſarū in ima carceris cōtrudunt. Sicut ergo diuerſæ cuſtodiæ agentium in officio, ſic diuerſæ cuſtodiæ mortuorum, & diuerſa merita reſurgentium, receptus eſt pauper, receptus eſt diues, ſed ille in ſinu Abrahæ, ille vbi ſitiret, & guttam nō inueniret. Habent ergo omnes aīæ, vt ex hac occaſione inſtruam charitatē veſtram, habent omnes aīæ cum de ſeculo exierint, diuerſas receptiones ſuas, habent gaudium boni, & mali tormenta. Sed cum facta fuerit reſurrectio, & bonorum gaudiū amplius erit, & malorum tormenta grauiora, qñ cū corpore torquebunt. Recepti ſunt in pace ſancti Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, martyres, boni fideles, omnes tñ adhuc in fine recepturi ſunt qđ ꝓmiſit Deus, promiſſa. n. eſt reſurrectio ēt, carnis mortis conſumptio, vita æterna cum angelis, hoc oēs ſimul accepturi ſumus: nam requiem, quæ continuo poſt mortem datur, ſi ea dignus eſt, tūc accipit quiſque cum moritur. Priores acceperūt Patriarchæ, videte ex quo requieſcūt. Poſteriores Prophetę, recentius Apoſtoli, multo recentiores ſancti martyres, quotidie E boni fideles, & alii in iſta requie tandiu ſunt, alii non tandiu, alii pauciorib. annis, alii recenti tempore. Cum vero ab hoc ſomno eui gilabunt, ſimul omnes quod promiſſum eſt accepturi ſunt. Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado vt a sōmo excitē eū. Dixerunt ergo diſcipuli.) Qūo intellexerunt, ſic rñderunt, Dñe, ſi dormit, ſaluus erit.] Solet enim eſſe ſomnus ægrotantium ſalutis indicium. Dixerat autem Ieſus de morte eius illi autem putauerunt, quod de dormitione ſomni diceret. Tunc ergo dixit eis Ieſus manifeſte.] ſub obſcure. n. dixerat, dormit, ait ergo

manifeſte, Lazarus mortuus eſt, & gaudeo ꝓp vos vt credatis ꝙa nō eram ibi.) Sed ſcio ꝙa mortuus eſt: æger. n. non mortuus fuerat nunciatus. Sed quid lateret eū qui creauerat, & ad cuius manus aīa morientis exierat? hoc eſt qđ ait, Gaudeo ꝓp vos vt credatis ꝙa nō ibi eram, vt iam inciperent admirari, ꝙa dñs potuit dicere mortuum, qđ nec viderat nec audierat. Vbi ſanè meminiſſe dēmus, qđ adhuc etiam ipſorum diſcipulorum, qui in eū crediderant, miraculis ædificabatur fides: nō vt ea q̄ non erat eſſe inciperet, ſed vt ea quæ
F iam eſſe cœperat, creſceret, q̄uis tali verbo vſus ſit, quaſi tunc credere inciperent, nō. n. ait, Gaudeo ꝓp vos vt fides veſtra augeat̄ ſiue firmet̄: ſed ait, vt credatis, quod intelligendum eſt, vt amplius robuſtiusq́ue credatis. Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas q̄ dr̄ Didymus ad cōdiſcipulos, eamus & nos, & moriamur cum illo. Venit itaq; Ieſus, & inuenit eū quatuor dies iā in monumento habentem.) De quatuor dieb. multa q̄dem dici p̄ſt, ſicut ſe habent obſcura ſcripturarū, quæ pro diuerſitate intelligentiū multos ſenſus pariunt. Dicamus & nos, qd nobis videat̄ ſignificare mortuus quatriduanus: qūo. n. in illo cæco intelligimus quodāmodo humanū genus, ſic forte & in iſto mortuo multos intellecturi ſumus: diuerſis. n. modis vna res ſignificari poteſt. Homo q̄ñ naſcitur iam cum
Rom. 5. morte naſcit̄, quia de Adam peccatū trahit: vnde dicit Apoſtolus, Per vnum hoīem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes hoīes ꝓtranſiit, in quo omnes peccauerunt: ecce habes vnum diem mortis, q̄ homo trahit de mortis ꝓpagine. Deinde creſcit, incipit accedere ad rōnales annos, vt legem ſapiat naturalem, quam oēs
Thob. 4. habent in corde fixam, Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris. Nūquid hoc de paganis dr̄,
G & non in natura ipſa quodammodo legitur? Furtum vis pati? Vtiq; nō vis: ecce lex in corde tuo, qđ nō vis pati, facere noli: hanc legē tranſgrediunt̄ hoīes: ecce alter dies mortis.
Exo. 20. Data eſt lex etiam diuinitus per famulū Dei Moyſen: dictum eſt illic, Non occides, non mœchaberis, nō falſum teſtimonium dices, honora patrem & matrem, nō concupiſces rem proximi tui: ecce lex ſcripta eſt, & ipſa contemnit̄, ecce tertius dies mortis. Quid reſtat? Venit & euangelium, prædicat̄ regnum cęlorum, diffamatur vbique Chriſtus, minat̄ gehenna, vita promittitur æterna, & ipſa cōtemnit̄, trangrediunt̄ hoīes euāgelium: ecce quartus dies mortis, merito iā fœtet, nunq̄d & talib. eſt neganda miſericordia? Abſit, etiā ad tales dñs excitandos non dedignat̄ accedere. Multi aūt ex Iudæis venerāt ad Marthā & Mariam, vt conſolarent̄ eas de fratre ſuo. Martha ergo vt audiuit, ꝙa dñs venit, occurrit illi. Maria autē domi ſedebat. Dixit ergo Martha ad Ieſū, dñe ſi fuiſſes hic frater meus non fuiſſet mortuus, ſed & nunc ſcio, ꝙa quęcunq; popoſceris à Deo, dabit tibi Deus. Nō H
dixit, ſed & mō rogo te, vt reſuſcites fratrem meum. vnde. n. ſciebat, ſi fratri eius reſurgere vtile fuerit, hoc tm̄ dixit, ſcio ꝙa potes, ſi vis facis, vtrum. n. facias, iudicii tui eſt, nō præſumptionis meæ, ſed & nunc ſcio, ꝙa quęcū que propoſceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Ieſus, Reſurget frater tuus.) hoc ambiguum fuit, nō. n. ait, modo reſuſcito fratrem tuū, ſed, reſurget frater tuus. Dicit ei Martha, ſcio ꝙa reſurget in reſurrectione nouiſſimo die.] De illa reſurrectione ſecura ſum, de hac incerta ſum. Dicit ei Ieſus, Ego ſum reſurrectio & vita.) Dicis, reſurget frater meꝰ in nouiſſimo die, verū dicis, ſed per quē tunc reſurget, pōt & modo, ꝙa ego ſum, inquit, reſurrectio & vita. Audite fratres, audite quid dicat, certe tota expectatio erat circunſtantiū, vt reuiuiſceret Lazarus, vnꝰ mortuus qua
Ephe. 5. triduanus, audiamus & reſurgamus. Quam multi ſunt in hoc populo, quos premit conſuetudinis moles, forte audiūt me qdā, quib. dr̄, Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria, dicunt, nō poſſumus. Forte audiūt me aliqui immūdi, laſciuiis & flagitiis inquinati, quib. dr̄, Nolite hoc facere ne pereatis, & rñdent, non poſſumus tolli à conſuetudine noſtra, ō I
dñe iſtos reſuſcita. Ergo ſum, inquit, reſurrectio & vita, ideo reſurrectio, quia vita. Qui
Mat. 22. credit in me, ēt ſi mortuus fuerit, viuet. Et oīs qui viuit & credit in me, non morie᷑ in æternum.] Quid eſt hoc, qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet? ſicut Lazarus mortuus eſt, viuet, quia non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum. De olim mortuis patribus, hoc eſt, de Abraham & Iſaac & Iacob, tale reſponſum Iudæis dedit, Ego ſum Deus Abraham & Deus Iſaac & Deus Iacob, non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum, omnes enim illi viuunt,

viuũt, crede ergo, etsi mortuus fueris, viues: si autem nõ credis, & cum viuis mortuus es. Probemus & hoc, qa si non credis & viuis, mortuus es: cuidam dñs differẽti sequi eũ & dicenti, Eam prius sepelire patrem meũ: Sine, inquit, mortuos sepelire mortuos suos, tu veni seqre me. Erat ibi mortuus sepeliendus, erãt ibi & mortui mortuũ sepulturi, ille mortuus in carne, illi in aĩa. Vnde mors in aĩa? qa non est fides. Vnde mors in corpore, qa non est ibi aĩa, ergo aĩæ tuæ aĩa fides est. Qui credit in me, inquit, ẽt si mortuus fuerit in carne, viuet in aĩa, donec resurgat, & caro nunq̃ postea moritura, hoc est, qui credit in me, licet moriat, viuet, & oĩs qui viuit in carne & credit in me, etsi moriatur ad tps pp mortẽ carnis, non morietur in ẽternũ pp vitã spũs & immortalitatẽ resurrectionis, hoc est qđ ait, Et oĩs qui viuit & credit in me, nõ morietur in æternũ. Credis hoc? ait illi, Vtiq; dñe, ego credidi, qa tu es Christus filius Dei, q in hũc mũdum venisti.) Qñ hoc credidisti? Credidi qa tu es resurrectio, credidi qa tu es vita, credidi qa qui credit in te, & si moriat, viuet: & qui viuit & credit in te, non morietᵉ in æternũ. Et cũ hæc dixisset, abiit & vocauit Mariã sororẽ suam silentio, dicens, Magister adest, & vocat te.) Aduertendum est, quemadmodum suppressam vocẽ silentium nũcupauit: nã qũo siluit, q̃ dixit Magister adest & vocat te? Aduertendum etiã quemadmodũ Euangelista non dixerit, vbi vel qñ vel qũo Mariam dñs vocauerit, vt hoc in verbis Marthæ potiᵘ intelligeret narrationis breuitate seruata. Illa vt audiuit, surgit cito, & venit ad eum. Nondum.n. venerat Iesus in castellũ, sed erat adhuc ĩ illo loco, vbi occurreratei Martha. Iudæi igit̃ qui erant cum illa in domo & cõsolabant eam, cũ vidissent Mariam qa cito surrexit & exiit, secuti sũt eam dicẽtes, qa vadit ad monumentum, vt ploret ibi.] Quare pertinuit hoc ad Euangelistam narrare? vt videamus q̃ occasio fecerit, vt plures ibi essent qñ Lazarus resuscitatus est. Putãtes enim Iudæi pp ea illam festinare, vt doloris sui solatium lachrymis q̃reret, secuti sunt eam, vt tã grande miraculum quatriduani mortui resurgentis testes plurimos inueniret. Maria aũt cum venisset vbi Iesus erat, vidẽs eũ cecidit ad pedes eius, & dixit ei, Dñe, si fuisses hic, frater meus non esset mortuus. Iesus ergo vt vidi. eam plorantem, & Iudæos qui cum illa erãt plorãtes, fremuit spũ & turbauit semetipsũ, & dixit, Vbi posuistis eum?) Nescio quid nobis insinuauit fremendo spũ, & turbando se ipsum. Quis. n. eum posset nisi seipsum ipse turbare? Itaq; fratres mei primo hic attẽdite ptãtem, & sic inquirite significationẽ. Turbaris tu nolens, turbatus est Christus, qa voluit: esuriuit Iesus, verũ est, sed qa voluit, dormiuit Iesus, verum est, sed qa voluit, cõtristatus est Iesus, verum est, sed qa voluit, mortuus est Iesus, verum est, sed quia voluit, in illius ptãte erat, sic vel sic affici, vel non affici. Verbũ enim aĩam susceptt & carnẽ, totius hoĩs sibi coaptans in personæ vnitate naturam: nã & aĩa Apostoli verbo illustrata est, aĩa Petri verbo illustrata est, aĩa Pauli & aliorũ Apostolorũ, ac sanctorum prophetarum verbo illustratę sunt aĩæ sed de nulla dictũ est, Verbum caro factum est: de nulla dictũ est, Ego & pater vnum sumus. Aĩa & caro Christi cũ verbo Dei vna persona est, vnᵘ Christus est, ac per hoc vbi summa potestas est, ſin volũtatis nutum tractãt infirmitas, hoc est, turbauit semetipsum, dixi ptãtem, attendite significationẽ. Magnus reus est, quẽ mortis quatriduum & illa significat sepultura. Quid est ergo qᵖ turbat semetipsum Chr̃us, nisi vt significet tibi qũo turbari tu dẽas cum tãta mole peccati grauaris & premeris? Attẽdisti. n. te, vidisti te reũ, cõputasti tibi, illud feci, & pepercit mihi Deᵘ: illud cõmisi, & distulit me: Euangelium audiui, & cõtempsi, baptizatus sum, & iterum ad eadem reuolutus sum, qa facio, quò eo, vnde euado? qñ ista dicis, iã fremit Christus, qa fides fremit. In voce fremẽtis apparet spes resurgentis, si ipsa fides est in tus, ibi est Christus fremẽs, si fides in nobis, Christus in nobis. Quid.n aliud ait Apostolᵘ habitare Christum per fidem in cordib. vestris? ergo fides tua de Christo, Christus est in corde tuo. Hinc est illud qᵖ dormiebat in naui, & cũ periclitarent̃ discipuli, iã imminente naufragio accesserunt ad eũm, & excitauerunt eum, surrexit Christus, imperauit ventis & fluctib. & facta est tranquillitas magna. Sic & tu, intrant venti cor tuum, vtique vbi nauigas, vbi hanc vitam tanquam ꝓcellosum & periculosum pelagus transis, intrant venti, mouent fluctus, turbant nauem. Quisunt venti? Audisti conuicium, irasceris, cõ-

Mat. 8.

K

Ioan. 1.
Ioan. 10.
M

Ephe. 3.

Mat. 8.
A

L

nicium ventus est, iracundia fluctus est. Peri
clitaris, disponis rndere, disponis male dictũ
maledicto reddere, iã nauis propinquat nau
fragio. Excita Christum dormientẽ, ideo.n.
fluctuas, & mala ꝑ malis reddere ꝓparas, qa
Christus dormit in naui. In corde.n. tuo sõ-
nus Christi obliuio fidei: nã si excitas Chri-
stum. i. recolas fidẽ, qd tibi dicit tanq̃ vigilãs
Christus in corde tuo? Ego audiui, dęmoniũ
hẽs, & pro eis oraui, audit dñs, & patiẽ, audit
seruus, & indignatur? sed vindicare vis. Quid
B enim? Ego iã sum vindicatus: cũ hæc loquiẽ
tibi fides tua, quasi imperat ventis & fluctib.
& fit tranquillitas magna. Qũo ergo hoc est
excitare Christum in naui, excitare fidem, sic
in corde hoĩs quem premit magna moles &
cõsuetudo peccati, in corde hoĩs trãsgressio
ris, ét sancti Euangelii cõtemptoris & pœna
rũ æternarũ, fremat Christus increpet se hõ:
audi adhuc, Fleuit Christus, fleat se hõ. Qua
re.n. fleuit Christus, nisi qa flere hoĩem do-
cuit? Quare fremuit & turbauit semetipsum,
nisi qa fides hoĩs sibi merito displicentis, fre
mere quodammodo debet in occasione ma
lorum operum, vt violentiæ pœnitendi cędat
cõsuetudo peccandi? Et dixit, vbi posuistis
eum?]Scisti qa mortuus sit, & vbi sit sepultus
ignoras? & ista significatio est, qa sic perditũ
hoĩem quasi nescit Deus, nõ ausus sum dice-
re nescit, quid.n. ille nescit? sed quasi nescit,
Mat. 7. & 25. vñ hoc probamus? Dñm audi dicturum in iu
dicio: Nõ noui vos, discedite a me. Quid est,
non noui vos? Non vos video in luce mea,
nõ vos video in illa iustitia q̃ noui, sic & hic
tanq̃ nesciens talem peccatorẽ, dixit, Vbi po
C suistis eum? Talis est vox Dei in paradiso po-
Gen 3. steaq̃ homo peccauit, Adam vbi es? Dicunt
ei, dñe veni & vide.) Quid est vide? miserere:
videt enim dñs qñ miserẽ, vnde illi dr, Vide
humilitatem meã & laborem meũ, & dimit-
Psal. 24 te oĩa peccata mea. Et lachrymatus est Iesus:
Mat. 9. dixerunt ergo Iudæi, Ecce qũo amabat eũ.)
Quid est, amabat eum? Non veni vocare iu-
stos, sed peccatores in pœnitentiam. Quidã
aũt dixerunt ex ipsis, Nõ poterat hic qui ape
ruit oculos cæci, facere vt & hic nõ morere
tur?]Qui noluit facere vt non morereꝛ, plus
est quod facturus est, vt mortuus suscitẽ. Ie-
sus aũt rursus fremens in semetipso, venit ad
monumentum.]Fremet & in te, si disponis
reuiuiscere, omni homini dr, qui premitur
pessima consuetudine, venit ad monumen-
tum. Erat aũt spelunca, & lapis superpositus
erat ei.]Mortuus sub lapide, reus sub lege: sci Exo. 31.
tis.n. quia lex quæ data est Iudæis, in lapide 1. Ti. 1.
scripta est. Oẽs aũt rei sub lege sunt, bene vi-
uẽtes in lege sũt, iusto lex posita nõ est. Quid
est ergo lapidem remouete? gratiam ꝓdicate.
Apostolus.n. Paulus ministrum se dicit noui
testamenti, non litera, sed spũ: nam litera, in-
quit, occidit, spũs aũt viuificat. Litera, inq̃t, 2. Co. 3.
occidens, quasi lapis est premens. Remoue-
te, inquit, lapidem.] Remouete legis põdus, D
gratiam prędicate, si.n. data esset lex q̃ posset
viuificare, * oĩno ex lege esset iustitia, sed cõ Gala. 3.
clusit oĩa scriptura sub peccato, vt promis- Alias, in
sio ex fide Iesu Christi daret credentib. ergo Fisicare.
remouete lapidẽ. Dicit ei Martha soror eius.
qui mortuus fuerat, dñe iam fœtet, quatridua
nus.n.est. Dicit ei Iesus, Nõne dixi tibi, quia
si credideris, videbis gloriã Dei?]Quid est vi
debis gloriã Dei? qa & putentẽ & quatridua
nũ reuiscitat. Oẽs.n. peccauerunt, & egent Rom. 3.
gloria Dei: &, Vbi abundauit peccatum, su- & 5.
perabundauit & gratia. Tulerunt ergo lapi-
dem, Iesus autem eleuatis sursum oculis, di-
xit, Pater gratias ago tibi, qm̃ audisti me, ego
autem sciebã quia semper me audis, sed pp
populum qui circũstat dixi, vt credant qa tu
me misisti. Hęc cum dixisset, magna voce cla
mauit.) Fremuit, lachryatus est, voce magna
clamauit. Quam difficile surgit, quem moles
malæ consuetudinis premit, sed tñ surgit, oc
culta gratia intus viuificat, surgit post vocẽ
magnam. Quid est factum? Voce magna cla-
mauit, Lazare veni foras, & statim prodiit q
fuerat mortuus, ligatus manus & pedes insti- E
tis, & facies illi⁹ sudario erat ligata.]Qũo ꝓ-
cessit ligatis pedib. miraris, & nõ miraris qa
surexit quatriduanus? In vtroq; potentia dñi
erat non vires mortui. Processit & adhuc li
gatus est, adhuc inuolutus, tñ iam foras pro-
cessit. Quid significat? Qñ contemnis, mor-
tuus iaces, & si tanta quanta dixi contemnis,
sepultus iaces, qñ confiteris, procedis. Quid
est.n. procedere, nisi ab occultis velut exeun
do te manifestare? Sed vt confiteris, Deus fa-
cit magna voce clamãdo. i. magna gratia vo
cãdo, ideo cum processisset mortuus adhuc
ligatus, confitens & adhuc reus, vt soluerent
peccata eius, ministris hoc dixit dñs, soluite
illũ & sinite abire.) Quid est, soluite & sinite
abire?

abire? Quæ ſolueritis in terra, ſoluta erunt in cœlo. Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad
Mat. 18. Mariam & viderant q̃ fecit Ieſus, crediderũt in eum, q̃dam aũt ex ipſis abierunt ad phariſæos, & dixerunt eis quæ fecit Ieſus.) Nõ oẽs ex Iudæis qui cõuenerant ad Mariam, crediderũt, ſed tñ multi. Quidã vero ex eis, ſiue ex Iudæis qui conuenerant, ſiue ex eis qui crediderant, abierunt ad phariſæos, & dixerunt eis quæ fecit Ieſus, ſiue annũciando vt & ipſi crederent ſiue potius prodendo vt ſæuirent. Sed quomodolibet & à quibuſlibet ad phariſæos iſta perlata ſunt. Collegerunt pontifi-
F ces & phariſęi concilium, & dicebant, Quid faciemus?) Nec tñ dicebant, credamus, plus enim perditi hoies cogitabant, qũo nocerẽt vt perderent, quàm quomodo ſibi conſulerent ne perirent, & tñ timebant, & quaſi conſulebant, dicebant. n. Quid faciemus? Quia hic homo multa ſigna facit, ſi dimittimus eũ ſic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent noſtrum locum & gentem.) Tẽporalia perdere timuerunt, & vitam æternã non cogitauerunt, ac ſic vtrunq; amiſerunt: nam & Romani poſt dñi paſsionem & glorificationem, tulerunt eis & locum & gentẽ expugnando & transferendo, & illud eos ſequitur, quod alibi dictum eſt, Filii aũt regni huius ibunt in tenebras exteriores. Hoc autẽ
Mat. 8. timuerunt, ne ſi omnes in Chriſtum crederẽt, nemo remaneret qui aduerſus Romanos ciuitatem Dei templumq́ue defenderet, qm̃ contra ipſum templum, & contra ſuas paternas leges doctrinam Chriſti eſſe ſentiebant. Vnus aũt ex ipſis Caiphas, cum eſſet põtifex
G anni illius, dixit eis, Vos neſcitis q̃quã, nec cogitatis quia expedit vobis vt vnus moriat homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc aũt à ſemetipſo nõ dixit, ſed cum eſſet pontifex anni illius prophetauit.) Hic docemur etiam homines malos prophetiæ ſpũ futura prædicere, quod tñ Euangeliſta diuino tribuit ſacramento, quia pontifex fuit. i. ſummus ſacerdos, poteſt autem mouere qũo dicatur pontifex anni illius, cum Deus vnum conſtituerit ſummum ſacerdotem, cui mortuo vnus ſuccederet. Sed intelligendum eſt, per ambitiones & cõtentiones inter Iudæos poſtea cõſtitutum, vt plures eſſent, & per annos ſingulos vicib. miniſtrarẽt: nam & de Za
Luc. 1. charia hoc dr̃, Factum eſt autem cum ſacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis ſuę ante Deum, ſecundum conſuetudinem ſacerdotii, ſorte exiit vt incenſum poneret, ingreſſus in templũ dñi, hinc apparet plures eos fuiſſe: & vices ſuas habuiſſe: nã incenſum non licebat ponere niſi ſummo ſacerdoti, & forte etiam vnum annum plures adminiſtrabant, q̃b. alio anno alii ſuccedebant, ex quibus ſorte exibat quis vt incenſum poneret. Quid eſt ergo q̃d ꝓphetauit Caiphas? Quia Ieſus moriturus erat pro gente, & non tantũ pro gente, ſed vt filios Dei qui erant diſperſi congregaret in vnum. Hoc Euangeliſta addi-
H dit, nam Caiphas de ſola gente Iudæorum ꝓphetauit, in qua erant oues, de quib. ait ipſe *Mat. 15.* dñs, Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Sed nouerat Euangeliſta *Ioan. 10.* eſſe alias oues q̃ non erant de hoc ouili, quas oportebat adduci, vt eſſet vnum ouile & vn⁹ paſtor. Hæc autem ſecundum prædeſtinationem dicta ſunt: nam neq; oues eius, nec filii Dei adhuc erant qui nec dum crediderant. Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerẽt eum. Ieſus ergo iam non palam ambulabat apud Iudæos, ſed abiit in regionẽ iuxta deſertum in ciuitatem quæ dr̃ Effrem, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis. Non quia potẽtia eius defecerat, in qua vtique ſi vellet, & palã Iudæis conuerſaretur, & nihil ei facerẽt, ſed in hominis infirmitate viuendi exemplum diſcipulis monſtrabat, in quo apparet nõ eſſe peccatum, ſi fideles eius qui ſunt membra eius, oculis perſequentium ſe ſubtraherẽt, & furorem ſceleratorum latendo potius deuitarent, quam ſe offerẽdo magis accenderẽt.

Ab eo quod ait, Proximũ erat paſcha Iudęorum, vſq; ad id quod ait, Multi ꝓpter illũ I abibant & credebant in Ieſum. Tract. L.

HEſternam lectionem ſancti Euẽgelii, de qua locuti ſumus quod dñs dedit, hodierna ſequit̃, de qua locuturi ſumus q̃d dñs dabit. Quædã in ſcripturis tã manifeſta ſunt, vt potius auditorẽ quam expoſitorem deſiderent, in eis nos immorari non oportet, vt ne ceſſariis, in q̃b. immorãdum eſt, tps ſufficiat. Proximum ergo erat paſcha Iudæorũ.) Illũ diem feſtum Iudæi cruẽtum habere domini ſanguine voluerunt, illo die feſto occiſus eſt agnus, qui nobis eũdem diem feſtũ ſuo ſanguine

guine consecrauit. Consilium erat inter Iudæos de occidendo Iesu: ille qui de cęlo venerat pati, propinquare volut loco passionis, qa imminebat hora passionis. Ascenderunt ergo multi Hierosolymam de regione ante pascha, vt sanctificarẽt seipsos.) Hoc faciebãt Iudæi sm præceptum dñi, per sanctũ Moysen in lege mandatũ, vt die festo quo pascha erat, oẽs vndiq; cõuenirẽt, & illius diei celebratione sanctificarent, sed illa celebratio vmbra erat futuri. Quid est vmbra, futu-
K ri? Prophetia Chri venturi, pphetia, p nobis illo die passuri, vt transiret & lux veniret, vt transiret significatio, & veritas teneret. Habebant ergo Iudæi pascha in vmbra, nos in luce, quid.n. op⁹ erat vt eis dñs pręciperet per ipsum festũ diẽ ouem occidere, nisi quia ille
Esai. 53. erat de quo prophetatum est, Sicut ouis ad
Exo. 12. immolandum ductus est? sanguine occisi pecoris Iudæorum postes signati sunt, sanguine Christi frõtes nostræ signanẽ, & illa signatio, q̃ erat significatio, dicta est à domibus signatis exterminationẽ prohibere, signũ Christi à nobis repellit exterminatorem, si cor nostrum recipiat saluatorẽ. Quare hoc dixi? Quia multi postes habent signatos, & intus nõ manet habitator. Agitatores facile hẽnt ĩ fronte signũ Christi, & corde non recipiunt verbum Christi, iõ dixi fratres qđ repeto, si gnũ Christi a nobis repellit exterminatorẽ, si cor nostrũ habeat Christũ habitatorẽ. Hęc dixĩ, neqs forte cogitaret, qd sibi vellent ista festa Iudæorũ. Venit ergo Iesus tanq̃ ad victi
mam, vt verũ pascha nos hẽremus, cũ eius passionem tanq̃ ouis immolationẽ celebraremus: Quærebãt ergo Iesum,) sed male. Beati.n. qui quærunt Iesum. Sed bene. Illi quęrebant Iesum, vt nec ipsi hẽnt eum, nec nos, sed ab ipsis abscedentẽ susceпimus nos: re-
L prehendunt qui quærunt, laudant qui q̃runt.
Psal. 49. Aius enim quærentis aut laudem inuenit, aut
Psa. 141 damnationem, habes.n. & in Psalmis, Cõfundant & reuereant, qui quærunt aiam meam: isti sunt qui male quęrebant, alio aũt loco dicit, Periit fuga à me, & non est qui requirat aiam meam. Culpantur, qui quærebant, culpantur qui non quærebant: ergo queramus Christum vt habeamus, quæramus vt teneamus, sed non vt occidamus: nam & illi non ideo quærebant vt tenerent, sed vt cito non haberent. Quęrebant ergo, Et loquebantur inter se, Quid putatis qa non venit ad diẽ festum? Dederãt aũt pontifices, & pharisæi mãdatum, vt si qs cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehenderẽt eum.) Nos indicemus modo Iudęis vbi sit Christus, vtinã velint audire & apprehẽdere. Quicunq; sunt ex semine illorum qui dederant mandatum, vt indicaretur eis vbi esset Christus, veniant ergo ad Ecclesiam, audiãt vbi sit Christus, & apprehendãt eum, à nobis audiãt, & ex Euangelio audiãt. Occisus est à parentib. eorum, sepultus est,
resurrexit, à discipulis agnitus, ante oculos M
eorũ ascẽdit in cœlum, ibi sedet ad dexterã patris, qui iudicatus est, vẽturus est iudex, audiant & teneant. Rñdet, quem tenebo? Absentem? Quõ in cœlum manũ mittam, vt ibi sedentem teneam? Fidem mitte & tenuisti, parẽtes tui tenuerũt carne, tu tene corde, quoniã Christus absens etiam præsens est, nisi præsens esset, à nobis ipsis teneri non posset, sed
qm̃ verum est qđ ait, Ecce ego vobiscũ sum *Mat. 28.*
vsq; ad consummationem seculi, & abiit, & hic est, & rediit, & nos non deseruit, corpus .n. suum intulit cœlo, maiestatem nõ abstulit
mundo. Iesus ergo ante sex dies paschæ venit *Cap. 12.*
Bethaniam, vbi fuerat Lazarus mortuus, quẽ suscitauit Iesus. Fecerũt aũt ei ibi cœnam, & Martha ministrabat. Lazarus vero vnus erat ex discumbentib.) Ne putarent hoies phantasma esse factũ, qa mortuus resurrexit, vnus erat ex recũbentib. viuebat, loquebatur, epulabatur, veritas ostendebatur, infidelitas Iudæorum confundebatur. Discumbebat ergo Iesus cũ Lazaro & cæteris, ministrabat Martha vna ex sororib. Lazari. Maria vero) altera soror Lazari accepit libram vnguenti nardi
pistici preciosi, & vnxit pedes Iesu, & exter- A
sit capillis suis pedes eius, & domus impleta
est ex odore vnguẽti.) Factũ audiuimus, mysterium requiramus. Quęcũq; aia fidelis vis esse, cum Maria vnge pedes dñi prætioso vnguento, vnguẽtum illud iustitia fuit, ideo libra fuit, erat autem vnguentum nardi pistici pretiosi, quod ait pistici, locum aliquẽ credere debemus, vnde hoc erat vnguentum pretiosum, nec tamen hoc vacat, & sacra- A *bac. 2.*
mento optime consonat, pistis Græce fides *Rom. 1.*
dicitur. Quærebas operari iustitiam, Iustus ex fide viuit, vnge pedes Iesu bene viuendo, dominica sectare vestigia, capillis terge, si habes superflua, da pauperibus, & dñi pedes

terſiſti

terfiſti,capilli.n.ſuperflua corporis videtur,
habes qđ agas de ſuperfluis tuis, tibi ſuperflua
Mat.25. ſunt, ſed dñi pedib. neceſſaria ſunt. Forte in
terra dñi pedes indiget,de qbus.n.niſi de mē
bris ſuis in fine dicturus eſt,cum vni ex mini
mis meis feciſtis,mihi feciſtis? ſuperflua ve-
ſtra impēdiſtis,ſed pedib.meis obſecuti eſtis.
Domus aūt impleta eſt odore,mūdus imple-
tus eſt fama bona,nam odor bonus,fama bo
Eſai. 52. na eſt. Qui male viuūt & Chriſtiani vocant,
Rom. 2. iniuriam Chriſto faciunt, de qualib. dictum
2.Co.2. eſt,q̄ per eos nomen dñi blaſphemet.Si per
Cant. 1. tales nomen Dei blaſphemat,per bonos no-
B men dñi laudat,audi Apoſtolum,Chriſti bo
nus odor ſumus,inquit, in omni loco, dī &
in cāticis cāticorum, Oleum effuſum nomē
tuum , ad Apoſtolum reuoca intentionem,
Chriſti, inquit, bonus odor ſumus in omni
loco,& in his qui ſalui fiunt,& in his qui pe
reūt,aliis ſumus odor vitæ in vitā, aliis odor
mortis in mortē,& ad hæc qs idoneus? Oc-
caſionem nobis præbet præſens lectio ſancti
Euangelii de odore iſto ita loqui,vt & à no-
bis ſufficiēter dicat,& à vobis diligenter au-
2.Co.2. diatur,Apoſtolo ipſo ita dicēte,Et ad hęc qs
idoneus?ergo vt inde nos conemur loq̄,nun
quid idonei ſumus, aut nos audire hæc ido-
nei eſtis?Hæc audire vos qdem idonei eſtis,
nos qdem idonei non ſumus,ſed idoneus eſt
ille qui p nos dignetur dicere,qđ vobis ꝓfit
audire.Ecce Apoſtolus bonus odor eſt,ſicut
dicit ipſe,ſed ipſe odor vitæ in vitā, aliis aūt
odor mortis in mortem,tñ bonus odor,nun
quid.n.ait , aliis ſumus bonus odor ad vitā,
aliis malus odor ad mortem? bonum odorē
ſe dixit,non malum, & eundem bonū odo-
rem aliis ad vitam dixit aliis ad mortem,fœ
C lices qui bono odore viuūt.Quid aūt infœli
ci? illis q̄ bono odore moriunt?Et qs eſt, ait
aliquis,quē bonus odor occidit? hoc eſt qđ
ait Apoſtolus, & ad hæc quis idoneus? Qūo
ea fecit Deus miris modis,vt bono odore &
boni viuant,& mali moriātur,qūo ſit,q̄tum
dñs inſpirare dignatur,oſtendā:nam fortaſſe
ibi latet altior intellectus , qui à me non pōt
penetrari,tñ quouſque penetrare potero,vo
bis non debet denegari. Paulum Apoſtolum
bene agentem,bene viuentem, iuſtitiam ver
bo prædicantem,opere demonſtrantem, do
ctorem mirabilem, fidelem deſpenſatorem,
fama vſquequaque diſſeminabat, quidam di
ligebant, qdam inuidebant:nam ipſe quodā
loco ait de quibuſdam, q̄ non caſte, ſed per
inuidiam Chriſtū annunciarent, exiſtiman-
tes, inqt tribulationē ſucitare vinculis meis, *Phili. 2.*
ſed qđ ait? Siue occaſione, ſiue veritate Chri
ſtus annunciet, annuncient qui me amant,an
nuntient qui mihi inuident : illi bono odore
viuunt,& illi bono odore moriunt,tñ vtriſ-
que prædicantib. nomen Chriſti annuncie, ſ,
odore optimo mundus impleat:amaſti bene
agēte,vixiſti bono odore: inuidiſti bene agē
ti, mortuus es bono odore. Nunquid qa mo-
ri voluiſti,ideo odorem illum malum eſſe ſe D
ciſti? Noli inuidere,& non occidet te bonus
odor. Denique audi & hic ex vnguento iſto
qūo aliis erat odor bonus in vitā, aliis odor
malus in mortē. Poſteaq̄ hoc fecit religioſa
Maria ad dñi obſequium, continuo vnus ex
diſcipulis eius, Iudas Iſcariotes qui eū erat
traditurus,dixit,Quare hoc vnguentum non
veniit trecētis denariis, & datum eſt egenis?
Væ tibi miſer,bonus odor occidit te. Quare
enim hoc dixerit,Euāgeliſta ſanctus aperuit.
Putaremus aūt & nos,ſi mens ipſius nobis p
Euangelium nō proderetur,pauperum cura
hoc illum dicere potuiſſe,nō ita eſt: Sed qđ?
audi teſtem veracem. Dixit aūt hoc non quia
de egenis pertinebat ad illum , ſed quia fur
erat & loculos habens,& ea quæ mittebant,
portabat.) Portabat,an exportabat? ſed mini
ſterio portabat,furto exportabat. Ecce audi-
te quia Iudas iſte non tunc peruerſus factus
eſt,qñ à Iudæis corruptus dñm tradidit,ple-
rique.n incurioſi Euangelii, exiſtimant tunc
periiſſe Iudam, qñ accepit a Iudæis pecuniā
vt dominum traderet,non tunc periit , iā fur
erat,& dominum perditus ſequebat,quia nō
corde,ſed corpore dominū ſequebat. Duo- E
denarium numerum Apoſtolorum imple-
bat,Apoſtolicam beatitudinem nō habebat,
ad imaginem fuerat duodecimus: quo Iuda
decidente,& Matthia ſuccedēte,& ſuppleta
eſt apoſtolica veritas, & numeri permāſit in *Actō. 1.*
tegritas. Quid ergo voluit dominus noſter
Ieſus Chriſtus fratres mei admonere Eccle-
ſiam ſuam,quando vnum ꝓditum inter duo-
decim hēre voluit , niſi vt malos toleremus,
ne corpus Chriſti diuidamus? Ecce inter
ſanctos eſt Iudas ecce fur eſt Iudas, & ne cō
temnas,ſur ſacrilegus , nō qualiſcunque fur.
Fur loculorū,ſed dominicorum , loculorū,

ſed

sed sacrorum, si crimina discernunt in foro
qualiscunq; furti,& peculatus, peculatus.n.
dr furtum de re publica,& non sic iudicatur
furtum rei priuatæ quo publicę, quanto ve-
hementius iudicandus est fur sacrilegus, qui
ausus fuerit nō vndecunq; tollere, sed de Ec-
clesia tollere? Qui aliquid de Ecclesia furat,
Iudæ perdito cōparat. Talis erat iste Iudas,
& tn cū sanctis discipulis vndecim intrabat
& exibat,& ad ipsam dnicam cœnam pari-
ter accessit, conuersari cum eis potuit, eos in
F quinare nō potuit. De vno pane & Petrus &
1.Co.6. Iudas accepit,& tn quæ pars fideli cum infi-
deli? Petrus.n. accepit ad vitam, Iudas ad mor
tē, quo.n. ille odor bonus, sic ille cib. bonus:
sicut ergo odor bonus, ita & cib. bonus, bo-
1.Co.11. nos viuificat, malos mortificat. Qui.n. mādu
cauerit indigne, iudiciū sibi manducat & bi-
bit: iudicium sibi, non tibi. Si iudiciū sibi, nō
tibi, tolera malū bonus, vt venias ad pmia bo
12.q.1. c.exēplū. norū, ne mittaris in pœnā malorū. Exemplū
dnī accipe conuersantis in terra, quare ha-
buit loculos cui angeli ministrauerunt, nisi
qa Ecclesia ipsius loculos suos habitura erat?
quare furē admisit, nisi vt eius Ecclesia fures
patienter toleret? Sed ille qui consueuerat de
loculis pecuniā tollere, non dubitauit acce-
pta pecunia ipsum dūm vendere. Videamus
quid ad ista dns rndeat, videte fratres, nō illi
ait pp furta tua dicis ista, furē nouerat,& pp
dere nolebat, sed potius tolerabat,& ad per-
ferendos malos in Ecclesia nobis exemplum
patientię demōstrabat. Dixit ergo ei Iesus, Si
ne illā, vt in dē sepulturæ meæ seruet illud.]
Moriturum se denūciauit: sed quid est quod
sequit? Pauperes.n. semp habebitis vobiscū,
me aūt non semper habebitis.) Intelligimus
G qd est, pauperes semper habebitis, qd dixit,
verum est, qn Ecclesia sine pauperibus? Me
aūt nō semper habebitis, qd sibi vult, quo in-
telligendum est, Me aūt non semper habebi-
tis? nolite expauescere, Iudæ dctū est, quare
ergo non dixit, habebis, sed habebitis? qa nō
vnus est Iudas. Iudas malus corpus malorū
Mat.16. significat, quo Petrus corpus bonorum, cor
24.q.1.c. pus Ecclesiæ, imò corpus Ecclesiæ, sed in bo
qd cūque. nis: nam si in Petro nō esset Ecclesiæ sacrm,
nō ei diceret dns, Tibi dabo claues regni cę-
lorum, quæcunque solueris in terra, soluta
erunt & in cęlo, & quæcunque ligaueris in
terra, ligata erūt & in cęlo. Si hoc Petro tn
dictum est, non facit hoc ecclesia, si aūt & in
Ecclesia fit, vt quæ in terra ligant, in cœlo li
gent, & quæ soluunt in terra, soluant in cœ-
lo, quia excōicat Ecclesia, in cœlo ligat ex-
communicatus, cum recōciliat ab Ecclesia,
in cęlo soluit recōciliatus. Si hoc ergo in Ec
clesia fit, Petrus qn claues accepit, Ecclesiā
sanctam significauit. Si in Petri persona signi
ficati sunt in Ecclesia boni, in Iudæ persona
significati sunt in Ecclesia mali, ipsis dictum
est, me aūt non semper habebitis. Quid est.n.
non semper,& quid est semper? Si bonus es,
si ad corpus Christi pertines, quod significat H
Petrus, habes Christum in præsenti, & in fu-
turo. In præsenti per fidem, in prę sentiper si-
gnum Christi, in præsenti per baptismatis
sacrm, in præsenti per altaris cibum & potū.
Habes Christū in præsenti, sed habebis sem-
per, quia cum hinc exieris, ad illum venies
qui dixit latroni, Hodie mecum eris in para Luc.23.
diso. Si aūt male versaris, videris hre in præ-
senti Christum, quia intras Ecclesiam, signas
te signo Christi, baptizaris baptismo Christi
meiees te membris Christi, accedis ad altare
Christi, in pnti habes Christū, sed male vi-
uendo non semper habebis, potest & sic in-
telligi, Pauperes semper habebitis vobiscū,
me aūt nō semper habebitis. Accipiāt & hoc
boni sed non sint soliciti, loquebat.n. de præ
sentia corporis sui: nam fm maiestatē suam,
fm prouidētiam, fm ineffabilem & inuisibi-
lem gratiam impletur quod ab eo dictū est,
Ecce ego vobiscum sum omnib. dieb. vsque Mat.28.
ad consummationem seculi. Secundum car
nem vero quam verbum assumpsit, secundū
id quod de virgine natus est, secundum id
quod à Iudæis comprehēsus est, quod ligno
cōfixus, qd de cruce depositus, quod linteis
inuolutus, qp in sepulchro conditus, quod in
resurrectione manifestatus, non semper ha- I
bebitis me vobiscum. Quare? Quoniā con-
uersatus est scdm corporis præsentiam qua
draginta dieb. cū discipulis suis, & eis dedu-
centib. videndo, nō sequendo ascendit in cę
lum, & non est hic, ibi. n. sedet ad dexteram
patris, & hic est, non.n. receisit præsentia ma
iestatis. Aliter. Secūdum prę sentiam maiesta-
tis semper habemus Christum, secundū præ
sentiam carnis, recte dictum est discipulis,
me autem non semper habebitis, Habuit.n.
illum Ecclesia secundum præsentiam carnis

paucis

paucis diebus, modo fide tenet, oculis non videt. Ergo si ita dictum est, me autem non semper habebitis, quæstio sicut arbitror, iam nulla est, quæ duob. modis soluta est. Cætera quæ pauca remanent audiamus. Cognouit ergo multa turba ex Iudæis quia illic est, & venerunt, non pp Iesum tantum, sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit Iesus a mortuis.) Curiositas eos adduxit, nō charitas, venerunt & viderunt. Audite mirabile consiliū vanitatis. Viso Lazaro resuscitato, quia tantū miraculum domini tanta erat euidentia diffamatum, tanta manifestatione declaratum, K vt nō possent vel ocultare quod factum est, vel negare quod inuenerunt. Cogitauerunt autem principes sacerdotum vt & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum.] O stulta cogitatio & cæca sæuitia. Dñs Christus qui suscitare potuit mortuum, non possit occisum? Quando Lazaro inferebatis necem, nunquid auferebatis domino potestatem? Si aliud vobis videt mortuus, aliud occisus, ecce dominus vtrunque fecit & Lazarum mortuū, & seipsum suscitauit occisum.

Luc. 23.

Ab eo quod ait, In crastinum autem turba multa, quæ venerat ad diem festum, cū audissent quia venit Iesus Hierosolymā, acceperūt ramos palmarum, & processerūt obuiam ei & clamabant, Osanna benedictus q venit in nomine domini rex Israel: vsque ad id qđ ait, Si quis mihi ministrauerit, honorificabit illū pr̄ meus. Tract. LI.

Mat. 28.

POsteaquam domin⁹ quatriduanum mortuū resuscitauit, stupentibus Iudæis, & L aliis eorum videndo credentibus, aliis inuidendo pereuntibus propter odorem bonū, qui est aliis ad vitam, aliis ad motem, postea quam discubuit in domo cum recumbente 2. Co. 2. Lazaro qui fuerat mortuus resuscitatus, post vnguentum effusum super pedes eius, vnde domus odore impleta est, posteaquam vanā sæuitiam, & stultissimum & dementissimum scelus Iudæi etiam de occidēdo Lazaro corde perdito conceperunt, de quib. omnibus vt potuimus, quod dominus dedit, superioribus sermonibus locuti sumus: nūc intēdat charitas uestra, ante domini pasionem quantus fructus apparuerit prędicationis eius, & quātus grex ouium ex his quæ perierant domus Israel, vocē pastoris audierit: sic.n. loqr̄ Euangelium, quod modo cum recitaretur, audistis. In crastinum autem turba multa q̄ venerat ad diem festum, cum audissent quia venit Iesus Hierosolymam acceperūt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant, O sanna benedictus qui uenit in nomine domini, rex Israel.] Rami palmarum laudes sunt, significantes victoram, qua erat dominus mortem moriendo superaturus, & trophæo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. Vox autem obsecrātis est, O M sanna, sicut nonnulli dicunt qui Hebræam linguam nouerunt, magis affectum indicās, quam rem aliquam significans, sicut sunt in lingua Latina quas interiectiones uocant, uelut cum dolentes dicimus, heu. vel cum delectamur, vah dicimus, vel cum miramur dicimus, ò rem magnam, tunc.n. ò nihil significat, nisi mirantis affectum. Quod ideo credē Mat. 5. dum est ita esse, qa neq; Græcus neq; Latin⁹ hoc interpretari potuit, sicut illud, Quid dixerit fratri suo racha: nam & hęc interiectio esse perhibetur, affectum indignātis ostēdēs. Benedictus autem qui uenit in nomine domini, rex Israel: sic potius accipiēdum est, vt in nomine domini, in nomine Dei patris intelligatur, quāuis possit intelligi etiam in nomine suo, quia & ipse dominus est, unde & alibi scriptum est, Pluit dominus a domino. Sed verba eius melius nostrum dirigūt intellectum, qui ait, Ego ueni in noīe patris mei, & nō suscepistis me, alius ueniet in noīe suo, hunc suscipietis. Humilitatis. n. magister est Ioan. 5. Christus, qui humiliauit semetipsum factus Phili. 2. obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Non itaque omittit diuinitatē, qñ nos A docet humilitatē: in illa est patri æqualis, in hac nobis similis. Per quod patri est æqualis, nos vt essemus creauit: per quod nobis est similis, ne periremus redemit. Has ei laudes turba dicebat, Osanna, benedictus qui uenit in nomine dñi, rex Israel. Quā crucem mētis inuidentia principium Iudæorum perpeti potuerat, quando regem suum Christum tāta multitudo clamabat? Sed quid fuit domino regem esse Israel? Quid magnum fuit regi seculorum, regem fieri hominum? Nō.n. rex Israel Christus ad exigendum tributum, vel exercitum ferro armandum, hostesque visibili-

visibiliter debellādos, sed rex Israel ꝙ mētes regat, ꝙ in æternū cōsulat, ꝙ in regnū cœlo rū credētes, sperātes, amantesq; ꝓducat. Dei ergo filius æqualis patri, verbū per qđ facta sūt oia, ꝙ rex esse voluit Israel, dignatio est, non promotio, miserationis indiciū est, non ptātis argumentum. Qui. n. appellatus est in terra rex Iudæorum, in cœlis est dñs angelo
Mat. 21. rum. Et inuenit Iesus asellū, & sedit sup eū.)
Mar. 11. Hic breuiter dictū est: nam quemadmodum
Luc. 19. sit factum, apud alios euāgelistas plenissime
B legit. Adhibet aūt huic propheticū testimonium, vt appareret ꝙ maligni principes Iudæorum nō intelligebant, in quo implebant quæ legebant. Inuenit ergo Iesus asellum, & sedit super eum. Sicut scriptū est: Noli time-
Zach. 9. re filia Sion, Ecce rex tuus venit sedens super pullum asinę.) In illo ergo populo erat filia Sion, ipsa est Hierusalem quæ Sion: in illo, inquā, populo reprobo & cæco erat, tū filia Sion cui diceret, Noli timere, ecce rex tuus venit sedēs super pullum asinę. Hæc filia Sion cui diuinitus ista dicunt, in illis erat ouib. q̄ vocem pastoris audiebant: in illa erat multitudine, quæ dñm venientem tanta deuotione laudabat, tāto agmine deducebat. Et dictum est, noli timere, illū agnosce qui a te laudat, & noli trepidare cum patit, quia ille sanguis funditur, per quem tuum delictum deleat, & vita reddat. Sed pullū asinæ in quo nemo sederat: hoc. n. apud alios euangelistas inuenit, intelligimus populum gentium, qui legē dñi nō acceperat. Asinam vero ꝙa vtrunq; iumētum dño adductū est, plebem eius quę venie bat ex populo Israel, nō indomitā planè, sed
C q̄ præsepe dñi agnouit. Hæc nō cognouerūt discipuli eius primū, sed qñ glorificatus est Iesus.) Idest, qñ virtutem suæ resurrectionis ostendit. Tūc recordati sunt quia hęc scripta erant de eo, & hæc fecerunt ei,) Idest, nō alia fecerunt ei q̄ illa quæ erant scripta de eo. Recolentes qppe ꝑm scripturā, quæ ante passio nē dñi completa sunt, ibi & hoc inuenerunt, qđ ꝑm eloquia Prophetarū in pullo asinę sederet. Testimonium ergo perhibebat turba q̄ erat eum eo qñ Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eū a mortuis, ꝓpea & obuiam venit ei turba, ꝙa audierunt eum hoc fecisse signū. Pharisæi ergo dixerūt ad semetipsos, Videtis ꝙa nihil proficimus, ecce mundus totꝰ post eū abit.) Turba turbauit turbā. Quid aūt inuides cæca turba: qa post eum va dit mūdus, per quē factus est mundus? Erant aūt Gentiles qdā ex iis qui ascenderāt vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserūt ad Phi lippū, qui erat a Bethsaida Galilęæ, & rogabāt eū dicētes, Dñe, volumus Iesum videre. Venit Philippus & dicit andreę. Andreas rursum & Philippus dīt Iesu.) Audiamus quid dñs ad ista rūderit. Ecce volunt eū Iudæi occidere, Gentiles videre, sed ēt illi ex Iudæis erant qui clamabant, Benedictus qui venit in nomine dñi rex Israel: ecce illi ex circūcisio D ne, illi ex præputio, velut duo parietes de diuerso venientes, & in vnā fidē Christi pacis osculo cōcurrentes. Audiamus ergo vocem lapidis angularis. Iesus autē, inquit, respondit eis dicens, Venit hora vt glorificēt filius hois. Hic q̄squā forsitan putat ideo se dixisse glorificatum, qa Gentiles eum volebant videre, nō ita est: sed videbat ipsos Gētiles post passionem & resurrectionem suā in omnib. gentib. credituros, qa sicut dicit Apostolus, *Rom. 11.* Cæcitas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo gentiū intraret. Ex occasione igit illorum Gentiliū, qui eū videre cupiebāt, annūciat futurā plenitudinē gentiū, & promittit iam iamq; adesse horam glorificationis suę, qua facta in cęlis gentes fuerāt creditūræ: vñ prędictū est, Exaltare super cęlos Deus, & su per oēm terram gloria tua. Hæc est gentium plenitudo, de qua dicit Apostolꝰ: Cæcitas ex *Psa. 107.* parte in Israel facta est, donec plenitudo gētiū intraret. Sed altitudinem glorificationis oportuit vt p̄cederes humilitas passionis, iō secutus adiunxit, Amen amē dico vobis, nisi granū frumenti cadens in terram mortuum E fuerit, ipsum solum manet, si aūt mortuū fuerit, multū fructū affert.) Se aūt ipsum Iesus docebat, ipse erat granū mortificandū & multiplicandū, mortificandū in infideli: ate Iudęorum, multiplicandū in fide oium populorū. Iam vero exortans ad passionis suæ sectāda vestigia, Qui amat, inqt, aīam suam, perdet eam.) Quod duob. modis intelligi potest, q̄ amat perdet. i. si amas perde, si cupis vitam tenere in Christo, noli timere mori pro Christo. Itē alio modo, qui amat aīam suam p̄det eam: noli amare ne perdas: noli amare in hac vita, ne perdas in æterna vita. Hoc aūt quod posterius dixi, magis habere vī euangelicus sensus, sequitur. n. Et qui odit animam suam

in hoc

in hoc mundo, in vitã æternam custodit eã.) Ergo qđ supradictũ est, qui amat, sub intelligit in hoc mundo, ipse itaq; perdet, qui autẽ odit, vtiq; in hoc mundo, in vitam æternam ipse custodit eam. Magna & mira sñia, quem admodum sit hoĩs in vitam suam amor vt pereat, odium ne pereat, si male amaueris, tunc odisti, si bene oderis, tunc amasti. Fœlices q oderunt custodiendo, ne perdant amando, sed vide ne tibi subrepat vt teipsum velis interimere, sic intelligendo qđ debes odisse in
F hoc mundo aĩam tuam. Hinc.n. qdam maligni atq; peruersi hoies, & in seipsis crudeliores & sceleratiores homicidæ, flammis se donant, aqs se præfocãt, præcipitio se colliduñt, & pereunt. Hoc Christus non docuit, immo ẽt diabolo præcipitiũ suggerenti rñdit, Redi retro sathanas, scriptum est, non tentabis dñm Deum tuum. Petro aũt dixit, significans, qua
Mat. 4. morte clarificaturus erat Deum, Cũ esses iunior, cingebas te & ambulabas quo volebas: cum aũt senueris, alter te cinget, & feret quò tu non vis: vbi satis expressit, non à seipso sed
Ioan. 21. ab alio dñe occidi, q vestigia sequiẽ Christi. Cũ ergo causæ articulus venerit, vt hæc conditio præponaĩ, aut faciendũ esse cõtra Dei præceptũ, aut ex hac vita emigrandũ, quorũ
quorũ homo cogaĩ alterũ eligere cõminante mortem persecutore, ibi elegat Deo dilecto emori, quã offensio viuere, vbi iderit in hoc mundo aĩam suam, vt in vitam æternam custodiat eam. Si quis mihi ministrat, me sequaĩ.] quid est, me sequaĩ, nisi me imitetur?
1. Pe. 2. Christus.n. pro nobis passus est, ait Apostol⁹ Petrus, relinquẽs nobis exẽplũ, vt sequamur vestigia eius. Ecce qđ dictum est, si quis mihi ministrat me sequaĩ. Quo fructu? qua merce
G de quo ꝓmio? Et vbi sũ, inqt, ego, illic & minister meus erit.) Gratis ameĩ, vt operis, quo ministrat illi, præcium sit esse cũ illo, vbi.n. bene erit sine illo, aut qñ esse male poterit cũ illo? Audi euidentius. Et si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus.) Quo honore, nisi vt sit cũ filio eius? Quod. n. superius ait, Vbi ego sum, illic & minister meus erit, hoc intelligit exposuisse cum dicit, honorificabit eum pr̃ meus. Nã quem maiorẽ honorem accipere poterit adoptatus, q̃ vt sit vbi est vnicus, non qualis factus diuinitati, sed consociatus ẽternitati? Quid sit aũt ministrare Christo, cui operi merces tanta proponitur, hoc potius debemus inquirere. Si.n. hoc putauerimus esse Christo, ministrare, ea quæ sunt corpori necessaria præparare, aut cœnanti cibũ coquere vel apponere, vel poculũ dare potumq; miscere, fecerunt hoc illi qui potuerũt eum in corpore hr̃e pr̃esentem, sicut Martha, qñ & Lazar⁹ vnus erat ex discumbentib. sed eo modo Christo etiã Iudas perditus ministrauit: nam & loculos ipse habebat, & q̃is ex eis quæ mittebanẽ sceleratissime furareĩ, per illum tñ etiam necessaria parabanẽ. Hinc est illud qđ cũ ei diceret dñs, qđ facis fac celerius, arbitrati sunt qdã, H
qđ eũ iusserit pp dr̃e festũ necessaria ꝓparare, vel indigentib. aliquid dare. Nullo modo igit̃ de hmõi ministris diceret dñs, Vbi sum ego, illic & minister meus erit, & siq̃s mihi ministrauerit, honorificabit eũ pr̃ meus, qm̃ Iudam talia ministrantem, reprobatum potius q̃ honoratum videmus. Vt quid ergo alibi q̃rimus, qd sit ministrare Christo, & non potius in illis ipsis verbis agnoscimus? Cũ.n. dixit, Si quis mihi ministrat, me sequaĩ, hoc intelligi voluit, ac si diceret, si quis me nõ sequitur, non mihi ministrat. Ministrant ergo
Ioan. 13.
Phili. 2. Iesu Christo, qui non sua quærunt, sed quæ Iesu Christi: hoc est.n. me sequaĩ, vias ambulet meas, non suas, sicut alibi scriptũ est, Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ambu
1. Ioan. 2 lauit ille, & ipse ambulare. Debet etiã si porrigit esurienti panem, de misericordia facere, non de iactãtia, nõ aliud ibi quærere q̃ opus bonum, ne sciẽte sinistra qd faciat dextera. i. vt alienet intentio cupiditatis ab opere charitatis. Qui sic ministrat, Christo ministrat, re-
Mat. 6. ciet̃q; illi dicet̃, Cum vni ex minimis meis fe-
Mat. 25. cistis, mihi fecistis: nec tñ ea quæ ad misericordiam pertinent corporalẽ, sed oĩa bona opera pp Christum facta, tunc enim erunt I
bona quoniam finis legis Christus ad iustitiã omni credenti. Minister est Christi vsque ad
Rom. 10. illud opus magnæ charitatis, quod est aĩam suam pro fratribus ponere: hoc est. n. & pro Christo ponere, qa & hoc pp sua mẽbra dicturus est, cũ ꝓ illis fecistis, ꝓ me fecistis: de tali q̃ppe opere etiam se ministrum facere & appellare dignatus est, vbi ait, Sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare, & animam suam ponere pro multis: hinc est ergo vnusquisque minister Christi, vnde est &
Mat. 20. minister Christus. Sic ministrantem Christo

ſto honorificabit pater eius honore illo magno, vt ſit cum filio eius, nec vnquã deficiat fœlicitas eius. Cum ergo auditis fratres dñm dicẽtem, Vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit, nolite tantummodo bonos Epos & clericos cogitare, etiã vos pro modulo veſtro miniſtrate Chriſto, bene viuendo, eleemoſynas faciendo, nomen doctrinamq; eius, qb. potueritis prædicando, vt vnuſquiſq; etiam paterfamilias hoc nomine agnoſcat paternũ affectum ſuæ familiæ ſe debere pro Chriſto & ꝓ vita æterna, ſuos omnes admoneat, doceat, hortet, corripiat, impendat beneuolentiam, exerceat diſciplinã, ita in domo ſua Eccleſiaſticũ & quodammodo Epiſcopale implebit officiũ, miniſtrans Chriſto vt in æternum ſit cũ ipſo: nã & illã maximã paſsionis miniſtrationem, multi ex veſtro numero miniſtrorum, (multi nõ Epiſcopi neq; clerici, iuuenes & virgines, ſenes cum iuniorib. multi cõiugati & coniugatæ, multi patres matreſque familias Chriſto miniſtrãtes, etiam aĩas ſuas in eius martyrio poſuerunt, & honorificãte pr̃e coronas glorioſiſsimas receperũt.

alias miniſtrauerunt.

K

Ab eo quod ait, Nũc anima mea turbata eſt, & quid dicam, vſque ad id quod ait, Hæc locutus eſt Ieſus, & abiit & abſcondit ſe abeis. Tract. LII.

POſtquam dominus Ieſus Chriſtus verbis lectionis heſternæ miniſtros ſuos vt ſe ipſum ſequerentur hortatus eſt, cum ita præ dixiſſet paſsionem ſuam, ꝙ niſi granum frumenti cadens in terram fuerit, ipſum ſolum manet, ſi aũt mortuum fuerit, multum fructũ affert, vbi excitauit eos qui eum ad regnum cœlorũ ſequi vellent, vt aĩam ſuam odiſſent in hoc mundo, ſi eam in vitam ẽternã cuſtodire cogitarent, ad noſtram rurſus infirmitatem ſuum temperauit affectum, & ait, vnde lectio cœpit hodierna. Nunc aĩa mea turbata eſt.) Vnde turbata eſt dñe aĩa tua? Nempe pauloante dixiſti, Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eã.

L

Ergone anima tua, quia in hoc mundo amatur, ideo turbatur veniente hora, qua ex hoc mundo egrediat? Quis hoc de anima dñi audeat affirmare? Sed nos in ſe tranſtulit, nos in ſe ſuſcepit, caput noſtrum membrorum ſuorum ſuſcepit affectum, & ideo ab aliquo nõ eſt turbatum, ſed ſicut de illo dictum eſt, cũ Lazarũ ſuſcitaret, turbauit ſemetipſũ. Oportebat.n. vt vnus mediator Dei & hoĩum hõ Chriſtꝰ Ieſus, ſicut nos excitauit ad ſumma, ita nobis compateret ad infima: audi ſuperius dicentem, Venit hora vt glorificetur filius hoĩs, ſi mortificatũ fuerit granũ, multũ fructum affert. Audio, qui odit aĩam ſuam in hoc mundo, in vitã æternam, cuſtodit eam. nec permittor tãtũmodo mirari, ſed iubeor imitari, deinde ſequentib. verbis, Siquis mihi miniſtrat me ſequat, & vbi sũ ego, ibi & miniſter meus erit, mundum contemnere accẽdor, & in cõſpectu meo nihil eſt vilius vitæ huius. (Totus quantumlibet fuerit prolixus vapor præſentis vitæ pr̃e amore (æternorum temporalia mihi cuncta vileſcunt. Et rurſus ipſum dominum meum, qui me illis verbis ab infirmitate mea rapuit ad infirmitatẽ ſuã, audio dicentem, Nunc aĩa mea turbata eſt. Quid eſt hoc? Qũo ſequi iubes aĩam meam, ſi turbari video aĩam tuam? qũo ſufferã, qđ graue tanta firmitas ſentit? Quale fundamentum quæram, ſi petra ſuccumbit? Sed videor mihi audire in cogitatione mea rñdentem mihi dñm meum, & quodammodo dicentem, magis ſequeris, qa ſic me interpono, audiſti ad te vocẽ fortitudinis meę, audi in me vocem infirmitatis tuæ, vires ſuggero vt curas, nec reprimo quod acceleras, ſed transfero in me, quò trepidas, & ſubſterno quò trãſeas. O dñe mediator Deus ſupra nos, homo ꝓ nos, agnoſco miſericordiam tuam: nam qđ tu tantus tuæ charitatis volũtate turbaris, multos in corpore tuo, qui ſuæ infirmitatis neceſsitate turbãtur, ne deſperando pereant conſolaris. Denique homo qui ſequi vult, audiat qua ſequat. Acceſsit hora terribilis, proponitur optio, aut faciendæ iniquitatis, aut ſubeundæ paſsionis turbatur aĩa infirma, ꝓ quam ſponte turbata eſt anima inuicta, præpone tuæ voluntati voluntatem Dei. Attende enim quid deinde ſubiungat creator tuus & magiſter tuus qui te fecit, & vt te doceret factus eſt & ipſe quod fecit, homo. n. factus eſt qui hominem fecit, ſed Deus incommutabilis mãſit, & hoĩem in melius cõmutauit: Audi ergo quid deinde ſubiungat, cum hæc dixiſſet, Nunc anima mea turbata eſt. Et quid dicam, inquit, pater ſaluifica me ex hac hora, ſed propterea veni in hanc horam, pr̃ clarifica

Ioan. 11. [Grecorum more geniti uũ poſuit pro ablatiuo: Sicut maiora horum facit.

Mat. 2

[alias, & in conſpectu meo nihil eſt vitæ huius totus quantumlibet fuerit prolixus vapor: præ amore &c.

Ioan. 2

M

A

rifica nomẽ tuũ.) Docuit te quid cogites, do
cuit qd dicas, quẽ inuoces, in quo ſperes, cu
ius voluntatẽ certã atq; diuinã tuæ voluntati humanæ firmæq; prẽponas. Nõ ideo tibi videatur ex alto deficere, qa te vult ab imo proficere: nam tentari dignatus eſt à diabolo, à quo vtiq; ſi nollet nõ tentaretur, quẽad modũ ſi nollet non pateretur. Et ea reſpõdit
B diabolo, quæ tu in tentationibus debeas reſpondere: & ille quidem tentatus eſt, ſed nõ periclitatus, vt doceret te in tentatione periclitantẽ tentatori reſpondere, & poſt tentatorẽ non ire, ſed de periculo tentationis exire. Sicut aũt hic dixit, Nunc anima mea tur-
Mat. 26. bata eſt, ita etiã vbi dicit, Triſtis eſt aĩa mea vſq; ad mortẽ: & pater ſi fieri põt tranſeat à me calix iſte, oſtendit hominis ſuſcepti infirmitatẽ, vt doceat ſic contriſtatũ & conturbatum quod ſequitur dicere: veruntamen non quod ego volo, ſed quod tu vis pater. Sic. n. homo ab humanis in diuina dirigitur, cũ voluntati humanæ volũtas diuina prẽponitur. Quid eſt aũt, Clarifica tuũ nomẽ: niſi in ſua paſsione & reſurrectione? Quid eſt ergo aliud, niſi vt pater clarificet filiũ, qui clarificat ſuum nomẽ etiã in ſimilibus ſeruorũ ſuorũ? vnde ſcriptũ eſt de Petro, quod ideo de illo
Ioan. 21. dixerat dñs, Alter te cinget, & feret quo tu non vis: quia ſignificare voluit, qua morte clarificaturus eſſet Deũ: ergo & in illo Deus clarificabat nomen ſuũ, quia ſic etiã in mẽbris ſuis clarificat Xp̃m. Venit ergo vox de cẽlo, & clarificaui & iterum clarificabo.) Et clarificaui antequã facerẽ mundũ, & iterũ clarificabo cũ reſurget à mortuis, & aſcendet in cẽlũ. Et aliter intelligi poteſt, & clarificaui cũ de virgine natus eſt, cũ virtutes operatus eſt, cũ cẽlo indice per ſtellam à Magis adoratus eſt, cũ à ſanctis & ſpiritu ſancto plenis agnitus eſt, cũ deſcendent ſpiritu in ſpecie columbę declaratus, cũ voce de cẽlo ſonante monſtratus, cũ in monte transfiguratus,
C cũ miracula multa fecit, cũ multos ſanauit atq; mundauit, cũ de pauciſsimus panib. tantã multitudinẽ pauit, cũ ventis & fluctibus imperauit, cũ mortuos ſuſcitauit: Et iterũ clarificabo, cũ reſurget a mortuis, cum mors ei vltra nõ dominabit, cũ exaltabit ſuper cẽlos Deus, & ſuper omnẽ terrã gloria eius. Turba ergo quæ ſtabat & audierat, dicẽbat tonitruũ factũ eſſe: alij dicebãt, angel⁹ ei locutus eſt. Rñdit Ieſus & dixit, Non propter me hæc vox venit, ſed propter vos. Hic oſtendit illa voce non ſibi indicatũ q̃ iã ſciebat, ſed eis quibus indicari oportebat. Sicut aũt illa vox nõ pp̃ eũ, ſed pp̃ter alios diuinitate facta eſt: ſic anima eius nõ pp̃ eũ, ſed pp̃ alios voluntate turbata eſt. Attende cętera. Nũc, inquit, iudiciũ eſt mũdi. Quid ergo ex
D pectandũ eſt in fine ſeculi? Sed in fine quod expectatur iudiciũ, erit iudicandorũ, viuorũ & mortuorũ, iudiciũ erit præmiorũ, pœnarum, ęternarũ. Quale ergo nũc iudiciũ eſt? Iã in ſuperioribus lectionibus quãtũ potui, cõmonui charitatẽ veſtrã, dici etiã iudiciũ nõ damnationis, ſed diſcretionis, vnde ſcriptũ eſt, Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meã de gente non ſancta. Multa aũt ſunt iudicia Dei: vnde dicit in Pſalmo, Iudicia tua abyſſus multa. Dicit etiã Apoſtolus, O altitudo diuitiarũ ſapientię Dei, q̃ inſcrutabilia ſunt iudicia eius: ex quibus iudicijs ẽt hoc eſt, q̃ hic ait dñs, Nũc iudiciũ eſt mundi, ſeruato illo iudicio in fine, vbi nouiſsime viui & mortui iudicandi ſunt. Poſsidebat ergo diabolus genus humanũ, & reos ſuppliciorũ tenebat chirographo peccatorũ, dñabatur i cordib. infideliũ ad creaturã colẽdã deſerto creatore deceptos captiuoſq; pertrahebat: p̃ Chri aũt fidẽ, q̃ morte eius & reſurrectione firmata eſt, per eius ſanguinẽ, q̃ in remiſsionẽ fuſus eſt peccatorũ, milia credentiũ à domina tu liberantẽ diaboli, Xp̃i corpori copulantur & ſub tãto capite vno eius ſpũ fidelia membra vegetantur: hoc vocabat iudicium ad diſcretionẽ, hanc a ſuis redẽptis diaboli expulſionẽ. Deniq; attẽde quid dicat: quaſi quæremus qd eſſet q̃ ait, Nunc iudiciũ eſt mũdi ſecutus expoſuit: ait. n. Nunc princeps huius mũdi eiicietur foras.) Audiuimus quale dixerit eſſe iudiciũ: nõ ergo illud quod in fine venturũ eſt, vbi viui & mortui iudicãdi ſunt
E alijs ad dexterã, alijs ad ſiniſtrã ſeparatis, ſed iudiciũ quo princeps huius mũdi eijcietur foras: Quo ergo intus erat, & quo eũ eijciendũ dixit foras? Nũq̃d nã in mundo erat, & extra mũdũ miſſus eſt foras? Si. n. de illo iudicio diceret q̃ in fine venturũ eſt, poſſet aliquis opinari ignẽ ęternũ, quò mittendus eſt diabolus & angeli eius, & oẽs qui ſunt ex parte eius nõ natura ſed vitio: nõ qa creauit aut genuit, ſed quia perſuaſit & tenuit. Poſſet ergo

aliquis opinari illũ ignẽ ꝛternũ extra mũdũ
esse,& hoc esse dictũ, eijcietur foras: quod
vero ait, Nunc iudiciũ est mũdi, exponẽs ꝙ
dixerit, Nũc, inquit, princeps huius mundi
eijcietur foras:intelligendũ est quod nũc fit,
non quod tñ post futurũ est in nouissimo
F die. Præuidebat ergo dñs quod sciebat,post
passionem & glorificationẽ suã per vniuer-
sum mundũ multos populos credituros, in
quorũ cordibus diabolus intus erat, cui qñ
ex fide renunciãt, eijcitur foras:sed dicit ali
quis, Nunquid de corporib.Patriarcharũ &
Prophetarũ, veterumq; iustorũ nõ eiectus ẽ
foras? Eiectus est planè. Quo ergo dictũ est,
nũc eijcietur foras? quo putamus, nisi quia
tũc ꝙ in hominib.paucissimis factũ est,nũc
in multis magnisq; populis iã mox futurum
esse prædictũ est?Sic & illud quod dictũ est,
Spiritus aũt nondũ erat datus,quia Iesus nõ-
Ioan.7. dũ fuerat glorificatus,põt similẽ habere quẽ
stionẽ,& similẽ solutionẽ:non.n.sine spiritu
sancto futura prænunciauerũt Prophetę: aut
non ẽt dñm infantẽ in spiritusancto Simeon
senex & Anna vidua cognouerunt, & Za-
charias & Helisabet, qui de illo nõdũ nato,
sed iã concepto, tanta per spiritumsanctum
prædixerunt. Sed spiritus nõdũ erat datus.i.
Luc. 1. illa abundantia gratiæ spiritalis,qua congre-
& 2. gati linguis omniũ loquerentur, ac sic in lin
guis omniũ gentium futura prænunciaretur
Ecclesia, qua gratia spiritali populi congre-
garentur,qua longe lateq; peccata dimittere
tur,& milia miliũ Deo recõciliarent. Quid
ergo,ait quispiã, quia diabolus de credẽtiũ
cordibus eijcitur foras? Iam fideliũ neminẽ
tẽtat?imo vero tentare nõ cessat. Sed aliud ẽ
intrinsecus regnare, aliud forinsecus oppu-
gnare:nã & minutissimã ciuitatẽ aliquando
1.Th.5. hostis oppugnat, nec expugnat. Et si aliqua
tela eius missa perueniũt, admonet Apostõ-
lus vnde nõ lędãt cõmemorat loricã & scu-
tũ fidei.Et si aliqñ vulnerat, adest q sanat, qa
sicut pugnãtibus dictũ est,Hæc scribo vobis
vt nõ peccetis.ita qui vulnerantur, ꝙ sequit
G audiunt,& siquis peccauerit,aduocatũ habe
mus apud patrẽ Iesum Christũ iustũ, & ipse
1.Ioan.2 est propitiatio peccatorũ nostrorũ. Quid.n.
Matt.6. oramus cũ dicimus, Dimitte nobis debita no
stra: nisi vt vulnera nostra sanẽtur? Et quid a-
liud petimus cũ dicimus, Ne nos inferas in
tentationẽ:nisi vt ille qui insidiatur, vel cer-
tat extrinsecus, nulla irrũpat ex parte, nulla
nos fraude,nulla nos possit virtute superare?
Quantaslibet tñ aduersum nos erigat machi
nas, qñ non tenet locũ cordis vbi fides habi
tat,eiectus est foras, Sed nisi dñs custodierit
ciuitatẽ,invanũ vigilabit qui custodit eã.No
lite ergo vobisipsis pręsumere, si non vultis Ps.126.
foras eiectũ diabolũ intro iterũ?euocare. Ab
sit autẽ vt diabolũ mundi principẽ ita dictũ
exist imemus,vt eum cęlo & terræ dominari H
posse credamus: sed mundus appellatur in
malis hominibus,qui toto orbe terrarũ diffu
si sunt,sicut appellatur domus in his, à quib.
habitatur, secundũ quod dicimus,bona do-
mus est,vel mala domus est,non quando re-
prehendimus siue laudamus ędificiũ parie-
tũ atq; tectorũ, sed qñ mores vel bonorum
hominũ vel malorũ:sic ergo dictũ est, Prin-
ceps huius mundi.i. princeps malorum om
niũ qui habitant in mundo. Appellatur etiã 2.Cor.5.
mundus in bonis,qui similiter toto terrarum
orbe diffusi sunt:vnde dicit Apostolus, Deus
erat in Christo, mũdum reconciliãs sibi: hi
sunt ex quorũ cordibus princeps huius mũ-
di eijcietur foras.Cũ ergo dixisset, Nũc prin
ceps huius mundi eijcietur foras:Et,ego,in-
quit,si exaltatus fuero à terra,omnia trahã
post me. § Supra dixit dñs, vt audistis, cum Alias ad
Euangeliũ legeretur,omnia trahã post me:q me.
omnia,nisi ex quibus ille eijcietur foras? Nõ
autem dixit omnes, sed omnia:non.n. om-
niũ est fides. Non itaq; hoc ad vniuersitatẽ 2.Thes.
hominũ retulit, sed ad creaturæ integritatẽ,
idest,spiritũ & animã & corpus,& illud quo
intelligimus,& illud quo viuimus, & illud
quo visibiles & contrectabiles sumus:qui e- Luc.21.
nim dixit, Capillus capitis vestri non peri- 1.Pet.
bit,oĩa trahit post se.Aut si omnia,ipsi homi
nes intelligendi sunt,omnia prædestinata ad
salutẽ possumus dicere, ex quibus omnibus
ait nihil esse periturũ, cũ supra de suis ouib. Ps.12
loqueretur.Aut certe omnia hominũ genera
siue in linguis omnibus, siue in ætatibus om
nibus,siue in gradibus bonorũ omnibus,§ si- I
ue in diuersitatibus ingeniorum omnibus,§
siue in artium licitarum & vtiliũ professio-
nibus omnibus,& quicquid aliud dici põt
secundum innumerabiles differentias, qui-
bus inter se põter sola peccata hoĩes distãt ab
excelsissimis vsq; ad humilimos,a rege vsq;
ad mendicum, omnia, inquit, traham post
me,

me,vt ſim caput eorũ,& illi mẽbra mea. Sed ſi exaltatus, inquit, fuero à terra, hoc eſt, cũ exaltatus fuero: non.n.dubitat futurũ eſſe, q̃ venit implere. Hoc refertur ad illud q̃ ſuperius ait, Si aũt mortuũ fuerit granũ, multum fructũ affert: nã exaltationem ſuã quid aliud dixit q̃ in cruce paſſionẽ? q̃ & ipſe Euangeliſta non tacuit: ſubiunxit etenim & ait, Hoc
K aũt dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus. Rñdit ei turba, Nos audiuimus ex lege, quia Chriſtus manet in æternũ, & qũo tu dicis oportet exaltari filiũ hominis? Et quis eſt iſte filius hominis?) Memoriter tenuerũt q̃ dñs dicebat aſsidue ſe eſſe filiũ hominis: nã hoc loco nõ ait, ſi exaltatus fuerit à terra filius hominis, ſed ſuperius dixerat, q̃ heſterno die lectũ atq; tractatũ eſt, qñ nunciati sũt Gentiles illi, qui eũ videre cupiebant, venit hora vt glorificetur filius hominis. Hoc itaque iſti animo retinentes, & q̃ nunc ait, Cũ exaltatus fuero a terra, mortẽ crucis intelligentes, quæſierunt ab illo & dixerũt, Nos audiuimus ex lege quia Chriſtus manet in æternũ, & qũo tu dicis, oportet exaltari filiũ hominis? Quis eſt iſte filius hominis? Si.n. Chriſtus eſt, inquiunt, manet in æternũ: ſi manet in æternũ, qũo exaltabitur a terra, i. qũo crucis paſsione morietur? Hoc.n. eũ dixiſſe intelligebant, q̃ facere cogitabant, non ergo eis verborũ iſtorũ obſcuritatẽ aperuit infuſa ſapientia, ſed ſtimulata conſcientia. Dixit ergo eis Ieſus, Adhuc modicũ lumẽ in vobis eſt.) Hinc ergo eſt q̃ intelligitis, quia Chriſtus manet in æternũ. Ergo ambulate dum lucem habetis, vt non tenebræ vos cõprehendant.) Ambulate accedite, totã intelligite, & moriturum Chriſtũ, & victurum in æternũ, & ſanguinem fuſurum quo redimat, & aſcenſurũ in ſublimia, quo perducat: tenebræ autẽ vos cõprehẽdent, ſi eo modo crediderit Chriſti æternitatẽ, vt negetis in eo mortis humili
L tatẽ. Et qui ambulat in tenebris, neſcit quò vadat. ℣ Sic põt offendere in lapidẽ offenſionis, & petrã ſcandali, q̃ fuit dñs cęcis Iudeis, ſicut credentib. lapis, quẽ reprobauerunt ædificantes, factus eſt in caput anguli. Hinc dedignati ſunt credere in Chriſtũ, quia eorũ impietas contẽpſit mortuũ, riſit occiſum. Et ipſa erat mors grani multiplicãdi, & exaltatio trahentis poſt ſe oĩa. Dũ lucem, inquit, habetis, credite in lucẽ, vt filij lucis ſitis.) Cũ aliquid veri auditũ habetis, credite in veritatẽ, vt renaſcamini in veritatem. Hęc locutus eſt Ieſus, & abijt & abſcondit ſe ab eis.) Nõ ab eis qui credere & diligere cęperant, non ab eis qui cũ ramis palmarũ & laudibus obuiã venerant, ſed ab eis q̃ videbant & inuidebãt, quia nec videbãt: ſed in lapidẽ illum cęcitate offendebant. Cũ aũt abſcõdit ſe Ieſus ab eis, qui eũ occidere cupiebant, q̃ ſæpe p̃p obli
uionem commonendi eſtis, noſtræ infirmitati conſuluit, non ſuæ poteſtati derogauit. M

Ab eo quod ſcriptum eſt, Cum autem tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum: vſque ad id quod ait, Dilexerunt gloriam hominũ magis q̃ Dei. Tract. LIII.

PRænunciata dñs Chriſtus paſsione ſua, & morte fructuoſa in exaltatione ſanctæ Crucis, vbi dixit ſe omnia tracturũ eſſe poſt ſe, cum intellexiſſent Iudęi q̃ de ſua morte dixiſſet, & propoſuiſſent ei quæſtionẽ, qũo diceret ſe eſſe moriturum, cũ ex lege audierint, q̃ Chriſtus manet in æternum, hortatus eſt eos, vt dum adhuc modicum lumẽ in eis eſſet, quo Chriſtum æternũ eſſe didiciſſent, ambularent vt totum diſcerent, ne comprehenderentur à tenebris: & cũ hæc eſſet locutus, abſcondit ſe ab eis. Hæc in ſuperioribus dominicis lectionibus verbisque didiciſtis. Deinde intulit Euangeliſta vnde hodiernum *Eſaia 53.* capitulum recitatum eſt, & ait, Cum autem tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum, vt ſermo Eſaiæ Prophetæ impleretur quem dixit, Domine, quis credidit auditui noſtro, & brachium dñi cui reuelatum eſt?) Vbi ſatis oſtendit brachium domini ipſum filium Dei nuncupatũ, non q̃ Deus pater figura determinetur carnis humanæ, eiq; filius tanquam membrũ corporis hæreat, ſed quia omnia per ipſum facta ſunt, ideo brachium domini dictum eſt. Sicut enim tuum A
brachium, per quod operaris, ſic Dei brachium dictum eſt eius verbum, quia per verbum mundum operatus eſt. Cur enim homo vt aliquid operetur brachium extendit, niſi quia non continuo fit q̃ dixerit? Si autem tãta poteſtate præualet, vt ſine vllo motu corporis ſui quod diceret fieret, brachium eius verbum eius eſſet, quia verbum eſt cogitabile vel ſonabile: ſed dominus Ieſus vnigenitus *Ioan. 1.*

Dei patris filius, ſicut non eſt pr̃ni corporis mẽbrũ, ita non eſt cogitabile vel ſonabile ac tranſitoriũ verbũ, quia cũ oĩa per ipſum facta sũt, Dei verbũ erat. Cũ ergo audimus brachiũ Dei patris eſſe Dei filiũ, nõ nobis obſtrepat cõſuetudo carnalis, ſed quantũ illo donãte poſſumus, virtutẽ Dei & ſapientiã cogitemus, per quã facta ſunt oĩa. Tale quippe brachiũ nec porrectũ extenditur, nec collectũ cõtrahitur: non eſt. n. ipſe qui pr̃, ſed vnũ sũt ipſe & pater, & æqualis patri, vbiq; totus eſt ſicut pater, ne aliqua pateat occaſio deteſtabili errori, eorũ, qui dicũt ſolũ eſſe patrẽ, ſed pro diuerſitate cauſarũ ipſum dici filiũ, ipsũ dici ſpm̃ ſanctũ, & in his verbis audent dicere, Ecce videtis, qa ſolus eſt pater, ſi brachiũ eius eſt filius: non. n. duæ, ſed vna perſona eſt homo & brachiũ eius, nõ intelligentes, neq; aduertẽtes, qũo verba de reb. alijs ad res alias transferantur pp aliquã ſimilitudinẽ ẽt in locutionib. quotidianis de viſibilib. & notiſſimis rebus, quanto magis vt nobis ineffabilia qualitercunq; dicãtur, q̃ dici ſicuti ſunt, omnino non poſſunt. Nã & homo alterũ hominẽ per quẽ ſolet agere quicquid agit brachiũ ſuũ appellat, & ſi ei auferat̃, dolẽs dicit brachiũ meũ perdidi: & ei qui abſtulerit dicit, brachiũ meũ mihi abſtuliſti. Intelligãt ergo qũo dictus ſit filius patris brachiũ, per qp pater operatus eſt oĩa, ne hoc non intelligẽdo, & in ſui erroris tenebris permanẽdo, ſimile ſint Iudęis ipſis de quib. dictũ ẽ, & brachiũ dñi cui reuelatũ eſt? Hic occurrit altera qõ, de qua quidẽ vt cõpetenter aliquid diſputetur, & oẽs eius latebroſiſſimi ſinus perſcrutentur, & excutiantur vt dignũ eſt, nec mearũ viriũ eſſe arbitror, nec anguſtiarũ tẽporis, nec veſtræ capacitatis. Tñ qa tranſire ad alia veſtra expectatione non ſinimur, niſi aliquid inde dicamus, accipite qp poterimus, & vbi C veſtræ expectationi non ſuffecerimus, ab illo incrementũ poſcite, qui nos plantare poſuit & rigare: quia ſicut dicit Apoſtolus, Neque qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incrementũ dat Deus. Quidam ergo inter ſe 1. Cor. 3. muſsitant, & vbi poſſunt aliqñ proclamant, & turbulenta diſceptatione cõtendunt, dicẽtes, Quid fecerunt Iudęi, vel quæ culpa eorũ fuit, ſi neceſſe fuit, vt ſermo Eſaiæ Prophetæ impleretur quem dixit, Dñe quis credidit auditui noſtro, & brachiũ dñi cui reuelatũ Eſa. 53.

B

eſt? Quib. reſpondemus, Deũ præſciũ futurorũ, per Prophetã prædixiſſe infidelitatẽ Iudęorũ, prædixiſſe tñ, non feciſſe: non. n. propterea quenq̃ Deus ad peccandũ cogit, quia futura hominũ peccata iã nouit: ipſorum. n. præſciuit peccata, non ſua, non cuiuſquã alterius, ſed ipſorũ. Quapropter ſi ea quæ ille præſciuit ipſorũ, non ſunt ipſorũ, non vere D ille præſciuit: ſed quia illius præſcientia falli non põt, ſine dubio non alij, ſed ipſi peccãt, quos Deus peccaturos eſſe præſciuit. Fecerunt ergo pctm̃ Iudęi, qp eos non cõpulit facere, cui pctm̃ non placet, ſed facturos eſſe prædixit, quẽ nihil latet. Et ideo ſi non malũ, ſed bonum facere voluiſſent, non prohiberentur, & hoc facturi præuiderentur ab eo qui nouit quid ſit quiſq; facturus, & quid ei ſit pro eius opere redditurus. Sed quæ ſequũtur Euangelij verba plus vrgent, & profundiorẽ faciunt qõnem, adiungit enim & dicit, Propterea non poterant credere, quia iterũ dicit Eſaias, Excęcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorũ, vt nõ videant oculis, & intelligant corde, & cõuertẽtur & ſanẽ illos) Dr̃. n. nobis, Si nõ potuerunt credere, qp peccatũ eſt hominis nõ facientis qp non põt facere? Si aũt non credendo peccauerunt, potuerunt ergo credere & non fecerunt. Si ergo potuerunt qũo dicit Euangelium, propterea non poterant credere, quia iterũ dicit Eſaias, Excęcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorum, vt quod eſt grauius, ad Deum referatur cauſa quia non crediderunt: qñquidem ipſe excęcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorum. Non. n. ſaltẽ hoc de diabolo dr̃, ſed de Deo, qp ipſa prophetica ſcriptura teſtatur. Nam ſi arbitremur hoc dictũ de diabolo, qp excęcauit oculos eorũ, & cor indurauit, laborandũ eſt qũo illorum culpam, quia non crediderunt, poſsimus oſtendere, de quibus dicitur, non poterant credere. Deinde quid E reſpõdebimus de alio Prophetæ ipſius teſtimonio, qp poſuit Paulus Apoſtolus dicens, Rom. 11. Quod q̃rebat Iſrael hoc non eſt conſecutus, Eſa. 6. electio aũt cõſecuta eſt, cęteri vero excęcati ſunt, ſicut ſcriptum eſt, Dedit illis Deus ſpm̃ cõpunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant, vſque in hodiernum diẽ. Audiſtis fratres mei propoſitam quæſtionem, nempe quam profunda ſit cernitis: ſed reſpondemus vt poſſumus. Non poterãt

credere

credere, quia hoc Esaias Propheta prædixit: hoc aũt Propheta prædixit, quia Deus hoc futurũ esse præsciuit. Quare aũt nõ poterãt, si a me quæratur, cito respõdeo, quia nolebãt, malã quippe eorũ voluntatẽ præuidit Deus, & per Prophetã prænũciauit ille, cui abscondita futura non possunt. Sed aliã causam, inquis, dicit Propheta, nõ voluntatis eorũ: quã causam dicit Propheta? Quia dedit illis Deus spiritũ cõpunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant, & excęcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorũ: etiam hoc eorum voluntatẽ meruisse respõdeo: sic.n. excęcat, sic obdurat Deus deserendo & non adiuuãdo, quod occulto iudicio facere põt, iniquo non põt. Hoc omnino pietas religiosorum incõcussum debet inuiolatũq; seruare, sicut Apostolus dicit, cum eandẽ ipsam tractaret difficillimã quæstionẽ. Quid ergo dicemus, inquit? Nunquid iniquitas est apud Deũ? Absit, Si ergo absit, vt sit iniquitas apud Deum, siue qñ adiuuat, misericorditer facit, siue qñ nõ adiuuat, iuste facit: quia omnia nõ temeritate, sed iudicio facit. Porro si iudicia sanctorũ iusta sunt, quanto magis sanctificantis & iustificantis Dei? Iusta ergo sunt, sed occulta. Ideo cũ quæstiones huiusmodi in mediũ venerint, quare alius sic, alius aũt sic: quare ille Deo deserente excęcat, ille Deo adiuuãte illuminetur, non nobis iudiciũ de iudicio tanti iudicis vsurpemus, sed contremiscentes exclamemus cũ Apostolo, O altitudo diuitiarũ sapientię & scientię Dei q̃ inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius: vnde dictũ est in Psalmo, Iudicia tua abyssus multa. Nõ ergo me fratres ad hãc penetrandã altitudinẽ, ad hãc abyssum discutiendã, ad inscrutabilia perscrutãda, expectatio vestræ charitatis impingat. Agnosco modulũ meũ sentire mihi videor ẽt modulũ vestrũ: altius est hoc incrementis meis, & fortius viribus meis, puto quia & vestris. Simul ergo audiamus admonentẽ scripturã atq; dicentẽ, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne perscrutatus fueris, non quia ista negata sunt nobis, cũ Deus magister dicat, Nihil est occultũ q̃ nõ reuelabitur. Sed si in quod peruenimus in eo ambulamus, sicut dicit Apostolus: nõ solũ quod nescimus, & scire debemus: sed ẽt si quid aliter sapimus, id quoque nobis Deus reuelabit. Peruenimus aũt in viã fidei, hãc perseuerantissime teneamus, ipsa perducit ad cubiculũ regis, in quo sunt oẽs thesauri sapiẽtię & scięẽtiæ abscõditi, Nõ.n. ipse dñs Iesus Christus suis illis magnis & p̃cipue electis discipulis inuidebat, qñ eis dicebat. Multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis illa portare modo. Ambulandũ est, proficiendũ est, crescendũ est, vt sint corda nostra capacia earũ rerum, quas capere mõ nõ possumus. Quod si nos vltimus dies proficiẽtes inuenerit, ibi discemus quod hic nõ potuimus. Si qs aũt istã quæstionẽ liquidius & melius nouit se posse & confidit exponere, absit, vt non sim paratior discere q̃ docere, tm̃ ne audeat quisquã liberũ arbitriũ sic defendere, vt nobis orationẽ qua dicimus, Ne nos inferas in tẽtationẽ, conetur auferre: rursus ne quisquã neget voluntatis arbitrium, & audeat excusare peccatũ. Sed audiamus dñm & præcipientẽ, & opitulantẽ, & iubentẽ qd facere debeamus, & adiuuantem vt implere possimus: nã & quosdã nimia suæ voluntatis fiducia extulit in superbiã: & quosdã nimia suę voluntatis diffidẽtia deiecit in negligentiã. Illi dicunt, vt quid rogamus Deũ ne vincamur tentatione, quod in nostra est ptãte? Isti dicunt, vt quid conamur bene viuere, q̃ in Dei est ptãte? O dñe, ò pater qui es in cęlis, ne nos inferas i quãlibet istarũ tẽtationũ, sed libera nos à malo. Audiamus dñm dicentẽ, Rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua. Nec si existimemus fidẽ nostrã esse in libero arbitrio, vt diuino nõ egeat adiutorio: audiamus & Euangelistã dicentẽ, Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri: ne oĩno existimemus i nostra potestate nõ esse q̃ credimus, veruntã in vtroq; illius beneficia cognoscamus: nã & agendæ sunt gratię, quia data est potestas, orandũ ne succũbat infirmitas. Ipsa est fides quę per dilectionẽ operatur, sicut eius mẽsurã dñs cuiq; partitus est: vt qui gloriatur, nõ in seipso, sed in dño glorietur. Nõ itaq; mirũ est quia non poterant credere, quorũ voluntas sic superba erat, vt ignorantes Dei iustitiã, suã vellent constituere: sicut dicit de illis Apostolus, Iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. Quia.n. nõ ex fide, sed tãq̃ ex operib. tumuerũt, ipso suo tumore cęcati, offenderũt in lapidẽ offensionis. Sic aũt dictũ est, nõ poterãt vbi intelligendũ est q̃ nolebant, quemadmodũ dictũ est de dño Deo nostro, si nõ credimus,

mus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest: de omnipotēte dictū est, nō pōt. Sicut ergo ꝙ dñs negare seipsum nō potest, laus est voluntatis diuinę, ita ꝙ illi nō potē rant credere, culpa est volūtatis humanę. Ec ce dico & ego, ꝙ qui tā superbe sapiunt, vt K suę voluntatis viribus tm̄ existiment esse tribuendū, vt negent sibi esse necessariū diuinū adiutoriū ad bene viuendū, non possunt credere in Christū. non. n. aliqd prosunt syllabæ *Rom 4.* nominis Christi, & sacramenta Christi, vbi resistitur fidei Christi. Fides autē Christi, est credere in eū qui iustificat impiū: credere in mediatorē, fine quo interpositio reconciliamur Deo, credere in saluatorē, qui venit ꝙ perierat quærere atq; saluare: credere in eū *Ioan. 15.* qui dixit, Sine me nihil potestis facere. Qui ergo ignorās Dei iustitiā qua iustificatur impius, suā vult cōstituere qua cōuincatur superbus, in hunc non pōt credere: hinc & illi non poterant credere, nō quia mutari in melius hoies non possunt, sed quandiu talia sapiunt non possunt credere. Hinc excęcantur & indurantur, quia negando diuinū adiutoriū non adiuuantur. Hoc de Iudęis qui excęcati & indurati sunt Deus pſciuit, atq; in eius spiritu Propheta prædixit: quod vero addidit. Et conuertantur & sanē eos,) vtrū subaudiendū sit, non, ideſt, non cōuertantur, cōnexa desuper sententia, vbi dictū est, vt nō videant oculis & intelligant corde, quia & hic *Psal. 78.* vtiq; dictū est, vt non intelligāt. Et ipsa. n. cōuersio de illius gratia est cui dicitur, Deus virtutū cōuerte nos. An forte & hoc de supernæ medicinæ misericordia factū intelligendū est, vt qm̄ supernę & peruersæ voluntatis erant, & suā iustitiā cōstituere volebāt, ad hoc desererentur, ad hoc excęcarētur, vt *Psal. 82.* offenderent in lapidē offensionis, & impleretur facies eorū ignominia, atq; ita humiliati quęrerent gloriā dñi, & nō suā, qua inflatur superbus: sed iustitiā Dei, qua iustifica tur impius. Hoc. n. multis eorum profecit in L bonum, qui de se suo scelere compuncti, in *Luc. 23.* Christū postea crediderūt, pro quibus & ip- *Rom. 10.* se orauerat dicens, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciūt: de qua eorū ignorantia & Apostolus dicit, Testimoniū illis perhibeo, quia zelum Dei habent, sed non secundū scientiā: tunc etenim hoc subiunxit atq; ait, Ignorantes. n. Dei iustitiā, & suā volentes cōstituere, iustitiæ Dei nō sunt subiecti. Hęc dixit Esaias, quādo vidit gloriā eius, & locutus est ď eo.) Quid viderit Esaias, & hoc qūo ad dñm Christū pertineat, in libro eius legēdū & intelligendū est. Vidit enim non sicuti est, sed modo quodā significatiuo, sicut Pro M phetæ visio fuerat informanda: nā vidit & Moyses tamen ei quem videbat dicebat: Si in *Exo. 23.* ueni gratiā ante te, ostende mihi temetipsum manifeste vt videā te, ꝙa non videbat sicuti ē. Qū aūt nobis hoc futurū sit, idē iste sanctus Ioannes Euangelista in epistola sua dicit Di- *1. Ioan. 3.* lectissimi, filij Dei sumus, & nondū apparuit quid erimus: scimus quia cū apparuerit, similes ei erimus, quoniā videbimus eū sicuti est. *Iac. 4* *1. Pet.* poterat dicere qm̄ videbimus eū, & non addere, sicuti est. Sed quia sciebat à quibusdā patribus Prophetis visum, sed non sicuti est: ideo cū dixisset, videbimus eum: addidit, sicuti est, Nemo enim vos fallat fratres eorū qui dicunt inuisibilē patrem, & visibilem filium. Hi. n. hoc asserunt qui putant eum esse creaturā, nec intelligunt secundum quod dictū est, Ego & pater vnū sumus, prorsus in *Ioan. 10.* forma Dei, in qua æqualis est patri, ēt filius inuisibilis est. Vt aūt ab hominibus videretur formā serui accepit & in similitudinē hominū factus, visibilis factus est. Ostendit ergo se etiā anteq̄ susciperet carnē oculis hominū, sicut voluit in subiecta creatura, non sicuti est. Mundemus corda per fidē, vt illi ineffabili, & vt dicā, inuisibili visioni ꝑparemur. Beati. n. mundo corde quoniā ipsi Deū vide bunt. Veruntamen & ex principibus multi *Mat. 5.* credidetunt in eū, sed propter Pharisęos nō cōfitebantur, vt de synagoga non eijcerētur: dilexerūt enim gloriā hominū magis quam gloriā Dei.) Videte quemadmodū notauerit Euangelista & improbauerit quosdā, quos tamē in eū credidisse dixit, qui in hoc ingressu fidei si proficerent, amorē quoq; humanę *Gal. 6.* gloriæ proficiendo superarent, quam superauerat Apostolus dicens, Mihi aūt absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quē mihi mundus crucifixus est & e- A go mundo. Adhoc. n. & ipse dñs crucē suā, vbi eum dementia superbæ impietatis irrisit, in eorū qui in illum crederent frontibus fixit, vbi est quodammodo sedes verecundię, vt denomine eius fides non erubescat, & magis Dei gloriam quam hominum diligat.

Ab eo ꝙ ait Iesus, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me, vsq; ad id ꝙ ait, Sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam & quid loquar. Tract. LIIII.

LOquente dño nostro Iesu Christo apud Iudęos, & tanta miraculorũ signa faciẽ
B te, quia crediderunt prædestinati in vitã æternã, quos ẽt vocauit oues suas: quidã vero nõ crediderunt, nec poterant credere, eo ꝙ occulto, nec tñ iniusto iudicio Dei fuerant excęcati & indurati, deserente illo qui superbis resistit, humilib. aũt dat gratiam. Eorum
Iac. 4. aũt qui crediderunt, alij vsqueadeo confite-
1. Pet. 5. bantur, vt palmarũ ramis acceptis veniẽti occurrerent, in eadẽ laudis confessione lętãtes. Alij vero ex Principibus, non audebant confiteri, vt de synagoga non eijcerentur, quos notauit Euangelista dicens, ꝙ dilexerunt gloriã hominũ magis ꝙ̃ gloriã Dei. Eorum etiã qui non crediderunt, alij erant postea crediturí, quos præuidebat vbi ait, Cũ exaltaueritis filiũ hoís, tunc agnoscetis quia ego sum. Alij vero in eadẽ infidelitate mansuri, quorũ imitatrix est ẽt ista gens Iudęorum, quæ post modũ debellata, ad testimoniũ prophetiæ, quę de Christo scripta est, in toto penè orbe dispersa est. His ita se habentibus, & sua iam propinquante passione, Iesus clamauit & dixit,) vnde lectio cępit hodierna, Qui credit in me, non credit in me, sed in eũ qui misit me. Et qui videt me, uidet eũ qui misit me.)
Ioan. 8. Ioan. 10. Ioan. 7. Sup. tract. 29. Iam dixerat quodã loco, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me: ubi intellexímus eũ doctrinã suam dixisse uerbũ patris, ꝙ est ipse, & hoc significasse dicendo, Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit, ꝙ a seipso non esset, sed haberet a quo esset. Deus.n. de Deo, filius patris: pater aũt non Deus de Deo, sed Deus pater filij. Nunc aũt ꝙ ait, Qui credit in me, nõ credit in me, sed in eũ qui misit me, qũo intellecturi sumus, nisi quia homo apparebat hoíbus, cũ lateret Deus? Et ne putarent hoc eũ esse tantũmodo
C ꝙ uidebant, talem ac tñ se uolens credi, qualis & quantus est pater. Qui credit in me, inquit, non credit in me, i. in hoc ꝙ uidet, sed in eũ qui misit me, i. in patrem. Sed qui credit in patrem, necesse est eũ credat esse patrẽ: qui aũt credit eum patrem, necesse est vt credat eũ habere filium: ac per hoc qui credit in patrẽ, necesse est ut credat in filiũ. Sed ne quis ꝙ̃ hoc credat de vnigenito filio, ꝙ de ijs qui dicti sunt filij Dei secundum gratiam, non naturam: sicut ait Euangelista, Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri: unde & illud est ꝙ dñs cõmemorauit in lege dictum, Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Propterea dixit, Qui credit in me, non credit in me, ne to tũ ꝙ de Christo creditur, secundum hominẽ crederetur. Ille ergo, inquit, credit in me, ꝙ̃ non credit in me secundũ id ꝙ me uidet, sed in eũ qui me misit: vt cũ credit in patrẽ, cre- D
Ioan. 1. Psal. 81. dat eum habere filium sibi æqualem, & tunc uere credit in me: nam si putauerit eum non habere nisi filios secundũ gratiam, qui sunt eius utiq; creatura, non uerbũ, sed facta per uerbũ, nec habere filium æqualem sibi atq; coæternũ, semper natum, pariter incõmutabilem, ex nullo dissimilẽ atq; imparem, non credit in patrẽ qui eũ misit, quia non est hic pater qui eum misit. Et ideo cũ dixisset, qui credit in me, non credit in me, sed in eũ qui misit me: ne putaretur sic uoluisse patrem intelligi, tanꝙ̃ patrem multorũ filiorũ per gratiam regeneratorũ, non unici uerbi æqualis sibi, continuo subiecit. Et qui uidet me, uidet eũ qui misit me.) Nũquid ait, qui uidet me, non uidet me, sed eũ qui misit me: sicut dixerat, qui credit in me, non credit in me, sed in eũ qui misit me? Illud nanq; dixit, ne sicut videbatur, crederetur tantũmodo filius hominis: hoc aũt dixit, ut patri crederetur ęqualis: Qui credit in me, inquit, non credit in hoc ꝙ uidet me, sed credit in eũ qui misit me: aut cũ credit in patrem, qui sibi æqualẽ genuit, me, non qũo me uidet, sed sic credat in me, qũo in eum qui misit me: usqueadeo.n. nihil distat inter eũ & me, ut qui me uidet, uideat eum qui me misit. Apostolos suos certe ipse dñs Christus misit, ꝙ eorum etiam nomen indicat: nam sicut Græce angeli, Latine nuncij uocantur, ita Græce Apostoli, Latine mis- E
si appellantur: nunquam tamen aliquis Apostolorũ dicere auderet, qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me, omnino.n. nõ diceret, ꝙ credit in me: credimus.n. Apostolo, sed non credimus in Apostolũ: nõ enim Apostolus iustificat impiũ. Credẽti.n. in eum qui iustificat impiũ, deputatur fides eius ad iustitiã. Posset dicere Apostolus: qui Rom. 4.

recipit me, recipit eũ qui me misit: vel, q̃ audit me, audit eũ qui me misit: hoc. n. eis ipse dñs ait, qui vos recipit, me recipit: & qui recipit me, recipit eũ qui me misit: quia dñs honoratur in seruo, & pater in filio, sed p̄ tā̃ in filio, dñs tan̄ in seruo: filius aũt vnigenitus recte dicere potuit, credite in Deũ, & in me credite: & p̃ nunc ait, qui credit in me, non credit in me, sed in eũ qui misit me: nõ à se abstulit fidẽ credentis, sed noluit in forma serui remanere credentẽ, qm̃ cũ quisque credit in patrẽ qui eũ misit, profecto credit
F in filiũ, sine quo patrem nõ esse cognoscit, & ita credit vt credat æqualem, qm̃ sequitur, & qui videt me, videt eũ qui me misit. Attende cętera: Ego lux in mundũ veni, vt oĩs qui credit in me, in tenebris nõ maneat.) Dixit quodã loco discipulis suis: Vos estis lux mundi.
Mat. 5. Non põt ciuitas abscondi supra montẽ constituta: neq; accendunt lucernã, & ponunt eã sub modio, sed supra candelabrũ, vt luceat omnib. qui in domo sunt: sic luceat lumẽ vestrũ corã hoĩb. vt videant opera vestra bona, & glorificent patrẽ vestrũ qui in cęlis est: nõ tũ eis dixit, vos lux venistis in mundũ, vt oĩs q̃ credit in vos, in tenebris nõ maneat: nus q̃ hoc legi posse confirmo. Lumina ergo sunt oẽs sancti, sed credendo ab eo illuminãtur, à quo si recesserint, tenebrabũtur: ꝛlumẽ aũt illud quo illuminantur, ꝛ à se recedere non põt, quia incõmutabile oĩno est. Credimus ergo lumini illuminato, sicut Prophetę, sicut Apostolo, sed ideo illi credimus, vt nõ in ipsum credamus, p̃ illuminat, sed cũ illo credamus in illud lumen, à quo illuminatur, vt & nos illuminemur, non ab illo, sed cũ illo à quo ille. Cũ aũt dicit, vt oĩs q̃ credit in me, in tenebris nõ maneat, satis manifestat oẽs se ĩ tenebris inuenisse: sed ne in eis tenebris maneant in quib. inuenti sunt, debent credere in lucẽ, q̃ venit in hunc mundũ, quia per illam factus est mundus. Et si quis audierit, inquit, verba mea, & custodierit, ego nõ iudico eũ.)
G Memẽtote q̃ vos audisse in superiorib. lectionib. noui, & qui obliti forte estis, recolite, & qui nõ affuistis, sed adestis, audite quõ dicit
Ioan. 5. filius, Ego nõ iudico eũ: cũ dicat alio loco, Pater nõ iudicat quen̄, sed oẽ iudiciũ dedit filio: nisi quia intelligendũ est, modo non iudico eũ. Quare non iudicat modo? Attende quid sequitur: Non. n. veni, inquit, vt iudicẽ mundũ, sed vt saluificẽ mundũ:) ideſt, vt saluũ faciã mundũ: nunc ergo est tps misericor Ps. 100.
diæ: postea erit iudiciũ, quia misericordiam, inquit, & iudiciũ cãtabo tibi dñe: sed de ipso ẽt futuro nouissimo iudicio videte quid dicat, Qui spernit me & nõ accipit verba mea, habet qui iudicet eũ: sermo, quẽ locutus sũ, ille iudicabit eũ in nouissimo die.) Non ait, qui spernit me, & nõ accipit verba mea, ego non iudico eũ in nouissimo die. Hoc. n. si dixisset, non video qũo posset non esse cõtra- H
riũ illi snĩæ vbi ait, pater non iudicat quen̄, sed oẽ iudiciũ dedit filio: cũ vero dixit, qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eũ: expectantibus aũt quisnã ille esset, secutus adiunxit: sermo quẽ locutus sũ, ille iudicabit eũ in nouissimo die, satis manifestauit seipsum iudicaturũ in nouissimo die: seipsum quippe locutus est, seipsum annunciauit, seipsum ianuã posuit, qua ipse ad oues pastor intraret. Aliter itaq; iudicabunt, Rom. 2.
qui non audierunt, aliter qui audierũt & cõtempserunt. Qui. n. sine lege peccauerunt, ait Apostolus, sine lege & peribũt, & qui in lege peccauerũt, per legẽ iudicabuntur: Quia ego, inquit, ex meipso nõ sum locutus.) Ideo se dicit non locutũ ex seipso, quia nõ est ex seipso. Iã hoc sæpe diximus, iã hoc tan̄ notissimũ non docere, sed admonere debemus: Sed qui misit me pater, ipse mihi mandatũ dedit, quid dicã, & quid loquar.) Non laboraremus, si cũ eis nos loqui sciremus, cũ quib. superiora locuti sumus, & cũ eisipsis non omnib. sed qui audierunt memoria retinentibus: nunc vero quia fortasse aliqui adsunt, qui non audierunt, eisq; sunt similes, q̃ obliti sunt p̃ audierũt, p̃p illos perferãt moras nostras, qui audita meminerunt: qũo dat mandatũ p̄ vnico filio? Quo verbo loquit verbo, cũ sit ipse filius vnigenitũ verbũ? Nũquid per angelũ, cũ per ipsum creati sunt angeli? Nunquid per nubẽ, quæ qñ sonuit ad fi- I
liũ, non p̃p ipsum sonuit, p̃ alibi dicit ẽt ipse, sed p̃p alios quos oportebat ita audire: Nunquid per sonũ labijs emissum, qui nõ habet corpus? An aliquo locorũ interuallo filius a patre separatur, vt sit inter illos aer medius, quo percusso vox fiat & ad aurẽ veniat? Absit, vt talia de illa incorporea & ineffabili substãtia suspicemur: filius vnicus, est verbũ patris, & sapientia patris, in illo sunt oĩa mãdata

data patris: neq; n. patris mãdatũ filius aliqñ
neſciebat, vt eũ neceſſe eſſet extpe habere, q̃
antea non habebat. Ita. n. a patre q̃ habet ac-
cepit, vt naſcendo acceperit, dederitq; illi gi
gnendo, nã & uita eſt, & accepit uitã utique
naſcendo, nõ prius ſine uita exiſtendo, quia
& pater habet uitã, & q̃ habet eſt, nec acce-
K pit tñ, quia non ex aliquo eſt: filius aũt acce-
pit uitã dante patre a quo eſt, & ipſe q̃ habet
eſt: habet. n. uitam, & uita eſt. Ipſum audi lo-
quentẽ: ſicut habet, inquit, pater uitam in ſe-
metipſo, ſic dedit & filio uitã habere in ſe-
metipſo: nunquid exiſtenti, & nõ habenti de-
dit? Sed eo dedit, quo genuit, quiuitã genuit,
& uita genuit uitã, & quia parẽ genuit parẽ
genuit uitã, ideo dictũ eſt: ſicut habet ipſe vi
tã in ſemetipſo, ſic dedit & filio uitã habere
in ſemetipſo: uitã dedit, quia gignendo uitã,
quid dedit niſi eſſe uitã? Et quia æterna eſt ip
ſa natiuitas, nunq̃ non fuit filius, qui eſt uita,
nunq̃ fuit filius ſine uita: & ſicut eſt natiuitas
æterna, ſic eſt qui natus eſt uita æterna. Ita &
mandatũ non q̃ filius nõ habebat pater de-
dit: ſed, ſicut dixi, in ſapiẽtia patris q̃ eſt uer-
bũ patris, omnia mandata ſunt patris. Dr̃ aũt
mandatũ datum, quia non eſt a ſeipſo cui dr̃
datũ: & hoc eſt dare filio, ſine quo nunq̃ fi-
lius fuit, q̃ eſt gignere filiũ qui nunquã non
fuit. Sequitur aũt: Et ſcio quia mandatũ eius
uita æterna eſt.) Si ergo uita æterna eſt ipſe
filius, & uita æterna eſt mandatũ patris, quid
aliud dictum eſt, q̃ ego ſum mandatũ patris?
Proinde & id q̃ adiungit & dicit, Quæ ego
loquor, ſicut dixit mihi pater ſic loquor) nõ
accipiamus, dixit mihi, quaſi pater verba lo-
cutus ſit unico uerbo, aut egeat Dei uerbis
Dei uerbũ Dixit ergo pater filio, ſicut dedit
uitã filio, non q̃ neſciebat uel non habebat,
ſed quo ipſe filius erat. Quid eſt aũt, ſicut di-
L xit mihi pater ſic loquor: niſi, uerũ loquor?
Ita ille dixit ut uerax, ita iſte loquitur ut ueri
tas. Verax aũt genuit ueritatẽ: quid ergo iam
diceret ueritati? Non. n. imperfecta erat ueri-
tas, cui uerũ aliquid adderetur. Dixit ergo ue
ritati, quia genuit ueritatẽ. Porro ipſa ueritas
ſic loquitur, ut ei dictũ eſt, ſed intelligentib.
quos docet ut nata eſt. Vt aũt crederent ho-
mines q̃ intelligere nondũ valent, ex ore car
nis uerba ſonuerũt & abierunt: tranſuolãtes
ſoni ſtrepuerunt, peractis morulis temporũ
ſuorũ: ſed res ipſæ, quarũ ſigna ſunt ſoni, tra
iectæ quodãmodo in eorũ memoriã, qui au
dierunt, ẽt ad nos per literas, quæ uiſibilia ſi-
gna ſunt, peruenerunt: non ſic loquitur ueri-
tas intelligentib. mentib. intus loquitur, ſine
ſono inſtruit, intelligibili luce perfundit: q̃
ergo põt in ea credere natiuitatis eius æterni
tatẽ, ipſe illã ſic audit loquentẽ, ſicut ei dixit
pater q̃ loqueretur. Excitauit nos ad magnũ
deſiderium interioris dulcedinis ſuæ, ſed cre
dendo capimus, ambulando creſcimus, pro M
ficiẽdo ambulamus, ut peruenire poſsimus.

Ab eo quod ait, Ante diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus quia uenit hora eius: vſque ad id quod ait, Venit ergo ad Simonem Petrum. Tract. LV.

COena dñi ſecundũ Ioannẽ adiuuante ip *Cap. 13.*
ſo debitis eſt explicanda tractatibus, &
ut nobis poſſe donauerit, explananda. Ante
diẽ feſtũ Paſchæ, ſciens Ieſus quia venit ho-
ra eius, ut tranſeat ex hoc mundo ad patrẽ,
cũ dilexiſſet ſuos, qui erant in mũdo, in finẽ
dilexit eos.) Paſcha aũt fratres, non ſicut qui
dã exiſtimãt, Græcũ nomen eſt, ſed Hebrẽũ.
Opportuniſsimè tñ occurrit in hoc nomine
quædam congruentia utrarunq; linguarum:
quia. n. pati Græce πάσχειν dr̃, ideo Paſcha
paſsio putata eſt, uelut hoc nomen a paſsio-
ne ſit appellatũ: in ſua uero lingua, hoc eſt in
Hebrẽa Paſcha tranſitus dr̃, propterea quia
tunc primũ Paſcha celebrauit populus Dei,
qñ ex Aegypto fugientes, rubrũ mare tranſie
runt: nunc ergo figura illa prophetica in ue-
ritate cõpleta eſt, cũ ſicut ouis ad immolan-
dũ ducit Chriſtus, cuius ſanguine illitis po- *Eſa. 53.*
ſtibus nr̃is, i. cuius ſigno crucis ſignatis fron *Exo. 14.*
tib. noſtris, a perditione huius ſeculi tanq̃ a
captiuitate, uel interẽptione Aegyptia libera
mur, & agimus ſaluberrimũ trãſitũ, cũ a dia-
bolo tranſimus ad Chriſtũ, & ab iſto inſtabi
li ſeculo ad eius fundatiſsimũ regnum: ideo
quippe ad Deũ permanentẽ tranſimus, ne cũ
mundo tranſeunte tranſeamus: de hac nobis A
collata gratia Deũ laudans Apoſtolus dicit,
Qui eruit nos de ptãte tenebrarũ, & trãſtulit *Col. 1.*
i regnũ filij claritatis ſuæ. Hoc itaq; nomẽ, i.
Paſcha, q̃ Latine, ut dixi, tranſitus nuncupa-
tur, uelut interpretans nobis beatus Euangeli
ſta: Ante diẽ, inquit, feſtũ Paſchæ, ſciẽs Ieſus
quia uenit hora eius ut tranſeat ex hoc mũ-

do

do ad patrẽ,ecce Pascha,ecce transitus. Vnde & quò? De quo.ſ.mũdo ad patrẽ. Spes mẽ bris in capite data eſt, ꝙ eſſent illo trãſeunte ſine dubio ſecutura: quid ergo ĩfideles, & ab hoc capite,atq; ab eius corpore alieni? Nõne & ipſi trãſeunt,quia nõ permanent? Trãſeunt planè & ipſi: ſed aliud eſt trãſire de mũ
B do,aliud eſt trãſire cũ mũdo: aliud ad patrẽ, aliud ad hoſtẽ:nã & Aegyptij tranſierunt,nõ in perſequendo manſerũt, nõ tñ tranſierunt per mare ad regnũ,ſed in mari ad interitum. Sciens ergo Ieſus quia venit hora eius, vt trã ſiret ex hoc mundo ad patrẽ: Cum dilexiſſet ſuos,qui erant in mũdo, in finẽ dilexit eos.)
Rom. 10. Vtiq; vt & ipſi de hoc mundo vbi erant, ad ſuũ caput, ꝙ hinc tranſiſſet, eius dilectione tranſirent: quid eſt.n.in finẽ niſi in Chm̃? Finis.n. legis Chs̃,ait Apoſtolus, ad iuſtitiam omni credẽti: finis perficiens, nõ interficiẽs: finis quouſq; eamus,non vbi pereamus. Sic
1. Cor. 5. oĩno intelligendũ eſt,Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chs̃. Ipſe eſt finis noſter, in illum eſt trãſitus noſter: nã video poſſe iſta verba Euãgelica quodã humano modo ẽt ſic accipi, tanq̃ vſq; ad mortẽ Chriſtus dilexerit ſuos, vt hoc videatur eſſe in finẽ dilexit eos. Humana eſt hæc ſnĩa, non diuina: neque n.nos hucuſq; ille dilexit, qui ſemper, & ſine fine nos diligit,abſit, vt dilectionẽ morte finierit
Luc. 16. qui non eſt in morte finitus. Etiã poſt mortẽ quinq; fratres ſuos dilexit diues ille ſuperbus atq; impius, & vſq; ad mortẽ nos dilexiſſe putãdus eſt Chriſtus? Abſit,chariſsimi,nequaq̃ ille nos diligendo vſq; ad mortẽ veniret,ſi dilectionẽ noſtrã morte finiret, niſi forte ita ſit intelligendũ,in finẽ dilexit eos, vſq; ad mortẽ dilexit eos, quia tm̃ dilexit eos, vt
Ioan. 15. moreretur pro eis. Hoc.n.teſtatus eſt dicẽs, Maiorẽ hac charitatẽ nemo habet, q̃ vt animã ſuã ponat quis pro amicis ſuis. Ita ſanè nõ prohibemur intelligi, in finẽ dilexit, vſq; ad mortẽ dilexit,i.vſq; ad mortem illũ dilectio ipſa perduxit: Et cẽna,inquit, facta cum
C diabolus iã miſiſſet in cor, vt traderet eũ Iudas Simonis Iſcariotes,ſciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia a Deo exijt, & ad Deũ vadit, ſurgit a cẽna, & ponit veſtimẽta ſua. Et cum accepiſſet linteũ, præcinxit ſe: deinde mittit aquã in peluim,& cẽpit lauare pedes diſcipulorum & extergere linteo quo erat præcinctus.) Nõ ita debemus intelligere cẽnã factã velut iã conſummatã atq; tranſactã: adhuc.n.cẽnabatur cum dñs ſurrexit & pedes lauit diſcipulis ſuis: nam poſtea recubuit, & buccellã ſuo traditori poſtea dedit, vtiq; cẽna nondũ finita,hoc eſt, dũ adhuc panis eſſet in menſa. Cẽna ergo facta,dictũ eſt, iã parata, & ad conuiuantiũ mẽſam vſumq; perducta: ꝙ aũt ait: Cũ diabolus iã miſiſſet in D
cor, vt traderet eũ Iudas Simonis Iſcariotes: ſi quæris quid miſſum ſit in cor Iudæ, hoc vtiq; vt traderet eũ. Miſsio iſta ſpiritalis ſuggeſtio eſt,non fit per aurẽ, ſed per cogitationẽ,ac per hoc nõ corporaliter, ſed ſpiritaliter: neq;.n. ſpiritale ꝙ dr̃, ſemper in laude accipiendũ eſt: nouit Apoſtolus quædã ſpiritalia nequitiæ in cẽleſtib. aduerſus quæ nobis colluctationẽ eſſe teſtatur: non aũt eſſent maligna ẽt ſpiritalia, ſi non eſſent ẽt maligni ſpiritus. A ſpiritu.n.ſpiritalia nominantur: ſed qũo iſta fiant vt diabolicæ ſuggeſtiones immittantur, & humanis cogitationib.miſcean tur, vt eas tanq̃ ſuas deputet homo, vnde ſcit homo? Nec dubitãdũ eſt ẽt bonas ſuggeſtiones à bono ſpiritu ita latenter ac ſpiritaliter fieri: ſed intereſt, quibuſnã earum mens humana conſentiat, diuino auxilio vel deſerta per meritũ, vel adiuta per gratiam. Factũ ergo iã fuerat in corde Iudæ per immiſsionẽ diabolicã, vt traderet diſcipulus magiſtrum, ſed quẽ non didicerat Deum: iã talis venerat ad conuiuiũ explorator paſtoris, inſidiator ſaluatoris, venditor redẽptoris, iã talis venerat & videbatur, & tolerabatur, & ſe ignorari arbitrabatur: quia in eo quẽ volebat fallere, fallebatur: at ille iſto, in ipſo corde intus inſpecto, neſciẽte ſcienter vtebatur. Sciẽs quia omnia dedit ei pater in manus.) Ergo & ipſum traditorẽ: nam ſi eũ in manibus non haberet, non vtiq; illo vteretur vt vellet. Proinde iã traditor traditus erat ei, quẽ tradere cupiebat, atq; ita malũ tradendo faciebat, vt de
illo tradito bonũ fieret ꝙ neſciebat: ſciebat E
enim dñs quid faceret pro amicis, qui patiẽter vtebatur inimicis: ac ſic oĩa dederat pater in manus eius, & in vſum mala, & in effectũ bona. Sciens ẽt quia a Deo exijt & ad Deũ vadit.) Nec Deũ cũ ĩde exiret, nec nos deſerẽs cũ rediret. Hæc ergo ſciens: Surgit a cẽna, & ponit veſtimenta ſua, & cum accepiſſet linteũ, præcinxit ſe: deinde miſit aquam in peluim, & cẽpit lauare pedes diſcipulorũ, & ex

tergere

Ephe. 6.

Phil. 2

tergere linteo quo erat prȩcinctus.) Debemus charissimi sensum Euangelistæ diligenter attendere, locuturus quippe de tanta dñi humilitate, prius celsitudinẽ eius voluit cõmendare. Ad hoc pertinet quod ait, sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exijt, & ad Deũ vadit. Cũ illi ergo omnia pr̃ dedisset in manus, discipulorũ nõ manus, sed pedes lauit: & cũ se sciret à Deo exisse, & ad Deũ pergere, non domini Dei, sed hoīs serui impleuit officiũ. Ad hoc aũt pertinet quod etiã de traditore ipsius, quia iam talis venerat, qui nec ab illo ignorabatur, proloqui voluit, vt hoc quoq; ad maximũ cumulũ humilitatis accederet, quod etiam illi non dedignatus est pedes lauare, cuius manus iam præuidebat in scelere. Quid aũt mirũ si surrexit à cœna, & posuit vestimenta sua qui cũ in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit? Et quid mirũ si prȩcinxit se linteo qui formã serui accipiens habitu inuentus est vt homo? Quid mirum si misit aquam in peluim, vnde lauaret pedes discipulorũ, qui in terram sanguinẽ fudit, quo immunditiã dilueret peccatorũ? Quid mirũ si linteo quo erat prȩcinctus, pedes quos lauerat tersit, qui carnẽ qua erat indutus, Euangelistarũ vestigia confirmauit? Et linteo quidẽ vt se præcingeret, exposuit vestimenta sua quæ habebat. Vt aũt formã serui acciperet qñ semetipsum exinaniuit, non quod habebat deposuit, sed quod non habebat accepit. Crucifigendus sanè suis expoliatus est vestimentis, & mortuus inuolutus est linteis, & tota illa eius passio, nostra purgatio est, Passurus igit̃ exitia, præmisit obsequia nõ solum eis, pro quibus erat subiturus mortẽ, sed ẽt illi qui eũ fuerat traditurus ad mortẽ. Tanta est quippe humanę humilitatis vtilitas, vt eã suo cõmendaret exemplo etiã diuina sublimitas, quia homo superbus in ȩternũ periret, nisi illũ Deus humilis inueniret: venit enim filius hominis quærere & saluũ facere quod perierat. Perierat aũt superbiam deceptoris secutus, ergo humilitatẽ redemptoris sequatur inuentus.

Phil. 2.

F

G

Ab eo quod ait, Venit ergo ad Simonẽ Petrum: & dicit ei Petrus Domine tu lauas mihi pedes? vsque ad id quod ait, Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus. Tract. LVI.

CVm lauaret pedes discipulorum dominus: Venit ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus: domine, tu mihi lauas pedes?) Quis.n. non expauescret lauari sibi pedes à Dei filio? Quanuis itaque magnę fuisset audaciæ contradicere seruum domino, hominem Deo, tamen hoc Petrus facere maluit quam perpeti vt sibi pedes lauarentur à domino & Deo. Nec putare debemus hoc Petrum inter cȩteros formidasse atq; recusasse cum id alij ante ipsum libenter vel æquanimiter sibi fieri permisissent: facilius quippe sic accipiuntur ista verba Euangelij: quia cũ dictũ esset, Cœpit lauare pedes discipulorũ, & extergere linteo quo erat prȩcinctus: deinde subiũctũ est, venit ergo ad Simonẽ Petrũ, quasi aliquibus iam lauissset, & post eos venisset ad primum. quis.n. nesciat primum Apostolorũ esse beatissimũ Petrũ? Sed non ita intelligendũ est, q̃ post aliquos ad illũ venerit sed quod ab illo cœperit: quando ergo pedes discipulorũ lauare cœpit, venit ad eũ à quo cœpit, ideſt ad Petrum. Et tunc Petrus, quod etiam quilibet eorum expauisset, expauit atque ait: Domine, tu mihi lauas pedes? Tu mihi: quid est, tu? Quid est, mihi? Cogitanda sunt potius quam dicenda, ne forte quod ex his verbis aliquatenus dignum concipit anima, non explicet lingua. Sed respondit Iesus & dixit ei: quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea.) Nec tamen ille dominici facti altitudine exterritus, permittit fieri, quod cur fieret ignorabat, sed vsque ad suos pedes humilem Christum adhuc nõ vult videre, non potest sustinere. Non lauabis mihi, inquit, pedes in æternũ.) Quid est in æternum? Nunquam hoc feram, nunquã patiar, nunquam sinam: hoc quippe in æternum non fit, quod nunquam fit. Tum saluator ægrum reluctantem de ipsius salutis periculo exterrens, Si non lauero te, inquit, nõ habebis partem mecum.) Ita dictum est, si non lauero te, cum de solis pedibus ageretur qũo dici solet, calcas me, quando sola planta calcatur. At ille amore & timore perturbatus, & plus expauescens Christum sibi negari quam vsq; ad suos pedes humiliari, Domine, ait, non tantum pedes meos, sed & manus & caput.) Quando quidem sic minaris, lauanda tibi membra mea, non solum tibi iam non subtraho, verum etiam prima substerno.

H

I

sterno. Ne mihi neges capiēdā tecū partem, nullā tibi nego abluendā mei corporis par-
K tē. Dicit ei Iesus: qui lotus est, nō habet opꝰ nisi pedes lauare, sed est mūdus totus.) Hic moueatur fortasis quis & dicat: Imo si mūdus est totus, quid ei opus est vel pedes laua re? Dñs aūt nouerat ꝙ dicebat, ēt si nostra in firmitas eius secreta nō penetrat: veruntamē quantū nos erudire, & ex lege sua docere di gnatur, pro captu meo, ꝓ modulo meo, aliquid ēt ego de huius qōnis profunditate illo adiuuante respondeā, ac primū ipsam locutionē non sibi esse contrariā facillime osten dā: quis. n. ista rectissime loqui possit, mundus es totus prꝛter pedes? Elegantius aūt loquitur si dicit, mundus es totus nisi pedes, ꝙ tantundē valet. Hoc ergo ait dñs, Nō habet opus nisi pedes lauare, sed est mundus totus. Totus vtiq; prꝛter pedes, vel nisi pedes quos habet opus lauare: sed quid est hoc? Quid sibi vult, quid hic necessariū est, vt quꝛramus? Dñs dicit, veritas loquit̄ ꝙ opus habeat pedes lauare etiā ille qui lotus est. Quid fratres mei, quid putatis, nisi quia hō in sancto qdē baptismo totus abluitur, nō p̄ter pedes, sed totus oīno: veruntū cū in reb. humanis postea viuit̄, vtiq; terra calcatur, ipsi igitur humani affectus, sine qb. in hac mortalitate nō viuit̄, quasi pedes sunt, vbi ex humanis rebus afficimur, sic afficimur, vt si dixerimus, quia peccatū non habemus, nosipsos decipi
1. Ioan. 1 mus, & ueritas in nobis non est. * Quotidie
Alias sic. igitur pedes lauat nobis, qui interpellat pro
Rom. 8. nobis & quotidie nos opus habere vt pedes
Mat. 6. lauemus. i. vias spiritaliū gressuū dirigamus i ipsa oratione dominica confitemur cū dicimus: Dimitte nobis d̄bita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: si. n. cōfiteamur, sicut scriptū est, peccata nostra, ꝓfecto ille qui lauit pedes discipulorū suorū, fidelis est & iustus qui dimittat nobis peccata
L nostra, & mūdet nos ab oī iniquitate. i. vsq;
Ephe. 5. ad pedes quibus cōuersamur in terra. Proinde Ecclesia q̄ mūdat Christus lauacro aquę in verbo, non solū in illis est sine macula & ruga, qui post lauacrū regenerationis cōtinuo ex huius vitę cōtagione tollūtur, nec cal cāt terrā vt opus habeāt pedes lauare: verū ēt in ijs quibus ista misericordiā prębēs dūs fecit eos de seculo isto lotis ēt pedibus emigrare. In his aūt qui hic demorantur, etiā si mūda sit, qm̄ iuste viuūt, opus tn̄ habent pedes lauare, qm̄ sine peccato vtiq; nō sunt: ꝓpter hoc dicit in cantico canticorū: Laui pe M
des meos quo inquinabo illos? Dicit̄. n. hoc Cant 5.
cū cogitur ad Xp̄m venire, & terrā calcare cōuenit. Alia qō rursus exoritur: nonne Xp̄s sursum est? nōne ascendit in cęlū, & sedet ad dexterā patris? nonne Apostolus ad nos cla- Coloss. 3.
mat & dicit: Si ergo resurrexistis cū Xp̄o, q̄ sursum sunt quęrite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quę sursum sunt sapite, nō q̄ super terrā? Quo ergo vt ad Christū eamus, terrā calcare cōpellimur, cum potius nobis sursum cor habendū sit ad dñm, vt cū illo eē possimus? Videtis fratres hodierni tpis angustias istā coarctare quęstionē. Quod & si vos forte minus videtis, ego vtcunq; video quātæ disputationis indigeat: vnde peto vt eā potius suspendi quā vel negligentius vel angustius pertractari, non fraudata sed dilata expectatione patiamini. Aderit enim dñs qui nos debitores facit, vt faciat etiā redditores.

De eadem lectione. Tract. LVII.

NOn immemor mei debiti, & iā reddendi tēpus agnosco. Donet vnde reddā, q̄ donauit vt debeā: donauit. n. dilectionem de qua dictū ē: Nemini quicquā debeatis, nisi vt indicē diligatis. Donet ēt sermonē quem video me debere dilectis: expectationē vestrā ad hoc nēpe distulerā, vt explicarē sicut possem, quēadmodū etiā per terrā veniatur ad Christū, cum potius iubeamur quæ sursum sunt quęrere, non quæ super terrā. Sursum. n. Christus est sedens ad dexterā patris: sed profecto & hic est propter quod & Saulo in terra sæuiēti dicit: Saule Saule, quid me persequeris? Vt aūt hoc quærendū susciperemus, Actu. 9.
id tractabatur quod pedes dominus discipulis lauit, cū iā ipsi discipuli loti essent, nec opus haberent nisi pedes lauare: vbi visum est intelligēdū, quod baptismo quidē homo to
A tus abluitur, sed dū isto postea viuit in secu- Mat. 6.
lo humanis affectibus terrā velut pedibus cal Rom. 8.
cans, ipsa. s. conuersatione vitæ huius cōtra- Cant. 5.
hit vnde dicit, Dimitte nobis debita nostra: ac sic ēt inde mūdatur ab eo qui pedes lauit discipulis suis, nec desinit interpellare ꝓ nobis. Hinc occurrunt ex cātico canticorū Ecclesię verba dicēti: Laui pedes meos, quo in

quinabo

quinabo eos? Cũ vellet ire & aperire ei qui venerat ad eam, & pulſauerat, ſibiq; aperiri popoſcerat, ille ſpecioſus forma præ filijs
Pſal. 44. hominũ. Hinc qõ nata eſt quã coarctare noluimus anguſtijs tẽporis, ideoq; diſtulimus, quonã modo Eccleſia timeat inquinare pedes, dũ pergit ad Chriſtum, quos baptiſmate
Cant. 5. lauerat Chriſti: ſic.n. ait: Ego dormio, & cor meum vigilat, vox fratruelis mei pulſat ad ia
B nuam: deinde dicit ẽt ipſe: Aperi mihi ſoror mea, proxima mea, columba mea, perfecta mea, quia caput meũ repletũ eſt rore, & crines mei guttis noctis: & reſpondit illa, Exui me tunica mea, qõ induar ea? Laui pedes meos, qõ inquinabo illos? O admirabile ſacrm, ò grande myſteriũ. Ergone timet inquinare pedes veniendo ad eũ qui lauit ſuorum diſcipulorũ pedes? Timet certe, quia per terrã venit ad eum qui ẽt in terra eſt, quia ſuos hic conſtitutos non deſerit: an non ipſe ait:
Mat. 28. Ecce ego vobiſcũ ſum vſque ad conſummationẽ ſeculi? an non ipſe ait: Videbitis cęlos
Ioan. 1. apertos, & angelos Dei aſcendentes, & deſcẽdentes ad filiũ hominis? Si aſcendunt ad eum propterea quia ſurſum eſt, qõ ad eum deſcendunt ſi ẽt non hic eſt? Dicit ergo Eccleſia: Laui pedes meos, qõ inquinabo eos? ℨ In eis hoc dicit qui poſſunt omni fęce mũdati dicere, Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto, permanere aũt in carne magis neceſſariũ pp vos, ℨ In eis hoc dicit qui prædicant Chriſtũ, & aperiunt illi oſtiũ, vt habitet per fidẽ in cordibus hominũ. In his hoc dicit cũ deliberant, vtrum miniſterii tale ſuſcipiant, cui ſe minus idoneos exiſtimant vt ſine culpa impleant, ne forte alijs prædicantes, ipſi
1. Cor. 9. reprobi fiant. Tutius.n. veritas auditur q̃ prædicatur, qm̃ cum auditur, humilitas cuſtoditur, cũ aũt prædicatur, vix non ſurrepit cuius
Luc. 1. hominũ quãtulacunq; iactantia, in qua vtiq; inquinentur pedes. Ergo vt Apoſtolus Iacobus dixit: Sit omnis homo velox ad audiendũ, tardus aũt ad loquendũ: dicit & alius ho
Pſal. 50. Ioan. 3. mo Dei, Auditui meo dabis gaudiũ & lætitiã, & exultabunt oſſa humiliata: hoc eſt, p dixi: Cũ veritas auditur, humilitas cuſtodit: dicit & alius: Amicus aũt ſponſi ſtat & audit
C eũ, & gaudio gaudet pp vocẽ ſponſi. Fruamur auditu, ſine ſtrepitu nobis loquente intrinſecus veritate: q̃q̃ ẽt cũ forinſecus inſonat per legentẽ, per annunciantẽ, per prædicantẽ, per diſputantẽ, per præcipientem, per conſolantẽ, per exhortantẽ, per ipſum, ẽt cantantẽ atq; pſallentẽ: ipſi qui hæc agunt, inquinare pedes ſuos timeant, cũ placere hominibus ſurrepente amore humanæ laudis affectant. Cęterum qui eos audit libenter & pie, non habet locũ iactandi ſe in laboribus alienis, & nõ inflatis oſibus, ſed humiliatis, gaudio gaudet pp vocẽ dñicæ veritatis. Proinde in eis qui libenter & humiliter audire no
D uerunt, & vitã quietã in ſtudijs dulcibus & ſalubribus agunt, catholica delitietur eccleſia & dicat: Ego dormio & cor meum vigilat: Quid eſt, Ego dormio & cor meum vigilat: niſi, ita quieſco vt audiam? Otiũ meũ nõ im-
Cant. 5. penditur nutriendæ deſidiæ, ſed percipiendę ſapientiæ: Ego dormio, & cor meũ vigilat, vaco & video, qm̃ tu es dñs, quia ſapientiam ſcribo in tẽpore otij, & qui minoratur actu ipſe percipiet eam. Ego dormio, & cor meũ
Pſal. 45. vigilat: ego requieſco à negocioſis actibus,
Eccl. 38. & animus meus diuinis ſe intendit affectib.
Mat. 10. ſed in ijs qui iſto modo ſuauiter & humiliter requieſcunt, dũ otioſe oblectatur Eccleſia, ecce pulſat ille qui ait: Quę dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & p in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Vox ergo eius pulſat ad ianuã & dicit: Aperi mihi ſoror mea,
Cant. 5. proxima mea, columba mea, perfecta mea, quia caput meũ repletum eſt rore, & crines mei guttis noctis: velut ſi diceret, tu vacas, & cõtra me oſtiũ clauſum eſt, tu ſtudes otio paucorũ, & abundante iniquitate refrigeſcit charitas multorũ: nox quippe iniquitas eſt, ros vero eius & guttæ, hi ſunt qui refrigeſcũt & cadunt, & faciunt refrigeſcere caput Chriſti, hoc eſt, vt non ametur Deus. caput enim Chriſti, Deus: ſed portantur in crinibus, i. in ſacris viſibilib. tolerantur, ſed nequaquã interiora ſenſus attingunt. Pulſat ergo vt excutiat quietẽ ſanctis otioſis, & clamat: Aperi mihi de ſanguine meo ſoror mea, de acceſſu meo, proxima mea, de ſpiritu meo colũba mea, de ſermone meo, quẽ plenius ex otio didiciſti perfecta mea, aperi mihi, prædica
E me: ad eos quippe qui clauſerunt cõtra me, qõ intrabo ſine aperiente? Qõ.n. audient ſine p̃dicante? Hinc fit vt ẽt hi qui amãt otiũ ſtudiorũ bonorũ, & nolunt perpeti laborioſarũ moleſtias actionũ, eo p minus idoneos ad hæc miniſtranda, & ſine reprehenſione
Rom. 10.

agenda

agenda se sentiunt, mallent si fieri posset, sanctos Apostolos & prædicatores veritatis antiquos excitari aduersus abundantiã iniquitatis, quia feruor friguit charitatis: sed in eis q̃ iã de corpore exierunt, & carnis indumẽto, expoliati sunt, neq; n. ab ea separati sunt, re-
Cant. 5. spondeat Ecclesia, Exui me tunica mea, quo induar ea? Recipietur quidẽ illa tunica, & in eis q̃ iã exuti sunt, rursus vestietur carne Ecclesia, non tñ nunc q̃ fruefaciendi sunt fri-
F gidi, sed tunc q̃ resurrecturi sunt mortui. Passa ergo difficultatẽ propter inopiam prædicatorũ, & recolens illa sua membra sana sermonibus, sancta moribus, sed iam exuta corporib. ingemit & dicit Ecclesia: Exui me tunica mea, quo induar ea? Membra illa mea quæ Christo aperire euangelizando excellẽtissime potuerunt, quo ad corpora, quibus exuta sunt, redire nũc possunt? Deinde respiciens ad eos qui p̃dicare, & populos acquirere ac regere, ac sic Christo afferre vtcunq; possunt, sed in his difficultatib. actionũ peccare metuunt: Laui, inquit, pedes meos, quo inquinabo illos? Quilq; n. in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Et quis est perfe-
Ioan. 3. ctus? Quis est qui non offendit in tanta abundãtia iniquitatis, in tãto frigore charitatis? Laui pedes meos, quo inq̃nabo eos? Qñquidẽ lego & audio: nolite multi magistri fieri fratres, q̃m maius iudiciũ sumitis: in multis. n. offendimus omnes. Laui pedes meos, quo inq̃nabo eos? Sed ecce surgo & aperio, Chri-
Mat. 6. ste laua nos, dimitte nobis debita nostra, q̃m non est extincta charitas nostra, quia & nos dimittimus debitoribus nostris. Qũ te audimus, exultãt tecũ in cęlestib. ossa humiliata. Sed q̃ te p̃dicamus, terrã calcamus, vt tibi aperiamus: & ideo si reprehendimur, pertur-
Psal. 50. bamur: si laudamur, inflamur. Laua pedes nostros ante mũdatos, sed cũ ad aperiendũ tibi per terrã pergimus inq̃natos. Hæc vobis hodie satis sint dilectissimi: si q̃d secus q̃ oportuit dicẽtes fortasis offendimus, vel laudib.
G vestris immoderatius q̃ oportuit eleuati sumus, impetrate mundatione pedibus nostris, ideo placentibus orationibus vestris.

Ab eo quod dicit, Et vos mundi estis, sed nõ omnes vique ad id quod ait, Exemplum dedi vobis, vt quẽadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Tract. LVIII.

IAm illa verba sancti Euangelij, vbi dñs lauans pedes discipulis suis, ait, Qui lotus est semel, non habet necessitatẽ nisi pedes lauare, sed est mũdus totus: dilectioni vestrę vt dñs donare dignatus est exposuimus, nũc q̃ sequi videamus: Et vos, inquit, mundi estis, sed non omnes.) Hoc quid sit ne quæreremus, ipse Euangelista patefecit, adiungens: Sciebat. n. quisnã esset qui traderet eum, propterea dixit, nõ estis mundi oẽs.) Quid hoc apertius? Proinde ad sequentia tranieamus. H
Postq̃ ergo lauit pedes eorũ, & accepit vestimenta sua, cũ recubuisset iterũ dixit eis: Scitis quid fecerim vobis?) Nunc est vt beato Petro reddatur illa promissio: dilatũ. n. fuerat, q̃n expauescenti & dicẽti: nõ lauabis mihi pedes in æternũ: responsum est ei, q̃ ego facio, tu nescis modo, scies aũt postea. Ecce est ipsum postea, iã tempus est vt dicatur, q̃ pauloante dilatũ est. Memor itaq; dñs se promisisse iã dudũ scientiã facti sui tã inopinati tã mirabilis, tã expauescendi, & nisi ipse vehementer terruisset, nullo modo sinendi, vt magister nõ tñ ipsorum, sed angelorum, & dñs nõ tñ ipsorum, sed rerũ omniũ, lauaret pedes discipulorũ, & seruorum suorũ. Huius ergo tanti facti q̃m promiserat scientiam dicens, Scies aũt postea, quid fit, q̃ fecit docere nunc incipit: Vos, inquit, vocatis me magister & dñe, & bene dicitis: sum etenim.) Pro. 27.
Bene dicitis: quia verũ dicitis: sum quippe q̃ dicitis. Homini præceptũ est, Non te laudet os tuũ, sed laudet te os proximi tui. Periculosum est. n. sibi placere, cui cauendũ est superbire. Ille aũt qui super omnia est, quantumcunq; se laudet, non se extollit excelsus, nec pot recte dici arrogans Deus. Nobis nanque expedit eũ nosse, nõ illi: nec eũ quisq; cognoscit, si nõ se indicet ipse qui nouit: si ergo nõ se laudando quasi arrogantiã vitare voluerit I
nobis sapientiã denegabit. Et magistrũ quidẽ q̃ se esse dicit, nemo reprehẽderet, ẽt qui eũ nihil esse aliud, quã hominem crederet, q̃n id profitetur quod & ipsi homines in quibuslibet artibus vsqueadeo sine arrogantia profitentur, vt professores vocentur. Quod vero dñm & ipse se dicit discipulorũ suorum, cũ sint illi etiam secundũ seculum ingenui, quis ferat in homine? Sed Deus loquitur: nulla est hic elatio tantæ celsitudinis, nullum mendaciũ veritatis, nobis subiacere illi vtile ẽ celsi-

tudinis

2. Co. 1

1. Co. 1
Psal. 3

tudinis,nobis seruire vtile est veritati.Quod se dominũ dicit, non illi vitiũ est , sed nobis beneficiũ. Cuiusdam secularis authoris verba laudantur,quia dixit: cũ omnis arrogantia odiosa est,tum illa ingenij & eloquentiæ
K multo molestissima: & tñ idẽ ipse cũ de sua eloquentia loqueretur,diceret,inquit,perfectã,si ita iudicarẽ,nec in veritate crimen arrogantiæ pertimescerẽ:si igitur ille homo eloquentissimus in veritate arrogantiã nõ timeret,qũo arrogantiã ipsa veritas timet? Dicat se dominũ qui dñs est dicat se verũ qui veritas est,ne nõ discã ego quod vtile est,dũ tacet ille quod est. Beatissimus Paulus , non vtiq; vnigenitus Dei filius,sed vnigeniti Dei filij seruus & Apostolus,nõ veritas, sed particeps veritatis,ait libere & cõstanter:Et si vo
2.Co.12. luero gloriari,non ero insipiens, veritatẽ. n. dico. Neq; n.in seipso, sed in ipsa veritate q̃ superior est ipso , & humiliter & veraciter gloriaretur, quoniã & ipse præcipit , vt qui glori atur,in dño glorietur. Itane non timeret insipientiã,si gloriari vellet amator sapiẽ
1.co.10. tiç,& in gloria sua timeret insipiẽtiã ipsa sapientia? Non timuit arrogãtiam qui dixit,In
Psal.33. domino laudabit̃ aĩa mea: & in laude sua timeret arrogãtiã potestas domini, in qua laudatur anima serui? Vos,inqt,vocatis me magister & domine,& bene dicitis , sũ etenim.
Pro.27. Ideo bene dicitis,quia sum: nam si nõ essem quod dicitis,male diceretis etiã si me laudaretis.Quomodo ergo negaret veritas , quod dicunt discipuli veritatis? Qũo quod dicunt qui didicerũt,negaret ipse vnde didicerunt? Qũo fons negat quod bibens prędicat?Qũo lux occultat,quod videns indicat?Si ergo inquit,ego laui pedes vestros dñs & magister, debetis & vos alter alterius lauare pedes. Exemplũ.n. dedi vobis , vt quẽadmodũ ego feci vobis, & vos ita faciatis.) Hoc est beate Petre quod nesciebas , qñ fieri non sinebas. Hoc tibi postea sciẽdũ promisit, qñ vt sineres terruit te magister tuus & dñs tuus,lauãs pedes tuos. Didicimus fratres humilitatẽ ab
L excelso, faciamus inuicẽ humiles quod humiliter fecit excelsus.Magna est cõmendatio humilitatis,& faciunt sibi hoc inuicẽ fratres ẽt opere ipso visibili,cũ se inuicem hospitio recipiunt:est.n.apud pleroq; cõsuetudo huius humilitatis vsq; ad factũ, quo cernat̃ expressa: vnde & Apostolus cũ viduã bene meritã cõmendaret:Si hospitio,inquit, recipit, si sanctorũ pedes lauit. Et apud sanctos vbi-
1.Ti.5. cunq; hæc consuetudo non est, quod manu nõ faciunt, corde faciũt:si in illorũ numero sunt, quibus dr̃ in Hymno beatorũ triũ puerorum , Benedicite sancti & humiles corde
M dño: multo aũt est melius & sine cõtrouersia verius,vt ẽt manibus fiat,nec dedigneť q̃
Dan.3. fecit Christus,facere Christianus:cũ.n.ad pedes fratris inclinatur corpus,etiam in corde ipso vel excitatur,vel si iã inerat, confirmatur ipsius humilitatis affectus: sed excepto isto mortali intellectu,ita nos huius domini ci facti altitudinẽ cõmẽdasse meminimus, q̃ lauãdo pedes iã lotorũ atq; mundorũ discipulorũ,significauerit dñs p̃ humanos q̃ bus in terra versamur affectus, vt quãtũlibet profecerimus in apprehensione iustitiç,scia mus nos sine peccato non esse, quod subinde abluit interpellãdo pro nobis,cũ oramus patrẽ q̃ in cçlis est, vt debita nostra dimittat Matt.6. nobis, sicut & nos dimittimus debitorib.nostris. Qũo ergo ad hũc intellectũ poterit p̃tinere hoc q̃ ipse postea docuit vbi sui facti expositrationẽ,dicẽs,Si ego laui vestros pedes dñs & magister:debetis & vos alter alterius lauare pedes:Exemplũ.n.dedi vobis, ut quẽadmodũ ego vobis feci,ita & vos faciatis. Nũquid dicere possumus q̃ ẽt frater fratrẽ delicti poterit contagione mũdare? Immo vero id etiã nos esse admonitos in hũius dominici operis altitudine nouerimus,vt cõfessi inuicẽ delicta nostra oremus pro nobis
Rom.8. sicut & Christus interpellat pro nobis. Au-
Iaco.5. diamus Apostolũ Iacobũ, hoc ipsum euidẽtissime præcipientẽ & dicentẽ , Confitemini inuicẽ delicta uestra & orare pro uobis, quia & hoc dñs nobis dedit exẽplũ: si enim ille q̃ vllũ peccatũ nec habet nec habuit nec habebit orat pro peccatis nostris,quãto magis nõ inuicẽ pro peccatis nostris orare debemus? Et si dimittit nobis ille cui non habemus quod dimittamus, quãto magis dimittere nobis debemus inuicẽ, qui sine peccato
A hic uiuere non ualemus? quid enim uidetur in hac altitudine sacramenti dñs significare cũ dicit:Exemplum.n.dedi uobis,ut quẽadmodũ ego feci uobis,ita & uos faciatis : nisi
Coloss.3. quod apertissime dicit Apostolus, Donãtes vobismetipsis, si quis aduersus aliquẽ habet querelã,sicut & dominus donauit uobis, ita

&

& vos inuicē? Itaq; nobis delicta donemus, & pro nostris delictis inuicē oremus, atque ita quodāmō inuicē pedes nostros lauemus. Nostrū est donāte ipso ministeriū charitatis & humilitatis adhibere: illius & exaudire, ac nos ab oī peccatorū cōtaminatione mūdare
B p̄ Christū, & in Christo, vt q̄ alijs ēt dimittimus hoc ē, ī terra soluim⁹ soluat & ī cęlo.

Ab eo quod dicit, Amen amen dico vobis, nō est seruus maior dño suo, neq; Apostolus maior eo qui misit illū: vlq; ad id q̄d dicit, Qui aūt me accipit, accipit illum qui misit me. Tract. LIX.

AVdiuimus sanctū Euangeliū, loquente dño atq; dicente, Amen amen dico vobis nō est seruus maior dño suo, neq; Apostolus maior eo q̄ misit illū: si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea.) Hoc ideo dixit, quia lauerat discipulorū pedes magister humilitatis, & verbo & exēplo: sed poterimus ea q̄ sunt operosius differēda, ipso adiuuāte differe rere, si nō ī eis q̄ manifesta sūt immoremur. *Psal. 40.* Cū ergo hæc dñs præmisisset, adiunxit: Nō de oīb. vobis dico, ego scio quos elegerim sed vt impleatur scriptura: qui manducat panē meū, leuabit super me calcaneum suū.) Hoc quid est aliud, nisi conculcabit: me nō tū est de quo loquatur, Iudas ille traditor eius attingitur. Ergo ipsum non elegerat, vnde ab eis quos elegit, isto sermone secernit. Quod ergo dico, inquit, beati eritis si feceritis ea, non de omnibus vobis dico. Est inter vos qui nō erit beatus, neq; faciet ea, & ego scio quos elegerim: quos nisi eos qui beati erunt faciendo, quæ præcipit, ac facienda monstrauit, qui efficere beatos pōt? Non est *Ioan. 6.* igitur traditor Iudas electus. Quid est ergo quod alio loco dicit, Nōne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? An
C & ipse ad aliquid est electus, ad q̄ vtiq; erat necessarius? Nō aūt ad beatitudinem, de qua mō ait, Beati eritis si feceritis ea? Hoc nō est de omnib. dicit: scit.n. quos ad societatē beatitudinis huius elegerit: nō est ex eis iste, qui panē illius sic edebat, vt super eū leuaret cal *1. Co. 11.* caneū. Illi manducabāt panē dñm, ille panē dñi cōtra dominū: illi vitā, ille pœnā: qui.n. manducat indigne, ait Apostolus, iudicium sibi manducat. A modo, inquit, dico vobis priusquam fiat, vt cū factū fuerit credatis q̄ ego sum. i. ego sum de quo illa scriptura præ *Psal. 40.* cessit, vbi dictū est: qui māducat meū panē, leuabit super me calcaneū. Deinde sequitur & dicit, Amen amen dico vobis, qui accipit si quē misero, me accipit; qui aūt me accipit, accipit eū qui me misit.) Tantumne dista D re intelligi voluit inter eū quē mittit & seip sum, quātū inter seipsum & patrem Deum: hoc si isto modo acceperimus, nescio quos gradus, q̄d absit, Arrianorū more faciemus. Illi quippe cū audiūt hæc Euangelica verba seu legunt, statim ad illos gradus sui dogmatis currunt, quibus nō ascendunt ad vitam, sed præcipitantur in mortē: cōtinuo quippe dicunt, Quantū Apostolus filij distat à filio q̄uis dixerit, q̄ accipit siquē misero, me accipit: tm̄ & filius distat a patre, q̄uis dixerit, q̄ aūt me accipit, accipit eū qui me misit: sed si hoc dicis, oblitus es hæretice gradus tuos: si.n. tāto interuallo propter hęc domini verba filiū à patre, quantū Apostolū distinguis à filio, vbi posituruses spiritū sanctū? Excidit ne tibi? Vis eū ponere post filium? Erit ergo ipse inter Apostolum & filiū. Et multo amplius distabit filius ab Apostolo, quā pater à à filio. An forte vt inter filium & Apostolū, atq; inter patrē & filiū maneat paribus interuallis ista distinctio æqualis erit spiritussanctus filio? Sed nec hoc vultis: vbi ergo eū posituri estis, si quanta filiū patri, tanta Apostolum filio discretione supponitis? Cohibete itaq; vestræ præsumptionis audaciā, & in his verbis nolite quęrere, quantā filij & Apostoli, tantā patris filijq; distantiā. Ipsum filium audite potius dicentē, Ego & pater vnū sumus. Vbi veritas vobis inter genitorē & vnigenitū nullam distantiæ suspitionē reliquit, vbi gradus vestr os Christus elisit, vbi scalas vestras petra cōfregit: sed hæreticorū calumnia refutata, quonām modo nos accepturi sumus hæc dominica verba: qui accipit siquē misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit? si enim voluerimus intelligere ideo dictū, qui me accipit, accipit eum qui me misit, quod vnius naturę sint pater & filius, consequens videbitur ex eorūdē verborū regula qua dictū est, qui accipit si quem misero, me accipit, vt vnius naturę sit filius & Apostolus. Posset quidem non inconuenienter & hoc intelligi, quo-

niam

niam geminæ est ille gigas substantię, qui exultauit ad currendam viam: verbum. n. caro factum est, hoc, est Deus homo factus est. Proinde ita dixisse posset videri, qui accipit si quem misero, me accipit secundū hominē qui autem me secundum Deum accipit, accipit eum qui me misit: sed cū ista dicebat, non ab illo naturę vnitas, sed in eo qui mittitur, mittentis commendabatur authoritas. Sic itaq; eū qui missus est vnusquisq; accipiat, vt in illo eū qui misit attēdat. Si ergo attendas Christum in Petro, inuenies discipuli præceptorē: si autem attendas patrē in filio, inuenies vnigeniti genitorē, ac sic in eo qui missus est, sine vllo accipit errore mittentē. Ea quæ sequuntur in Euangelio, non sunt tēporis breuitate coarctanda: & ideo sermo iste fratres charissimi, velut ouium sanctarū cibus, si sufficit, salubriter capiatur: si exigu' est, desiderabilius ruminetur.

Psal. 18. *Ioan. 1.*

F

De eo quod dicit: Cum hęc dixisset Iesus turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit, Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. Tract. LX.

NOn parua fratres ex Euangelio beati Ioannis nobis proponitur quęstio, vbi ait, Cū hęc audisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est & dixit, Amen amen dico vobis qa vnus ex vobis tradet me.) Hinc ne turbatus est Iesus, non carne sed spiritu, qa dicturus fuerat, vnus ex vobis tradet me? Nunquidnam illi hoc tunc primum venit in mentē, vel tunc primum ei subito reuelatū est, eūq; repentinā tanti mali nouitas turbauit? Nonne hinc pauloante loquebatur dicens: qui manducat meū panē, leuabit super me calcaneū? Nonne ēt iā superius dixerat: & mundi estis, sed non omnes? Vbi Euangelista subiunxit: sciebat. n. quisnā esset qui traderet eū, quē iā & ante significauerat dicēs: Nōme ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Quid est ergo q̄ nunc turbatus est spiritu, cū protestatus est & dixit, Amē amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me? An quia eū iā fuerat expressus, vt nō lateret in cęteris, sed discerneretur à cęteris, & ideo turbatus est spiritu? An quia ipse traditor iā fuerat exiturus, vt Iudæos quibus dns ab eo traderetur, adduceret, turbauit eū imminēs passio, & periculū proximū, traditoris impudens manus, cuius fuerat pręcognitus animus? tale quippe hoc est quod Iesus turbatus est spiritu, quale etiā illud quod ait, nunc anima mea turbata est: & quid dicam: Pater salua me ex hora hac, sed propterea veni in horā hanc: sicut ergo tunc eius aia turbata est horapropinquante passionis, ita ēt nūc exituro Iuda atq; venturo, & propinquante tanto scelere traditoris, turbatus est spiritu. Turbatus est ergo potestatē habēs ponendi animā suam, & potestatē habens iterū sumendi eā. Turbatur tā ingens potestas turbatur petræ firmitas, an potius in eo nostra turbatur infirmitas? Ita vero nihil indignū credant serui de dño suo, sed cognoscant se mēbra in capite suo: qui mortuus est pro nobis, prius turbatus est idē ipse pro nobis: qui ergo potestate mortuus est, potestate turbatus est: qui transfigurauit corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suę, transfigurauit etiā in se affectū infirmitatis nostrę cōpatiens nobis affectu animæ suæ. Proinde qñ turbatur magnus, fortis, certus, inuictus, nō ei timeamus quasi deficiat, nō perit, sed nos quęrit: nos, iquā, nos omnino sic quęrit, nos ipsos in illius perturbatione videamus, vt qñ turbamus, nō desperatione pereamus: qñ turbatur, qui non turbaretur nisi volens, eū consolatur qui turbatur & nolens. Pereant argumenta Philosophorū, qui negant in sapientem capere perturbationes animorū: Stultā fecit Deus sapientiam huius mundi: Et dns nouit cogitationes hominū quoniam vanæ sunt. Turbetur planè animus Christianus, nō miseria, sed misericordia: timeat ne pereant hoīes Christo, contristetur cū perit aliquis Christo: concupiscat acquirere hoīes Christo, lętetur cū acquirūtur homines Christo: timeat ne sibi pereat & Christo, contristetur peregrinari se à Christo: concupiscat regnare cū Christo, lætetur dū speret se regnaturū esse cum Christo: istę sunt certe quatuor quas perturbationes vocāt, timor & tristitia, amor & lætitia, habeant eas iustis de causis animi Christiani, nec philosophorū Stoicorū, vel quorumcunq; similiū consentiatur errori, qui profecto quēadmodū vanitatē existimāt veritatē, sic stuporē deputant sanitatē, ignorantes sic hominis animū quēadmodū corporis mēbrū desperatius ægrotare, quan

Psal. 40. *Ioan. 10.* *Ioan. 6.* *Ioan. 12.* *Phil. 3.* *1. Cor. 1.* *Psal. 93.*

H

I

Phil. 1. do & doloris amiserit sensum: sed dicit aliqs nunquid aliquid animus Christiani debet ẽt morte impendẽte turbari? Vbi est. n. quod ait
K Apostolus, Concupiscentiã se habere dissolui & esse cũ Christo: si illud quod concupiscit, põt eũ turbare cũ venerit? Facile est qdẽ istis ad hæc respondere, q & ipsam lętitiam perturbationẽ vocant. Quid si. n. ꝑpea morte imminente turbatur, qa morte imminente lętatur? Sed hoc, inquiunt, gaudiũ, non lętitia nominanda est: quid est hoc, nisi easdẽ res sentire, & rerũ noĩa velle mutare? Verum nos sacris literis accõmodemus auditũ, & secundũ ipsas potius istã q̃stionẽ dño adiuuante soluamus. Nec quoniã scriptũ est, cũ hæc dixisset Iesus turbatus est spũ, dicamus eũ lętitia fuisse turbatũ, ne verbis suis nos ipse cõuincat vbi dicit, Tristis ẽ anima mea vsq; ad
26. mortẽ. Tale aliquid ẽt hic intelligendũ est, qñ suo traditore iã tunc solo exituro, & cũ suis socijs cõtinuo redituro, Iesus turbatus ẽ spũ: firmissimi quidẽ sunt Christiani, si qui sunt, q nequaquã morte imminente turbant: sed nunquid Christo firmiores? Quis hoc insanissimus dixerit? Quid est ergo ꝙ ille turbatus ẽ, nisi qa infirmus in suo corpore, hoc est, in sua Ecclesia, suæ infirmitatis volũtaria similitudine consolatus est, vt si qui suorum adhuc morte imminẽte turbant in spũ ipsũ intuantur, ne hoc ipso se putantes reprobos, peiore desperationis morte sorbeantur. Quã tũ itaq; bonũ de participatione diuinitatis eius expectare & sperare debemus, cui⁹ nos & ꝑturbatio trãquillat, & infirmitas firmat: sine ergo isto loco ꝓp ipsum Iudã pereuntẽ miserando turbatus est, siue sua morte ꝑpinquãte turbatus est, nõ est tñ vllo mõ dubitandũ, nõ eũ animi infirmitate, sed ptãte turbatũ, ne nobis desperatio salutis oriatur qñ
L non potestate, sed infirmitate turbamur. Carnis quippe ille gerebat infirmitatẽ, quæ infirmitas resurrectione consumpta est: sed qa non solũ homo, verumetiã Deus erat, ineffabili distãtia vniuersum genus humanũ animi fortitudine superabat, non ergo aliquo ẽ cogente turbatus, sed turbauit semetipsum, ꝙ de illo euidenter expressum est qñ Lazarũ suscitauit: nã ibi scriptũ est, ꝙ turbauerit semetipsum, vt hoc intelligatur, & vbi nõ scriptũ legitur, & tñ eum legitur fuisse turbatũ, affectum quippe humanum quando opportuit in se indicauit, in seipso potestatẽ commouit, qui hominẽ totũ potestate suscepit.

M

De eo quod ait, Aspiciebant ergo ad inuicẽ discipuli hæsitantes de quo diceret: vsq; ad id, Et cũ intinxisset panẽ, dedit Iudæ Simonis Iscariotę, & post panem intinctũ introiuit in illum satanas. Tract. LXI.

HOc Euangelij capitulũ fratres ita nobis exponendũ in hac lectione propositum est, vtiã etiã de traditore domini per panem tinctũ, eiq; porrectũ satis euidenter expresso aliquid dicere debeamus. Et de illo quidẽ, quod eum iam demonstraturus Iesus turbatus est spiritu, pręterito sermone diserui: sed fortasis quod ibi non dixi, etiam *Mat. 13.* hoc nobis dñs significare sua perturbatione dignatus ẽ, quod scilicet falsos fratres, & dominici agri illa zizania ita necesse est vsq; ad messis tempus inter frumenta tolerari, vt qñ ex eis aliqua separari etiam ante messem vrgens causa compellit, fieri hoc sine Ecclesiæ perturbatione non possit. Hanc perturbationẽ sanctorũ suorũ ꝑ schismaticos & hæreticos futurã, quodammodo prænuncians dominus præfigurauit in seipso, cũ exituro inde homine malo, & cõmixtionem frumenti in qua diu fuerat toleratus, separatione apertissima relicturo, turbatus est non carne, sed spiritu. Spiritales enim eius ĩ huiusmodi scãdalis non peruersitate, sed charitate turbantur, ne forte in separatione aliquorũ zizaniorũ simul aliquod eradicetur & triticũ. Turbatus itaq; est Iesus spiritu, & protestatus est & dixit: Amen amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me. Vnus ex vobis, vnus numero, non merito: vnus specie, non virtute: cõmixtione corporali, nõ vinculo spiritali, carnis adiunctione, non cordis sõcius vnitate. Proinde nõ qui ex vobis est, sed q ex vobis exiturus est: nã qũo erit verũ protestatus A
est dñs & dixit, vnus ex vobis, si verum est ꝙ
1. Ioan. 2 ait idẽ ipse in Epistola sua, cuius est hoc Euãgeliũ, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, mansissent vtiq; nobiscũ? Non erat igitur ex illis Iudas, mansisset enim cũ illis, si esset ex illis. Quid est ergo, vnus ex vobis tradet me: nisi, vnus ex vobis exiturus est qui me tradet? Quia & ille q ait. Si fuissent ex nobis, mansissent vtique

nobiscum

Mat. 9.

2. Co. 1:

Ioan. 15

nobiscum:iam dixerat,ex nobis exierunt? ac per hoc utrunq; uerū est, & ex nobis & non ex nobis:secundū aliud ex nobis, secundum aliud non ex nobis, secundū cōionē sacrorū ex nobis, secūdū suorū proprietatē criminū non ex nobis. Aspiciebant ergo ad inuicē discipuli hæsitātes de quo diceret.) Sic quippe in eis erat erga magistrū suū pia charitas, ut B tñ eos humana alterū de altero stimularet infirmitas. Nota quidē sibi erat cuiusq; cōscientia,uerumtñ quia proximi erat ignota, ita sibi singulus quisq; erat certus, ut incerti essēt & in cęteris singuli,& in singulis cęteri. Erat ergo recūbēs ex discipulis eius in sinu Iesu, quē diligebat Iesus.) Quid dixerit, in sinu, paulo post ait,ubi dicit supra pectus Iesu,ipse est Ioannes cuius est hoc euangeliū, sicut postea manifestat. Erat.n. eorū hæc cōsuetudo qui sacras literas nobis ministrauerūt, ut qñ ab aliquo eorū diuina narrat̄ historia, cū ad seipsum ueniret, tanq̄ de alio loqueretur, & sic se insereret ordini narrationis suæ, tanquā rerū gestarū scriptor,non tanq̄ suipsius p̄dicator: nā & hoc sanctus Matthęus fecit, qui cū in textu narrationis suę uenisset ad seipsum, uidit, in teloneo sedentē quendā publicanū noīe Matthęū,& ait illi,Sequere me: non ait, uidit me, & dixit mihi: hoc fecit & beatus Moyses,ita de seipso tanq̄ de alio cūcta narrauit,& ait,dixit dñs ad Moysen: inusitatius Apostolus Paulus, nō in historia, ubi rerū gestarū susc̄ipitur explicanda narratio, sed in Epistola hoc fecit: nā utiq; de seipso ait, Scio hominē in Christo ante annos quatuordecim,siue ī corpore,siue extra corpus, nescio,Deus scit,raptū hmōi usq; in tertium cęlū. Quocirca q̄ ēt hic beatus Euangelista non ait: Erat recumbens in sinu Iesu: sed ait, erat recūbens unus ex discipulis: nostrorum authorū consuetudinē agnoscamus potius q̄ miremur. Quid.n. deperit ueritati qñ & res ipsa dr̄,& modo quodā dicendi iactantia de C uitatur? Hoc quippe narrabat, q̄ ad eius laudē maximā pertinebat. Quid est aūt,quē diligebat Iesus? quasi alios nō diligeret,de quib. idē ipse Ioannes superius ait: In finē dilexit eos: & ipse dñs, Maiorē hac charitatē nemo habet, q̄ ut animā suā ponat quis pro amicis suis. Et quis enumerat oīa diuinarū testimonia paginarū, quib. dñs Iesus, non illius neq; eorū qui tunc erant tñ,sed ēt post futurorū membrorū suorū,& totius Ecclesię suę dilector ostenditur? Sed profecto latet hic aliquid & pertinet ad sinū, in quo recūbebat qui ista dicebat: per sinū quippe quid significatur aliud q̄ secretū? Sed alius est opportunior locus, ubi nobis dñs aliquid donet de hoc secreto quantū sufficiat dicere. Innuit ergo Simon Petrus,& dicit ei,) Notanda locutio est,dici aliquid non sonando, sed tantūmodo innuēdo: innuit,inquit, & dicit, utiq; innuendo dicit: si.n. cogitando aliquid dr̄,sicut scriptura loquitur, dixerunt apud semetipsos, quanto magis innuendo, ubi iā foras qualibuscunq; signis promitur q̄ fuerat cor de conceptū? Quid ergo dixit innuēdo? quid nisi q̄ sequitur? Quis est de quo dicit?) Hæc uerba Petrus innuit: quia nō sono uocis, sed motu corporis dixit. Itaq; cū recubuisset ille supra pectus Iesu.) Hic est utiq; pectoris sinus, sapientiæ secretū. Dicit ei,dñe quis est? rñdit Iesus, ille est cui ego intinctū panē porrexero:& cū intinxisset panē, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ:& post panē, tunc introiuit in illū Satanas.) Expressus est traditor,nudatę sunt latebræ tenebrarū: bonū est q̄ accepit, sed malo suo accepit quia male bonū malus accepit. Verū de isto pane tincto qui porrectus est ficto,& de his q̄ sequuntur, multa dicēda sunt, quib. necessariū est plus temporis, quā nūc habemus iā in istius fine sermonis.

Mat.13.

Mat.9.

2.co.12.

1.Ioan.2

Ioan.15.

Sapien.2

D

E

De eo quod ait, Dicit ei Iesus, Quod facis fac citius: usque ad id quod ait, Cum ergo exisset, dicit Iesus, Nunc clarificatus est filius hominis. Tract. LXII.

SCio fratres charissimi moueri posse nōnullos, siue pios ut requirāt, siue impios ut reprehendant, q̄ postea quā panē tinctum traditori suo dñs dedit, intrauit in illum satanas: sic.n. scriptum est, Et cum intinxisset panē, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ, & post panem tunc intrauit in illum satanas: dicunt.n. Itane hoc meruit panis Christi porrectus de mensa Christi, ut post illum intraret in eius discipulū satanas? Quibus rñdemus hinc nos potius doceri, quam sit cauendū male accipere bonum: multum quippe interest, non quid accipiat, sed quis accipiat, nec quale sit q̄ datur, sed qualis sit ipse cui datur: nam & bona obsunt, & mala prosunt, sicut fuerint

quibus dãtur, ꝑctm̃, inquit Apostolus, vt appareat ꝑctm̃, per bonum mihi operatum est
Rom.7. mortẽ: ecce per bonũ factũ est malũ, dũ male accipitur bonũ: itemq; ipse ait, In magnitudine reuelationũ mearũ ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ qui me colaphizet, ꝓp ꝙ ter dñm rogaui, vt auferret eum à me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nã virtus in infirmitate perficit: ecce per malum factũ est bonum, dum bene
F accipitur malum. Quid ergo miraris, si datus est Iudæ panis Christi per quẽ mãciparetur, diabolo, cũ videas ecõtrario datũ Paulo angelum diaboli, per quẽ perficeretur in Christo? ita & malo bonũ obfuit, & malum bono profuit: recordamini vnde sit scriptũ, Qui-
1.Co.11. cunq; manducauerit panẽ, aut biberit calicẽ dñi indigne, reus erit corporis & sanguinis dñi. Et de his erat sermo cũ hoc Apostolus diceret, qui dñi corpus velut alium cibũ quẽ libet indiscrete negligenterq; sumebant: hic ergo si corripitur qui non diiudicat, hoc est, non discernit à cęteris cibis dñicũ corpus, qũo nõ dãnatur qui ad eius mẽsam fingẽs se amicum, accedit inimicus? Si reprehensione tangitur negligentia conuiuantis, qua pœna percutitur venditor inuitantis? Quid erat aũt panis traditori datus, nisi demõstratio cuius gratiæ fuisset ingratus? Intrauit autẽ satanas post hunc panẽ in dñi traditorẽ, vt sibi iã traditũ plenius possideret, in quẽ prius intrauerat vt deciperet: neque.n. non in illo erat qñ perrexit ad Iudæos, & de pretio tradẽdi dñm
Luc. 22. pactus est, cũ hoc apertissime Lucas Euangelista testetur & dicat, Intrauit aũt satanas in Iudã, qui cognominabatur Iscariotes, vnum de duodecim, & abijt & locutus est cũ Principibus sacerdotũ: ecce vbi ostenditur ꝙ iã intrauerat satanas in Iudã. Prius ergo intrauerat immittẽdo in cor eius cogitationem qua traderet Christũ: talis.n. iã venerat ad cęnandũ, nunc aũt post panẽ intrauit in eũ, non ad
G hoc vt alienũ teneret, sed vt propriũ possideret: non aũt, vt putant quidã negligenter legentes, tunc Iudas Christi corpus accepit: intelligendũ est.n. ꝙ iã omnib. eis distribuerat dñs sacrm̃ corporis & sanguinis sui, vbi & ipse Iudas erat, sicut sanctus Lucas euidentissime narrat: ac deinde ad hoc ventũ est, vbi secundũ narrationem Ioannis apertissime dñs per buccellã tinctã atq; porrectã suũ exprimit traditorẽ, fortassis per panis tinctionem illius significans fictionẽ: non.n. omnia quæ tinguntur, abluuntur, sed vt inficiantur nonnulla tinguntur: si aũt bonũ aliquid hic significat tinctio, eidẽ bono ingratũ nõ immerito est secuta dãnatio. Adhuc tñ Iudæ possessio, non à dño sed a diabolo, cũ homini ingrato intrasset panis in ventrẽ, hostis in mentẽ: adhuc, inquã, tanti mali iã corde concepti, plenus restabat effectus, cuius iã præcesserat dã- H
nandus affectus: itaq; cũ dñs panis viuus panẽ mortuo tradidisset, & panẽ tradẽdo panis traditorẽ ostendisset, Quod facis, inquit, fac citius.) Non præcepit facinus, sed prædixit Iudæ malũ, nobis bonũ. Quid.n. Iuda peius, & quid nobis melius quã traditus Christus ab illo, aduersus illũ, pro nobis præter illũ? Quod facis fac citius: ò verbũ libentius parati ad passionẽ, quã irati ad vindictam, ò verbũ non tam pœnam exprimens venditoris, quam mercẽ significãs redemptoris: dixit.n. ꝙ facis fac citius: non tam in perniciem perfidi sęuiendo, quam ad salutem fidelium festinando, quia traditus est propter delicta nostra, & dilexit Ecclesiã & semetipsum tradidit pro ea, vnde & de seipso dicit Apostolus. Qui dilexit me & tradidit seipsum pro me: Rom.4. Ephe.5. Galat.2.
nisi ergo se traderet Christus, nemo traderet Christũ: quid habet Iudas nisi peccatum? neque.n. in tradendo Christo saluté nostrã cogitauit, propter quã traditus est Christus, sed cogitauit pecuniæ lucrum, & inuenit animæ detrimentũ: accepit mercedẽ quam voluit, sed nolenti est data quam meruit: tradidit Iudas Christum, tradidit Christus seipsum: ille agebat negocium sue venditionis, iste nostræ redemptionis. Quod facis fac citius, nõ quia tu potes, sed quia hoc vult qui omnia potest. Hoc autem nemo sciuit discumbentium, ad quid dixerit ei: quidam.n. putabant quia loculos habebat Iudas, ꝙ dixisset ei Iesus, eme ea quæ opus sunt nobis ad diẽ festũ, aut egeI
nis vt aliquid daret.) Habebat ergo & dñs loculos, & a fidelibus oblata conseruans, & 12.q.1. habebat.
suorum necessitatibus, & alijs indigentibus tribuebat. Tunc primum Ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, vbi intelligeremus quod præcepit non cogitandum esse de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, vt nihil pecuniæ seruet a sanctis, sed ne Deo pro ista seruiatur & ꝓp inopiæ timorem iustitia deseratur,

feratur, nam & Apostolus in posterum prævidens, ait, Siquis fidelis habet viduas, sufficienter tribuat eis, vt non grauetur Ecclesia
1.Ti.5. quo veris viduis sufficere possit. Cum ergo accepisset ille buccellã, exijt continuo. Erat aũt nox,) & ipse qui exiuit erat nox. Cum ergo exisset nox, ait Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis.) Dies ergo diei eructauit
Psal.18. verbũ, ideſt, Christus discipulis fidelibus, vt audirent eum & amarent sequendo: & nox
K nocti annũciauit scientiã. i. Iudas Iudæis infidelibus, vt venirent ad eũ, & apprehenderent persequendo: sed iam hinc in sermone dñi, qui factus est ad pios antequã teneret ab impijs intẽtior flagitat auditor, & iõ eũ p̃cipitaꝛ nõ ꝺbet, sed differre potius disputator.

De eo quod dicit, Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eũ ĩ semetipso, & continuo clarificabit eum. Tract. LXIII.

INtendamus mentis obtuitu, & adiuuante dño Deum requiramus: diuini cãtici vox
Psal.68. est, Quærite Deũ & viuet anima vestra: quæramus inueniendum, quæramus inuentum: vt inueniendus quæratur, occultus est, vt inuentus quęratur, immensus est: vnde alibi di
Ps.104. citur, Quęrite faciem eius semper. Satiat n. quærentẽ inquantũ capit, & inuenientẽ capaciorem facit, ut rursũs quærat implere, vbi plus capere cęperit: non ergo ita dictũ est, Quærite faciẽ eius semper: quemadmodum
2.Ti.4. de quibusdã, Semper discentes, & ad scien-
Eccl.18. tiã ueritatis nunquã peruenientes: sed potius sicut ille ait, Cũ consummauerit homo, tũc incipit, donec ad illam vitam veniamus, ubi sic impleamur, vt capaciores nõ efficiamur, quia ita perfecti erimus, vt iam non proficiamus: tunc enim ostendetur nobis quod sufficit nobis. Hic aũt sp̃ q̃ramus & fructus inuẽtionis nõ sit finis inquisitionis: neq;. n. ꝓpea nõ sp̃, qa hic tm̃, sed iõ hic semp dicimus esse quærendũ, ne aliq̃n hic putemus ab inquisitione cessandũ dictũ est, Sẽper discentes, & ad veritatis scientiã nunq̃ peruenientes: hic sunt itaq; semper discẽtes. Cũ uero de hac
L uita exierint: iã non erunt discentes: sed erroris sui mercedẽ accipientes: sic. n. dictũ est, Sẽper discentes, & ad veritatis scientiã nunq̃ peruenientes: tanquã diceretur, Semper ambulantes, & nunquã ad viã peruenientes. Nos aũt semper ambulemus in via, donec eo veniamus, quo ducit via, nusquã in ea remanea mus donec perducet ubi maneamus: atq; ita & q̃rendo tendimus, & inueniendo ad aliqd peruenimus, & ad id quod restat quęrendo & inueniendo transimus, quousq; ibi fiat finis quærẽdi, ubi perfectioni nõ supereſt intentio proficiẽdi. Hæc prælocutio dilectiſsi mi, intentã fecerit charitatẽ vestrã ad istum M
dñi sermonẽ, quem ad discipulos habuit ante passionẽ: profundus est enim & utiq; ubi multũ laboraturus est disputator, non remissus debet eẽ auditor. Quid ergo ait dñs posteaquã Iudas exijt, vt citius faceret quod erat factus, hoc est, dominũ traditurus? Quid ait dies, cũ exisset nox? Quid ait redemptor, cũ exisset uenditor? Nunquid quia exijt, qui tradit, quia imminent qui teneant & occidant? Itane tunc clarificatus est, quia prope est vt humilietur amplius, cui iã impendit ut alligetur, ut iudicetur, ut condemnetur, ut irrideatur, vt crucifigatur, ut interimatur? Hæc ne est clarificatio, an potius humiliatio? Nõ
Ioan.7. ne qñ miracula faciebat, ait tũ de illo iste ipse Ioannes, Spiritus non erat datus, quia Iesus nondũ erat glorificatus? Tunc ergo nondum erat glorificatus, cũ mortuos suscitaret & nunc est glorificatus cũ mortuis propinquaret? nondũ erat glorificatus faciens diuina, & glorificatus est passurus humana? Mirũ, si hoc Deus ille magister significabat, & docebat his verbis: altius est perscrutandũ altissimi dictũ, qui se aliquantũ manifestat, ut inueniamus, & iterũ occultat, ut ĩquiramus, & de inuentis ad inueniẽda tanquã passibus innitamur: uideo hic aliqd q̃ prẽfiguret magnũ aliquid: exijt Iudas, & clarificatus est Iesus: exijt filius perditionis, & clarificatus est filius hoĩs: ille quippe exierat propter quem dictũ erat eis, Et uos mundi estis, sed nõ oẽs: A
exeunte itaq; immundo, oẽs mundi remanserunt, & cũ suo mundatore manserunt: tale aliquid erit cũ uictus à Christo transierit hic mundus, & nemo in populo Christi remane Mat.13.
bit immundus, cũ zizanijs a tritico separatis iusti fulgebunt sicut Sol in regno patris eorũ. Hoc futurũ prẽuidens dñs, & nunc significatum esse conteſtans, discedente Iuda tanquam zizanijs separatis, remanentib. tanquam tritico Apostolis sanctis: Nũc, inquit, clarificatus est filius hominis: tanquam dice

ret,ecce in illa clarificatione mea quid erit, vbi malorũ nullus erit, vbi bonorum nullus perit? Sic aũt non est dictum,nunc significata est clarificatio filij hominis:sed dictũ est, nnuc clarificatus est filius hominis:quemadmodum non est dictum, petra significabat
2.Co.10. Christum,sed petra erat Christus: nec dictũ
Mat. 13. est, bonum semen significabat filios regni aut zizania significabat filios maligni:
B sed dictũ est,Bonum semen hi sunt filij regni zizania aũt filij maligni: sicut ergo solet loq scriptura res significantes, tãquam illas quę significantur appellans,ita locutus est dominus dicens,Nunc clarificatus est filius hominis posteaquam separato inde nequissimo , & secum remanentibus sanctis significata est glorificatio eius, qñ separatis iniquis manebit in æternitate cũ sanctis:eũ autem dixisset, nunc clarificatus est filius hominis adiũxit, Et Deus clarificatus est in eo. ℣ Ipsa est enim clarificatio filij hominis,vt Deus clarificetur in eo:si enim non ipse in seipso, sed Deus in illo clarificat, tunc illũ Deus in se clarificat: deniq; tanquam ista exponens , adiungit & dicit: Si Deus clarificatus est in eo , & Deus clarificauit eũ in semetipso:℣ hoc est,si Deus clarificatus est in eo , quia non venit facere voluntatẽ suam sed voluntatem eius qui misit illum,& Deus clarificauit eum in semetipso vt natura humana in qua est filius hominis,quæ à verbo ęterno susceptа est, & iã in
Ioan.6. immortali ęternitate dominet. Et continuo, inquit,clarificabit eũ,℣ resurrectionem,scilicet suã,non sicut nostrã in fine seculi,sed cõtinuo futurã hac attestatione prædicens.Ipsa est enim clarificatio de qua Euangelista iam dixerat,quod pauloante cõmemoraui, quia propterea nondũ spiritus datus erat vllo nuo modo in eis, quibus fuerat eo modo post resurrectionem credentibus dandus,quia Iesus nondũ fuerat clarificatus, ideſt,nondum fuerat mortalitas immortalitate vestita,& in æternam virtutem temporalis infirmitas cõmutata. Potest & de ista clarificatione dictũ
C videri,nunc clarificatus est filius hominis,vt quod ait nunc, non ad imminentem passionem sed ad vicinam resurrectionem pertinere credatur, tanquam fuerit factum,quod erat tã proxime iam futurum.Hodie dilectioni vestræ ista sufficiant,cum donauerit dominus,de consequentibus postea disseremus.

De eo quod dicit, Filioli , adhuc modicum vobiscum sum,quæretis me, & sicut dixi Iudæis,quo ego vado vos non potestis venire,& vobis dico modo. Tract. LXIIII.

ADuertenda est charissimi, dominicorũ verborum ordinata cõnexio : cũ enim superius dixisset, posteaquam Iudas egressus
D est,& ab illa sanctorum etiã corporali conuersatione seiũctus est , nunc clarificatus est filius hominis,& Deus clarificatus est in eo, quod siue futurũ regnũ significans dixit, qñ mali separabuntur à bonis , siue quod eius resurrectio tunc futura esset i.differenda nõ esset,sicut in finem seculi nostra differtur,ac deinde addidisset: Si Deus clarificatus est in eo,& Deus clarificauit eum in semetipso,& continuo clarificauit eũ, quod sine vlla ambiguitate de sua resurrectione continuo futuratestatus est,adiecit atq; ait,Filioli,adhuc modicũ vobiscũ sum. ℣ Ne putarent ergo,qꝑ sic eũ clarificaturus esset Deus, vt non eis iũ geretur ea conuersatione qua in terra est, ad huc modicum,inquit vobiscum sum:tanquã diceret, continuo quidem resurectione clarificabor non tamẽ continuo ascensurus in cęlũ, sed adhuc modicũ vobiscũ sum : sicut enim scriptũ est in Actibus Apostolorũ, ste-
Actо. I. tit cũ eis post resurrectionem xl. dies intrãs & exiens,& manducans & bibens,non quidẽ habens esuriendi ac sitiendi egestatẽ , sed vsque ad ista carnis infinuas veritatem , quæ cibandi ac potandi iam non habebat necessitatẽ,sed potestatẽ:hos ergo xl.dies significauit,dicendo,adhuc modicũ vobiscũ sum,an aliquid aliud?potest. n.& sic intelligi, adhuc modicum vobiscũ sum , adhuc sicut vos in hac infirmitate carnis ẽt ipse sũ,donec.ſ.moreretur atq; resurgeret:quia posteaquam resurrexit,cum illis quidẽ fuit diebus, vt dictũ est, quadraginta exhibitione corporalis prę
E sentiæ, sed non cũ illis fuit consortio infirmitatis humanę . Est & aliter diuina prȩsentia sensibus ignota mortalibus, de qua itẽ dicit, Ecce ego vobiscũ sum, vsq; ad consum-
Mat.28. mationẽ seculi:hoc certe nõ est,adhuc modicũ vobiscũ sum , non.n.modicũ est vsque ad cõsummationẽ seculi: aut si & hoc modicũ est,volat.n. ętas,& in oculis Dei mille anni sicut dies vnus , aut sicut vigilia in nocte,
Psal.89. non tñ hoc significare voluisse credẽdus est

nunc,

nunc,qñquidem secutus adiunxit,Quæretis me, & sicut dixi Iudęis, quo ego vado vos non potestis venire.) Vtiq; post hoc modicũ quo vobiscũ sum quæretis, & quo ego vado,vos non potestis venire. Nũquid post cõ summationẽ seculi quo ipse vadit, venire nõ poterunt? & vbi est q̃ aliquanto post in hoc ipso sermone dicturus est, Pater volo vt vbi ego sum,& ipsi sint mecũ:nõ ergo de illa sua cũ suis præsentia,qua cum illis est vsq; ad cõ summationem seculi, nunc locutus est, vbi ait,adhuc modicũ vobiscum sum,sed vel de infirmitate mortali, qua cũ illis erat vsq; ad passionẽ suam, aut de præsentia corporali, qua cũ illis futurus erat vsq; ad ascensionem suam: quodlibet horũ quis eligat, cum fide nõ litigat. Ne cui aũt videatur abhorrere iste sẽsus à vero, quo dicimus dñm mortalis carnis cõionem, in qua cũ discipulis vsque ad passionẽ fuit, significare potuisse, dicendo, adhuc modicum vobiscum sum: apud aliũ quoq; Euangelistam post resurrectionẽ verba eius attendat,vbi ait,Hæc locutus sum vobis,cũ adhuc essem vobiscum: quasi tunc nõ erat cum ipsis simul assistentibus, videntib. tangentibus, colloquentibus? Quid est ergo cũ adhuc essem vobiscũ, nisi cum adhuc essem in carne mortali,in qua estis & vos? Tũc enim quidẽ in eadem carne resuscitatus erat sed cũ illis in eadẽ mortalitate iã non erat: quapropter sicuti ibi iã immortalitate carnis indutus veraciter ait, cũ adhuc essem vobiscũ,vbi nihil aliud intelligere possumus, nisi cũ adhuc essem in carnis mortalitate vobiscũ: ita & hic nõ absurde dixisse intelligitur, adhuc modicũ vobiscum sum, tanquã diceret, adhuc modicũ sicut vos estis, mortalis sum ego:ergo sequentia videamus,Quæretis me, & sicut dixi Iudęis, quo ego vado, vos nõ potestis venire: & vobis dico modo, hoc est,modo nõ potestis venire: Iudęis aũt cum hoc diceret,non addidit modo. Isti itaq; venire nõ poterant tunc quò ille ibat,sed poterant postea,nã hoc Apostolo Petro apertissime paulo post ait:cũ.n.dixisset ille,Dñe quo vadis?rñdit ei, Quo ego vado,non potes me modo sequi,sequeris aũt postea: sed hoc qd fit,non negligenter est prætereundũ. Quo.n. sequi tunc non poterant discipuli dñm, sed postea poterant? Si dixerimus ad mortẽ hominẽ nato, q̃ inuenitur tps quo ad moriẽdũ non sit idoneus,qñquidẽ talis est in corpore corruptibili hominũ sors, vt non sit in ea facilior vita q̃ mors: non igitur adhuc minus idonei erant sequi dñm ad mortẽ,sed minus idonei erant sequi dñm ad vitã quæ non habet mortẽ. Illo quippe ibat dñs, vt resurgẽs à mortuis iã non moreretur,& mors ei vltra non dñaretur. Moriturum quippe dñm pro iustitia qũo iam fuerant secuturi adhuc martyrio non maturi? Aut iterũ dñm ad immortalitatẽ carnis, qũo iã fuerant secuturi qũlibet morituri, sed in fine seculi resurrecturi? Aut iturũ dñm ad sinũ patris,nec relicturum eos,vnde nec recessit cũ veniisset ad eos qũo iam fuerant secuturi, cũ esse nemo possit in illa fęlicitate nisi perfectus in charitate? Ideoq; docẽs qũo idonei esse possint pergere quo ille antecedebat, Mandatũ,inquit,nouũ do vobis, vt diligatis inuicẽ. Hi sunt gressus quib. sequendus est Christus, sed de his sermo uberior in aliud tempus est differendus.

Ioan. 17.

Luc. 24.

Act. 1.

Ioan. 13.

Mat. 28.

Psal. 89.

De eo quod dicit: Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicẽ sicut dilexi vos, in hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Tract. LXV.

DOminus Iesus mandatũ nouũ, sed discipulis suis dare testatur, vt diligãt inuicem: Mandatũ,inquit,do uobis, vt diligatis inuicẽ.) Nonne iã erat hoc mandatum in antiqua Dei lege,ubi scriptũ est,Diliges proximum tuũ tanquam teipsum? Cur ergo nouum appellatur a dño, q̃ tam uetus esse conuincitur? An ideo est mandatum nouũ, quia exuto uetere induit nos hominẽ nouum? Innouat quippe audientẽ, uel potius obedientem,non omnis, sed ista dilectio, quam dñs mandat,& ut a carnali dilectione distingueret,addidit,sicut dilexi uos.) Nã diligunt inuicẽ mariti & uxores, parentes & filij, & q̃cũq; alia inter se hoies necessitudo humana deuinxerit,ut taceamus de dilectione culpabili atq; dãnabili, qua diligũt inuicẽ adulteri & adulteræ, scortatores & meretrices, & quoscũq; alios nõ humana necessitudo, sed humanæ uitæ noxia turpitudo cõiũgit Mandatũ ergo nouũ dedit nobis Christus, vt diligamus inuicem,sicut & ipse dilexit nos. Dilectio ista nos innouat, ut simus homines noui

Exo. 20.

hæredes teſtamenti noui, cantatores cantici noui. Hæc dilectio, fratres chariſsimi, antiquos ẽt tunc iuſtos, tunc Patriarchas & Prophetas, ſicut poſtea beatos Apoſtolos innouauit, ipſa & nunc innouat gentes, & ex vniuerſo genere humano, ꝙ diffunditur toto orbe terrarũ, facit & colligit populũ nouũ, cor pus nouæ nuptæ filij Dei vnigeniti ſponſæ, K de qua dr̃ in cantico canticorũ, Quæ eſt iſta *Cant.6.* quæ aſcẽdit dealbata, vtiq; dealbata quia innouata, vnde niſi mandato nouo? Propter ꝙ pro inuicem ſolicita ſunt membra in ea, & ſi patitur vnum membrum, cõpatiuntur om *1.Co.12.* nia mẽbra, & ſi glorificatur vnum membrũ, congaudent omnia membra: audiunt.n.atq; cuſtodiunt, mãdatum nouũ do vobis, vt vos inuicem diligatis, non ſicut ſe diligunt, qui corrumpunt, nec ſicut ſe diligunt homines, qm̃ homines ſunt: ſed ſicut ſe diligũt, qm̃ dij ſunt & filij altiſsimi omnes, vt ſint filij eius vnici fratres, ea dilectione inuicẽ diligentes, qua ipſe dilexit eos, perdũcturus eos ad illũ finem, qui ſufficiat eis, vbi ſatietur in bonis *Pſ. 102.* deſiderũ eorũ. Tunc.n.aliquid deſiderio deerit, qñ omnia in omnibus Deus erit: talis finis non habet finem, nemo ibi moritur, quo nemo peruenit, niſi huic ſeculo moriatur, non morte omniũ qua corpus ab anima deſeritur, ſed morte electorũ qua etiam cum in carne mortali adhuc manetur, cor ſurſũ po nitur: de qua morte dicebat Apoſtolus, Mor *Col.3.* tui.n.eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo: hinc fortaſſe dictum eſt, Va *Cant. 8.* lida eſt ſicut mors dilectio. Hac.n.dilectione fit, vt in iſto adhuc corruptibili corpore conſtituti, moriamur huic ſeculo, & vita noſtra abſcondatur cũ Chriſto in Deo: imo ipſa dilectio eſt mors noſtra ſeculo, & vita cũ Deo: ſi.n.mors eſt, qñ de corpore anima exit, qũo nõ eſt mors, qñ de mundo amor noſter exit? Valida eſt ergo ſicut mors dilectio: quid ea L validius, qua vincitur mundus? Nolite itaq; fratres mei, putare in hoc ꝙ ait dñs, Mandatum nouũ do vobis, vt vos inuicẽ diligatis: *3.ſent.di. 27.c. cũ aũs duo. Mat.22.* illud maius prætermiſſum eſſe mãdatũ, quo præcipitur vt diligamus dñm Deũ noſtrum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente: tanquam.n.hoc prætermiſſo vr̃ dictũ, vt diligamus inuicẽ, velut hoc ad illud alterum non pertineat, quo dictũ eſt, Diliges proximum tuũ tanquam teipſum, in ipſis.n.duob. præceptis, inquit, tota lex pendet & Prophetæ: ſed bene intelligentib. vtrunq; inuenitur in ſingulis: nã & qui diligit Deum, non eum põt contemnere præcipientẽ vt diligat proximum: & qui ſanctẽ ac ſpiritaliter diligit proximum, quid in eo diligit niſi Deum? Ipſa eſt dilectio ab omni mundana dilectione diſcreta, quam diſtinguendo addidit dñs, ſicut dile M xi vos: quid.n.niſi Deum dilexit in nobis? Nõ *1.Co.13.* ꝙ habebamus, ſed vt haberemus, vt perducat nos ſicut pauloante dixi, vbi ſit Deus omnia in omnibus: ſic.n.medicꝰ rectẽ dr̃ ægros diligere, & quid in eis niſi ſalutem diligit, q̃ cupit itaq; reuocare, non morbum, quẽ venit expellere? Sic ergo & nos inuicem diligamus, vt quantum poſſumus inuicẽ, ad habendum in nobis Deũ cura dilectionis attrahamur: hãc dilectionem nobis donat ipſe dñs, qui ait, Sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. Ad hoc ergo nos dilexit, vt & nos diligamus inuicẽ: hoc nobis conferens diligẽdo nos, vt mutua dilectione conſtringamur inter nos, & tã dulci vinculo connexis membris corpus tãti capitis ſimus. In hoc cognoſcẽt, inquit, oẽs quia mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionẽ habueritis ad inuicem:) tanq̃ diceret, alia munera mea habent vobiſcum ẽt nõ mei, non ſolũ naturam, vitã, ſenſus, rationẽ, & eam ſalutem, quæ hominib. pecoribusq; cõis eſt, verumetiam linguas, ſacra, prophetiam, ſciẽtiam, fidem, diſtributionem rerum ſuarũ pauperibus, & traditionem corporis ſui vt ardeant, ſed qm̃ charitatem non habẽt, vt cymbala concrepant, nihil ſunt, nihil illis prodeſt: non ergo in illis quãuis bonis muneribus meis, quæ habere poſſunt ẽt non diſcipuli mei, ſed in hoc cognoſcent oẽs, quia mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis adinuicem. O ſponſa Chriſti, pulchra inter *1.Co.13.* mulieres, ò dealbata aſcendens & incumbẽs ſuper fratruelẽ tuũ, qm̃ cuius lumine illuſtraris, vt candeas, eius adiutorio fulciris, ne ca- A das. O quam bene cantatur tibi in illo canti- *Cant.7.* co canticorum, velut epithalamio tuo, quia charitas in delitijs tuis: ipſa non perdit cum impijs animã tuã, ipſa diſcernit cauſam tuã, & ſicut mors valida eſt, & in delitijs tuis eſt: quam mirandi generis mors eſt, cui parum fuit non eſſe in pœnis, niſi eſſet inſuper in delitijs? Sed hic iam iſte ſermo claudatur, ab alio exordio tractanda ſunt quæ ſequuntur.

De

De eo quod sequitur, Dicit ei Simõ Petrus, Domine quo vadis? vsque ad id quod ait, Amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges. Tract. LXVI.

CVm dñs Iesus sanctam dilectionẽ, qua se inuicem diligerent, discipulis commendaret, Dicit ei Simon Petrus, Dñe quò vadis?) Sic vtiq; hoc dixit magistro discipulus, & dño seruus, tanquam sequi paratus: propterea quippe dñs qui eius animã uidit, B quare hoc interrogauerit, sic ei respondit, Quo ego uado non potes me modo sequi,) tanquam diceret, propter q̃ interrogas, non potes modo: non ait, non potes: sed non potes modo: dilationẽ intulit, non spem tulit, & eandẽ spem quã nõ tulit, sed potius dedit, sequenti uoce firmauit, addendo atq; dicendo, Sequeris aũt postea.) Quid festinas Petre? nondũ te suo spiritu solidauit petra, noli extolli præsumendo, nõ potes modo: noli deijci desperãdo, sequeris postea: sed adhuc ille quid dicit?) Quare te non possum sequi modo? animam meam pro te ponam.) Quid in animo eius esset cupiditatis uidebat, quid uirium non uidebat: uoluntatem suam iactabat infirmus, sed inspiciebat ualetudinẽ medicus: iste promittebat, ille prænoscebat: qui nesciebat audiebat, qui præsciebat docebat: quantũ sibi assumpserat Petrus intuẽdo quid uellet, ignorando quid posset, quantũ sibi assumpserat cũ uenisset dñs animam suam ponere pro amicis suis, an per hoc & pro ipso, ille hoc dño offerre confideret, & nondum pro se posita anima Christi, animam suã pol liceretur se positurum esse pro Christo: Respondit ergo Iesus, Animã tuam pro me pones?) Itane facies pro me, q̃ ego nondum fe C ci pro te? Animam tuam pro me pones? Præire potes, qui sequi non potes? Quid tũ præsumis? Quid de te sentis? Quid esse te credis? Audi quid sis, Amen amen dico tibi nõ cantabit gallus, donec ter me neges.) Ecce qũo tibi cito apparebis, qui magna loqueris, & te paruulũ nescis: qui mihi promittis mortem tuã, ter negabis uitam tuam: qui te iam putas mori posse pro me, prius uiue pro te, nã timendo mortẽ carnis tuæ, mortem dabis animæ tuæ: quanta.n. uita est confiteri Christũ, tanta mors est negare Christum. An Apostolus Petrus, sicut eum quidam fauore peruerso excusare nituntur, Christum non negauit, quia interrogatus ab ancilla hominem se nescire respondit, sicut alij Euangelistæ contestantur expressius? Quasi uero qui hominẽ Christum negat, nõ Christum neget, & hoc in eo negat, q̃ factus est propter nos, ne periret q̃ fecerat nos: ergo qui ita confitetur Christũ Deum, ut hominem neget, non pro illo mortuus est Christus, quia secundũ hominem mortuus est Christus: qui negat hominem Christũ, non reconciliabitur per me diatorem Deo: unus.n. Deus, & unus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus: qui negat hominem Christũ non iustificabitur, quia sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per obedientiã unius hominis iusti constituẽtur multi: qui negat hominem Christũ, non resurget in resurrectionẽ uitæ, quia per hominẽ mors, & per hominẽ resurrectio mortuorum: Sicut.n. in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur: per quid aũt caput est Ecclesiæ, nisi per hominem? Quod uerbum caro factum est, idest Dei patris unigenitus Deus homo factus est: qũo est igitur in corpore Christi, qui negat hominẽ Christum? Qui.n. caput negat, qũo est membrum? Sed quid multis immoror, cũ ipse dñs abstulerit omnes humanæ argumentationis ambages: non.n. ait, Non cantabit gallus donec hominem neges: aut sicut loqui familiariore cum hominibus dignatione consueuit, non cantabit gallus donec filium hominis ter neges: sed ait, donec me ter neges: quid est me, nisi q̃ erat? & quid nisi Christus erat? Quicquid ergo eius negauit, ipsum negauit: Christum negauit, dñm Deũ suum negauit, quia & ille cõdiscipulus eius Thomas, qñ exclamauit, Dñs meus & Deus meus non verbũ, sed carnẽ tetigit, non incorpoream Dei naturam, sed hominis corpus curiosis manibus contrectauit: hominẽ itaq; tetigit, & tñ Deum cognouit: si ergo q̃ iste tetigit, hoc Petrus negauit, q̃ iste exclamauit hoc Petrus offendit, non cantabit gallus, donec ter me neges. Dicas licet, nescio hominẽ, dicas licet homo nescio quid dicis: dicas licet, nõ sum ex discipulis eius, me negabis. Siquid dubitare nefas est, Christus hoc dixit uerumq; prędixit, proculdubio Petrus Christũ negauit: non accusemus Christum, cum defen-

M
1.Co.15.
1.Co.15.
A
Cant.7.
11. q. 3. c. nõ solũ.
D
1. Tim. 2
Rom. 15.
1. Co. 15.
Ioan. 1.
Ioan. 20.
E

defendimus Petrum: pctm agnoscat infirmitas, nã mendaciũ non habet veritas. Agnouit planè pctm̃ suum infirmitas Petri prorsus agnouit, & quantũ Christum negando cõmiserit, plorando monstrauit: Ipse suos redarguit defensores, & vnde eos conuincat, producit lachrymas testes: neq; nos cum ista dicimus, primum Apostolorũ accusare delectat, sed hunc intuendo admoneri oportet,
F ne homo quisquã de humanis viribus fidat: nam quid aliud pertinuit ad doctorẽ saluato remq; nostrũ, nisi vt nobis nequaquam de se quenquã præsumere debere, in ipso primo Apostolorũ demonstraret exẽplo? In anima itaq; Petri contigit q̃ offerebat in corpore, non tñ pro domino quod temere præsumebat præcessit, sed aliter quam putabat, nanq; ante mortem & resurrectionem domini & mortuus est negando, & reuixit plorando. Sed mortuus est, quia superbe præsumpsit: reuixit autem, quia benigne ille respexit.

De eo quod dicit, Non turbetur cor vestrũ, creditis in Deum & in me credite: vsque ad id quod ait, Quo ego vado scitis, & viam scitis. Tract. LXVII.

Cap. 14. ERigenda est nobis, fratres, ad Deũ maior intentio, vt verba sancti Euangelij, quæ modo in nostris auribus sonuerunt, etiã mente capere vtcunque possimus. Ait n. dñs Iesus, Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite.) Ne mortem tanq̃ homines timerent, & ideo turbarentur, consolatur eos, etiam se Deum esse contestans: creditis, inquit, in Deum, & in me credite:
Phil. 2. consequens est. n. vt si in Deum creditis, & in me credere debeatis, q̃ non esset consequens, si Christus non esset Deus: Creditis in Deum, & in eum credite, cui natura est non rapina, esse æqualem Deo: semetipsum. n. exi
G naniuit, non tñ formã Dei amittens, sed formam serui accipiens. Mortem metuitis huic formæ serui, non turbetur cor vestrum, suscitabit illam forma Dei: sed quid est q̃ sequitur, (ĩ domo patris mei mãsiones multæ sũt:) nisi quia & sibi metuebant? Vnde audire debuerunt, non turbetur cor vestrum? Quis. n. eorum nõ metueret, cum Petro dictum esset fidentiori atque prõptiori, Non cantabit gallus donec ter me neges? tanquam ergo essent ab illo perituri, merito turbabãtur: sed cum audiunt, In domo patris mei mãsiones multæ sunt. Si quo minus dixissem vobis, quia vado parare vobis locũ.) A perturbatione recreantur, certi ac fidentes etiam post pericula tentationum se apud Deum cum Christo esse mansuros, quia & si alius est alio fortior, alius alio sapientior, alius alio iustior, alius alio sanctior, in domo patris mei mansiones multæ sunt. Nullus eorum alienabitur ab illa H
domo, vbi mansionem pro suo quisque acce *Mat. 20*
pturus est merito: denarius quidẽ ille æqualis est omnibus, quem paterfamilias eis, qui operati sunt in vinea, iubet dari omnibus, nõ in eo discernens qui minus & qui amplius laborarunt: quo vtiq; denario vita significatur æterna, vbi amplius alio nemo viuit, qm̃ viuendi non est diuersa in æternitate mensura: sed multæ mansiones diuersas meritorum *1. Co. 15*
in vna vita æterna significant dignitates. Alia est enim gloria Solis, alia gloria Lunæ, alia gloria stellarũ: stella enim ab stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorũ, tanquã stellæ sancti diuersas mãsiones, diuersas charitates, tanquam in cœlo sortiũtur in regno, sed propter vnum denarium nullus separatur à regno: atq; ita Deus erit omnia in omnibus, vt quoniã Deis charitas est, per charitatẽ fiat, vt quod habent singuli, cõmune sit omnibus: sic enim quisq; etiam ipse habet, cum amat in altero quod ipse non habet: nõ erit itaque aliqua inuidia imparis claritatis, qm̃ regnabit in omnibus vnitas charitatis. *1. Ioan. 4*
Proinde respuẽdi sunt a corde Christiano, q̃ putant ideo dictũ multas esse mansiones, q̃a extra regnũ cœlorũ erit aliquid, vbi maneãt beati innocentes, qui sine baptismo ex hac vita emigrarunt quia sine illo in regnũ cœlorum intrare non potuerunt: hæc fides non est fides, quoniam non est vera & catholica fides: itane tandẽ stulti homines, carnalibus cogitationibus excœcati, cum reprobandi es I
setis, si mansionem non dico Petri & Pauli vel cuiuslibet Apostolorũ, sed cuiuscunque paruuli baptizati a regno cœlorũ separaretis, non vos putatis esse reprobandos, qui domum Dei patris inde separatis? Non enim ait dominus in vniuerso mundo, aut in vniuersa cratura, aut in vita vel beatitudine sempiterna mansiones multæ sunt: sed in domo, inquit, patris mei mansiones multæ sunt.

Nonne

Nonne iſta eſt domus, vbi ædificationē habe
2. Cor. 5. mus ex Deo, domū non manufactā æternam
Pſal. 83. in cęlis? Nonne iſta eſt domus de qua canta-
mus dño, Beati qui habitant in domo tua, in
ſecula ſeculorū laudabunt te? ergo ne vos nō
Matt. 6. domū cuiuſq; baptizati fratris, ſed domum
ipſius Dei patris, cui omnes fratres dicimus,
Pater noſter, qui es in cęlis: à regno ſeparare cęlorū, aut eam ſic diuidere audebitis, vt aliquę manſiones eius ſint in regno cęlorū, aliquæ aŏt extra regnū cęlorū? Abſit, vt qui
K volunt habitare in regno cęlorū, in hac ſtulti
tia velint habitare vobiſcū: abſit, inquā, vt cū omnis domus regnantiū filiorū nō ſit alibi niſi in regno ipſius: regiæ domus pars aliqua nō ſit in regno. Et ſi abiero, inquit, & præparauero vobis locū, iterū venio & accipiam vos ad meipſum, vt vbi ſum ego & vos ſitis:
1. Co. 15 & quo ego vado ſcitis, & viā ſcitis. ℣ O domine Ieſu, qūo vadis parare locū, ſi iā multę manſiones ſunt in domo patris tui, vbi tecū habitabūt tui? aut ſi accipis eos adteipſū, qūo iterū venisq; nō recedis? Iſta chariſsimi ſi breuiter explicare conemur, quātū videt hodierno ſatis eſſe ſermoni, coarctanda vtiq; nō clarebūt, & erit ipſa breuitas altera obſcuritas. Proīde hoc debitū differam⁹ ꝙ opportuni⁹ uobis prefamilias nr̄o largiēte reddam⁹.

De eadem lectione. Tract. LXVIII.

1. Ioan. 4. DEberi vobis fratres chariſsimi iamque eſſe reddēdū quod diſtuleramus agno ſcimus, qūo intelligi poſsint nō eſſe inter ſe iſta cōtraria, quod cū dixiſſet dñs, In domo patris mei manſiones multæ ſunt, ſi quominus dixiſſem vobis, quia vado parare vobis locū.) Vbi ſatis oſtendit, ideo ſe hoc illis dixiſſe, quia iā ibi ſunt manſiones multæ, & nō eſt opus aliquā præparare: rurſus dicit, Et ſi abiero & præparauero vobis locū, iterū veniā & accipiam vos ad meipſum, vt vbi ego ſum & vos ſitis.) Qūo vadit & parat locum, ſi iā multæ manſiones ſunt? Si quominus di-
L xiſſem, vado parare: aut ſi adhuc parandus ē, cur nō merito dixiſſet, vado parare? An iſtę manſiones & ſunt & parandę ſunt? Si quominus. n. eſſent, dixiſſet, vado parare, & tñ quia ita ſunt vt parandæ ſint, non eas uadit parare ſicut ſunt: ſed ſi abierit & parauerit ſicut futuræ ſunt, iterū ueniens accipiet ſuos ad ſeipſum, ut ubi eſt ipſe, ſint & ipſi. Qūo ergo mā
De pœni. diſt. 4. c. in domo. ſiones in domo patris non aliæ, ſed ipſæ, & ſine dubio iam ſunt ſicut parandæ nō ſunt, & nondū ſunt ſicut parandæ ſunt? Quomodo ergo putamus, niſi quomodo etiam Pro pheta prædicat Deum, quia fecit quę futura ſunt? Non enim ait, qui facturus eſt, quæ futura ſunt: ſed, qui fecit, quę futura ſunt: ergo & fecit ea, & facturus eſt ea: nam neq; facta
Ephe. 1. Rom. 8. ſunt, ſi ipſe non fecit: neq; futura ſunt: ſi ipſe non fecerit. Fecit ergo ea prędeſtinando, facturus eſt operando, ſicut diſcipulos qñ elegerit, ſatis indicat Euangeliū, tunc vtiq; qñ
H eos vocauit: & tñ ait Apoſtolus, Elegit nos ante mundi conſtitutionem: prædeſtinando vtiq;, non uocando: quos aūt prędeſtinauit, illos & vocauit. Elegit prędeſtinando ante mundi conſtitutionem, elegit vocando ante mundi conſummationē: ſic & manſiones præparauit & prępparat, nec alias, ſed quas præparauit has prępparat, qui fecit quę futura ſunt: quas prępparauit prędeſtinando, præparat operando: iam ergo ſunt in prędeſtinatiōe: ſi quo minus dixiſſet, ibo & pparabo, i. prędeſtinabo: ſed quia nondū ſunt in operatione, & ſi abiero, inquit, & prępparauero vobis locū iterū ueniā & accipiam uos ad meipſum. Parat quodammodo manſiones manſionibus parando manſores: quippe cū dixerit, in domo patris mei māſiones multæ ſūt, quid putabimus eſſe domū Dei niſi templū
1. Cor. 3. Dei? Quid aūt ſit, interogetur Apoſtolus & & reſpondeat, Templū enim Dei ſanctū eſt, quod eſtis uos: hoc eſt etiam regnum Dei, ꝙ filius traditurus eſt patri, vnde dicit idē Apoſtolus, Initiū Chriſtus, deinde qui ſunt Chriſti in præſentia eius, deinde finis, cum tradiderit regnū Deo patri: ideſt, quos redemit ſanguine tuo, tradiderit contemplando (etiā patri ſuo: hoc eſt regnū cęlorū, de quo dicitur, Simile eſt regnū cęlorū homini ſeminā ti bonū ſemē in agro ſuo: bonū aūt ſemen, hi ſunt filij regni, qui etſi nunc habent permiſta zizania, mittet in fine rex ipſe angelos
A ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcan 1. Co. 15. dala, tunc iuſti fulgebunt ſicut Sol in regno patris ſui. Regnū fulgebit in regno, cū venerit regnū ꝙ nūc oramus & dicimus. Veniat regnū tuum, Nunc ergo iam regnum vocatur, ſed ſed adhuc conuocatur: ſi. n. regnū nō uocaretur, colligēt de regno eius oīa ſcan-

legēdum arbitror complantando. Mat. 13. Mat. 6.

dala,

dala,non diceretur,ſed nondũ regnat hoc regnum.Proinde ſic iam eſt regnũ, vt cum de illo collecta fuerint omnia ſcandala,tũc perueniet ad regnũ, vt nõ ſolum regni nomen, ſed etiã regnandi habeat poteſtatẽ: huic ꝙpe regno ad dexterã ſtãti,in fine dicetur,Venite benedicti patris mei, percipite regnũ.i. B qui regnũ eratis & non regnabatis, venite, regnate, vt quod in ſpe fueratis, ẽt in re eſſe poſsitis:hęc ergo domus Dei,hoc templum Dei,hoc regnũ Dei,regnumq; cęlorũ adhuc *Mat.25.* ędificatur adhuc fabricatur, adhuc paratur, adhuc congregatur. In iſto erunt manſiones ſicut eas adhuc parat dñs:in illo iã ſunt,ſicut prædeſtinauit iam dñs: ſed quid eſt ꝙ vt prę pararet abijt,cũ profecto noſipſos pręparet, quod non faciet ſi reliquerit? Agnoſco dñe vt poſſum nimirũ illud ſignificas, quia vt parentur iſtę manſiones, viuere debet iuſtus ex *2. Cor.5.* fide.Qui.n.à dño peregrinantur,opus habẽt *Hebr. 2.* ex fide viuere, quia per hanc ad ſpeciẽ con- *Mat.5.* templandã parantur:beati.n.mundo corde, *Actio. 5.* quia ipſi Deũ videbunt:& fide mũdat corda eorũ:illud in Euãgelio hoc in Apoſtolorum actibus legitur.Fides aũt qua eorũ, qui Deũ viſuri ſunt,quãdiu peregrinantur, corda mũdantur, ꝙ non videt credit: nã ſi vides, non eſt fides:credẽti colligitur meritum, videnti redditur præmiũ. Eat ergo dñs & pater locũ carne videatur,lateat vt credatur:tunc.n.locus paratur,ſi ex fide viuatur,creditus deſideretur, vt deſideratus habeatur,deſideriũ dilectionis,præparatio eſt manſionis. Ita domine para quod paras, nõ.n.tibi paras,& te nobis paras,quoniã locũ paras,& tibi in nobis & in te nobis: tu.n. dixiſti, Manete in me & *Ioan.15.* ego in vobis.Quantũ quiſq; fuerit particeps tui,alius minus,alius amplius,hæc erit diuerſitas prçmiorum pro diuerſitate meritorum hęc erit multitudo manſionũ pro diſparilitate manſorũ, ſed tñ omniũ in æternitate viuorũ,& ſine fine beatorũ. Quid eſt ꝙ vadis? quid eſt ꝙ venis? Si te bene intelligo,nec vnde vadis,nec vnde venis, recedis: vadis latẽ- C do, venis apparendo,ſed niſi maneas regendo,vt proficiamus bene viuendo,qũo parabiſ locus,vbi poſsimus manere perfruendo? Hęc de verbis q̃ recitata ſunt Euangelicis,ſatis dicta ſunt,quouſq; ait dñs,iterũ venio,& accipiã vos ad meipſum. Quid aũt ſit ꝙ ſequitur,vt ibi ego ſum & vos ſitis:Et quo ego vado ſcitis, & viam ſcitis.) Poſt interrogationem quæ ſequitur à diſcipulis factam,tãquam per eos & nos interrogemus, melius audiemus,opportuniusq; tractabimus.

De eo quod dicit ei Thomas,Dñe, neſcimus quo vadis:vſq; ad id ait, Nemo venit ad patrẽ niſi per me. Tract. LXIX. D

NVnc eſt dilectiſsimi, vt quãtũ valemus intelligamus de verbis domini poſterioribus priora, ex conſequentibus pręcedẽtia, in eo quod audiſtis Apoſtolo Thomæ interroganti eſſe reſponſum. Dixerat.n. ſuperi' dñs,cum de manſionibus loqueretur, quas & eſſe dixit in domo patris ſui, & ire ſe vt pparet eas,vbi intelleximus & eſſe iam manſiones ipſas in prędeſtinatione,& præparari eas cũ eorũ, qui ibi manſuri ſunt, per fidem corda mundantur, qm̃ ipſa Dei domus ipſi ſunt.Et quid eſt aliud manere in domo Dei quã eſſe in populo Dei,cũ idem populus eſt in Deo,& Deus in eo?Hoc vt præparet, dñs abijt vt credendo in eũ qui nõ videtur,ea quę in ſpecie futura eſt,nũc per fidẽ manſio pręparetur:propter hoc ergo dixerat, Et ſi abiero & pręparauero vobis locũ,iterũ venio & accipiam vos ad meipſum, vt vbi ego ſum & vos ſitis,& quo ego vado ſcitis & viã ſcitis:ad hæc,Dicit ei Thomas,Domine neſcimus quo vadis, & qũo poſſumus viam ſcire?§ Vtrunq; illos dominus dixerat ſcire, vtrunq; dixit iſte neſcire, & locũ quo itur, & viam qua itur: ſed neſcit ille mentiri, ergo iſti ſciebant,ſed ſe ſcire neſciebant:cõuincat eos dñs iã ſcire,quod ſe putant ad hucuſque neſcire. Dicit ei Ieſus, Ego ſum via,veritas & vita.) Quid eſt fratres? Ecce audiuimus diſcipulũ interrogantẽ,audiuimus & magiſtrũ docentẽ,& nondum capimus etiam poſt vocem ſonantem ſententiã latitantem: ſed qd E non poſſumus capere? Nunquid poterant ei dicere Apoſtoli eius, cũ quibus loquebatur, neſcimus te? Proinde ſi eũ ſciebant,& via ipſe eſt, viam ſciebant:ſi eũ ſciebant, & veritas ipſe eſt,veritatem ſciebant: ſi eum ſciebãt & vita ipſe eſt, vitam ſciebant:ecce ſcire cõuicti ſunt, quod ſe ſcire neſciebant. Quid igitur & nos in iſto ſermone non cepimus? Quid putatis, fratres mei, niſi qui dixit, & quo vado ſcitis & viam ſcitis? ecce cognoui

mus

mus q̄ sciebant viā, quia sciebant ipsum qui est via: sed via est qua itur, nunquid via est & quò itur? Vtrunq; aūt illos dixerat scire, & quo vadit, & viā: opus ergo erat, vt diceret, ego sum via, vt ostenderet eos qui eū scirēt, viam scire, quā putauerant se nescire. Quid aūt opus erat, vt diceret, ego sum via & veritas & vita, cum via cognita qua iret, restaret nosse quo iret, nisi quia ibat ad veritatē, ibat ad vitam? Ibat ergo ad seipsum, per seipsum. Et nos quo imus nisi ad ipsum? & quā imus nisi per ipsum? Ipse igitur ad seipsum per seipsum, nos ad ipsum per ipsum, imo vero ad patrē & ipse & nos: nā & de seipso alibi dicit, Ad patrē vado: & hoc loco propter nos, *Ioan. 16.* Nemo, inquit, venit ad patrem nisi per me. Ac per hoc & ipse per seipsum & ad seipsū & ad patrē, & nos per ipsum & ad ipsum & ad patrē. Quis hæc capit, nisi qui spiritaliter sapit? Et quantū est q̄ hic capit, ēt qui spiritaliter sapit? Fratres mei, quid a me ista vobis *Sapien. 9* vultis exponi? Cogitate q̄ excelsa sint: videtis quid sim, video quid sitis: in omnibus nobis corpus q̄ corrūpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: putamusne & possumus dicere, *Ps. 122.* Ad te leuaui animā meā, qui habitas in cœlis? Sed sub tanto pōdere vbi ingemiscimus grauati, qūo leuabo animam meam, nisi me cū leuet qui posuit pro me suam? dicā ergo q̄ possum, capiat vestrū qui potest: quo donante dico, eo donante capit qui capit, & eo donante credit qui nondū capit: Nisi. n. crediderit is, inquit Propheta, non intelligetis. Dic mihi dñe Deus, quid dicam seruis tuis, conseruis meis? Thomas Apostolus vt te interrogaret, habuit te ante se, nec tñ intelligeret te, nisi haberet in se: ego interrogo te, qa *Isa. 7.* te scio esse super me. Interrogo aūt inquantum possum super me effundere animā meā, vbi non sonantem & tñ docentem audiā te. Dic mihi obsecro, qūo vadis ad te? nunquid G nā vt venires ad nos, reliqueras te, maxime quia non a teipso venisti, sed pater te misit? *Phil. 2.* Scio quidem q̄ te exinanisti, sed quia formā serui accepisti, non quia formam Dei, vel ad quā redires dimisisti, uel quā reciperes amisisti: & tñ venisti, & non solum vsq; ad carnales oculos, verumetiā vsq; ad manus hominū peruenisti: qūo nisi in carne? Per hanc venisti, manens vbi eras, per hanc redisti, nō relinquens quo veneras. Si ergo per hanc venisti & redisti, per hanc proculdubio non solū nobis es qua veniremus ad te, verumetiā tibi qua venires & redires via fuisti. Cum vero ad vitam q̄ es ipse isti, eandē profecto carnem tuam de morte ad vitam duxisti, aliud quippe Dei verbum est, aliud homo, sed verbum caro factum est, i. homo. Non itaq; alia *Ioan. 1.* verbi, alia est hominis persona, qm̄ vtrunq; est Christus vna persona: ac per hoc quemadmodū caro cū mortua est, Christus mor- H tuus est, & cū caro sepulta est, Christus sepul *Rom. 10.* tus est: sic. n. corde credimus ad iustitiam, sic ore confessionem facimus ad salutem, ita cū caro a morte uenit ad uitam, Christus venit ad uitam, & quia uerbum Dei Christus est, Christus est uita. Ita miro quodā & ineffabili modo, qui nunquam dimisit uel amisit se- *Rom. 3.* ipsum, uenit ad seipsum. Venerat autē, ut dic- *Ps. 115.* tum est, per carnem Deus ad homines, ueritas ad mēdaces: Deus. n. uerax, omnis autem homo mendax. Cum itaque ab hominibus abstulit, atque illuc ubi nemo mentitur, carnem suam leuauit idem ipse, quia uerbū caro factum est, per semetipsum, i. per carnem ad ueritatem quod est ipse remeauit. Quam quidem ueritatem, quāuis inter mēdaces, & in morte seruauit: aliqñ n. Christus fuit mortuus, sed nunquam fuit falsus. Accipite quāuis diuersum & longe impar exemplum, tñ utcunq; ad intelligendum Deum, ex his quę propius subiecta sunt Deo, ecce ego ipse, quantum attinet ad animum meū, cum hoc sim q̄ estis & uos, si taceo, apud meipsum sum: si aūt loquor uobis q̄ intelligatis, quodammodo ad uos procedo, nec me relinquo, sed & ad uos accedo, & non recedo unde procedo, cum aūt tacuero, quodāmodo ad me redeo, & quodāmodo uobiscum maneo, si tenueritis, q̄ audistis in sermone, quē dico. Si hoc pōt imago quā fecit Deus, quid potest non a Deo facta, sed ex Deo nata imago Dei Deus, cuius illud per q̄ ad nos egressus est, & in quo a nobis regressus est corpus I non sicut meus elapsus est sonus, sed manet ibi ubi iā non moritur, & mors ei ultra non dominabitur? Multa de his euangelicis uerbis adhuc dici fortasse poterant & debebāt, *Iaco. 6. Mat. 26.* sed non sunt corda uestra spiritalibus cibis quamlibet suauibus oneranda, maxime, quia spiritus promptus est, caro autem infirma.

De

De eo quod ait, Si cognouisſetis me, & patrē meum vtiq; cognouisſetis: vſque ad id q̄ ait, Non credis quia ego in patre & pater in me est? Tract. LXX.

VErba ſancti Euangelij, fratres, ita rectè intelliguntur, ſi cū ſuperioribꝰ. reperiunt
K habere concordiā: conuenire.n. debent præcedentia cōſequentibus, qñ veritas loquitur: ſupertus dixerat dñs, Et ſi abiero & præparauero vobis locū, iterum venio & accipiam vos ad meipſum, vt vbi ego ſum & vos ſitis: deinde addiderat, Et quò ego vado ſcitis, & viam ſcitis, nihilq; aliud oſtendit eſſe q̄ dixit, niſi quia ipſum ſciebant. Quid ergo eſſet ire ad ſeipſum per ſeipſum, q̄ etiam diſcipulis præſtat, vt eant ad ipſum per ipſum, vt potuimus priſtino ſermone iam diximus. Quid itaq; ait, Vt vbi ego ſum & vos ſitis: vbi erāt futuri niſi in ipſo? Ac per hoc eſt ēt ipſe in ſe ipſo, & ideo ibi illi, vbi & ipſe, i. in ipſo. Ipſe eſt igitur vita æterna in qua futuri ſumus, cū acceperit nos ad ſe: & ipſa vita æterna q̄ ipſe eſt, in ipſo eſt, vt vbi eſt ipſe & nos ſimus: hoc
Ioan. 5. eſt, in ipſo. Sicut habet pater vitam in ſemetipſo, & vtiq; non aliud eſt vita quam habet, niſi q̄ eſt ipſe qui hanc habet: ſic dedit filio habere vitam in ſemetipſo, cum ipſe ſit eadē vita, quam habet in ſemetipſo. Nunquid aūt nos vita q̄ eſt ipſe, hoc erimus, cū in illa vita, hoc eſt, in ipſo eſſe cęperimus? Non vtiq; quia ipſe exiſtendo vita habet vitam, & ipſe eſt q̄ habet, & q̄ vita eſt in ipſo, ipſe eſt in ſeipſo, nos autem non ipſa vita, ſed ipſius vitæ participes ſumus, atq; ita ibi erimus, vt in nobiſipſis, non q̄ ipſe eſt eſſe poſsimus, ſed noſipſi non vita, ipſum habeamus vitam qui ſeipſum habet vitam, eo q̄ ipſe ſit vita. Denique ipſe & in ſeipſo eſt immutabiliter, & in patre inſeparabiliter, nos vero cū in nobiſip
L ſis eſſe voluiſſemus, ad noſipſos turbati ſu-
Pſal. 6. mus: vnde illa vox eſt, Ad meipſum turbata eſt anima mea, atq; in deterius commutati, neq; id q̄ fuimus permanere potuimus. Cū aūt per ipſum venimus ad patrem: ſicut ait, Nemo venit ad patrem niſi per me: manētes in illo, nec à patre nos quiſquā poterit ſeparare, nec ab illo. Connectens itaq; conſequētia p̄cedentibus: Si cognouiſſetis me, inquit, & patrem meum vtique cognouiſſetis.) hoc eſt q̄ ait, Nemo venit ad patrem niſi per me: deinde ſubiungit, Et amodo cognoſcetis eū, & uidiſtis eum. ⁊ Sed Philippus unus ex Apoſtolis, qui audierat non intelligens, Dñe, inquit, oſtēde nobis patrem, & ſufficit nobis.) Cui dñs, Tanto, inquit, tempore uobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Philippe qui videt me, uidet & patrem. ⁊ Ecce increpat, q̄ tanto tempore cum ipſis erat, & non cognoſcebatur. Nonne ipſe dixerat, & quò ego vado ſcitis, & viam ſcitis? Et ſe neſcire dicen- M
tes, eos hoc ſcire conuicerat, addendo atq; dicendo, Ego ſum uia ueritas & uita: quomodo nunc dicit, Tanto tempore uobiſcū ſum, & non cognouiſtis me: cum profecto & quo iret & uiam ſcirent, non ob aliud niſi quod ipſum utique ſcirent? Sed facile iſta ſoluitur quæſtio, ſi dicamus q̄ eū aliqui eorum ſciebant, aliqui neſciebant, atq; in his qui neſciebant & Philippus erat, & q̄ ait, & quo uado ſcitis, & uiam ſcitis, illis dixiſſe intelligatur qui ſciebant, non Philippo cui dictū eſt, Tāto tempore uobiſcum ſum, & non cognouiſtis me Philippe? His ergo qui filium iam nouerant, etiam illud de patre dictum eſt; & amodo cognoſcetis eum & uidiſtis eum: dictum eſt enim propter omnimodam ſimilitudinem, quæ illi cum patre eſt: ut ideo amodo dicerentur noſſe patrem, quia nouerant ſimilem filium: ergo iam ſciebant filium, & ſi non omnes certe quidam eorum quib. dicitur, Et quo uado ſcitis, & viam ſcitis, ipſe eſt enim uia. Sed patrem neſciebant, ideo audiunt: ſi cognouiſſetis me, & patrem meum cognouiſſetis, ſi me, utiq; & illum: alius.n. ego ſum, alius ille: ſed ne putarent diſsimilē, & amodo, inquit, cognoſcetis eū, & uidiſtis eum. Viderūt.n. ei ſimilem filium, ſed admonendi fuerant talem eſſe ēt patrem, quē nondum uidebant, qualis eſt filius quē uidebant, & ad hoc ualet q̄ poſtea Philippo dicitur, Qui uidet me, uidet & patrem.) Non quod A
ipſe ſit pater & filius, q̄ in Sabellianis, qui uocantur etiam Patripaſsiani, catholica fides damnat, ſed q̄ tam ſimiles ſint pater & filius, ut qui unum nouerit, ambos nouerit: ſolemus.n. de ſimillimis duob. ita loqui eis, qui unum illorum uident & qualis ſit alius uolūt noſſe, ut dicamus, Vidiſtis iſtum, illum uidiſtis. Sic ergo dictum eſt, qui me uidet, uidet & patrem: non utiq; ut ipſe ſit pater qui filius, ſed quod a patris ſimilitudine in nullo

prorſus

prorsus discrepet filius: nã nisi duo essent pater & filius, non dictum esset, si cognouisse tis me, & patrem meũ cognouissetis: vtiq; enim, quia nemo, inquit, venit ad patrem nisi
B per me, si cognouissetis me, & patrem meũ cognouissetis, quoniam ego per quem venitur ad patrẽ, perducam vos ad eũ, vt ipsum etiã cognoscatis: sed quoniã illi sum oĩno similimus, amodo cognoscetis eũ cũ cognoscitis me, & vidistis eũ, si oculis cordis vidistis me. Quid ergo est, q̃ dicis Philippe, oñde nobis patrẽ, & sufficit nobis? Tãto, inqt, tpe vobiscũ sum, & nõ cognouistis me? Philippe qui videt me videt & patrem. Quod si ad te multũ est hoc videre, saltẽ quod non vides hoc crede. Qũo enim dicis, inquit, ostende nobis patrem?) Si me vidisti qui omnimodo similis sum, vidisti illũ cui similis sum: quod videre non potes, non saltẽ credis quia ego in patre & pater in me est? Poterat hic dicere Philippus, Video quidẽ te, & credo similimũ esse patri: sed nũquid arguẽdus & obiurgandus est, qui cũ similimũ videt, etiã illũ cui similimus est vult videre? Similem quidẽ noui, sed adhuc alterũ sine altero noui, nõ mihi sufficit, nisi & illũ cui est iste similimus nouerim. Ostende itaq; nobis patrẽ, & sufficit nobis. Sed iõ magister discipulũ arguebat, qm̃ cor postulantis videbat. Tanquã enim melior esset pater quam filius, ita Philippus patrem nosse cupiebat, & ideo nec filiũ sciebat, quo melius esse aliquid crebat. Ad hũc sensum corrigendũ dictũ est, qui videt me, videt & patrẽ, quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? Video quomodo tu dicas, nõ alterũ quæris videre similẽ, sed illum putas esse me meliorẽ. Non credis, quia ego in patre & pater in me est?) Cur in similibus distantiã cupis cernere? Cur inseparabiles separatim desideras nosse? Deinde non ad solũ Philippum, sed ad eos pluraliter loquitur, quę non sunt in angustias coarctãda,
C vt adiuuante illo diligentius exponantur.

De eo quod dicit, Verba quę ego loquor vobis à meipso non loquor: vtiq; ad id quod ait, Siquid petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam: Tract. LXXI.

AVdite auribus, accipite mentibus, dilectissimi, loquentibus quidem nobis, sed ipso docente qui non recedit à nobis, dominus dicit, quod modo cum legeretur audistis. Verba, quæ ego loquor vobis à meipso non loquor: pater autem in me manens ipse facit opera. ¶ Ergo & verba opera sunt? D
Planè ita est, nam profecto qui proximum loquendo ædificat, bonum opus operatur. Sed quid est, à meipso, non loquor, nisi a me ipso non sum qui loquor? Et quippe tribuit quod facit, de quo est ipse qui facit: pater. n. Deus, non est de aliquo, filius autẽ Deus est quidem patri æqualis, sed de parte Deo: ideo ille Deus, sed nõ de Deo: & lumẽ, sed nõ de lumine: iste vero Deus de Deo, lumen de lumine: nã in his duabus sententijs, vna qua dictum est, non a meipso loquor: alia qua dictũ est, pater aũt in me manens ipse facit opera: singulas tenentes diuersi nobis aduersantur hæretici, qui non ex vna pater sed in contraria conantes, à via veritatis exorbitant. Arriani quippe dicunt, ecce inæqualis est patri filius, à seipso non loquitur: dicunt Sabelliani contra, ideſt, Patripassiani, ecce qui pater est ipse & filius. Quid. n. est, pater in me manens ipse facit opera: nisi, in me maneo ego qui facio? Contraria dicitis, sed non eo mõ sicut est falsum cõtrariũ vero, sed sicuti sunt inter se duo falsa contraria, errando in diuersa itis, in medio est via quam relinquitis: inter vosipsos longiore interuallo separati estis, q̃ ab ipsa via cuius desertores estis. Vos hinc, vos autem illinc, huc venire, alteri ad alteros transire nolite, sed hinc atq; illinc ad nos veniẽdo, inuicẽ vos inuenite. Sabelliani, agnoscite quem prętermittitis: Arriani ęqua te quem subditis, & in via vera nobiscũ ambulabitis: est enim quod inuicem ex vobis alteri ex alteris admoneri vtriq; debeatis. Audi Sabelliane, vsqueadeo non ipse pater, sed E
alter est filius, vt eũ Arrianus inęqualem asserat patri: audi Arriane, vsqueadeo filius æqualis est patri, vt Sabellianus eundẽ esse dicat & patrem: tu adde quem tollis, tu adimple quem minuis, & nobiscum ambo consistitis, quia nec tu tollis, nec tu minuis eũ: qui & alter est a patre, vt cõuincas Sabellianum: & æqualis est patri, vt conuincas Arrianum: vtrisque enim clamat, Ego & pater vnum sumus: quod ait, vnum, audiant Arriani: quod ait, sumus, audiãt Sabelliani: & nec illi ęqualem, nec illi alterum negando sint vani. Si *Ioan. 10.*

ergo

ergo quoniam dixit, Verba quę ego loquor vobis, à me ipso nō loquor, propterea puta
Ioan. 5. tur vsq; adeo imparis potestatis, vt nō quod ipse vult faciat: audiatur quod dixit, Sicut pr̄ suscitat mortuos & vuificat, & filius quos vult viuificat. Itē si quoniā dixit, Pater in me manens ipse facit opera, propterea putatur
F nō alius esse pater, alius ipse: audiatur quod dixit, Quęcunq; pater facit, hæc & filius similiter facit: & intelligatur non bis vnus, sed duo vnū. Verū q̄a sic ęqualis est alter alteri, vt tñ alter sit ex altero, tō non loquitur à semetipso q̄a nō est a seipso: ideo pr̄ in illo manēs facit opera ipse, q̄a p̄ quē & cū quo facit, non est nisi ab ipso: deniq; adiungit & dicit, Nō creditis q̄a ego in patre, & pr̄ in me est? alioquin p̄p̄ opera ipsa credite.) Antea solus Philippus arguebat, nūc aūt nō ibi eū solū fuisse, q̄ esset arguēdus oñditur, Propter opera, inquit, ipsa credite, q̄a ego in patre & pr̄ in me est: neq; n. si separati essemus, ītsepa rabiliter operari vlla róne possemus. Sed q̄d est q̄ sequitur, Amē amē dico vobis, qui credit in me opera q̄ ego facio, & ipse faciet, & maiora horū faciet, q̄a ego ad patrē vado: & quæcūq; petieritis in noīe meo, hęc faciā, vt glorificet pr̄ in filio. Si q̄d petieritis in noīe meo, hoc faciā.) Ergo & ille maiora opa se-
Ioan. 12. ipsum facturū eē, pmisit. Nō se extollat ser-
Psal. 17. uus supra dñm, nec discipulus supra magistrū. Maiora q̄ ipse fecit dicit eos esse facturos, sed in eis vel p̄ eos se faciēte, nō ipsis tāquā ex seipsis: ei q̄ppe cātat in Psalmo, Diligā te dñe virtus mea. Sed q̄ sunt tādē ista maiora? an forte q̄ ægros ipsis trascuntib. ēt eo
Acto. 5. rū vmbra sanabat? Maius est. n. vt sanet vmbra q̄ fimbria. Illud p̄ se fecit, hoc per ipsos, sed tñ vtrūq; ipse: verūtñ qñ ista dicebat, verborū suorū opera cōmēdabat: sic. n. dixerat, Verba quæ ego loquor vobis, à me ipso nō loquor, Pater aūt in me manēs ipse facit opera. Quæ opera tūc dicebat, nisi verba q̄ loquebat? Audiebāt & credebāt illi, & eorūdē verborū fructus erat fides illorū. Verūtñ cuā
G gelizātib. discipulis, nō tā pauci q̄ illi erant, sed gētes ēt crediderūt. Hæc sunt sine dubitatione maiora, nec tñ ait, Maiora horū facietis, vt solos aplos ea putaremus esse facturos. Sed q̄ credit ī me, inq̄t, opera quę ego facio, & ipse faciet & maiora horū faciet. Itane q̄cūq; credit in Chm̄o, facit q̄ Chm̄s vel maiora quā Christus? Nō prætereunter ista tractāda sunt, nec debent festinatione præcipitari, sed ea cogit concludendus iā sermo iste differri.

De eadem lectione. Tract. LXXII.

QVid sibi velit, & quomodo accipiēdū sit quod dñs ait, Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet,) non est faci H
le comprehendere, & cū hoc ad intelligendū difficillimū sit, adiecit aliud difficilius, & maiora horū faciet.) Quid est hoc? Qui faceret opera quę Christus fecit, non inuenie bamus, qui ēt maiora faciet, inuēturi sumus? Sed dixeramus sermone priscino, quia maius Acto. 5. Mat. 14 fuit vmbræ suæ trāsitu, quod discipuli fece- Ioan. 13 runt, quā fimbriæ suæ tactu, quod ipse dñs fecit, sanari languentes. Et quia plures Apostolis, quā ipso per os propriū prædicante domino crediderunt, vt hęc viderentur opera intelligenda esse maiora: non quo maior esset magistro discipulus, vel dño seruus, vel Ioan. 15. adoptatus vnigenito, vel homo Deo: sed q̄d per illos ipse dignaretur eadē maiora facere, qui dicit illis alio loco, Sine me nihil potestis facere. Ipse quippe, vt aliā omittā q̄ sunt innumerabilia, sine ipsis fecit eos, sine ipsis fecit hunc mundū, & quia homo etiā ipse fieri dignatus est, sine ipsis fecit & seipsū. Quid aūt illi sine ipso nisi peccatū? Deniq; & hic id, quod de hac re poterat nos mouere, mox abstulit: cū. n. dixisset, Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horū faciet: continuo secutus adiūxit, Quia ego ad patrē vado, & quęcunq; petieritis in noīe meo, hęc faciam.) Qui dixerat faciet, post ait faciā: tāquā diceret, Non vobis impossiblie hoc videatur: nō. n. poterit esse maior me q̄ credit in me, sed ego facturus sum, & tūc maiora quā nunc. Maiora per eū q̄ credit in me, quā præter eū per me: ego tñ ipse præter eū, ego ipse per eū: sed qñ præter eū I
non faciet ipse, quando autem per eum quā uis non per semetipsum, faciet & ipse. Porro aūt maiora facere per eū, quā præter eū, Ps. 115. nō ē defectio, sed dignatio. Quid. n. retribuāt serui dño, pro omnibus quę retribuit eis? Quando quidē inter cętera bona etiā hoc eis donare dignatus est, vt maiora faceret per illos quā præter illos? Nonne ab ore illius diues tristis abscesit, qui vitæ ętern̄ consiliū

quæsiuit?

quæsiuit? Audiuit, abiecit, & tamẽ postea qđ
Mat. 19. ab illo auditum non fecit vnus, fecerũt multi, cum loquereꝫ per discipulos magister bonus contemptibilis ei quem diuitẽ per seipsum monuit, amabilis eis quos ex diuitibus pauperes per discipulos pauperes fecit. Ecce maiora fecit prædicatus a credentib. quã locutus audiẽtib. Verum hoc adhuc mouet, qđ hæc maiora per Apostolos fecit, non autem ipsos tantum significans ait, Opera quæ ego facio & vos facietis, & maiora horum facietis, sed omnes ad suam familiam pertinentes intelligi volẽs, Qui credit in me, inquit, ope
K ra quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. Si ergo qui credit faciet, non credit vtique qui non faciet, sicuti est, Qui diligit me, mãdata mea custodit, vnde profecto qui non custodit, nõ diligit. Item alio loco, Qui audit, inquit, verba mea hęc, & facit ea, similabo eum viro prudenti, qui ædificauit domum suam supra petram. Qui ergo nõ est similis huic viro prudenti, proculdubio aut verba hæc audit & nõ facit, aut omnino nec
Mat. 7. audit. Qui credit, inquit, in me, licet moriat, viuit, qui ergo non viuet, non vtique credit. Tale etiam hoc est, qui credit in me faciet, non vtiq; credit, qui non faciet. Quid est hoc
Ioan. 11. fratres? Nunquid inter credentes in Christũ non est computandus, qui non fecerit opera maiora quàm Christus? Durum est, absurdũ est, ferri non potest, non toleratur, nisi intelligatur. Apostolum igitur audiamus, Credenti, inquit, in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam. In hoc opere facimus opera Christi, quia & ipsum credere
Rom. 4. in Christo, opus est Christi, hoc operatur in nobis, non vtiq; sine nobis, audi ergo iam & intellige, Qui credit in me opera quę ego fa
L cio & ipse faciet, prius ego facio, deinde & ipse faciet, quia facio vt faciat. Quę opera, nisi vt ex impio iustus fiat? Et maiora horũ faciet, quorum obsecro? Nunquidnam omniũ operum Christi maiora facit, qui cum timore & tremore suam ipsius salutem operatur? Quod vtiq; in illo, sed non sine illo Christus operatur. Prorsus maius hoc esse dixerim, q̃ est cœlum & terra, & quæcunque cernũtur
Philip. 4. in cœlo & in terra, & cœlum. n. & terra trãsibit, prædestinatorum autem. i. eorum quos præscit, salus & iustificatio permanebit. In il
Mat. 14. lis tantum opera Dei, in his autem etiam est imago Dei. Sed & in cœlis, sedes, dominationes, principatus, potestates, archangeli, angeli opera sunt Christi. Nunquid etiam his operib. maiora facit, qui operante in se Christo, cooperatur salutẽ æternam ac iustificationẽ suam? Non hic audeo præcipitare sniam, intelligat qui potest, iudicet qui potest, vtrum maius sit iustos creare, q̃ impios iustificare.
1. Tim. 3 Certe enim si æqualis est vtrunque potentię, hoc maioris est misericordiæ, hoc est. n. magnum pietatis sacramẽtum quod manifestũ est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est in gentib. creditum est in mundo, assumptum est in gloria.
M Sed omnia opera Christi intelligere vbi ait, Maiora horum faciet, nulla nos necessitas cogit, horum enim forsitan dixit, quæ in illa hora faciebat, tunc. n. verba fidei faciebat, & de hic operib. fuerat ꝓlocutus dicẽs, Verba, q̃ ego loquor vobis, à meipso non loquor, pater autem in me manens, ipse facit opera. Tunc igit verba eius erãt opera eius, & vtiq; minus est verba iustitiæ prædicare quod fecit præter * nos, quam impios iustificare, qđ
aliàs, per ita facit in nobis, vt faciamus & nos. Restat inquirere quomodo accipiendum sit. Quod cunq; petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam.) Propter multa enim quæ petunt fideles eius nec accipiunt, non parua hinc exoritur quæstio, sed quoniam sermo iste iam claudendus est, eius considerandę rei atque tractandæ tribuatur saltem parua dilatio.

De eo quod dicit, Quia ego ad patrẽ vado, & quodcũque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciem. Tract. LXXIII.

MAgnã spem dominus suis promisit sperantibus dicens, Quia ego ad patrem
A vado, & quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciam.) Sic ergo perrexit ad patrem, vt non relinqueret indigentes, sed exaudiret petentes. Sed quid est, quodcunque petieritis, cum videamus plerũque fideles eius petere, & non accipere? An forte propterea quia male petũt? nam hoc exprobrauit Apostolus Iacobus dicens, Petitis & non accipi-
Iacob. 4. tis, eo quod male petatis, vt in conpiscentiis vestris insumatis. Male ergo vsurus eo quod vult accipere, Deo potius miserante non accipit. Proinde si hoc ab illo petitur vnde ho-

mo lædatur exauditus, magis metuendũ est, ne quod posset nõ dare propitius, det iratus,
Nu. 11. An nõ vidimus Israelitas malo suo impetrasse, qđ culpabili concupiscentia petierunt? Concupierant.n. carnib. vesci, quib. pluebat manna de cœlo, fastidiebant q̃ppe quod habebant, & qđ non habebant, impudenter petebant, quasi nõ melius peterent, non vt cib. qui deerat indecenti desiderio præstaret, sed vt ille qui aderat, sanato fastidio sumeretur. Qñ enim nos delectãt mala, & non delectãt bona, rogare dẽmus potius Deũ vt delectẽt bona, q̃ vt concedant mala. Non q̃ malũ est
A carne vesci, cũ de hac re loquens Apostolus
1. Tim. 4 dicat, Oĩs creatura Dei bona est, & nihil abii
Rom. 14. ciẽdum qđ cum gratiarum actione accipit, sed quia sicut idẽ ipse ait, Malum est homini qui per offendiculũ manducat. Et si per hoĩs offensionẽ, q̃to magis Dei? Cuius in Israelitis non parua erat offensio, repudiare qđ dabat sapientia, & petere id quo inhiabat concupiscentia, q̃uis illi nec peterent, sed q̃ deerat murmurarẽt, sed vt scirem⁹ nõ Dei creaturã esse culpabilem, sed inobedientiã cõtumacẽ & inordinatã cupiditatẽ, non p̃p porcum, sed p̃p pomũ mortẽ primus homo in-
Gene. 3. uenit, & Esau primatus suos non p̃p gallinã,
Gene. 25 sed p̃p lenticulam perdidit. Qũo ergo intelligendum est, quodcunq; petieritis, hoc faciam, si Deus aliqua petentib. fidelib. etiã cõsulendo non facit? An forte solis Apostolis hoc dictũ debemus accipere? Absit. Vnde.n. ad hoc venit vt diceret quod superius dixerat, Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horũ faciet, de qua reiã pristino sermone tractauimus, & ne q̃s quam hoc sibi tribueret, vt etiam illa opera
B maiora à seipso facere ostẽderet, adiecit atq;
ait, Quia ego ad patrem vado, & quodcũq; petieritis in nomine meo, hoc faciam. Nunquid in eum soli Apostoli crediderunt? Ad eos itaq; loquebat dicẽdo, Qui credit in me, in q̃b. eo donante etiam nos sumus, qui vtiq; nõ quodcũq; petimus accipimus. Ipsos quoque beatissimos si cogitemus Apostolos, inuenimus eum qui plus oĩb. laborauit, nõ aũt ipse sed gratia Dei cũ ipso, ter dñm rogasse vt ab eo discederet angelus satanæ, nec tñ qđ rogauerat accepisse. Quid dicemus charissimi? Putabimusne hoc promissum ibi quodcũq; petieritis hoc faciã, nec Apostolis fuisse ab illo cõpletum? Et cui tandem quod p- 2. Co. 12.
mittit impleuit, si Apostolos suos in sua promissione fraudauit? Euigila igitur homo fidelis, & vigilanter audi quod illic positum est, in nomine meo, Ipsum.n. quodcunq; nõ ait petieritis vtcunq;, sed in noĩe meo. Qui promisit ergo tã magnum beneficium, qui vocatur? vtique Christus Iesus. Christus significat regẽ, Iesus significat saluatorẽ. Nõ itaq; nos saluos faciet quicunq; rex, sed rex saluator, ac per hoc quodcunq; petimus aduersus vtilitatem salutis, non petimus in nomine saluatoris, & tñ ipse saluator est, non solum qñ facit qđ petimus, verumetiã qñ non facit, qñ C
quod videt peti contra salutem, non faciẽdo potius se exhibet saluatorẽ, nouit.n. medicus quid pro sua, q̃d cõtra suam salutem poscat ægrotus, & ideo contraria poscentis nõ facit voluntatẽ vt faciat sanitatem, qua p̃p qñ volumus vt faciat quodcunque petimus, non vt cunq; sed in nomine eius, hoc est, in nomine saluatoris petamus. Non ergo contra nostrã salutem petamus, quod si fecerit, non vt saluator facit, qđ est nomẽ eius fidelib. eius. Est quippe impiis & damnator, qui dignat̃ fidelib. esse saluator: Qui ergo credit in eũ, quod cunq; petierit in eo nomine, quod est illis q̃ credunt in eum, hoc facit, qñ hoc sicut saluator facit. Si aũt qui in eum credit, aliquid per ignorantiam contra suam salutem petit, nõ in nomine saluatoris petit, q̃ saluator ei non erit, si qđ eius salutem impedit, fecerit. Vnde tũc expedit potius, vt non faciẽdo p̃p qđ inuocat̃, faciat qđ vocat̃. Propterea non solum saluator, sed etiam magister bonus, vt faciat quodcunq; petierimus, in ipsa orõne quam nobis dedit, docuit quid petamus, vt
etiam sic intelligamus non petere nos in no D
mine magistri, qđ petimus præter regulã ipsius magisterii. Sanè quædam quanuis in nomine eius petamus. i. secundum saluatorem & secundum magistrum petamus, non tunc quando petimus facit, sed tamen facit. Neq; enim quia & illud petimus vt veniat regnũ Dei, propterea non facit quod petimus, quia non statim cum illo in æternitate regnamus: differtur enim quando petimus, non negatur. Veruntamen orantes tanquam seminantes non deficiamus, tempore enim proprio metemus vt simul petamus quando bene petimus, vt non faciat quod nõ bene petimus,
Rom. 5

quia

quia & ad hoc pertinet quod in eadem oratione dominica dicimus, Ne nos inferas in tentationem, neq; enim parua est tentatio, si contra tuã sit causam tua postulatio. Non aũt negligenter audiendum est, quod dominus, ne quisquam eum putaret quod se promisit eum facere petẽtib. sine patre esse facturum, cum dixisset, Quodcunq; petieritis in nomine meo, hoc faciam: continuo subiecit, Vt glorificetur pater in filio, siquid petieritis in nomine meo, hoc faciam.) Nullo modo igitur sine patre hoc filius, quãdo quidem vt in
E illo pater glorificetur, propterea facit. Facit ergo pater in filio, vt filius glorificetur in patre, & facit filius in patre, vt pater glorificeẽ in filio, quoniam vnum sunt pater & filius.

De eo qđ dicit, Si diligitis me mandata mea seruate: vsque ad id quod ait, Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit & in vobis erit. Tract. LXXIIII

AVdiuimus fratres cum Euãgelium legeretur dñm dicẽtem. Si diligitis me, mãdata mea seruate, Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos aũt cognoscetis eum, qa apud vos manebit & in vobis erit.) Multa sunt quæ in istis paucis verbis dñi requirant. Sed multum est ad nos vel omnia q̃ hic quærenda sunt quærere, vel omnia quæ hic quærimus inuenire. Veruntñ quantum nobis dñs donare dignat, pro nostra & vestra capacitate quid dicere debeamus, & quid audire debeatis, attendentes per nos, chariſsimi, quod possumus sumite, & ab illo qđ non possum⁹ poscite. Spũ paracletum Christus promisit
F Apostolis, quo aũt modo promiserit aduertamus. Si diligitis me, inquit, mãdata mea seruate, & ego rogabo patrem, & alium paracletũ dabit vobis, vt maneat vobiscũ in ęternum, spiritum veritatis. Hic est vtiq; in trinitate spũs sanctus, quem patri & filio consubstantialem & coæternum fides catholica cõfitetur, ipse est de quo dicit Apostolus, Charitas Dei diffusa est in cordib. nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, qũo ergo dñs dicit, Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, cum hoc dicat de spiritu sancto, quẽ nisi habeamus, nec diligere Deum possumus, nec eius mandata seruare? Qũo diligimus, vt eum accipiamus, quẽ nisi habeamus, diligere non valemus? Aut qũo mãdata seruabimus, vt eum accipiamus, quẽ nisi habeamus, mandata seruare non possumus? An forte pcedit in nobis charitas, qua diligimus Christum, vt diligendo Christum eiusq; mãdata faciendo, mereamur accipere spiritum sanctum, vt charitas non Christi, quæ iã præcesserat, sed Dei patris diffundat in cordibus nostris per spiritum sanctũ qui datus est nobis? Peruersa est ista snĩa, qui enim se filiũ diligere credit, & patrem non diligit, profecto nec filium diligit, sed quod sibi ipse confinxit: deinde apostolica vox est, Nemo dicit dñs Iesus, nisi in spiritu sancto. Et quis dñm Iesum, nisi qui eum diligit dicit? Si eo modo dicit quo Apostolus intelligi voluit, multi. n. voce dicunt, corde aũt & factis negant, sicut de talib. ait, Confitentur. n. se nosse Deum factis aũt negant. Si negatur factis, proculdubio etiam dicitur ficte. Nemo itaq; dicit dominus Iesus, animo, verbo, facto, corde, ore, opere: nemo dicit dominus Iesus, nisi in spiritu sancto, & nemo sic dicit, nisi qui diligit. Iam itaque Apostoli dicebant dominus Iesus, & si eo modo dicebant, vt non ficte dicerent, ore cõfitentes, corde & factis non negãtes. Prorsus si veraciter hoc dicebant, procul dubio diligebant. Qũo igit diligebant, nisi in spiritu sancto? Et tamen eis prius imperatur vt diligant eum, & eius mandata cõseruent, vt accipiant spiritum sanctum, quem nisi haberent, profecto diligere & mandata seruare non possent. Restat ergo intelligamus spiritum sanctum habere qui diligit & habendo mereri vt plus habeat, & plus habendo plus digat. Iam itaque habebant spi- H
ritum discipuli, quẽ dominus promittebat, sine quo eum dominum non dicebant, nec tamẽ eum adhuc habebant, sicut eum dominus promittebat. Et habebant ergo, & nõ habebant, qui quantum, habendus fuerat, nondum habebant. Habebant itaq; minus, dãdus erat eis amplius, habebant occulte, accepturi fuerãt manifeste, quia & hoc ad maius donum sancti spiritus pertinebat, vt eis innotesceret quod habebant, de quo munere loquens Apostolus ait, Nos autem non spiri-

G

1. Co. 12.

Ad Ti. 1.

Rom. 5.

tum huius mundi accepimus, sed spiritū qui ex Deo est, vt sciamus quæ a Deo donata sūt nobis: nam & ipsam manifestā impertitionē spūssancti nō semel, sed bis numero dns egit. Ioan. 20. Mox. n. vt resurrexit à mortuis insufflans ait, Accipite spm̄ sanctum. Nunquid igitur quia tunc dedit, ideo non misit etiam postea quē promisit? Aut non idem ipse est spūssanctus, qui & tunc est insufflatus ab ipso, & postea ab ipso missus è cœlo? Quapp cur ipsa quæ facta est euidenter donatio eius, bis facta fue I rit, alia qō est: fortasis. n. pp duo præcepta dilectionis, hoc est, proximi & Dei, vt commēdaret ad spm̄ sanctum pertinere dilectio, hæc eius gemina est in manifestatione facta donatio. Et si alia causa quærenda est, nō nūc eius inquisitione in longiorē q̄ oportet modum sermo iste mittendus est, dum tm̄ cōstet 1. sen. di. 17. c. Vt autē certius. sine spūsancto Christum nos diligere, & mā data eius seruare non posse, & id nos posse atq; agere tanto minus, quanto illum percipimus minus, tanto aūt amplius, quanto illum percipimus amplius. Proinde non solum nō habenti, verumetiam habenti non incassum promittit, non habenti q̄dem, vt habeat, habenti aūt, vt amplius habeat: nam nisi ab alio minus, & ab alio amplius haberetur, sanctus 4. Re. 2. Elisæus sancto Eliæ non diceret, Spūs qui est Ioan. 4. in te, duplex sit in me, on̄ aūt ait Ioānes Bap. Colo. 3. Non. n. ad mensuram dat Deus spm̄, de ipso 2. Tim. 2 Dei filio loquebat, cui non est datus spūs ad Esai. 61. mensuram, qa in illo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis. Neque. n. sine gratia spūssan Lucæ. 4. cti est mediator Dei & hominū homo Chri- Lucæ. 2. stus Iesus: nam & ipse dicit de se fuisse pphe 1. sen. di. 17. c. Ad quod dicimus. ticum illud impletum, Spūs domini sup me, propter quod vnxit me, euangelizare paupe Rom. 12. rib. misit me. Quod. n est vnigenitus, æqualis 1. Co. 21. patri, non est gratiæ, sed naturæ, q; autem in K vnitatem personæ vnigenitus assumptus est homo gratiæ est non naturæ, confitente Euā gelio atque dicente. Puer aūt crescebat & cō fortabatur, plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo. Cæteris aūt ad mensuram datur, & datus additur, donec vnicuiq; pro modo snæ perfectionis propria mensura complea tur: Vnde & monet Apostolus non plus sape pere quàm oportet sapere, sed sapere ad tēperatiam, vnicuiq; sicut Deus partitus est mē suram fidei. Neque enim ipse diuiditur spūs, sed dona per spiritum: nam diuisiones dona tionum sunt, idem autem spiritus, quod vero ait, Rogabo patrem, & alium paracletum da bit vobis.) Ostēdit & seipsum esse paracletū. παράκλητος enim latine dr aduocatus, & dictum est de Christo, Aduocatū habemus ad 1. Ioan. 2 patrem Iesum Christum iustum. Sic autem mundum dixit non posse accipere spiritum sanctum, sicut etiā dictum est, Prudentia car Rom. 6. nis inimica est Deo, legi enim Dei no est subiecta, nec. n. potest, velut si dicamus, iniusti tia iustitia esse non potest. Mundum quippe ait hoc loco, mundi significans dilectores, q̄ L dilectio non est à patre. Et ideo dilectioni hu Rom. 5. ius mundi, de qua satagimus, vt minuatur & consumatur in nobis, contraria est dilectio Dei, quæ diffunditur in cordib. nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Mūdus ergo eum accipere non potest, quia non videt eum, neq; scit eum.) Non. n. habet inuisibiles oculos mundana dilectio, per quos videri spūssanctus pōt, qui videri nisi inuisibili ter non pōt. Vos aūt, inquit, cognoscetis eū, quia apud vos mabebit, & in vobis erit.) Erit in eis vt maneat, non manebit vt sit, prius est enim esse alicubi, quàm manere. Sed ne putarent quod dictum est, apud vos manebit, ita dictum quemadmodum apud hominem hospes visibiliter manere cōsueuit, exposuit q̄d dixerit, apud vos manebit, cum adiunxit & dixit, in vobis erit. Ergo inuisibiliter vr̄, nec si non sit in nobis, potest esse in nobis eius scientia. Sic. n. a nobis vr̄ in nobis, & nostra conscientia: nam faciem videmus alterius, & nostram videre non possumus, conscientiā vero nostram videmus, alterius nō videmus. Sed conscientia nunquam est nisi in nobis, spiritus autem sanctus potest esse etiam sine nobis. Datur quippe vt sit & in nobis, sed vi- M deri & sciri quemadmodum videndus est, non potest à nobis, si non sit in nobis.

De eo quod dicit, Nō relinquam vos orphanos, veniam ad vos, vsque ad id quod ait, Et qui diligit me diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Tract. LXXV.

POst promissionem spirituſsancti, ne q̄squam putaret quod ita eum dominus daturus fuerit velut pro seipso, vt non & ipse cum eis esset futurus, adiecit atque ait, Nō relinquā

relinquam vos orphanos, veniã ad vos.) Orphani pupilli sunt: illud.n. Græcum eusdem rei nomen est, hoc Latinum: nam & in Psalmo vbi legimus, Pupillo tu eris adiutor, Græcus habet ὀρφανῷ. Quãuis ergo nos filius Dei suo patri adoptauerit filios, & eundẽ patrem nos voluerit hr̃e per gratiam, qui eius pater est per naturam, tñ etiam ipse circa nos paternum affectum quodammodo demõstrat cũ dicit, Non relinq̃ vos orphanos, veniam ad vos, hinc est q̃ etiam sponsi filios nos appellat, vbi ait, Veniet hora vt auferat ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt filii sponsi. Quis aũt sponsus nisi dñs Christus? Deinde sequitur & dicit, Adhuc modicum & mundus me iã nõ videt.) Quid enim? Tunc eum videbat mundus, qñquidem mundi nomine vult intelligi eos, de q̃b. superius locutus est, dicens de spũ sancto quem mũdus accipere non põt, quia non videt eum neq; cognoscit eum: Videbat eum plane mundus carneis oculis in carne conspicuũ, non aũt videbat q̃d in carne verbũ latebat. Videbat hoiem, nõ videbat Deũ, videbat indumentum, non videbat indutum. Sed qm̃ cum post resurrectionem etiam ipsam carnem suam, q̃ non solum uidendam, uerunetiam cõtrectandam suis uoluit demõstrare, non suis subtrahere, fortasse hinc intelligendum est esse dictum, Adhuc modicũ & mundus me iam non videt. Vos aũt videbitis me, quia ego uiuo, & uos uiuetis.) Quid est, q̃a ego uiuo, & uos uiuetis? Cur de præsenti se dicit uiuere, illos aũt de futuro esse victuros, nisi q̃a uitam etiam carnis utique resurgentis, qualis in ipso præcedebat, & illis est pollicitus secuturam? Et q̃a ipsius mox futura erat resurrectio, præsentis posuit tpis uerbum p̃p̃ significandam celeritatem, illorum aũt qm̃ seculi differtur in finem, non ait uiuitis, sed uiuetis. Duas ergo resurrectiones, suã .s. mox futuram, & nostram in seculi fine uẽturam, duob. uerbis præsentis tpis & futuri, eleganterq; promisit. Quia ego, inquit, uiuo & uos uiuetis, q̃a ille uiuit, ideo & nos uiuemus, Per hoiem quippe mors, & per hoiem resurrectio mortuorum, sicut enim in Adã omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uificabuntur, quoniam nemo ad mortẽ nisi per illum, nemo ad uitam nisi per Christũ. Quia nobis uiximus, mortui sumus, quia uiuit ipse, uiuimus nos. Mortui sumus illi, quã do uiximus nobis, quia uero mortuus ille p̃ nobis, & sibi uiuit & nobis, quia enim uiuit ille, & nos uiuemus: nam sicut per nos mortem habere potuimus, non sic & uitam per nos habere possumus. In illo die, inquit, uos cognoscetis, quia ego in patre, & uos in me, & ego in uobis.) In quo die, nisi de quo ait, & uos uiuetis? Tunc.n. erit, ut possimus uidere q̃d credimus, nam & nunc est in nobis, & nos in illo, sed hoc nũc credimus, tunc etiã cognoscemus, quanuis & nũc credendo nouerimus, sed tunc contemplãdo noscemus. Quandiu enim sumus in corpore quale nũc est. i. corruptibili quod aggrauat aiam, peregrinamur à dño, per fidẽ. n. ambulamus, non per speciem, tũc ergo per speciem qm̃ uidebimus eum sicuti est: nam si etiam nũc Christus in nobis non esset, non diceret Apostolus, Si aũt Christus in nobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spũs autem uita est propter iustitiam. Quia uero & nos etiam nũc in illo sumus, satis ostendit ubi dicit, Ego sum uitis, uos palmites. In illo ergo die quando uiuemus ea uita, qua mors absorbebitur, cognoscemus quia ipse in patre, & nos in ipso, & ipse in nobis, quia tunc perficietur hoc ipsum, q̃d & nunc inchoatum est iam per ipsum, ut sit in nobis & nos in ipso. Qui habet, inquit, mãdata mea & seruat ea, ille est qui diligit me.) Qui habet in memoria & seruat in uita, qui habet in sermonib. & seruat in morib. qui habet audiẽdo, & seruat faciendo: aut qui habet faciendo, & seruat pseuerando, Ipse est, inq̃t qui diligit me. Opere.est demõstranda dilectio, ne sit infructuosa nominis appellatio. Et qui diligit me, inquit, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.] Quid est diligam, tanq̃ tunc dilecturus sit, & nunc nõ diligat? Absit. Quomodo enim nos pater sine filio, aut filius sine patre diligeret? Quomodo cum inseparabiliter operentur, separabiliter diligũt? Sed ad hoc dixit, diligam eum, ad quod non sequitur, & manifestabo ei me ipsum. Diligam & manifestabo. i. ad hoc diligam ut manifestem, nunc enim ad hoc dilexit, ut credamus, & mandatũ fidei teneamus: tũc ad hoc diliget, ut uideamus, & ipsa uisione mercedem fidei capiamus, q̃a & nos nũc diligimus credendo quod non uidemus, tũc autem diligemus uidendo quod credimus.

1. Ioan. 2 — Psal. 6. — Rom. 6. — L — Rom. 5. — Mat. 9. — M — 1. Co. 15. — 1. Co. 5. — Sapien. 9 — Ioan. 3. — Rom. 8. — Ioan. 5.

De eo quod sequitur, Dicit ei Iudas non ille Iscariotes, Domine quid factum est, quia nobis manifestaturus es teipsum non mũdo, vsque ad id quod ait, Sermo quem audistis non est meus, sed eius qui misit me patris. Tract. LXXVI.

INterrogãtib. discipulis, & eis magistro rñdente Iesu, etiam nos tanquam cum illis discimus, qñ sanctum Euangelium vel legimus vel audimus. Quia ergo dixerat dñs, Ad huc modicum & mundus me iam nõ videt,
E vos aũt videbitis me, interrogauit eũ de hoc ipso Iudas, non ille traditor eius qui Iscariotes cognominatus est, sed cuius & epistola inter scripturas canonicas legit, Dñe, quid factum est qa nobis manifestatur⁹ es teipsum, & non mundo? Simus cum ipsis tanq̃ interrogantes discipuli, communemq; magistrũ audiamus & nos, Iudas. n. sanctus, non immũdus, nec in sectator dñi, sed sectator, cãm qsi uit quare se non mundo, sed suis manifestaturus esset Iesus, quare adhuc modicũ & mũdus non videret eum, ipsi aũt viderent eum. Rñdit Iesus & dixit ei, Siquis diligit me, sermonem meum seruabit & pater meus diligit eum, & ad eũ veniemus, & mãsionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat.]Ecce exposita est cã, quare se suis manifestaturus est, non alienis, quos mundi nomine appellat, & ipsa est causa qđ hi diligant, illi non diligant: ipsa causa est de qua sacer insonat Psalmus, Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non san-
Psal. 42. cta. Qui enim diligunt, quia diligũt, eliguntur:
2. Co. 13. qui vero non diligunt, si linguis hominũ loquantur & angelorum, fiunt æramentum sonans & cymbalum tinniens, & si habuerint prophetiam, & scierint omnia sacra, & oẽm scientiam, & habuerunt oẽm fidem vt mon-
F tes transferant, nihil sunt, & si distribuerint omnem substantiã suam, & tradiderint cor-
Psal. 67. pus suum vt ardeat, nihil eis ꝓdest. Dilectio sanctos discernit à mundo, quæ facit vnanimes habitare in domo, in qua domo pater & filius mansionem faciunt, qui donant & ipsã dilectionem, qb. donent in fine etiam ipsam suã manifestationem. De qua discipulus magistrum interrogabat, vt nõ solũ illi, qui tũc audiebant per os eius, sed ẽt nos per Euangeliũ eius hoc nosse possemus, quæ fierat. n. de Christi manifestatione, & audiuit de dilectione atq; mansione. Est ergo q̃dam Dei manifestatio interior, quam prorsus impii non nouerunt, qb. Dei patris & spũssancti manifestatio nulla est, filii vero potuit esse, sed in carne, quæ nec talis est qualis illa, nec semp illis adesse põt qualiscũq; sit, sed ad modicũ tps, & hoc ad iudicium, non ad gaudium, ad supplicium, non ad prẽmium. Nunc est ergo vt intelligamus q̃tum apperire ille dignatur, qũo dictum sit. Adhuc modicum & mũdus me iam non videt, vos aũt videbitis me. Verũ est qdem, quod post paululum etiã corpus G
suum in quo poterant eum & impii oculis videre, oculis eorum fuerat subtracturus: qñ qdem post resurrectionem nemo eorum vidit illorum, sed qñ dictum est testãtib. angelis, Sic veniet quemadmodum vidistis eũ eũ- Actuũ. 1
tem in cœlum, nec aliud credimus quã eum in eodem corpore ad iudicium viuorum & mortuorum esse vẽturum. Proculdubio tũc Ioan.
eum videbit mũdus, quo nomine significati sunt à regno eius alieni, ac per hoc lõge melius intelligitur iam illud tps significare voluisse in eo quod ait, Adhuc modicũ & mundus me iam non videt, qñ in fine seculi auferetur ab oculis damnatorum, vt illieum de cætero videant apud quos diligentes eũ, facit pater atq; ipse mansionem. Modicum aũt dixit, quia & id quod prolixum vr̃ hominibus, breuissimũ est ante oculos Dei, de hoc qppe modico iste ipse Ioannes, Filioli, inquit,
1. Ioan. 2 nouissima hora est, Nequis porrò existimet patrem tãtum modo & filium sine spũsancto apud dilectores suos facere mansionem, recolat qđ superi⁹ de spũsancto dictũ est, Quẽ mundus nõ põt accipere, qa non videt eum nec scit eũ, vos aũt cognoscetis eũ qa apud vos manebit, & in vobis erit. Ecce facit in sã H
ctis cum patre & filio sanctus etiam spũs mãsionem, intus vtique tanquam Deus in templo suo. Deus trinitas pater & filius & spiritussanctus veniunt ad nos dum venimus ad eos: veniunt subueniendo, venimus obediendo, veniunt illuminãdo, venimus intuendo: veniunt implendo, venimus capiendo, vt sit nobis eorum non extraria visio, sed interna, & in nobis eorum non transitoria mansio, sed æterna, sic mundo nõ se filius manifestat. Mundus enim dictus est hoc loco, de quibus continuo subiunxit atq; ait, Qui non di-

ligit

ligit me sermones meos non seruat.) Hi sunt qui patrem & spiritum sanctum nunq̃ vidēt, filium aūt nō vt beatificent, sed vt iudicent, ad modicum vidēt, nec ipsum in forma Dei vbi est cū patre & spūsancto pariter inuisibi lis, sed in forma hois, vbi esse voluit mundo patiendo contēptibilis, iudicando terribilis: qđ vero adiunxit, Et sermo quē audistis non est meus, sed eius qui misit mē patris.) Non miremur, nō paueamus, nō est minor patre, sed non est nisi a patre, nō est impar ipso, sed I non est a seipso, neque. n. mētitus est dicendo, Qui non diligit me sermones meos non seruat, ecce suos dixit esset sermones. Nunqd sibi ipse est cōtrarius, vbi rursus dixit, Et sermo quē audistis nō est meus? Aut qa fm hominē non est suus? Et fortasse pp aliq̃ distinctionē, vbi suos dixit pluraliter dixit, hoc est sermones: vbi aūt sermonē: hoc est, verbū nō suū dixit esse, sed pris, seipsū intelligi voluit, Ioan.1. In principio. n. erat verbū: & verbū erat apud Deū & Deus erat verbū, Non itaq; suum, sed patris est verbū, qūo nec sua imago, sed pris est, nec suus filius idē ipse, sed patris. Recte igit tribuit authori quicquid facit æqualis, a quo hēt hoc ipsū qđ illi est idifferēter cq̃lis.

De eo quod sequitur, Hæc locutus sum vobis apud vos manens, vsque ad id qđ ait, Pacem meā do vobis, non quomodo mū dus dat ego do vobis. Tract. LXXVII.

IN præcedenti lectione sancti Euangelii, q̃ sequit̃ ista, q̃ modo recitata est, dns Iesus dixerat se & patrē ad dilectores suos esse ventu ros, & apud eos mansionē esse facturos. Iā vero & superi⁹ dixerat de spiritusancto. Vos aūt cognoscetis eum, qa apud vos manebit, & in vobis erit, vnde intelleximus in sanctis K tanq̃ in templo suo simul manere trinitatem Deū: nunc aūt dicit, Hæc locutus sum vobis apud vos manēs.) Illa itaq; mansio alia est, q̃ promisit futuram, hæc vero alia, q̃ præsentē esse testat. Illa spiritalis est, atque intrinsecus mentib. redditur, hæc corporalis foris secus oculis atq; aurib. exhibet, illa in æternū beatificat liberatos, hæc in tpe visitat liberādos, secundum illam dns a suis delectorib. nō recedit, secundum hanc ita & redit. Hæc, inqt, locutus sum vobis, apud vos manens, vtiq; præsentia corporali, qua cū illis visibilis loquebatur: Paracletus aūt, inquit, spūssanctus quē mittet pater in nomine meo, ille vos docebit oīa, & commemorabit vobis oīa quæcunq; dixero vobis.) Nunquid nam dicit filius, & docet spūssanctus, vt dicente filio verba capiamus, docēte aūt spūsancto eadē verba intelligam⁹? Quasi dicat filius sine spūsancto, aut spūssanctus doceat sine filio, aut vero non & filius doceat, & spūssanctus dicat, & cum Deus aliquid dicit & docet, trinitas ipsa dicat & doceat? sed qm̃ trinitas est, oportebat eius singulas insinuare personas, easq; L nos distincte audire, inseparabiliter intellige re: Audi patrem dicētē vbi legis Dns dixit ad Psal.2. me, filius meus es tu, audi & docentē vbi le- Ioan.6. gis, Oīs qui audiuit a patre & didicit, venit Mat.23. ad me, filium vero dicentē modo audisti, de Actо.10 se qppe ait, Quæcunq; dixero vobis. Quem etsi docentem vis nosse magistrū recole, Vn⁹ est, inquit, magister vester Christus. Spm̃ porrò sanctum, quem modo audisti docentē vbi dictum est, ipse vos docebit oīa, audi ēt dicētem, vbi legis in Actib. Apostolorum, beato Petro dixisse spm̃ sanctum, vade cum illis, qa ego misi eos. Oīs igitur & dicit & docet trinitas, sed nisi etiam singillatim commendaretur, eam nullo modo humana capere vtcūq; posit infirmitas. Cum ergo omnino sit inseparabilis, nunq̃ trinitas esse sciret, si semper inseparabiliter diceret: nam & cum dicimus patrem & filiū & spiritum sanctum, non eos vtiq; dicimus simul, cum ipsi nō possint esse nisi simul. Quod vero addidit, commemorabit vobis, intelligere debemus etiam, qđ iubemur non obliuisci saluberrimos monitus ad gratiam pertinere, q̃ nobis commemorat spūs. Pacem, inquit, relinquo vobis, pacem meam do vobis.) hoc autem est qđ legimus M apud ꝓphetam, Pacem super pacem, pacē nobis relinquit iturus, pacē suam nobis dabit in fine vēturus, pacem nobis relinquit in hoc seculo, pacē suam nobis dabit in futuro seculo, pacem nobis relinquit, in qua manētes hostem vincimus, pacem suam nobis dabit, qū sine hoste regnabimus, pacem relinquit nobis, vt etiam hic inuicem diligamus, pacem suam nobis dabit, vbi nunqnam dissentire possimus, pacem relinquit nobis, ne de occultis nostris inuicem iudicemus, cū in hoc sumus mundo, pacem suam dabit no 1.Co.4. bis: cum manifestabit cogitationes cordis, &

tunc laus erit vnicuiq; a Deo. In illo tamen atq; ab illo nobis est pax, siue q̃ nobis relinquit iturus ad patrem, siue q̃ nobis dabit nos perducturus ad patrẽ. Quid aũt nobis relinquit ascẽdens a nobis, nisi seipsum dum non recedit a nobis? Ipse est.n. pax nostra qui fecit vtraq; vnum. Pax ergo ipse nobis est, & cum credimus qa est, & cum videmus eũ sicut est, si.n. q̃diu sumus in corpore corrupti bili qđ aggrauat aĩam, cum per fidẽ ambulamus, non per spẽm, non deserit peregrinantes a se, q̃to magis cum ad ipsam spẽm venerimus, nos implebit ex se? Sed qd est qđ vbi ait, Pacem relinquo vobis, non addidit meã: vbi vero ait, pacem do vobis, ibi dixit meã? Vtrinq; subaudiendum est meã, & vbi dictũ non est, qa postea dictum est, põt referri ad vtrunq; etiam qđ semel dictum est. An forte & hic aliqd latet qđ petendum est & quærẽdũ, & ad qđ pulsantib. aperiendũ? Quid si.n. pacem suã eam voluit intelligi, qualem hẽt ipse? Pax vero ista, q̃ nobis relinquit in hoc seculo, nostra est potius dicẽda q̃ ipsius. Ille q̃ppe nihil repugnat in seipso, qui nullũ hẽt oĩno peccatum: nos aũt talem pacẽ nunc habemus, in qua adhuc dicam⁹, Dimitte nobis debita nostra. Est ergo nobis pax aliqua, qm̃ cõdelectamur legi Dei ſm interiorẽ hoiem, sed non est plena, qa videmus aliam legẽ in membris nostris, repugnantẽ legi mentis nostræ. Itemq; inter nosipsos est nobis pax, qua inuicẽ nobis credim⁹ qđ inuicẽ diligamus: sed nec ipsa plena est, qa cogitationes cordis nostri inuicẽ nõ videmus, & q̃dam de nobis quæ nõ sunt in nobis, vel in melius inuicem, vel in deterius opinamur. Itaq; ista etiã si ab illo nobis relicta est, pax nostra est, nisi enim ab illo non haberemus & talem, sed ipse nõ habet talem. Si tenuerimus v sq; in finẽ qualem accepimus, qualem hẽt habebitis, vbi nihil nobis repugnet ex nobis, & nihil nos inuicem lateat in cordib. nostris. Nec ignoro ista dñi verba etiam sic accipi posse, vt eiusdem dñi snĩę repetitio videat. Pacẽ relinquo vobis, pacẽ meã do vobis, vt qđ dixerat, pacem: hoc repetierit dicens, pacem meam: & qđ dixerat, relinquo vobis, hoc repetierit dicens, do vobis. Vt volet quisq; accipiat, me tñ delectat, credo & vos, fratres mei, delectet sic tenere istã pacem, vbi aduersariũ cõcorditer vincamus, vt desideremus pacẽ, vbi aduersarium non habebimus. Quod vero dñs adiũxit atque ait, Non qũo mundus dat, ego do vobis:) Quid est aliud, nisi non qũo homines dant, qui diligunt mundum, ita do vobis? Qui propterea dãt sibi pacem, vt sine molestia litium atq; bellorum, non Deo, sed amico suo mundo perfruant, & qñ iustis dãt pacem, vt non eos persequant pax nõ potest esse vera, vbi non est vera concordia, quia disiuncta sunt corda, qũo enim cõsors dr, qui sortem iungit, ita ille concors dicendus est, qui corda iungit. Nos ergo, charissimi, qb. Christus pacem relinquit, & pacem suã nobis dat, non sicut mundus, sed sicut ille per quẽ factus est mundus, vt concordes simus, iungamus inuicem corda, & cor vnum sursum habeamus, ne corrumpantur in terra.

Ephe. 2. 1. Ioan. 3 1. Co. 5. Sapien. 9

1. Pet. 2.

Mat. 6. Rom. 7.

A B C D

De eo quod dicit, Non turbetur cor vestrũ, neque formidet. Audistis qa dixi vobis, vado & venio ad vos, si diligeretis me gauderetis vtique: quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Tract. LXXVIII.

ACcepimus, fratres, verba dñi dicẽtis ad discipulos suos, Nõ turbet cor vestrũ, neque formidet. Audistis, qa ego dixi vobis, vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, qa vado ad patrẽ, qa pr maior me est.] Hinc ergo turbari & formidare poterat cor illorũ, ꝙ ibat ab eis, q̃uis venturus ad eos, ne forsitã gregẽ lupus hoc interuallo inuaderet pastoris absentia, sed a quib. homo abscedebat, Deus non recedebat, & idẽ ipse Christus hõ & Deus. Ergo & ibat per id qđ homo erat, & manebat per id qđ Deus erat: ibat per id qđ vno loco erat, manebat per id quod vbiq; erat. Cur itaq; turbaret & formidaret cor, qñ ita deserebat oculos, vt non desereret cor? Quamuis Deus etiam, qui nullo continetur loco, discedat ab eorum cordib. qui eum relinquunt moribus, non pedibus, & veniat ad eos, qui conuertuntur ad eum non facie, sed fide, & accedunt ad eum mente, nõ carne. Vt autem intelligerent, secundum id quod homo erat, eum dixisse, vado & venio ad vos, adiecit atq; ait, Si diligeris me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem, qa pater maior me est.) Per quod ergo filius non est æqualis patri ꝑ hoc iturus erat ad patrem, à quo venturus est viuos iudicaturus

&

& mortuos. Per illud autem in quo ęqualis est gignēti vnigenitus, nunq̄ recedit à patre, sed cum illo est vbiq; totus pari diuinitate, q̄ nullus continet locus. Cum.n.in forma Dei esset, sicut Apostolus loquitur, non rapinam
Phili. 2. arbi tratus est esse æqualis Deo, qūo enim rapina posit esse natura, quæ nō erat vsurpata sed nata? Semetipsum aūt exinaniuit, formā serui accipiens, non ergo amittens illam, sed accipiens iſtam, eo modo se exinaniens, quo hic minor apparebat, q̄ apud patrem manebat. Forma quippe serui accesit, non forma Dei recesit, hæc est assumpta, non illa con-
E sumpta, ꝓp hāc dicit, Pater minor me est, ꝓp illam vero, Ego & pater vnum sumus. Hoc attendat Arrianus, & hac attētione sit sanus, nō cōtentione sit vanus, aut, quod est peius, insanus. Hęc est.n. forma serui, in qua Dei filius minor est, non patre solo, sed etiam spū sancto, neq; id tm̄, sed ēt seipso, qa idē ipse in forma Dei maior est seipso. Neque.n. hō Christus non dr̄ filius Dei, qd̄ etiā sola caro eius in sepulchro meruit appellari: nam qd aliud confitemur, cū dicimus credere nos in vnigenitū Dei filium, qui sub Pontio Pilato crucifixus est & sepultus? Et quid eius nisi caro sepulta est sine aīa? Ac per hoc cū credimus in Dei filium, qui sepultus est, profecto filium dicimus & carnem, q̄ sola sepulta est.
Phili. 2. Ipse ergo Christus filius Dei, ęqualis patri in forma Dei, qa semetpsum exinaniuit nō formam Dei amittēs, sed formā serui accipiēs, maior est & seipso, qa maior est, forma Dei, q̄ amissa non est, q̄ serui q̄ accepta est. Quid itaq; mirum, vel qd indignum, si scd̄um hāc formam serui loquens, ait Dei filius: Pr̄ ma-
F ior me est, & ſm Dei formā loquens, ait idē
Ioan. 10. ipse Dei filius, Ego & pr̄ vnum sumus. Vnū sunt ſm id quod Deus erat verbum: & maior est pater ſm id qd̄ verbum caro factum est. Dicam etiam qd̄ Arriani & Eunomiani negare non pnt, ſm hanc formam serui puer Christus etiam parentib. suis minor erat, qñ paruulus maiorib. sicut scriptū est, subditus erat. Quid igitur hæretice, cum Christus Deꝰ
Luc. 1. sit & homo, loquitur vt homo, & iam calūniaris Deo? Ille in se naturam commēdat humanam, tu in illo audes deformare diuinā? Infidelis, ingrate, ideone tu minuis eum qui fecit te, quia dicit ille quid factus sit ꝓp te? Aequalis enim patri filius per quē factus est hō, vt minor esset patre factus est homo, qd̄ nisi fieret, quid esset homo? Dicat plane dns & magister noster: Si diligeretis me, gaudere tis vtique, qa vado ad patrem, qa pater maior me est. Cum discipulis audiamus verba doctoris, nō cum alienis sequamur astutiam deceptoris. Agnoscamus geminam substātiā Christi diuinam. s. qua ęqualis est patri, humanam, qua maior est pater. Vtrunque aūt si mul, nō duo, sed vnus est Christus, ne sit qua ternitas, non trinitas Deus, sicut.n. vnus est homo aīa rōnalis & caro, sic vnus est Christus Deus & homo, ac per hoc Christus est Deus, aīa rōnalis & caro. Christum in his G omnib. Christum in singulis ꝓfitemur. Quis est ergo ꝓ quē factus est mūdus? Christus Iesus, sed in forma Dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus Iesus, sed in forma serui. Idem de singulis quibus homo cōstat. Quis non est derelictus in inferno? Christus *3. sen. di. 22. c. Hic quæritur* Iesus, sed in aīa sola: quis resurrecturus triduo iacuit in sepulchro? Christus Iesus, sed carne sola. Dr̄. ergo & in his singulis Christꝰ. Verum hæc oīa non duo vel tres, sed vnus est Christus, ideo ergo dixit, Si diligeretis me, gauderetis vtiq; quia vado ad patrem, qm̄ naturæ humanæ gratulandū est, eo ꝓ sic assumpta est à verbo vnigenito. vt immortalis constitueret in cœlo, atque ita fieret terra sublimis, vt incorruptibilis puluis sederet ad dexterā patris, hoc.n. modo se iturū dixit ad patrem: nā profecto ad illum ibat, qui cum illo erat, sed hoc erat ire ad eum & recedere à nobis, mutare atq; immortale facere qd̄ mortale susceperat ex nobis, & leuare in cœlum per qd̄ fuit in terra pro nobis. Quis non dehinc gaudeat, qui sic diligit Christum, vt & suam naturā iam immortalem gratularet in Chri H sto, atque id se speret futurum esse per dnm Christum? Qui cū patre & spūsancto viuit & regnat Deus, per oīa secula seculorū, amen.

De eo quod dicit, Et nunc dixi vobis priusq̄ fiat, vt cum factum fuerit, credatis, vsq; ad id qd̄ ait: Et sicut mādatū dedit mihi pr̄, sic facio. Surgite eamus hinc. Tract. LXXIX.

DOminus & saluator noster Iesus Christus dixerat discipulis suis: Si diligeretis me gauderetis vtique, quia vado ad patrē, quia pater maior me est. Quod ex forma

serui

seruí eum dixisse, non ex forma Dei, in qua æqualis est patri, nouit fides, q̃ religiosis est mentib. fixa, non à calumniosis & dementib. ficta: deinde subiũxit: Et nũc dixi vobis priusquam fiat, vt cũ factũ fuerit credatis.) Quid est hoc, cum magis hõ credere debeat, antequam fiat id, quod credẽdum est? Hæc est. n. laus fidei, si quod creditur non vr̃: nam quid magnum est, si id credit, quod vr̃, secundum illam eiusdem dñi sn̄iam, qñ discipulum arguit dicens: Quia vidisti me, credidisti, beati qui non vident & credunt? Et nescio vtrum credere dicendus est quisq; qđ videt: nam ip sa fides in epistola quæ scribit ad Hebræos, ita est definita: Est aũt fides sperantiũ substantia, & coniunctio * rerum quæ nõ videntur. Quapp si fides est rerũ, quæ credunt, eadẽq; fides earum rerum est, quæ non videnť, quid sibi vult qđ dñs ait: Et nunc dixi vobis, priusquam fiat, vt cum factũ fuerit, credatis? Nonne potius dicendum fuit, & nunc dixi vobis, priusquam fiat, vt credatis quod cum factũ fuerit videatis? Nam & ille cui dictum est, Quia vidisti credidisti, non hoc credidit, qđ vidit, sed aliud vidit, aliud credidit. Vidit. n. hoiem, credidit Deum, cernebat quippe atque tangebat carnem viuentem, quam viderat morientẽ, & credebat Deum in carne ipsa latentẽ. Credebat ergo mẽte qđ non videbat, per hoc qđ sensib. corporeis apparebat, sed etsi dñr credi, quæ vñr, sicut dicit vnusquisq; oculis suis se credidisse, nõ tñ ipsa est, quæ in nobis ædificat fides, sed ex rebus, quę videnť, agitur in nobis, vt ea credantur quæ non videnť. Quocirca, dilectissimi, vñ nunc mihi sermo est, quod dñs ait: Et nunc dixi vobis, priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis, illud vtiq; dicit, cum factum fuerit, q̃ eum visuri erant post mortem viuentem, & ad patrem ascendentem. Quo viso illud fuerant credituri, q̃ ipse esset Christus filius Dei viui qui potuit hoc facere, cum prædixisset, & prædicere antequam faceret. Creditur aũt hoc non fide noua, sed aucta, aut certe cum mortuus esset defecta, cum resurrexisse refecta, neque. n. eũ Dei filiũ non & ante credebãt, sed cũ in illo factũ esset, qđ ante prædixit, fides illa quæ tunc qñ illis loquebať fuit parua, & cum morereť pene iam nulla, & reuixit & creuit, deinde qd dicit? Iam nõ multa loquar vobiscum, venit. n. princeps mundi huius.) Quis nisi diabolus? Et in me non habet quicquam:) nullum oĩno. s. peccatum: sic. n. ostendit non creaturarum, sed peccatorum principẽ diabolum, quos nũc nomine mundi huius appellat. Et quotiescunq; mundi nomen in mala significatione ponitur, nõ ostendit nisi mũdi istius amatores, de qb. alibi scriptũ est, Quicunq; voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituet. Absit ergo, vt sic intelligať diabolus princeps mũdi, tanq̃ gerat vniuersi mũdi. i. cœli & terræ, atq; omnium quæ in eis sunt principatũ, de quali mundo dictum est, cũ de Christo verbo sermo esset, Et mũdus per eum factus est. Vniuersus itaq; mundus à summis cęlis vsq; ad infirmam terram creatori est subditus, nõ desertori: redemptori, non intemptori: liberatori non captiuatori: doctori, nõ decepto ri: quemadmodum aũt sit intelligendus princeps mundi diabolus euidentius aperuit Paulus Apostolus, qui cum dixisset, Nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sãguinem. i. aduersus hoĩes, subiecit atq; ait, sed aduersus principes & potestates, & rectores mundi te nebrarum harum. Sequẽti. n. verbo exposuit quid dixisset, mũdi, cum subiecit, tenebrarũ harum, ne q̃squam mundi nomine intelligeret vniuersam creaturam, cuius nullo modo sũt rectores angeli desertores. Tenebrarum, inq̃t, harum. i. mũdi istius amatorum, ex qb. tñ electi sunt, nõ per suum meritum, sed per Dei gratiã, qb. dicit, Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, Omnes enim fuerunt sub rectorib. tenebrarum harum. i. hominum impiorum, tanquam tenebræ sub tenebris, sed gratias Deo, qui eruit nos, sicut dicit idẽ Apostolus, de ptãte tenebrarũ, & transtulit in regnum filii charitatis suæ: In quo princeps huius mundi, hoc est, tenebrarum harum, non habebat quicquã, qa neq; cum peccato Deus venerat, nec eius carnem de peccati propagine virgo pepererat. Et tanquam ei diceretur, cur ergo moreris si nõ habes peccatũ, cui debeatur mortis suplicium? continuo subiecit, Sed vt cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mãdatum dedit mihi pater, sic facio, surgite eamus hinc.) Discumbens enim discumbentibus loquebatur, eamus autem dixit, quo? nisi ad illum locum, vnde fuerat tradendus ad mortem qui nullum habebat meritum mortis,

3. sen. di. 24. c. Hic quæritur Ioan. 20. Heb. 11.

Alias cogitatio alias cõiectio. Ioan. 20.

I

K

Iacob. 4.

Ioan. 1.

Ephe. 6.

L

Ephe. 5.

Colo. 1.

M

mortis, sed habebat vt moreretur mãdatum patris, tanquam ille de quo prædictum erat, quæ nõ rapui tunc exoluebam, mortem sine
Psal. 68. debito soluturus, & nos a morte debita redẽpturus. Rapuerat autem Adam peccatum, quando manum in arborem præsumptione deceptus extendit, vt incõmunicabile nomẽ inconcessæ diuinitatis inuaderet, quam filio Dei natura contulerat, non rapina.

Deo eo quod dicit, Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est, vsq; ad id quod ait, iam vos mundi estis propter sermonem, quem loculus sum vobis. Tract. LXXX.

A *Cap. 15.*

ISte locus euangelicus fratres, vbi se dicit dominus vitem, & discipulos suos palmites secundum hoc dicit, quod est caput Ecclesiæ, nosq; membra eius, mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Vnius quippe naturæ sunt vitis & palmites. Propter qđ cum esset Deus, cuius naturæ non sumus, factus est homo, vt in illo esset vitis humana natura, cuius & nos homines palmites esse possem⁹: quid ergo est: Ego sum vitis vera?) Nunquid vt adderet vera, hoc ad eam vitem retulit, vnde ista similitudo translata est? Sic enim dr̃ vitis per similitudinem, non per ꝓprietatem, quemadmodum dr̃ ouis, agnus, leo, petra, lapis angularis, & cętera huiusmodi, quæ magis ipsa sunt vera, ex quib. ducunt istæ similitudines, non proprietates, sed cum dicit, ego sum vitis vera, ab illa se vtique discernit cui dr̃: Quo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ? Nam quo pacto est vitis vera, quæ expectata est vt faceret vuam, fecit aũt spinas? Ego sum, inq̃t, vitis vera: Et pater meus agricola est, omnem palmitem in me

B nõ ferentem fructum, tollet eum, omnem q̃ fert fructum, purgabit eũ, vt frumẽtum plus afferat.) Nunquid vnum sunt agricola & vitis? secundum hoc ergo vitis Christus, secundum quod ait, pater maior me est, secũdum aũt id qđ ait: Ego & pater vnũ sumus, & ipse agricola est, nec talis quales sunt, qui extrinsecus operando exhibent ministeriũ, sed talis vt det ẽt intrinsecus incrementum: nam neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, sed vtique Deus est Christus, q̃a Deus erat verbum, vnde ipse & pater vnũ sunt, & si verbum caro factum est, qđ non erat, manet qđ erat, denique cum de patre tanq̃ de agricola dixisset, qđ infructuosos palmites tollat, fructuosos aũt purgat, vt plus afferant fructum, continuo ẽt seipsum mundatorem palmitum ostendens, Iã vos, inquit, mundi estis ꝑ sermonem, quem loculus sum vobis.] Ecce & ipse mundator est palmitum, qđ est agricolę, non vitis officiũ, qui etiam palmites operarios suos fecit: nã etsi non dant incremẽtum, impendunt tñ ali quod adiumentum, sed non de suo, quia sine me, inq̃t, nihil potestis facere, audi etiam ipsos confitentes, quid aũt est Apollo? quid aũt C
Paulus? Ministri per quos credidistis, & vnicuique sicut dñs dedit: ego plantaui, Apollo rigauit, & hoc ergo sicut vnicuique domin⁹ dedit, non itaque de suo: iam vero qđ sequitur, sed Deus incrementum dedit, non per illos, sed per seipsum facit, Excedit hoc humana humilitatem, excedit angelicam sublimitatem, nec oĩno pertinet, nisi ad agricolã trinitatem. Iam vos mũdi estis, mundi. s. atq; mundandi, neq; enim nisi mundi essent, fructum ferre potuissent, & tamen omnem, qui fert fructum, purgat agricola, vt fructũ plus afferat, fert fructum, quia mundus est, atq; vt plus afferat, purgaꝫ adhuc. Quis enim est in hac vita sic mundus, vt non sit magis magis. mundãdus? Vbi si dixerimus quia peccatum
1. Co. 3. *1. Ioan. 1.*
non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est, si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus, qui dimittet nobis peccata, & mũdet nos ab omni iniquitate. Mũdet itaque mundos, hoc est fructuosos, vt tanto sint fructuosiores, quãto fuerint mundiores. Iam vos mundi estis propter verbum, quod locutus sum vobis. Qua- D
re non ait, mundi estis propter baptismum, *1. q. 1. c. Detrahe. 4. sen. di. 3 c. 1.*
quo loti estis, sed ait, propter verbum quod locutus sum vobis, nisi quia & in aqua verbum mundat, detrahe verbum, & quid aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, & *Ioan. 13.*
fit sacramentum, etiam ipsum tanquam visibile verbum: nam & hoc vtique dixerat, qñ pedes discipulis lauit, qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. vnde ista tãta virtus aquæ, vt corp⁹ tãgat & cor abluat, nisi faciente verbo? Non quia dr̃, sed quia creditur: nã & in ipso verbo, aliud est sonus transiens, aliud virtus manens. Hoc est verbum fidei, quod prædicamus, ait Apo

stolus,

Iacob. 4. *Ioan. 1.* *Ephe. 6.* *Ephe. 5.* *Cclo. 1.*

stolus, quia si cõfessus fueris in ore tuo, quia
Rom. 10. dñs est Iesus, & credideris in corde tuo, qa
Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris:
corde.n.credit ad iustitiã, ore aũt confessio
fit ad salutem, vnde in actib. Apostolorũ legi
Actu. 13 mus: Fide mũdans corda eorum, & in epistola
1. Pet. 2. sua beatus Petrus, Sic & vos, inquit, baptisma saluos facit, nõ earnis depositio sordiũ, sed conscientiæ bonæ interrogatio, hoc est, verbum fidei, quod prędicamus, quo fine dubio, vt mundare possit, cõsecratur & baptismus. Christus qppe nobiscum vitis, cum pa-
E tre agricola, dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea. Lege Apostolum, & vide quid adiungat: Vt eam sanctificaret, inquit, mundans eam lauacro aquæ in verbo. Mundatio igit nequaquam fluxo & labili tribueretur elemento, nisi adderetur, in verbo. Hoc verbum fidei tantum valet in Ecclesia Dei, vt p ipsam credentem, offerentem, benedicẽtem, tingentẽ etiam tantillũ mundet infantẽ quanuis nondũ valentem corde credere ad iustitiam, & ore cõfiteri ad salutem. Totum hoc fit per verbũ, de quo dñs ait: Iam vos mundi estis ꝓpter verbum, qđ locutus sum vobis.

De eo quod dicit, Manete in me & ego in vobis, vsque ad id quod ait, Si manseritis in me, & verba mea in vobis mãserint, quod cunque voluerit is, petetis & fiet vobis.
Tract. LXXXI.

VItẽ se dixit esse Iesꝰ, & discipulos suos palmites, & agricolã patrẽ, vnde iam pridem sicut potuimus disputatũ est. In hac aũt lectione cum adhuc de seipso qui est vitis, & de suis palmitib. hoc est, discipulis loqueretur: Manete, inquit, in me, & ego in vobis:) Non eo modo illi in ipso, sicut ipse in
F illis. Vtrunq; aũt prodest non ipsi, sed illis, ita quippe in vite sunt palmites, vt viti non conferant, sed inde accipiant vnde viuant, ita vero vitis est in palmitib. vt vitale alimentũ sub ministret eis, non sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se hr̃e Christum, & manere in Christo, discipulis ꝓdest vtrunq; non Christo: nam præciso palmite, potest de viua radice alius pullulare: qui aũt pręcisus est, sine radice non põt viuere: deniq; adiũgit & dicit, Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi mãserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis.) Magna gratiæ commendatio, fratres mei, corda instruit humiliũ, ora obstruit superborum. Ecce si cui audent rñdeãt, qui ignorãtes Dei iustitiam & suam volẽtes cõstituere, iustitiæ Dei nõ sunt subiecti. Rom. 10
Ecce cui rñdeãt sibi placẽtes & ad bona opera facienda Deũ sibi necessariũ non putãtes: Nõne huic resistunt veritati, hoĩes mẽte corrupti, reprobati circa fidem, qui rñdent & loquuntur iniquitatem dicentes, A Deo habemus, ꝙ hoĩes sumus, à nobisipsis autẽ, quod iusti sumus? Quid dicitis, quid vosipsos decipitis, non assertores, sed præcipitatores liberi arbitrii, ex alto elationis ꝑ inania prę̃sumptionis in profunda submersi? Nẽpe vox vestra est, qđ homo ex semetipso facit iustitiã, hoc est altum elationis vestræ, sed veritas cõtradicit & dicit: Palmes non põt ferre fructũ a semetipso, nisi manserit in vite. Ite nũc per abrupta, & non habẽtes vbi figamini, vẽtosa loquacitate iactamini. Hęc sunt inania præsumptionis vestræ, sed qd vos sequat videte, & si est in vobis vllus sensus horrete. qui.n. a semetipso se fructũ existimat ferre, in vite non est, qui in vite nõ est, in Christo non est, qui in Christo nõ est, Christianꝰ nõ est. Hęc sunt profunda submersionis vestræ, etiam atque etiam considerate, qd adhuc veritas adiũgat & dicat: Ego sum, inquit, vitis, vos palmites, qui manet in me & ego in eo, hic fert fructũ multum, qa sine me nihil potestis facere.) Ne quisquã putaret saltẽ paruum aliquẽ fructum posse à semetipso palmitem ferre, cũ hæc dixisset, hic fert fructum multum, nõ ait, qa sine me parum potestis facere, sed nihil potestis facere. Siue ergo parũ siue multum, sine illo fieri nõ põt, sine quo nihil fieri põt, quia etsi parum attulerit palmes, eũ purgat agricola vt plus afferat. tñ nisi in vite mãserit, & vixerit de radice quantumlibet fructũ à semetipso non potest ferre, quanuis autem Christus vitis non esset, nisi homo esset, tñ istã gratiã palmitib. nõ præberet, nisi etiã Deus esset. Verũ qa ita sine ista gratia nõ põt viui, vt & mors in potestate sit liberi arbitrii: Si quis in me, inquit, non manserit, mittetur foras sicut palmes & arescet, & colligent eũ, & in ignẽ mittent & ardet.) Ligna itaque vitis tanto sunt cõtemptibiliora, si in vite nõ manserint, quanto gloriosiora si manserint, Ezech. 15.
deniq; sicut de his etiã per Ezechielem prophetam

phetam dominus dicit, pręcisa nullis agricolarum vsib. prosunt nullis fabrilib. operibus deputanē. Vnum de duob. palmiti congruit, aut vitis, aut ignis, si in vite non est, in igne erit: vt ergo in igne nō sit, in vite sit. Si manseritis in me, inquit, & verba mea in vobis mā serint, quodcūq; volueritis petetis, & fiet vobis.] Manendo qppe in Christo, quid nolle pōt, nisi quod conuenit Christo? Quid velle pōt manendo in saluatore, nisi quod non est alienum a salute? Aliud quippe volumus, qa sumus in Christo, & aliud volumus qa sum⁹ adhuc in hoc seculo. De mansione nanq; huius seculi nobis aliqñ subrepit, vt hoc petamus qđ nobis nō expedire nescimus. Sed absit, vt fiat nobis, si manemus in Christo, q nō facit qñ petim⁹, nisi qđ expedit nobis. Manētes ergo in eo cū verba eius in nobis manēt, quodcunq; voluerimus petimus, & fiet nobis, qa si petimus & nō fiet, non hoc petimus qđ habet mansio in eo, nec qđ habent verba
I eius, quę manent in nobis, sed qđ hēt infirmitas, & cupiditas carnis, q̄ non est in eo, & in qua nō manent verba eius: nā vtiq; ad verba eius pertinet oro illa, q̄ docuit, vbi dicimus: Pr̄ noster, qui es in cœlis. Ab hui⁹ orōnis verbis & sensib. non recedamus petitionib. nr̄is, & qcqd petierimus, fiet nobis. Tunc. n. dicēda sunt verba eius in nobis manere, qñ facimus q̄ præcepit, & diligimus q̄ promisit, qñ aūt verba eius manent in memoria, nec inueniunt in vita, non cōputaē palmes in vite, qa
Mat. 6. vitam non attrahit ex radice. Ad hanc dr̄iam valet qđ scriptū est, Et memoria retinentib. mandata eius, vt faciant ea, multi memoria retinent, & cōtemnunt vel ēt derident & oppugnant ea. In his verba Christi non manēt, quia tangunt & quodāmodo nō cohærēt, & ideo illis nō erūt in beneficiū sed in testimonium, qa sic sunt in eis, vt nō maneāt in eis, ad hoc tenentur ab eis, vt & iudicētur ex eis.

Psa. 102. De eo qđ dicit, In hoc glorificat⁹ ē pr̄ me⁹, vt fructū plurimū afferatis, vsq; ad id qđ
K ait, Sicut & ego pr̄is mei p̄cepta seruaui, & maneo in ei⁹ dilectiōe. Tract. LXXXII.

MAgis magisq; saluator gratiam qua saluamur discipulis loquēdo cōmēdās: In hoc, inquit, glorificatus est pater meus, vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli.] Siue glorificatus, siue clarificatus dicatur, ex vno Græco verbo vtrunq; translatum est, qđ est δοξάζειν. δόξα enim q̄ Græce dr̄, Latine gloria est. Quod ideo commemorandum existimaui, quia dicit Apostolus, Si Abraham ex operib. iustificatus est, hēt gloriā, sed nō ad Deum. Hæc est ad Deū gloria, qua glorificaē nō homo, sed Deus, si nō operib. sed ex fide iustificaē, vt ex Deo illi sit qđ etiam bene operaē, qñ palmes, sicut iā superius dixi, non pōt ferre fructum a semet ipso, si. n. in hoc glorificatus est Deus pater, vt fructum plurimū afferamus, & efficiamur Christi discipuli, non hoc gloriæ nostræ tri- Rom. 4.
buamus, tanq̄ hoc ex nobis ipsis habeamus, eius est. n. hæc gratia, & ideo in hoc non nostra, sed eius est gloria, vnde & alibi cum dixisset, Sic luceat lumē vestrū corā hominib. vt videant opera vestra bona, ne a semetipsis putarēt esse bona opera sua: mox addidit, Et Mat. 5.
glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. In hoc. n. glorificaē pater, vt fructum plurimum afferamus, & efficiamur Christi discipuli. A quo efficimur, nisi ab illo cuius misericordia prævenit nos? Ipsius. n. figmentum Ephe. 2. Gala. 1.
sumus, creati in Christo Iesu in operib. bonis. Sicut dilexit me pater, inquit, & ego dilexi vos, manete in dilectione mea.] Ecce vnde sunt nobis opera bona: nā vnde nobis essent, nisi quia fides per dilectionem operaē? Vnde autem diligeremus, nisi prius diligeremur? Apertissime hoc in Epistola sua idē iste Euāgelista dixit, Nos diligamus Deum, qñ ipse prior dilexit nos, quod aūt ait: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos, non æqualitatem naturæ ostendit nostræ & suæ, sicut est patris & ipsius, sed gratiā qua mediator Dei & hominum est homo Christus Iesus: mediator qppe mōstraē cum dicit, Sicut dilexit me pa- 1. Ti. 2.
ter & ego dilexi vos: nam pater vtiq; diligit & nos, sed in ipso, quia in hoc glorificaē pater, vt fructum afferamus in vite, hoc est in filio, & efficiamur eius discipuli. Manete, inquit, in dilectione mea, qūo manebimus? Audi quid sequit: Si præcepta mea, inquit, ser-
M uaueritis, manebitis in dilectione mea.) Dilectio facit præcepta seruare, an præcepta seruata faciunt dilectionem? Sed quis ambigat, quod dilectio prcedit? Vnde enim prcepta seruet non habet, qui non diligit. quod ergo ait, Si præcepta mea seruaueritis, manebitis

in di-

in dilectione mea, ostendit nō vnde dilectio generet, sed vnde monstret, tāquam diceret, Nolite vos putare manere i dilectione mea, si non seruaueritis præcepta mea, si. n. seruaueritis, manebitis, hoc est, hic apparebit qđ in dilectione mea manebitis, si p̄cepta mea seruaueritis. Nemo se fallat dicendo qđ eum diligat, si eius præcepta non seruat: nā intm̄ eum diligimus, inquantū eius præcepta seruamus, inquantū autem minus seruamus minus diligim⁹, q̄uis qđ ait, Manete in dilectio
A ne mea, non apparet q̄ dixerit dilectionem, vtrum qua eum diligimus, an qua ipse diligit nos, sed ex verbo superiore dinoscit, dixerat quippe, & ego dilexi vos, cui verbo cōtinuo subiūxit, manete in dilectione mea, illa ergo qua dilexit eos. Quid est ergo, manete in dilectione mea, nisi manete i gratia mea? Et qđ est, si p̄cepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: nisi, ex hoc scietis, q̄ in dilectione mea qua vos diligo, manebitis, si p̄ce
c̄epta mea seruabitis? Nō ergo vt nos diligat, prius eius p̄cepta seruamus: sed nisi nos diligat, præcepta eius seruare nō possumus. Hęc est gratia, q̄ humilib. patet, superbos latet, sed qđ illud est qđ adiungit, Sicut & ego patris mei p̄cepta seruaui, & maneo in ei⁹ dilectione? Vtiq; ēt hic hanc dilectionē patris intelligi voluit, qua eū diligit pr̄, ita q̄ppe dixerat, Sicut dilexit me pr̄, & ego dilexi vos, atque his verbis illa subiunxit, manete in dilectione mea, illa proculdubio qua dilexi vos. Ergo qđ ait ēt de patre, maneo in eius dilectione, illa. s. accipienda est, qua dilexit eum pr̄. Sed nunq̄d & hic gratia intelligenda est,
B qua pr̄ diligit filium, sicut etiā gratia est, qua nos diligit filius, cū simus nos filii gratia, nō natura, vnigenitus aūt natura, nō gratia? An hoc etiam in ipso filio ad hoīem referēdum est? ita sanè: nā dicēdo, sicut dilexit me pr̄, &
1. Ti. 2. ego dilexi vos, gratiā mediatoris ostēdit: Mediator aūt Dei, & hoīum, nō inquātū Deus, sed inquantū homo est Christus Iesus. Et ꝓfecto ſm id qđ homo est, de illo legit: Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gra apud Deū & hoīes. Secūdū hoc igit rectè possum⁹
Lucæ. 2. dicere, q̄ cum ad naturā Dei non pertineat natura humana ad personā tn̄ vnigeniti filii Dei per gratiā pertinet humana natura, & tā tam gratiam vt nulla sit maior, nulla prorsus ęqualis, neque. n. illam susceptionē hoīs vlla merita præcesserunt, sed ab illa susceptione merita eius cūcta cęperūt. Manet ergo filius in dilectione qua eū dilexit pater, & ideo seruat præcepta eius, qđ est. n. & ille homo, nisi q̄ De⁹ susceptor est eius? Deus. n. erat verbū, vnigenitus, gignenti coæternus, sed vt mediator daretur nobis, per ineffabilem gratiam verbum caro factū est, & habitauit in nobis. Ioan. 1.

De eo quod dicit, Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudiū vestrum impleatur, vsque ad id quod ait, Hoc est præceptum meum, vt diligatis in C uicem sicut dilexi vos. Tract. LXXXIII.

AVdistis, charissimi, dñm dicētē discipulis suis: Hæc locutus sum vobis, vt gaudiū meū in vobis sit & gaudiū vestrū ipleat.] Quod est gaudiū Christi in nobis, nisi qđ dignat gaudere de nobis? Et qđ est gaudiū nostrum qđ dicit implendum, nisi eius hŕe cōsortium? Propter qđ Petro dixerat, Si non la Ioan. 13. uero te, nō habebis partem mecum. Gaudiū ergo ei⁹ in nobis, gratia est q̄ præstitit nobis, & ipse est gaudiū nostum. Sed de hac ille ēt ex æternitate gaudebat, qñ nos elegit ante cō Ephe. 1. stitutionem mūdi. Nec rectè possumus dicere, qđ gaudiū eius plenum non erat, non. n. Deus imperfectè aliquando gaudebat, sed illud eius gaudiū in nobis non erat, q̄ nec nos in quibus esse posset iam eramus, nec quādo esse cœpimus, cum illo esse cœpimus. In ipso autem semper erat, qui nos suos futuros 1. Co. certissima suæ præsciētiæ veritate gaudebat. Proinde gaudium iam ipse perfectum de nobis habebat qñ nos præsciendo & prædestinando gaudebat, neq; enim vllus in illo eius D gaudio metus esse poterat, ne forte non fieret quod se facturum esse præsciebat, sed neque cum id facere cœpit, quod se facturum esse præsciuit, gaudium eius quo beatus est creuit, alioqui beatior factus est, quia nos fecit. Absit hoc fratres, Dei beatitudo q̄ nec minor fuerat sine nobis, nec fit maior ex nobis. Gaudium igitur eius de salute nostra, qđ in illo semper fuit cum præsciuit, & prædestinauit nos cœpit esse in nobis, quādo vocauit nos, & hoc gaudium merito nostrum dicimus, quo & nos beati futuri sum⁹, sed hoc gaudium nostrum crescit & proficit, & ad suam perfectionem perseuerando pertēdit,

ergo

ergo inchoatur in fide renascentium, impletur in præmio resurgentium. Ecce vnde dictũ existimo, hæc locutus sum vobis, vt gaudium meũ in vobis sit, & gaudium vestrum impleat. In vobis sit meũ, impleat vestrum, semper. n. erat meum plenum, & anteq̃ vocaremini, cũ vocãdi a me præsciremini, sed fit & in vobis, cum hoc efficimini, qđ præsciui de vobis, impleat aũt vestrum, quia beati eritis qđ nondum estis, sicut creati estis qui nõ fuistis. Hoc est, inquit, præceptũ meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.) Siue dicatur præceptum, siue mandatũ, ex vno verbo Græco vtrunq; interpretatur, quod est ἐντολή. Ia vero istam snĩam & antè dixerat, de qua me vobis vt potui disputasse meminisse debetis. Ibi enim sic ait, Mãdatum nouum do vobis, vt diligatis inuicẽ, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. Huius itaque mandati repetitio, commendatio est, nisi q̃ ibi mandatum, inq̃t, nouum do vobis, hic aũt, hoc est, inquit, mãdatum meum. Ibi tanq̃ non fuerit ante tale mandatũ: hic tanq̃ nõ sit aliud eius mandatum, sed ibi dictum est nouum, ne in vetustate nostra perseueremus, hic dictũ est meum, ne contemnendum putemus. Quod aũt hic ita dixit, hoc est mãdatum meum, vt non sit aliud, qd putamus fratres mei? Nũ quid nam solum eius de ista dilectione mandatum est, qua diligimus inuicem? Nonne est & aliud maius, vt diligamus Deum? Aut vero de sola nobis dilectione mandauit, vt alia nõ inquiramus? Tria certe commendat Apostolus dicens, Manẽt aũt fides, spes, charitas, tria hæc: maior aũt horũ est charitas. Et si in charitate, hoc est, in dilectione concludunt duo illa præcepta, maiora tñ dicta est esse nõ sola. De fide igit nobis q̃ multa mandata sunt, q̃ multa de spe, quis potest cũcta colligere, quis enumerãdo sufficere? Sed intueamur qđ ait idem Apostolus, plenitudo legis charitas. Vbi ergo charitas est, quid est quod possit deesse? Vbi aũt non est, quid est quod possit p̃desse? Dæmon credit, nec diligit, nemo diligit, qui non credit. Frustra quidem, sed tamẽ põt sperare veniam qui nõ diligit, nemo aũt potest desperare q̃ diligit. Itaq; vbi dilectio est, ibi necessariò fides & spes, & vbi dilectio proxime, ibi necessariò etiam dilectio Dei, qui enim non diligit Deum, cũ diligit proximum tanquam seipsum, q̃quidem nõ diligit & seipsum? Est quippe impius & iniquus, qui aũtem diligit iniquitatem, nõ plane diligit, sed odit aĩam suam. Hoc ergo præceptum dñi teneamus, vt nos inuicem diligamus, & quicquid aliud præcepit, faciemus: q̃m quicquid est aliud, hic habemus. Discernitur q̃ppe ista dilectio ab illa dilectione qua se inuicem diligunt homines sicut homines: nam vt discerneretur, adiunctum est, sicut dilexi vos. Vt quid enim diligit nos Christus, nisi vt regnare possimus cũ Christo? Ad hoc ergo & nos inuicem diligamus vt dilectionẽ nostram discernamus à cæteris, qui non ad hoc se inuicem diligunt, quia nec diligunt, qui autem se propter habendum Deum diligunt, ipsi se diligunt, ergo vt se diligant, Deũ diligunt, non est hæc dilectio in omnib. hominibus, pauci se propterea diligunt, vt sit Deus omnia in omnibus.

Supra Tractatu. 65. *Ioan. 13.* *Ioan. 13.* *Ephe. 5.* *1. Co. 13.* *Rom. 13.* *3. sen. dis. 36. ca. 1.* *Iacob. 2.* *Psal. 10* *1. Co. 15.* *1. Ioan. 3* *Pro. 23.*

De eo quod dicit, Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis: Tract. LXXXIIII.

PLenitudinem dilectionis qua nos inuicẽ diligere debemus, fratres charissimi, definiuit dominus dicens: Maiorẽ hac dilectionem nemo habet, q̃ vt aĩam suam ponat quis pro amicis suis.) Quia ergo superius dixerat: Hoc est mandatum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, qb. verbis addidit quod nunc audistis, maiorem hac dilectionem nemo habet, q̃ vt animam suam ponat q̃s pro amicis suis. Fit ex hoc consequens, qđ idem iste euangelista in epistola sua dicit: Vt quẽadmodum Christus pro nobis aĩam suã posuit, sic & nos debemus pro fratrib. aĩas ponere, diligentes vtiq; inuicem sicut ipse dilexit nos, qui pro nobis aĩam suam posuit. Nimirum hoc est quod legitur in Prouerbiis Salomonis: Si sederis cœnare ad mensam potentis considerans intellige quæ apponũtur tibi, & sic mitte manum tuam, sciens, quia talia oportet præparare: nam quæ mensa est potentis, nisi vnde sumitur corpus & sãguis eius, qui animam suam posuit pro nobis? Et quid est ad eam sedere, nisi humiliter accedere? Et quid est considerare & intelligere, q̃ apponuntur tibi, nisi digne tantam gratiam cogitare? Et quid est sic mittere manum, vt scias quia talia te oportet præparare, nisi qđ iam dixi, quia sicut pro nobis Christus aĩam suam posuit, sic & nos debemus animas pro

fratribus

fratribus ponere? Sic enim ait etiam Apostolus Petrus: Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius: Hoc est talia præparare, hoc beati martyres ardenti dilectione fecerunt, quorum si nō inaniter memorias celebramus, atque in conuiuio, quo & ipsi saturari sunt, ad mensam domini accedimus, oportet vt quēadmodum ipsi, & nos talia præparem⁹. Ideo quippe ad ipsam mensam non sic eos commemoramus, quemadmodū alios qui in pace requieſcunt, vt etiam pro eis oremus, sed magis vt orent ipsi pro nobis, vt eorum vestigiis adhæreamus, quia impleuerunt ipsi charitatē, qua dominus dixit nō posse esse maiorem. Talia enim suis fratrib. exhibuerūt, qualia de domini mensa pariter acceperunt, neque hoc ita dictum est, quasi propterea domino Christo pares esse possimus, si pro illo vsque ad sanguinē martyrium duxerimus. Ille potestatem habuit ponendi aīam suam, & iterum sumendi eam: nos autem nec quātum volumus, viuimus, & morimur etiam si nolumus. Ille moriēs mox in se occidit mortem, nos eius morte liberamur à morte. Illi⁹ caro non vidit corruptionē, nostra post corruptionem, in fine seculi per illum induetur incorruptione. Ille nobis nō indiguit vt nos saluos faceret, nos sine illo nihil possumus facere. Ille se nobis palmitibus præbuit vitē, nos habere præter illum non possumus vitā. Postremo etsi fratres pro fratribus moriamur, tamen in fraternorum peccatorum remissionem nullius sanguis martyris funditur, quod fecit ille pro nobis, neque in hoc quid imitaremur, sed quid gratularemur cō tulit nobis. Quatenus ergo martyres pro fratribus sanguinem suum fuderunt, hactenus talia exhibuerunt, qualia de mensa dominica perceperunt. [Imitari quis potuit morientem, nemo autem potuit redimentem.) In cęteris autem quæ dixi, quanuis nec omnia dicere potui, martyr Christi longe impar est Christo. Quòd si quisquam se, non dico potentiæ Christi, sed innocentiæ comparabit, non dicam & aliena se putando sanare, sed suum saltem nullum habere peccatum, etiā sic auidior est quā ratio salutis exposcit, multum est ad illum, non capit tantum. Quod & bene quidem ista prouerbiorum sententia commonetur, quæ continuo subiūgit atque dicit, q̄ si auidior es, noli cōcupiscere cibos eius, satius est enim vt nihil inde sumas, quā tibi plus quàm oportet assumas. Hæc enim inquit, vitam habent fallacem, hoc est, hypocrisim, dicēdo. n. se sine peccato esse, iustum non potest exhibere, sed fingere, ideo dictū est hæc enim habent vitā fallacem. Vnus est solus, qui & carnem hominis habere, & peccatum potuit non habere. Merito quod sequitur nobis præcipitur, ac tali verbo atque ꝓuerbio humana infirmitas conuenitur, etq; dicitur: Noli extendere te cum sis pauper, cōtra diuitem. Diues enim qui nec hæreditario nec proprio vnquam debito obnoxius, & ipse iustus est, & alios iustificat Christus. Noli contra eum te extendere, intantum pauper, vt remissionis peccatorum appareas quotidianus in oratione mendicus. Tuo autē consilio, inquit, abstine te, vnde nisi à præsumptione fallaci? Ille quippe quia non tantum est homo, sed etiam Deus, ideo nusquā reus: si enim direxeris oculum tuū ad illum, nusquam parebit. Oculum tuum, oculum videlicet humanum, quo cernis humana, si direxeris ad illum, nusquam parebit, quia videri non potest, quemadmodum videre te potes, parauit enim sibi pennas sicut aquilæ, & vadit in domum præpositi sui, vnde ad nos vtique venit, nec tales qualis venit inuenit. Diligamus ergo inuicem, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Maiorem quippe hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Eumq; sic imitemur pia obediētia, vt ei nos comparare nulla præsumamus audacia.

1. Pet. 2.

Pro martyrib. non oratur. Ioan. 10.

I

Actor. 2. & 13. Psal. 15.

K

L

Deo eo quod dicit, Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis, vsque ad id quod ait, Iam nō dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Tract. LXXXV. M

CVm dñs Iesus commendasset charitatē, q̄ exhibuit nobis moriendo ꝓ nobis, atq; dixisset, Maiorem hac dilectionē nemo habet, vt aīam suam ponat quis pro amicis suis: Vos, inqt, amici mei estis, feceritis quæ ego ꝑcipio vobis.) Magna dignatio, cū seruus bonus esse nō possit, nisi præcepta domini sui fecerit. Hic amicos suos voluit intelligi, vnde serui boni pñt probari. Sed, vt dixi, ista

Luc.

Mat

1. Ioa.

Psal.

Rom.

Rom.

ista dignatio est, vt dominus quos nouit seruos suos, dignetur dicere amicos suos: nam
A vt sciatis ad seruorum officiū pertinere præcepta domini sui facere, alio loco seruos v-
Luc. 6. tiq; obiurgat dicēs. Quid autem vocatis me domine dñe, & non facitis quæ dico? Cū ergo dicitis, inquit, domine, iussa faciendo q̄d
Mat. 25. dicatis ostendite. Nonne seruo obedienti ipse dicturus est, Euge serue bone & fidelis, qa in paucis fuisti fidelis supra multa te constituam, intra gaudiū domini tui? Potest igitur esse & seruus & amicus, qui seru⁹ est bonus: sed quod sequitur attendamus. Iā non dicā vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius.) Quomodo ergo intellecturi sumus, & seruū & amicū esse seruū bonū, cum dicat, Iam non dicā vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dñs eius? Ita nomen constituit amici, vt auferat seruī, non vt in vno vtrunq; maneat, sed vt alterū altero deceden te succedat. Quid est hoc? Itane cū præcepta domini fecerimus, serui non erimus? Itane tunc serui non erimus: qñ boni serui fuerimus? Et quis cōtradicere potest veritati quę ait, Iam non dicā vos seruos? Et cur hoc dixerit, docet: Quia seruus, inquit, nescit quid faciat dominus eius. Nunquid nam seruo bono & probato dominus eius non etiam secreta sua committit? Quid est ergo quod ait, Seruus nescit quid faciat dominus eius? Verum, esto, nescit quid faciat: nunquid nescit etiam quid præcipiat? Nam & si hoc nescit, quomodo seruit? Aut quomodo seruus est, qui non seruit? Et tamen dominus loquitur: Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis, iā non dicā vos seruos. O rem mirabilē, cū seruire non possimus, nisi præcepta domini fecerimus, quomodo præcepta faciendo serui non erimus? Si seruus nō
B ero præcepta faciendo, & nisi præcepta fecero, seruire non potero, ergo seruiēdo seruus nō ero. Intelligamus fratres, intelligamus, & hoc in nobis dñs faciat vt intelligamus, faciat etiam vt intellecta faciamus. Hoc autem si scimus profecto scimus quod faciat dominus, quia nos ipsos tales nō facit nisi & per hoc ad eius amicitiam pertinemus. Sicut n.
1. Ioan. 4 duo sunt timores, qui faciunt duo genera ti-
Psal. 18. mentium, sic duę sunt seruitutes, quę faciūt
Rom. 8. duo genera seruientium. Est timor quem per-
Rom. 11. fecta charitas foras mittit, & est alius timor castus permanens in seculū seculi illum timorem qui non est in charitate: attendebat Apostolus cū dicebat, Non.n. accepistis spi- C
ritum seruitutis iterum in timore. Illum autem timorem castum attendebat cū dicebat, Noli altum sapere, sed time. In illo timore quem foras charitas mittit, est etiam seruitus simul foras cum ipso timore mittenda: vtrunq; enim iunxit Apostolus, hoc est seruitutē & timorē, dicendo: Nō enim accepistis spiritum seruituti s iterū in timore. Ad hanc seruitutem seruum pertinentem intuebatur & dominus dicens, Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: non vtiq; ille seruus pertinēs ad timorem castum, qui dicitur: Euge serue bone, in Mat. 25.
tra gaudiū domini tui: sed ille seruus perti- Ioan. 8.
nens ad timorem, foras a charitate mittēdus: de quo alibi dicit, Seruus non manet in domo in ęternum filius autem manet in ætern̄ quoniam itaq; dedit nobis potestatem filios Dei fieri: ut non serui sed filij simus, vt miro quodam ineffabili, sed tamen vero modo serui esse possimus serui. s. timore casto, ad quem pertinet seruus intrans in gaudium domini sui: non serui autem timorem foras mittēdo, ad quem pertinet seruus non manens in domo in ęternum. Vt autem tales serui 1. Cor. 4.
non serui simus, dominum facere scimus. Hoc autem seruus ille nescit quid faciat dominus eius: & cum aliquid boni facit, sic extollitur quasi hoc ipse faciat, non dominus eius, & in se, non in domino gloriatur, cum se ipse deceperit, quia sic gloriatur quasi nō acceperit: nos autem, charissimi, vt amici domini esse possimus, quid noster dominus faciat sciamus, non solum enim homines, verumetiam iustos, ipse facit nos, & non ipsi nos. Et si hoc sciamus, quis nisi ipse facit? Nō enim spiritum huius mundi accepimus, sed spiritū qui ex Deo est, vt sciamus quę à Deo donata sunt nobis. Ab ipso quicquid boni est, donatur. Ergo quia & hoc bonum est, 1. Cor. 2.
ab ipso vtique donatur, vt sciatur à quo bo- D
num omne donetur, vt omnino de omnibus bonis qui gloriatur, in domino glorietur. Quod vero sequitur: Vox autem dixi amicos, quia omnia quęcunque audiui a patre
meo, nota feci vobis:) ita est profundum, vt 1. Cor. 1.
nullo modo sit isto sermone coarctandum, sed in alium differendum

De eo quod dicit, Vos autem dixi amicos: vſque ad id quod ait, Et fructus veſter maneat: vt quodcunq; petieritis patrē in nomine meo, det vobis. Tract. LXXXVI.

B MErito quęritur, qūo accipiendum ſit, q̄ ait dñs: Vox autē dixi amicos, quia omnia quęcunque audiui à patre meo, nota feci vobis.) Quis autē audeat affirmare vel credere vllum hominū ſcire omnia quęcunque a patre audiuit vnigenitus filius, qñ nec hoc quidē quiſquā capit, qūo à patre audiat vllū verbū, cum ipſe ſit patris vnicū verbū? Quid eſt quod aliquanto poſt in hoc ipſo tñ ſermone, quē poſt cęnā ante paſsionē ad diſcipulos habuit: Multa, inquit, habeo vobis dicere, ſed non poteſtis illa portare modo? Ioan. 16. Quo igitur pacto intellecturi ſumus omnia eum nota feciſſe diſcipulis quæcunq; audiuit à patre, cum propterea quædā multa nō dicat, quia ſcit eo modo portare non poſſe? Sed nimirum quod dicturus eſt, feciſſe ſe dicit, qui ea quæ futura ſunt fecit: ſicut. n. dicit Pſal. 21. per Prophetā, Foderunt manus meas pedes meos: nec ait, foſſuri ſunt: velut præterita dicēs, ea tñ futura p̄dicens: ita & hoc loco ait, 1. Co. 13. omnia ſe nota feciſſe diſcipulis, quæ ſe nouit nota eſſe facturum, in illa plenitudine ſcientię: de qua dicit Apoſtolus, Cum aūt venerit quod perfectū eſt, quod ex parte eſt euacuabitur. Ibi quippe dicit, nunc ſcio ex parte, tūc aūt cognoſcam ſicut & cognitus ſum, & nūc per ſpeculū in ænigmate, tunc aūt facie ad faciē: nā & ipſe Apoſtolus ſaluos nos di- Ad Ti. 3. cit eſſe factos per lauacrū regenerationis, q̄ Rom. 8 alio loco: Spe, inquit, ſalui facti ſumus. Spes aūt quæ videtur, nō eſt ſpes: quod. n. videt q̄s quid ſperat? Si aūt quod non videmus, ſperamus, per patientiam expectamus: vnde etiā eius coapoſtolus Petrus, In quem modo, inquit, nō videntes creditis, quem cū videritis, exultabitis gaudio inenarrabili & honorato 1. Pet. 1. percipiētes mercedē fidei ſalutē animarū veſtrarum: ſi ergo nunc tempus eſt fidei, ſalus

C aūt animarū merces eſt fidei, quis dubitet in fide quę per dilectionē operatur, peragendū die m vltimū, atq; in fine diei recipiendā eē mercedē, non ſolū redemptionem corporis noſtri, de qua dicit Apoſtolus Paulus, verū etiam ſalutem animarum noſtrarum, de qua Gala. 5. dicit Apoſtolus Petrus? Vtriuſque. n. rei ſœlicitas iſto tpe atq; in hac mortalitate in ſpe potius habetur, q̄ in re tenetur. Verū hoc intereſt, q̄ exterior noſter homo. i. corpus adhuc corrumpitur: interior aūt. i. anima iam renouatur de die in diē. Itaq; ſic ut immortalitatē carnis & ſalutē animarū futurā expecta D mus, quanuis iā pignore accepto, ſalui facti 2. Cor. 4. eſſe dicamur, ita omnium notitiam quæcūque vnigenitus audiuit a patre, futurā ſperare debemus, q̄uis hoc iā feciſſe dixerit Chriſtus? Nō vos me elegiſtis, inquit, ſed ego, vos elegi.) Hæc eſt illa ineffabilis gratia: quid. n. eramus qñ Chriſtum nondum elegeramus, & ideo non diligebamus? Nam qui eū non Pſal. 83. eligit, qūo diligit? Nunquid iam in nobis erat quod in Pſalmo canitur: Elegi abiectus eſſe in domo dñi, magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorum? Non vtiq;. Quid ergo eramus niſi iniqui & perditi? Neq; enim iā cre Pſal. 58. dideramus in eū, vt eligeret nos: nam ſi iam credentes elegit: cur ergo diceret, nos vos me elegiſtis, niſi quia miſericordia eius prę uenit nos? Hic certe vacat vana illorū ratiocinatio: qui preſcientiam Dei defendunt cōtra gratiam Dei, & ideo dicunt nos electos ante mundi conſtitutionē, quia preſciuit nos Deus futuros bonos, non ſeipſum nos factu rū bonos: nō hoc dicit qui dicit, Nō vos me Ephe. 2. elegiſtis: qm̄ ſi propterea nos elegiſſet, quia bonos futuros eſſe nos præſciuerat, ſimul & preſciſſet q̄ eū nos fuiſſemus prius electuri. Nō. n. aliter eſſe poſſemus boni, niſi forte dicendus eſt bonus qui non elegit bonū. Quid ergo elegit in nō bonis? Nō. n. electi ſunt, q̄a boni fuerunt, qui boni non eſſent niſi electi eſſent: alioquin gratia iam non eſt gratia, ſi præceſsiſſe contendimus merita: hæc quippe electio gratia eſt de qua dicit Apoſtolus: Rom. 11. Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ per electionem gratiæ Dei ſaluæ factæ ſunt, vnde ſubiungit, Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non eſt gratia. Audi ingrate, ingrate audi: non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Non eſt vt dicas, ideo electus ſum, quia iam credebam: ſi. n credebas E in eū, iam elegeras eum: ſed audi, non vos me elegiſtis: non eſt vt dicas, antequā crederē, iā bona operabar, ideo electus ſum: q̄d. n. eſt boni operis ante fidē, cū dicat Apoſtolus Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt? Quid ergo dicturi ſumus audiendo, nō vos

me

me elegistis, nisi quia mali eramus, & electi sumus, ut boni per gratiã nos eligentis essemus? Non est. n. gratia, si præcesserant merita. Est aũt gratia, Hæc igitur non inuenit, sed effecit merita. & uidete, charissimi, quemad modũ non eligat bonos, sed quos elegit, faciat bonos. Ego, inquit, elegi uos: Et posui uos, ut eatis & fructũ afferatis, & fructus uester maneat.) Nonne iste est fructus de quo iam dixerat: sine me nihil potestis facere? Elegit ergo & posuit ut eamus & fructum afferamus: nullũ itaq; fructũ, unde nos eligeret, habebamus. Vt eatis, inquit, & fructum afferatis. Imus, ut afferamus, & ipse est uia, quà imus, in qua nos posuit ut eamus. Proinde in omnib. misericordia eius præuenit nos. Et fructus, inquit uester maneat. Vt quodcũque petieritis patrẽ in noĩe meo, det uobis.) Maneat ergo dilectio, ipsa est. n fructus noster: q̃ dilectio nunc est in desiderio nondũ in saturitate, & ipso desiderio quodcunq; petierimus in nomine unigeniti filij dat nobis pater: q̃ aũt accipere saluandis non expedit nobis, non existimemus nos petere in noĩe Saluatoris, sed hoc petimus in nomine Saluatoris, quod pertinet ad rationem salutis.

De eo quod dicit, Hæc mando uobis ut diligatis inuicem: usque ad id quod ait, Sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Tract. LXXXVII.

IN lectione Euangelica, quæ hanc antecedit, dixerat dñs: non uos me elegistis, sed ego elegi uos, & posui uos, ut eatis & fructũ afferatis, & fructus uester maneat, ut quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, det uobis: de quibus uerbis iã nos, q̃ dñs dedit, differuisse meministis. Hic aũt dicit, sequenti, s. lectione, quam modo, cum recitaretur, audistis. Hæc mando uobis, ut diligatis inuicem:) Ac per hoc intelligere debemus hũc esse fructum nostrũ de quo ait: Ego uos elegi, ut eatis, & fructũ afferatis, & fructus uester maneat. Et q̃ adiunxit, ut quodcunque petieritis patrẽ in nomine meo, det uobis, tunc utiq; dabit nobis, si diligamus inuicẽ, cũ & hoc ipsum ipse dederit nobis, qui nos elegit non habentes fructum, quia non eum nos elegeramus, & posuit nos ut fructum afferamus, hoc est, inuicem diligamus: quem fructum sine illo afferre non possumus, sicut palmites facere sine uite nihil possunt. Charitas ergo est fructus noster, quẽ definit Apostolus, de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. Hæc diligamus inuicẽ, hac diligimus Deum: neq; n. uera dilectione diligeremus inuicẽ, nisi diligentes Deum. Diligit. n. unusquisq; proximum suum tanq̃ seipsum, si diligit Deum: nã si nõ diligit Deũ, non diligit seipsum. In his. n. duobus præceptis charitatis, tota lex pendet & prophetæ: hic est fructus noster. De fructu itaq; nobis mandans. Hæc mando, inquit, uobis, ut diligatis inuicem: unde & Apostolus Paulus, cũ contra opera carnis cõmendare fructum spiritus uellet, a capite hoc posuit, Fructus, inquit, spiritus charitas est: ac deinde cęteratã quam ex isto capite exorta & religata contexuit, quæ sunt, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas. Quis aũt bene gaudet, qui bonum non diligit unde gaudet? Quis pacẽ ueram nisi cum illo potest habere quem veraciter diligit? Quis est longanimis in bono opere perseueranter manendo, nisi ferueat diligendo? Quis est benignus, nisi diligat cui opitulatur? Quis bonus, nisi diligendo efficiatur? Quis salubriter fidelis, nisi ea fide quæ per dilectionem operatur? Quis utiliter mansuetus, cui nõ dilectio moderetur? Quis ab eo continet unde turpatur, nisi diligat unde honestatur? Merito itaque magister bonus dilectionem sic sæpe commẽdat, tanquam sola præcipienda sit, sine qua non possunt prodesse cęteta bona, & quę nõ potest haberi sine cęteris bonis, quibus homo efficitur bonus. Pro hac autem dilectione patienter debemus etiam mundi odia sustinere: necesse est enim ut nos oderit, quos cernit nolle quod diligit: sed plurimum nos de seipso dominus consolatur, qui cum dixisset, Hæc mando uobis ut diligatis inuicem: adiecit atq; ait, Si mundus uos odit, scitote qm̃ me priorem uobis odio habuit.) Cur ergo se membrum supra uerticem extollit? Recusas esse in corpore, si non uis odium mundi sustinere cũ capite. Si de mundo, inquit, essetis, mundus q̃ suum erat diligeret,) Vniuersæ utiq; hoc dicit Ecclesiæ, quam plerunque ẽt ipsam mundi nomine appellat, sicut est illud: Deus erat in Christo, mundum reconci

1. Tim. 1

Mat. 22.

Galat. 5.

2. Cor. 5. Ioan. 3.

lians sibi. Itemq; illud: Non venit filius hois vt iudicet mundũ, sed vt saluetur mũdus per ipsum: & in epistola sua Ioannes ait, Aduocatum habemus ad patrem Iesum Christum 1. Ioan. 2 iustũ, & ipse propitiator est pctorũ nostrorum, non tm̃ nostrorũ, sed ẽt totius mundi: totus ergo mundus Ecclesia est, & totus mũdus odit Ecclesiam. Mundus igitur odit mundũ, inimicus reconciliatũ, dãnatus saluatum, A inquinatus mundatũ: sed iste mundus, quem Deus in Christo reconciliat sibi, & qui per Rom. 9. Christũ saluatur, & cui per Christum pctm̃ omne donatur, de mundo electus est inimico, dãnato, contaminato. Ex eadem quippe massa, quæ tota in Adam periit, fiunt vasa misericordiæ, in quib. est mundus pertinens ad reconciliationẽ, quam mundus odit, ex eadẽ massa, pertinens ad vasa iræ, quç perfecta sunt ad perditionẽ: deniq; cum dixisset, si de mundo essetis, mundus ꝙ suum erat diligeret: continuo subiecit, Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.) Ergo & ipsi inde erant, vnde vt non essent, electi sunt inde, nõ meritis suis, quorũ nulla bona præcesserant opera, non natura, quæ tota fuerat per liberũ Rom. 11. arbitrium in ipsa radice vitiata, sed gratuita, hoc est vera gratia: qui. n. de mundo mundũ elegit, fecit ꝙ eligeret, non inuenit: quia reliquiæ per electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt: si aũt gratia, inquit, iã non ex operib. alioquin gratia iam non est gratia: si aũt quæratur quõ se diligat mundus perditionis, qui odit mundũ redẽptionis, diligit se vtiq; falsa dilectio- Psal. 10. ne, non vera. Proinde falso se diligit & verè odit: Qui. n. diligit iniquitatem, odit animã suam: sed diligere se dr̃, qm̃ iniquitatem, qua iniquus est, diligit: & rursus odisse se dr̃, qm̃ ꝙ ei nocet, hoc diligit. Odit ergo in se naturã, diligit vitiũ: odit ꝙ factus est per Dei bonitatẽ, diligit ꝙ in eo factum est per liberam 1. Ioan. 2 voluntatem. Vnde nos quoq; illũ diligere & prohibemur, si recte intelligimus, & iubemur: prohibemur, s. vbi nobis dr̃, Nolite diligere B mundũ: iubemur aũt vbi nobis dicitur, Diligite inimicos vestros. Ipsi sunt enim mũdus, qui nos odit. Ergo & prohibemur diligere in illo ꝙ ipse diligit in seipso, & iubemur diligere in illo quod ipse odit in seipso, & iubemur diligere in illo quod ipse odit in seipso, Dei, s. opificium, & diuersas bonitatis suæ consolationes. Vitium quippe in illo diligere prohibemur, iubemurq; diligere naturã, cum ipse in se diligat vitiũ, oderitq; naturã, vt nos eum & diligamus & oderimus recte, cum se ipse diligat oderitq; peruerse.

De eo quod dictum est, Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: vsque ad id quod ait, Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eũ, C qui misit me. Tract. LXXXVIII.

EXhortãs dns seruos suos ad mundi odia perferenda patienter, nullũ eis maius & melius q̃ de seipso proponit exemplum, qm̃ sicut dicit Apostolus Petrus: Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplũ, vt sequamur vestigia ei⁹. Quod vtiq; si facimus, ipso adiuuante facimus, qui dixit, Sine me nihil potestis facere: deniq; iã dixerat, Si odit vos mundus, scitote quia me priorem vobis odio habuit: & nunc in eo quod audistis cũ legeretur Euangelium, Mementote, inquit, sermonis mei, quem ego dixi vobis: non est seruus maior dño suo: si me persecuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestrũ seruabunt.) Dicendo aũt, nõ est seruus maior dño suo: nonne euidẽter ostendit quemadmodũ intelligere debeamus quod superius dixerat, Iam non dico vos seruos: ecce. n. eos seruos dicit, nunquid est aliud, Nõ est seruus maior dño suo, si me Sup tra- persecuti sunt? & vos persequentur? Manifestũ est igitur illũ seruũ, qui non manet in domo in æternũ, illum pertinentem ad timorẽ, quem foras charitas mittit, esse intelligendũ, vbi dictum est, Iam non dico vos seruos: hic Ioan. 8. autem vbi dr̃, Non est seruus maior domi- 1. Ioan. 4 no suo: si me persecuti sunt, & vos persequẽtur: illum significari seruum pertinentem ad timorem castum, qui permanet in seculum seculi: hic enim seruus est auditurus, Euge serue bone, intra in gaudium domini tui. Sed hæc, inquit, omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eũ qui misit me.) D Quæ omnia facient nisi quæ dixit? odio habebunt scilicet & persequentur, sermonemq; contemnent. quoniam si sermonem nõ seruarent eorũ, nec tamen odissent eos, ne- Psal. 18. q; persequerentur, vel etiam si odissent, nec tm̃ Mat. 25. persequerentur, non omnia facerent: hæc

autem

autem omnia facient vobis, inquit, propter nomen meũ: quid est aliud dicere, quã me in vobis odio habebunt, me in vobis persequẽtur, & sermonẽ vestrum, quia meus est, ideo non seruabunt: hæc enim omnia faciẽt vobis propter nomẽ meum, non vestrũ, sed meũ: tãto igitur miseriores, qui propter hoc nomẽ ista faciunt, quanto beatiores, qui propter hoc nomen ista patiuntur, sicut ipse alio loco dicit, Beati qui persecutionẽ patiũtur propter iustitiam: hoc est enim propter me vel propter nomẽ meum, quia sicut Apostolus docet, Factus est nobis sapiẽtia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, redemptio, vt quẽ admodũ scriptũ est, Qui gloriatur, in dño glorietur: faciunt quippe ista mali malis, sed nõ propter iustitiam * & ideo miseri vtriq; & qui faciunt, & qui patiuntur: faciũt & mali bonis, vbi etsi non faciunt isti propter iustiam, tñ illi propter iustitiã, patiuntur. * Sed dicit aliquis, Si mali quando persequuntur bonos propter nomen Christi, propter iustitam boni patiuntur, profecto propter iustitiam hæc eis mali faciunt, quod si ita est, ergo & quando boni malos propter iustitiam persequuntur, propter iustitiam etiam mali patiuntur: si enim possunt mali persecutionẽ facere bonis propter nomen Christi, cur nõ possunt mali persecutionẽ patià bonis propter nomẽ Christi? Et quid est ꝓp nomẽ Christi, nisi propter iustitiã? nã si nõ ꝓp quod boni faciunt, propter hoc mali patiũtur, quia faciũt boni propter iustitiam, patiũtur mali ꝓp iniustitiam: nec mali ergo propter hoc possunt facere propter quod boni patiuntur, quia faciunt mali propter iniustitiam, patiuntur boni propter iustitiã: qũo ergo erit verũ, Hęc omnia facient vobis propter nomen meum, cum illi non propter nomen Christi faciant. i. non propter iustitiã, sed propter iniquitatẽ suã? Hæc quęstio ita soluitur, si eo modo intelligamus dictũ, Hæc omnia facient vobis propter nomen meũ: vt totũ referatur ad iustos, tanquã dictũ sit, hæc omnia patiemini ab eis propter nomen meũ, vt hoc sit, facient vobis, quod est, patiemini ab eis: si autem propter nomen meum sic accipitur tanquã diceret, propter nomen meũ quod in vobis oderunt, ita potest accipi, propter iustitiam quam in vobis oderunt: ac per hoc, boni cum persecutionẽ faciunt malis, possit recte dici & propter iustitiam facere, quam diligendo persequuntur malos, ꝓp propter iniquitatem quam oderunt in ipsis malis: ita ergo & ipsi mali possunt dici pati, & propter iniquitatem q̃ in illis punitur, & propter iustitiam quæ in eorum pœna exercetur. Iam quęri potest, sic ét mali faciunt persecutionem malis, sicut impij reges & iudices, cũ essent persecutores piorum, vtiq; & homicidas, & adulteros, & quosq; maleficos, quos contra leges publicas feciſſe cognoscerent, puniebant, quomodo intelligendum est quod ait dominus, Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret? Neque enim quos punit diligit mũdus, a quo videmus supradicta scelerum genera plerunq; puniri, nisi quia mundus est in eis quibus talia scelera vel puniuntur vel patiuntur, & mundus est in eis, a quibus talia scelera diliguntur: mundus itaq; ille qui intelligitur in malis atq; impijs, & odit qđ suum est, ex ea parte hominum qua sceleratis nocet: & diligit quod suum est ex ea parte hominum, qua eisdem ipsis sceleratis fauet: Ergo hæc omnia facient vobis propter nomen meum, uel ita dictum est, propter ꝓ vos patimini, vel ita propter quod & ipsi faciunt, quia & hoc in uobis dum persequuntur, oderunt. & addidit, Quia nesciunt eum qui misit me.) Hoc secundum eam scientiã dictum intelligẽdum est: de qua & alibi scriptum est, Scire autem te sensus est consummatus. Hac quippe scientia qua sciunt patrẽ a quo missus est Christus nullo modo persequuntur quos colligit Christus, quia & ipsi cum eis colliguntur a Christo. *Sapien. 6*

Matt. 5. 1. Cor. 1. Hier. 6. Alias, sed propter ĩ iustitiã. Alias faciunt, & boni malis, vbi et si faciunt isti propter iustitiã, non tamen illi propter iustitiam patiũtur.

1. Pet. 3.

Sup. tra. 84.

Ioan. 8. 1. Ioan. 4

Psal. 18. Mat. 25.

De eo quod dicit, Si nõ uenissem & locutus eis fuissem, usq; ad id quod ait, Qui me odit, & patrẽ meũ odit. Tract. LXXXIX.

SVperius dixerat dominus ad discipulos suos, Si me persecuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt, sed hęc omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me. De quibus autem hoc dixerit, quęramus, inuenimus eum ad hęc verba, uenisse ab eo quod dixerat, Si mundus vos odit, scitote quia me priorem odio habuit: nunc vero quod addidit, Si non venis-

sem,& locutus eis fuissem, peccatū non haberent. Iudæos ostendit expresius,de his ergo dicebat,nā hoc indicat verborū ipsa contextio:de his ergo dicit, Si non venissem & locutus eis fuissem peccatū nō haberent: de quibus dicebat, Si me persecuti sunt, & vos persequētur,si sermonē meū seruauerunt,& vestrū seruabunt. Sed hęc omnia facient vobis propter nomen meū, quia nesciunt eum qui misit me: his enim verbis & ista subiungit, Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatū nō haberent. Iudæi ergo persecuti sunt Christum, quod euidentissimè indicat Euāgeliū,Iudæis locutus est Christus, nō aliis gentibus.In eis ergo voluit intelligi mūdū qui odit Christū & discipulos eius, imo vero nō eos solos, sed hos quoq; ad eundē pertinere monstrauit.Quid est ergo, si nō venissem & locutus eis fuissem, peccatū nō haberent? Nunquid sine peccato erant Iudęi, antequam Christus ad eos in carne venisset? Quis hec vel stultissimus dixerit?Sed magnū quoddā peccatū, non omne peccatū, quia sub generali nomine vult intelligi: hoc est enim peccatū,quo tenentur cuncta peccata, quod vnusquisq; si non habeat, dimittuntur ei cuncta peccata:hoc est aūt,quia crediderunt in Christū,qui propterea venit vt crederetur in eū: hoc peccatum,si non venisset,non vtiq; haberent. Aduentus quippe eius quantū credentibus salutaris, tantū non credentibus exitialis factus est, tāquā & ipse caput & princeps apostolorū, quod de se ipsi dixerunt extiterit, Quibusdā quidē odor vitæ in vitam,quibusdā vero odor mortis in mortē sed quod adiunxit atq; ait, Nunc aūt excusationē nō habent de peccato suo:) potest mouere quęrentes, vtrum hi, ad quos non venit Christus, nec locutus est in eis habeāt excusationē de peccato suo:si.n.non habent, cur hic dictū est, propterea istos non habere,qa venit & locutus.est eis?Si aūt habent, vtrū ad hoc habeāt,ut à pęnis alienentur, aut vt mitius puniantur? Adhæc in quisita pro meo captu, dño donante respōdeo, habere illos excusationē, non de omni peccato suo, sed de hoc peccato,quo in Christū nō crediderūt, ad quos non venit, & quibus nō est locutus. Sed non in eo sunt numero hi, ad quos in discipulis venit, & quibus p discipulos est locutus, quod & nunc facit: nā per Ecclesiam suā venit ad gentes, & per Ecclesiam suā loquitur gentibus:ad hoc.n. petinet, q̄ ait, Qui vos recipit, me recipit: & q̄ vos spernit, me spnit. An vultis,inq̄t Apostolus Paulus, experimentum accipere eius, qui in me loquitur Christus? Restat inquirere, vtrū hi qui prius quā Christus veniret in Ecclesiā ad gentes,& priusquā Euāgeliū eius audirent, vitę huius fine pręuenti sunt seu pręueniuntur, possunt habere hanc excusationē? possunt planè, sed non ideo possunt effugere damnationē. Qui cunq; enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: Et quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.Quæ quidē Apostoli verba,quoniam id quod ait,peribunt,terribilius sonāt quam quod ait, iudicabuntur: non solū nihil adiuuare hanc excusationem videntur ostendere,verumetiā plus grauare: qui enim se quia non audierunt excusabūt, sine lege peribūt. Sed vtrū hi, q̄ cū audierunt cōtēpserunt,vel etiā restiterunt, nec tantum contradicendo, sed & eos à quibus audiebāt odijs persequendo, in eis deputandi sunt de quibus aliquid leuius videt sonuisse quod dictū est,per legē iudicabūtur, ¡merito quærit sed si aliud est perire sine lege, aliud iudicari per legē,& illud est graui⁹,hoc aūt leuius: proculdubio non sunt isti in hac pęna leuiore ponēdi,qui neq; in legē peccauerunt, sed omnino legē Christi accipere noluerunt, & eā,quantū ad ipsos attinet, omnino nullam esse voluerunt. Illi aūt peccant in lege, qui sunt in lege.i.qui eā suscipiūt,eāq; sanctā,& & mādatū sanctū iustū & bonū fatentur, sed infirmitatē non implent, quod ab ea rectissimè præcipi dubitare non possunt, hi sunt q̄ aliquo modo forsitan possunt ab eorū qui sine lege sunt perditione discerni:si tñ q̄ Apostolus ait,per legē iudicabuntur:sic accipiēdū est tanquā dixerit,nō peribunt:quod mirū si ita est. Neq;.n.de infidelibus & fidelibus erat sermo,vt hoc diceret, sed de gentibus & Iudæis,qui certe vtrique nisi in eo saluatore saluentur,qui venit quærere quod perierat,ad perditionē sine dubio pertinebūt: quamuis dici posit, alios grauius, alios leuius perituros,idest alios grauiores,alios leniores pęnas in sua perditione passuros. Ille enim perire Deo dicitur quisquis ab illa beatitudine,quā dat sanctis suis,per supplicium separatur. Tanta est aūt suppliciorū, quanta

diuersitas

I

L

M

Mat. 10. Luc. 10. 2.Co.13. Rom.2.

Sup.t Ez.8

1.Cor.2.

Rom.7.

Luc. 19.

diuersitas peccatorum, quæ quo sese habeat, altius indicat sapientia diuina, q̃ coniectura scrutañ aut effatur humana. Isti certe ad quos venit, & quib. locutus est Christus, non habent de magno infidelitatis peccato illã excusationẽ, qua possint dicere, non vidimus, non audiuimus, siue non acceptaretur ista excusatio ab illo cuius inscrutabilia sunt iudi-
A cia, siue acceptaretur, & si nõ vt ab omni dãnatione liberarentur certe vt aliquãto lenius dãnarentur. Qui me odit, inquit, & patrem
Sup. tract. 88. meũ odit.) Hic nobis fortasse dicatur, Quis põt odisse quem nescit? & vtiq; anteq̃ diceret, Si non venissem, & locutus eis fuissem pctũ non haberent, dixerat discipulis suis, Hæc facient vobis, quia nesciũt eũ qui misit me. Quo ergo nescierunt & oderunt: si.n.nõ q̃ est ipse, sed nescio quid aliud de illo opinantur, non vtiq; ipsum, sed illud inueniuntur odisse q̃ fingunt, aut errando potius suspicantur, & tñ nisi possent homines odisse q̃ nesciunt, non veritas vtrunque dixisset, q̃ eius patrem & nesciunt & oderunt. Sed quomodo id fieri possit si adiuuante domino per nos demonstrari potest, quia hæc disputatio est iam claudenda, nunc non potest.

De eo quod dicit, Qui me odit, & patrem meum odit. Tract. XC.

AVdistis dñm dicentem, Qui me odit, & patrem meum odit:) qui superius dixerat, Hæc facient vobis, quia nesciunt eum qui misit me: non itaq; dissimulãda nascitur quæstio, quo possint odisse quem nesciunt. Si.n. Deũ nõ q̃ ipse est, sed nescio quid aliud eum suspicantur, aut credunt, hoc oderunt, vtiq; non ipsum oderunt, sed q̃ sua mendaci suspitione, vel vana credulitate concipũt: si autem q̃ est, hoc de illo sentiunt quo eum nescire dicuntur? Et de hominibus quidem
B fieri põt vt eos sæpe quos nũquam vidimus, diligamus, ac per hoc nec illud econtrario impossibile est, vt eos quos nunq̃ vidimus oderimus. Fama quippe de aliquo sermocinante seu bene seu male, fit non immerito vt amemus uel oderimus ignotum. Sed si fama sit uerax: quo est de quo uera didicimus dicendus ignotus? An quia eius faciem non vidimus? Quam cum & ipse non uideat, nulli tñ põt notior esse q̃ sibi. non igitur in eius facie corporali nobis intimatur cuiusq; notitia: sed tunc nobis ad cognitionem patet, qñ eius mores & uita non latent, alioquin nec seipsum nosse quisquã potest, qui uidere faciẽ suam non põt. Sed utiq; tanto certius q̃ notus est alijs ipse se nouit, quãto certius interiore conspectu potest uidere q̃ sapit, uidere q̃ cupit, uidere q̃ uiuit: quæ cum aperiuntur & nobis, tunc uere fit cognitus nobis. Hæc itaq; qñ plerunq; ad nos de absen- C
tibus uel ét mortuis, siue fama, siue literis perferuntur, hinc fit ut sæpe quos nunquã facie corporis uidimus, non tñ quos omnino nescimus, uel oderimus homines uel amemus. Sed plerũq; in eis nostra credulitas fallitur, quia nonnunq̃ & historia, & multo magis fama mentitur. Pertinet aũt ad nos ne pernitio sa opinione fallamur, vt quia non possumus hominum indagare cõscientiam, de ipsis rebus habeamus ueram certamq; sententiam, hoc est ut si ille uel ille homo utrum sit impudicus pudicusve nescimus, oderimus tñ impudicitiam, & pudicitiam diligamus: & si illum vel illum iniustũ esse iustumve nescimus, amemus tñ iustitiam, & iniustitiam detestemur, non quas nobisipsi errando cõfingimus, sed quas fideliter hanc appetendam illamq; uitandam in Dei ueritate conspicimus, ut cum de ipsis rebus q̃ appetẽdum est appetimus, q̃ deuitandum est deuitamus, ignoscatur nobis quod de occultis hominũ aliqñ, imo assidue non uera sentimus. Hoc enim ad humanã tentationem pertinere arbitror sine qua duci ista non potest uita, ita ut Apostolus diceret, Tentatio uos non appre- *1. Co. 10.*
hendat nisi humana: quid.n.tam humanum q̃ non posse inspicere cor humanum, & ideo non eius latebras perscrutari, sed plerũq; aliud quam id q̃ ibi agitur suspicari? Quanquam & in his rerũ tenebris humanarum, hoc est, cogitationum alienarum, & si suspi- D
tiones intelligere * non possumus, quia ho- *Alias vitare.*
mines sumus, iudicia tñ, id est definitas, firmas q̃s sententias cõtinere debemus, nec ante tempus quicquam iudicare, donec ueniat dñs, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestet cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuiq; a Deo. Qũ ergo non erratur in *2. Cor. 4.*
rebus, ut recta sit improbatio uitiorum, uirtutumq; probatio, profecto si erratur in hominib. uenialis est humana tentatio. Per hæ aũt

humanorum cordium tenebras, res multum miranda & multũ dolenda cõtingit, vt eum nonnunquã quem iniustum putamus, tñ iustus est, & iustitiam in eo nescientes, quẽ diligimus deuitemus, auersemur, à nostro prohibeamus accessu, cõem cum illo vitam victumq; habere nolimus, eumq; ẽt si disciplinæ imponendæ necessitas cogat, siue ne alijs noccat, siue vt fiat ipse correctior, aspe-
F ritate salubri persequamur, & hominem bonũ tanquam malũ affligamus, quem nescientes amamus. Hoc fit siquis, verbi gratia, cum sit pudicus, a nobis creditur impudicus: sine dubio.n.si pudicũ diligo, hoc est ipse ꝙ diligo: ergo ẽt ipsum diligo & nescio: & si impudicũ odi, non ergo ipsum odi, quia non est ꝙ odi, & tñ dilecto meo cum quo simul in charitate pudicitiæ habitat anima mea, facio ignarus iniuriam, non errans in discretione virtutum atq; vitiorum, sed in cordiũ tenebris humanorum. Proinde sicut fieri põt vt homo bonus hominẽ oderit nesciẽs, vel potius diligat nesciens, ipsum.n. diligit cũ bonũ diligit, quia id ꝙ est ille, hoc iste diligit, oderit autem nesciens non ipsum, sed ꝙ putat esse ipsum: ita fieri potest vt ẽt homo iniustus oderit hominẽ iustum, & dũ æstimat se sui similẽ iniustum diligere, nesciens diligat iustum, & tñ dum eũ credit iniustum, diligit non ipsum, sed ꝙ putat esse ipsum: quemadmodũ aũt hominem, sic & Deum. Deniq; si interrogarẽtur Iudęi, vtrum diligerent Deũ, quid se aliud q̃ diligere responderent, nec ex animo mentientes, sed errãdo potius opinantes. Qũo.n. diligerent patrem veritatis, qui haberent odio veritatem? Nolunt.n. sua facta damnari, & hoc habet veritas, vt talia facta damnentur: tñ igitur oderunt veritatẽ, quantum oderunt suas pęnas quas talib. irro-
G gat veritas: nesciunt aũt illam esse veritatem, quæ tales quales ipsi sunt damnat. Oderunt ergo quã nesciunt, & cum illã oderunt, profecto & eum de quo nata est, nisi odisse non possunt: ac per hoc quia veritatẽ qua iudicãte damnantur, de patre Deo natã nesciunt, vtiq; ẽt ipsum & nesciunt & oderunt. O miseros homines, qui cũ esse volunt mali, nolunt esse veritatem qua damnantur mali: nolunt.n. eam esse quod est, cum ipsi debeant nullo modo esse quod sunt, vt ipsa manente mutentur, ne ipsa iudicante damnentur.

Aliat debeant nole esse.

De eo quod dicit: Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc aũtem & viderunt, & oderunt & me & patrem meũ, sed vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerũt me gratis. Tract. XCI.

DIxerat dñs, Qui me odit, & patrẽ meũ odit. Vtiq;s.n. qui odit veritatem, necesse est oderit & a quo veritas nata est, vnde iã H
quantum datum est locuti sumus: deinde addidit vnde nobis nunc loquendũ est: Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.) Peccatum illud, s. magnum, de quo superius ait, Si non venissem & locutus eis fuissem, peccatum non haberent? hoc est peccatum, quod in eum loquentem & operantem nõ crediderunt, neque.n. nullum habebant peccatum, antequã loqueretur eis & operaretur in eis. Sed hoc pctm̃ quo in eum non crediderunt, ideo sic cõmemoratur, quia ipso peccato tenentur & cętera: hoc.n. si non haberent, & in eum crederent, dimitterentur & cętera. Sed quid est hoc ꝙ cũ dixisset, Si opera non fecissem in eis: mox addidit, Quæ nemo alius fecit?) 3. Re. 17.
Nulla quippe in operibus Christi videntur esse maiora q̃ suscitatio mortuorum, ꝙ scimus etiam antiquos fecisse prophetas. Fecit hoc ẽt Elias, fecit Eliseus, & cum in hac carne viueret, & cum in suo monumento sepultus iaceret, nam quidam portantes mortuũ, cum irruẽtibus hostib. eo refugissent, eumq; ibi posuissent, continuo resurrexit. Fecit tñ aliqua Christus, q̃ nemo alius fecit, ꝙ quinq; millia hominũ de quinque, & quatuor millia de septem panibus pauit, ꝙ super aquas ambulauit, & Petro vt hoc faceret præstitit, ꝙ aquam mutauit in vinũ, ꝙ aperuit oculos cęci nati, & alia multa quæ cõmemorare lõgum est. Sed respondetur nobis & alios fecisse quæ ipse non fecit, & quæ nemo alius fecit. quis.n. nisi Moyses Aegyptios plagis tot I
tantisq; percussit, diuiso mari populũ duxit, manna de cęlo esuriẽtibus impetrauit, aquã de petra sitientibus fudit? Quis nisi Iesus Naue populo trãsituro Iordanis fluenta diuisit, & currentem Solem emissa ad Deum oratione frenauit & fixit? Quis præter Sanson propter suã sitim maxilla mortui asini exundãte satiatus est? Quis præter Eliam curru igneo

4. Reg. 4. 4. Re. 13. Mat. 14. Mar. 15. Mat. 14. Ioan. 1. Ioan. 9. Exo. 7. & c. seq. Exo. 14. Exo. 16. Exo. 17. Iosue 4.

in

in alta ſubuectus eſt? Quis præter Eliſęum, q̃
Ioſ.10. pauloante cõmemoraui, ſepulto ſuo cadaue
Iud.15. re, cadauer alterius reddidit vitæ? Quis præ-
4.Reg 2. ter Danielem inter ora incluſorum ſecũ leo-
4.Re.13. num eſurientium vixit innocuus? Quis præ-
Dan.6. ter tres viros, Ananiam, Azariam, Miſaelem,
Dan.3. in flammis ardentibus &, non vrentib. deam-
bulauit illęſus? Prætereo cętera, qñ hæc ſatis
eſſe arbitror, quibus demonſtretur & alios
ſanctos quædã opera miranda feciſſe, quæ
I nemo alius fecit. Sed qui tã multa vitia & ma
las valetudines vexationesq; mortalium tan
ta poteſtate ſanaret, nullus omnino legitur
antiquorum: vt.n.taceamus quos iubẽdo ſi-
cut occurrebant, ſaluos ſingulos fecit: Mar-
Mar.1. cus Euang. quodã loco ait, Veſpere aũt facto
cum occidiſſet Sol, afferebant ad eũ omnes
male habentes, & dęmonia habentes, & erat
omnis ciuitas ad ianuã congregata, & cura-
uit multos qui vexabantur varijs languoribꝫ.
& dęmonia multa eijciebat. Id aũt cum cõ-
Mat.8. memoraſſet Matthæus, ét teſtimonium pro-
Eſa. 53. pheticũ addidit, dicens, Vt adimpleretur q̃
dictum eſt per Eſaiam prophetã dicentem,
Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægritudi
Mar.6. nes portauit: item alio loco dicit Marcus, Et
quocunq; loco introibat in vicos, vel in vil
las, aut in ciuitates, in plateis ponebant infir-
mos, & deprecabantur eũ vt vel fimbriã ve-
ſtimenti eius tangerent, & quotquot tange-
bant eũ, ſalui fiebant: hæc nemo alius fecit in
eis. Sic.n.intelligendum eſt q̃ ait, in eis, non
inter eos vel corã eis, ſed prorſus in eis quia
ſanauit eos. Hęc quippe intelligi voluit, quę
Luc. 1. & 2. non ſolum facerent admirationẽ, verumẽt
manifeſtam conferrent ſalutẽ, pro quib. be-
neficijs vtiq; amorem, non odium retribue-
runt. Omnia quidẽ cęterorum miracula ſu-
perat, q̃ eſt natus ex virgine, matriſq; integri
tatem ſolus potuit nec cõceptus violare nec
natus: ſed hoc nec coram eis factum eſt, nec
in eis: ad cognoſcendam quippe huius mira
culi veritatem, non cõi cum eis aſpectu, ſed
K diſcreto ab eis diſcipulatu Apoſtoli peruene
runt. Iam vero illud q̃ die tertia, in carne in
qua occiſus fuerat, de ſepulchro ſe reddidit
viuum, & nunq̃ deinde moriturus cum illa
aſcendit in cęlum, ſuperat ét cuncta quæ fe-
cit: ſed neq; hoc factum eſt in Iudęis, neque
coram eis: & nondũ hoc fecerat qñ dicebat,
Si oper a non feciſſem in eis, quæ nemo alius
fecit nimirum ergo ſunt illa, quæ in eorũ va-
letudinibus tanta miracula ſalutis oſtendit,
quanta in illis antea nemo donauit: hæc.n.vi
derunt, & hoc eis exprobrans adiũgit & ait,
Nunc autẽ & viderunt & oderunt & me &
patrẽ meum, ſed vt impleretur ſermo qui in
lege eorũ ſcriptus eſt, Quia odio habuerunt
me gratis.) Eorũ legẽ dicit, non ab ipſis in-
uentã, ſed ipſis datã: ſicut dicimus, Panẽ no-
ſtrum quotidianũ: quem tñ a Deo petimus, L
addendo, da nobis. Gratis aũt odit, qui nullũ Pſal.34.
ex odio cõmodum quærit, vel incõmodum Mat.6.
fugit: ſic oderunt dñm impij, ſic diligunt iu-
ſti, hoc eſt gratis, vt alia præter illũ non expe
tant bona, qñ ipſe erit in omnibus omnia.
Quiſquis vero altius attenderit Chriſtum di
centem, Si opera nõ feciſſem in eis quæ ne-
mo alius fecit, ſed hæc & ſi pater aut ſpũſ-
ſanctus fecit, quia totius Trinitatis vna ſub-
ſtantia eſt, inueniet ipſũ feciſſe, ſi qñ quiſpiã
Dei homo tale aliquid fecit. Pót quippe in
ſeipſo cuncta per ſeipſum, nemo aũt pót ali-
quid ſine ipſo: Chriſtus nanq; cũ patre & ſpi Pſal.71.
ritu ſancto nõ ſunt tres dij, ſed vnus Deus: de
quo ſcriptũ eſt, Benedictus dñs Deus Iſrael,
qui facit mirabilia ſolus: Nemo ergo alius fe
cit q̃cunq; opera in eis fecit, qñ q̃ quis alius
homo aliquid eorũ fecit, ipſo faciente fecit:
hæc autem ipſe, non illis facientibus fecit.

De eo quod dicit, Cum autem venerit para-
cletus quem ego mittam vobis a patre ſpi
ritum veritatis qui a patre procedit, ille
teſtimonium perhibebit de me, & vos te-
ſtimoniũ perhibebitis, quia ab initio me-
cum eſtis. Tract. XCII.

DOminus Ieſus in ſermone quem locu-
tus eſt diſcipulis ſuis poſt cęnam proxi
mus paſsioni, tanq̃ iturus & relicturus eos
præſentia corporali, cum omnibus aũt ſuis
vſq; in conſummationẽ ſeculi futurus præ-
ſentia ſpiritali, exhortatus eſt eos ad perſe-
rendas perſecutiones impiorũ, quos mundi M
nomine nuncupauit: ex quo tñ mũdo etiam
ipſos diſcipulos ſe elegiſſe dixit, vt ſcirent ſe
Dei gratia eſſe q̃ ſunt, ſuis autem vitijs fuiſſe
q̃ fuerunt: deinde perſecutores & ſuos & ip
ſorũ Iudęos euidenter expreſsit, vt omnino
appareret ét ipſos mundi damnabili appella
t.one concluſos, qui perſequuntur ſanctos.

Cumq;

Cumq; de illis diceret, ꝙ ignorarent eum à
1. Cor. 4. quo missus est, & cũ odissent & filium patrẽ,
hoc est, & eum qui missus est, & eum à quo
missus est, de quibus omnibus in alijs sermo
nibus iam disseruimus, ad hoc peruenit vbi
ait, vt adimpleatur sermo qui in lege eorum
Psal. 34. scriptus est, quia odio habuerunt me gratis.
Deinde tanquã consequenter adiunxit, vnde
modo disputare suscepimus: Cum aũt vene-
A tit paracletus, quem ego mittam vobis a pa-
tre spiritum veritatis qui a patre procedit, il
le testimonium perhibebit de me, & vos te-
stimonium perhibebitis, quia ab initio me-
Ibidem. cum estis.) Quid hoc pertinet ad illud ꝙ di-
xerat, nunc aũt & viderunt & oderunt & me
& patrem meũ, sed vt impleatur sermo, qui
in lege eorũ scriptus est, quia odio habuerũt
me gratis: an quia paracletus, qñ venit spiri-
tus veritatis, eos qui viderunt & oderũt testi-
Galat. 5. monio manifestiore conuincit? Imo vero ẽt
aliquos ex illis qui viderũt & adhuc oderãt
ad fidẽ, quæ per dilectionẽ operatur, sui ma-
nifestatione cõuertit: hoc vt intelligamus, ita
Actor. 1. & 2. factũ esse recolimus. Venit. n. die Pentecostes
spiritussanctus in centũ viginti homines con
gregatos in quibus & Apostoli omnes erãt,
qui illo adimpleti cũ linguis omnium gẽtiũ
loquerentur, plures ex his qui oderant, tanto
miraculo stupefacti qñquidem viderunt lo-
quente Petro tam magnũ atq; diuinum testi-
moniũ perhiberi de Christo, vt ille qui occi
sus ab eis inter mortuos deputabatur, resurre
xisse & viuere probaretur, compuncti corde
conuersi sunt, & tanti sanguinis tã impie at-
que immaniter fusi, indulgentiã perceperũt,
ipso redempti sanguine quẽ fuderunt. Chri-
sti. n. sanguis sic in remissionẽ peccatorũ om
niũ fusus est, vt ipsum ẽt pctm posset delere
quo fusus est: hoc ergo intuens dñs dicebat,
Odio me habuerunt gratis. Cum aũt venerit
paracletus, ille testimoniũ perhibebit de me:
tanq; diceret, odio me habuerunt & occide-
runt videntes, sed tale de me paracletus testi-
moniũ perhibebit, vt eos faciat in me crede
B re non videntes: Et vos, inquit, testimonium
perhibebitis, quia ab initio mecũ estis.) Per-
hibebit spiritussanctus, perhibebitis & vos:
quia. n. ab initio mecũ estis, potestis prædica
re ꝙ nostis, ꝙ vt modo non faciatis, illius spi
ritus plenitudo nondum adest vobis. Ille er-
go testimoniũ perhibebit de me, & vos testi-
monium perhibebitis: dabit. n. vobis fiduciã
testimoniũ perhibendi charitas Dei diffusa Rom. 5.
in cordibus vestris per spiritumsanctum qui Matt. 26
dabitur vobis. Quæ vtique Petro adhuc de-
fuit, qñ mulieris ancillæ interrogatione per-
territus non potuit verũ testimoniũ perhibe
re, sed contra suã pollicitationẽ timore ma-
gno cõpulsus est ter negare: timor aũt iste nõ
est in charitate, sed ꝑfecta charitas foras mittit
timorem. Deniq; ante passionẽ dñi seruilis 1. Ioan. 4
timor eius interrogatus est à fœmina seruitu
tis, post resurrectionẽ vero dñi liberalis eius
amor ab ipso Principe libertatis, & ideo ibi C
turbabat, hic tranquillabatur: ibi quem dile-
xerat negabat, hic quẽ negauerat diligebat.
Sed adhuc ẽt tunc amor ipse infirmus fuerat
& angustus, donec eum roboraret & dilata-
ret spiritussanctus. Qui posteaq; illi est abun-
dantia gratiæ largioris infusus, sic ad perhi-
bendum de Christo testimonium quondam
eius frigidũ pectus accendit, atq; illa prius
trepida, quæ veritatem suppresserant, ora re-
seruauit, vt cum oẽs, in quos venerat spiritus-
sanctus, linguis omnium gentiũ loquerẽtur,
Iudæorum circunstantibus turbis, solus ad te
stimonium de Christo perhibendum præ cę
teris promptius emicaret, eiusq; interfecto-
res de illius resurrectione cõfunderet: si quẽ
delectat tam suauiter sanctum tale spectacu-
lum intueri, Actus Apostolorũ legat, ibi bea-
tum Petrum quem negantem doluerat, stu-
peat prædicantem. Ibi linguam illam videat
ad fiduciam a diffidentia, & ad libertatem a
seruitute translatam, tot linguas inimicorum
conuertere ad Christi confessionem, quarũ
nõ valendo vnam ferre, versa fuerat in nega-
tionẽ. Quid plura? Tantus in illo fulgor gra-
tiæ, tanta spiritussancti plenitudo apparebat,
tanta de ore prædicantis pretiosissimæ veri-
tatis pondera procedebant, vt ingentis mul-
titudinis aduersarios interfectores Christi Iu
deos faceret pro illo paratos mori, a quibus
cũ illo formidabat occidi: hoc fecit spiritus
sanctus tunc missus, ante promissus: ista dñs D
magna atq; miranda sua beneficia ꝓuidebat,
qñ dicebat, Et viderunt & oderunt & me & Psal. 34.
patrẽ meũ, vt adimpleatur sermo qui in lege
eorũ scriptus est, quia odio habuerũt me gra
tis: cũ aũt venerit paracletus quẽ ego mittam
vobis à patre spũ veritatis, qui a patre pro-
cedit, ille testimonium perhibebit de me, &

vos

vos testimoniũ perhibebitis: ille quippe testimonium perhibens, & testes fortissimos & faciens abstulit Christi amicis timorem, & inimicorum odium conuertit in amorẽ.

De eo quod dicit, Hęc locutus sum vobis vt non scandalizemini: vsque ad id quod ait, Sed hæc locutus sum vobis, vt cum venerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. Tract. XCIII.

Cap. 16. IN his quæ præcedunt hoc Euangelij capitulum, dñs discipulos suos ad inimicorũ odia perferenda confirmans, suo quoq; prę parauit exemplo, ut eum imitando fierẽt fortiores, addens & promittens eis, q̃ venturus esset spiritussanctus qui de illo testimonium perhiberet, & adijciens q̃ & ipsi fierẽt eius, hoc vtiq; in eis operante spiritusancto: sic.n. ait, Ille testimoniũ perhibebit de me, & vos testimoniũ perhibebitis: vtiq; quia ille perhibebit, etiã vos perhibebitis: ille in cordibus vestris, vos in vocibus vestris: ille inspirando, vos sonando, vt posit impleri, In omnẽ Psal. 18. terrã exiuit sonus eorũ: parũ quippe fuerat eos adhortari exẽplo suo, nisi impleret spiritusancto: deniq; Apostolus Petrus cum iam verba audisset, vbi dixerat, Non est seruus Ioan. 13. maior dño suo, si me persecuti sunt, & vos persequentur, & hoc in illo iam videret impleri, in quo patientiam dñi sui si exẽplum sufficeret debuit imitari, succubuit, & negauit, non vtiq; inferens q̃ illũ ferre cernebat. Cũ vero accipit donũ spiritusancti, quẽ negauerat prędicauit, & quẽ confiteri timuerat, non timuit confiteri. Prius enim exẽplo quidẽ fuerat edoctus, vt quod fieri conuenerat nosset, sed nondũ fuerat virtute fultus, vt quod nouerat faceret: instructus erat vt staret, sed non erat firmatus ne caderet: qđ post eaquam per sprm̃ sanctũ factũ est, annunciauit vsq; ad mortem, quem negauerat timens mortem: ideo dñs in hoc consequenti capitulo, de quo nũc nobis loquendũ est, Hæc, F inquit, locutus sum vobis, vt non scandalizePs. 118. mini.) Canitur quippe in Psalmo Pax multa diligẽtibus legẽ tuam dñe, & non est illis scãdalum. Merito itaq; promisso spiritusancto, quo in eis operante fierent testes eius, subiunxit, hæc locutus sum vobis, ut non scãdalizemini: cũ.n. charitas Dei diffundit in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis fiat pax multa diligentibus legẽ Rom. 5. Dei, ut nõ sit illis scandalũ: deinde quæ passuri essent, iam exprimẽs ait, Extra synagogas faciẽt uos.) Quid autẽ mali erat apostolis expelli de synagogis Iudaicis, quasi nõ iam de fuerant se separaturi, & si eos nullus expellerer? Sed nimirũ hoc uoluit denunciare, quia Iudęi Christũ non fuerant recepturi, à quo isti non fuerant recessuri, & ideo futurũ erat vt foras mitterentur cum illo ab eis qui esse nollent in illo, hi qui esse non possent sine illo: nam profecto quia non erat ullus alius populus Dei quam illud semẽ Abrahæ, si agnoscerent & reciperẽt Christũ, tanquã Rom. 11. rami naturales in oliua permanerent, nec alię fierent Ecclesię Christi, aliæ synagogę Iudæorum, eadem quippe essent, si in eodem esse voluissent, q̃ quia noluerũt, quid restabat nisi ut remanentes extra Christũ, extra synagogas facerent eos, qui non relinquerent Christũ? Accepto quippe spiritusancto, testes eius effecti, non vtiq; vt tales essent: de quibus dicitur, Multi Principes Iudæorũ credidерũt in eũ, sed propter metũ Iudæorũ, ne Ioan. 11. repellerentur de synagogis, nõ audebant cõfiteri eũ, dilexerũt enim gloriã hominũ magis quã Dei: crediderunt ergo in eũ, sed non sic quomodo eos uolebat credere, qui dicebat, Qũo potestis credere, gloriam ab inuicem expectãtes, & gloriam quę à solo Deo est non quęrentes? Discipulis ergo sic in eũ credentibus ut impleti spiritusancto, hoc est Ioan. 5. dono gratię Dei, non sint de numero eorũ q̃ ignorantes Dei iustitiã, & suã uolentes constituere, iustitię Dei non sunt subiecti, nec de illorũ, de quibus dictũ est, Dilexerũt gloriã hominũ magis quã Dei: illa eis congruit Rom. 10. prophetia, quæ de ipsis inuenitur impleta. Dñe in lumine uultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in tua iu- Psal. 88. stitia exaltabuntur, quoniã gloria uirtutis eorũ tu es: merito eis dicitur, Extra synagogas Rom. 10. facient uos: illi. s. qui zelũ Dei habent, sed nõ secundũ scientiã: propter quod ignorantes, Dei iustitiam, & suam uolentes constituere, eos expellunt qui non in sua, sed in Dei iu- H stitia exaltabuntur: nec expulsi ab hominib. erubescũt, quoniam gloria uirtutis eorũ ipsa est, denique cum hoc eis dixisset, adiecit: Sed uenit hora, ut omnis q̃ interficit uos, arbitretur

bitretur obsequium se præstare Deo, & hęc facient vobis, quia non cognouerunt patrē neq; me:) hoc est, non cognouerūt Deū nec eius filiū, cui se in vobis occidendis pręstare arbitrantur obsequiū: quę verba dominus ita subiunxit, tanquā ex hoc cōsolarēt suos, qui de synagogis Iudaicis ex pellerētur: prænuncians enim quæ mala essent pro eius testimonio perpessuri: extra synagogas, inquit, I facient vos: nec ait, & venit hora, vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequiū se prę-stare Deo. Quid ergo ait? Sed venit hora: quē admodū diceret, si aliquid boni post ista mala prædicaret. Quid sibi ergo vult, extra synagogas facient vos: Sed venit hora? tanquā hoc dicturus fuisset, Separabunt quidem illi vos, sed ego vos colligā: aut separabunt quidē illi vos, sed venit hora lętitiæ vestrę: quid ergo ibi facit hoc verbū quod ait, sed venit hora quasi cōsolationē eis promitteret post tribulationē, cū magis dicere debuisse videatur indicatiuo modo, & venit hora? Sed nō ait, & venit, cū tribulationē super tribulationem, nō consolationē post tribulationē venturā illis esse prædicaret. An forte sic eos illa de synagogis separatio fuerat turbatura, vt mori mallent quā in hac vita sine Iudęorū congregationibus immorari? Absit, ut sic turbarentur qui Dei, non hominum gloriā requirebant. Quid ergo est, extra synagogas facient vos, sed venit hora? cū potius dicere debuisse videatur, & venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se præstare Deo? Neq; n. saltē dictum est, sed venit hora, vt interficiant vos, quasi vt eis mors p consolatione illius separationis accideret: sed venit hora, inqt, vt oīs qui interficit vos, arbitretē obsequiū se pręstare Deo. Prorsus nō mihi videat aliud significare voluisse, nisi vt intelligerēt atq; gauderent tam multos se Christo acquisturos, cū de Iudęorū congregationibus pellerent, vt eos quidē nō sufficeret K pellere, sed non sinerent viuere, ne oēs ad nomen Christi sua prędicatione conuerterent, & ab obseruatione Iudaismi, tanquā diuinæ veritatis, auerterēt? Hoc. n. de Iudæis dictum debemus accipere, de quibus dixerat, extra synagogas facient vos. Nam testes. i. martyres Chri, et si occisi sunt a gentilibus, nō tn illi arbitrati sunt Deo, sed dijs suis falsis obsequiū se præstare cū hæc facerent. Iudęorum aūt oīs q occidit prædicatores Christi, Deo se putauit pręstare obsequiū, credēs q̄ deserent Deū Israel, quicunq; cōuerterent ad Christū, vt enim & ipsum Christū occiderēt Ioan. 11 ista ratione cōmoti sunt, nā eorū de hac re etiā verba cōscripta sunt, Videtis quia totus mundus post eū abijt, si dimiserimus eum viuere, venient Romani, & tollent nobis & locū & gentē: & quod Caiphas dixit, Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, & non L tota gens pereat. Et in hoc ergo sermone suo discipulos suos erexit exēplo quib. dixerat, Si me persecuti sunt, & vos persequentur, vt quemadmodū illū occidēdo, Deo se prælitisse obsequiū putauerūt, sic et illos: iste itaq; sensus ē in his verbis, Extra synagogas faciēt vos, sed nolite solitudinē formidare: separati quippe congregatione eorū, tā multos in nomine meo congregabitis, vt illi metuentes ne tēplū q̄ erat apud eos, & oīa legis veteris sacramēta deserantur, interficient vos, sic fundētes sanguinē vestrū, vt Deo se p̄stare arbitrentur obsequiū: ecce est illud q̄ de his dixit Apostol⁹, Zelū Dei habēt, sed nō se Rom. 10. cūdū scientiā: obsequiū se putāt p̄stare Deo, interficiendo famulos Dei. O error horrendus, itanè vt placeas Deo, percutis placentē Deo? & tēplū Dei viuū te feriēte prosternitur, ne Dei tēplū lapideū deseratur? o execrabilis cęcitas: sed ex parte in Israel facta est, vt plenitudo gentiū intraret: ex parte, inquā, facta ē, nō ex toto. Nō. n. oēs, sed aliqui ex ra- Rom. 11. mis fracti sunt, vt inseretur oleaster, nā spū Actor. 2. sancto implēte discipulos Christi, cū linguis oīum gētiū loquerētur, cū p eos diuina miracula frequētarētur, & diuina eloquia spargerentur, & occisus ita dilectus est Chrs, vt eius discipuli expulsi à cōgregationibus Iudæorū, ex ipsis quoq; Iudęis ingentē multitudinē congregarent, & nullā solitudinē formidarent. Hinc ergo accensi cęteri reprobi M & cęci, zelū Dei habentes, sed non secundū scientiā, & obsequium se præstare Deo credentes, occidebant eos. Sed pro illis occisus Rom. 10. colligebat eos, qui de his futuris antequam occideretur instruxerat eos, ne ignaros atq; imparatos animos mala inopinata & improuisa, quanuis cito transitura turbarentur, sed pręcognita & patiēter accepta, ad bona sępiterna p̄ducerēt. Hāc. n. fuisse causam vt hæc eis prænūciaret etiam ipse demonstrauit ad

iungens,

inungens, Sed hæc locutus sum vobis, vt cũ venerit hora eorũ reminiscamini, qa ego dixi vobis.) Hora eorũ hora tenebrosa, hora nocturna: sed in die mandauit dñs misericordiã suã, & nocte declarauit qñ nox Iudęorũ separatum à se diem Christianorũ nulla confusione fuscauit, & quando carnem occidere potuit, fidem tenebrare non potuit.

Psal. 41.

De eo q̃ dicit, Hæc autẽ vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram: vsque ad id q̃ ait, De iudicio autẽ, quia Princeps huius mundi iudicatus est. Tract. XCIIII.

B

CVm dñs Iesus prædixisset discipulis suis persecutiones, quas passuri fuerant post eius abscessum, subiunxit atq; ait, Hæc autẽ uobis ab initio nõ dixi, quia uobiscum erã: nunc autem uado ad eum qui me misit.) Vbi primum uidendum est, utrum eis futuras nõ prædixerit ante passiones. Sed alij tres euangelistæ satis eum prædixisse ista demonstrãt, antequam uentũ esset ad cęnam, qua peracta secundũ Ioannem ista locutus est, vbi ait, Hęc aũt uobis ab initio non dixi, quia uobiscum eram. An forte hic ista soluitur qõ, quia & illi eũ narrant passioni proximũ fuisse cũ hęc diceret? Non ergo ab initio qñ cũ illis erat, quia iam discessurus, iamq; ad patrem perrecturus hæc dixit, & ideo ẽt secundum illos euangelistas verũ est q̃ hic dictum est, hæc autem uobis ab initio non dixi: sed quid agimus de fide Euangelij secundũ Matthęũ, qui hæc eis à dño non solum cum iam Pascha esset cum discipulis cęnaturus imminente passione, uerũ & ab initio denunciata esse commemorat, ubi primũ nominatim duodecim exprimuntur Apostoli, & ad opera diuina mittũtur? Quid sibi ergo vult, q̃ hic ait, Hęc aũt uobis ab initio non dixi, quia uobiscum eram, nisi quia ea quæ hic dixit de spiritu sancto, q̃ sit uenturus ad eos testimonium perhibiturus, qñ mala illa passuri sunt? Hæc ab initio eis non dixit, quia cũ ipsis erat. Consolator ergo ille uel aduocatus, utrunq; n. interpretatur, q̃ est Græce παρακλητος, Christo abscedente fuerat necessarius, & ideo de illo non dixerat ab initio qñ cum illis erat, quia eius præsentia consolabantur. Abscessurus aũt oportebat ut diceret illum esse uenturum, per quem futurũ erat, ut charitate diffusa in cordibus suis uerbum Dei cum fiducia prædicarent, & illo intrinsecus apud eos testimoniũ perhibente de Christo, ipsi quoq; testimoniũ perhiberent, neq; scandalizarentur cum inimici Iudęi absq; synagogis facerent eos, & interficerent, arbitrantes obsequiũ se præstare Deo, qñ charitas omnia tolerat, q̃ diffundenda erat in cordib. eorum per spiritum sanctũ donum. Hinc ergo iste totus ducitur sensus, quia facturus eos erat martyres suos, i. testes suos per spm̃ sanctum, ut illo in eis operante, persecutionũ quæcunq; aspera tolerarent, nec frigescerẽt a charitate prędicandi, illo diuino igne succensi. Hæc ergo inquit, locutus sum uobis, ut cum uenerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi uobis: hæc, s. locutus sum uobis, non tantũ quia passuri estis ista, sed quia cum uenerit paracletus, ille testimoniũ perhibebit de me, ne ista timendo taceatis, unde fiet, ut ẽt uos testimoniũ perhibeatis. Hæc aũt uobis ab initio non dixi, quia uobiscum eram, & ego uos cõsolabar mea corporali præsentia exhibita humanis sensibus uestris, quã paruuli capere poteratis. Nunc aũt vado ad eum qui me misit, & nemo, inquit, ex uobis interrogat me quo uadis?) Significat dñs Iesus sic se iturũ, ut nullus interrogaret, q̃ palã fieri uisu corporis cernerent: nam superius interrogauerunt discipuli quò esset iturus, & responderat eis se iturũ quo ipsi tunc uenire non possent. Nunc vero ita se promittit iturũ, ut nullus eorum quò uadit interroget. Nubes. n. suscepit eũ qñ ascendit ab eis, & euntem in cęlũ non uerbis quæsierunt, sed oculis deduxerunt. Sed quia hæc locutus sum uobis, inquit tristitia implebit cor uestrum.) Videbat utiq; quid illa sua uerba in eorũ cordibus agerẽt, spiritalem quippe nondum interius habentes consolationẽ, quam per spiritum sanctũ fuerant habituri, id q̃ exterius in Christo uidebant, amittere metuebant: & quia se amissuros esse illũ uera denunciante dubitare nõ poterant, contristabatur humanus affectus, quia carnalis desolabatur aspectus. Nouerat aũt ille quid eis potius expediret, quia uisus interior ipse est utiq; melior, quo eos consolaturus fuerat spiritus sanctus, non cernentiũ corporibus ingesturus corpus humanũ, sed seipsum credentium pectorib. insusurus: denicq; adiungit, Sed ego ueritatẽ, dico vobis,

C

D

E

expedit

Ioan. 11

Mat. 10. Mar. 13. Luc. 21.

Rom. 10.

Rom. 11. Act. 2.

Rom. 10.

Ioan. 13.

Act. 1.

Rom. 5.

expedit vobis, ut ego vadam, si.n.nō abiero, paracletus non veniet ad vos, si aūt abiero, mittā eū ad vos:) tanquā diceret, expedit vobis vt hæc forma ſerui auferatur à vobis, caro quidē factū verbū habito in vobis, ſed nolo me carnaliter adhuc diligatis, & iſto lacte cōtenti ſemper infantes eſſe cupiatis: expedit vobis vt ego vadam, ſi.n.non abiero paracletus non veniet ad vos: Si alimēta tenera quibus vos alui, non ſubtraxero, ſolidū cibum non eſurietis: ſi carni carnaliter hæſeritis, capaces ſpiritus non eritis: nā quid eſt, ſi non abiero, paracletus non veniet ad vos: ſi aūt abiero, mittam eū ad vos? Nunquid hic poſi-
Matt. 4. tus, eū non poterat mittere? Quis hoc dixerit? Neque.n.vbi ille erat, iſte inde receſſerat & ſic venerat à patre, vt non maneret in patre. Poſtremo quō cū ét hic conſtitutus non poterat mittere, quē ſcimus ſuper eum baptizatū veniſſe atque manſiſſe, imo vero à quo ſcimus eū nunquā ſeparabilē fuiſſe? Quid eſt ergo, ſi non abiero, paracletus nō veniet ad vos: niſi non poteſtis capere ſpm̄, quādiu ſe-
2. Cor. 5. cundū carnē perſiſtitis noſſe Chm̄: Vnde ille, inquit, qui iam cęperat ſpm̄: Et ſi nouerамus, inquit, ſecundū carnē Chm̄, ſed nunc iā non nouimus: Etiā ipſam quippe carnem Chriſti non ſecundū carnē nouit, qui verbū carnē factū ſpiritaliter nouit. Hoc nimirum ſignificare voluit magiſter bonus dicendo: ſi enim non abiero, paracletus non veniet ad vos: ſi aūt abiero, mittam eū ad vos. Chriſto aūt diſcedente corporaliter, nō ſolū ſpūſſanctus, ſed & pater & filius affuit ſpiritaliter: nā
Mat. 28. ſi ab eis ſic abſceſſit Chriſtus, vt pro illo nō
Ioan. 14. cū illo in eis eſſet ſpirituſſanctus, vbi eſt eius promiſsio dicentis, Ecce ego vobiſcū ſum vſq; ad conſummationē ſeculi, & veniemus ad eū ego & pater, & manſionē apud eū faciemus, cum & ſpm̄ ſanctū ita ſe promiſerit
F eſſe miſſurū, vt cū eis eſſet in æternū, ac per hoc cū ex carnalib. vel animalibus eſſent ſpiritales futuri, profecto & patrem & filiū & ſpm̄ ſanctū capacius fuerant habituri. In nullo ergo credendus eſt eſſe pater ſine filio & ſpiritu ſancto, ꝓ aut pater & filius ſine ſpū ſancto, aut filius ſine patre & ſpū ſancto, ꝓ aut ſine patre & filio ſpirituſſanctus, aut pater & ſpūſſanctus ſine filio, ſed vbi eorum quilibet vnus, ibi Trinitas Deus vnus. Oportebat aūt ita inſinuari Trinitatē, vt quāuis nulla eſſet diuerſitas ſubſtantiarū, ſingillatim tm̄ cōmen daretur diſtinctio perſonarū, vbi eis qui recte intelligunt, nunquā videri pōt ſeparatio naturarum: ꝙ aūt ſequitur, Et cū venerit ille, arguet mūdū de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio: de pctō quidē, quia non crediderūt in me: de iuſtitia vero, quia ad patrē vado, & iā nō videbitis me: de iudicio aūt, quia Prin-
G ceps huius mūdi iudicatus eſt.) Tanquā ſolū ſit pctm̄ non credere in Chriſtum, & tanq̄ ipſa ſit iuſtitia non videre Chriſtum, & tanquā ipſum ſit iudiciū, ꝙ Princeps huius mūdi, hoc eſt, diabolus, iudicatus eſt, valde latebroſum eſt, nec iſto ſermone coarctandum, ne fiat obſcurius breuitate, ſed alio potius quantum dominus adiuuerit explicandum.

De eadem lectione. Tract. XCV.

PRomittens dñs miſſurum ſe ſpm̄ ſanctū. Cū venerit, inquit, ille arguet mundum *Ioan. 15.* de pctō, & de iuſtitia, & de iudicio.) Quid eſt hoc? Nunquidnam dñs Chriſtus non arguit mundū de peccato, cum ait, Si non veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum nō haberēt, nunc aūt excuſationem non habent de peccato ſuo? Sed nequis forte dicat hoc ad Iudęos proprie pertinere, non ad mundum: nonne alio loco inquit, Si de mundo eſſetis, mundus ꝙ ſuum erat diligeret? Nun-
Ioan. 17. quid non arguit de iuſtitia, vbi ait, Pater iuſte, mundus te non cognouit? Nunquid non arguit de iudicio, ubi ſe ait ſiniſtris eſſe dictu rū, ite in ignem æternū, qui paratus eſt diabolo & angelis eius? Et multa alia reperiuntur in ſancto Euangelio, ubi de his Chriſtus *Mat. 25.* arguit mundum: quid eſt ergo ꝙ tanquā proprie tribuit hoc ſpirituſancto? An forte quia Chriſtus in Iudęorum gente tm̄ locutus eſt, mundum non vr arguiſſe, ut ille intelligatur argui qui audit arguentem? Spiritus aūt ſanctus in diſcipulis eius toto orbe diffuſis, non unam gentē intelligitur arguiſſe, ſed mūdū: H nā hoc illis ait aſcenſurus in cęlū, Non eſt ueſtrū noſſe tępora uel momenta, quæ pater poſuit in ſua ptāte, ſed accipietis uirtutē ſpirituſſancti ſuperuenientis in uos, & eritis mihi teſtes in Hieruſalē & in tota Iudęa, & in *Actō. 1.* Samaria uſq; ad fines terræ: hoc eſt, arguere mundum. Sed quis audeat dicere ꝙ per diſcipulos Chriſti arguit mūdum ſpūſſanctus,

& non

& non arguat ipse Christus cũ clamet Apostolus, An uultis experimentum accipere eius qui me loquitur Christus? Quos itaq; arguit spiritussanctus, arguit utiq; & Christus. Sed quantũ mihi videtur, quia per spũm sanctũ diffundenda erat charitas in cordibus eorũ, quę foras mittit timorem, quo impediri possent; ne arguere mundũ, q persecutionibus fremebat, auderent, propterea dixit, ille arguet mũdũ, tanquã diceret, ille diffundet in cordibus vestris charitatẽ, sic enim timore depulso arguẽdi habebitis libertatẽ. Sępe aũt diximus inseparabilia opera esse Trinitatis, sed sigillatim cõmendãdas fuisse personas, vt non solũ sine separatione, verũetiã sine cõfusione & vnitas intelligatur & Trinitas: exponit deinde qd dixerit de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidẽ, inquit, qa nõ crediderũt in me:) hoc.n. peccatũ quasi solũ sit prę cęteris posuit, qa hoc manẽte cętera detinentur, & hoc discedente cętera remittuntur. De iustitia vero, inqt, qa ad patrem vado, & iã nõ videbitis me.) Hic primo videndũ est, si recte quisque arguitur de peccato, vtrũ recte arguatur & de iustitia. Nunqd si arguendus est peccator propterea, qa peccator est, arguendũ putabit quisquã & iustũ propterea quia iustus est? Absit. Nã & si aliqñ iustus arguitur, ideo recte arguitur, quia scriptũ est, Nõ est iustus in terra, qui faciat bonũ & nõ peccet: quocirca ét cũ iustus arguitur: de peccato arguitur nõ de iustitia qm & in illo q̃ legimus diuinitus dictũ: Noli effici iustus multũ: nõ est notata iustitia sapientis, sed supbia p̃sumẽtis: qui ergo fit multum iustus, ipso nimio fit iniustus: multũ.n. se facit iustũ, qui dicit se nõ habere peccatũ, aut qui se putat nõ gr̃a Dei, sed sua volũtate sufficiẽte effici iustũ, nec recte viuẽdo iustus est, sed potius inflatus, putando se esse q̃ non est. Quo pacto igitur mundus arguendus est de iustitia, nisi de iustitia credẽtiũ? Arguitur itaq; de peccato, quia in Christũ nõ credit, & arguitur de iustitia eorũ qui credũt: ipsa quippe fideliũ cõparatio, infideliũ est vituperatio, hoc & ipsa expositio satis indicat: volens .n. aperire quid dixerit, de iustitia vero, inquit, quia ad patrẽ vado, & iã non videbitis me: non ait, & iã nõ videbunt me: de quibus dixerat, quia nõ credũt in me: sed peccatũ quid vocaret exponens, de illis locutus est, dicens, quia non credunt in me: exponẽs aũt quã dixerit iustitiã, de qua dixit mũdus arguitur, ad ipsos quibus loquebatur se conuertit atq; ait. Quia ad patrẽ vado, & iã nõ videbitis me. Quapropter mundus de peccato quidẽ suo, de iustitia vero arguitur aliena, sicut arguuntur de lumine tenebræ. Omnia enim quæ arguuntur ait Apostolus, à lumine manifestantur. Quantũ.n. malũ sit eorũ, qui nõ credũt, nõ solũ per seipsum, verũ etiã ex bono põt eorũ apparere, q credũt. Et qm̃ ista vox infidelium esse consueuit, quo credimus q̃ non videmus? Ideo credẽtiũ sic oportuit definiri qa ad patrẽ vado, & iã nõ videbitis me: beati.n. qui nõ vident & credũt. Nã & qui viderũt Christũ, nõ in eis laudata est fides eorũ, quia credebãt q̃ videbant. i. filiũ hoīs, sed quia credebãt q̃ nõ videbant. i. filiũ Dei. Cũ vero & ipsa forma serui subtracta eorũ esset aspectib. tñ vero ex oī parte impletũ est, Iustus ex fide viuit: est.n. fides, sicut in Epistola quæ ad Hebręos est, definitur sperandarum rerum substantia, & cõiunctio eorum quę non videntur. Sed quid est, iam non videbitis me? non.n. ait ad patrẽ vado, & nõ videbitis me, vt tẽporis interuallũ quo nõ videbitur significasse intelligeretur, siue breue, siue longũ, tñ vtiq; terminatũ: sed dicendo iã, nõ videbitis me, velut nunquã de cętero visuros eos Xp̃m veritas prænũciauit. Hęc ne iustitia est nunquã xp̃m videre, & in eum tñ credere propterea laudetur fides ex qua iustus viuit, qñ credit quẽ modo non videt Christũ, se aliqñ esse visurũ? Postremo secũdũ hanc iustitiã, nunquid dicturi sumus Paulũ Apostolũ non fuisse iustũ confitentem se Xp̃m vidisse post ascensionẽ eius in cęlũ, de quo vtiq; tẽpore dixerat, iã nõ videbitis me. Nunquid secundũ hanc iustitiã iustus nõ erat gloriosissimus Stephanus, q cũ lapidaretur, ait, Ecce video cęlũ apertũ & filiũ hoīs stantẽ ad dexterã Dei? Quid ergo est, Ad patrẽ vado, & iã nõ videbitis me: nisi qũo sum cũ vobiscũ sum? Tunc.n. adhuc erat mortalis in similitudine carnis peccati: qui esurire poterat atq; sitire, fatigari atq; dormire. Hunc ergo Christum, id est, talẽ Christũ cum transisset de hoc mundo ad patrem, non erant iã visuri, & ipsa est iustitia fidei, de qua dicit Apostolus, Etsi noueramus Christũ secundũ carnẽ, sed nunc iam non nouimus. Erit itaq; inquit,

2.Co.13. Rom.5. 1.Ioan.4 I Ioan.15. Ioan.17. Eccle.7. K Mat.25. Actu.1. Ephe.5. L Ioan.20. Abac.2. Rom.1. Heb.11. alias cognitio. 1.co.15 Actu.7. M 2.Cor.5.

inquit, vestra iustitia qua mundus arguetur, qa vado ad patrē, & iā nō videbitis me, qm̄ in eo quē nō videbitis credetis in me, & qm̄ me videbitis quod tūc ero, nō videbitis me quod sum vobiscū mō, non videbitis me humilē sed excellsum: non videbitis mortalem, sed sempiternū: non videbitis iudicandū, sed iudicaturū, & de hac si le vestra i. iustitia vestra, arguet spūssanctus incredulū mūdū. Arguet ēt de iudicio, quia princeps huius mūdi iudicatus est.) Quis est iste, nisi de quo ait alio loco, Ecce venit princeps mundi, & in me nihil inuenit. i. nihil iuris sui, nihil ꝙ ad ad eū pertineat, nullū. s. oīno peccatum? Per hoc. n. est diabolus princeps mūdi, nō. n. cēli & terrę & oīum quę in eis sunt est diabolus princeps, qua sigñatione intelligit̄ mundus, vbi dictū est, Et mūdus per eū factus est: sed mūdi est diabolus princeps, de quo continuo subiungit atq; ait, Et mūdus eū nō cognouit, hoc est hoīes infideles, quibus toto orbe terrarū mundus est plenus: inter quos gemit fidelis mundus, quē de mundo elegit, per quē factus est mūdus, de quo ipse dicit, Nō venit filius hominis vt iudicet mūdum, sed vt saluetur mundus p̄ ipsum. Mundus eo iudicāte dānatur, mūdus eo subuenīente saluatur, qm̄ sicut arbor solijs & pomis, sicut area paleis & frumentis, ita infidelibus & fidelibus plenus est mūdus. Princeps est ergo mūdi huius, hoc est, princeps tenebrarū harū, hoc est, infidelium, de q̄b. eruit̄ mundus quīb. dī, Fuistis aliq̄n tenebræ, nunc autem lux in dño. Princeps mundi huius de quo alibi dicit, Nunc princes mundi huius missus est foras: ytiq; iudicatus est, qm̄ iudicio ignis ēterni irreuocabiliter destinatus est. Et de hoc itaq; iudicio, quo princeps iudicatus est mūdi, arguit̄ à spiritussancto mūdus, qm̄ cū suo Principe iudicatur, quē superbū atq; impiū imitatur. Sīn. Deus, sicut dicit Apostolus Petrus peccantib. angelis nō pepercit, sed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit iudicio puniēdos seruari, qūo nō à spūsancto de hoc iudicio mūdus arguit̄. qm̄ in spūsancto hæc loquit̄ Apostol? Credāt itaq; hoīes in Christū, ne arguantur de peccato infidelitatis suę, quo peccata oīa detinentur. Transeāt in numerū fideliū, ne arguantur de iustitia eorū, quos iustificatos non imitantur. Caueant futurū iudiciū, ne cū mundi Principe dānentur, quē iudicatū imitantur. Etenim ne sibi existimet parci supbia dura mortaliū, de superborū supplicio terrēda est angelorum.

Ab eo quod scriptū est, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nō potestis portare mō, Cum autem venerit ille spīritus veritatis, docebit vos oēm veritatē. Tract. C. VI.

IN isto sancti Euangelij capitulo, vbi dñs ait discipulis suis, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.) Prius quærēdū illud occurrit, qūo superius dixerit, Omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis: & hic dicat, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Verū illud qūo dixerit, quod nondū fecerat tamq̄ facturi, sicut ea quæ futura sunt Deū fecisse Prophera testatur dicēs, Qui fecit quæ futura sunt, iā cū ipsa verba tractare mus, vt potuimus, exposuimus. Nunc ergo q̄ ista sunt quæ Apostoli tunc portare non poterant, vultis forsitan scire. Sed quis nostrum audeat eorū se dicere iā capacē, quę illi capere non valebant? Ac per hoc nec a me expectanda sunt vt dicantur, quæ forte non caperem, si non mihi ab alio dicerentur: nec vos ea portare possetis, etiā si ego tantus essem, vt à me ista quæ vobis altiora sunt audiretis. Et fieri quidē pōt vt sint in vobis aliq̄ ad ea capienda iā idonei, quæ alij capere nō dum valent, & si nō oīa, de quibus magister ille Deus dicebat, Adhuc multa habeo vobis dicere tñ eorū fortasse nonnulla. Sed quæ nā sint ista quæ ipse nō dixit, temerarij est velle sūmere & dicere: nā & mori p̄ Xp̄o nōdū erant idonei tunc Apostoli, quibus dicebat, Non potestis me sequi mō. Vnde primus eorū Petrus, qui hoc iā se posse prę sumpserat, aliud expertus est quā putabat: & tñ postea & viri & mulieres, pueri & puellæ, iuuenes & virgines senes cū iunioribus innumerabiles martyrio coronati sunt, & paucæ inuentę sunt oues, ꝙ tūc qñ ista dñs loquebatur, non dū poterāt portare pastores. Nūquid ergo debuit illis oīb. dici in illo tēptationis periculo, ꝙ certare vsq; ad mortē p̄ veritate oportebat, & p̄ Xp̄i noīe vel doctrina sanguinem fundere: nūquid, inquā, debuit eis dici, Quis vestrum audeat idoneum martyrio se putare, cui Petrus idoneus nōdum fuerat, quādo

eum

eum os ad os ipſe dñs inſtruebat? Sic itaq; dixerit aliquis, non debere dici populis Chriſtianis audire cupientibus, quæ ſint de quib. dñs tunc dicebat, Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed nō poteſtis portare modo. ſi Apoſtoli nondū poterant, multo minus vos poteſtis: quia forte ſic multi poſſunt audire, q̄ tūc nondū poterat Petrus, ſic multi poſſunt martyrio coronari, quod tūc nōdū poterat Petrus, præſertim iam miſſo ſpiritu ſancto, qui tunc nōdū erat miſſus, de quo continuo ſubiungit atq; ait, Cū aūt venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnē veritatem.) Sic vtiq; demonſtrans illos ideo quę habebat dicere, portare non poſſe, quia nondū ad eos venerat ſpiritus ſanctus. Ecce cōcedamus vt ita ſit, multos ea mō portare poſſe iā miſſo ſpiritu ſancto quæ tunc eo nondū miſſo, non poterant portare diſcipuli. Nūquid ideo ſcimus quæ ſint quę dicere noluit, quæ tūc ſciremus ſi ab eo dicta legeremus vel audiſſemus? Aliud eſt. n. ſcire, vtrū a nobis vel a vobis portari poſsint, aliud aūt ſcire quæ ſint, ſiue portari poſsint, ſiue nō poſsint. Quæ cū ipſe tacuerit, quis noſtrum dicat, iſta vel illa ſunt? aut ſi dicere audeat, vnde probat? Quis enim eſt tā vanus aut temerarius, qui cū dixerit ēt vera quibus voluerit, ſine vllo teſtimonio diuino affirmet ea eſſe quę tunc dñs dicere noluit? Quis hoc noſtrum faciat, & non maximā culpā temeritatis incurrat, in quo, nec apoſtolica excellit authoritas? Nā profecto ſi eorū aliquid legiſſemus in libris canonica authoritate firmatis qui poſt aſcenſionē domini ſcripti ſunt, parū fuerat hoc legiſſe: niſi illic id ēt legereē hoc ex eis eē, quæ tūc dñs noluit diſcipulis ſuis dicere, quia nō poterant illa portare: tanquā ſi verbi gratia, ego diceré illud quod legimus in huius Euāgelij capite, In principio erat verbū, & verbū erat apud Deū, & Deus erat uerbū, hoc erat in principio apud Deū, & alia quæ ſequuntur, quoniā poſtea ſcripta ſunt, nec ea dominū Ieſum dixiſſe narratū eſt, cū hic eſſet in carne, ſed hæc vnus Apoſtolus eius ipſo ac ſpiritu eius ſibi reuelante conſcripſit, ex his eſſet quæ noluit tunc dñs dicere, quia diſcipuli portare non poterant, quis me audiat tā temere iſta dicentē? Si aūt ubi hoc ēt legeremus, quis nō tāto Apoſtolo crederet? Sed id quoq; mihi videtur abſurdiſsime dici, ea tunc non potuiſſe portare diſcipulos quæ de inuiſibilib. & altiſsimis rebus inueni mus in apoſtolicis literis, quę poſtmodum ſcriptæ ſunt, nec ea dñm qū cū illis inuiſibiliter erat, dixiſſe narratur: cur enim ea tuc ferre nō poterant: quę nunc in eorū libris quis nō legat, quis non ferat, ēt ſi non intelligat? Nōnulla quidē homines infideles in ſcripturis ſanctis, & nō intelligūt cū legunt uel audiunt, & lecta vel audita ferre non poſſunt: ſicut Pagani, quod per eū qui crucifixus eſt, factus mundus: ſicut Iudæi, q̄ filius Dei ſit, q̄ eo modo quo ipſi celebrant ſabbatū ſoluit: ſicut Sabelliani, quia Trinitas eſt pater & filius & ſpūſanctus: ſicut Arriani, quia ęqualis eſt patri filius, & patri ac filio ſpiritus ſanctus: ſicut Photiniani, quia non hō tm̄ ſimilis nobis, ſed ēt Deus Deo patri æqualis eſt Chriſtus: ſicut Manichæi, quod Chriſtus Ieſus per quē liberati ſumus, naſci in carne dignatus eſt: & cęteri oēs peruerſarū ac diuerſarū ſectarū hoīes, vtiq; ferre non poſſunt, quicquid in ſcripturis ſanctis & in fide catholica reperitur, quod contra eorū proferatur errores, ſicut nos ferre non poſſumus ſacrilegas eorū uanitates & inſanias mendaces: Quid eſt. n. ferre nō poſſe, niſi ęquo aīo nō habere? Sed oīa poſt aſcenſionē dñi canonica ueritate atq; authoritate cōſcripta ſunt, quis fidelis uel ēt cathecumenus antequā ſpiritum ſanctū baptizatus accipiat, non ęquo animo legit atq; audit, etiā ſi nondū ſicut oportet intelligit? Quomodo ergo aliquid eorū q̄ poſt aſcēſionē dñi ſcripta ſunt, nō poſſent ferre diſcipuli, ēt nondū ſibi miſſo ſpiritu ſancto, cū oīa nunc ferant cathecumeni nō dū accepto ſpiritu ſancto, quia etſi non eis fideliū ſacramēta produntur, non ideo fit q̄ ea ferre non poſſunt, ſed ut ab eis tanto ardēt ius concupiſcatur, quanto eis honorabilius occultantur. Quapropter, chariſsimi, non a nobis expectetis audire, quę tunc noluit dñs diſcipulis dicere, quia nondum poterant illa portare, ſed potius in charitate proficite, q̄ diffunditur in cordibus veſtris p̄ ſpiritum ſanctū, qui datus eſt nobis, ut ſpiritu fruentes & ſpiritalia diligentes, ſpiritalē lucē ſpiritalēq; uocem, quā carnales & animales homines ferre non poſſunt, non aliquo ſigno corporalibus oculis apparente, nec aliquo ſono corporalib. auribus inſtrepēte, ſed inte

Iom. 1.

Iom. 14

Rom. 5.

riore conſpectu & auditu noſſe poſsitis. Nō enim diligitur quod penitus ignoratur, ſed cū diligitur q̄ ex quātulacūq; parte cognoſcit, ipſa efficit dilectione, ut melius & plenius cognoſcatur. Si vero in charitate ꝓficiatis, q̄ diffundit in cordibus ſpiritus ſanctus, docebit vos omnē veritatē: vel ſicut alij codices habēt, deducet vos in oī veritate: vnde I dictū eſt, Deduc me dñe in via tua, & ambulabo in veritate tua. Sic fiat vt nō a doctoribus exterioribus illa diſcatis, quæ noluit dñs tūc dicere, ſed ſitis oēs docibiles Dei, vt eaip ſa quæ per lectiones atq; ſermones extrinſecus adhibitos didiciſtis & credidiſtis de natura Dei non corporea, nec loco aliquo incluſa, nec per finita ſpatia locorū quaſi mole diſtēta, ſed vbiq; tota & ꝓfecta & infinita ſine nitorib. colorū, ſine figuris lineamētorū, ſine notis literarū, ſine ſerie ſyllabarū, ipſa mente cōſpicere ac percipere valeatis: ecce dixi aliquid quod forte inde ſit, & tñ acceꝑ piſtis, & nō ſolū ferre potuiſtis, verūetiā libēter audiſtis. Sed ſi ille magiſter interior, q̄ cū adhuc diſcipulis exterius loqueretur ait, Ad huc multa habeo vobis dicere ſed non poteſtis portare mō, vellet nobis id q̄ de incorporea Dei natura dixi intrinſecus ita dicere, ſicut ſanctis angelis dicit, q̄ ſemper vidēt faciē patris nōdū ea portare poſſemus: proinde q̄ ait, Docebit vos omnē veritatē:) Vel deducet vos in oī veritate: nō arbitror in hac vita in cuiuſquā mente poſſe cōpleri: q̄s.n. viuēs in hoc corpore q̄ corrūpitur & aggrauat animā, poſsit oēm cognoſcere veritatē, cū dicat Apoſtolus, Ex patre ſcimus. Sed qa ꝑ ſpiritū ſanctū fit, vnde nūc pignus accepimus, vt ad ipſam quoq; plenitudinē veniamus, de qua idē dicit Apoſtolus. Tūc aūt facie ad faciē, & nūc ſcio ex parte, tūc aūt cognoſcā, ſicut & cognitus ſum: nō q̄ in hac tā tū vita, ſed totū q̄ vſq; ad illā perfectionem futurū eſt, nobis dñs promiſit per charitatē ſpiritus dicēs, Docebit vos oēm veritatē: vel deducet vos in oī veritate. Quę cū ita ſint diK lectiſsimi, moneo vos in charitate Chriſti, vt ſeductores caueatis impuros, & obſcęnæ turpitudinis ſectas, de quibus ait Apoſtolus, Quæ aūt occulte fiūt ab iſtis, turpe eſt & dicere ne cū horrendas immūditias docere cęperint quas humanæ aures qualeſcūq; ſint, portare nō pūt, dicant ipſa eſſe quæ dñs ait, Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed nō poteſtis portare mō: & per ſpiritū ſanctū aſſerāt fieri, vt poſsint illa immūda & nefanda portari. alia ſunt mala quę portare nō pōt qualiſcūq; pudor humanus, & alia ſunt bona q̄ portare nō pōt paruus ſenſus humanus. Iſta Rom. 11. Ephe. 3. fiunt in corporibus impudicis, illa remota ſunt a corporib. vniuerſis, hoc in pura carne cōmittitur, illud pura mēte vix cernitur. Renouamini ergo ſpū mētis vrę, & intelligite quę ſit volūtas Dei, quod bonū & beneL placitū & perfectū eſt, vt in charitate radicati & fundati, poſsitis cōprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit lōgitudo, latitudo, altitudo & profundū, cognoſcere ēt ſupereminentē ſciētię charitatē Chri, vt impleamini in oēm plenitudinē Dei. Iſto.n.mō vos docebit ſpūſſanctus oēm veritatē, cū magis magiſque diffundet in cordib. veſtris charitatem.

De eadem lectione. Tract. XCVII.

SPirituſſanctus quē promiſit dñs ſe diſcipulis ſuis eſſe miſſurū, qui doceret omnē veritatē, quā tunc qñ cū ois loquebatur portare non poterāt, de quo ſpirituſancto, ſicut 2. Cor. 1. & 5. dicit Apoſtolus, nūc pignus accepimus quo verbo intelligeremns eius plenitudinē nobis in vita alia reſeruari. Ipſe ergo ſpūſſanctus & nūc docet fideles, quāta quiſq; pōt capere, & ſpiritalia eorū pectora deſiderio maiore ſuccēdit, ſi quiſquā in ea charitate ꝓficiat, qua diligat cognita, & cognoſcēda deſideret ita vt ea quoq; ipſa, q̄ nūc qūocunq; cogno Eſaia. 63 ſcit, nōdū ſe ſcire ſciat, ſicut ſciēda ſunt in ea 1. Cor. 2. vita, q̄ nec oculꝰ vidit nec auris audiuit, nec in cor hoīs aſcēdit. Quo ſciendi mō, ſi nūc ea vellet interior magiſter dicere. i. noſtræ menti aperire atq; monſtrare, humana infirmitas portare nō poſſet. Vnde me veſtra dilectio meminit iā locutū, cū ſancti Euangelij verba tractaremus, vbi dñs ait, Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed nō poteſtis portaM re mō.) ¶ Nō vt in his dñi verbis neſcio, quæ ſecreta nimis abdita ſuſpicentur, quę cū dici à docente poſsint, portari à diſcente non poſsint: ſed eaipſa, quæ doctrina religionis quorūlibet hominū notitia legimus & ſcribimus, audimus & dicimus, ſi vellet eo mō nobis Chriſs dicere, ſicut ea dicit angelis ſanctis ī ſeipſo vnigenito verbo, patri coęterno

qui-

Pſal. 85. Eſaia 54. Ioan. 6.

Mat. 18.

Sapien. 9 1. Co. 13. 2. Cor. 1. & 5. 2. Co. 13.

Ephe. 5

quinam portare homines possent, et si iã essent spiritales, quales adhuc Apostoli nó fuerunt, qñ ista eis dñs dixit, qualesq; postea veniente sancto spiritu facti sunt? Nam vtique quicquid de creatura sciri pót, minus est ipso creatore, qui summus & verus & immutabilis est Deus: Et quis eũ tacet, vbi non a le gentibus, disputantibus, quærentibus, respon
A dentibus, laudantibus, cantantibus, quoquo modo sermocinantibus, postremo ab ipsis ét blasphemantibus nominatur? Et cũ eũ nemo taceat, quis est qui eũ sicut intelligendus est capiat, cũ de orib. & auribus hominum non recedat, quis est cuius acies ad eũ mentis accedat? Quis est qui eũ Trinitatẽ esse scisset, nisi ipse sic innotescere voluisset? Et quis hominũ iã istã fileat Trinitatẽ, & tñ quis hominũ sicut angeli sapiat Trinitatẽ? Eaipsa ergo q̃ de Dei æternitate, veritate, sanctitate in prõptu & palã sine cessatione dicuntur, ab alijs bene, ab alijs male intelliguntur, imo ab alijs intelligunt, ab alijs non intelliguntur: qui.n. male intelligit, non intelligit. Ab eisipsis aũt a quib. bene intelliguntur, ab alijs minus, ab alijs amplius mentis viuacitate cernuntur, & a nullo hominũ sicut ab angelis capiuntur. In ipsa ergo mente, hoc est, in interiore homine quodãmodo crescitur, non solũ vt ad cibũ a lacte transeatur, verumẽt vt amplius cibus ipse sumatur. Non aũt crescitur spatio sa mole, sed intelligentia luminosa, quia & ipse cibus intelligibilis lux est. Vt ergo crescatis, eumq; capiatis, & quanto magis crescitis, tãto magis magisq; capiatis, nó ab eo doctore, qui vestris aurib. sonat, hoc est, forinsecus operãdo plantat & rigat, sed ab eo qui dat incremẽtũ, petere ac sperare debetis.

1. Cor. 3. Proinde sicut p̃terito sermone cõmonui, cauete, maxime qui paruuli estis, & adhuc alimentis lacteis indigetis, ne hominib. sub hac
B occasione deceptis ac deceptorib. quia dñs ait, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare mõ, autẽ curiosã p̃beatis ad incognita scienda, cũ mẽtes inualidas habeatis ad vera & falsa diiudicanda, maxime pp obsceniſsimas turpitudines, quas docuit vanitas *aias instabiles atq; carnales, ad hoc Deo sinẽte vt eius vbiq; sint tremẽda iudicia & in cõparatione impuræ neqtiæ dulcescat purisſima disciplina, atq; illi det honorẽ, timorẽ aũt vel pudorẽ, sibi q̃ in illa mala vel illo regẽte nõ cecidit, uel illo inde leuãte surrexit. Cauete timẽdo & orãdo, ne irruatis in illud ænigma Salomonis, ubi mulier insipiẽs & audax, inops panis effecta, cõuocat p̃tereũtes dicẽs, Panes occultos libẽter attingite, & aquæ furtiuæ dulcedinẽ. Hæc.n. mulier uanitas est impiorũ, cũ sint isipiẽtisimi, aliqd se scire opinãtiũ sicut de ista muliere dictũ est, inops panis efficit. Quæ cũ sit inops panis, promittit panes, i. cũ sit ignara ueritatis, pro
C mittit sciẽtiã ueritatis, occultos tñ panes, promittit, quos tñ dicit libenter attingi, & aquæ furtiuæ dulcedinẽ, ut ea, s. libẽtius & dulcius audiãtur & aganẽ, q̃ palã in ecclesia dici credíq; prohibentur. Ipsa quippe occultatione cõdiũt quodãmodo nefarij doctores sua uenena curiosis, ut ideo se exisſtimẽt aliquid discere magnũ, quia merentur habere secretũ, & suauius hauriant insipientiã, quam putant scientiã, cuius prohibitã quodãmodo furantur audaciã: § Hinc & nefarios ritus suis hominib. sacrilega curiositate deceptis uel decipiendis, magicarũ artiũ doctrina cõmendat. Hinc illæ illicitæ diuinationes inspectis pecudũ uisceribus occisorũ, aut uocibus & uolatibus auiũ, aut signis multiformibus dæmoniorũ, insusurrant auribus hominũ periturorũ per colloquia perditorũ. Propter hęc illicita atq; punienda secreta, mulier illa nõ solũ insipiens, uerum audax ét nuncupatur. Sed hæc non solum a re ipsa, uerum & a nomine nostræ religionis aliena sunt. Quid q̃ mulier hæc insipiens & audax sub Christiano uocabulo sceleſtas hæreses condidit, tot nephandas fabulas finxit? utinam tales quales in theatris siue cantantur, siue saltantur, siue mimica scurilitate ridentur, & non quasdã tales quales aduersus Deũ fingere potuisse, sic illã doleamus insipientiã, ut miremur audaciam. Omnes aũt insipientisimi hæretici, qui se Christianos uocari uolũt, audacias
D figmẽtorũ suorũ, quas maxime exhorret sensus humanus, hac occasione euãgelicæ sniæ colorare conantur, ubi dñs ait, Adhuc multa habeo uobis dicere, sed nõ potestis portare modo: quasi hæc ipsa sint quæ tunc discipuli portare nõ poterãt, & ea docuerit spiritus sanctus, quæ palam docere atq; prædicare, quãtalibet feratur audacia, spiritus erubescit immundus, Hoc Apostolus in spiritusan 2. Ti. 4
cto præuidens ait: Erit.n. tempus quo sanam

Alias satanas.

doctrinam non sustinebunt, sed secundũ desideria sua magistros sibi coaceruabunt prurientes auribus, & à veritate quidẽ auditum suũ auertentes, ad fabulas aũt conuertentur: illa. n. secreti furtiq; cõmemoratio qua dr, Panes occultos libenter attingite, & aquę furtiuæ dulcedinem: pruritum facit audientib. in aurib. spiritaliter fornicantibus, sicut pruritu quodam libidinis ẽt in carne corrumpitur integritas castitatis. Audite itaq; Apostolum talia prævidentem, & ea vitanda salubri ter admonentẽ. Prophanas, inquit, verborũ nouitates deuita: multum. n. proficiunt ad impietatem, & sermo eorũ sicut cancer serpit. Et non ait verborũ nouitates: sed addit, prophanas: sunt. n. & doctrinæ religionis congruentes verborũ nouitates, sicut ipsum nomen Christianorum qñ dici cęperit, scriptũ est, in Antiochia. n primum post ascensionẽ dñi appellati sunt discipuli Christiani, sicut legitur in actib Apostolorũ: & xenodochia & monasteria postea sunt appellata nouis nominibus: res tñ ipsę & ante nomina sua erãt, & religionis veritate firmantur, qua etiã contra improbos defenduntur. Aduersus impietatẽ quoq; Arrianorũ hæreticorum nouum nomen patres ὁμούσιον condiderunt, non rẽ nouam tali nomine signauerunt: hoc. n. vocatur ὁμούσιον qꝺ est, ego & pater vnum sumus, vnius videlicet eiusdemq; substantiæ. Nam si omnis nouitas prophana esset, nec a dño diceretur, Mandatum nouũ do vobis: nec testm appellaretur nouum: nec cantaretur in vniuersa terra canticũ nouum: Sed prophanæ sunt verborũ nouitates, vbi dicit mulier infipiens & audax, Panes occultos libenter attingite, & aquæ furtiuæ dulcedinẽ. Ab hac pollicitatione falsæ scientiæ prohibet ẽt illo loco Apostolus vbi dicit, O Timothee depositũ custodi, deuitans prophanas vocũ nouitates, & contradictiones falsi nominis scientiæ, q̃ quidã promittentes circa fidẽ excederunt: nihil. n. sic amant isti quam scientiã promittere, & fidem rerũ verarũ ꝛ quas credere parvuli prȩcipiuntur, velut imperitiã deridere. Dicit aliquis, Nihil ne spiritales virihabẽt in doctrina, qꝺ carnalibus taceant, & spiritalib. eloquantur? Si rndero, non habent, continuo mihi dicetur ex epistola ad Corinthios Apostoli Pauli, Nõ potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalib. quasi paruulis in Christo lac vobis potũ dedi, non escã: nõdũ. n. poteratis, sed nec adhuc qdẽ potestis: adhuc. n. estis carnales: & illud, Sapientiã loquimur inter perfectos: & illud, Spiritalibus spiritalia cõparantes: animalis aũt homo nõ percipit q̃ sunt spiritus Dei, stultitia. n. est illi. Hoc totum quale sit, ne rursus ꝓp hæc verba Apostoli prophanis vocũ nouitatib. secreta q̃rantur, & ea q̃ debet castorũ spiritus corpusq; vitare, dicat carnalis, sustinere nõ posse, sermone alio si dñs donauerit, disputandum est, vt iam istum aliquando claudamus.

E

3. Tim. 2.

Actor. 11

Ioan. 10.

Ioan. 13.

Prou. 9.

1. Tim. 6.

F

Alias ve terum.

1. cor. 3.

G

De eadem lectione. Tract. XCVIII.

EX verbis dñi nostri vbi dicit, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo:) Exortam difficilem quęstionem me recolo distuliſſe, vt inde otiosius tractaretur, quia illum modus cõpetens cõpellebat finire sermonem: nunc ergo qm̃ est tps promissa reddendi, pertractetur vt dominus ipse donauerit, qui cordi nostro vt propone retur ingesit. Hæc est aũtem quæstio, vtrum spiritales homines habeant aliquid in doctrina, ꝙ carnalibus taceant, & spiritalibus dicant. Quia si dixerimus, non habent: respondebitur nobis, Quid est ergo ꝙ dicebat Apostolus scribens ad Corinthios, Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, quasi paruulis in Christo lac vobis potũ dedi non escam: nondum. n. poteratis, sed nec adhuc quidẽ potestis, adhuc. n. estis carnales? Si aũt dixerimus, habent, timendum & cauendũ est, ne sub hac occasione in occultis nefaria doceantur, & spiritalium nomine velut ea quæ carnales capere nõ possunt, nõ solum excusatione dealbanda, verumetiam prædicatione laudanda videantur. Primũ ergo scire debet charitas vestra, ꝙ ipse Christus crucifixus, quo velut lacte paruulos aluisse se dicit Apostolus, ipsa vera caro eius, in qua facta est vera mors eius & vulnera vera cõfixi sanguinisq; excusi, non eo modo a carnalib. quo ab spiritalib. cogitatur, & illis est lac, istis cibus est, quia & si non audiũt amplius, intelligunt amplius. Non. n. æqua termente percipitur, etiam ꝙ in fide pariter ab vtrisq; recipitur, ita fit vt prædicatus ab Apostolis Christus crucifixus, & Iudæis esset scãdalum, & Gentibus stultitia, & ipsis vocatis

1. Cor. 2.

H

1. Cor. 1.

Iudęis

Iudæis & Græcis Dei virtus & Dei sapientia: sed carnalibus paruulis id tantũ credẽdo tenentibus: spiratalibus aũt capacioribus id etiã intelligendo cernentibus. Illis ergo tanquã lacteus potus, istis tanquam solidus cibus, nõ quia hoc illi aliter in populis, isti alter in cubiculis cognouerunt, sed eodẽ modo vtriq; cum palã diceretur audiebant, pro suo modo quiq; capiebant. Cũ enim Christus propterea sit crucifixus, vt in remissionem peccatorũ sanguinẽ funderet, qua eius vnigeniti passione diuina gratia cõmendatur, vt nemo in homine glorietur quo intelligebant Christũ crucifixum qui adhuc dicebant, Ego sum Pauli, Nunquid quo ipse Paulus qui dicebat, Mihi aũt absit gloriari, nisi i cruce dñi nostri Iesu Christi? De ipso itaq; Christo crucifixo, & ipse cibũ pro sua capacitate sumebat, & illos lacte pro eorũ infirmitate nutriebat. Deniq; illa quę scripsit ad Corinthios, aliter utiq; ab ipsis paruulis, aliter à capacioribus posse intelligi sciẽs ait, Si quis est inter uos Propheta aut spiritalis, agnoscat quæ scribo vobis, quia dñi est mandatũ: si quis aũt ignorat, ignorabitur, solidam profecto uoluit esse scientiã spiritaliũ, ubi non sola fides accõmodaretur, sed certa cognitio teneretur: ac per hoc illi ea ipsa credebant, quæ spiritales insuper agnoscebant. Ignorabitur aũt, ait, qui ignorat: quia nõdũ ei reuelatũ est, ut quod credit sciet. Quod cum fit in hominis mente, ipse dicitur cognoscia Deo, quia Deus illũ cognoscentẽ facit, sicut alibi ait, Nunc aũt cognoscentes Deum, imo cogniti à Deo: neq; n. tunc cognouerat eos Deus, prę cognitos & electos ante mũdi constitutionẽ, sed tunc eos sei ipsum cognoscere fecerat. Hoc igitur primitus cognito, quod ea ipsa quę simul audiũt spiritales atq; carnales pro suo modulo quiq; capiunt, illi ut paruuli, isti ut maiores, illi ut lactis alimentũ, isti ut cibi solidamentũ, nulla uidetur esse necessitas, ut aliqua secreta doctrinę taceantur, & abscondãtur fidelib. paruulis seorsum dicenda maiorib. hoc est, intelligentiorib. & hoc iõ faciendũ putetur, quia dixit Apostolus, Non potui uobis loqui quasi spiritalib. sed carnalibus. Hoc ipsum. n. q̃ non iudicauit se scire in eis nisi Iesum Christũ & hunc crucifixũ, ipsis non potuit loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, q̃a id sicut spiritales capere non ualebant. Quicunque aũt spiritales inter eos erant. ideſt, quod illi tanquã carnales audiebant, spiritali ipsi intellectu capiebant, ut sic intelligatur quod ait, Non potui uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalib. ac si diceret, nõ potuistis quasi spiritales, sed quasi carnales capere q̃ loquebar. Animalis. n. hõ, ideſt, qui secundũ hominẽ sapit, animalis dictus ab anima, carnalis a carne, q̃a ex aĩa & carne constat totus homo, nõ percipit quæ sunt spũs Dei, ideſt, quid gratiæ credentibus crux conferat Christi, & putat hoc illa cruce actũ esse tantũmodo, ut nobis usq; ad mortẽ pro ueritate certantibus imitandũ præberetur exemplũ: nam si sciebant huiusmodi hoĩes, qui nolunt esse nisi hoĩes, quẽadmodũ Christus crucifixus factus sit nobis sapientia a Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redẽptio, ut quẽadmodũ scriptũ est, Qui gloriatur, in dño glorietur: proculdubio nõ gloriarentur in hoĩe, nec carnaliter dicerent, Ego quidẽ sum Pauli, ego aũt Apollo, ego vero Cephę: sed spiritaliter, ego sum Christi. Verũ illud adhuc quęstionẽ facit, quod in epistola ad Hebrẽos legitur, Cũ iã deberetis tpe ipso esse doctores, iterũ indigetis quę sint elementa sermonũ Dei, & facti estis opus habentes lacte, non solido cibo. Omnis. n. qui lactet in expertus est uerborũ iustitię infans est. n. Perfectorũ est autẽ solidus cibus eorũ qui p habitũ exercitatos habẽt sensus ad separãdũ bonũ a malo. Hic. n. uidemus tãq̃ definitũ esse quẽ perfectorũ dicit solidũ cibũ: & hoc esse illud q̃ ad Corinthios scriptũ est, Sapiẽtiã loquimur inter perfectos. Quos aũt perfectos uoluerit hoc loco intelligi, subiecit atq; ait, q̃ per habitũ exercitatos habent sensus, ad separãdũ bonũ a malo. Hoc uero q̃ inualida & inexercitata mẽte nõ possunt, profecto nisi fidei quodã lacte teneãtur, & inuisibilia quę nõ vidẽt, & intelligibilia quæ nondũ intelligũt, credant, facile ad vanas & sacrilegas fabulas promissione scientię ducũtur, vt bonũ & malũ nõ nisi corporalib. imaginibus cogitent, & ipsum Deũ non nisi aliquod esse corpus existiment & malũ non nisi substantiã putare non pñt, cum sit potius ab immutabili substãtia mutabiliũ substantiarũ quidã defectus, quas fecit ex nihilo ipsa immutabilis & summa substãtia qui est Deus. Quod profecto quisquis

non solũ credit, verũ etiã exercitatis interioribus animi sensibus intelligit, percipit, nouit: non est iam metuendum ne seducatur ab eis qui malũ putando esse substantiã quã nõ fecit Deus, mutabilẽ substantiã faciũt ipsum Deum, sicut Manichęi, vel si quæ aliæ pestes
A ita desipiũt, sed mente adhuc paruulos, quos dicit Apostolus carnales lacte nutriendos. Omnis de hac re sermo, quo agitur vt nõ solũ credatur, verũetiã intelligatur, sciaturq; ꝙ percipere talia non valentibus onerosus est, facil.usq; illos premit quã pascit. Ex quo fit, vt spirituales ista carnalibus non omnino taceant propter catholicã fidẽ, quæ omnibus prædicãda est, nec tñ sic differãr, vt volentes ea perducere ad intelligentiã non capacẽ, facilius fastidiri faciant in veritate sermonẽ q̃ in sermone percipi veritatẽ. Propterea dicit scribens ad Colossenses, Et si corpore absẽs sum, spiritu vobiscũ sum, gaudens & videns ordinationẽ vestrã: & ad id quod deest fidei vestræ in Christo. Et ad Thessalonicẽses, No cte ac die, inquit, abundantius orantes, vt videamus faciẽ vestrã, & suppleamus quę desunt fidei vestræ: Intelligendi sunt vtiq; ita primũ catẽchizati, vt lacte alerentur, non solido cibo, cuius lactis ad Hebrços cõmemoratur vbertas eis, quos volebat cibi soliditate iã pascere: ꝓp ꝙ ait, ideoq; remittẽtes Christi verbũ in cõsummationẽ respiciamus, nõ iterũ iacientes fundamentũ pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei in Deũ, lauacri doctrinæ, impositionis manuũ, resurrectionis ẽt mortuorũ, & iudicij ęterni. Hæc est lactis vbertas, sine quo nõ viuũt, qui iã quidẽ ratione vtuntur vt possint credere, sed bonũ a malo nõ credẽdo tantũ, verũetiã intelligendo ꝙ pertinet ad solidũ cibũ, separarenõ possunt. Quod autem in lactis cõmemoratione posuit & doctrinã, ipsa est quæ per symbolũ traditur & orationẽ dominicã. Sed huic lacti abfit vt sit contrarius cibus rerũ spiritaliũ firma intelligẽtia capiendus, qui Colossensibus & Thessalonicensibus defuit, & supplendus fuit, Qñ.n. suppletur ꝙ defuit nõ improbãt quod fuit nã & in ipsis quę sumimus alimẽtis vsqueadeo nõ est lacti contrarius solidus cibus, vt ipse lacteſcat, quo possit esse aptus infantib. ad quos per matris vel nutricis
B ꝓuenit carnẽ: sicut fecit ẽt mater ipsa sapientia, quæ cũ sit in excelsis angelorũ solidus cibus, dignata est quodãmõ lacteſcere paruulos, cũ verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Sed ipse hõ Chrs, qui vera carne, vera cruce, vera morte, vera resurrectione, syncerũ lac dr paruelorũ, cũ bene ab spiritalib. capitur, inuenit dñs angelorũ. Proinde nec sic paruuli sunt lactandi, vt semper nõ intelligant Deũ Christũ: nec sic ablactandi, vt de
C ferant hominẽ Christũ. Quod alio modo idipsum ita dici põt, nec sic lactandi sunt, vt creatorẽ nunquã intelligant Christũ: nec sic ablactandi, vt mediatorẽ vnquam deserant Christũ. In hoc quippe non conuenit huic rei similitudo materni lactis & solidi cibi: sed potius fundamenti, quia puer qñ ablactatur: vt ab alimentis infantię iã recedat inter solidos cibos non repetit vbera quę sugebat: Christus aũt crucifixus, & lac sugentibus, & cibus est proficientibus. Fundamenti vero iõ est aptior similitudo, quia vt perficiatur quod struitur, additur ędificiũ, nõ subtrahitur fundamentũ. Quæ cũ ita sint, ò quicũq; estis, qui fine dubio multi estis paruuli in Christo proficite ad solidũ cibũ mentis, nõ ventris, proficite ad separandũ bonum a malo, & magis magisque inhęrete mediatori, per quẽ liberamini à malo, quod nõ est à vobis loco separandũ, sed in vobis potius est sanãdũ. Quisquis aũt vobis dixerit, nolite credere verũ hoiem Christũ, aut nõ a vero Deo corpus cuiuslibet hoĩs vel cuiuslibet animãtis creatũ, aut nõ a vero Deo vetus testamentũ datũ, & siqd huiusmodi: hæc.n. vobis priõ nõ dicebãt, qñ lacte nutriebamini, qm̃ ad vera capienda cor nõdũ habebatis idoneũ, nõ vobis iste cibũ prçparat sed venenũ. Pro
Phil. 3. pter ꝙ beatus Apostolus eos alloquẽs q̃ sibi iã videbãt esse perfecti, cũ se imperfectũ ipse dixisset, Quicũq; ergo, inqt, pfecti sum⁹, hoc sapiamus, & si aliqd aliter sapitis, hoc quoq; Deus reuelabit. Et ne forte incurreret in seductores, qui eos vellẽt a fide auertere, ꝓmittẽdo sciẽtiã veritatis, & hoc putarẽt esse ꝙ dixit Apostolus, id quoq; vobis Deus reuelabit cõtinuo subiũxit, Verũtñ in id ꝙ peni-
D mus, in eo ambulemus. Si qd ergo itellexeris ꝙ nõ sit cõtra regulã catholicæ fidei, ad q̃ velut viã, quæ te ducat ad patriã peruenisti, & sic intellexeris, vt inde dubitare oĩno nõ debeas adde ędificiũ, noli tñ relinquere fundamentum. Sed debẽt maiores docere aliquid

paruulos

Coloſ. 2. 1. Th. 3. Heb. 6.

Ioan. 1

Rom. 1

Gala.

paruulos, vt omniū dñm Christum, & seipsis
lōge maiores Prophetas & Apostolos nō di
cāt aliquid fuisse mentitos. Nō aūt solū vani-
loquos & mentis seductores fabulosa & fal-
sa garrientes & in eis vanitatib velut altam
scientiā promittentes contra regulā fidei, q̄
catholicā suscepistis, cauere debetis, verūēt
ipsos qui de ipsa diuinæ immutabilitate natu
E ræ vel incorporea creatura sine creatore ve-
raciter disputāt, & q̄ dicūt oīno documētis
atq; rationib. certissimis probāt, & tñ ab vno
Dei & hominū mediatore conantur auerte-
re, tanq̄ pestem insidiosorē cęteris fugite: ta-
Rom. 1. les. n sunt de quib. dicit Apostolus, Quia co-
gnoscentes Deū, non sicut Deū glorificaue-
Gala. 1. rūt. Quid. n. prodest habere intelligētiā verā
de immutabili bono, ei qui nō tenet per quē
liberetur a malo? Propterea admonitio bea-
tissimi Apostoli de nostris cordib. non rece-
dat, Si quis vobis euāgelizauerit: præterq̄ q̄
accepistis, anathema sit. Nō ait plus q̄ accepi
stis: sed, præterq̄ q̄ accepistis. Nā si illud dice
ret, sibiipsi p̄iudicaret, q̄ cupiebat venire ad
Thessalonicenses, ut suppleret quæ illorū fi-
dei defuerunt. Sed qui supplet, q̄ minus erat
addit, non q̄ inerat tollit. Qui aūt prętergre-
ditur regulā fidei, non accedit in via, sed re-
cedit de uia: q̄ itaq; ait dñs, Adhuc multa ha
beo uobis dicere, sed non potestis portare
modo, adijcienda illis fuerant quæ nescie-
bant, nō q̄ didicerant euertenda. Et ille qui-
dē, sicut in pristino sermone iā exposui, po-
tuit hoc ita dicere, quia illa ipsa q̄ docuerat,
si uellet eis sic aperire, ut in illo cōcipiuntur
ab angelis, hoc infirmitas humana, ī qua ad-
Phil. 3. huc erāt, ferre nō posset. Spiritalis aūt homo
quilibet pōt alterū hominē docere q̄ nouit,
si proficiendo capaciorē faciat spiritus sanc-
tus, in quo & ipse doctor aliquid amplius
addiscere potuit, ut sint ambo docibiles Deo
q̄q̄ & inter ipsos spiritales sūt utiq; alijs alij
F capaciores atq; meliores, ita ut quidā illorū
ad ea peruenire, q̄ non licet homini loqui.
Qua occasione uani quidam Apocalypsim
Pauli, quā sana non recipit Ecclesia, nescio
quib. fabulis plenā, stultissima præsumptio-
ne finxerunt, dicētes hanc esse unde dixerat
raptū se fuisse in tertiū cęlum, & illic audisse
ineffabilia uerba, quę nō licet homini loqui.
Vtcunq; illorū tolerabilis esset audacia, si se
audisse dixisset, q̄ adhuc nō licet homini lo-
qui, cū uero dixerit, quæ nō licet homini lo-
qui, isti qui sunt qui hæc audeant impudēter
& insęliciter loqui? Sed iā istū sermonē hoc
fine concludā, per quem uos esse cupio sa-
pientes quidē in bono, integros aūt a malo.

De eo q̄ dixit: Non. n. loquetur a semetipso,
sed q̄cunq; audiet loquet. Tract. XCIX. G

QVid est q̄ dñs ait de spūsancto, cū eum *De c. 16.*
venturū esse promitteret: & docturum *Ioan. 5.*
discipulos eius omnē ueritatem, uel eos de- *Sup. tra-*
ducturū in omni ueritate? Non. n. loquetur a *ctā. 40.*
semetipso, sed quæcunq; audiet loquetur.) *Phil. 2.*
Simile est hoc ei q̄ de semetipso dixit, Non *Ioan. 5.*
possum a meipso facere quicquam, sicut au-
dio iudico. Sed illud cū exponeremus, secū-
dum hominem posse accipi diximus, ut obe
dientiam suam, qua factus est obediens usq;
ad mortē crucis, prænunciasse filius uidere-
tur, & iudiciū futurum, quo uiuos & mor-
tuos iudicabit, quia hoc per id facturus est
q̄ filius hominis est, propter q̄ dixit, Pater
non iudicat quenquam, sed omne iudicium
dedit filio, q̄a in iudicio non forma Dei qua
æqualis est patri, nec ab impijs uideri potest,
sed forma hominis apparebit, qua minora-
tus est ēt modico minus ab angelis, quamuis
iam in claritate, non in pristina sit humilitate
uēturus, cōspicuus tñ futurus & bonis & ma
lis: hinc ait & illud, Et potestatem dedit ei iu *Psal. 8.*
dicium facere, q̄n filius hominis est. In qui-
bus uerbis eius manifestatur nō eam formā
præsentandā esse iudicio, in qua cū esset, nō
rapinā arbitratus est esse se æqualē Deo, sed
illam quā cum semetipsum exinaniret, acce
pit. Semetipsum. n. exinaniuit formā serui ac
cipiens, in qua vī etiam ad faciendum iudi-
cium obedientiā suam cōmendasse, cum di-
xit, Non possum facere a meipso quicquā, *Phil. 2.*
sicut audio iudico. Adā nāq; per cuius vnius *Ioan. 5.*
hominis inobedientiā peccatores constituti *Rom. 5.*
sunt multi, non sicut audiuit iudicauit, quia
q̄ audiuit p̄uaricatus est, & a semetipso fecit
malum q̄ fecit, quia non Dei uoluntatē, sed H
suam fecit. Iste aūt per cuius unius hominis
obedientiā iusti cōstituuntur multi, nō solū
obediens fuit usq; ad mortem crucis, in qua
est viuus iudicatus a mortuis, sed obediētem
se futurū promittens in ipso quoq; iudicio,
quo est de uiuis iudicaturus & mortuis, Nō *Ioan. 5.*

possum, inquit, à meipso facere quicquã, sicut audio iudico: sed nunquid de spũsancto ꝙ dictũ est, Nõ.n.loquetur à semetipso, sed quæcunq; audiet loquetur, secundũ hominẽ vel secundũ assumptionẽ cuiusq; creaturę dictũ esse audebimus opinari? Solus quippe in Trinitate filius formã serui accepit, quæ forma illi ad vnitatẽ personæ coaptata est, I. vt filius Dei & filius hoĩs vnus sit Iesus Christus, ne nõ Trinitas, sed quaternitas prædicetur, ꝙ absit à nobis. Propter quã personã pro fecto vnã ex duab. substantijs diuina humanaq; constantẽ, aliqñ secundũ id ꝙ dñs est loquitur, vt est illud ꝙ ait, Ego & pater vnũ sumus: aliqñ secundũ id ꝙ homo est, sicuti est illud, Qm̃ pater maior me est, secundũ ꝙ accepimus esse ab eo dictũ, & hoc vnde nunc disputo, Non possum a meipso facere quicquã, sicut audio iudico. In persona vero spiritussancti qũo id accipiamus ꝙ ait, Non.n. loquetur a semetipso, sed quæcunq; audiet loquetur, cũ in ea non sit alia diuinitatis, alia humanitatis, vel alterius creaturæ cuiuscũq; substãtia magna exoritur difficultas. Illud.n. ꝙ sicut colũba spiritussanctus apparuit specie corporali, visio fuit ad horã facta atque transacta: sicut ẽt qñ super discipulos venit, visæ sunt illis linguæ diuisæ velut ignis, qui & insedit super vnumquenq; eorũ. Qui ergo dicit columbã ad vnitatẽ personæ spiritussancto fuisse coniunctã, vt ex illa & Deo, quia spiritussanctus Deus est, vna spiritussancti psona constaret, & hoc ẽt de illo igne cõpellitur dicere, vt intelligat nihil horũ debere se dicere: ista.n.quæ de substantia Dei quoquo modo vt opus erat significãda corporeis hominũ sensib. se intulerunt atq; transierunt, ad horã diuinitus facta sunt de creatura seruiente, non de ipsa dñante natura, quæ in se manẽs ꝙ vult mouet, & ꝙ vult immutabilis mutat. Sicut ẽt vox illa de nube aures vtiq; attigit corporales, eumq; sensum corporis, qui vocatur auditus, nec tũ vllo modo credẽdũ K est verbũ Dei, ꝙ est vnigenitus filius, qm̃ verbũ dr̃, syllabis sonisq; finiri, quia nec oẽs simul sonare possunt cũ sermo fit, sed tanquã nascentes morientib. ordine suo soni quicũque succedunt, vt totũ ꝙ loquimur nouissima syllaba compleatur. Absit vt sic loquatur pater ad filium, hoc est, Deus ad verbũ suum Deum. Sed hoc eorũ est capere, quantum ab homine capi potest, ad quos nõ hac pertinet, sed solidus cibus. Cum igitur spiritussanctus nulla susceptione hominis sit homo factus, nulla susceptione angeli sit angelus factus, nulla susceptione cuiusq; creaturæ creatura sit factus, qũo de illo intelligẽdum est ꝙ dñs ait, Non.n.loquetur a semetipso, sed quæcũque audiet loquet̃? Ardua qõ, nimis ardua, ipse adsit spiritus, vt saltẽ sicut eam cogitare possumus, sic eloqui possimus, ac sic ad intelligentiã vestram pro mei moduli facultate perueniat. Prius itaq; nosse debetis & intelligere potestis, credere aũt, qui intelligere nõdũ potestis, in ea substantia quæ Deus est, nõ quasi per corporis molem sensus locis proprijs distributos, sicut in carne mortali quorumq; animaliũ alibi est visus, alibi auditus, alibi gustus, alibi olfactus, ꝑ totũ aũt tactus. Absit hoc credere in illa incorporea immutabiliq; natura: audire ergo ibi & videre, idipsum est. Dr̃ & olfactus in Deo, vnde dicit Apostolus, Sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationẽ & hostiã Deo in odorẽ suauitatis. Et gustus intelligi põt, secundũ quẽ Deus & odit amaricantes, & nec frigidos nec callidos, sed tepidos euomit ex ore suo: & Iesus Christus dicit, Meus cibus est vt faciã voluntatẽ eius qui me misit: est ẽt tactus ille diuinus, vnde dicit spõsa de spõso, Sinistra eius sub capite meo, & dextera eius cõplectitur me: non sunt hæc in Deo per diuersa corporis loca, cum.n.dr̃ scire, ibi sunt oĩa, & videre, & audire, & olfacere, & gustare, & tãgere, sine vlla eius mutatione substantiæ, sine vlla mole, q̃ in alia parte maior, in alia minor, ẽt in senib. ꝧpuerili pectore cogitatur, qñ Deus sic cogitat. Nec mireris ꝙ ineffabilis Dei scientia, qua nouit oĩa, per varios humanæ locutionis modos omniũ istorũ corporaliũ sensuũ nominibus nuncupatur, cũ & ipsa mens nostra, hoc est homo interior, cui vniformiter scienti ꝑ hos quinq; veluti nũcios corporis diuersa nũciãtur, qñ immutabilẽ veritatem intelligit, eligit, diligit, & lumen videt de quo dr̃, Erat lumen verũ: & verbũ audit de quo dr̃, In principio erat verbũ: & odorẽ capit de quo dr̃: Post odorẽ vnguẽtorum tuorũ currimus: & fontẽ bibit, de quo dr̃, Apud te est fons vitæ: & tactu fruitur, de quo dr̃, Mihi aũt adhærere Deo bonũ est: nec aliud atq; aliud, sed vna intel-

Ioan. 10.
Ioan. 14.
Matt. 3.
Actor. 2.
L
M
Ephe. 2. Galat. 2. Apoc. 3. Ioan. 4. Cant. 1.
Alias sensibus.
Ioan. 1. Cant. 1. Psal. 35. Psal. 72.

intelligentia tot ſenſuum nominibus nuncupatur. Cũ ergo de ſpũſancto dr̃, Non.n. loquetur a ſemetipſo, ſed quæcunq; audiet loquetur: multomagis ibi ſimplex natura, ubi veriſsime ſimplex eſt, vel intelligẽda vel credenda, quæ longe lateq; naturã noſtræ mentis excedit. Mutabilis quippe eſt mẽs noſtra, q̃ percipit diſcendo q̃ neſciebat, & amittit dediſcẽdo q̃ ſciebat: & veriſimilitudine fallitur, vt pro vero approbet falſum, & obſcuritate ſua quaſi quibuſdã tenebris impeditur, ne perueniat ad verũ. Et ideo non eſt iſta ſubſtantia veriſsime ſimplex, cui non hoc eſt eſſe q̃ noſſe: poteſt.n. eſſe nec noſſe. Atqui illa diuina non poteſt, quia id q̃ habet eſt, ac per hoc non ſic habet ſcientiã, vt aliud illi ſit ſciẽtia qua ſcit, aliud eſſentia qua eſt, ſed utrunq; unũ eſt: nec utrunq; dicendũ eſt, q̃ ſimpliciter unũ eſt: ſicut habet pater uitã in ſemetipſo: nec aliud eſt ipſe q̃ uita quæ in ipſo eſt, & dedit filio habere uitã in ſemetipſo, hoc eſt, genuit filiũ, qui & ipſe uita eſſet. Sic itaq; debemus accipere q̃ de ſpiritu ſancto dictũ eſt, Ioan. 5. Non.n. loquetur a ſemetipſo, ſed quæcunq; audiet loquetur, ut intelligamus non eũ eſſe a ſemetipſo. Pater quippe ſolus de alio non eſt, nã & filius de patre natus eſt, & ſpũſanctus de patre procedit. Pater aũt nec natus eſt de alio, nec procedit. Nec ideo ſanè aliqua diſparilitas in ſumma illa Trinitate cogitationi occurrat humanæ: nã & filius ei, de quo natus eſt, & ſpũſanctus ei de quo procedit, æqualis eſt. Quid aũt illic interſit inter procedere & naſci, & longũ eſt quærendo diſſerere, & temerariũ cũ diſſerueris definire, qa hoc & menti utcunq; cõprehẽdere, & ſiquid forte mens inde cõprehenderit, linguę difficillimũ eſt explicare quãtuslibet ſit doctor, quantuslibet adſit auditor: Non ergo loquet a ſemetipſo, quia non a ſemetipſo, ſed q̃cũq; audiet loquet, ab illo audiet a quo procedit. Audire illi ſcire eſt: ſcire uero eſſe, ſicut ſuperius diſputatũ eſt. Quia ergo nõ eſt a ſemetipſo, ſed ab illo a quo procedit, a quo illi eſt eſſentia, ab illo ſcientia, ab illo igitur audientia, a quo nihil eſt aliud q̃ ſcientia: nec moueat, q̃ uerbũ futuri tpis poſitũ eſt, non.n. dictũ eſt, quæcunq; audiuit, aut quæcunq; audit, ſed quæcũq; audiet loquetur: illa quippe audientia ſempiterna eſt, quia ſempiterna eſt ſcientia. In eo aũt q̃ ſempiternũ eſt, ſine initio & ſine fine, cuiuslibet tẽporis uerbũ ponatur, ſiue p̃teriti, ſiue præſentis, ſiue futuri, nõ mendaciter ponitur. Quanuis.n. natura illa immutabilis & ineffabilis nõ recipiat, fuit & erit, ſed tm̃ eſt: ipſa.n. ueraciter eſt, quia mutari nõ põt, & ideo illi tm̃ cõuenerat dicere, Ego ſum qui ſum: & dices filijs Iſrael, q̃ eſt, miſit me ad vos: tm̃ pp mutabilitatẽ tẽporũ, in quib. uerſatur noſtra mortalitas & noſtra mutabilitas, nõ mendaciter dicimus, & fuit & erit & eſt. Fuit in præteritis ſeculis, eſt in præſentibus, erit in futuris, Fuit, quia nũq̃ defuit: erit, quia nunq̃ deerit: eſt, quia ſemper eſt. Neq; n. uelut qui iã nõ ſit cũ p̃teritis occidit, aut cũ præſentib. uelut qui non maneat labitur, aut cũ futuris uelut q̃ nõ fuerat orietur. Proinde cũ ſecundũ volumina temporũ locutio humana uariatur, qui per nulla deeſſe potuit, aut põt, aut poterit tẽpora, uera de illo dicuntur cuiuslibet tẽporis uerba. Semper itaq; audit ſpũſanctus, quia ſemper ſcit. Ergo & ſciuit, & ſcit, & ſciet, ac per hoc & audiuit, & audit, & audiet, quia ſicut iã diximus hoc eſt illi audire q̃ ſcire, & ſcire illi hoc eſt q̃ eſſe. Ab illo igitur audiuit, audit, & audiet a quo eſt, ab illo eſt, a quo procedit. Hic aliquis forſitan quærat, utrũ & a filio p̃cedat ſpũſanctus, filius.n. ſolius patris eſt filius, & pater ſolius filij eſt pater, ſpũs autem ſanctus non eſt unius eorũ ſpiritus, ſed amborũ. Habes ipſum dũm dicentẽ, Non.n. uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis: habes & Apoſtolum, Miſit Deus, inquit, ſpm̃ filij ſui in corda ueſtra, nunquid duo ſunt, alius patris, alius filij? Abſit. Vnum.n. corpus ait, cũ ſignificaret Eccleſiã, moxq; addidit, & unus ſpiritus. Et uide qũo illic impleat Trinitatem. Sicut vocati eſtis, inqt, in una ſpe uocationis ueſtræ, unus dns, hic utiq; Chriſtũ intelligi uoluit. Reſtat ut ẽt patrẽ nominet: ſequit̃ ergo, Vna fides, unũ baptiſma, unus Deus & pater omniũ, q̃ ſuper oẽs, & per oĩa, & in omnibus nobis. Cũ ergo ſicut unus pater, & unus dns, i. filius, ita ſit & unus ſpiritus, profecto amborũ eſt, ſicut ipſe Chriſtus Ieſus dixit, Spiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis: & dicit Apoſtolus, Miſit Deus ſpm̃ filij ſui in corda noſtra: habes & alio loco eundem Apoſtolũ dicentem, Si aũt ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis, habitat in uobis. Hic utiq; ſpiritũ patris

Exo. 3.
Mat. 10. Gala. 4. Ephe. 4.
Gala. 4. Ioan. 4.

patris intelligi voluit, de quo tñ alio loco dicit, Quisquis aũt spm̃ Christi non habet, hic non est eius. Et multa alia sunt testimonia, q̃bus hoc euidenter ostenditur: & p̃ris & filij ipsum esse spm̃, qui in Trinitate dr̃ spũssanctus. Nec ob aliud existimo ipsũ vocari ꝓ-
Ioan. 4. prie spm̃, cũ ẽt si de singulis interrogemur, nõ possimus nisi patrẽ & filium spm̃ dicere,
E qm̃ spũs est Deus, i. non corpus est Deus, sed spũs: ꝙ ergo cõiter vocantur & singuli, hoc proprie vocari oportuit eũ qui non est vnus eorũ, sed in quo cõitas apparet amborũ. Cur ergo nõ credamus ꝙ ẽt de filio procedat spi-
Ioan. 20. ritussanctus, cũ filij quoq; ipse sit spũs? Si. n. nõ ab eo procederet, non post resurrectionẽ se repræsentans discipulis suis insufflans diceret, Accipite spm̃ sanctũ: quid. n. aliud significauit illa insufflatio, nisi ꝙ procedat spũssanctus & de ipso? Ad hoc pertinet ẽt illud ꝙ de-
Luc. 8. muliere q̃ fluxũ sanguinis patiebatur, ait, Tetigit me aliquis, ego. n. sensi de me virtutem exijsse: nã virtutis noĩe appellari ẽt spm̃ sanctũ, & eo loco clarũ est, vbi angelus dicenti
Luc. 1. Mariæ: Qũo fiet istud, qm̃ virum nõ cognosco: rñdit, Spũssanctus superueniet in te, &
Luc. 24. Actu. 2. virtus altissimi obũbrabit tibi. Et ipse dñs ꝓmittens eũ discipulis, ait, Vos sedete in ciuitate quoadusq; induamini virtute ex alto: & itẽ rũ, Accipietis, inquit, virtutẽ spũssancti superuenientẽ in vos, & eritis mihi testes, de hac virtute credendus est dicere Euangelista, Virtus de illo exibat, & sanabat oẽs. Si ergo & de p̃re & filio procedit spũssãctus, cur filius dixit, de patre procedit? cur putas nisi quẽad modũ ad eum solet referre & ꝙ ipsius est, de quo & ipse est? vnde illud est ꝙ ait, Mea do-
Ioan. 7. ctrina nõ est mea, sed eius qui misit me. Si igitur intelligatur hic eius doctrina, quã tñ dixit non suã, sed patris, quãto magis illic intelligendus est & de ipso ꝓcedere spũssanctus, vbi sic ait, de patre procedit, vt non diceret, de me non procedit? a quo aũt habet filius vt
F sit Deus, est. n. de Deo Deus, ab illo hẽ: vtiq; vt ẽt de illo procedat spũssanctus, ac per hoc spũssanctus, vt ẽt de filio procedat, sicut procedit de patre, ab ipso habet patre. Hic vtcũque ẽt illud intelligitur, quãtũ a talib. quales nos sumus intelligi põt, cur non dicatur natus esse, sed potius ꝓcedere spũssanctus, qm̃ si & ipse filius diceretur, amborũ vtiq; filius diceretur, ꝙ absurdissimũ est: filius quippe nullus est duorũ, nisi patris & matris, amborũ vtiq; filius diceretur. Absit autem vt inter Deũ patrẽ & Deũ filiũ tale aliquid suspicemur, quia nec filius hoĩs simul & ex patre & ex matre procedit: sed cũ in matre procedit ex patre, nõ tunc procedit & ex matre: & cũ in hanc lucẽ procedit ex matre, nõ tunc procedit ex patre. Spiritus aũt sanctus nõ de pa- G
tre procedit in filium, & de filio procedit ad sanctificandũ creaturã, sed simul de vtroque procedit, q̃uis hoc filio pater dederit, vt quẽ admodũ de se, ita de illo quoq; procedat: neque. n. possumus dicere ꝙ non sit vita spũssanctus, cũ vita sit pater, vita sit filius, ac per hoc sicut pater cũ habeat vitã in semetipso, dedit & filio habere vitã in semetipso, sic ei dedit vitã procedere de illo, sicut procedit & de seipso. Sequunt aũt verba dñi dicentis, Et q̃ ventura sunt annunciabit vobis, Ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annũcia bit vobis. Omnia quæcunq; habet pater mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet & annunciabit vobis.) Sed quia ista iã prolixa sunt, in alium sunt differenda sermonem.

De eadem lectione. Tract. C.

CVm promitteret dñs venturum spiritũ sanctũ, docebit vos, inquit, omnẽ veritatẽ: vel ꝙ in nonnullis codicib. legitur deducet vos in omnem veritatẽ: non. n. loquetur à semetipso, sed quæcunq; audiet loquetur. De quib. Euangelicis verbis iam ꝙ donauit dñs disputauimus: nunc ea quæ sequuntur attendite, Et quæ ventura sunt, inquit, annunciabit vobis.) Neque. n. hic, qm̃ planum, est immorandum: nihil. n. habet quæstionis cuius a nobis expositio flagitetur: sed ꝙ adiungit, Ille me clarificabit, q̃a de meo accipiet, & annunciabit vobis:) non negligenter est transeũdum, ꝙ enim ait, ille me clarificabit, põt intelligi, quia diffundẽdo in cordib. credentiũ charitatem, spiritales q̃; faciendo, de- H
clarauit eis qũo filius patri esset æqualis, quẽ secundũ carnem prius tantũmodo nouerãt, & hominem sicut homines cogitabant. Vel certe quia per ipsam charitatẽ fiducia repleti, & timore depulso annunciauerunt hominib. Christũ, ac sic fama eius diffusa est in toto orbe terrarum, vt sic dixerit, Ille me clarificabit tanq̃ diceret, ille vobis auferet timo-

rem

rem,& dabit amorē, quo me ardentius prædicantes,gloriæ meæ per totū mundū dabitis odorē,cōmendabitis honorē.Quod enim facturi fuerant in ſpiritu ſancto, hoc eundē ſpiritū dixit eſſe facturū: quale etiā illud,Nō.n. vos eſtis qui loquimini,ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. Verbum quippe
I Græcū quod eſt δοξάσει alius clarificabit, alius glorificabit, Latini interpretes in ſua quę-
Mat.10. que translatione poſuerunt,qñ ipſa, q̄ Græce dicit δόξα vnde dictum eſt verbū δοξάσει & claritas interpretatur & gloria.Gloria nā que ſit quiſq; clarus, & claritate glorioſus, ac p̄ hoc quod vtroq; verbo ſignificatur, idipſum ē,Sicut aūt definierūt antiqui, Latinę linguæ clariſsimi authores, Gloria ē frequēs de aliquo fama cū laude . Quæ cū eſt in hoc mundo facta de Chriſto credēda eſt magnū aliquid contuliſſe, ſed mūdo . Bonum enim laudare,nō laudato ſed laudantibus prodeſt. Eſt aūt etiā falſa gloria qñ laudantes errore falluntur,ſiue in rebus,ſiue in hominibus,ſiue in vtriſq;, Nā in rebus falluntur,qñ putāt id bonū eſſe quod malū eſt:in hominib. autem,quando cū bonū eſſe, qui malus eſt . In vtriſq; vero qñ, & id quod eſt vitium,virtus putatur,& ipſe qui propter hoc laudatur,nō habet quod putatur , ſiue ſit bonus , ſiue ſit malus.Donare quippe res ſuas hiſtrionibus, vitiū eſt immane non virtus.Et ſcitis de talibus quā ſit frequens fama cū laude, quia ſicut ſcriptū eſt, Laudatur peccator in deſideriis animę ſuæ & qui iniqua gerit benedicitur.Hi laudatores non falluntur in hominib. ſed in rebus:malū eſt.n.quod bonū eſſe credunt.Illi aūt qui hoc malo largitionis vitioſi ſunt,tales vtiq; ſunt,quales eos qui laudāt, non ſuſpicantur eſſe,ſed cernunt. Porro ſi ſe
pſal.9. quiſquā iuſtū fingat & nō ſit, ſed totū quicquid corā hominibus laudabiliter agere videtur,nō agat p̄p Deū,hoc eſt propter verā iuſtitiā , ſed ſolū quærat & diligat ab hominibus gloriā : illi aūt apud quos frequens eſt fama cū laude,nō eū putent niſi p̄p Deū laudabiliter viuere,nō falluntur,in re,ſed fallūtur in hoīe:quod.n.bonū eſſe credūt,eſt bonum,ſed quem bonū eſſe credunt , non eſt bonus . Quod putetur, verbi gratia,bonum artium peritia magicarū,& dū quiſq; patriā liberaſſe eiſdē quas omnino neſcit artib. creditur ac frequentē cū laude famā quæ gloria definita eſt apud homines impios , cōſequatur,errant in vtroq; qui laudant, & in re ſcilicet qa id quod malū eſt bonū putant, & in hoīe,quia non eſt quod putant, qua propter falſa eſt in his tribus generibus gloria. Cū aūt de aliquo per Deū & propter Deū iuſto ,hoc eſt,veraciter iuſto cauſa ipſius iuſtitiæ frequens eſt fama cū laude, vera quidem gloria eſt , nō tū ea credendū eſt beatificari L
iuſtū,ſed laudātib.gratulandū eſt, quia recte iudicant & diligūt iuſtū. Quanto magis ergo dñs Chriſtus , non ſibi ſed eis profuit gloria ſua,quibus profuit morte ſua:ſed nō eſt vera eis apud hæreticos gloria,apud quos tū frequentē famā videtur habere cū laude. Nō eſt hæc vera gloria,quia in utroq; fallūtur:nam & bonū putant eſſe quod bonum non eſt,& Chriſtū putant eſſe quod Chriſtus non eſt. Vnigenitū.n.filiū æqualē nō eſſe gignēti , nō eſt bonū vnigenitū Dei filium hominē tantū eſſe, non Deū,nō eſt bonū: veritatis carnem nō eſſe veram carnē, non eſt bonū . Horum triū quæ dixi,primū ſentiunt Arriani, ſecundū Photiniani,tertiū Manichæi : ſed quia & eorum nihil eſt bonum,& Chriſtus nihil eſt eorū,in utroq; falluntur,nec dant uerā gloriā Xp̄o, quāuis apud eos eſſe videatur cum laude frequens fama de Chriſto , & omnes prorſus hęretici quod cōmemorare nimis lōgū eſt, qui de Chriſto non recte ſentiunt, ideo errāt,qa & de bonis rebus ac malis nō verū ſentiunt. Pagani etiā quoniā ſunt Chriſti plurimi laudatores,& ipſi ī utroq; fallūt, qui non ſecundū ueritatē Dei, ſed potius ſecundū ſuā ſuſpitionē dicunt eum fuiſſe ho- M
minē magum.Chriſtianos quippe uelut imperitos uituperant , Chriſtum autem uelut magum laudāt,ac ſic produnt quod amant: Chriſtum uero nō amāt qm̄ quod non erat Chriſtus hoc amant. Ideo in utroq; fallunt, quia & & magū eſſe malū eſt,& magus non fuit Chriſtus,quia bonus eſt,Quapropter de his nihil hoc loco dicendū eſt, q Chriſtum vituperāt atq; blaſphemāt, quia de gloria eius loquimur,quia eſt glorificatus in mūdo, nō enim glorificauit ſpūſſanctus uera gloria niſi in Eccleſia ſancta catholica,alibi.n.i. uel apud hęreticos,uelapud quoſdā paganos,ue- Pſ. 109
ra eius ī terris gloria nō pōt eē, & ubi uidet eē frequens de illo fama cū laude. Vera ergo eiº gloria ī Eccleſia catholica,ſica Propheta

cantatur

cantur. Exaltare super cęlos Deus & super omnẽ terrã gloria tua: Quia itaq; post eius exaltationẽ venturus erat spiritussanctus & eũ glorificaturus, hoc facer Psalmus hoc ip-
A se vnigenitus promisit futurũ, quod videm⁹ impletũ: quod aũt ait: De meo accipiet, & annunciabit vobis:) catholicis audite auribus, catholicis percipite mentibus: non enim ꝓpterea sicut quidã hæretici putauerunt, minor est filio spiritussanctus, quia filius accipiat à patre, & spiritussanctus à filio, quibus dã gradibus naturarũ. Absit hoc credere, absit hoc dicere, absit à Christianis cordib. cogitare: deniq; continuo soluit ipse quęstionẽ & cur hoc dixerit, explanauit. Omnia, inqt, quęcũq; habet pater mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet & annunciabit vobis.) Quid vultis amplius? Ergo a patre accipit spũssanctus, vnde accipit filius, qa in hac Trinitate de patre natus est filius, de patre procedit spiritussanctus: qui aũt de nullo natus sit, de nullo procedit, pater solus est: quo aũt dixerit vnigenitus filius, oĩa quęcũq; habet pr̃ mea sunt: quia vtiq; nõ sic quẽadmodũ dictum est illi filio non vnigenito, sed ex duobus maiori, Tu mecũ es semper, & oĩa
Luc. 15. mea tua sunt: eo loco si dñs voluerit, diligenti consideratione tractabitur, vbi dicit vnigenitus patri, & mea oĩa tua sunt, & tua mea sunt, vt hic iste sermo claudatur, qm̃ quæ se quunt̃ aliud poscũt, quo discernat̃ exordiũ.

De eo quod dicit, Modicũ & iã nõ videbitis me: iterũ modicũ & videbitis me, quia vado ad patrem: vsq; ad id, Et in illo die me nõ rogabitis quicquam. Tract. C I.

B HAec domini verba vbi ait: Modicũ & iam non videbitis me, & iterũ modicũ & videbitis me, quia vado ad patrẽ:) ita obscura erant discipulis antequam id quod dicit impletũ esset, vt quærentes inter se quid esset quod diceret, omnino se faterentur nescire: sequitur enim Euangelium dixerunt ergo discipuli eius ad inuicẽ, Quid est hoc ꝙ dicit nobis, Modicũ & non videbitis me, & iterũ modicũ & videbitis me, qa vado ad patrẽ? Dicebant ergo: qd est hoc ꝙ dicit modicũ? Nescimus quid loquitur.) Hoc.n. est ꝙ eos mouebat, quia dixit modicum & non videbitis me, & iterũ modicũ & videbitis me. Nã in præcedentibus quia no dixerat, modicũ, sed dixerat, ad patrem vado, & iam nõ videbitis me: tanquã aperte illis visus est locutus, nec inter se de hoc aliud quæsierunt: nũc ergo quod illis tunc obscurum fuit, & mox manifestũ est, iam nobis vtiq; manifestatum est: post paululũ enim passus est, non viderũt eũ, rursus post paululũ resurrexit, & viderũt eũ: illud aũt quod ait, Iam non videbitis me, quia isto verbo, idest, iam, intelligi voluit, ꝙ eũ vlterius nõ viderint, ibi exposuimus quomodo accipiendũ sit vbi dixit: de iustitia arguet mundũ spiritussanctus, quia ad patrẽ vado, & iã non videbitis me, quia scilicet mortalẽ Christũ vlterius non viderũt. Cognouit aũt Iesus, sicut in sequenti Euangelista dicit, Sup. tra Eta. 95 quia volebant eũ interrogare, & dixit eis: de hoc quæritis inter vos, quia dixi modicũ & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. Amen amẽ dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus aũt gaudebit, uos aũt cõtristamini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiũ.) Et hoc sic accipi potest, quia cõtristati sunt discipuli de morte dñi, & confestim de resurrectione lętati: mundus autẽ quo noĩe significati sunt inimici, à quibus Christus occisus est, tunc vtiq; lętati sunt occiso xp̃o, qñ sunt discipuli cõtristati: mundi quippe nomine, malitia põt mundi huius Iaco. 4. intelligi, idest hominũ mundi huius amicorũ, vnde Iacobus Apostolus in Epistola sua dicit: Quicunq; voluerit amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituitur, quibus inimicitijs Dei factũ est, ut nec eius unigenito parceret: deinde subiungit & dicit: Mulier cũ parturit, tristitiã habet, qua venit hora eius, cũ aũt peperit puerũ: iã nõ meminit pressurę propter gaudiũ, quia natus est hõ in mũdũ.) Et vos igitur nunc quidẽ tristitiã habetis. Iterũ aũt venio ad vos, & gaudebit cor vestrũ, & gaudiũ vestrum nemo tollet a vobis.) Nec ista similitudo ad intelligendũ videtur D esse difficilis, quoniã cõparatio eius in prõptu est, eodẽ ipso exponẽte cur dicta sit: Parturitio quippe tristitiæ, partus autẽ gaudio cõparatur, quod tunc maius esse consueuit, qñ non puella, sed puer nascitur: quod vero gaudiũ vestrũ nemo tollet a vobis: quia gaudiũ ipsorũ ipse Iesus significatus est, quod & ait Apostolus. Christus resurgens a mor- Rom. 6. tuis iam non moritur, & mors ei vltra nõ dominã-

minabitur. Hucusq; in isto Euangelij capitulo vnde hodie disputauimus, velut facili intellectui omnia concurrerunt, acrior necessario est in his, quæ sequuntur intentio: quid est.n. ꝙ ait, Et in illo die me non rogabitis quicquam?) Hoc verbū ꝙ est rogare non solū petere, verumēt interrogare significat: & Græcum Euangelium, vnde hoc translatum est, tale habet verbū ꝙ vtrunq; possit intelligi, vt hæc ambiguitas nec inde soluatur, q̄q̄ &si solueretur, non ideo nulla quæstio remaneret. Dñm etenim Christū postq̄ resurrexit & interrogatū legimus & rogatum: num interrogatus est a discipulis ascensurus in cælum, qñ præsentaretur, & qñ regnum esset Israel: cū uero iam esset in cælo, rogatus est à sancto Stephano, vt spiritum eius acciperet: & quis audeat uel cogitare uel dicere, in cælo sedentē Christū rogandum non esse, & in terra manentē rogatū fuisse: rogandū nō esse immortalē, rogari debuisse mortalem? Imo charissimi, rogemus eum, vt nodū quæstionis huius ipse dissoluat, lucendo in cordibus nostris ad uidenda quæ dicit: puto.n. ꝙ ait: Iterum aūt uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrū nemo tollet a uobis: non ad illud tps esse referendum quo resurrexit, eisq; suam carnē cernendam tangēdamq; monstrauit, sed potius ad illud iā unde dixerat: Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligā eum, & manifestabo me ipsum illi. Iā quippe resurrexerat, iam se illis in carne monstrauerat, Iā sedebat ad dexteram patris, qñ dicebat idē Apostolus Ioannes, cuius est hoc Euangeliū, in Epistola sua: Dilectissimi, nunc filij Dei sumus, & nondū manifestū est ꝙ erimus: scimus quia cū manifestum fuerit, similes ei erimus, qñ uidebimus eū sicuti est. Ista uisio nō uitæ huius est, sed futuræ, non temporalis, sed æternæ. Hæc est aūt uita æterna, dicēte ipsa uita, ut cognoscant te, inquit, unū uerū Deū, & quē misisti Iesum Christū. De hac uisione & cognitione dicit Apostolus: Videmus nunc per speculū in ænigmate, tunc aūt facie ad faciem: nunc scio ex parte, tunc aūt cognoscā sicut & cognitus sum: nunc totius laboris sui fructū Ecclesia parturit gemendo, tunc partura lætando: nunc parturit desiderando, tunc partura cernendo: nunc parturit orando, tunc partura laudando: & ideo masculū, qñ ad istum fructū contēplationis cuncta officia referuntur actionis: solus est.n. liber, qñ ꝑꝑ se appetit, & nō refertur ad aliud, huic seruit actio: ad hunc.n. refertur quicquid bene agitur, qa ꝑꝑ hunc agitur: ipse autē non ꝑꝑ aliud, sed ꝑꝑ semetipsum tenetur & hī. Ibi.n. finis qui sufficit nobis, æternus igitur erit, neq;.n. nobis sufficit finis, nisi cuius nullꝰ est finis. Hoc inspiratum erat: Philippo qñ dicebat: Dñe ostende nobis patrē, & sufficit nobis. In qua ostensione se promisit & filius dicens: non credis quia ego in patre, & pater in me est? De hoc itaq; ꝙ sufficit nobis, rectissime audimus, gaudium uestrum nemo tollet a uobis: de his ēt quæ superius dicta sunt, melius existimo intelligi, Modicū, & iam non uidebitis me, & iterum modicū, & uidebitis me. Modicum est.n. hoc totum spatium ꝙ præsens peruolat seculum: unde dicit idem ipse Euangelista in Epistola sua, nouissima hora est: ideo nanq; addidit, quia uado ad patrē: ꝙ ad priorem sniam referendum est, ubi ait, modicum & iam non uidebitis me: non ad posteriorem ubi ait, & iterum modicū & uidebitis me. Eundo quippe ad patrem, facturus erat ut eū non uiderent: ac per hoc non ideo dictū est, quia fuerat moriturus, & donec resurgeret, ab eorū conspectibus recessurus, sed ꝙ esset iturus ad patrem: ꝙ fecit posteaq̄ resurrexit, & cum eis per xl. dies cōuersatus ascendit in cælum: illis ergo ait: Modicum & iā non uidebitis me, qui eum corporaliter tunc uidebant qñ iturus erat ad patrē, & eū deinceps mortalē uisuri non erāt, qualem cū ista loqueretur uidebant: ꝙ uero addidit, & iterū modicum & uidebitis me, uniuersæ promisit Ecclesiæ, sicut uniuersæ promisit, Ecce ego uobiscū sum usq; ad consummationē seculi. Non tardat dñs promissum, modicū & uidebimus eum, ubi iā nihil rogemus, nihil interrogemus, quia nihil desiderandū remanebit: nihil quærendū latebit. Hoc modicum longum nobis vr, qñ adhuc agitur, cum finitum fuerit, tunc sentiemus q̄ modicum fuerit: non ergo sit gaudium nostrum quale habet mundus, de quo dictū est, mundus aūt gaudebit: nec tñ in huius desiderij parturitione sine gaudio tristes simus, sed sicut ait Apostolus, Spe gaudentes, in tribulatione patientes: quia & ipsa parturiens cui cōparati sumus, plus gaudet de mox futura prole,

Actor. 1. Actor. 7. Luc. 24. Ioan. 14. 1. Ioan. 3 Ioan. 17. 1. Cor. 13. Rom. 6. Iacob. 4. Sup. tra Eta. 95 Ioan. 14. 1. Ioan. 4 Actor. 1. Matt. 28. Rom. 12.

prole, quam triſtis eſt de preſenti labore. Sed huius ſermonis iſte ſit finis: habent. n. quæſtionem moleſtiſsimam, quæ ſequuntur, nec breuitate coarctanda ſunt, vt poſsint commodius, ſi dominus voluerit, explicari.

I

De eo quod dicit, Amen amen dico vobis, Siquid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis: vſq; ad id ꝙ ait, Exiui à patre & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Tract. C I I.

Dec. 16. Sup. tract. 73. per totũ, & 81.

DOmini verba nunc iſta tractãda ſunt: Amen amen dico vobis, ſiquid petieritis patrem in nomine meo dat vobis.) Iam dictum eſt in ſuperioribus huius dñici ſermonis partibus, propter eos qui nõnulla petunt a patre in Chriſti nomine nec accipiũt, non peti in nomine Saluatoris quicquid petitur contra rationem ſalutis: non. n. ſolum literarum, ac ſyllabarum, ſed ꝙ ſonus ipſe ſignificat, & ꝙ eo ſono recte ac veraciter intelligitur, hoc accipiendus eſt dicere cum dicit, in nomine meo: vnde qui hoc ſentit de Chriſto ꝙ non eſt de vnico Dei filio ſentiendum, non petit in eius nomine, etiamſi non taceat in eo literis ac ſyllabis Chriſtum, qñ in eius nomine petit, quem cogitat cum petit: qui vero ꝙ eſt de illo ſentiendum ſentit, ipſe in eius nomine petit, & accipit ꝙ petit, ſi non contra ſuã ſalutem ſempiternã petit: accipit aũt qñ debet accipere: quædam. n. nõ negãtur, ſed vt congruo dentur tempore differuntur. Ita ſanè intelligendũ eſt ꝙ ait, dabit vobis, vt ea beneficia ſignificata ſciantur his verbis, quæ ad eos qui petunt propriè pertinent. Exaudiuntur quippe omnes ſancti pro ſeipſis, non aũt pro omnib. exaudiuntur vel amicis vel inimicis ſuis, vel quibuslibet alijs quia non vtcunq; dictũ eſt, dabit, ſed dabit vobis. Vſq; modo, inquit, non petiſtis quicquam in nomine meo: Petite & accipietis, vt gaudium veſtrũ ſit plenũ.) Hoc ꝙ dicit gaudium plenũ, profecto non carnale, ſed ſpirituale gaudium eſt, & qñ tãtum erit, vt aliquid ei iam non ſit addendũ, proculdubio tunc erit plenum. Quicquid ergo petitur ꝙ pertineat ad hoc gaudiũ conſequendum, hoc eſt in nomine Chriſti petendum, ſi diuinam intelligimus gratiam ſi vere beatam poſcimus vitam: quicquid aũt aliud petitur, nihil petitur, non quia nulla omnino res eſt, ſed quia in tantæ rei cõparatione quicquid aliud concupiſcitur, nihil eſt: neq;. n. prorſus nulla res eſt homo, de quo ait Apoſtolus: Qui ſe putat aliquid eſſe cũ nihil ſit. In cõparatione quippe ſpiritalis hominis, qui ſcit gratia Dei ſe eſſe ꝙ eſt, quiſquis vana præſumit, nihil eſt. Si ergo ẽt recte intelligi poteſt: Amen amen dico vobis, ſiquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis vt hoc ꝙ ait, ſiquid, non quodlibet intelligatur, ſed aliquid ꝙ in beatæ vitæ cõparatione non nihil ſit, & quod ſequitur, vſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo, duobus modis intelligi poteſt, vel quia non in nomine meo petiſtis, ꝙ nomen non ſicut cognoſcendum eſt cognouiſtis, vel non petiſtis quicquam, quoniam in comparatione rei quam petere debuiſtis, pro nihilo habendum eſt ꝙ petiſtis. Vt igitur in eius nomine non nihil, ſed gaudiũ plenum petant, qñ ſi aliquid aliud petunt, idem aliquid nihil eſt, exhortatur dicens: Petite & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum, ideſt, hoc in nomine meo petite, vt gaudium veſtrum ſit plenum, & accipietis. Iſto enim bono in petendo perſeuerantes, ſanctos ſuos nequaquam miſericordia diuina fraudabit. Hęc inquit, in prouerbijs locutus ſum vobis, venit hora, cũ iam non in prouerbijs loquar vobis, ſed palam de patre meo annunciabo vobis.) Poſſem dicere hanc de qua loquitur horam, futurũ oportere ſeculũ intelligi, vbi videbimus palam ꝙ beatus Paulus dicit, facie ad faciem, vt ꝙ ait. Hæc in prouerbijs locutus ſum vobis, hoc ſit, ꝙ ab eodẽ Apoſtolo dictum eſt, videmus nunc per ſpeculum in ænigmate. Annunciabo aũt vobis quia per filium pater videbitur, iuxta illud quod alibi ait, Neq; patrem quis cognoſcit niſi filius & cui voluerit filius reuelare: ſed iſtum ſenſum videtur impedire ꝙ ſequitur: Illo die in nomine meo petetis.) In futuro enim ſeculo cum peruenerimus ad regnum, vbi ſimiles ei erimus, qñ videbimus eũ ſicuti eſt, quid petituri ſumus, qñ ſatiabitur in bonis deſiderium noſtrũ? Vnde & alio Pſalmo legitur, Satiabor cũ manifeſtabitur gloria tua. Petitio nanq; alicuius eſt indigentiæ, quæ ibi nulla erit, vbi hæc ſatietas erit. Relinquitur itaque quantũ ſapere valeo, vt intelligatur Ieſus diſcipulos ſuos de carnalibus vel animalib. ſe

K

L

M

Gala. 6.

2. Co. 13.

1. Ioan. 1 Pſal. 16.

ſpiritales

spiritales promisisse facturũ, quanuis nondũ tales quales erimus, qñ spiritale etiã corpus
1.Co.2. habebimus, sed qualis erat q dicebat, Sapientiã loquimur inter perfectos, nõ potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Et non spiritũ huius mundi accepimus, sed spiritũ qui ex Deo est, vt sciamus quę à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur, non in
A sapientię humanę doctis verbis, sed docti spiritu spiritalibus spiritalia cõparantes: animalis aũt homo non percipit quę sunt spiritus Dei. Non itaq; percipiens quę sunt spiritus Dei homo animalis sic audit quęcunq; audit de Dei natura, vt aliud quã corpus cogitare non posit, quãlibet amplissimũ vel immensum, quãlibet lucidũ ac speciosum, corpus tñ: ideo prouerbia illi sunt quæcunque dicta sapiẽtia de incorporea immutabili substantia, nõ quod ea tanquã prouerbia deputat, sed q̃a sic cogitat, qũo q̃ prouerbia solẽt audire neq; intelligere. Cũ vero spiritalis cę perit omnia diiudicare, ipse aũt a nemine diiudicari, etiam si in hac vita adhuc velut per speculũ ex parte perspicit, tamen non vllo corporis sensu, nõ vlla imaginaria cogitatione, quæ capit aut fingit qualicunq; similitudines corporũ, sed mentis certissima intelligẽtia Deũ intelligit non corpus esse, sed spiritũ. Ita palam de patre annunciante filio, vt
1.Co.13. eiusdem substantiæ cõspiciatur & ipse, quia annunciat, tunc in eius nomine petunt, qui petũt, qñ in sono eius nominis non aliud q̃ res ipsa est, quæ hoc nomine vocatur, intelligunt nec animi vanitate, vel infirmitate confingũt tanquã in alio loco patrẽ in alio filiũ ante patrẽ stantem, & pro nobis rogantẽ, spatia sua quæque amborũ occupantibus molibus, & verbũ ad eum, cuius est verbũ, facere verba pro nobis, interuallo interposito inter os loquentis & auriculas audientis, & alia talia quę sibi animales, ijdẽq; carnales in cor
B dib. fabricãt. Quicquid.n. tale spiritalib. de Deo cogitantib. ex corporũ cõsuetudine occurrit, negãdo atq; respuẽdo tanquã importunas muscas ab intertoribus oculis abigũt, & syncerati eius lucis acquiescunt, qua teste ac iudice has ipsas imagines corporũ suis interнis aspectibus intuentes * falsas oĩno esse
aliae irruentes. cõuincũt. Hi possunt vtcunq; cogitare dñm nostrũ Iesum Christũ inquantum homo est, pro nobis interpellare patrẽ: inquantũ autẽ Deus est, & nos exaudire cũ patre, quod eũ significasse arbitror vbi ait, Et non dico vobis, quia ego rogabo patrẽ de vobis. Ad hoc quippe intuendũ qũo non rogat patrẽ filius sed simul exaudiunt rogantes pater & filius, non nisi spiritalis oculus mentis ascendit. Ipse.n. pater, inq̃t, amat vos, quia vos me amastis, (Ideo amat ille quia nos amamus, an potius q̃a ille amat ideo nos amamus? Ex Epi- C
stola sua Euãgelista idẽ ipse rñdeat. Nos dili- 1.Ioã.14.
gamus, inq̃t, quia prior ipse dilexit nos: hinc ergo factũ est vt diligamus, quia dilecti sumus. Prorsus donũ Dei est diligere Deũ, quo piã ipse vt diligeretur dedit, qui nõ dilectus dilexit. Displicẽtes amati sumus, vt esset ĩ nobis vnde placeremus: non enim amaremus filiũ, nisi amaremus & patrem. Amat nos pr̃, quia nos amamus filiũ, cũ a patre & filio accepimus, ut & patrẽ & filiũ amemus: diffundit enim charitatem in cordibus nostris amborũ spiritus, per quẽ spiritũ & patrẽ amamus & filiũ, & quẽ spiritũ amamus cũ patre & filio. Amorẽ itaq; nostrũ piũ quo co- Rom.5.
limus Deũ, fecit Deus, & uidit quia bonũ ẽ: ideo quippe amauit ipse q̃ fecit, sed in nobis non faceret quod amaret, nisi antequam id faceret amaret. Et credidistis, inquit, qui à Deo exiui, exiui à patre & veni in mundũ iterũ relinquo mũdũ & uado ad patrẽ.) Planè credidimus, neq;.n. propterea ꝺber incredibile uideri: quia sic ad mũdũ veniẽs, exijt a patre ut non desereret patrẽ: & sic uadit ad patrẽ relicto mundo, ut nõ deserat mundũ, Exijt.n. a patre, quia de patre est: & in mũdũ uenit, quia mũdo suũ corpus oñdit, q̃ de uirgine assumpsit, Reliqt mũdũ corpali discessione, perrexit ad patrẽ hominis ascensione, nec mũdũ deseruit præsentiæ gubernatione.

De eo quod dicit, Dicunt ei discipuli eius, Ecce palã loqueris, & prouerbiũ nullum dicis: usque ad id quod ait, sed confidite, D
ego vici mundum. Tract. CII.

De c. 10.

QVales erat discipuli Chri qñ cũ eis ante passionẽ loquebatur magna cũ paruis, sed sic oportebat ut magna dicerẽtur & paruis, quia nondũ accepto spiritu sancto quemadmodũ eũ post resurrectionem uel ipso insufflante, vel desuper veniente accepe runt, humana magis quam diuina sapiebant,

multis

multis indicijs per totũ Euangeliũ declaratur: vnde & hoc est quod in ista lectione dixerunt: ait enim Euangelista, Dicunt ei discipuli eius: ecce nunc palam loqueris, & prouerbiũ nullum dicis: nunc scimus quia nosti omnia, & non opus est tibi vt quis te interroget: in hoc credimus quia à Deo existi.) Ipse dñs pauloante dixerat: hęc in prouerbijs locutus sum vobis, venit hora cũ iã nõ
I in prouerbijs loquar vobis: quo ergo isti dicunt, ecce nunc palã loqueris, & prouerbiũ nullũ dicis? Nunquid hora iam venerat, qua nõ iã in prouerbijs se promiserat locuturũ? Prorsus quod nondũ illi hora venisset, continuatio verborũ eius ostendit, quę ita sese habet: hęc inquit, in prouerbijs locutus sum vobis, venit hora cũ iã nõ in prouerbijs loquar vobis, sed palã de patre meo anunciabo vobis, illo die in nomine meo petetis. Et nõ dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse.n. pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia à Deo exiui. Exiui a patre, & veni in mundũ: iterũ relinquo mũdũ, & vado ad patrem. Cũ per hęc oĩa verba adhuc illã promittat horã, qua nõ iã in prouerbijs loquetur, sed palã de patre annuncia bit eis, in qua hora dicit eos in suo noĩe petituros, nec se patrẽ de illis rogaturũ, eo qđ ipse pater amat eos, quia & ipsi amauerunt Christũ, & crediderũt ꝙ a patre exierit & venerit in mundũ, iterũ relicturus mũdum, & iturus ad patrẽ: Cũ ergo adhuc promittatur hora illa, in qua fine prouerbijs loquuturus est, cur isti dicunt, Ecce nunc palã loqueris, & prouerbiũ nullũ dicis, nisi ꝙa illa quæ scit ipse nõ intelligentibus esse prouerbia, illi vsq; adeo non intelligunt, vt nec saltẽ non se inteligere intelligant? Paruuli.n.erant & nondũ spiri taliter diiudicabant, quæ de rebus non ad corpus, sed spiritum pertinẽtibus audiebãt; dẽniq; de ipsa eorum ętate, adhuc tecũdũ interiorẽ hominẽ parua & infirma eos admonẽs, Rñdit eis Iesus, Modo creditis, Ecce venit hora, & iã venit vt dispergamini vnusquisq; in propria, & me solũ relinquatis. Et non sum solus, quia pater mecũ est.) Pauloante dixerat, relinquo mundũ & vado ad patrẽ, nũc dicit, pr̃ mecũ est. Quis vadit ad eũ, qui cũ illo est? Sed hoc intelligenti est verbũ, nũc intelligẽti prouerbiũ, sic tñ quo a paruulis nõ intelligitur, & vtcũq; sugitur, vt eis ẽt si nõ præbet, quia nondũ eũ capiunt, solidũ cibũ, saltẽ lacteũ non denegat alimentũ. Ex hoc alimento est, quod sciebãt eũ nosse oĩa, nec opus ei esse vt eũ quis interroget: quod quidẽ cur dixerit, quæri põt. Videtur.n. potius fuisse dicendũ, nõ opus est tibi vt quemquã interroges: nõ, vt quis te interroget: dixerunt quippe, scimus quia nosti oĩa, & vtiq; qui nouit oĩa magis a nesciẽtib. L
interrogari solet, vt interrogantes audiant ꝙ volunt ab eo qui nouit oĩa, non ipse interroget tanq̃ uolẽs aliqd scire qui nouit omnia. Quid sibi ergo vult ꝙ ei quem sciebãt nosse se oĩa, cũ dicere debuisse videãt, nõ opus est tibi, vt quẽquã interroges, dicẽdũ potius putauerũt, nõ opus est tibi, vt ꝙs te interroget? Quid ꝙ vtrũq; legimus factũ, & interrogasse.s.dñm, & interrogatũ fuisse? Sed hoc cito soluit̃, ꝙa hoc nõ ei, sed illis potius opus erat quos interrogabat, vel a quibus interrogabatur. Neque enim aliquos ille interrogabat, vt ab eis aliquid discceret, sed eos poti⁹ vt doceret. Qui interrogabãt eũ, volẽtes ab eo aliquid discere, illis ꝓfecto id opus erat, vt scirent aliqua ab illo, qui nouerat oĩa: Nimirũ ergo propterea ei opus non erat, vt eũ quis interrogaret, quẽadmodũ nos q̃ interrogamur ab eis qui volũt aliqd a nobis scire, ex ipsis interrogationib. eorũ cognoscimus qd velint discere. Opus est ergo nobis ab eis interrogari, quos docere aliqd volumus, vt inquisitiones eorũ, quibus respõdendũ est nouerimus. Illi aũt ne id quidẽ opus erat, ꝙ oĩa nouerat: nec opus habebat qđ ab eo quisq; scire vellet, per eius interrogationẽ cogno- M
scere ꝙa priusquã interrogaret, interrogatoris nouerat volũtatẽ: sed iõ se patiebat̃ interrogari, vt vel eis qui tũc aderant, vel qui hęc siue dicta fuerãt audituri, siue scripta lecturi quales essent a quibus interrogabat̃ ostẽderet, eoq; mõ nossemus, vel quibus nõ circũueniret̃ fraudib. vel qb. apud eũ ꝓficisceret̃ accessibus. Præuidere aũt cogitationes hominũ, & ideo nõ opui habere, vt eũ quis interrogaret, magnũ Deo non erat, sed magnũ paruulis erat, qui ei dicebant: in hoc credimus quia à Deo existi. Multo aũt maius erat ad ꝙ intelligendũ eos volebat extẽdi & crescere, ꝙ cũ illi dixissẽt verũq; dixissẽt, a Deo existi, ait ille pr̃ mecũ est, ne sic a patre filiũ cogitarẽt exiisse, vt putarẽt ẽt recessisse: deinde

Sup. tract. 102

Sup. tract. 102

K

inde sermonem istum magnum prolixumq; concludens: Hæc, inquit, locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis, in mundo præssurã habebitis, sed cõfidite, ego vici mundũ.) Illud initium fuerat habitura ista ꝑssura, de quo superius vt vos oste̅deret paruulos, ꝙb. adhuc non intelligẽtib. & aliud pro alio sentientib. ꝓuerbia quodãmodo essent, q̃ cum magna & diuina dixisset, ait, modo creditis. Ecce venit hora & iam venit, vt dispergamini vnusquisq; in propria. Ecce initium ꝑssuræ, sed nõ eo modo perseueraturæ. Quod.n. adiunxit, & me solum relinquatis, non vult eos tales esse in cõsequẽti ꝑssura, q̃ post eius ascensionẽ in mũdo fuerãt habituri, vt relinquãt eũ, sed vt in illo pacẽ habeãt ꝑmanẽtes in eo. Non.n. qñ compreh̃ẽsus est tm̃modo carne sua eius carnẽ, verumetiã mẽte reliquũt fidẽ, Ad hoc pertinet qđ ait, modo creditis, ecce venit hora vt dispergamini vnusquisque ī ꝓpria, & me solũ relinquatis, tãq̃ diceret, tũc ita ꝑturbabimini, vt ẽt qđ mõ creditis relinquatis. Venerũt.n. ad tantã desperationẽ, & suę pristinę fidei, vt ita dixerim, mortẽ, q̃ta apparuit in illo Cleopha, qui post ei⁹ resurrectionẽ cũ illo se loqui nesciẽs, & qd ei cõtigerit narrãs: Nos, inq̃t, sperabamus, ꝙ ip
Luc. 24. se fuerat redẽpturus Israel. Ecce qũo eũ reliquerãt deserendo ẽt ipsam fidẽ, qua in eũ ante crediderant. In ea vero ꝑssura, q̃ post eius glorificationẽ accepto spũ sancto ꝓtulerũt, nõ eũ reliquerũt, & q̃uis fugerẽt de ciuitate in ciuitatẽ, ab ipso nõ refugerũt, vt habentes ꝑssurã in mũdo in illo pacẽ tenerẽt, nõ ab ipso refugerũt, sed ipsũ potius refugiũ habuerunt, dato ꝙppe illis spũ sancto factũ est in eis qđ nunc dictũ est eis: Confidite, quia ego vici mundũ. Confiderũt & vicerunt, in quo
K nisi in illo? Non.n. vicisset ille mundũ, si eius
Rom. 1. mẽbra vinceret mũdus, vñ ait Apostol⁹: Gratias Deo, qui dat nobis victoriã, continuoq; subiecit, per dñm nostrũ Iesum Christũ, qui dixerat suis: confidite, ego vici mundum.

De eo quod sequitur. Hæc locutus est Iesus, & subleuatis oculis in cęlum dixit, Pater, venit hora, clarifica filium tuũ, ut & filius tuus clarificet te. Tract. CIIII.

cap. 15. ANte ista quæ nunc sumus adiuuante domino tractaturi, dixerat Iesus: Hæc locutus sum vobis, vt in me pacẽ habeatis, quæ non recentiora paulo superius ab eo dicta, sed omnia debemus accipere, siue quęcunq; illis locutus est, ex quo eos cœpit hr̃e discipulos, siue certe ex quo post cęnam exorsus est hũc admirabilem prolixumq; sermonẽ, Talem ꝙppe cõmemorauit causam, cur eis sit locutus, vt ad eũ finẽ rectissime referãtur vel omnia quæ locut⁹ est eis, vel ea maxime quæ dixit iam pro eis moriturus, tanquã verba nouissima, posteaquam de conuiuio sancto ille qui eũ fuerat traditurus, egressus est. Hanc ergo commendauit causam sermonis L
I sui, vt in illo pacem haberent, ꝓp quod totũ agitur ꝙ Christiani sumus. Hęc enim pax finem temporis nõ habebit, sed omnia pię nostræ intentionis actionisque finis ipsa erit. Propter hanc sacramentis eius imbuimur, ꝓpter hanc mirabilibus eius operibus & sermonib. erudimur, propter hanc spiritus eius pignus accepimus, propter hãc credimus in eum & speramus, & eius amore quãtum donat accendimur. Hac pace in pressuris omnibus consolamur, hac à pressuris omnib. liberamur, propter hanc omnem tribulationem fortiter sustinemus, vt in hac fœliciter sine vlla tribulatione regnemus. Merito ad eam clausit verba, quæ parum intelligentib. discipulis erant prouerbia, intellecturi ea qñ eis dedisset promissum spiritum sanctũ, de quo superius ait: Hæc locutus sũ vobis, apud vos Ioan. 14.
manens, Paracletus aũt spiritus sanctus quem Supra
mittet pater in nomine meo, ille vos docebit Trac. 77
omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Hęc nimirum futura fuerat illa hora, qua se promiserat non iam in prouerbiis locuturum, sed palam de patre annunciaturum: Eadem quippe ipsius verba reuelãte spiritu sancto, intelligentib. iam non erant M
futura prouerbia. Neque enim loquente in eorum cordib. spiritu sancto, taciturus erat vnigenitus filius, qui dixit in ea hora palam se illis annunciaturum esse de patre, quod eis vtiq; iam intelligentib. non esset prouerbiũ, sed hoc quoque ipsum quomodo simul loquãtur in suorum spiritalium cordib. & Dei filius & spiritus sanctus, immo ipsa trinitas, q̃ inseparabiliter operatur, intelligentibus est verbum, non intelligentibus autem prouerbium. Cum ergo dixisset propter qd omnia sit locutus, vt in illo scilicet pacem haberẽt,

in mundo habentes pressurã exhortatusque fuisset, vt cõsiderent, quia ipse vicit mundũ, eo qui erat ad illos sermone finito, deinde ad patrem verba direxit, & orare iam cœpit: sic enim Euangelista sequitur dicens: Hæc locutus est Iesus, & subleuatis oculis in cœlũ dixit: Pater, venit hora clarifica filium tuũ.) Poterat dñs noster vnigenitus & coæternus patri, in forma serui, & ex forma serui si hoc opus esset, orare silentio, sed ita se patri exhibere voluit precatorem, vt meminisset nostrum se esse doctorem. Proinde eam q̃ fecit
A orationem pro nobis, notam fecit & nobis, quoniam tanti magistri non solũ apud ipsos sermocinatio, sed etiã ipsius pro ipsis ad patrem oratio, discipulorum est ædificatio, & si illorum qui hęc dicta aderant audituri, p̃fecto & nostra qui fueramus cõscripta lecturi. Quapropter hoc quod ait, Pater, venit hora, clarifica filium tuum, ostendit omne tp̃s, & quid & quando faceret vel fieri sineret, ab illo esse dispositũ, qui tempori subditus non est, quoniam quæ futura erant per singula tẽpora in Dei sapientia causas efficientes hẽnt, in qua nulla sunt tempora. Non ergo credat hæc hora fato vrgẽte venisse, sed Deo potius ordinante, nec syderea necessitas Christi cõnexuit passionem, absit. n. vt syderamori cogerent syderum conditorẽ. Nõ itaq; Christi tempus vt moreret impegit, sed tẽpus Christus quo moreretur elegit, qui etiam tempus quo de virgine natus est cum patre cõstituit, de quo sine tempore natus est, secundum q̃
Gala. 4. veram sanamque doctrinam etiam Paulus Apostolus: Cum autem venit, inquit, plenitudo temporis, misit Deus filium suũ: & Deus
B per Prophetam: Tempore, ait, accepto exau
Esai. 59. diui te, & in die salutis adiuui te, & rursus
2. Co. 6. Apostolus, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Dicit ergo Pater venit hora, qui cum patre disposuit omnes horas, tanquam dicens: pater, quam propter homines & apud homines ad me clarificandum simul cõstituimus, venit hora, clarifica filiũ tuum, & vt filius tuus clarificet te. Clarificatũ à patre filium non nulli accipiunt in hoc q̃ ei nõ pepercit, sed pro nobis omnib. tradidit eum: sed si passione clarificatus dr, quanto magis
Rom. 8. resurrectione? Nã in passione magis eius humilitas quam claritas commendat, Apostolo attestante qui dicit. Humiliauit semetipsũ:
Phil. 2. factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, deinde sequitur, & de eius clarificatione iam dicit: Propter quod & Deus illum exaltauit, & donauit ei nomen qđ est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Hæc est glorificatio domini nostri Iesu Christi, q̃ ab eius resurrectione sumpsit exordiũ. Humilitas ergo eius incipit in sermone Apostoli, ab eo loco vbi ait: Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, & peruenit C
vsq; ad mortem crucis, claritas vero eius incipit ab eo loco vbi ait, Propter qđ & Deus exaltauit cũ, & peruenit qđ in gloria est, Dei patris: nam & ipsum nomen, si inspiciantur codices Græci, ex qua lingua Epistolæ Apostolicæ translatæ sunt in Latinam, quod hic legitur gloria ibi legitur, δόξα. Vnde verbũ deriuatum est in Græco vt diceretur δοξάω, quod interpres Latinus ait clarifica, cũ posset etiam glorifica dicere, quod tantundẽ valet. Et ideo posset etiã in Apostoli epistola, vbi est gloria, claritas poni, quod si fieret, tãtundem valeret. Vt autem non recedatur à verborum sonis, quemadmodum à claritate clarificatio, sic à gloria glorificatio deriuat. Vt ergo mediator Dei & hominum homo Christus Iesus resurrectione clarificaret vel glorificaretur, prius humiliatus est passione: non enim à mortuis resurrexisset, si mortuus non fuisset. Humilitas claritas est meritũ, claritas humilitatis est præmium, sed hoc factũ est in forma serui. In forma vero Dei semper fuit, semper erit, claritas enim non fuit quasi iam non sit, nec erit quasi nondum sit, sed si- D
ne initio, sine fine semper est claritas. Quod ergo ait, Pater venit hora, clarifica filiũ tuũ: sic intelligendum est tanquam dixerit, venit hora seminandæ humilitatis, fructum non differas claritatis, sed quid sibi vult quod sequitur, Vt filius tuus clarificet te?] Nunquid etiam Deus pater pertulit humilitatẽ carnis siue passionis, ex qua illum claricari oporteret? Quomodo igitur eum clarificaturus erat filius, cui° claritas sempiterna, nec ex forma serui potuit videri minor, nec in diuina persona potuit esse amplior? Sed istam quæstionem in hunc sermonem nolo coarctare, aut hinc eum facere longiorem.

De eo

De eo quod dicit, Sicut dediſti ei poteſtatē oīs carnis: vſq; ad id claritate q̄ habuit pri uſquam mundus fieret apud te. Tract. CV.

De Cap. XVII.

GLorificatū a patre filiū ſm formā ſerui q̄ pater ſuſcitauit à mortuis, & ad ſuā dexterā collocauit, res ipſa iudicat, & nullus ambigit Chriſti anus: ſed qm̄ nō tm̄ dixit, Pater clarifica filiū tuū: ſed addidit ēt, Vt filius tuus clarificet te:) merito quærit quō clarifi cauerit filius, cum ſempiterna claritas patris nec diminuta fuerit i forma humana, nec augeri potuerit in ſua perfectionē diuina, ſed i
E ſeipſa claritas patris nec augeri pōt. Apud ho
Pſal. 75. mines aūt ꝓculdubio minor erat, qñ in lu-
Pſal. 49. dea tantummodo Deus notus erat: nondū à
& 112. ſolis ortu vſq; ad occaſum laudabant pueri nomē dñi. Hoc aūt quia per Euangeliū Chriſti factum eſt, vt per filium pater in, notēſceret gētibus ꝓfecto patre clarificauit & filius: ſi autē tantūmodo mortuus fuiſſet filius, nec reſurrexiſſet, proculdubio nec à patre clarificatus eſſet, nec patrē clarificaſſet; nunc aūt reſurrectione clarificatus à patre, reſurrectionis ſuæ p̄dicatione clarificat patrē. Hoc quippe aperit ordo ipſe verborū: Clarifica, i quit, filiū tuū, vt filius tuus clarificit te: tanq̄ diceret, reſuſcita me vt innoteſcas toti orbi p me: deinde magis magisq; pandēs quō clarificet patrē filius: Sicut dediſti, inquit, ei poteſtatē oīs carnis, vt oē qđ dediſti ei, det eis vitā ęternam.) Oēm carnē dixit oēm hoiem: a parte totum ſignificans, quemadmodū rurſus à parte ſuperiore ſignificat eſt hō totus:
Rom. 13. vbi ait Apoſtol⁹. Oīs aīa poteſtatib. ſublimio-
rib. ſubdita ſit. Quid. n. dixit oīs aīa, niſi oīs
F homo? Et hoc aūt q̄ poteſtas Chriſto, a parte data eſt oīs carnis, ſm hoiem intelligendum eſt: nam ſm Deum oīa per ipſum facta ſunt, & in ipſo condita ſunt oīa in cœlo & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſicut ergo dediſti ei poteſtatem inq̄t, oīs carnis, ita te glorificet
Ioan. 1. filius tuus. i. notum te faciat omni carni quā dediſti ei, ſic. n. dediſti vt oē quod dedit, det eis vitam æternam. Hæc eſt aūt, inquit, vita æterna vt cognoſcant te ſolum verum Deū, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.) Ordo verborum eſt, vt te & quem miſiſti Ieſum Chriſtum cognoſcant, ſolum verum Deum, cōſequenter. n. & ſpūſſanctus intelligit, quia ſpūs eſt patris & filii, tanquam charitas ſubſtātialis & conſubſtantialis amborum, qm̄ nō duo dii pater & filiꝰ, nec tres dii pater & filius & ſpūſſanctus, ſed ipſa trinitas, vnꝰ ſolus verus Deus, nec idem tm̄ pater qui filius, nec idem filius qui pater, nec idē ſpūſſanctus qui pater & filius, qm̄ tres ſunt pater & filius & ſpūſſanctus, ſed ipſa trinitas vnus eſt Deus, ſic ergo eo modo te glorificat filius ſicut dediſti ei poteſtatē oīs carnis, & ſic dediſti ei, vt oē quod dediſti ei det eis vitā æternā, & hęc eſt vita æterna, vt cognoſcant te, ſic te igit̄ filius glorificat, vt omnib. quos dediſti ei te cognitum faciat. Porro ſi cognitio Dei eſt vita ęterna, tanto magis viuere tendimus, quanto ma G
gis in hac cognitione proficimus. Non aūt moriemur in vita æterna, tunc ergo Dei cognitio perfecta erit, qm̄ nulla mors erit. Sūma Dei tūc clarificatio, quia ſumma gloria, quæ Græce dr δόξα. Vnde dictum δοξάσον quod Latini qđā interpretati ſūt clarifica, qđā glorifica. A veterib. autē gloria q̄ glorioſi hoīes dicunt, ita eſt definita: Gloria eſt frequens de *Gloria*
aliquo fama cum laude. At ſi homo laudaſ, *quid ſit.*
cum famæ credit̄, quomodo Deus laudabit̄, *Pſal. 83:*
qm̄ ipſe videbitur? Propter quod ſcriptū eſt, Beati qui habitant in domo tua, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Ibi erit Dei ſine fine laudatio, vbi erit Dei plena cognitio, & qa plena cognitio ideo ſumma clarificatio vel glorificatio, ſed prius hic clarificatur Deus, dum annūciatus hominib. innoteſcit, & per fidem credētium prædicatur: Propter quod dicit, Ego te clarificaūi ſuper terram, opus conſummaui quod dediſti mihi vt faciam.) Non ait, iuſiſti, ſed dediſti, vbi commendatur euidens gratia, quid enim habet, quod non accepit etiam in vnigenito humana natura? An non accepit, vt nihil mali, ſed bona H
faceret omnia, quando in vnitatem perſonæ ſuſcepta eſt à verbo, per qđ facta ſunt omnia? Sed quomodo conſummauit opus quod accepit vt faciat, cum reſtet adhuc paſſionis experimentum, vbi martyrib. ſuis maxime præbuit quod ſequerentur exemplum:
vnde Apoſtolus Petrus, Chriſtus paſſus eſt *1. Pet. 2.*
pro nobis, relinquens nobis exemplum, vt ſequamur veſtigia eius, niſi quia conſummaſſe ſe dicit, qđ ſe conſummatum eſſe certiſſime nouit? Sicut longe ante in prophetia prēteriti temporis vſus eſt verbis, quando poſt *Pſal. 21.*
annos plurimos futurum erat quod dicebat,

Foderũt,inquit,manus meas & pedes meos, & dinumerauerũt oĩa ossa mea,nõ ait,fodiẽt & dinumerabunt. Et in hoc ipso Euangelio: Oĩa, inquit, q̃ audiui à patre meo nota feci vobis,qb.ait postea,Adhuc multa habeo vobis dicere,sed non potestis portare mõ. Qui enim certis & immutabilib.causis oĩa futura prædestinauit,quod facturus est fecit:nam & per Prophectam dictum de illo est, qui fecit quæ futura sunt.Secundum hoc etiam qđ sequit̃ dicit, Et nunc clarifica me tu pr̃ apud te
I metipsum claritate q̃ habui priusquam mundus esset apud te.) Nã & supra dixerat, Pater venit hora,clarifica filiũ tuũ,vt filius tuus clarificet te. In quo verborũ ordine ostenderat prius a patre clarificandũ filiũ,vt patrẽ clarificaret & filius:modo autẽ dixit,Ego te clarificaui sup terram, opus cõsummaui qđ dedisti mihi vt faciã,& nunc clarifica me tanquã prior ipse patrẽ clarificauit, à quo deinde vt clarificet exposcit.Ergo intelligẽdũ est vtroque verbo superius vsum,ſm id qđ futurum erat,eoq; ordine qđ futurum erat,clarifica filium, vt te clarificet filius, modo vero vsum fuisse verbo ꝑteriti tpis de re futura, vbi ait, Ego te clarificaui sup terram,opus consummaui qđ dedisti mihi vt faciã,deinde dicendo,& nunc clarifica me tu pr̃ apud temetipsum,quasi posterius esset clarificãdus a pre, quẽ prius ipse clarificauerat,qd ostendit nisi superius vbi ait, Ego te clarificaui sup terrã, ita locutum se fuisse,tanq̃ feciſſet qđ facturꝰ esset,hic aũt popoſciſſe vt pr̃ faceret, per qđ illud filius facturus esset.i.vt pr̃ clarificaret filium,per q̃ filii clarificationẽ et filius clarificaturus eẽt patrẽ.Deniq; si de re q̃ futura erat ponamus ẽt futuri tpis verbum, vbi pro tpe futuro posuit ipse ꝑteritum,nulla sñix rema nebit obscuritas,veluti si dixisset Ego te cla-
K rificabo sup terram,opus cõsummabo qđ dedisti mihi vt faciã,& nunc clarifica me tu pr̃ apud temetipsum.Nẽpe ita planum est, sicut illud vbi ait,Clarifica filium tuũ, vt filius tuꝰ clarificet te,& ipsa est oĩno sñia,nisi quia & hic dictus est eiusdẽ clarificationis modꝰ,ibi autem tacitus, tanq̃ illud isto exponeret eis, quos poterat permouere, qũo pater filiũ, & maxime qũo patrem clarificet & filius.Dicẽdo.n.clarificari à se patrem sup terrã,se autẽ à patre apud eundem patrem,modum profecto vtriusq; clarificationis ostẽdit. Ipse q̃ppe patrẽ clarificauit super terram, eum gentib. prædicãdo,pr̃ vero ipsum apud semetipsum ad suam dexteram collocando, sed ideo postea de clarificando pr̃e vbi ait,Ego te clarifi caui,verbum præteriti tpis ponere maluit,vt monstraret in prædestinatione iã factum, & pro iã facto habendum, qđ certissime fuerat futurũ.i.vt a pr̃e apud patrẽ glorificatus,patrem sup terrã glorificaret & filius,sed hanc prædestinationẽ in sua clarificatione manifestius aperuit,qua eũ clarificauit pr̃, in eo qđ adiunxit Claritate q̃ habui priusquã mũdus L.
esset apud te:) ordo verborum est,quã habui apud te priusquam mũdus esset. Ad hoc valet qđ ait,& nunc clarifica me, hoc est, sicut tunc ita & nunc,sicut tunc prædestinatione, ita & nũc perfectione, fac in mũdo qđ apud te iam fuerat ante mundũ, fac in suo tpe qđ ante oĩa tpa statuisti. Hoc q̃dam sic intelligẽdum putarunt,tanq̃ natura humana,q̃ susceptа est à verbo,conuertereẽ in verbum,& hõ mutareẽ in Deũ,immo si diligentius qđ opinati sunt cogitemus,hõ periret in Deo:nõ.n. quisquam ex ista mutatione hoĩs vel duplicari Dei verbum dicturus est, vel augeri,vt aut duo sint qđ vnum,aut amplius sit qđ minus fuit.Porro si natura humana in verbũ mutata atq; cõuersa,verbum Dei q̃tum erat & quod erat hoc erit vbi est homo si non periit? Sed ad hãc opinionẽ,quã veritati prorsus nõ video cõuenire,nihil nos vrget, si filio dicẽte: Et nunc clarifica me tu pr̃ apud temetipsum claritate q̃ habui priusquã mũdus esset apud te,intelligim⁹ ꝑdestinationẽ claritatis humanæ,q̃ in illo est,naturæ,ex mortali immortalis apud patrem futuræ,& hoc iam prædestinando factum fuisse,antequam mũdus esset, *Ephe. 1.*
qđ in mundo etiam suo tempore fieret. Si.n. de nobis dixit Apostolus, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, cur abhor M
rere putaꝝ a vero, si tũc pater caput nostrum glorificauit, quando nos in ipso vt membra eius essemus elegit? Sic enim nos electi quomodo ipse clarificatus,quia priusquam mũdus esset,nec nos eramus, nec ipse mediator Dei & hoĩum homo Christus Iesus.Sed ille, *1. Tim. 1.*
qui per ipsum inquantum verbum eius est, etiam quæ futura sunt fecit, & vocat ea quæ non sunt tanquam sint,profecto secundũ id q̃ mediator Dei & hoĩum homo est ante mũdi cõstitutionem, pro nobis Deus pater glo-

rificauit

rificanit ipsum, si tunc elegit etiam nos in ipso: quid enim dicit Apostolus scimus autem
Rom. 8. quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti: quos enim præscivit & prædestinavit conformes fieri imaginis filii eius, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus, quos autem prædestinavit, illos & vocavit, nisi forte ipsum prædestinatū dicere formidabimus, quia de nobis tantum vt efficiamur cōformes imaginis eius, hoc dixisse videret Apostolus? Quasi vero quisq; regulam fidei fideliter intuens, filiū Dei negaturus est prædestinatum, qui eum negare homine non potest. Recte quippe dr̄ non prædestinatus secundum id quod est verbum Dei, Deus apud Deum, vt quid enim prædestinaret, cum iam esset quod erat sine initio, sine termino sempiternus? Illud enim prædestinatū erat quod nondum erat, vt sic suo tempore fieret, quēadmodum ante omnia tempora prædestinatum erat vt fieret, Quisquis igitur Dei filium
A prædestinatum negat, hunc eundem filium hominis negat. Sed propter contētiosos etiā hinc audiamus Apostolum in suarum exordio literarum: nam & in prima Epistolarum eius quæ est ad Romanos, & ipsius Epistolæ principium est, vbi legitur: Paulus seruus Ie
Rom. 1. su Christi vocatus Apostolus segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnē, qui prædestinatus est filius Dei in virtute secūdum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum secundum hanc ergo prædestinationem etiam glorificatus est antequam mundus esset, vt esset claritas eius ex resurrectione mortuorum apud patrē, ad cuius dexteram sedet. Cū ergo videret illius prædestinatæ suæ clarificationis venisse iam tempus, vt & nūc fieret in redditione quod fuerat in prædestinatione iam factum, orauit dicens, & nunc clarifica me tu pater apud te metipsum claritate quam habui priusquam
B mundus esset apud te, tanquam diceret, clari tatem quam habuit apud te, idest, illam clari tatem quam habui apud te in prædestinatione tua, iā tempus est vt apud te habeam etiā viuens in dextera tua, sed quoniam nos diu
Dec. 15. tenuit huius discussio quæstionis, alio quæ sequuntur sermone tractanda sunt.

De eo quod dicit, Manifestauit nomen tuum hominibus: vsque ad id, Et crediderunt quia tu me misisti. Tract. CVI.

DE his verbis dñi, sicut ipse donauerit, sermone isto disputaturi sum⁹ q̄ ita se habēt: Manifestaui nomen tuū hoīb. quos dedisti mihi de mundo. Q̄ si de his tm̄ dicit discipulis cū qb. cœnauit, & ad quos antequā orare inciperet tā multa locutus est, non pti net hoc ad illam clarificationē, siue vt alii interpretati sunt glorificationē, de qua superi⁹ loquebat, qua fili⁹ clarificat vel glorificat patrē, q̄ta est. n. vel qualis gloria, duodecim vel vndecim poti⁹ innotuisse mortalibus? Si aūt q̄d ait manifestaui nomen tuū hoīb. quos de disti mihi de mūdo: oēs hic inteligi voluit, ēt qui in eū fuerāt crediturī, ad eius magnā q̄ futura erat ex oīb. gentib. Ecclesiā ptinentib. de qua in Psalmo canit̄, In Ecclesia magna *Psal. 34.*
cōfitebor tibi: est plane ista clarificatio qua filius clarificat patrē, cū eius nomē notū fa- C
cit oīb. gētib. & tā multis gnationib. hoīum: & tale est hoc q̄d ait, manifestaui nomē tuū hoīb. quos d̄disti mihi de mūdo. quale illud q̄d pauloante dixerat, Ego te clarificaui sup terrā: pro tpe futuro & illic & hic prēteritū ponēs, sicut qui sciret p̄destinatū esse vt id fieret, & ió fecisse dicēs se, q̄d erat sine vlla dubitatione facturus: sed de illis qui iā erāt discipuli eius, nō de oīb. qui in illū fuerāt crediturī eū dixisse q̄d dixit, manifestaui nom.ē tuū hoīb. quos dedisti mihi de mundo, ea q̄ sequunt credibili⁹ esse demōstrāt: cū. n. hoc dixisset, adiūxit: Tui erāt, & mihi eos dedisti, & sermonē tuū seruauerūt, nō cognouerūt, qa oīa q̄ dedisti mihi abs te sunt, quia verba q̄ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt & cognouerunt vere qa a te exiui, & crediderunt qa tu me misisti.) Quanq̄ & hæc oīa de futuris oīb. fidelib. dici potuerūt specie pfecta, cū adhuc esset futura, sed vt de his solis, quos tunc hēbat discipulis hæc loqui intelligat̄, illud magis vrget q̄d paulopost ait: Cū essem cū eis, ergo seruabam eos in noie tuo, D
quos dedisti mihi custodiui, & nemo ex his p̄iit nisi filiꝰ p̄ditionis, vt scriptura adimplea- *Ps. 40. et 54. et 108.*
tur: Iudā significās q tradidit eū. Ex isto q̄ppe duodenario numero Apostolorū solus periit, deinde subiūgit, nūc aūt ad te venio, vñ manifestum est eum de corporali sua dixisse

præsentia,cũ essem cũ eis ego seruabam eos, veluti iã cum eis ea præsẽtia nõ esset. Eo modo. n. significare voluit ascẽsionem suã mox futuram,de qua dixit: Nunc aũt ad te venio, iturus vtiq; ad dexteram patris,vnde vẽturus est ad viuos & mortuos iudicãdos prẽsentia itidem corporali,ſm fidei regulam sanamq; doctrinã:nam præsẽtia spiritali cum eis erat vtiq; venturus post ascensionem suam, & cũ tota Ecclesia sua in hoc mũdo vsq; in cõsummationem seculi.Non itaq; recte intelliguntꝫ de qb.dixerit,cum essem cum eis,ego seruabã illos, nisi hi quos in ſse credentes seruare
E iam cœperat prẽsentia corporali,& quos relicturus fuerat absentia corporali vt eos cũ patre seruaret præsentia spiritali: post vero adiungit & cæteros suos,vbi dicit nõ pro his aũt rogo tm̃, sed & pro his qui crediturisũt p verbum eorũ in me. Vbi manifestius ostendit,qđ non de oĩb. ad eum pertinentib. superius loquereꝫ,ab eo loco vbi ait:Manifestaui nomen tuũ hominib.quos dedisti mihi , sed de his tm̃ qui eum cũ illa diceret audiebant.
Su. trac. 104. Ab ipso itaq; orationis eius exordio vbi sublevatis oculis in cẽlum dixit,Pater,venit hora clarifica filium tuũ vt filius tuus clarificet te,vsq; ad illud qđ paulopost ait, Et nũc clarifica me pater apud teipsum claritate q̃ habui priusquam mundus esset apud te, omnes suos volebat intelligi,qb.notum faciẽdo patrem clarificat eum.Cum.n.dixisset, vt filius tuus clarificet te,mox quemadmodum id fieret,demonstrauit dicens: Sicut dedisti ei potestatem oĩs carnis,vt omne qđ dedisti ei,det eis vitam æternam:hæc est aũt vita æterna,vt cognoscãt te solũ verum Deũ,& quẽ misisti
F Iesum Christũ.Non enim potest cognitione hominum clarificari pater, nisi & ille cognoscaꝫ per quem glorificatur.i.per quem populis innotescit. Hęc est glorificatio patris,quę non circa solos illos Apostolos facta est, sed circa omnes homines fit,qb.in suis membris caput est Christus : neq; enim de solis Apostolis põt intelligi : Sicut dedisti ei potestatẽ omnis carnis, vt oẽ quod dedisti ei det eis vitam æternam,sed vtiq; de omnib.quib. in eũ crẽdentib.vita æterna daꝫ. Iam nunc ergo videamus qd de illis a qb.tunc audiebaꝫ,discipulis suis dicat. Manifestaui, inquit, nomen tuum hominib.quos dedisti mihi.Non ergo nouerant Dei nomen cũ essent Iudæi? Et vbi
1.Co.11.

est qđ legitur,Notus in Iudęa Deus,in Israel magnum nomen eius?Ergo manifestaui nomen tuum hominib. istis , quos dedisti mihi de mundo,qui me audiunt hoc dicentẽ,non illud nomen tuum quo vocaris Deus,sed illud quo vocaris pater meus,quod nomẽ manifestari sine ipsius filii manifestatione non posset:nam quod Deus dr̃,vniuersæ creaturę & omnib.gentib.antequam in Christum crederent , non omnimodo esse potuit hoc nomen ignotum. Hæc est enim vis veræ diuinitatis,vt creaturæ rõnali iam rõne vtenti, non omnino ac penitus possit abscondi.Exceptis enim paucis,in qb. natura nimium deprauata est,vniuersum genus humanũ Deũ mundi huius fateꝫ authorẽ . In hoc ergo quod fecit hunc mũdum cœlo terraq; conspicuum , & antequã imbuerentur in fide Christi , notus omnib. gentib. Deus. In hoc aũt quod nõ est in iniuriis suis,& cum diis falsis colẽdus, notus in Iudæa Deus, in hoc vero,qđ pater est huius Christi, per quem tollit peccata mundi,hoc nomen eius prius occultũ omnibus, nũc manifestauit eis quos dedit ei pater ipse de mundo,sed qũo manifestauit si nondũ venit hora,de qua superius dixerat,quod veniret hora cum iã non in prouerbiis,inquit,loquar vobis,sed palam de patre meo annũciabo vobis?An vero annunciatio manifesta putabiꝫ in prouerbiis?Cur ergo dictum est, palam annunciabo vobis, nisi qa in prouerbiis nõ est palã?Quod aũt nõ in ꝓuerbiis occultaꝫ,sed verbis manifestaꝫ proculdubio palã dr̃: qũo ergo manifestauit qđ nondum palã dixit?Proinde sic intelligendum est,pro tpe futuro præteritum positum quemadmodum illud: Omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis,qđ nondum fecerat,sed loquebaꝫ
H quasi feciſſet, quod immobiliter esse prędixũ sciebat,vt faceret,quid est autem,Quos dedisti mihi de mundo?) Dictum est enim de illis q̃ non essent de mundo,sed hoc illis regeneratio præstitit,non generatio, quid est etiam quod sequitur,Tui erãt,& mihi eos dedisti.) An aliquando erant patris,quando non erãt vnigeniti filii eius,& habuit aliquando pater aliquid sine filio? Absit. Veruntamen habuit aliquid aliquando Deus filius, quod nõdum habuit idem ipse homo filius,quia nondum erat homo factus ex matre,quando tamẽ habebat vniuersa cum patre. Quapropter quod
Pſal.75.
G
Sup. tra.

dixit

dixit tui erant, non inde se separauit Deus filius, sine quo nihil vnquam pater habuit, sed solet ei tribuere omne qđ potest, à quo est ip se qui pōt, à quo. n. habet vt sit, ab illo habet vt possit, & simul vtrunq; semper habuit, qa nunquam fuit, & nō potuit, quo circa qcqd potuit pater, semper cū illo filius potuit, qñ ille qui nunq̄ fuit & non potuit, nunq̄ sine patre fuit, nunq̄ sine illo pater fuit, ac p hoc sicut pater æternus omnipotens, ita filius co-æternus oīpotens, & si oīpotens vtiq; omni tenens, id enim potius verbum è verbo inter
I pretamur, si proprie volumus dicere, quod à Græcis dr παντουζατωρ, qđ nostri, non sic interpretantur vt oīpotens dicerent, cum sit παντοκρατωρ omnitenens, nisi tantundē vale re sentirent. Quid ergo vnq̄ habere potuit æternus omnitenens, qđ non simul habuerit coæternus omnitenens? qđ itaq; ait, Et mihi eos dedisti, hoīem se accepisse hanc ptātem vt eos hret ostendit, qñ qui semper oīpotēs fuit, non semper homo fuit Quamobrem cū patri pōtius tribuisse videat, vt ab eo illos ac ceperit, qñ ex ipso est quicquid est de quo est, ēt ipse sibi eos dedit, hoc est, cum patre Deus Christus hoī Christo, qđ cū patre non est, hoīes dedit: denique qui hoc loco dicit,
Su.tr.87 Tui erāt, & mihi eos dedisti: nā superius eisdē
Ioan. 1 discipulis dixerat, Ego vos de mundo elegi: cōterat hic cogitatio carnalis atq; dispereat: de mūdo sibi a patre dicit filios datos hoīes, qb. alio loco dicit, ego vos elegi de mūdo. Quos Deus filius de mundo elegit cum patre, idem ipse homo filius de mundo eos accepit à patre, non. n. pater filio dedisset, nisi elegisset, ac per hoc filius sicut non inde separauit patrem, qñ dixit, ego vos de mundo ele
J gi, qñ simul eos elegit & pater, sic nō inde separauit & se, qñ dixit, tui erant, qa & ipsius
K filii pariter erant, nunc aūt homo idem ipse filius accepit eos qui non erant ipsius, qa & formā serui accepit Deus idem quæ nō erat ipsius: sequitur ac dicit, Et sermonem tuum seruauerunt, nunc cognouerunt quia omnia quæ dedisti mihi abs te sunt: Idest, cognouerunt quia abs te sum, simul enim pater dedit omnia cum genuit qui haberet omnia. Quia verba, inquit, quæ dedisti mihi dedi eis, & ipsi acceperunt.] Idest, intellexerunt atque tenuerunt, tunc enim verbum accipit, qñ mente percipit, Et cognouerūt, inquit vere quia à te exiui, & crediderunt qa tu me misisti:] Et hic subaudiēdum est, vere, qđ tunc dixit, cognouerūt vere, exponere voluit adiungendo, & crediderūt, hoc itaq; crediderūt vere, qđ cognouerūt vere, id est. n. a te exiui, qđ est tu me misisti. Cū ergo dixisset, cognouerunt vere, ne qsquā putaret istā cognitionē tanq̄ per speciē factam non per fidem, exponēdo addidit, & crediderūt, vt subaudiamus vere, & intelligamus hoc dictum esse, cognouerunt vere, qđ est crediderūt vere, non eo mō quem significauit pauloante, cum dixit, modo creditis. Venit hora & iā venit vt dispergamini vnusquisq; in propria, & me solū relinquatis. Sed crediderunt vere 1. quō creden *Sup. tra.*
dum est, incōcusse, firme, stabiliter, fortiter, *113.*
nō iam in propria redituri, & Christum relicturi. Adhuc ergo discipuli nō erāt tales quales eos dicit verbis præteriti tpis, quasi iam non essent, prēnuncians quales futuri essent: accepto. s. spiritu sancto, qui eos sicut ꝓmissum est, doceret omnia, quem priusquam ac *Mat. 26.*
ciperent quomodo seruauerunt eius sermonem, quod de illis quasi fecerint dixit qñ primus eorum ter eum negauit, cum ex ore ei⁹ audisset quid futurum esset homini, qui eum coram hominibus negauisset? Dedit ergo eis verba sicut dixit, quę dedit ei pater, sed quādo illa non foris in auribus, sed intus in cordibus spiritaliter acceperunt, tunc vere acceperunt, quia tunc vere cognouerunt, vere autem cognouerunt, quia vere crediderunt, ipsi autem filio quomodo pater ea verba dederit, quib. verbis homo poterit explicare? Facilior sane quæstio vr, si secundum id quod filius est hominis, accepisse a patre illa verba credatur, quanquam natus ex virgine quādo & quomodo ea didicerit, quis enarrabit quā do etiam ipsam quæ de virgine facta est, gegenerationem eius quis enarrabit? Si vero secū M
dum id quod est de patre genitus patrique *Actor. 8.*
coæternus, accepisse patre ista verba cogita *Esai. 53.*
tur, nihil ibi temporis cogitetur, quasi prius fuerit qui ea non habuerit, atque vt haberet, quæ non habebat acceperit, quoniam quicquid Deus pater Deo filio dedit, gignēdo dedit, ita enim dedit filio pater, sine quibus filius esse nō posset, sicut ei dedit vt esset: nam qūo verbo aliter verba daret aliqua ī quo in effabiliter dixit omnia? Sed iam quæ sequuntur, alio sunt expectanda sermone.

De eo quod dicit: Ego pro eis rogo, nō pro mundo rogo: vsque ad id, Et hæc loquor in mundo vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Tract. CVII.

Dec. 17. CVm de his quos iā discipulos habebat dñs loqueret ad patrem, inter alia etiā dixit hoc, Ego pro eis rogo, non pro mūdo, sed pro his quos dedisti mihi. Mundum vult modo intelligi, qui viuunt ſm concupiscentiam mundi, & non sunt in ea sorte gratiæ vt ab illo eligant ex mundo, non itaq; pro mundo, sed pro his quos ei pater dedit, rogare se
A dicit. Per hoc.n. quod eos illi pater iā dedit, factum est vt non pertineant ad eum mundū pro quo non rogat: deinde subiungit: Quia tui sunt.) Neque.n. quia pater eos filio dedit, amisit ipse quos dedit, cū adhuc filius sequat & dicat, Et mea oīa tua sunt, & tua mea sūt.) Vbi satis apparet quō vnigeniti filii sint oīa q̄ sunt patris, per hoc vtiq; qđ etiā ipse Deus est, & de patre patri est natus ęqualis, nō quō
Luc. 15. dictū est vni ex duob. filiis, maiori. ſ. Tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Illud enim dictum est de his omnib. creaturis, quæ infra creaturam rōnalem sunt, quæ vtiq; sub
Luc. 20. duntur Ecclesiæ, in qua vniuersa Ecclesia & illi duo intelliguntur filii maior & minor, cū omnib. angelis sanctis, quib. erimus æquales in regno Christi & Dei, hoc aūt ita dictum est, Et mea omnia tua sunt, & tua mea, vt hic sit etiam ipsa creatura rationalis, quæ nō nisi Deo subdit, vt ea quæ infra illam sunt cūcta subdantur. Hæc ergo cum sit Dei patris, non simul esset & filii, nisi patri esset æqualis, de ipsa q̄ppe aiebat, cū diceret, Non pro mūdo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt, & mea omnia tua sunt, & tua mea, nec
B fas est vt sancti quib. hæc locutus est cuius q̄ sint, nisi eius a quo creati & sanctificati sunt, ac per hoc & oīa quæ ipsorum sunt, necesse est vt eius sint cuius & ipsi sunt, ergo cum & patris & filii sint, ęquales eos esse demōstrat, quorū æqualiter sunt, illud autem quod ait, cum de spiritu sancto loqueret, Omnia quæ habet pater, mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet & annunciabit vobis, de his dixit quæ ad ipsam patris pertinent diuinitatē, in quib. illi est æqualis, omnia quæ habet habendo, neque.n. spūs sanctus de creatura quæ patri est subdita & filio, fuerat acceptur⁹ qđ ait, & de meo accipiet, sed vtiq; de patre, de quo procedit spūs, de quo est natus & filius: Et clarificatus sum, inquit, in eis.) Nunc suā clarificationem tanq̄ facta sit dicit, cum adhuc esset futura, superius autem a patre poscebat vt fieret. Sed vtrū ipsa sit clarificatio: de qua dixerat, & nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate, quā habui priusquam mundus esset apud te, vtiq; requirendum est, si.n. apud te, qūo in eis? An cum hoc ipsum innotescit eis, ac per ipsos omnib. qui credunt eis testib. suis? Possumus planè intelligere sic dixisse dūm de Apostolis quod clarificatus sit in eis, dicēdo.n. esse iam factum, ostēdit iam fuisse prædestinatum, & certum haberi voluit quod esset futurum: Et iam, inquit, non sum in mundo sunt. (Si horam prius illam qua loquebet attēdas, vtiq; adhuc in mundo erant, & ipse. ſ. & ille quibus hæc dicebat, non enim secundum profectum * cordis & vitæ id accipere possumus vel debemus, vt illi propterea adhuc esse dicantur in hoc mundo qđ mundana adhuc sapiant, ille autem iam non esse in mundo sapiendo diuina. Positum est hic enim verbum vnum, quod nos ita intelligere omnino non sinat, quia non ait, & non sum in mundo: sed, iam non sum in mundo: per hoc ostendens fuisse se in mundo, iam nō esse. Nunquid ergo fas est vt eum credamus aliquando mundana sapuisse, & ab hoc errore liberatū iam illa non sapere? Quis tam impio sensu se induerit? Restat igitur vt secūdum id quod ipse etiam in mundo prius erat in mūdo se dixerit iam nō esse, profecto præsentia corporali mundo. ſ. absentiam suam iam nato futuram, illorum aūt tardius, per hoc ostendens, quod se iam nō hic esse, illos autem hic esse dixit, cum &
D ipse hic & illi adhuc essent. Sic.n. locutus est homo congruens hominib. vt mos loquēdi sese habet humanus vsus. An nō quotidie dicimus, iam non est hic, de aliquo quantotius habituro? Et maximè hoc de morituris solet dici, quanquam & ipse dominus tanquā præuidēs, quid lecturos mouere posset, adiecit, Et ego ad te venio:) sic exponens quodāmodo cur dixerit, iam non sum in mundo, commendat ergo eos patri, quos corporali absentia relicturus est, dicens, Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi: Nempe sicut homo Deū rogat pro discipulis suis

quos

Supra Tract. 100.

Sup. tract. 105.

C

Alias, prosectum.

Infra ti. 110.

quos accepit à Deo, sed attende non sequit, Vt sint, inquit, vnum sicut & nos:) non ait, vt nobiscum sint vnum, aut simus vnum ipsi & nos, sicut vnum sumus nos: sed ait, sint vnũ, sicut & nos, ipsi vtiq; in natura sua sint vnum, sicut & nos in nostra vnum sumus, quod ꝑculdubio verum non diceret, nisi ꝓm hoc diceret, quod eiusdẽ naturæ Deus est cuius & pater, ꝓm qđ alibi dixit, ego & pater vnum sumus, non ꝓm id quod etiam homo est: ꝙ̃ ꝓm hoc, pr̃ maior me est, dixit. Sed qm̃ vna eadem q̃; persona est Deus & homo, intelligim⁹ hoiem in eo qđ rogat, intelligimus aũt Deum in eo qđ vnum sũt, & ipse & ille quẽ rogat: sed est adhuc in cõsequentib. locis de hac re diligentius disputandũ, hic aũt sequit, Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo.) Me, inqt, veniente ad te, serua eos in nomine tuo, in quo eos, qm̃ cum eis erã, & ipse seruabam. In nomine patris seruabat discipulos suos filius homo, cum eis humana præsentia constitutus, sed etiam pater in nomine filii seruabat quos in nomine filii petẽtes exaudiebat, his quippe idẽ filius dixerat, Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Neq; hoc tam carnaliter debemus accipere, velut vtiq; sim non seruent pater, & filius, amborum in nobis custodiendis alternãte custodia, quasi succedat alius qm̃ discesserit alius. simul. n. nos custodiunt pater & filius & spũssanctus, qui est vnus ver⁹ & beatus Deus. Sed scriptura nos non leuat nisi descendat ad nos, sicut verbum caro factum descendit vt leuaret, nõ cecidit vt iaceret. Si descendentem cognouimus. cum leuante surgamus, & intelligamus cum ita loquit, personas eũ distinguere, non separare naturas. Qm̃ ergo seruabat discipulos suos filius præsentia corporali, non expectabat pater ad custodiẽdum succedere filio discendente, sed eos ambo seruabant potentia spiritali, & qm̃ ab eis abstulit filius prçsentiam corporalem, tenuit cum patre custodiã spiritalem, quia & custodiendos qm̃ filius homo accepit, custodiæ paternæ non eos abstulit, & cũ pater filios custodiendos dedit, non dedit sine ipso cui dedit, sed dedit homini filio, nõ sine Deo eodẽ ipso vtiq; filio: sequit ergo filius & dicit, Quos dedisti mihi custodiui, & nemo ex his periit nisi filius perditionis, vt scriptura impleat.) Filius perditionis dictus est traditor Christi perditioni prædestinatus, ꝓm scripturam quæ de illo in psamo centesimooctauo maxime prophetat. Nunc aũt, inquit, ad te venio, & hæc loquor in mũdo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis.) Ecce in mũdo se loqui dicit, qui pauloante dixerat, iam nõ sum in mũdo, qđ cur dixerit ibi exposuimus, imo ipsum id ex posuisse docuimus: ergo & ꝙ nõdum abierat, hic adhuc erat, & ꝙ mox fuerat abitur⁹, hic quodammodo iam non erat. Qđ sit autẽ hoc gaudium de quo ait, vt habeant gaudiũ meum impletũ in semetipsis, iã superius expressum est, vbi ait, vt sint vnum sicut & nos, hoc gaudiũ suum. i. a se in eos collocatũ, in eis dicit implendum, ꝓp quod locutũ se dixit in mũdo. Hæc est pax illa & beatitudo in futuro seculo, ꝓp quam cõsequendã temperãter & iustè & piè viuẽdũ est in hoc seculo.

Ioan. 4. *Ioan. 10.* *Su. trac. 106.* *Ioan. 15.* *Psal. 40. & 54. & 108.* *Ad Ti. 2.*

De eo qđ dicit, Ego dedi eis sermonẽ tuũ, & mũdus eos odio habuit: vsq; ad id, Vt sint & ipsi sãctificati in veritate. Tract. CVIII.

LOquens adhuc dominus ad patrem, & orans pro discipulis suis, dicit, Ego dedi eis sermonẽ tuum, & mũdus eos odio habuit.) Nõdum id experti fuerãt passionibus suis quæ illos postea sũt secutę, sed more suo dicit ista, verbis præteriti tpis futura prænuncians, deinde causam subiiciens cur eos oderit mundus, Quia nõ sunt inquit, de mundo, sicut & ego non sum de mũdo. Hoc eis regeneratione collatũ est, nã generatione de mũdo erant, ꝓp quod iã eis dixerat, Ego vos de mundo elegi. Donatum est ergo eis, vt sicut ipse, nec ipsi essent de mundo, eos ipso liberante de mũdo. Ipse aũt de mũdo nunq̃ fuit, ꝙ etiam secundum formam serui de spiritu sancto ipse natus est, de quo illi renati: nam si propterea illi iam non de mundo, ꝙ renati sunt de spiritu sancto, propterea illi nunq̃ de mundo, quia natus est de spiritu sancto: Nõ rogo, inquit, vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo.) Adhuc enim necessarium habebant quanuis iam nõ essent de mũdo, esse tamen in mundo, repetit eandem sententiam, De mundo, inquit, nõ sunt, sicut & ego non sum de mũdo, sanctifica eos in veritate.) Sic. n. seruãtur ex malo, quod superius orauit vt fieret. Quæri aũt potest quomodo

Dec. 17. *Ioan 15.*

de

d mundo iam non erãt, si sanctificati in veritate nondum erant? aut si iam erant, cur posca vt sint? An qa & in veritate sanctificati, in eadẽ proficiũt sanctitate, fiuntq; sanctiores? Neq; hoc sine adiutorio gratiæ Dei, sed illo eorum sanctificante profectũ, qui sanctificauit inceptũ, vnde & Apostolus dicit, Qui in vobis opus bonũ cœpit, perficiet vsq; in diẽ Christi Iesu: sanctificant itaq; in veritate hæredes testamenti noui, cuius veritatis vmbræ fuerunt sanctificationes veteris testamẽti, & cũ sanctificant in veritate, vtiq; sãctificant in Christo, qui veraciter dixit, Ego sum via, veritas, & vita, itẽ qñ ait, Veritas liberabit vos: paulopost exponens qd dixerit, Si vos, inqt, filius liberauerit, tũc vere liberi eritis, vt ostẽderet hoc se priº dixisse veritatẽ qđ postmodum filiũ, qd ergo aliud ex hoc loco dixit, Sãctifica eos in veritate, nisi sanctifica eos in me? Deniq; sequit, & hoc apertius insinuare non desinit, Sermo, inquit tuus veritas est.) Quid aliud dixit, q̃ ego veritas sum? Græcum qppe Euangelium λόγος habet, qđ etiã ibi legit, vbi dictum est, In principio erat verbũ, & verbũ erat aput Deũ, & Deus erat verbũ. Et vtique verbũ ipsum nouimus vnigenitum Dei filiũ, qđ caro factũ est & habitauit in nobis, vnde & hic poni potuit, & in qbusdam codicib. positum est, Verbũ tuũ veritas est, sicut in qbusdam codicib. ẽt ibi scriptum est, In principio erat sermo: in Græco aũt sine varietate et ibi & hic λόγος est. Sãctificat itaq; pater in veritate. i. in verbo suo, in vnigenito suo suos hęredes eiusq; cohęredes, sed nunc adhuc de Apostolis loquit̃, nam secutus adiungit, Sicut me misisti in mundum, & ego misi eos in mundũ.) Quos misit Apostolos suos? Nam & ipsum nomen ἀποστόλων, qm̃ Græcum est, nihil nisi missos significat in Latino. Misit ergo Deus filium suũ non in carne peccati, sed in similitudinem carnis peccati, & misit filiº eiº quos natos in carne peccati sanctificauit à lege peccati, sed qm̃ per hoc ꝙ mediator Dei & hoĩum homo Christus Iesus factus est caput Ecclesiæ, illi membra sunt eius, ideo ait qđ sequitur, Et pro eis ego sanctifico meipsum.) Quid est. n. & pro eis ego sanctifico meipsum, nisi eos in meipso sanctifico, cum & ipsi sint ego? Qm̃ de qb. hoc ait, vt dixi membra sunt eius, & vnus est Christus caput & corpus, docente Apostolo atque dicente de semine Abrahæ, Si autẽ vos Christi, ergo semen Abrahę estis. Cũ dixisset superius, non dicit seminib. tanquam in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo quod est Christus. Si ergo semen Abrahæ, hoc est Christus, quid aliud dictum est quib. dictum est, ergo semen Abrahæ estis: nisi, ergo Christi estis? Inde est quod alio loco idẽ ipse Apostolus ait, Nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt præssurarum Christi in carne mea, non dixit præssurarum mearum, sed Christi, quia membrum erat Christi, & in persecutoribus suis quales Christum in suo toto corpore pati oportebat, etiam ipse præssuras eius pro sua portione adimplebat, qđ vt etiã hoc loco certum sit, attende sequentia, cum enim dixisset, & ꝓ eis ego sanctifico meipsũ, vt intelligeremus hoc eum dixisse, ꝙ eos sãctificaret in se ipse, mox addidit, Vt sint & ipsi sanctificati in veritate.) Quod quid est aliud, q̃ in me secundum id ꝙ veritas est verbum illud in principio Deus, in quo & ipse filiº hominis sanctificatus est ab initio creationis suæ, quando verbum factum est caro, quia vna persona facta est verbum & homo tunc: ergo sanctificauit se in se, hoc est, se hominẽ in se verbo: sed quia vnus est Christus verbum & homo sanctificans hominem in verbo, propter sua vero membra pro eis, inquit ego, ideſt, ꝙ ꝓ sit etiam ipsis, quia & ipsi sunt ego sicut mihi profuit in me, quia homo sum sine ipsis, & ego sãctifico meipsum, hoc est, ipsos in me, tanquam meipsum sanctifico ego, quoniam in me etia ipsi sunt ego vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Quid est & ipsi quemadmodum ego in veritate, quid ipse sum ego? Deinde iam non solum de Apostolis, sed etiam de suis cęteris membris incipit dicere quod donante ipso alio sermone tractandum est.

Phili. 1. *Ioan. 14.* *Ioan. 8.* *Ioan. 1.* *Rom. 8.* *a. l. labe.* *2. Tim. 2* *Gala. 3.* *Colo. 1.*

De eo quod dicit, Non pro his aũt rogo tãtum, sed & pro eis qui crediturí sunt per verbum eorum in me. Tract. CIX.

DOminus Iesus iam sua propinquante passione, cũ orasset ꝓ discipulis suis, quos & Apostolos nominauit, cum quibus cœnauerat vltimam cœnam, de qua traditor eius per bucellam manifestatus exierat, & cũ quibus post eius egressum antequam pro eis oraret,

De c. 17.

óraret, multa iam fuerat locutus, adiunxit & cæteros qui in eum fuerant credituri, & ait ad patrem, Non pro his aũt rogo tm̃: Ideſt, pro diſcipulis, qui cũ illo tũc erant, Sed pro eis, inquit, qui credituri ſunt per verbum eorum in me.) Vbi oēs ſuos intelligi voluit, nō ſolum qui tunc erant in carne, ſed etiam qui futuri erant. Quotquot enim poſtea crediderunt in eum, per verbum Apoſtolorum ſine dubio crediderunt, & donec veniat credituri ſunt: ipſis.n. dixerat, Et vos teſtimoniũ perhibebitis qa ab initio mecum eſtis, & per eos Euangelium manifeſtatum* eſt & anteq̃ ſcriberet, & vtiq; quiſquis in Chriſtum credit, Euangelio credit. Non itaq; hi tm̃ intelligendi ſunt, quos ait in ſe credituros per verbũ eorum, qui ipſos cum in carne venirēt Apoſtolos audierunt, ſed poſt obitum eorum & nos longe poſt nati, per verbũ eorũ credidimus in Chriſtum, qm̃ ipſi qui cum illo tunc fuerunt, qđ ab illo audierunt, cæteris prædicauerunt, atq; ita per verbum eorum vt etiã nos crederemus, ad nos vſq; peruenit vbicũque eſt eius in Eccleſia, & peruẽturum eſt ad poſteros quicunque poſtea in eum credituri ſunt. Poteſt itaq; videri Ieſus in hac orõne nõ oraſſe pro qbuſdam ſuis, niſi diligenter ſcrutemur in eadem orõne verba eius. Si. n. pro eis prius orauit, ſicut iam oſtẽdimus, qui cũ illo tunc erant poſtea vero etiam pro eis qui per verbum eorum in illum fuerant credituri, poteſt dici non oraſſe pro illis qui neque tunc erant cum illo, qm̃ illa dicebat, neq; per verbum eorũ poſtea, ſed in eum ſiue per ipſos, ſiue qũolibet, tm̃ ante crediderãt. Nunqd enim cũ illo tunc erat Nathanael? Nunquid Ioſeph ille ab Arimathia, qui corpus eius à Pilato petiit, quẽ iam diſcipulum eius fuiſſe iſte ipſe Ioannes euangeliſta teſtat? Nunquid Maria mater eius & aliæ fœminæ, quas eius diſcipulas in Euangelio iam tunc fuiſſe didicimus? Nunquid cũ illo tũc erant, de qb. ſæpe dicit idem Ioãnes Euangeliſta multi crediderunt in eũ? Nam vñ erat multitudo illa eorũ qui cũ ramis partim p̃cedebãt, partim ſequebanť inſidente iumento, dicẽtes, Benedictus qui venit in nomine dñi, & cum eis pueri de qb. ipſe ait fuiſſe prædictum, Ex ore infantiũ & lactentium perfeciſti laudẽ? Vnde quingẽti fratres qb. ſimul poſt reſurrectionem non apparuiſſet, niſi in eũ ante crediderant? Vnde illi centum & nouem, qui cum iſtis vndecim centum & viginti erant, qñ ſimul cõgregati poſt eius aſcenſum expectauerunt & accepe runt promiſſum ſpm̃ ſanctum? Vñ erant iſti oēs, niſi ex illis, de qb. dictum eſt, multi crediderunt in eũ? Non ergo pro eis tunc ſaluator orauit, qñ pro eis orauit qui cũ illo tũc erãt, & pro aliis qui per verbũ eorum in eũ non iã crediderant, ſed fuerant credituri. Iſti aũt nec cũ illo tunc erant, & in eum iã ante crediderant. Omitto dicere de Simeone ſene, q in infantulũ credididit, de Anna prophetiſſa, de Zacharia & Eliſabeth, q eũ pphetauerunt anteq̃ de virgine naſceret, de filio eorũ Ioan de præcurſore eius amico ſpõſi, qui eum & ſpũſancto agnouit, & abſentem p̃dicauit, & aliis agnoſcendũ cum præſens eſſet oſtendit: Hos omitto, qm̃ rñderi poteſt orandum pro talib. mortuis nõ fuiſſe, q cũ magnis ſuis meritis hinc abierant, & recepti qeſcebant: hoc enim de antiqs ius ſimiliter rñdet. Quis.n. eorum à dãnatione totius maſſæ perditionis, q̃ per vnum hoiem eſt, ſalus eſſe potuiſſet, niſi in vnum mediatorem Dei & hoium in carne venturum reuelãte ſpũſancto credidiſſet? Sed nunqd ei pro Apoſtolis orãdum fuit, & pro tam multis qui in hac vita adhuc erant, nec cũ illo tunc erant, & iã antè crediderãt, orandum non fuit? Quis hoc dixerit? Intelligendũ eſt igit̃, q nõdum in eum ſic crediderant, qũo in ſe ipſe credi volebat, qñquidem ipſe Petrus, cui cõfitenti & dicẽti, Tu es Chriſtus filius Dei viui, tam magnum teſtimoniũ perhibuerat magis eum mori nolebat, quam mortuum reſurrecturum eſſe credebat, vnde mox ab eo appellatus eſt ſatanas. Fideliores itaq; iam reperiunt̃ qui defuncti iam fuerãt, & reſurrecturum Chriſtum reuelãte ſpiritu non vtique dubitabant, quam illi qui cum credidiſſent ipſum redemptorum Iſrael, viſa eius morte ſpem totã quam de illo habuerant perdiderunt. Nihil itaque melius credimus, quàm poſt eius reſurrectionem impertito ſpiritũſancto edoctis & cõfirmatis Apoſtolis, eisq; in Eccleſia primitus doctoribus conſtitutis, per eorum verbum ſic alios credidiſſe, quemadmodum in Chriſtum credi oportebat. i. vt fidem reſurrectionis eius tenerent, ac per hoc & illos omnes, qui iam in eum credidiſſe videbanť, ad eorum numerũ pertinuiſſe, pro quibus orauit, dicens, Non

pro

Ioan. 5. alias, miniſtratũ.
Luc. 2.
Luc. 1.
1. Ti. 2.
Mat. 16.
Ioan. 19.
Ioan. 11.
Mat. 21. Pſal. 8. Mat. 1.

pro his autem rogo tantum, ſed pro eis qui crediturí ſunt, per verbum eorum in me. Sed reſtat nobis ad iſtam qõnem adhuc ſoluendã
Luc. 23. beatus Apoſtolus Paulus, & latro ille crudelis in ſcelere, fidelis in cruce, Paulus quippe Apoſtolus non ab hoĩb. neq; per hoĩem, ſed per Ieſum Chriſtum ſe dicit factum Apoſto
Gala. 1. lum, & de ipſo ſuo Euangelio loquẽs ait, Neque enim ab hoĩe accepi illud neq; didici, ſed p reuelationẽ Ieſu Chriſti: qũo igiť erat in eis de qb. dictum eſt, crediturí ſunt per verbum
E eorum in me? Latro vero ille tũc credidit, qñ in ipſis doctorib. fides quæ fuerat qualiſcũq; defecit, nec ipſe itaq; per eorũ verbũ credidit in chriſtum Ieſum, ſed tñ ſic credidit, vt quẽ viderat crucifixum, confiteret non ſolũ reſurrecturum, verumetiam regnaturũ dicẽdo, Meméto mei, cum veneris in regnũ tuũ. Proinde relinquiť, vt ſi dñs Ieſus hac orõne pro ſuis omnib. quicunq; in hac vita, q̃ tentatio eſt, ſuper terrã, vel tunc erant, vel futuri erant, oraſſe credendus eſt, ſic intelligamus qđ dictum eſt, per verbum eorum, vt ipſum verbum eorum, verbum fidei quod prædicauerunt in mũdo hoc ſignificatum eſſe credamus. Dictum aũt eſſe verbum eorum, quoniam ab ipſis eſt primitus ac præcipue prædicatum: iam.n. ab ipſis prædicabať in terra, qñ per reuelationem Ieſu Chriſti ipſum ver
Gala. 2. bum eorum Paulus accepit, vnde & contulit cum eis Euangelium, ne forte in vacuum cucurriſſet aut curreret, & dexteras ei dederũt quia & in illo quanuis non per eos illi datũ, tamen verbum ſuum quod iam prædicabant
1. Co. 15. & in quo ſundati fuerant, inuenerũt. De quo verbo reſurrectionis Chriſti idem dicit, Apoſtolus, Siue ego ſiue illi, ſic prædicam⁹, & ſic
Rom. 10. crediditis, & iterum, Hoc eſt, inquit, verbũ
Actо. 13. fidei quod prędicamus, quia ſi confeſſus fueF ris in ore tuo, quia dñs eſt Ieſus, & credideris in corde tuo quia Deus illum ſuſcitauit a mortuis ſaluus eris. & in actib. Apoſtolorum hoc legitur, q̃ in Chriſto Deus definierit fidem omnib. ſuſcitans eum à mortuis. Hoc verbũ fidei quia principaliter ac primitus p Apoſtolos qui ei cohæſerant prædicatũ eſt, ideo verbum eorum dictum eſt, neq; enim propterea non eſt verbum Dei, quia dictum eſt verbum eorum, cum dicat idem Apoſtolus Theſſalonicenſes excepiſſe à ſe, non vt verbum hominum, ſed ſicut eſt, inquit, vere verbum Dei, ideo ergo Dei, quia Deus id donauit, eorum vero verbum dictum eſt, quia hoc prædicãdum illis Deus primitus ac præcipue commendauit, ac per hoc etiam ille latro in ſua fide verbum eorũ habebat, quod eorum propterea dictum erat, qñ prędicandum ad eorum officium primitus ac præcipue pertinebat. Denique cũ murmur factum eſſet de miniſterio menſarum à viduis Græcorum antequam Paulus credidiſſet in Chriſtum, rñderunt Apoſtolis qui domino ante
cohæſerant, Non eſt bonum nos relinquere G
verbum Dei, & miniſtrare menſis. Tunc ordi Actо. 6.
nandos Diaconos prouiderunt, ne ipſi à prædicandi verbi auocarentur officio, vnde merito dictum eſt verbum eorum qđ eſt verbũ fidei, per qđ omnes in Chriſtum vndecunq; id audierint crediderint, vel audituri & crediturí ſunt, ergo illa oratione pro oĩb. quos redemit, ſiue tũc in carne viuentes, ſiue poſtea futuros redemptor noſter orauit, cum rogãs pro Apoſtolis qui cum illo tunc erant, adiũxit etiam illos qui p eorum verbũ in eũ fuerant crediturí. Qui autem adiunctis illis deinde dicat, alia eſt diſputatione tractandum.

De eo quod dicit, Vt omnes vnũ ſint, ſicut & tu pater in me, & ego in te: vſq; ad id, Et di- De c. 17.
lexiſti eos ſicut & me dilexiſti. Tract. CV.

CVm dominus Ieſus oraſſet pro diſcipulis ſuis, quos tunc ſecum habebat, atq; adiunxiſſet ſuos alios, dicens, Nõ pro his aũt rogo tm̃, ſed & pro eis qui crediturí ſunt per verbum eorum in me, velut quæreremus, qđ vel quare pro illis rogaret, continuo ſubintulit, dicens, Vt oẽs vnum ſint, ſicut & tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint.) Et ſuperius cum adhuc pro ſolis diſci- Su. trac.
lis, quos ſecũ habebat oraret, Pr̃ ſancte, inq̃t, 106.
ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, H
vt ſint vnũ ſicut & nos: hoc ergo nũc ẽt & p nobis rogauit, quod tunc pro illis, vt omnes, hoc eſt, & nos & illi vnum ſimus. Vbi diligẽter aduertendum eſt, non dixiſſe dominũ vt omnes vnum ſimus: ſed, vt omnes vnũ ſint, ſicut tu pater in me & ego in te, ſubintelligitur, vnum ſumus, quod apertius dicitur poſtea, & id prius dixerat de diſcipulis, qui cum illo erant, vt ſint vnum ſicut & nos. Quamobrẽ ita eſt pater in filio & filius in patre, vt

vnum

vnum sint, quia vnius substantiç sunt. Nos vero esse qdem in eis possumus, vnum tñ cum eis esse nõ possumus, qa vnius substantiç nos & ipsi non sumus, inquãtum filius cũ patre
Ioan. 10. Deus est: nam inquãtum homo est, eiusdem substantiæ est, cuius & nos sumus, sed nunc illud potius voluit cõmendare, qđ alio loco ait, Ego & pr̃ vnum sumus: vbi eandẽ patris & suã significauit esse naturã, ac per hoc & cũ in nobis sunt pr̃ & filiꝰ, vel ẽt spũssanctus, non dẽmus eos putare naturæ vnius esse nobiscũ. Sic itaq; sunt in nobis, vel nos in illis, vt illi vnum sint in natura sua, nos vnum in nostra, sunt, qppe ipsi in nobis, tanq̃ Deus in templo suo, sumus aũt nos in illo, tanq̃ creatura in creatore suo. Deinde cũ dixisset, vt & ipsi in nobis vnũ sint, adiunxit, Vt mũdus credat qa tu me misisti. Quid est hoc? Nunquid nam tunc crediturus est mundus, qñ in patre & filio vnum oẽs erimus? Nonne ista est pax illa perpetua, & potius fidei merces q̃ fides?
I Vnum.n. erimus, nõ vt credamus, sed qa credidimus. Sed etsi in hac vita pp ipsam communem fidem, oẽs qui vnũ credidimus vnũ sumus, iuxta illud Apostoli, Oẽs.n. vos vnum
Gala. 3. estis in Christo, Iesu, ẽt sic non vt credamus, sed quia credidimus vnum sumus, qd est ergo, oẽs vnum sunt, vt mũdus credat? Ipsi qppe oẽs mundus est credens. Neque.n. alii sũt qui vnum erunt, & alius est mundus ppea crediturus qa illi vnum erũt, cum proculdubio de his dicat, vt oẽs vnum sint, de qb. dixerat, non pro his tm̃ rogo, sed & p eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, continuo subiũgit, vt omnes vnum sint, Isti autem omnes qd est mundus, non hostilis vtiq; sed fidelis? nam ecce quid dixerat, Non pro mun
1. Co. 12. do rogo: pro mundo rogat vt credat, qm̃ est mundus de quo scriptum est, Ne cũ hoc mũdo damnemur; pro isto mundo nõ rogat, neque.n. quò sit prædestinatꝰ ignorat, & est mũ
Ioan. 3. dus de quo scriptum est, Non.n. venit filius hois vt iudicet mundum, sed vt saluetur mũdus per ipsum, vnde & Apostolus, Deus, inK quit erat in Christo mundum reconcilians sibi, pro isto mundo rogat dicens, Vt mundus
2. Co. 5. credat qa tu me misisti. Per hanc.n. fidẽ mundus reconciliat Deo, cum credit in Christũ qui est missus à Deo. Qũo ergo intellecturi sumus, quod ait, Vt & ipsi in nobis vnũ sint, vt credat mundus quia tu me misisti, nisi qa non in eo causam posuit vt credat mundus qa illi vnum sunt, tanq̃ ideo credat mundus, qđ eos esse vnũ videt, cum ipse mundus sint oẽs qui credendo vnum fiunt, sed orando dixit, vt mundus credat, sicut orando dixit, vt oẽs vnum sint. Orando dixit, vt & ipsi in nobis vnum sint: hoc est.n. omnes vnum sint, qđ est mundus credat, qm̃ credendo vnũ fiunt, perfecte vnum, qui cum natura essent vnum, dissentiendo ab vno nõ erant vnum. Deniq; si verbum, qđ ait, rogo, tertio subaudiamus, vel potius qđ planiꝰ fiat vbiq; ponamus, erit huiꝰ expositio sñiæ manifestior, rogo, vt oẽs vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, rogo, vt & ipsi in nobis vnum sint, rogo, vt mũdus credat qa tu me misisti. Ideo quippe addidit qđ dixit in nobis, vt qđ vnum efficimur fidelissima charitate, gratiæ Dei noueri mus tribuẽdũ esse, nõ nobis, sicut Apostolus cum dixisset, Fuistis aliqñ tenebræ, nunc aũt Ephe. 5.
lux, inqt, & ne sibi hoc tribuerent, adiecit, in dño. Deinde saluator noster rogãdo patrẽ, se L
hoiem demonstrabat, nunc demonstrans & seipsum, qm̃ cũ patre Deus est facere quod rogat: Et ego, inquit, claritatem q̃ dedisti mihi dedi illis.) Quam claritatem, nisi immortalitatem, q̃ natura humana in illo fuerat acceptura? Nam nec ipse adhuc acceperat eã, sed more suo pp immortalitatem prædestinationis, præteriti tpis verbis futura significat, qđ nunc clarificandus, hoc est, suscitandus a patre, & ipse sit nos ad eam claritatem suscitaturus in fine, simile est hoc ei, qđ alibi dicit, Sicut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Et quos? nisi eos- Ioan. 5.
dem quos pater: quæcunq; enim pater facit, non alia sed hæc & filius facit, nec aliter, sed similiter facit, ac per hoc suscitauit & seipsũ etiam ipse. nam vnde est, Soluite templum hoc, inqt, & in triduo resuscitabo illud? Pro Ioan. 2.
inde immortalitatis claritatem quam sibi a patre datam dicit, etiam se sibi dedisse intelligendus est, etsi non dicit, ideo quippe sepius solum patrem facere dicit quod & ipse facit cum patre, vt quicquid est, ei tribuat de quo M
est, sed & aliquando etiam tacito patre se dicit facere quod ipse facit cum patre, vt intelligamus ita filium non esse a patris opere separandum, quando se tacito patre dicit aliquid operari, quemadmodum nec pater ab opere filii separatur, quãdo ipso tacito filius

operari

operari dr̃,quod nihilominus pariter operã
tur.Cum ergo tacet filius opere patris ope-
rationem suam,humilitatem commendat,vt
sit nobis salubrior,cũ vero vicissim in ope-
re suo tacet operationẽ patris, parilitatẽ suã
cõmendat,ne credat inferior,isto modo igit̃
& hoc loco nec se fecit alienum a patris ope
re,q̃uis dixerit claritatem,q̃ dedisti mihi,qa
& ipse dedit eam sibi, nec patrẽ facit alienũ
ab opere suo,q̃uis dixerit, dedi eis, qa & pr̃
illam dedit eis. Inseparabilia nanq; sunt ope
ra,non solũ patris & filii,verumetiã spũssan
cti, sicut aũt ex eo qđ patrẽ pro suis omnib.
A rogauit,hoc fieri voluit vt omnes vnum sint,
ita ex hoc etiam suo beneficio quod ait, cla-
ritatem,quam dedisti mihi, dedi eis, id fieri
nihilominus voluit:nam continuo subiũxit,
Vt sint vnum,sicut & nos vnum sumus.]De-
inde addidit,Ego in eis & tu in me,vt sint cõ
summati in vnum.)Vbi se mediatorem inter
Deum & hoiem breuiter intimauit,neque.n.
hoc ita dictũ est,tanq̃ pater non sit in nobis,
aut nos in patre nõ simus,cũ & alio loco di-
Ioan. 14. xerit,Veniemus ad eum & mãsionẽ apud eũ
faciemus,& hic pauloante non dixerit, ego
in eis & tu in me,qđ dixit modo, aut ipsi in
me & ego in te,sed tu in me & egõ in te, &
ipsi in nobis,qđ ergo nunc ait, ego in eis &
1.Co.3. tu in me,ita dictũ est ex persona mediatoris:
sicut illud quod Apostolus ait, Vos Christi,
Christus vero Dei, qđ vero addidit, vt sint
cõsummuti in vnũ,ostendit eò perduci recõ
ciliationem,q̃ fit per mediatorem, vt pfecta
beatitudine,cui iam nihil possit adiici,pfrua
mur,vñ id quod sequit̃, vt cognoscat mun-
B dus qa tu me misisti,) Non sic accipiendum
puto,tanq̃ dixerit,vt credat mũdus: aliqñ.n.
& cognoscere pro eo qđ est credere ponit̃,
Supra Tr. 106. vt est qđ ait aliquanto superius,Et cognoue-
rũt vere qa a te exiui, & crediderũt qa tu me
misisti,hoc dixit posterius,crediderunt, qđ
prius dixerat cognouerunt.Sed hic qñquidẽ
de cõsummatione loquit̃,talis est intelligẽda
cognitio,qualis erit per spẽm,nõ qualis nũc
est per fidẽ: nam vr̃ ordo esse seruatus in eo
qđ pauloante dixit,vt credat mũdus,hic aũt,
vt cognoscat mundus. Ibi.n.q̃uis dixerit, vt
oẽs vnũ sint,& in nobis vnũ sint,non ait, tñ
sint cõsummati in vnũ,atq; ita subnexuit,vt
credat mundus qa tu me misisti, hic vero,vt
sint,inquit,consummati in vnum, ac deinde
non addidit,vt credat mundus,sed vt cogno
scat mundus qa tu me misisti.Quãdiu. n.cre
dimus qđ non videmus nõdum sumus ita cõ
summati, quemadmodũ erimus cum merue
rimus videre qđ credimus. Rectissime igit̃
ibi ait,vt credat mũdus,hic vt cognoscat mũ
dus,tñ & ibi & hic,qa tu me misisti,vt noue
rimus q̃tum pertinet ad patris & filii insepa
rabilem charitatem,hoc nos modo credere,
quò tẽdimus credendo cognoscere, si aũt di
ceret,vt cognoscant quia tu me misisti,tantũ
dem valeret q̃tum hoc qđ ait, vt cognoscat
mundus,ipsi sunt.n.mundus, nõ permanens
inimicus, qualis est mundus dãnationi præ- C
destinatus,sed ex inimico amicꝰ effectus, pp
quem Deus erat in Christo mundum recon 2.Co.5.
cilians sibi,ideo dixit, ego in eis & tu in me,
tanq̃ diceret,ego in eis ad quos misisti me,et
tu in me,mundũ recõcilians tibi p me,ppea
sequit̃ etiam illud qđ ait, Etiam dilexisti eos Ephe.1.
sicut & me tu dilexisti.) In filio qppe nos pa
ter diligit, qa in ipso nos elegit ante constitu
tionem mũdi,qui.n.diligit vnigenitum,pro-
fecto diligit & membra eius, quæ adoptauit
in eum & per eum,nec ideo pares sumus vni
genito filio,per quẽ creati & reconciliati su
mus,qa dictum est, dilexisti eos sicut & me,
neque.n.semper æqualitatẽ significat, qui di
cit,sicut illud ita & illud,sed aliqñ tantũ, qa
est illud,est & illud, aut quia etiam illud, vt
sit & illud, Quis.n.dixerit eo prorsus modo
in mũdum a Christo Apostolos missos, qũo
est ipse missus à patre? vt enim alias taceam
differentias, quas cõmemorare longum est,
misi sunt certe illi cũ iam hoies essent, mis- Supra
sus est aũt ipse vt homo esset, & tñ superius Tr. 108.
ait,Sicut me misisti in mundum, & ego misi
eos in mũdũ,tanq̃ diceret,qa misisti me,mi-
si eos,ita & hoc modo,dixisti eos,inquit,sicut D
& me dilexisti,quod nihil aliud est,quam di
lexisti eos,quia & me dilexisti.Nõ enim mẽ-
bra filii non diligeret,qui diligit filium, aut
alia causa est diligendi membra eius, nisi qa
diligit eum, sed diligit filium secundum di-
uinitatem,quia genuit illum ęqualem sibi,di
ligit eum etiam secundũ id quòd homo est,
quia ipsum vnigenitum vebum caro factum
est, & propter verbum est ei chara verbi ca-
ro. Nos autem diligit quoniam sumus eius
membra quem diligit, & hoc vt essemus,
propter hoc nos dilexit antequam essemus.

Quapro-

Quapropter incomprehẽsibilis est dilectio, qua diligit Deus, neq; mutabilis, nõ. n. ex quo ei reconciliati sumus per sanguinẽ filii eius nos cœpit diligere, sed ante mundi constitutionem dilexit nos, vt cũ eius vnigenito etiã nos filii eius essemus, priusq̃ oĩno aliq̃d esse mus. Quòd ergo recõciliati sumus Deo per mortem filii eius, non sic audiat, non sic accipiat quasi ideo nos recõciliauerit ei filius, vt iam inciperet amare quos oderat, sicut recõciliat inimic⁹ inimico, vt deinde sint amici & inuicẽ diligant qui oderant inuicẽ, sed E iam nos diligenti reconciliati sumus ei, cum quo p̃p peccatum inimicitas habeamus, q̃d verum dicam attestatur Apostolus, Commẽdat, inquit, dilectionam suam Deus in nobis, q̃m cum adhuc peccatores essemus, Christ⁹ pro nobis mortuus est. Habebat itaq: illa erga nos charitatem, etiam cum inimicitias aduersum eum exercentes operaremur iniquitatem, & tñ ei verisimè dictum est, Odisti dñe omnes qui operanẽ iniquitatem. Proinde miro & diuino modo, & q̃m nos oderat, diligebat: oderat. n. nos quales ipse non fecerat, & quia iniquitas nostra opus eius nõ oĩ ex parte consumpserat, nouerat simul in vno quoque nostrum & odisse q̃d feceramus, & amare q̃d fecerat, & hoc q̃dem in omnib. in telligi põt de illo cui veraciter dr̃, Nihil odisti eorum quę fecisti, non. n. quodcunq; odisset esse voluisset, aut oĩno esset q̃d omnipotens esse noluisset, nisi & in eo q̃d odit, esset etiam q̃d amaret. Merito q̃ppe odit, & velut à regula suæ artis alienum improbat vitiũ, amat tñ suum etiam in vitiosis vel sanationis beneficium, vel dãnationis iudicium, ita & Deus nihil odit eorum quę fecit, naturam. n. non vitiorum conditor mala quæ odit ipse non fecit, & de malis eisdem vel sanando ea F per misericordiam, vel ordinando per iudicium, bona sunt ipsa quæ fecit. Cum igit̃ eorum quæ fecit nihil oderit, quis digne possit q̃tum diligat membra vnigeniti sui, & quãto amplius ipsum vnigenitum, in quo condita sunt omnia visibilia & inuisibilia, q̃ in suis generib. ordinata ordinatissime diligit? Membra q̃ppe vnigeniti, ad angelorum sanctorũ ęqualitatẽ gratiæ suæ largitate perducit, vnigenitus aũt cum sit dñs omnium proculdubio est dñs angelorum, natura qua Deus est, non angelis sed patri potius æqualis, gratia vero qua homo est, qũo non excedit excellẽtiam cuiuslibet angeli, cum sit vna persona carnis & verbi. Quanq̃ non definit qui etiam nos angelis præferant, q̃a pro nobis inquiũt, non pro angelis mortuus est Christus, id q̃d est aliud q̃ de impietate velle gloriari? Et enim Christus, sicut ait Apostolus, iuxta tp̃s pro impiis mortuus est. Hic ergo nõ meritũ nostrum, sed Dei misericordia cómẽdat: nã quale est ideo se velle laudari, q̃a vitio suo tã detestabiliter ægrotauit, vt nõ posset aliter q̃ medici morte sanari? Non est hæc nostrorũ gloria meritorũ, sed medicina morborum. G An ideo nos præferimus angelis, q̃a cũ & angeli peccaueriut, nihil eis tale vnde sanarenẽ impensum est, quasi aliquid eis vel paruum fuerit impẽsum & nobis amplius? Quod & si factum esset, adhuc quæri posset, vtrum iõ fuisset factum q̃ steteramus excellentius, an q̃ desperatius iacebamus? cum vero nouerimus bonorum oĩum creatorem reparandis angelis malis nihil gratiæ contulisse, cur nõ potius intelligimus, q̃ tãto dãnabilior eorũ iudicata sit culpa, quanto erat natura sublimior? Tanto. n. minus, q̃ nos peccare debuerunt, q̃to meliores nobis fuerunt. Nunc autẽ in offendendo creatorẽ tanto execrabilius beneficio eius igrati extiterunt, q̃to beneficentius sunt creati nec eis satis fuit desertores esse illius, nisi & nostri fierẽt deceptores. Hoc itaque nobis magnum bonum confert, qui dilexit nos sicut dilexit Christũ, vt p̃p ipsum cuius mẽbra nos esse voluit æquales angelis sanctis simus, qui & natura inferiores conditi sumus, & peccato indigniores facti, qui eorum fieri qualescũque socii dẽremus.

Ephe. 1.

Rom. 5.

Psal. 5.

Sapi. 11.

De eo quod dicit, Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum & illi sint mecũ, vsq; ad id, Vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis H sit, & ego in ipsis. Tract. CXI.

IN magnam spem dñs Iesus suos erigit, qua maior oĩno esse nõ possit. Audite & estote in spe gaudentes, p̃p q̃d vita ista nõ amanda sed toleranda sit, vt esse positis in èius tribulatione patientes. Audite, inquam, & qua spes vestra leuet attẽdite. Christus Iesus dicit filius Dei vnigenitus, qui patri coæternus & ęqualis est dicit, qui p̃p nos homo factus est, sed sicut omnis homo mendax non factus

Dec. 17.

est,

est dicit, via, vita, veritas dicit, qui mundū vi
cit, de his qb. vicit dicit: Audite credite spera
Psa. 115. te, desiderate, qđ dicit, Pr̄, inquit, quos dedi
Ioan. 14. sti mihi, volo vt vbi egò sum & illi sint me-
cum,) Qui sunt isti quos a ait à patre datos si
Ioan. 6. bi? nonne ille de qb. alio loco dicit, Nemo
venit ad me, nisi pater qui misit me traxerit
eū? Iam qūo ea q̄ fieri dicit à patre, faciat &
ipse cum patre si quid in hoc Euangelio ,pfi-
cimus nouimus. Ipsi sunt ergo quos à patre
accepit, quos & ipse elegit de mundo, atque
elegit, vt iā non sint de mundo, sicut non est
Ioan. 15. & ipse de mundo, & sint tñ etiam ipsi mūdus
K credens & cognoscens, q̄ Christus à Deo pa
tre sit missus, vt mūdus ex mundo liberaret,
ne mundus Deo reconciliandus cū mundo
inimicissimo dānaret, sic. n. ait in huius orō
nis exordio, Dedisti ei ptātem oīs carnis. i.
oīs hoīs, vt omne quod dedisti ei, det eis vitā
æternam, vbi ostendit ptātem se quidem oīs
hoīs accepisse, vt liberet quos voluerit, dam
net quos uoluerit, qui viuos & mortuos iudi
cabit, sed eos sibi esse datos, qb. omnib. det vi
tam æternam, sic. n. ait, Vt omne quod dedisti
ei, det eis vitam æternam. Proinde non ei da-
ti sunt quib. vitam non dabit æternam quan-
uis & ipsorum potestas data sit, cui potestas
data est oīs carnis. i. omnis hoīs: ita mundus
reconciliatus ex inimico liberabit mundo,
cum in illo exerit ptātem suā, vt eum in mor
tem mittat ęternam, hunc aūt facit suum, cui
vitam donat æternam. Quapropter oīb. pror
sus ouib. suis bonus pastor, omnib. membris
sus magnum caput promisit hoc premium,
vt vbi ipse est & nos cum illo simus, nec po
terit nisi fieri quod omnipotenti patri se vel
le dixit omnipotens filius, ibi est enim & spi
ritussanctus pariter æternus, pariter Deus spi
L ritus vnus duorū & substantia voluntatis am
borum: nā illud q̄ dixisse legit propinquā-
te passione, Verum non qđ ego volo, sed qđ
Mat. 26. tu vis pater, quasi alia patris, alia filii sit volū
tas aut fuerit, ſonus est nostræ infirmitatis q̄-
uis fidelis q̄uis in se caput nostrum trafigu-
rauit, qñ etiā peccata nr̄a portauit, vnā vero
esse patris & filii volūtatem, quorum etiam
spūs vnus est, quo adiuncto cognoscimus tri
nitatem etsi intelligere nondum permittit in
firmitas, credat pietas. Sed quoniam qb. pro-
miserit, q̄ & infirma sit ipsa promissio, pro
sermonis brevitate iam diximus, hocipsum
quātū valemus, quid sit qđ dignatus est pro-
mittere videam⁹: Quos dedisti mihi, inquit,
volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecū. quan-
tum attinet ad creaturā in qua factus est ex se
mine Dauid secundū carnē, nec ipse adhuc Rom. 2.
erat vbi futur⁹ erat, sed eo modo dicere po-
tuit, vbi ego sum, quo intelligeremus q̄ cito
fuerat ascensurus in cœlū, vt iā ibi esse se di-
ceret, vbi fuerat mox futurus, potuit & illo
modo quo ante iam dixerat loquens ad Ni-
codemū, Nemo ascēdit ad cęlum nisi qui de
scendit de cœlo filius hoīs qui est in cœlo: Ioan. 3.
nam & ibi non dixit, erit, sed est, pp vnitatē M
personæ, in qua & Deus homo est, & homo
Deus, in cœlo ergo nos futuros esse promi-
sit: illa. n. forma serui leuata est quā sumsit ex
virgine, & ad patris dexteram collocata, pro
pter spem tanti huius boni & Apostolus ait,
Deus aūt qui diues est in misericordia ,ppter Ephe. 2.
multā charitatem qua dilexit nos, & cum es-
semus mortui peccatis, conuiuificauit nos ī
Christo, cuius gratia sumus facti, & simul ex
citauit & simul sedere fecit in cœlestibus in
Christo Iesu, hoc ergo pōt intelligi dixisse
dñm, vt vbi ego sum & illi sint mecum, & ip
se qdem de se dixit, q̄ ibi iam esset, de nobis
aūt velle se dixit, vt essemus ibi eum illo, non
q̄ iam esse mus ostendit: Apostolus aūt quod
dominus velle se dixit vt fieret, tanquam fa-
ctū fuerit est locutus, non enim ait, excitatu-
rus est nos, & in cœlestib. sedere factur⁹: sed,
excitauit, & sedere in cœlestibus fecit, quia
non inaniter sed fideliter iam deputat factū,
quod futurum esse non dubitat. Quod vero
attinet ad formam Dei, in qua æqualis est pa
tri, si secundū eam velimus intelligere quod
dictum est, volo vt vbi ego sum, & illi sint
mecum, abscedat ab animo omnis imagi- A
num corporalium cogitatio, quicquid men
ti occurrerit longum, latum, crassum, quali-
bet luce corporea coloratum, per quælibet
locorum spacia vel finita vel infinita diffu-
sum. Ab his omnibus quantum potest aciem
suæ contemplationis vel intentionis auertat,
& non inquiratur æqualis patri filius vbi sit,
quoniam nemo inuenit vbi non sit, sed qui
vult quærere quęrat potius & cū illo sit, non
vbiq; sicut ille, sed vbicunque esse potuerit.
qui enim homini pœnaliter pendenti, & sa-
lubriter confitenti ait, Hodie mecum eris in Luca. 23
paradiso, secundum id q̄ homo erat aīa eius

ipso

ipso die futura fuerat in inferno, caro in sepulchro: secũdũ aũt id quod Deus erat, vtiq; & in paradiso erat, & ideo latronis anima a pristinis facinoribus absoluta, & illius munere iã beata, quanuis vbiq; sicut ille esse nõ poterat. tñ etiã ipso die cum illo in paradiso
A poterat, vnde ille qui vbiq; semper est nõ re cesserat: propterea nimirũ nõ ei satis fuit dicere, volo vt vbi ego sum & illi sint: sed addidit, mecũ: esse n. cũ illo magnũ bonũ est, nã & miseri esse possunt vbi est ille: quoniã qui cunq; vbicunq; fuerint, est & ille, sed beati soli sunt cũ illo, qa beati esse non potuerunt nisi ex illo. An nõ Deo veraciter dictũ est, Si ascendero in cęlũ, tu ibi es: & si descendero ad infernũ, ades? Aut vero Christus nõ ẽ Dei sapiẽtia quæ attingit vbiq; pp suã mũdiciã? Sed lux lucet in tenebris, nec eã tenebrę cõprehẽderũt: ac p hoc vt de re visibili quãuis longe dissimili qualecunq; sumamus exemplũ, sicut cęcus ẽt si ibi sit vbi lux est, nõ est tñ ipse cũ luce, sed absens est à pręsente: ita infidelis atq; impius, aut ẽt si fidelis & pius, nõdũ tñ ad intuẽdũ lumẽ sapiẽtię idoneus, si ẽt nusquã possit vbi nõ sit Christus, nõ est tñ ipse cũ Christo duntaxat per speciem: nã hominẽ pie fidelẽ, non est dubitandũ cũ Christo esse per fidẽ pp ꝙ dicit, Qui nõ est mecũ aduersum me est: sed cũ patri Deo dicebat, Quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecũ: de specie illa omnino dicebat in qua videbimus eũ sicuti est. Nemo serenissimũ sensum nubilosa contradictione pturbet, consequentia perhibeant testimoniũ præcedentibus verbis: nẽpe cũ dixisset, volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecũ, cõtinuo secutus adiunxit, Vt videant claritatẽ meã, quã dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionẽ mũdi. ¶ Vt videant dixit: nõ, vt credant: fidei merces est ista nõ fides: si. n. ad Hebręos in Epistola recte definita est, cõiunctio* rerũ q nõ videnẽ, cur non merces fidei definiatur visio rerũ quæ creditę sperabãtur? Cũ viderimus. n. claritatẽ quã dedit pater filio, etiam
B si eã dici hoc loco intelligamus, nõ quã pater æquali filio gignẽs eũ dedit, sed quã facto homini filio dedit ei post mortẽ crucis, qñ ergo videbimus illã filij claritatẽ, profecto tunc fiet iudiciũ viuorũ atq; mortuorũ: tũc tolletur impius vt nõ videat claritatẽ Dei, q nisi illã qua Deus est? Beati. n. mundo corde, quoniã ipsi Deum videbunt: nec mundo corde sunt impij propterea nõ videbunt, tũc ibunt ipsi in suppliciũ æternũ: sic. n. tolletur impius, ne videat claritatẽ Dei, iusti aũt ibũt in vitã ętern ã. Et quæ est vita æterna? Vt cognoscant, inquit, te solũ verũ Deũ, & quem misisti Iesum Christũ, nõ vtiq; sicut eũ cognouerunt, qui licet non mũdi corde, tñ in forma serui clarificata iudicantẽ videre potuerunt: sed sicut cognoscẽdus est à mundis corde solus verus Deus, cũ patre & spiritu sancto filius, quia ipsa Trinitas est solus verus Deus: si ergo secũdũ id ꝙ filius Dei Deus est patri coęqualis atq; coæternus, accipiamus hoc dictũ, Volo vt vbi ego sum & ipsi sint mecũ, in patre cũ Christo erimus, sed ille sicut ille, nos sicut nos, vbicunq; corpore fuerimus: si. n. loca dicẽda sunt, & quibus nõ corpora cõtinenẽ, & locus est cuiq; rei vbi est, locus Chri ętern us est, vbi semper ipse pr ẽ, & locus patris filius est, quia ego, inqt, in patre, & pater in me est: & in hac oratione, sicut tu pater, inquit, in me & ego in te, & locus interea noster ipsi sunt, quia sequitur, vt & ipsi in nobis vnũ sint: & nos locus Dei sumus, quoniã templũ eius sumus, sicut orat pro nobis q mortuus est pro nobis, viuitq; pro nobis, vt in ipsis vnũ simus, qa factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion, quæ nos sumus. Sed quis idoneus loca ista, vel quę sunt in locis istis sine spacios is capacitatibus & sine corporeis molib. cogitare? Nõ parũ tñ proficitur, si saltẽ quicquid tale oculo cordis occurrit, negatur, respuitur, improbatur. Et lux quædã in qua ista neganda, respuenda, improbãda cernũtur, sicut potuerit cogitat, & quã sit certa cognoscitur & amat, vt inde surgatur, atq; ad interiora tendatur. Quę cũ penetrare mẽs inualida, & minus q illa sunt pura nequierit, nõ sine amore gemitu, & desiderij lacrymis inde pellat, & patienter ferat quãdiu fide mũdetur, atq; vt illic habitare valeat, sanctis morib. prępareꝰ. Qũo ergo non erimus cũ Christo ubi est qñ in patre cũ illo erimus in quo est? Neq; hinc
D Apostolus nobis quanuis nondũ rẽ tenentibus, sed tñ spem gerentibus tacuit: ait enim, Si surrexistis cum Christo quæ sursum sunt quęrite, ubi Christus est in dextera Dei sedẽs quę sursum sunt sapite, non quę super terrã, Mortui enim estis, inquit, & uita uestra ab-

Rom. 2. *Ioan. 3. M* *Ephe. 2.* *Luce. 2.* *A*

Psal. 138. *Sapien. 7* *Ioan. 1.* *Mat. 12.* *1. Ioan. 3* *Heb. 11.* *aliàs cognitio.* *Esa. 26.* *Mat 5.* *C* *Mat. 27.* *Ioan. 17.* *Ioan. 14.* *Psal. 75.* *Coloss. 3.*

ſcondita eſt cũ Chriſto in Deo: ecce interim fide ac ſpe vita noſtra vbi Chriſtus eſt, cũ illo eſt, quia cũ Chriſto in Deo eſt: ecce velut iam factũ eſt quod orauit vt fieret, dicẽs, vo-
E lo, vt vbi ego ſum & ipſi ſint mecũ: ſed nũc per fidem, qñ aũt fiet per ſpeciem? cũ Chriſtus, inquit, apparuerit vita veſtra, tũc & vos apparebitis cũ ipſo in gloria. Tunc apparebimus ꝙ tũc erimus, ꝙa tunc apparebit nõ ina niter nos id credidiſſe ac ſperaſſe, quod ante quã eſſemus fecit cui filius, cũ dixiſſet, vt videant claritatẽ meã, quam dediſti mihi: cõtinuo ſubiũxit, Quia dilexiſti me ante conſtitutionẽ mũdi. In illo.n. dilexit & nos ante cõſtitutionẽ mundi, & tunc prædeſtinauit qđ in fine facturus eſt mundi. Pater, inquit, iuſte mundus te non cognouit: ⁊ Quia iuſtus es, ideo te non cognouit. Mundus quippe ille damnationi prædeſtinatus merito nõ cognouit: mundus vero quem per Chriſtũ reconciliauit ſibi, non merito ſed gratia cognouit. Quid eſt.n. eum cognoſcere, niſi vita æterna? quam mundo damnato vtiq; non dedit, reconciliato dedit. Propterea itaq; mundus te non cognouit qui iuſtus es, nec & meritis eius vt te cognoſceret tribuiſti: & propterea mundus reconciliatus cognouit quia miſeri cors es, & vt cognoſceret non eius merito, gratia ſubueniſti: deniq; ſequitur. Ego aũt te cognoui.) Ipſe fons gratiæ eſt Deus natura, homo aũt de ſpiritu ſancto & virgine ineffabili gratia deniq; ꝑ ipſum, quia gratia Dei per Ieſum Chriſtum dñm noſtrum. Et hi cognouerunt, inquit, quia tu miſiſti.) Ipſe eſt mundus reconciliatus: ſed quia tu miſiſti, iõ cognouerũt, ergo gratia cognouerũt, Et notum feci eis, inquit, nomen tuũ & notum faciam. ⁊ Notum feci ꝑ fidem: notum faciã per
F ſpeciem: notum feci cum fine peregrinantibus, notũ faciam ſine fine regnantibus. Vt dilectio, inquit, quam dilexiſti me in ipſis ſit, & ego in ipſis. Non eſt vſitata locutio, dilectio quam dilexiſti me in ipſis ſit, & ego in ipſis: vſitate quippe diceretur, dilectio qua dilexiſti me: de Græco quidẽ iſta trãslata eſt, ſed ſunt ſimiles & Latine, ſicut dicimus, fidelem ſeruitutẽ ſeruiuit, ſtrenuam militiã militauit, cũ dici debuiſſe videatur, fideli ſeruitute ſeruiuit, ſtrenua militia militauit. Qualis aũt iſta locutio eſt, dilectio quã dilexiſti me,
2. Tim. 4 tali & Apoſtolus vſus eſt, Bonũ certamẽ cer-

taui: non ait, bono certamine, quod uſitatus etiã rectiusq; diceretur. Qũo autẽ dilectio, qua dilexit pater filiũ, eſt & in nobis, niſi ꝙa mẽbra eius ſumus, & in illo diligimur cum ipſe diligitur totus. i. caput & corpus? Ideo G ſubiũxit, & ego in ipſis: tanquã diceret, quoniã ego ſum in ipſis. Aliter.n. eſt in nobis tãquã in tẽplo ſuo, aliter autem quia & nos ipſe ſumus, cum ſecundum id ꝙ vt caput noſtrum eſſet, homo factus eſt, corpus eius ſumus. Finita ẽ ſaluatoris oratio, incipit paſsio: ergo & iſte ſermo finiaſ, vt de paſsione quod ipſa donauerit, alijs ſermonibus diſputetur.

De eo quod dicit, hęc cũ dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt cũ diſcipulis ſuis trans torrentem cedron, vbi erat hortus: vſq; ad id, Et miniſtri Iudæorum cõprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum. Tract. CXII.

TErminatio magno prolixoq; ſermone quem poſt cęnã dñs fundendo pro nobis proximus ſanguini ad diſcipulos habuit, qui cum illo tunc erant, adiuncta oratione, quam dixit ad patrem, deinceps eius paſsionẽ Ioannes euangeliſta ſic exorſus eſt, Hæc cum dixiſſet Ieſus egreſſus eſt cũ diſcipulis ſuis trans torrentem cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipſe, & diſcipuli eius. Sciebat aũt & Iudas, qui tradebat eũ locũ, quia frequenter Ieſus cõuenerat illuc cũ diſcipulis ſuis. ⁊ Hoc quod narrat ingreſſum domini cum diſcipulis ſuis in hortum, nõ continuo factũ eſt, cũ ei? illa finita eſſet oratio, de cui? verbis ait, Hæc cũ dixiſſet Ieſus, ſed alia quędam ſunt interpoſita, quæ ab iſto prętermiſſa apud alios euangeliſtas leguntur, ſicut apud hunc inueniuntur multa, quę illi ſimiliter in ſua narratione tacuerunt. Quomodo autem inter ſe omnes conueniant, ne ve- H ritati, quę per alium promitur, ab alio repugnetur quiſquis noſſe deſiderat, non in his ſermonibus, ſed in alijs laborioſis literis quęrat, nec ſtando & audiendo, ſed potius ſedẽdo & legendo, vel legenti aurem mentẽq; intentiſsimã præbendo illa condiſcat. Credat tamen antequã ſciat, ſiue id etiã ſcire in hac vita poſsit, ſiue per aliqua impedimenta nõ poſsit, nihil ab aliquo euangeliſta eſſe conſcriptum, quantum ad hos attinet, quos in authoritatẽ canonicã recepit Eccleſia, ꝙ vel

ipſius

ipſius vel alterius nō minus veraci narrationi poſsit eſſe contrariū. Nūc itaq; huius beati Ioannis narrationem, quā ſuſcepimus tractandā, ſine aliorū cōparatione videamus in eis quæ manifeſta ſunt non immorantes, vt hoc vbi opus eſt, cauſa poſcente faciamus. Non ergo ſic accipiamus q̄ ait, Hæc cū dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt cū diſcipulis ſuis trās
I torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipſe, & diſcipuli eius. tanquā continuo poſt illa verba in illorū hortū fuerit ingreſſus, ſed ad hoc valeat, q̄ dictū eſt, hęc cū dixiſſet Ieſus, vt non eum ante opinemur ingreſſum, q̄ illa verba finiret. Sciebat aūt, inquit, & Iudas qui tradebat eū locum,) Ordo verborum eſt, ſciebat locū qui tradebat eū, Quia frequenter, inquit, Ieſus conuenerat illuc cū diſcipulis ſuis.) Ibi ergo lupus ouina pelle contectus, & inter oues alto patrifamilias conſilio toleratus didicit, vbi ad tps exiguū diſpergeret gregē, inſidijs appetendo paſtorem. Iudas ergo, inquit, cū accepiſſet cohortē, & à Principib. & Phariſæis miniſtros venit illuc cū laternis & armis.) Cohors non Iudęorū, ſed militū fuit, a præſide itaq; intelligatur accepta, tanquā ad tenendū reū, ſeruato ordine legitimę poteſtatis, ut nullus tenentibus auderet obſiſtere, quanquam & manus tanta fuerit congregata, & ſic armata veniebat, vt vel terreret vel ēt repugnaret, ſi quis q̄ Chriſtū defendere auderet. Ita quippe eius abſcondebatur poteſtas & oſtendebatur infirmitas, vt hæc inimicis neceſſaria viderentur aduerſus eū, in quem nihil valuiſſet, niſi q̄ ipſe voluiſſet, bene vtens bonus malis, & faciens bona de malis, ad faciēdos bonos ex malis, & diſcernendos bonos a malis. Ieſus itaq; ſicut euangeliſta ſecutus adiungit, ſciēs omnia quæ ventura erant ſuper eū, proceſsit
K & dicit eis, Quid quæritis? Reſponderunt ei, Ieſum Nazarenum. Dicit eis, Ieſus, Ego ſum. Stabat aūt & Iudas qui tradidit eum cū ipſis. Vt ergo dicit eis ego ſum, abierunt retrorsū & ceciderunt in terrā.) Vbi nunc militū cohors, & miniſtri Principū & Phariſæorū? ubi terror & munimen armorū? Nēpe una uox dicētis, ego ſum, tantā turbā odijs ferocem, armisq; terribilē ſine telo ullo percuſsit, repulit, ſtrauit. Deus n. latebat in carne, & ſempiternus dies ita mēbris occultabatur humanis, ut laternis & facib. quæreret occidēdus a tenebris, Ego ſum dicit, & impios deiecit: Quid iudicaturus faciet, cui iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit, q̄ moriturus hoc potuit? Et nūc ubiq; per Euangeliū, ego ſum dicit Chriſtus, & a Iudæis expectāt Antichriſtus, ut retro redeant, & in terrā cadāt, qm̄ deſerētes cęleſtia, terrena deſiderāt. Cer
te ad cōprehendendū Ieſum perſecutores cū
L traditore uenerunt, quē quęrebāt inuenerūt. Audierunt, ego ſum, quare non cōprehenderunt, ſed abierunt retro & ceciderunt, niſi q̄ hoc uoluit, qui potuit? Verū ſi nunquā ſe ab eis permitteret apprehendi, non quidē illi faceret, p̄ quod venerant, ſed nec ipſe faceret propter q̄ uenerat. Eū quippe illi occidē dum quærebant ſæuiendo, ſed quærebat nos & ipſe moriendo. Proinde quia tenere uolētibus, nec ualentibus, oſtendit poteſtatē ſuā, iam teneant eū, ut faciat de neſcientib. uoluntatem ſuā. Iterū ergo eos interrogauit, Quid quęritis? Illi aūt dixerunt Ieſum Nazarenum. Reſpondit Ieſus, Dixi vobis, quia ego ſum, ſi ergo me quęritis, ſinite hos abire, ut adimpleretur ſermo quem dixit, Quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quenquā.) Si me, inquit, quęritis, ſinite hos abire. Inimicos uidet, & hoc faciunt q̄ iubet, ſinunt eos abire, quos non vult perire. Nunquid aūt non erāt poſtea morituri? Cur ergo ſi tunc morerent perderet eos, niſi quia nondū ſic in eum credebant, quō credunt quicunq; non pereunt. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eū, & percuſsit ſeruū Principis ſacerdotū, & abſcit eius auriculā dextram. Erat autē nomē ſeruo Malchus.) Solus hic euangeliſta ēt nomen huius ſerui expreſsit, ſicut Lucas ſolus, q̄ eius auriculā dñs tetigerit & ſanauerit eā, Malchus aūt interpretatur regnaturus. Quid ergo auris pro dño amputata & a dño ſanata ſignificat, niſi auditum amputata uetuſtate renouatū, ut ſit in nouitate ſpiritus & non in M uetuſtate literæ? Quod cui præſtitum fuerit a Chriſto, quis dubitet regnaturū eſſe cū Chriſto? quod autem ſeruus dictus eſt, & hoc ad illam pertinet vetuſtatem, quæ in ſeruitutem generat, quod eſt Agar. Sed cum acceſsit ſanitas figurata eſt & libertas. Factum tamen Petri dominus improbauit, & progredi ultra prohibuit dicens: Mitte gladium tuū in vaginā, Calicem quem dedit mihi pater, non uis ut bibam illū?) In ſuo quippe facto ille diſci

Luc. 22.

Rom. 7.

Gala. 4.

pulus magistrum defendere voluit, nō quod significatum est cogitauit. Et ille igitur ad patientiam commonendus fuit, & hoc ad intelligentiam conscribendum. Quod autem à patre sibi dicit datum calicem passionis, profecto illud est q̄ ait Apostolus, si Deus pro nobis, quis contra nos? qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnib. tradidit eum? Verum author calicis huius est etiam ipse qui bibit: vnde idem Apostolus iterum dicit, Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Cohors autem & tribunus & ministri Iudęorum, comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum,) Cōprehenderunt ad quem nō accesserunt, quoniam dies ille, illi vero tenebræ permanserunt, nec audierunt, accedite ad eum & illuminabimini. Si enim sic accederent, non eum manibus occidendum, sed recipiendum corde comprehenderent. Nunc autem quando eum illo modo comprehenderunt, tunc ab illo longius recesserunt, & ligauerunt eum à quo solui potius velle debuerūt, & erant fortasis in eis qui tunc imposuerūt Christo vincula sua, atque ab eo postea liberati dixerunt, Dirupisti vincula mea. Hæc hodie satis sint, tractabuntur Deo volente sermone alio quæ sequuntur.

Rom. 8.

Ephe. 5.

A

Psal. 33.

Ps. 115.

De eo quod dicit, Et adduxerunt eum ad Annam primum vsque ad id, Iterum ergo negauit eum Petrus, & statim gallus cantauit. Tract. CXIII.

De c. 18. POsteaquam persecutores tradente Iuda comprehensum dominū ligauerunt, qui dilexit nos & tradidit semetipsū pro nobis, & cui pater non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, vt intelligatur Iudas non laudabilis vtilitate traditionis huius, sed sceleris voluntate damnabilis. Adduxerunt eū, sicut Ioannes Euangelista narrat, ad Annam primum,) nec tacet causam, cur ita factum sit. Erat enim, inquit, socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem, inquit, Caiphas, qui consilium dedit Iudęis, quia expedit vnum hominem mori pro populo:) Merito & Matthęus cum id breuius narrare voluisset, eum ad Caipham ductum fuisse commemorat: quia & ad Annam prius ideo ductus est, q̄ socer eius fuerit, vbi intelligendū est hoc eundem Caipham fieri voluisse, Sequebatur autē, inquit, Iesum Simon Petrus, & alius discipulus.) Quisnam iste sit discipulus, non temere affirmandū est, quia tacetur: solet autem se idem Ioannes significare ita & addere, quem diligebat Iesus: fortasis ergo & hic ipse est, quisquis tū sit, sequentia videamus. Discipulus autem ille, inquit, erat notus Pōtifici, & introiuit cum Iesu in atriū Pontificis, Petrus autem stabat ad ostium foris. Exijt ergo alius discipulus qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum: dicit ergo Petro ancilla ostiaria, Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille, Nō sum.) Ecce columna firmissima ad vnius auræ impulsum tota cōtremuit: vbi est illa promittentis audacia, & de se plurimum præsumentis, vbi sunt verba illa, quando ait, Quare nō possum te sequi modo? animam meam pro te ponam. Hoccine est sequi magistrum, se negare discipulum? Siccine pro dño anima ponit, vt hoc ne fiat, vox ancillulæ formidetur? Sed quid mirū si Deus vera prædixit, homo aūt falsa præsumpsit? Sane in ista quæ iam cępta est negatione Apostoli Petri, debemus aduertere, nō solum ab eo negari Christum, qui dicit eum non esse Christum, sed ab illo ēt qui cum sit, negat se esse Christianum. Dns. n. non ait Petro, discipulū meum te negabis, sed me negabis: negauit ergo ipsum, cum se negauit eius esse discipulum. Quid autem aliud isto modo quam se negauit esse Christianum? Quamuis enim discipuli Christi nondum appellarētur hoc nomine, post ascensionem quippe eius in Antiochia primum cęperunt appellari discipuli Christiani, iam tū erat res ipsa illo postea vocabulo nuncupanda, iam erant discipuli, qui postea appellati sūt Christiani, & hoc commune nomē sicut cōem etiam fidem ad posteros transmiserunt. Qui ergo se Christi negauit esse discipulum, ipsam rem negauit, cuius nomen est vocari Christianum. Quam multi postea, nō dico senes & anus, in quib. huius vitæ societas facilius potuit mortem pro Christi confessione contemnere, nec solum iuuentus vtriusq; sexus, de qua ętate cōuenienter videtur exigi fortitudo, sed etiam pueri puellæque potuerunt, & innumerabilis societas sanctorum martyrum in regnum cęlorum

Ephe. 5.

B

Matt. 29.

Ioan. 11.

C

Ioan. 13.

11. q. 1. c. nō solū abnegat.

Act. 13.

D

cęlorum fortiter & violenter intrauit, quod habebat, Quod dico vobis in tenebris, dicite
Mat. 16. tunc iſte non potuit, qui claues regni eius ac in lumine: & quod in aure auditis, prædica- Mat. 10.
Sup. tra- cepit: ecce vnde dictũ eſt, Sinite hos abire, qñ te ſuper teſta. Ergo & hoc ipſum quod ab ip
ctat. 112. ſe pro nobis tradidit, qui ſuo ſanguine nos ſo dici videbatur occulte: quodãmodo nõ
redemit, vt impleretur ſermo quẽ dixit, Quia dicebatur in occulto, quia nõ ita dicebaẽ, vt
quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quen- ab eis qb. dictũ fuerat taceret, ſed ita potius G
quã. Vtiq; enim Petrus ſi negato Chriſto hĩc vt vſquequaq; prædicaretur. Si ergo dici po
iret, quid aliud q̃ periret. Stabãt aũt ſerui & teſt aliquid & palã ſimul & non palã, vel in
miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & cale- occulto ſimul & non in occulto, qũo dictũ
E faciebant ſe:) non hyems erat, & tñ frigus e- eſt vt videntes videant, & non videant. Quo
rat, quale ſolet etiã çquinoctio verno aliqñ modo.n. videant, niſi quia palã, non in oc-
contingere. Erat aũt cum eis & Petrus ſtans culto? Et quomodo idem ipſi rurſus non vi-
& calefaciẽs ſe. Põtifex ergo interrogauit Ie deant, niſi quia non palam, ſed in occulto? Ea
ſum de diſcipulis eius & de doctrina eius: Re tñ ipſa quæ audierant, & non intellexerant,
ſpondit ei Ieſus, Ego palam locutus ſum mũ talia erãt, vt nõ poſſent iuſte ac veraciter cri
do, ego ſemper docui in ſynagoga & in tẽ- minari: & quotieſcunq; interrogando tenta
plo quo omnes Iudæi conueniunt, & in oc- runt, vt inuenirent vnde & accuſarẽt eũ, ſic
culto locutus ſum nihil: Quid me interrogas, eis reſpondit, vt omnes eorũ retunderentur
Interroga eos qui audierunt quid locutus doli, & calumniæ fruſtrarẽtur: iõ dicebat, qd
ſim ipſis; ecce hi ſciunt quæ dixerim ego.) me interrogas? interroga eos qui audierunt
Ioan. 13. Nõ prætereunda naſcitur quæſtio, qũo dixe- qd locutus ſim ipſis: ecce hi ſciũt q̃ dixerim
rit dñs Ieſus, ego palã locutus ſum mundo: ego. Hęc aũt cũ dixiſſet, vnus aſſiſtens mini
& maxime illud quod ait, in occulto locu- ſtrorũ, dedit alapã Ieſu dicens, Sic reſpõdes
tus ſum nihil. Nõne in hoc ipſo recẽtiore ſer- Pontifici? Reſpondit ei Ieſus, Si male locu-
mone, quẽ poſt cẽnã diſcipulis eſt locutus, tus ſum teſtimoniũ perhibe de malo: ſi autẽ
Ioan. 16. ait illis, Hæc in prouerbijs locutus ſum vo- bene quid me cędis? Quid iſta reſponſione
bis: venit hora cũ iã non in ꝓuerbijs loquar verius, manſuetius, iuſtius? Eius eſt. n. de quo
vobis, ſed palã de patre meo annunciabo vo prophetica vox pręceſſerat, Intende ꝓſpe Pſal. 44.
bis? Si ergo ipſis coniunctioribus diſcipulis re, procede & regna ꝓp veritatẽ & mãſuetu
ſuis nõ loquebatur palam, ſed horã promit- dinẽ & iuſtitiã. Si cogitemus quis acceperit
tebat, qñ palam erat locuturus, qũo palã lo- alapam, nonne vellemus eũ qui ꝓcuſsit, aut
cutus eſt mundo? Deinde illiſipſis ſicut alio- cęleſti igne conſumi, aut terra dehiſcẽte ſor
rũ quoq; euangeliſtarũ teſtaẽ authoritas, in beri, aut correptũ dęmonio volutari, aut ali-
eorũ cõparatione quid diſcipuli eius non e- qua hmõi qualibet pœna, vel ẽt graui ore pu
rant, multo vtiq; manifeſtius loquebatur, qñ niri. Quid.n. horũ per potentiã iubere nõ po
cũ ſolis erat remotus a turbis, tũc.n. eis & pa tuiſſet, per quẽ factus eſt mũdus, niſi patien-
rabolas aperiebat, quas clauſas proferebat ad tiã nos docere maluiſſet, qua vincitur mũ-
alios. Quid eſt ergo, in occulto locutus ſum dus? Forte hic dicit aliquis, cur nõ fecit q̃ ip-
nihil? Sed intelligendũ eſt ita eũ dixiſſe, palã ſe præcepit? Percutienti.n. nõ ſic rẽdere, ſed
locutus ſum mundo: ac dixiſſet, multi me au maxillã debuit alterã præbere. Quid quod Matt. 5.
F dierũt. Ipſum aũt palã modo quodã erat pa- & veraciter, manſuete iuſteq; reſpondit, &
lã, modo aũt quodã non erat palã: Palã quip non ſolũ alterã maxillã iterũ percuſſuro, ſed
pe erat, quia multi audiebant: & rurſum nõ totũ corpus figendũ præparauit in ligno: & H
erat palã, quia non intelligebant: & quod ſe- hinc potius demonſtrauit, quod demonſtrã
orſum diſcipulis loquebatur, nõ in occulto dũ fuit, ſua. ſ. magna illa præcepta patientię
vtiq; loquebaẽ. Quis nãq; in occulto loqui- nõ oſtẽtatione corporis, ſed cordis præpara
Deu. 17. tur, qui corã tot hominibus: loquitur, cũ ſcri tione facienda? fieri.n. põt vt alterã maxillã
ptum ſit, In ore duorum vel trium teſtium viſibiliter p̃beat homo & iratus. Quanto er-
ſtabit omne verbũ: præſertim ſi hoc loquiẽ go melius & reſpondet vera placatus, & ad
paucis quod per eos vult innoteſcere & mul vera præferenda grauiora tranquillo animo
tis: ſicut ipſe dñs ait illis quos adhuc paucos fuit paratus? Beatus eſt. n. qui oĩb. quę iniu-

ſte pro iuſtitia patiatur, pôt veraciter dicere.
Pſal. 56. & 107. Paratũ cor meũ Deus paratũ cor meũ: Hinc ſit quippe ꝙ ſequitur, cantabo, & pſalmũ dicã dño. Quod Paulus & Barnabas etiã in vinculis duriſsimis facere potuerunt. Sed ad narrationis euangelicę ſequentia redeamus. Et miſit eũ Annas ligatũ ad Caiphã Pontificẽ.)
Actor. 14 *Mat. 26.* Ad illũ. n. ſicut Matthęus dicit ab initio ducebatur, qm̃ ipſe erat illius anni princeps ſacerdotũ: alternos quippe intelligendi ſunt agere ſolere annos ambo Pontifices. i. Principes ſacerdotum, qui erant illo tpe Annas & Caiphas quos & Lucas euãgeliſta cõmemorat, narrans quo tempore cęperit dñi prędicur ſor Ioannes prædicare regnũ cęlorũ & congregare diſcipulos: ſic. n. dicit, Sub principibus ſacerdotũ Anna & Caipha, factum eſt verbũ dñi ſuper Ioannẽ Zachariæ filiũ in deſerto, & cętera. Proinde iſti ambo Pontifices viciſsim ſuos annos agebant. Et erat tũc annus Caiphę qñ paſſus eſt Chriſtus. Ideo ſecundũ Matthæũ cũ comprehenſus eſſet, ad eũ ductus eſt, ſed prius ad Annã ſecundũ Ioannẽ venerunt cũ illo, non quia collega, ſed quia ſocer eius erat. Et credendũ eſt ſecundũ voluntatẽ Caiphę id eſſe factũ, vel etiam domus eorũ ita fuiſſe poſitas, vt non deberet Annas a tranſeuntibus præteriri. Sed cũ dixiſſet Euangeliſta ꝙ eum ligatũ miſerit Annas ad Caiphã, reuerſus eſt ad locũ narrationis vbi reliquerat Petrũ, vt explicaret quod in domo Annę de trina eius negatione contigerat. Erat aũt, inquit, Simon Petrus ſtans & calefaciens ſe.) Hoc recapitulat ꝙ ante iã dixerat: deinde quæ ſecuta ſunt iungit. Dixerũt ergo ei, Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille & dixit, Non ſum) Iã ſemel negauerat ad ancillæ vocẽ, & ecce iterũ eodẽ timore pterritus negauit. Deinde vt tertia negatio perficeret, & verbũ dñi prędicẽtis impleretur: Dicit ei vnus ex ſeruis pontificis, cognatus eius abſcidit Petrus auriculã, Nonne ego te vidi in horto cũ illo? Iterũ ergo negauit Petrus, & ſtatim gallus cãtauit.) Ecce me
Ioan. 13. dici cõpleta eſt p̃dictio, ęgroti cõuicta p̃ſumptio: nõ. n. factũ ẽ ꝙ iſte dixerat, Animã meã pro te ponã: ſed factũ eſt ꝙ ille prędixerat, Ter me negabis. Sed trina Petri negatione cõpleta, iã & iſte ſermo cõpleatur, vt deinceps quę de dño apud Pontium Pilatũ præſidem geſta ſunt, ab alio conſideremus exordio.

Ab eo quod dicit, Adducunt ergo Ieſum à Caipha in prętorium, Erat autem mane: vſq; ad id quod ait, Vt ſermo Ieſu impleretur quem dixit, ſignificans qua morte eſſet moriturus. Tract. CXIIII.

QVę cum domino vel de domino noſtro Ieſu Chriſto apud Pontium Pilatum præſidem geſta ſunt, quantum Ioannes euangeliſta indicat, deinde videamus. Redit enim ad locum narrationis ſuæ vbi eam reliquerat, vbi explicaret Petri negationem. Iã quippe dixerat, Et miſit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem, atque inde ingreſſus euangeliſta vbi dimiſerat Petrũ calefaciẽtem ſe ad ignem in atrio, poſteaquam totam eius negationẽ quęſter facta eſt terminauit, iterum percurrit ad ordinem hiſtorię. Addu cunt ergo Ieſum, inquit, à Caipha in prætorium. ¶ Ad Caipham quippe ab Anna collega & ſocero eius dixerat miſſum: ſed ſi ad Caipham, cur in prętoriũ? Quod nihil aliud vult intelligi quam vbi prędes Pilatus habitabat. Aut igitur aliqua vrgente cauſa de domo Annę, quo ad audiendum Ieſum ambo conuenerant, Caiphas perrexerat ad prætorium præſidis, & ſocero ſuo Ieſum reliquerat audiendum: aut in domo Caiphæ prætorium Pilatus acceperat, & tanta domus erat, vt ſeorſum habitantem dominũ ſuum, ſeorſum iudicem ferret. Erat autem mane, & ipſi, ideſt qui ducebant Ieſum, non introierunt in prętoriũ,) hoc eſt in eam partem domus, quam Pilatus tenebat, ſi ipſa erat domus Caiphę. Cur autem non introierunt in prætorium, exponens cauſam, Vt non contaminarentur, inquit, ſed vt manducarent paſcha. ¶ Dies enim agi cęperant azymorum, quibus diebus contaminatio illis erat in alienigenæ habitaculum intrare: O impia & ſtulta cęcitas, habitaculo videlicet contaminarentur alieno, & non contaminarentur ſcelere proprio? Alienigenę iudicis prętorio contaminari timebant, & fratris innocentis ſanguinem fundere non timebant, vt hoc ſolũ interim dicã, vbi rea malorũ conſcientia tenebãtur. Nam quod etiam dominus erat, qui eorum impietate ducebatur ad mortem, & vitæ dator occidebatur, non eorum conſcientiæ, ſed ignorantię deputetur. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, Quam accuſationem

De c. 18. L M

sationem affertis aduersus hominem hunc? Responderunt & dixerunt ei, Si nō esset hic malefactor, nō tibi tradidissemus eum.) Interrogentur atq; respondeant ab immundis spiritibus liberati, sanati lāguidi, leprosi mūdati, surdi audientes, muti loquentes, cęci videntes, mortui resurgentes, & q̄ omnia supe rat, stulti sapientes, vtrum sit malefactore Iesus. Sed ista dicebant, de quibus per Prophetam iam ipse prædixerat, Retribuebant mihi mala pro bonis. Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, & secundū legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudęi, Nobis non licet interficere quenquam.) Quid est q̄ loquitur insana crudelitas? An non interficiebant quem interficiendum offerebant, an forte crux non interficit? Si desipiunt qui non sectantur, sed insectantur sapientiam. Quid est autem nobis non licet interficere quenquā? Si malefactor est, cur non licet? nōne lex eis præcepit, ne malefactoribus, præsertim qualem istū putabant, a suo Deo seductorib. parcant? Sed intelligendum est eos dixisse, non sibi licere interficere quēquam: propter diei festi sanctitatem, quē celebrare iam cęperāt, propter quem de ingressu etiam prætorij cōtaminari metuebant. Itane obduristis falsi Israelitæ? Itane omnem sensum nimia malitia perdidistis, vt ideo vos a sanguine innocentis impollutos esse credatis, quia eum fundēdum alteri tradidistis? Nunquid & Pilatus illum, qui potestati eius a vobis ingeritur occidendus, suis est manibus occisurus? Si non eum voluistis occidi, si non insidiari estis ei, si non vobis tradendū pecunia cōparastis, si non comprehendistis, vinxistis, adduxistis, odistis: si non occidendū manib. obtulistis, vocib. popposcistis, non eū a vobis interfectū esse iactate. Si aūt illis omnib. vestris præcedentibus factis, ēt crucifige, crucifige clama stis, audite, quid cōtra vos Propheta clamat, Filij hominum dentes eorū arma & sagittæ, & lingua eorū machęra acuta. Ecce quib. armis, quibus sagittis, qua machęra iustum interfecistis, qñ vobis interficere quenquā nō licere dixistis. Hinc est q̄ ad cōprehendendum Iesum, cum sacerdotum non venissent Principes, sed misissent. Lucas tñ euangelista in eodem narrationis suæ loco ait, Dixit aūt, inquit, Iesus ad eos qui venerant ad se Principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores, Quasi ad latronem existis: & cętera. Sicut ergo Principes sacerdotū non per seipsos, sed per eos, quos miserant ad cōprehendendū Iesum, quid aliud quā ipsi in suæ iussionis potestate uenerunt: sic omnes qui crucifigendum Iesum impijs uocibus clamauerunt, nō quidē per seipsos eum, sed tñ ipsi per illum, qui eorum clamore ad hoc nefas impulsus est, occiderūt: quod uero Ioannes euangelista subiungit, Vt sermo Iesu impleretur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus.) Si mortem crucis hic velimus accipere, tanquā ideo dixerint Iudęi, Nobis non licet interficere quenquā: quia interfici aliud est, aliud crucifigi, non uideo qūo id possit consequenter intelligi, cum hoc ad Pilati uerba respōderint, quibus eis dixerat, Accipite eum uos, & secūdum legem uestram iudicate eum: nunquid ergo eum non poterant accipere, & ipsi eum crucifigere, si per tale genus supplicij interfectionē cuiusquā uitare cupiebant? Quis autem non uideat q̄ sit absurdum eis licere quenquam crucifigere, quibus non licet quenquam interficere? Quid q̄ ipse dñs eādem mortem suam, id est, mortem crucis etiam interfectionem uocat: sicut legimus apud Marcum ubi ait, Ecce ascēdimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur Principibus sacerdotum & scribis, & damnabunt eum morte, & tradent eū gentibus, & illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget? Nimirum ergo ista dicendo significauit dñs qua esset morte moriturus, nō quod hic mortem crucis uellet intelligi, sed quod eum udęi fuissent gentibus tradituri, hoc est, Romanis: nā Pilatus Romanus erat, eumq; in Iudęam Romani præsidem miserant. Vt ergo iste sermo Iesu impleretur, i. ut eum sibi traditum gentes interficerent, quod Iesus futurum esse prædixerat: ideo Pilatus qui iudex Romanus erat, cū uellet eum reddere Iudęis ut secundum legem suam iudicarent eum noluerunt eum accipere dicentes. Nobis non licet interficere quenquam. Ac sic impletus est sermo Iesu, quē de sua morte prædixit, ut eum a Iudęis traditum interficerent gentes, minore scelere quam Iudęi, qui se isto modo ab eius interfectione uelut alienos facere uoluerunt, non ut eorum innocentia, sed ut dementia monstraretur.

Psal. 34. De pœni. di. 1. c. periculose.

Ioan. 19. Psal. 56.

Luc. 22.

Mar. 10.

De eo quod dicit, Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus,& vocauit Ieſum vſq; ad id quod ait, Erat autem Barrabas latro. Tractatus CXV.

De c. 18. QVid Pilatus dixerit Chriſto,quidve Pilato ille reſponderit,iſto ſermone cõſiderandum atque tractandum eſt: cum.n.di
E ctum eſſet Iudęis,Accipite eum vos, & ſecũdum legem veſtram iudicate eum : atque illi reſpondiſſent, nobis non licet occidere quẽ quam. Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Ieſum, & dixit ei, Tu es rex Iudęorum?Et reſpondit Ieſus, A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me?) Sciebat vtiq; dñs, & q̃ ipſe interrogauit, & quid ille reſponſurus fuit: ſed tamen dici voluit,nõ vt ipſe ſciret,ſed vt ſcriberetur, quod nos voluit vt ſciremus.Reſpondit ei Pilatus, Nunquid ego Iudęus ſum? Gens tua & Pontifices tradiderunt te mihi,quid feciſti? Reſpondit Ieſus, Regnum meum nõ eſt de hoc mundo:ſi ex hoc mundo eſſet regnum meũ, miniſtri mei vtiq; decertarent, vt non traderer Iudęis, nunc autem regnum meum non eſt hinc.) Hoc eſt quod bonus magiſter ſcire nos voluit: ſed prius nobis demonſtranda fuerat vana hominum de regno eius opinio ſiue gentium,ſiue Iudęorum,à quibus id Pilatus audierat, quaſi propterea morte fuiſſet plectendus, quod illicitũ affectauerit regnũ, vel quoniam ſolent regnaturis inuidere regnantes,& videlicet cauendum erat, ne eius regnum ſiue Romanis, ſiue Iudęis eſſet aduerſum.Poterat autẽ dominus quod ait, Regnum meum non eſt de hoc mundo, &c. ad primam interrogationem præſidis reſponde re,vbi ei dixit,Tu es rex Iudęorum? ſed eum viciſsim interrogans, vtrum hoc a ſemetipſo diceret,an audiſſet ab alijs,illo reſpondẽ-
Pſal. 39. te oſtendere voluit hoc ſibi apud illum fuiſ-
F ſe a Iudęis velut crimen obiectum, pateſaciẽs nobis cogitationes hominum quas ipſe nouerat, quoniam vanæ ſunt, eisq; poſt reſponſionem Pilati, etiam Iudęis & gentibus opportunius aptiusq; reſpondens, Regnum meum non eſt de hoc mundo. Quod ſi interroganti Pilato continuo reſpondiſſet, non etiam Iudęis,ſed ſolis gentib. hoc de ſe opinantibus reſpondiſſe videretur. Nunc vero q̃m reſpondit Pilatus, nunquid ego Iudęus ſum? Gens tua & Pontifices tradiderũt te mihi,quid feciſti? abſtulit à ſe ſuſpitionem qua poſsit putari à ſemetipſo dixiſſe, quod Ieſũ regem dixerat eſſe Iudęorum, id ſe a Iudęis audiſſe demonſtrans. Deinde dicendo,quid feciſti?ſatis oſtendit illud ei pro crimine obiectum:tanquam diceret, ſi regem te negas, quid feciſti vt tradereris mihi? Quaſi mirum G
non eſſet,ſi puniendus iudici traderetur, qui ſe diceret regem. Si autem hoc non diceret, quærendum ab illo eſſet, quid aliud forte feciſſet, vnde tradi iudici dignus eſſet. Audite ergo Iudęi & gentes, audi circunciſio, audi præputium, audite omnia regna terrena, nõ impedio dominationem veſtram in hoc mũdo, regnum meum non eſt de hoc mundo, Nolite metuere metu vaniſsimo, quo Hero- *Mat.2.*
des ille maior cum Chriſtus natus nunciare tur, expauit, & tot infantes, vt ad eum mors perueniret,occidit, timendo magis quã irascendo crudelior,Regnum,inquit,meũ non eſt de hoc mundo.Quid vultis amplius? Venite ad regnum quod non eſt de hoc mundo:venite credendo,& nolite ſequire metuendo. Dicit quidem prophetia de Deo patre, *Pſal. 2.*
Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo, ſuper Sion montem ſanctum eius: ſed Sion illa & mons ille nõ eſt de hoc mundo : quod eſt.n. eius regnum niſi credentes in eum, quibus dicit, De mundo non eſtis, ſicut & ego non *Ioan.8.* *Ioan.17.*
ſum de mundo? quamuis eos eſſe vellet in mundo,propter quod de illis dixit ad patrẽ, Non rogo vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos a malo.Vnde & hic non ait, regnum meum non eſt in hoc mundo:ſed,non eſt de hoc mundo: & cum hoc probaret dicens, ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudęis:non ait, nunc autem regnum meum nõ eſt hic: ſed,non eſt hinc. Hic eſt enim regnũ *Mat.13.*
eius vſque in finem ſeculi,habens inter ſe cõmixta zizania vſque ad meſſem, meſsis enim finis eſt ſeculi,quando meſſores venient, id- H
eſt angeli, & colligent de regno eius omnia ſcandala, quod vtique non fieret, ſi regnum eius non eſſet hic : ſed tamen non eſt hinc, quia peregrinatur in mũdo.Regno ſuo quippe dicit,De mundo non eſtis,ſed ego vos ele *Ioan.15.*
gi de mundo.Erant ergo de mundo, quando regnum eius non erant, ſed ad mundi Principẽ pertinebant. De mundo eſt ergo quic-

quid

quid hominum a vero quidem Deo creatũ, sed ex Adam vitiata atque damnata stirpe generatum est. Factum est autem regnum non iam de mundo, quicquid inde in Christo regeneratum est. Sic enim nos Deus eruit de potestate tenebrarum, & transtulit in regnũ filij claritatis suæ: de quo regno dicit, Regnũ meum non est de hoc mundo: vel, regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus,

I Ergo rex es tu? Respõdit Iesus, Tu dicis, quia rex sum ego.) Non quia regem se timuit confiteri, sed tu dicis, ita libratum est, vt neque se regem neget: rex est. n. cuius regnum non est de hoc mundo: neque regem talem se esse fateatur, cuius regnum putetur esse de hoc mundo: talem quippe ille sentiebat qui dixerat, Ergo rex es tu? Cui respõsum est, tu dicis, quia rex sum ego: dictum est enim tu dicis, ac si dictum esset, carnalis carnaliter dicis. Deinde ait, Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati.) Non est producenda huius pronominis syllaba quod ait, in hoc natus sum, tanquam dixerit, in hac re natus sum: sed corripienda, tanquam dixerit, ad hanc rẽ natus sum, vel ad hoc natus sum, sicut ait, ad hoc veni in mundum. In Græco nanq; Euangelio nihil est huius locutionis ambiguum, vnde manifestum est eum temporalem natiuitatem suam hic commemorasse, qua incarnatus venit in mundum, non illam sine initio qua Deus erat, per quem pater condidit mundum. In hoc ergo se dixit natum, i. propter hoc natum, & ad hoc venisse in mũdũ, vtique nascendo de virgine, vt testimonium perhibeat veritati. Sed quia non omnium est
Colos. 1. fides, adiunxit atque ait, Omnis qui est ex ve
Ioan. 14. ritate, audit meam vocem.) Audit utiq; interiorib. auribus, i. obaudit meæ uoci, quod tantundem ualeret si diceret, credit mihi. Cũ

K itaque Christus testimonium perhibeat veritati, profecto testimonium perhibet sibi: eius quippe uox est, Ego sum ueritas: & dixit alio quoque loco, Ego testimonium perhibeo de me: quod uero ait, Omnis qui est ex ueritate, audit uocem meam, gratiam commendauit quæ secũdum propositum uocat: de quo proposito dicit Apostolus, Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositũ Dei uocati sunt, propositum, s. uocantis, non uocatorum: q̃ alibi apertius ita positũ est, Conlabora Euangelio secundum uirtutẽ *Rom. 8.* Dei saluos nos facientis & uocantis uocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam: nam si naturam cogitemus, in qua creati sumus, cum omnes ueritas creauerit, quis non est ex ueritate? Sed non omnes sunt quibus ut audiant ueritatem, hoc est, ut obediant ue L ritati & credant in ueritatem, ex ipsa ueritate præstatur, nullis proculdubio præcedentibus meritis, ne gratia non sit gratia. Si. n. dixisset, Omnis qui audit meam uocem ex ueritate est, ideo dictus ex ueritate putaretur, quia obtemperat ueritati: nõ aũt hoc ait, sed ait, Omnis qui est ex ueritate, audit meã uocẽ: ac per hoc non ideo est ex ueritate, quia eius audit uocem: sed ideo audit, quia ex ueritate est, i. quia hoc illi donum ex ueritate collatum est. Quod quid est aliud q̃ donante Christo credit in Christum? Dixit ei Pilatus, Quid est ueritas?) Nec expectauit audire respõsum. Sed cum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudęos, & dixit eis, Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo uobis, ut unum dimittam uobis, in Pascha, vultis ergo dimittam uobis regem Iudęorum?) Credo cum dixisset Pilatus, quid est ueritas, in mentem illi ueniisse continuo consuetudinem Iudęorũ qua solebat eis dimitti unus in Pascha, & ideo nõ expectauit ut responderet ei Iesus quid esset ueritas, ne mora fieret cũ recoluisset morẽ quo posset eis per Pascha dimitti, quod eum ualde uoluisse manifestũ est, Auelli tamen ex eius corde non potuit Iesum regem Iudęorum, tanq̃ hoc sibi sicut in titulo ipsa ueritas fixerit, de qua quid esset interrogauit. Sed hoc audito, Clamauerunt rursum omnes dicentes, Non hunc, sed Barrabam: Erat autem Barrabas latro.) Non reprehendimus, ò Iudęi quod per Pascha liberastis nocentem, sed quod occidistis innocentem: quod tamen nisi fieret, uerum Pas- M cha non fieret: sed umbra ueritatis a Iudęis errantibus tenebatur, & mirabili dispensatione diuinæ sapientiæ per homines fallaces eiusdem umbræ ueritas implebatur, quia ut uerum Pascha fieret, Christus uelut ouis immolabatur. Hinc ea sequuntur quæ iniuriosa Christo Pilatus & cohors eius ingessit, sed alia disputatione tractanda sunt.

De

De eo quod dicit, Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit: vsque ad id ꝙ ait, Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt eum. Tract. CXVI.

De c.19. CVm Iudęi clamassent, non Iesum sibi à Pilato dimitti velle per Pascha, sed Barrabam latronẽ, non Saluatorẽ, sed interfecto
A rem: non datorẽ vitæ, sed à demptorem. Tũc apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.) Hoc Pilatus non ob aliud fecisse credendus est, nisi vt eius iniurijs Iudęi satiati sufficere sibi existimarent, & vsq; ad eius mortẽ Iudęi sęuire desisterent. Adhoc pertinet ꝙ idẽ prę-ses cohortem suam ẽt permisit facere quæ se quuntur, aut fortasis & iussit, quamuis hoc Euangelista tacuerit: dixit. n. quid deinde fecerint milites, Pilatum tñ id iussisse nõ dixit: Et milites, inquit, plectẽtes coronã de spinis, imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circundederũt eũ, & eueniebant ad eũ, & dicebant, Aue rex Iudęorũ: Et dabãt ei alapas.) Sic implebantur quæ de se prædixerat Christus: sic martyres informabantur ad oĩa quæ persecutores sibi uisset facere perferenda: sic pauli sper occultata tremenda potentia, commendabatur prius imitanda patientia: sic regnum ꝙ de hoc mundo non erat, superbum mundũ non atrocitate pugnandi, sed patiendi humilitate vincebat: sic illud granũ multiplicandũ seminabatur horribili cõtumelia, vt mirabili pullularet in gloria. Exijt iterum Pilatus foras & dicit eis, Ecce adduco eũ foras, vt cognoscatis, quia in eo nullã causam inuenio. Exijt ergo Iesus portãs spineã coronã & purpureũ vestimentũ, & dicit eis, Ecce hõ.) Hic apparet non ignorante Pilato hæc à militib. facta, siue iusserit ea siue permiserit, illa, s. causa q̃ supra diximus, vt hæc eius ludibria inimici libentissime biberent, & vlterius sanguinẽ non sitirent. Egreditur ad eos
B Iesus portans spineã coronã & purpureũ vestimentũ, nõ clarus imperio, sed plenus opprobrio: & dr eis, Ecce homo: Si regi inuidetis, iã parcite quia deiectũ videtis, flagellatus est, spinis coronatus est, ludibrioſa veste amictus est, amaris conuitijs illusus est, alapis cę sus est, feruet ignominia, frigescat inuidia, sed non frigescit, inardescit potius & increscit. Cũ ergo vidissent eũ Pontifices & ministri clamabant dicentes, Crucifige, crucifige eũ. Dicit eis Pilatus, Accipite eũ vos & crucifigite: ego. n. non inuenio in eo causam. Respondent ei Iudęi, Nos legẽ habemus, & secundũ legẽ debet mori, quia filiũ Dei se fecit) Ecce altera maior inuidia. Parua quippe illa videbatur, velut affectatæ illicito ausu regiæ ptãtis, & tñ neutrũ sibi Iesus mendaciter vsurpauit, sed vtrunq; verũ est, & vnigenitus Dei filius est, & rex ab eo constitutus super Sion montẽ sanctũ eius, & vtrunq; nunc de- C
mõstraret, nisi quanto erat potentior, tanto mallet esse patiẽtior. Cũ ergo audisset Pilatus hoc verbũ, magis timuit, & ingressus est prætoriũ iterũ, & dicit ad Iesum, vnde es tu? Iesus aũt respõsum non dedit ei.) Hoc silẽtiũ dñi nostri Iesu non semel factũ, collatis omniũ euangelistarũ narrationib. reperitur, & apud Principes sacerdotũ, & apud Herodẽ, quo eũ sicut Lucas indicat, miserat Pilatus audiendũ, & apud ipsum Pilatũ, vt nõ frustra de illo prophetia præcesserit: Sicut agnus coram tondente se sine voce sic non aperuit os suũ, tunc vtiq; qñ interrogantib. non rñdit. Quãuis. n. quibusdã interrogationibus sæpe respõderit, tñ ꝓp illa, in quibus noluit respõdere, ad hoc data est de agno similitudo, vt in suo silẽtio nõ reus, sed innocens haberetur. Cũ ergo iudicaretur vbicũq; nõ aperuit os suum: sicut agnus non aperuit, i. non sicut male sibi conscius, qui de peccatis cõuincebatur suis, sed sicut mãsuetus, qui pro peccatis immolabat alienis. Dicit ergo ei Pilatus, Mihi nõ loqueris? Nescis quia ptãtem habeo crucifigere te, & potestatẽ habeo dimittere te? Respondit Iesus, Non haberes aduersum me potestatẽ vllã, nisi tibi datum esset desuper, propterea q̃ me tradidit tibi, maius peccatũ habet.) Ecce respondit, & tñ vbicunq; non respondit, non sicut reus siue dolosus, sed sicut agnus, hoc est, sicut simplex atq; innocens non aperuit os suũ. Proinde vbi non rñdebat, sicut ouis silebat: vbi respondebat, sicut pastor docebat. Discamus ergo ꝙ dixit, D
ꝙ & per Apostolũ docuit, quia non est potestas nisi à Deo, Et quia plus peccat qui ptãti innocentẽ occidendũ liuore tradit, quam potestas ipsa si eum timore alterius maioris potestatis occidit. Talẽ quippe Pilato Deus dederat potestatem, vt etiam esset sub Cęsaris potestate. Quapropter non haberes, inquit, aduersum me potestatem vllam, i. quan-

Luc. 23. Esaiæ 53.

Rom. 13.

tulam-

tulam cunq; habes, nisi hoc ipsum quicquid est tibi essẽt datũ desuper. Sed qm̃ scio quantũ sit, non.n. tm̃ est, vt ibi omnimodo liberũ sit: propterea q̃ tradidit me tibi, maiꝰ peccatũ habet. Ille quippe me tuæ potestati tradidit inuidendo, tu vero eandẽ ptãtẽ in me
D exerciturus es metuendo. Nec timendo quidẽ, præsertim innocentẽ homo hominẽ debet occidere, inuidus homicida malus est, sed tñ zelando facere multo magis malũ est, q̃ timendo, Et ideo non ait verax magister, q̃ me tradidit tibi, ipse habet peccatũ, tanq̃ ille non haberet: sed ait, maius habet pctm̃, vt ẽt se habere intelligeret. neq; .n. propterea illud nullũ est, quia hoc maius est. Exinde q̃rebat Pilatus dimittere eũ.) Quid est hoc quod dictũ est, exinde? Quasi antea non quęrebat? Lege superiora, & inuenies iandudũ eũ quęrere dimittere Iesum. Exinde itaq; intelligẽdũ ẽ, ꝓp hoc. i. ex hac causa, ne haberet pctm̃ occidendo innocentẽ sibi traditũ, quãuis minus peccans q̃ Iudęi qui eũ illi tradiderant occidendũ. Exinde ergo. i. ideo ne hoc peccatũ faceret, non nunc primũ, sed ab initio quęrebat eũ dimittere. Iudęi aũt clamabant dicentes, Si hũc dimittis, non es amicus Cęsaris. Omnis.n. qui se regem facit, contradicit Cęsari.) Maiorẽ timorẽ se ingerere putauerunt Pilato terrẽdo de Cęsare, vt occideret Christũ, q̃ superius vbi dixerunt, Nos legem habemus, & secundum legẽ debet mori, quia filiũ Dei se fecit. Eorũ legem quippe ille non timuit vt occideret: sed magis filiũ Dei timuit ne occideret. Nunc vero non sic potuit contemnere Cęsarẽ authorẽ potestatis suæ, quemadmodũ legem gentis alienç. Adhuc tñ Euangelista sequitur & dicit, Pilatus autem cũ audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrꝺtos, Hebraice autem Gabatha. Erat autem parasceue paschæ hora quasi sexta.) Qua hora sit dñs crucifixus, pro
Mar. 15. *Infra tra* *sta. 117.* pter euangelistæ alterius testimoniũ, qui dixit, Erat aũt hora tertia, & crucifixerunt eũ, qm̃ magna disceptatio solet oboriri, cũ ad ipsum locũ vbi crucifixus narratur vẽtũ fue
E rit, vt potuerimꝰ, si dñs voluerit, differemus. Cũ ergo pro tribunali sedisset Pilatus, Dicit Iudęis, Ecce rex vester. Illi aũt clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum, Dixit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam?) Adhuc terrorem quem de Cęsare ingesserãt, superare conatur, de ignominia eorũ volens eos frangere dicendo, Regem vestrũ crucifigam, quos de ignominia Christi mitigare non potuit: sed timore mox vincitur. Respondерunt.n. Pontifices, Non habemus regẽ nisi Cęsarẽ. Tunc eis tradidit eis illum vt crucifigeretur. F
Apertissime quippe contrà Cęsarem venire videretur, si regem se nõ habere nisi Cęsarẽ profitentibus alium regẽ vellet ingerere dimittendo impunitũ, quẽ ꝓpter hos ausus ei tradiderant occidendũ. Tradidit ergo eis illũ vt crucifigeretur, sed nũquid aliud & ante cupiebat qm̃ dicebat, Accipite eum vos, & crucifigite: vel etiam superius, accipite eum vos, & secundũ legẽ vestrã iudicate eũ? Cur aũt illi tantopere noluerunt, dicentes, Nobis non licet interficere quenquam: & omnimodo instantes, vt non ab eis, sed à pręside occideretur, & ideo eum occidendum accipere recusantes, si nunc eum accipiunt occidendum? Aut si hoc non fit, cur dictũ est, tunc ergo tradidit eis illũ vt crucifigeretur. An aliquid interest? plane interest, non est enim dictũ. Tunc ergo tradidit eis illũ, vt crucifigerent eũ, sed, vt crucifigeretur. i. vt iudicio ac potestate pręsidis crucifigeretur: sed ideo illis traditum dixit Euangelista, vt eos crimine implicatos a quo alieni esse conabantur, ostenderet. Non.n. faceret hoc Pilatus, nisi vt id ꝓ eos cupere cernebat, impleret: ꝓ aũt se quitur. Susceperunt aũt Iesum & eduxerũt.)
Põt ad milites iã referri apparitores pręsidis nã postea euidẽtius dicitur, Milites ergo cũ crucifixissent eũ: quãuis Euangelista etiam si totũ Iudęis tribuit merito facit. Ipsi enim susceperunt quod auidissime flagitauerũt, & ipsi fecerũt quicquid vt fieret extorserũt. Sed hæc sequentia alio sermone tractanda sunt.

De eo quod dicit, Et baiulans sibi crucem, exijt in eum qui dicitur Caluariç locum: vsq; ad id quod ait, Rñdit Pilatus, Quod G
scripsi, scripsi. Tract. CXVII.

IVdicante atq; damnante Pilato pro tribu *Dec. 19.*
nali dominum Iesum Christum hora qua *Mar 25.*
si sexta, Susceperunt & eduxerunt. Et baiulãs sibi crucem exijt in eum qui dicitur Caluariç locum, Hebraice autem Golgota, vbi crucifixerunt eum.) Quid est ergo quod

Marcus

Marcus euangelista dicit, Erat aũt hora tertia,& crucifixerunt eũ: nisi quia hora tertia crucifixus est dñs linguis Iudęorũ,hora sexta manibus militiũ? vt intelligamus horam quintam iã fuisse transactã, & aliquid de sexta cęptũ, qñ sedit pro tribunali Pilatus, quæ dicta est à Ioãne hora quasi sexta. Et cũ duce
H retur vt in ligno cũ duobus latronib.configeretur, & iuxta eius crucẽ gererentur, quæ gesta narrantur, hora sexta integra completur,ex qua hora vsq; ad nonã Sole obscu-
Mat.17. rato,tenebras factas triũ Euangelistarũ,Mat-
Mar.15. thęi,Marci, & Lucæ contestatur authoritas.
Luc. 23. Sed qm̃ Iudęi facinus interfecti Christi à se in Romanos, ideſt, in Pilatũ & eius milites transferre conati sunt,propterea Marcus supprẽsa ex hora qua Christus à militibus crucifixus est, quæ agi sexta iam cęperat, tertiã potius horã esse recordat' expresit, qua hora intelliguntur apud Pilatũ clamare potuisse,Crucifige,crucifige,vt nõ illi tm̃ reperiãtur crucifixisse Iesum.i.milites qui eũ ligno sexta hora suspenderunt, verumetiã Iudæi, quivt crucifigeretur hora tertia clamauerũt. Est & alia huius solutio quæstionis,vt nõ hic accipiatur hora sexta diei, quia nec Ioannes ait, Erat aũt hora diei quasi sexta: ⸗aut,hora
1.Cor.5. quasi sexta:⸗ sed ait, Erat autẽ parasceue paschæ hora quasi sexta. Parasceue aũt Latine præparatio est: sed isto verbo Græco libentius vtuntur Iudęi in huiusmodi obseruationibus etiam qui magis Latine quam Græce loquuntur.Erat aũt præparatio paschę. Pascha vero nostrũ sicut dicit Apostolus, immolatus est Christus. Cuius paschæ prępara tionẽ si ab hora noctis nona cõputemus,tũc enim videnẽ principes sacerdotũ pronũciasse immolationẽ dñi dicentes, Reus est mortis,cũ adhuc in domo Pontificis audiretur, vnde cõgruenter accipitur inde cępisse præparationẽ veri paschę cuius vmbra erat pa-
Mat.27. scha Iudæorũ,i.immolationis Chri, ex quo à sacerdotib. pronunciatus est immolãdus, ꝓfecto ab ea noctis hora,quæ tũc nona fuis-
I se cõijciẽ, vsq; ad horã diei tertiã qua crucifixũ esse Christũ Marcus euangelista testatur sex horæ sunt, tres nocturnę & tres diurnę. Vnde in hac parasceue paschę.i. præparatione immolationis Chri, q̃ ab hora noctis nõ cęperat, quasi sexta agebatur hora.i.peracta quinta iã sexta currere cęperat,qñ Pilatus tribunal ascendit: adhuc.n.erat ipsa ꝓparatio q̃ ab hora noctis nona cęperat, donec fieret q̃ præparabatur Chri immolatio: quæ facta est hora tertia secundũ Marcũ,non præparationis sed diei:eadẽq; sexta nõ diei, sed prępara-
K tionis,sex vtiq; horis à noctis nona vsq; ad diei tertiã cõputatis. Harũ duarũ solutionem istius difficilis qęstionis eligat quisq; quam volet. Melius aũt quid eligat iudicabit, q̃ de cõsensu Euangelistarũ, quę operosissime di-
Lib. 3.de consensu euangel. cap.13. sputata sunt legerit. Quod & si aliæ solutiones eius potuerint inueniri,cumulatius euãgelicæ veritatis constãtia defendetur aduersus calumnias infidelis atq; impiæ vanitatis. Nunc ad narrationẽ Ioannis euãgelistæ post ista breuiter tractata redeamus. Susceperunt aũt, inquit,Iesum & eduxerunt,& baiulans sibi crucẽ exijt in eũ qui dicitur Caluariæ locũ,Hebraice Golgota, vbi crucifixerunt eũ. Ibat ergo ad locũ vbi fuerat crucifigendus, portans crucẽ suã Iesus.Grande spectaculũ, sed si spectat impietas, grãde ludibriũ,si pietas,grande mysteriũ.Si spectet impietas, grã de ignominię documentũ: si pietas, grande fidei munimentũ. Si spectet impietas, ridet regem pro virga regni lignũ sui portare supplicij:si pietas,videt regẽ baiulantẽ lignũ ad semetipsum figendũ, quod fixurus fuerat ẽt in frontibus regũ in eo spernẽdus oculis impiorũ,in quo erant gloriatura corda sanctorũ:dicturo.n.Paulo, Mihi aũt absit gloriari, *Galat.6.*
nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi:ipsã;crucẽ suã suo gestans humero cõmendabat, & lucernæ arsurç,quę sub modio ponenda nõ erat candelabrũ ferebat. Baiulans ergo sibi crucẽ exijt in eũ qui dicitur Caluariæ locũ, *Mat. 5.*
Hebraice Golgota, vbi eũ crucifixerunt, Et cũ eo alios duos hinc & hinc, medium autẽ Iesum.) Isti duo latrones erãt, sicut aliorum euangelistarũ narratione didicimus, cũ quibus crucifixus & inter quos crucifixus est L
Christus: de quo præmissa dixerat prophetia,Et inter iniquos deputans est,Scripsit aũt & titulũ Pilatus, & posuit super crucẽ: erat aũt scriptum, Iesus Nazarenus rex Iudęorũ. *Mat.27.*
Hunc ergo titulum multi legerunt Iudęorũ, *Mar.15.*
quia propè ciuitatẽ erat locus vbi crucifixus *Luc. 23.*
est Iesus. Et erat scriptum Hebraice,Græce, *Esaiæ 53.*
& Latine.) Rex Iudæorum. Hæ quippe tres linguæ ibi præ cęteris eminebant. Hebræa propter Iudæos in Dei lege gloriantes,Grę-

ca

cæpp gentiũ sapiẽtes, Latina pp Romanos, multis ac penè omnib.iã tunc gentib. imperantes. Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudęorũ, Noli scribere rex Iudęorũ, sed quia ipse dixit,rex sum Iudęorũ,Respondit Pilatus. Quod scripsi,scripsi. ℣ O ineffabilẽ vim diuinæ operationis, ẽt in cordibus ignorantiũ. Nonne occulta vox quædam Pilato intus quodã,si dici potest, clamoso silẽtio per
A sonabat,q tanto ante in Psalmorũ literis pro
Psal. 59. phetatũ est? Ne corrũpas tituli inscriptionẽ? ecce tituli inscriptionem non corrumpit, q scripsit,scripsit. Sed ẽt Põtifices qui hoc corrumpi volebant,quid dicebant? Noli scribere,inquiunt,rex Iudęorum: sed quia ipse dixit,rex sũ Iudęorũ. Quid loquimini insani? quid fieri contradicitis, q mutare nullo pacto potestis? Nunquid.n.propterea non erit verũ,quia Iesus ait,rex sum Iudęorũ? Si corrumpi non põt q Pilatus scripsit, corrumpi põt q veritas dixit? sed Iudęorũ tantum rex est Christus, an & gentium? imo & gentiũ:
Psal. 2. cũ.n.dixisset in prophetia, Ego aũt constitutus sum rex ab eo super Sion mõtem sanctũ eius,prædicans præceptũ eius: ne pp montẽ Sion solis Iudęis eũ regem quisquam diceret constitutũ:continuo subiunxit, Dñs dixit ad me,filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã,& possessionẽ tuam terminos terræ. Vnde & ipse iã per os proprium loquens apud
Galat.6. Ioan.10. Iudęos, Habeo, inquit,alias oues, q nõ sunt de hoc ouili, oportet me & ipsas adducere, & vocẽ meã audiẽt,& fiet vnus grex,& vnus pastor. Cur ergo magnũ volumus intelligi ĩ hoc titulo sacrm,in quo scriptũ erat, rex iu-
Mat.5. Rom.11. dęorũ,si rex est Christus & gentium? Quia,s. oleaster factus ẽ particeps pinguedinis oleæ, non olea particeps facta est amari.udinis oleastri:nã in eo q de Christo veraciter scriptum est in titulo rex Iudęorũ, qui sunt intel
L Rom.9. ligendi Iudęi nisi semen Abrahæ filij promissionis, qui sunt ẽt filij Dei? qm non qui filij
B carnis,ait Apostolus,hi filij Dei, sed qui filij promissionis deputantur in semine. Et gẽtes
Mat.27. Mar.15. Luc.23. Esaiæ 53. Gala.3. erant quib.dicebat, Si aũt vos Christi, ergo Abrahæ semen estis secundũ promissionem hæredes. Rex ergo Iudęorũ Christus,sed Iudęorum circuncisione cordis,spiritu, non litera. Quorum laus non ex hominibus sed ex Deo est, pertinentiũ ad Hierusalem liberam matrem nostram æternã in cęlis, Saram spiritalem, ancillam & filium eius de domo li- Gala. 4
bertatis eijcientem. Ideo enim Pilatus quod scripsit,scripsit,quia dñs quod dixit, dixit.

De eo quod dicit, Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius vsq; ad id q ait,Et in vestem meam miserunt sortem. Tract. CXVIII.

C

EA quæ gesta sunt iuxta crucẽ dñi,cũ iam crucifixus esset, isto quantũ dñs adiuuat sermone tractemus. Milites ergo cũ crucifixissent eũ, acceperunt vestimenta eius & fecerunt quatuor partes,vnicuiq; militi partẽ, & tunicam. Erat aũt tunica inconsutilis desu per contexta per totũ. Dixerunt ergo ad inui cẽ, Non scindamus eã, sed sortiamur de illa cuius sit: vt scriptura impleatur dicens, Parti ti sunt vestimenta mea sibi, & in vestẽ meam miserunt sortem. ℣ Factum est q voluerunt Iudęi, non ipsi sed milites qui parebant Pilato,iudicante ipso crucifixerunt Iesum: & tñ si voluntates, si insidias,si operã, si traditionem, postremo si extorquentes clamores eorum cogitemus, magis vtiq; Iudęi crucifixerunt Iesum. Sed de partitione & sortitione vestimentorũ eius non est prætereunter loquendũ. Quamuis.n.oẽs Euãgelistæ quatuor Mat.27.
huius rei meminerint, cęteri tñ breuius quã Mar.15.
Ioãnes,sed clause illi, iste vero apertissime: Luc. 23.
nã Matthæus ait,Postquam aũt crucifixerunt eũ,diuiserunt vestimenta eius sorẽ mittẽtes. Marcus, Et crucifigentes eũ diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortẽ super eis quis qd tolleret,Lucas, diuidentes vero vestimẽta eius,miserunt sortes. Ioannes aũt & quot partes de vestimentis eius fecerint dixit,i.quatuor, vt singulas tollerent. Vnde apparet quatuor fuisse milites,qui in eo crucifigẽdo psidi paruerũt:manifeste quippe ait, Milites ergo cũ crucifixissent eũ,acceperunt vestimenta eius,& fecerunt quatuor partes, vnicuiq; militi partẽ,& tunicã:subaudiendum est, acceperunt,vt iste sit sensus, acceperũt vestimẽta eius & fecerunt quatuor partes, vnicuiq; D
militi partẽ,acceperunt & tunicam. Et sic locutus est, vt de cęteris vestimẽtis nullã sortẽ missam esse videamus, sed de tunica q simul cũ cęteris acceperunt, sed non similiter diuisserunt:de hac.n.sequitur exponens: Erat aũt

tunica

tunica inconsutilis, desuper contexta per totum.) Cur aũt de illa sorte miserunt narrãs: Dixerunt, inquit, ergo ad inuicem, Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit.) Apparet itaq; in alijs vestib. æquales eos habuisse partes, vt sortiri necesse non fuerit: in illa vera vna non eos habere potuisse singulas partes nisi scinderetur, vt pannos eius inutiliter tollerent, ꝙ ne sacerẽt ad vnum eam peruenire sortitionẽ maluerunt. Huius Euangelistæ narrationi consonat ẽt propheticum testimoniũ, ꝙ & ipse continuo subiungens, *Psal. 21.* Vt scriptura, inquit, impleretur dicens, Parti ti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meã miserunt sortem.) Non.n. ait, sortiti, sed partiti sunt: nec ait, sortientes partiti sunt, sed in cęteris vestimentis sortẽ omnino nõ nominans, postea dixit, & in vestẽ meam miserunt sortem, ꝑꝑ illam reliquã tunicam. De qua re dicam, ꝙ ipse donauerit, cũ prius eam quæ oboriri potest tanquam Euangelistæ inter se discrepent, calumniã propulsauero, demon *Mat. 27.* strans nullius cęterorũ verba narrationi Ioãnis esse contraria: Matthęus.n. dicendo, Diuiserunt vestimenta eius sortẽ mittentes, ad totam diuisionem vestimentorũ voluit intelligi ẽt illam tunicam pertinere, de qua sortem miserunt, quia vtiq; omnes vestes diuidẽdo in quibus & illa fuit, de ipsa sortiti sunt. Tale est ẽt ꝙ ait Lucas, Diuidẽtes vestimenta eius miserunt sortes, diuidentes.n. venerunt ad tu *Luc. 23.* nicã, de qua facta est sortitio, vt inter eos vniuersa vestimẽtorum eius diuisio cõpleretur. Quid aũt interest vtrum dicatur, diuidentes miserunt sortes, ꝙ ait Lucas: an diuiserũt sortem mittentes, ꝙ ait Matthæus, nisi ꝙ Lucas *Luc. 23.* dicendo sortes, pluraliter pro singulari numero posuit, quæ locutio in scripturis sanctis insolita non est, quãuis nonnulli codices sortẽ reperiantur habere, non sortes? Marcus itaque solus vr aliquã intulisse quæstionem: di- *Mar. 15.* cendo.n. Mittentes sortẽ super eis quis quid tolleret tanquã super omnib. vestimentis, nõ super sola tunica sors missa sit, locutus vr: E fed hic ẽt breuitas obscuritatẽ facit. sic.n. dictũ est, mittentes sortem super eis: ac si diceretur, mittentes sortem cũ diuiderent: ꝙ & factũ est. Omniũ quippe vestimentorũ eius diuisio completa nõ esset, nisi forte claruisset, quis ẽt illam tunicam tolleret, vt sic contentio diuidentiũ finiretur, vel nulla potius oriretur. Quod ergo ait: quis quid tolleret, qñquidem hoc sorti deputatur, non ad omnia quæ diuisa sunt vestimenta referendum est: sors.n. missa est quis illam tunicam tolleret, de qua qm narrare prætermisit qualis fuerit, & quemadmodũ æqualibus factis partib. sola remanserit, quæ ne cõscinderetur, veniret in sortẽ, pro eo positum est, ꝙ ait, quis quid tolleret, i. quis eam tolleret, tanquam si totũ ita diceretur, diuiserunt vestimenta eius mit- F tentes sortem super eis, quis tunicã quæ partibus æqualibus superfuerat tolleret. Quærat forte aliquis, quid significet in tot partes vestimentorum facta diuisio, & de tunica illa sortitio. Quadripartita vestis dñi Iesu Christi quadripartitam figurauit eius Ecclesiam, *Mat. 24.* toto scilicet qui quatuor partibus constat, terrarum orbe diffusam, & omnibus eiusdẽ partibus æqualiter, i. concorditer distributã. Propter quod alibi dicit missurũ se angelos suos, vt colligant electos eius à quatuor ventis: ꝙ quid est, nisi a quatuor partib. mundi, Oriente, Occidente, Aquilone, & Meridie? Tunica vero illa sortita, omnium partiũ significat vnitatem, quæ charitatis vinculo cõ *1. Co. 13.* tinetur. De charitate aũtẽ locuturus Apostolus, Supereminẽtiorem, inquit, vitam vobis demonstrabo: & alio loco ait: Cognoscere ẽt supereminentem scientiæ charitatẽ Christi. Itemq; alibi, Super omnia aũt hæc habete charitatem quæ est vinculũ perfectionis. *Col. 5.* Si ergo charitas & supereminentiorẽ habet vitã, & supereminet scientiæ, & super omnia præcepta est, merito vestis qua significatur, desuper contexta perhibetur. Inconsutilis aũt ne aliqñ dissuatur, & ad vnum peruenit, quia in vnũ omnes colligit, sicut in Apostolis cum esset etiã ipse numerus duodenarius, i. quadripartitus in ternos, & omnes essent interrogati: solus Petrus respondit, Tu es *Mat. 16.* Christus filius Dei viui: & ei dr, Tibi dabo claues regni cęlorum, tanquã ligandi & sol- G uendi solus acceperit potestatem, cum & illud vnus pro omnib. dixerit, & hoc cum omnibus tanquam personã gerẽs ipsius vnitatis acceperit. Ideo vnus pro omnibus, quia vnitas est in omnibus. Vnde hic cũ dixisset, desuper contexta, addidit, per totum: ꝙ si referamus ad id quod significat, nemo eius est expers, qui pertinere ad totũ inueniatur, a quo toto sicut Græca indicat lingua, catholica vocatur

catur Ecclesia, In sorte aũt quid nisi Dei gratia cõmendata est? Sic quippe in vno ad omnes peruenit, cũ sors quoq; omnibus placuit quia & Dei gratia in vnitate ad omnes peruenit, & cũ sors mittitur, non personæ vel cuiuscunq; meritis, sed occulto iudicio Dei ceditur. Nec ideo ista non aliquid boni significasse quis dixerit, quia per malos facta sunt, non scilicet per eos qui Christũ secuti, sed qui sunt persecuti. Quid.n de ipsa cruce dicturi sumus, quæ certe similiter ab inimicis atq; impijs Christo facta & impacta est? Et tñ ea significari recte intelligitur quod ait Apostolus, Quæ sit latitudo, longitudo, & altitudo, & profundũ. Lata quippe in transuerso ligno, quo extenduntur pendẽtis manus, & significat opera bona in latitudine charitatis: longa est à transuerso ligno vsq; ad terrã, vbi dorsum pedesq; figuntur, & significat p̃seuerantiã in longitudine temporis vsq; in finẽ. Alta est in cacumine, quod per transuersum lignum sursum versum excedit, & significat supernum finem quo cuncta opera referuntur, quoniam cuncta latitudine ac longitudine bene ac perseuerãter fiunt, propter altitudinem diuinorum facienda sunt præmiorum. Profunda est in ea parte, qua in terram figitur: ibi quippe & occulta est, nec videri potest, sed cuncta eius apparentia & eminẽtia inde cõsurgũt, sicut bona nostra de profunditate gratiæ Dei quę comprehendi ac diiudicari nõ põt, vniuersa procedũt. Sed etsi crux Christi hoc solũ significet quod ait Apostolus, Qui aũt Iesu Christi sunt, carnẽ suã crucifixerunt cũ passionibus & concupiscentijs, quam magnũ bonũ est? Nec tñ facit hoc nisi concupiscens aduersus carnẽ spiritus bonus, cũ illã crucẽ Christi fecerit inimicus, id est, spiritus malus. Postremo quid est quod omnes nouerunt signum Christi, nisi crux Christi? Quod signum nisi adhibeatur, siue frontibus credentium, siue ipsi aquę qua regenerentur, siue oleo quo chrismate vnguntur, siue sacrificio quo aluntur, nihil eorum rite perficitur. Quomodo ergo per id quod mali faciũt, nihil boni significatur, qñ per crucem Christi quam fecerunt mali, in celebratione sacramentorum eius bonum nobis omne signatur? Sed hęc hactenus: quæ autem sequuntur, alias, vt Deus opitulabitur differenda videbimus.

Ephe. 3.

Deu. 19.

De eo quod dicit, Et milites quidem hęc fecerunt: vsq; ad id quod ait, inclinato capite tradidit spiritum. Tract. CXIX.

CRucifixo dño posteaquã diuiso vestimentorum eius etiã sorte missa completa est, quæ deinde narrat Ioannes Euangelista videamus: Et milites quidẽ, inquit, hæc fecerunt. Stabant aũt iuxta crucẽ Iesu, mater eius, & soror matris eius, Marię Cleophę, & Mariæ Magdalenę. Cũ vidisset ergo Iesus matrẽ & discipulũ stãtẽ quẽ diligebat, dicit matri suę: Mulier, ecce filius tuus: deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã discipulus in suã.) Hęc nimirũ est illa hora, de qua Iesus aquã conuersurus in vinũ, dixerat matri, Quid mihi & tibi est mulier? nondũ venit hora mea. Hanc itaq; horã prædixerat, quę tunc nondũ venerat in qua deberet agnoscere matrẽ moriturus, de qua fuerat mortaliter natus. Tunc ergo diuina facturus, nõ diuinitatis, sed infirmitatis matrẽ velut incognita repellebat: nunc aũt humana iam patiens ex qua fuerat factus homo, affectu cõmendabat humano: tunc.n. qui Mariã creauerat, innotescebat in virtute: nunc vero quẽ Maria pepererat, pendebat in cruce. Moralis, igitur insinuatur locus, facit quo faciẽdũ admonit, & exemplo suo suos ministros instruxit præceptor bonus, vt à filijs impendatur cura parentibus, tanquã lignũ illud vbi erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuerit magistri docentis. Ex hac sana doctrina didicerat Paulus Apostolus quod docebat qñ dicebat: Siquis aũt suis & maximè domesticis non prouidet, fidem negauit, & est infideli deterior; Quid aũt tam cuiq; domesticũ quã parẽtes filijs, aut parentibus filij? Huius itaq; saluberrimi præcepti ipse magister sãctorũ de seipso cõstituebat exẽplũ, qñ non vt famulę Deus quã creauerat & regebat, sed vt matri homo de qua creatus fuerat, & quã relinquebat, alterum pro se quodammodo filiũ prouidebat: nã cur quod sequitur indicat: ait enim Euangelista, Ex illa hora accepit eam discipulus in suã:) De seipso dicẽs. Sic quippe commemorare solet, quod eum diligebat Iesus, qui vtique omnes sed ipsum præceteris & familiarius diligebat, ita vt in conuiuio super pectus suum discumbere faceret: credo vt istius Euangelij

Ioan. 2. *Sup. tract. 8.*

1. Ti. 5.

Ioan. 13.

quod

quod per eum fuerat prædicaturus, diuinam excellentiã hoc modo altius cõmẽdaret. Sed in quę ſua Ioannes matrẽ dñi accepit? Neq; Mat. 19. enim nõ ex eis erat qui dixerũt ei, Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te: ſed ibi quoq; audierat, Quicunq; dimiſerit propter me accipiet in hoc ſeculo centies tantũ. Habebat ergo diſcipulus cẽtupliciter plura quã dimiſerat in quæ ſuſciperet eius matrẽ, qui hęc illi donauerat? Sed in ea ſocietate beatus Ioannes receperat centuplum, vbi nemo dicebat aliquid ſuũ, ſed erant illis oĩa cõmunia, ſicut in Apoſtolorũ Actibus ſcriptũ eſt: Sic n. Apoſtoli erant quaſi nihil habentes, & omnia poſſidentes. Quomodo ergo matrẽ magiſtri, & domini ſui diſcipulus & famulus accepit in ſua, vbi aliquid ſuũ nemo dicebat? An quia paulo poſt in eodem libro legitur: Quotquot. n. poſſeſſores prędiorũ, vel domorũ erant, vendentes afferebant precia eorũ, ponebãt ad pedes Apoſtolorũ, diſtribuebatur aũt vnicuiq; prout cuiq; opus erat: intelligendũ eſt ſic diſtributũ fuiſſe huic diſcipulo quod opus erat, vt illic etiam beatę Mariæ tanquã matris eius portio poneretur? Magisq; ſic debemus accipere qđ dictũ eſt, Ex illa hora ſuſcepit eã diſcipulus in ſua: vt ad eius curã qcquid ei eſſet neceſſariũ pertineret. Suſcepit ergo eã in ſua, nõ prędia quæ nulla propria poſſidebat, ſed officia quę propria diſpenſatione exequẽda curabat: deinde ſubiungit, Poſtea ſciens Ieſus quia oĩa cõſummata ſunt, vt cõſummaretur ſcriptura dicit: Sitio. Vas ergo poſitũ erat aceto plenũ: illi aũt ſpongiã plenã aceto hyſſopo circũponẽtes, obtulerũt ori eius. Cum ergo accepiſſet Ieſus acetũ, dixit: Conſummatũ eſt, & inclinato capite emiſit ſpiritũ.) Quis põt q̃ facit ita diſponere, qũo diſpoſuit 2. Ti. 2. hõ iſte quę paſſus eſt? Sed homo mediator Eſaia 53. Dei & hominũ, homo de quo prædictũ legitur: Et homo eſt, & quis cognoſcet eũ? Quo modo hoĩes per quos hæc fiebant, videbant hominẽ, ſed non agnoſcebant Deũ. Homo A nanq; apparebat qui Deus latebat: patiebatur hęc oĩa qui apparebat, & idẽ ipſe diſponebat hęc oĩa qui latebat. Vidit ergo quia conſummata ſunt oĩa quę oportebat vt fierent Pſal. 68. antequã acciperet acetũ & traderet ſpiritũ, atq; & hoc etiam conſummaretur quod ſcriptura prædixerat, Et in ſiti mea potauerũt me aceto: Sitio, inquit, tanquã diceret, hoc minus feciſtis, date quod eſtis. Iudæi quippe ipſi erant acetũ, de generantes à vino patriarcharũ, & prophetarũ, & tanquam de pleno vaſe, de iniquitate mundi huius impleti, cor habentes velut ſpongiã, cauernoſis quodam modo atq; tortuoſis latibulis fraudulentum. Hyſſopum aũt cui circumpoſuerunt ſpõgiã aceto plenã, quoniam herba eſt, humilis, & B & pectus purgat, ipſius Chriſti humilitatem Pſal. 50. cõgruenter accipimus, quam circũdederũt, Phil. 2. & ſe circumueniſſe putauerunt. Vnde eſt illud in Pſalmo: Aſperges me hyſſopo, & mũdabor. Chriſti nanq; humilitate mundamur, quia niſi humiliaſſet ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortẽ crucis, nõ vtiq; ſanguis eius in peccatorũ remiſſionẽ, hoc eſt, in noſtram mundationẽ fuiſſet effuſus. Nec mo- Mat. 27 ueat qũo ſpongia ori eius potuit admoueri, Mar. 1 qui in cruce fuerat exaltatus a terra: ſicut. n. apud alios Euãgeliſtas legitur, quod hic prętermiſit, in arundine eſt factũ, vt in ſpongia talis potus ad crucis ſublimia leuaretur. Per arundinẽ vero ſcriptura ſignificabatur quæ implebatur hoc facto: ſicut enim lingua dicitur vel Græca, vel Latina, vel alia quælibet ſonũ ſignificans, qui lingua promitur: ſic arũdo dici poteſt litera quę arundine ſcribitur, ſed ſonos ſignificantis vocis humanæ vſitatiſſime dicimus linguas: ſcripturas vero arundinẽ dici, quo minus eſt vſitatũ, eo magis eſt myſtice figuratũ. Faciebat iſta populus impius patiebatur iſta miſericors Chriſtus. Qui faciebat, quod faceret neſciebat: qui patiebatur aũt non ſolum quid fieret, ſed & cur fieret ſciebat, verumetiã de malefacientibus bene ipſe faciebat. Cũ ergo accepiſſet Ieſus acetum dixit: Conſummatũ eſt:) Quid niſi q̃ Ioan. 1(prophetia tãto ante tempore prædixerat? Deinde quia nihil remanſerat, quod antequam moreretur fieri adhuc oporteret, tanquã ille qui poteſtatem habebat ponendi animã ſuã, & iterum ſumendi eam, peractis omnibus quę vt peragerentur expectabat, inclinato capite tradidit ſpiritum. Quis ita dormit quan C do voluerit, ſicut Ieſus mortuus eſt quando voluit? Quis ita veſtem deponit quando voluerit, ſicut ſe carne exuit quando voluit? Quis ita cum voluerit, abit, quomodo cum voluerit obijt? Quanta ſperanda poteſtas eſt iudicantis, ſi apparuit tanta morientis?

De

De eo quod dicit', Iudęi ergo quoniam parasceue erat vt non remanerent in cruce corpora sabbato: vsq; ad id quod ait, Nō dū enim sciebant scripturam, quia oportuit eū a mortuis resurgere. Tract. CXX.

Dec. 19.

D POsteaquam dñs Iesus peractis omnibus q̄ ante suā mortē peragi oportere præsciebat, qñ voluit tradidit spiritū, q̄ deinde secuta sunt, Euangelista narrante videamus. Iudęi ergo, inquit, qm̄ parasceue erat vt nō remanerēt in cruce corpora sabbato: erat enim magnus dies ille sabbati, rogauerunt Pilatū vt frangerentur eorū crura & tollerentur.) Non crura tollerentur, sed hi quibus ideo frangebantur vt morerentur, & auferrentur de ligno, ne pēdentes in crucibus, magnum diē festū sui diurni cruciatus horrore fœdarent. Venerunt ergo milites, & primi q̄dem fregerūt crura, & alterius q̄ crucifixus est cū eo. Ad Iesum aūt cū veniissent, vt viderunt eū iā mortuū, nō fregerunt eius crura, sed vnus militū lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. ¶ Vigilanti verbo Euāgelista vsus est vt non diceret, latus eius percussit, aut vulnerauit, aut q̄d aliud, sed aperuit, vt illic quodāmodo vitę ostiū pandere tur, vnde sacramenta Ecclesię manauerunt, sine quibus ad vitā, q̄ vera vita est, nō intratur; Ille sanguis in remissione fusus est peccatorū: aqua illa salutare temperat poculū, hęc & lauacrū p̄stat & potū. Hoc prænunciabat q̄ Noe in latere arcæ ostiū facere iussus est, qua intrarent animalia q̄ nō erāt diluuio peritura, q̄bus p̄figurabatur Ecclesia. Propter hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis, & appellata est vita materq; viuorū. Magnū quippe significauit bonū ante magnū p̄uarications malū. In habitu iacētis & dormētis hic secundus Adā inclinato capite in E cruce dormiuit, & vnde ei formaretur coniux, quod de latere dormientis effluxit. O mors vnde mortui reuiuiscunt? quid isto sanguine mundius? Quid vulnere isto salubrius? Et qui vidit, inquit, testimoniū perhibuit, & verū est testimoniū eius, & ille scit q̄a vera dicit, vt & vos credatis. ¶ Non dixit, vt & vos sciatis: sed, vt credatis: scit. n. qui vidit, cuius credat testimonio q̄ nō vidit: magis aūt ad fidē credere p̄tinet q̄ videre: nā q̄d est aliud credere quā fidē accōmodare? Facta sunt. n. hæc inquit, vt scriptura impleretur, Os non cōminuetis ex eo: & iterū alia scriptura dicit, Videbunt in quē confixerunt.) Duo testimonia de scripturis reddidit singulis rebus, quas factas fuisse narrauit: nā q̄a dixerat, Ad Iesum aūt cū veniissent, vt uiderūt eū iā mortuū, nō fregerunt eius crura: ad hoc p̄tinet testimoniū, Os nō cōminuetis ex eo, q̄ præceptum est eis q̄ celebrare pascha iussi sunt ouis immolatione in veteri lege, q̄ dominicæ passionis vmbra p̄cesserat, vnde pascha nostrū immolatus est Christus, de quo & Esaias Propheta p̄dixerat: Sicut ouis ad immolādū ductus est. Itē quia subiunxerat dicens: Sed vnus militū lancea latus eius aperuit: ad hoc pertinet alterū testimoniū, Videbunt in quē confixerunt: vbi p̄missus est Christus, in ea qua crucifixus est carne uēturus. Post hęc aūt rogauit Pilatū Ioseph ab Arimathia, eo q̄ esset discipulus Iesu, occultus aūt p̄ metū Iudęorū, vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Iesu. Venit aūt & Nicodemus q̄ uenerat ad Iesum nocte primū, ferēs mixturā myrrhæ, & aloes, quasi libras centū.) Nō ita distinguendū est ut dicamus primū ferens mixturā myrrhę, sed, ut q̄ dictū est, primū, ad superiorē sensum pertineat: Venerat enim Nicodemus ad Iesum nocte primū, quod idē Ioannes in prioribus Euangelij sui partibus manifestat. Hic ergo intelligendū est ad Iesum, non tunc solum, sed tunc primū ueniisse Nicodemū, veniisse aūt postea ut fieret audiendo discipulus, q̄d certe modo in reuelatione corporis beatissimi Stephani fere omnibus gentibus declaratur. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cū aromatibus sicut mos ē Iudæis sepelire.) Non mihi uidetur Euangelista fruſtra dicere uoluisse, sicut mos est Iudęis sepelire: ita q̄ppe, nisi fallor, admonuit in huiusmodi officijs quæ mortuis exhibentur, morem cuiusq; gentis esse seruandum. Erat autem in loco ubi crucifixus est hortus, & in horto monumētum nouum, in quo nō dum quisquam positus erat:) Sicut in Mariæ uirginis utero nemo ante illum, nemo post illum conceptus est: ita in hoc monumento nemo ante illum, nemo post illum sepultus est. Ibi ergo propter parasceuem Iudęorum, quia iuxta erat monumentum posuerunt Iesum.) Acceleratam uult intelligi sepulturā,

Gen. 6. Gen. 2.

Exo. 12. Zach. 12. Apoc. 1.

1. Cor. 5. Esa. 53.

Ioan. 3.

F

G

ne adueſperaſceret, qñ iã ꝑꝑ paraſceuem, q̃ cęnã purã Dei Latine vſitatius apud nos vo-
De c. 20. cant, facere tale aliquid non licebat. Vna aũt ſabbati Maria Magdalene venit mane cũ ad-
huc tenebræ eſſent ad monumentũ, & vidit
H lapidẽ ſublatũ à monumento.) Vna ſabbati eſt, quem iam diem dominicũ ꝑꝑ dñi reſur rectionẽ mos Chriſtianus appellat, quẽ Matthæus ſolus in Euangeliſtis primã ſabbati no-
Mat. 28. minauit. Cucurrit ergo & venit ad Simonẽ Petrũ & ad aliũ diſcipulũ quẽ diligebat Ieſus, & dicit eis: Tulerunt dominũ de monumento, & neſcio vbi poſuerunt eũ.) Nonnulli codices ẽt Gręci habẽt, tulerunt dominũ meũ, quod videri dictum poteſt propenſiore charitatis vel famulatus affectu, ſed hoc in pluribus codicibus quos in promptu habuimus, non inuenimus. Exijt ergo Petrus & ille alius diſcipulus & venerunt ad monumẽtũ. Currebant aũt duo ſimul, & ille alius diſcipulus ꝑcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentũ. ¶ Aduertenda & hic & cõmendanda eſt recapitulatio, qũo reditum eſt ab id quod fuerat prętermiſſum, & tãquã ſi hoc ſequeretur adiunctũ eſt. Cũ.n. iam dixiſſet, venerunt ad monumentũ regreſſus eſt vt narrat et qũo venerũt, atq; ait, Currebant aũt duo ſimul, &c. Vbi oſtendit quod præcurrens ad monumentũ prior venerit alius ille diſcipulus, quem ſeipſum ſignificat, ſed tanquã de alio more ſanctę ſcripturę cuncta narrat; Et cũ ſe inclinaſſet, inquit vidit poſita linteamina, non tñ introiuit. Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentũ & vidit linteamina poſita & ſudariũ, quod fuerat ſuper caput eius, non cum linteaminib. poſitũ, ſed ſeparatim inuolutũ in vnũ locũ.) Putamusne nihil iſta ſignificãt?
I Nequaquã hoc putauerim: ſed ad alia feſtinamus, in quib. immorari quæſtionis vel obſcuritatis alicuius neceſsitate cõpellimur: nã iſta q̃ per ſeipſa manifeſta ſunt, qd ſingula ẽt ſignificent, quęrere ſanctæ quidẽ delitiæ ſunt, ſed otioſorũ, q̃ nõ ſumus nos. Tunc ergo introiuit & ille diſcipulus qui venerat primus ad monumentũ.) Prior venit, & poſterior intrauit. Neq; hoc vtiq; vacat, ſed mihi ad iſta non vacat. Et vidit, inquit, & credidit. ¶ Hic nõnulli parũ attendentes putãt hoc Ioannẽ credidiſſe, quod Ieſus reſurrexerit, ſed quod ſequit, hoc nõ indicat. Quid ſibi.n. vult quod ſtatim adiunxit: Nondũ.n. ſciebãt ſcripturã, quia oportebat eũ à mortuis reſurgere?) Nõ ergo eũ credidit reſurrexiſſe, quẽ neſciebat oportere reſurgere. Quid ergo vidit? quid credidit? Vidit. ſ. mane monumẽtũ, & credidit quod dixerat mulier eũ de monu K
mẽto eſſe ſublatũ. Nondũ.n. ſciebant ſcriptu rã, quia oportet eum à mortuis reſurgere: & ideo qñ id ab ipſo domino audiebant, quãuis apertiſsime diceretur cõſuetudine audiẽdi ab illo parabolas, nõ intelligebãt, & aliqd aliud eũ ſignificare credebant. Sed ea quæ ſequuntur in ſermonem alium differamus.

De eo quod dicit, Abierunt ergo iterũ ad ſe metipſos diſcipuli: vſq; ad id, Beati qui nõ viderunt & crediderũt. Tract. CXXI.

SVblatum eſſe dominum de monumento diſcipulis eius Petro & Ioanni nunciaue rat Maria Magdalene. Quò illi venientes, in- Dec. 21
uenerunt ſola linteamina, quibus corpus fuerat inuolutum. Et quid aliud credere potuerunt, niſi quod illa dixerat, & quod etiã ipſa crediderat. Abierunt ergo iterũ ad ſemetipſos diſcipuli:) Ideſt, vbi habitabant, & vnde ad monumentũ cucurrerent. Maria aũt ſtabat ad monumentũ foris plorans.) Viris.n. recedentibus, infirmiorẽ ſexum in eodẽ loco fortior figebat affectus, & oculi qui dominum quęſierãt & nõ inuenerant, lacrymis iã vacabant, amplius dolentes q̃ fuerat de monumento ſublatus, quã q̃ fuerat im ligno occiſus, qñ magiſtri tanti, cuius eius vita ſubtracta fuerat, nec memoria remanebat. Tenebat itaq; ad monumẽtũ iã dolor iſte mulierem. Cũ ergo fleret, inclinauit ſe & proſpexit in monumentũ.) Cur hoc fecerit neſcio. nõ.n. neſciebat non ibi eſſe iam quẽ quærebat, qñ quidẽ inde ſublatũ diſcipulis ipſa nunciaue
L rat, & illi ad monumentũ venerant, & nõ ſolũ intuẽdo, ſed etiã intrando corpus domini quæſierant, nec inuenerant. Quid ſibi ergo vult quod iſta cũ fleret, rurſum in monumentum inclinata proſpexit? Vtrũ quod nimiũ dolebat, nec ſuis nec illorum oculis facile putabat eſſe credendum? an potius diui no inſtinctu in animo eius effectũ eſt vt proſpiceret? Proſpexit enim. Et vidit duos angelos in albis ſedẽtes, vnum ad caput, & vnũ ad pedes, vbi poſitũ fuerat corpus Ieſu.) Quid

Pſal.

eſt

est q̄ vnus ad caput, & ad pedes alter sedebat? An q̄m qui Græce ἄγγελοι dñr, Latine sunt nuncij, isto modo Christi Euangeliū velut a capite usq; ad pedes, ab initio usque in finē significabant esse nunciandū? Dicunt ei illi, Mulier quid ploras? Dicit eis: quia tulerunt dñm meū, & nescio ubi posuerunt eū.) Angeli lacrymas prohibebāt, ubi quid aliud quā futurū quodāmodo gaudiū nunciabant? M Ita. n. dixerunt, quid ploras? Ac si dicerent, noli plorare. At illa eos putans interrogasse nescientes, causas prodidit lacrymarū. Quia tulerunt, inquit, dñm meū.) Dñm suū uocās corpus exanime dñi sui, a toto partē significans, sicut oēs confitemur Iesum Christum filiū Dei unicū dñm nostrū, q̄ utiq; simul est & uerbū & anima & caro: crucifixū tñ & sepultū, cū sola eius sepulta sit caro. Et nescio inquit, ubi posuerunt eum.) Hæc erat causa maior doloris, quia nesciebat quo iret ad cōsolandū dolorem. Sed hora iā venerat, vt id q̄ nūciatū quodāmodo fuerat ab angelis flere prohibētibus, gaudiū succederet fletibus. Deniq; cū hæc dixisset, conuersa est retrorsum, & uidit Iesum stantē, & non sciebat q̄a Iesus est: Dicit ei Iesus: Mulier quid ploras? Quē quæris? illa existimās quia hortulan⁹ esset, dicit ei: Dñe, si tu sustulisti eū, dicito mihi ubi posuisti eū, & ego eū tollam: Dicit ei Iesus, Maria. conuersa illa dicit ei: Rabboni, q̄ dr magister.) Nemo calumnietur mulieri q̄ hortulanum dixerit dñm, & Iesum magistrum. Ibi. n. rogabat, hic agnoscebat. Ibi honorabat hominem a quo beneficiū postulabat, hic recolebat doctorē a quo discernere humana & diuina discebat. Appellabat dñm cuius ancilla non erat, ut per eū perueniret ad dñm, cuius ancilla erat: Aliter ergo dñm dixit sustulerunt dñm meū: aliter autem, dñe A si tu sustulisti eum: nā & Prophetæ appellauerunt dños eos, qui homines erant, sed aliter Psal. 83. illum de quo scriptū est, Dñs nomen ei. Sed ista mulier quæ iam fuerat conuersa retrorsum, ut uideret Iesum, q̄n eū putauit esse hortulanū, & cū illo utiq; loquebatur, quo rursus, conuersa dr ut ei diceret, Rabboni, nisi quia tunc conuersa corpore, q̄ non erat putauit: nunc corde conuersa, q̄ erat agnouit? Dicit ei Iesus: noli me tangere, nondum. n. ascendi ad patrem meum. uade aūt ad fratres meos & dic eis, ascendo ad patrem meū, & patrem uestrū, Deum meū, & Deū uestrū.) Est in his uerbis q̄ breuiter quidem, sed tñ attentius pertractare debemus. Iesus quippe mulierem, quæ illum magistrum agnouit & appellauit, cum hæc ei responderet, fidē docebat, & hortulanus ille in eius corde tanquā in horto suo granū synapis seminabat. Quid est ergo: noli me tāgere? Et tanquā huius pro B hibitionis causa quæreretur adiunxit: nondū enim ascendi ad patrem meū. Quid est hoc? si stans in terra non tangitur, sedens in cœlo qūo ab hominib. tāgetur? Qui certe antequā ascenderet, discipulis se tangendum obtulit dicens, sicut Lucas Euangelista testatur: Palpate & uidete, quia spūs carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere, uel q̄n dixit discipulo Thomæ, Inser digitū tuū huc, & ui de manus meas, & affer manū tuam, & mitte Luc. 24. in latus meū. Quis aūt tam sit absurdus, ut dicat eū a discipulis quidē antequā ad patrem ascendisset, uoluisse tangi, a mulierib. aūt noluisse, nisi cū ascēdisset ad patrē? Sed nec sic, qui uellet, desipere sineretur. Leguntur. n. et fœminæ post resurrectionē antequā ad patrē ascenderet, tetigisse Iesum, in quibus erat Mat. 28. et ipsa Maria Magdalene narrante Matthæo, q̄ occurrerit illis Iesus dicens, Auete. Ille aut tē accesserunt, inquit, & tenuerūt pedes eius, & adorauerunt eum. Hoc a Ioanne prætermissum est, sed a Matthæo uerū dictum est: Restat ergo ut aliquod in his uerbis lateat sacramentū, q̄ siue inueniamus, siue inuenire minime ualeamus, inesse tñ nullo modo dubitare debemus. Aut ergo sic dictum est, noli me tangere, nondum n. ascendi ad patrem meū, ut in illa fēmina figuraretur Ecclesia de gentibus, quæ in Christū non credidit, nisi Ioan. 10. cū ascendit ad patrem: aut sic in se credi voluit Iesus, hoc est, sic se spiritaliter tangi, q̄ ipse & pater unū sint. Eius quippe intimis sensib. quodāmodo ascendit ad patrē, qui sic in eo profecerit, vt patri agnoscat æqualē: aliter non rectē tangitur, i. aliter nō rectē in eū creditur. Poterat aūt sic credere Maria, ut eū C putaret imparem patri, q̄ utiq; prohibetur cum ei dr, Noli me tangere, i. noli in me sic credere quemadmodū adhuc sapis. Noli tuū sensum hucusq; pertendere, q̄ pro te factus sum, nec transire illud per quod factae s. Quō enim non carnaliter adhuc in eum credebat, quem sicut hominem flebat? Non-

dum enim aſcendi, inquit, ad patrem meũ. Ibi me tanges, qñ me credideris patri nõ imparem Deũ. Vade aũt ad fratres meos & dic eis: aſcendo ad patrem meũ & patrẽ veſtrũ: non ait patrem noſtrum: aliter ergo meum, aliter veſtrũ: natura meum, gratia veſtrum. Et Deum meum & Deũ veſtrũ: neq; hic dixit, E Deum noſtrum, ergo & hic aliter meum, aliter veſtrum: Deum meũ ſub quo & ego homo ſum: Deum veſtrũ inter quos & ipſum mediator ſum. Venit Maria Magdalene annũcians diſcipulis, quia vidi dñm, & hæc dixit mihi. Cũ eſſet ergo ſero die illa vna ſabbatorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iudęorũ, venit Ieſus & ſtetit in medio, & dixit eis, Pax vobis, & cũ hoc dixiſſet, oſtendit eis manus & latus.) Claui.n. manus fixerant, lancea latus eius aperuerat, vbi ad dubitantium corda ſanãda, vulnerũ ſunt ſeruata veſtigia. Moli aũt corporis vbi diuinitas erat, oſtia clauſa non obſtiterunt. Ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo naſcente virginitas matris inuiolata permanſit. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo dño. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis.) Iteratio confirmatio eſt, ipſe quippe dat per Prophetam promiſſam pacẽ ſuper pacem. Sicut miſit me pater, inqt, & ego mitto vos.) Aequalem patri filiũ nouimus, ſed hic verba mediatoris agnoſcimus. Medium quippe ſe oſtendit dicendo: ille me, & ego vos. Hæc aũt cum dixiſſet: inſufflauit & dixit eis, Accipite ſpm̃ ſanctum.) Inſufflando ſignificauit ſpm̃ ſanctum non patris ſolius eſſe ſpiritum, 4. ſenten. diſt. 18. c. nec iõ. ſed & ſuum. Quorũ remiſeritis, inquit, peccata remittuntur eis, & quorũ retinueritis retenta ſunt.) Eccleſiæ charitas, quæ per ſpm̃ ſanctum diffunditur in cordib. noſtris, participũ ſuorũ peccata dimittit: eorũ aũt qui nõ ſunt eius participes tenet, ideo poſteaquam dixit, Accipite ſpm̃ ſanctum: hoc cõtinuo de peccatorũ remiſsione ac detẽtione ſubiecit: F Thomas aũt vnus ex duodecim qui dr̃ Didymus, non erat cum eis, qñ venit Ieſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli: Vidimus dñm. Ille aũt dixit eis: Niſi videro in manib. eius fixuram clauorũ, & mittam digitũ meũ in locũ clauorũ, & mittam manũ meã in latus eius, non credam. Et poſt dies octo iterũ erant diſcipuli eius intus & Thomas cũ eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit eis, Pax vobis: deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuũ huc, & vide manus meas, & affer manũ tuã, & mitte in latus meũ, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpondit Thomas & dixit: Dñs meus & Deus meus:) Videbat tangebatq; hominem, & confitebatur Deũ, quẽ non videbat, neq; tangebat. Sed per hoc q̃ videbat atq; tangebat, illud iã remota dubitatione credebat. Dicit ei Ieſus, quia vidiſti me credidiſti.) Non ait tetigiſti me, ſed vidiſti me: qm̃ generalis quodãmodo ſenſus eſt viſus: nã & per alios quatuor ſenſus nominari ſolet: velut cũ dicimus, audi & vide quã bene ſonet, olfac & vide quã bene oleat, guſta & vide quã bene ſapiat, tange & vide quam bene caleat. Vbiq; ſonuit vide, cũ viſus proprie nõ negetur ad oculos pertinere. Vnde & hic ipſe dñs: Infer, inquit, digitũ tuũ huc, & vide manus meas: quid aliud ait, quã tãge & vide? Nec tñ oculos ille habebat in digito. Ergo ſiue intuendo, ſiue ẽt tangendo, quia vidiſti me, inquit, credidiſti, quamuis dici poſsit non auſum fuiſſe diſcipulũ tangere, cum ſe offerret ille tangendũ, non.n. ſcriptum eſt, & tetigit Thomas: ſed ſiue aſpiciendo tantum, ſiue ẽt tangendo viderit & crediderit, illud q̃ ſequitur, magis gentium fidem prædicat, atq; cõmendat: Beati qui nõ viderunt & crediderũt.) Præteriti temporis vſus eſt verbis, tanquã ille qui q̃ erat futurũ, in ſua nouerat prædeſtinatione iam factum. Sed iam ſermo iſte à prolixitate cohibẽdus eſt. Donabit dñs vt de his quæ reſtant, aliàs diſputemus.

De eo quod dicit, Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorũ ſuorum: vſq; ad id q̃ ait, Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenam magnis piſcib. centũquinquagintatrib. & cũ tanti eſſent, nõ eſt ſciſsũ rete. Tra. CXXII. H

POſt narrationem rei geſtæ, in qua Thomas oblatis ſibi tangendis in Chriſti carne vulnerum locis, vidit quod credere nolebat, & credidit, interpoſit hæc Euangeliſta Ioannes & dicit: Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt vt credatis quia Ieſus eſt Chriſtus filius Dei, & credentes vitam habeatis in nomine eius.) Hoc capitulum velut De c. 20. & 21.

libri

libri huius indicat finē: sed narratur hic dein de quēadmodū se manifestauerit dñs ad mare Tyberiadis, & in captura pisciū cōmenda uerit Ecclesię sacramentū, qualis futura est vltima resurrectio mortuorū. Ad hoc itaq; cōmendandū valere arbitror, ꝙ tanquā finis interpositus est libri, quod esset etiā secuturę
H narrationis quasi procœmiū, quod ei quodā modo faceret eminentiorē locū, quæ narratio incipit ita: Postea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis, manifestauit aūt sic. Erant simul Simō Petrus & Thomas, qui dr Dydimus, & Nathanael, qui erat a Chana Galilęę, & filij Zebedęi, & alij ex discipulis
Cap. 21. eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari: dicūt ei: Venimus & nos tecū.) Quæri solet de hac piscatione discipulorū, cur redierit Petr⁹ & filij Zebedęi ad id ꝙ fuerūt priusquā à dño vocarentur, erant. n. piscatores qñ
Matt. 4. eis dixit, Venite post me faciam vos fieri piscatores hominū. Tunc eū quippe illi secuti sunt, vt magistro eius relictis omnibus adhęrerent, intantū vt cū ab eo diues ille tristis abscederet, cui ipse dixerat: Vade, vende quę habes, & da pauperibus, & habebis thesaurū in cęlo, & veni sequere me: diceret ei Petrus, Ecce nos dimisimus oīa, & secuti sumus te. Quid est ergo ꝙ nunc quasi apostolatu relicto fiūt ꝙ fuerunt, & ꝙ dimiserāt, re
Mat. 19. petunt, tanquā obliti ꝙ audierāt: Nemo mittens manū super aratrū, & respiciens retro, aptus est regno cęlorū? Qđ si feciſſent defuncto Iesu priusquā resurrexisset a mortuis, ꝙ
Luc. 9. quidē nō poterāt, qm̄ dies quo crucifixus ē, totos eos tenebat attonitos, vsq; ad eius sepulturā, q̄ ante vesperā facta est, sequens aūt dies erat sabbati, qñ eis morē patriū seruantib. operari vtiq; nō licebat, tertio vero die dñs resurrexit, eosq; reuocauit ad spē, quam de illo nō habere iā cęperant: tñ si tūc feciſſent putaremus eos illa, quæ animos eorum occuperauerat desperatione feciſſe, nūc vero post eū sibi de sepulchro redditū viuum, oblatā suis oculis & manib. nō solū videndā
I verūetiā tangendā atq; palpandam rediuiuę carnis euidentissimā veritatē, post inspecta vulnerū loca, vsq; ad Apostoli Thomæ cōfessionē, qui se aliter crediturū non esse prædixerat, post acceptū eius insufflatione spiritū sanctū, post verba in suas aures eius ore prolata, Sicut misit me pr & ego mitto vos, quorū remiseritis peccata remittunt eis: & quorū retinueritis, retenta sunt: subito fiūt sicut fuerāt, nō hominū, sed piscių piscatores. His ergo, quos hoc mouet, respondendū est, nō eos fuisse prohibitos arte sua licita scilicet atq; cōcessa victū necessariū quærere, sui apostolatus integritate seruata, si qñ
K vnde viuerent aliud nō haberēt: nisi forte q̄spiā putare audebit, aut dicere, Apostolū Paulū nō peruenisse ad eorū perfectionē, qui relictis omnib. Christū secuti sunt, qm̄ ne quē quā eorū grauaret quibus prędicabat, suū victū suis manib. trāsigebat, vbi magis impletū est ꝙ ait, Plus oībus illis laboraui: & adiunxit: Nō aūt ego, sed gra Dei mecum: vt hoc quoq; appareat Dei gratiæ deputandū, ꝙ & animo & corpore poterat vsq; adeo plus illis omnib. laborare, vt neq; cessaret ab Euangelio prædicādo, neq; tū ex Euāgelio sicut illi sustentaretur hanc vitā, cū id per totas gētes, in quib. Christi nomē nō fuerat prophetatū, multo latius atq; fertilius seminaret. Vbi ostēdit ex Euāgelio viuēdi, hoc est, victū habēdi, non necessitatē Apostolis impositā, sed potestatē datā. Quā potestatem cōmemorat idē Apostolus dicens: Si nos uobis spiritalia seminauimus, magnum est si uestra carnalia metamus? Si alij potestatis vestræ participes sunt, nō magis nos? Sed nō sumus, inquit, usi hac ptāte. Et paulopost. Qui altario seruiūt, inquit, altario cōpartiuntur: sic & dñs ordinauit his, qui Euangeliū annunciant de Euāgelio uiuere: ego aūt nullo horū usus sum. Satis igitur apertū est, nō imperatū, sed in potestate Apostolis positū, ut aliunde nō uiuerēt, nisi ex Euāgelio, ab eis quibus Euāgeliū prædicādo spiritalia seminabāt, carnalia meterēt, hoc est, carnis huius sustentaculū sumerent, & tanquā milites Christi, stipendiū debitū acciperēt, sicut a prouincialib. Christi, unde idē ipse miles egregius paulo superius, de hac re dixerat: Quis militat suis stipendijs unquā? Quod tū ipse faciebat, quia plus illis oībus laborauit. Si ergo beatus Paulus ut ea po
L testate quā profecto cū cęteris Euāgelij prædicatoribus habebat, non cū cęteris uteretur, sed suo stipendio militaret, ne gentes à noīe Christi penitus alienas doctrina eius quasi uenalis offenderet, aliter educatus, artē quā nō nouerat didicit, ut dū suis manibus transigitur doctor, nullus grauaretur auditor: quā

De c. 20. & 21.

1. Cor. 9.

Matt. 9.

2. Thes.

1. Co. 15.

1. Cor. 9.

1. Co. 15.

to magis beatus Petrus, qui iã piscator fuerat, quod nouerat fecit, si ad præsens illud tẽpus aliud vnde viueret nõ inuenit? Sed respõdebit quispiã: Et cur nõ inuenit, cũ dñs promiserit dicens: Quærite primũ regnũ Dei & iustitiã eius, & hæc omnia apponentur vobis? Prorsus etiam sic dominus quod promisit impleuit: nam quis alius pisces, qui caperentur apposuit, qui non ab aliud credendus est eis ingessisse penuriã, qua compellerẽtur ire piscatũ, nisi dispositũ volens exhibere miraculum, vt simul & prędicatores Euangelij sui pasceret, & ipsum Euangeliũ tanto sacramento, quod erat de numero pisciũ, cõmendaturus augeret. De qua re ẽt nos quod ipse apposuerit, dicere iã debemus. Dicit ergo Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei, qui cũ illo erant: venimus & nos tecũ. Et exierũt & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prẽdiderunt, Mane aũt iã facto stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli qa Iesus est. Dicit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid pulmentariũ habetis? Responderunt, non. Dicit eis: Mittite in dexterã nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iã non valebant illud trahere à multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille, quẽ diligebat Iesus Petro: dñs est. Simon Petrus cum audisset quia dñs est, tunica succinxit se, erat enim nudus, & misit se in mare. Alij aũt discipuli nauigio venerunt. Non. n. longe erãt à terra, sed quasi cubitis ducentis trahentes rete pisciũ. Vt ergo descenderũt in terrã, viderũt prunas positas, & piscẽ sup̃ positũ & panẽ. Dicit eis Iesus: Afferre de piscib. quos prẽdidistis nũc: Ascẽdit Simõ Petrus & traxit rete ĩ terrã plenũ magnis piscibus, centũ, qnquaginta trib. Et cũ tãti essent, nõ est scissum rete.) Hoc est magnũ sacramentũ in magno Ioannis Euangelio & vt vehementius cõmendaretur, loco vltimo scriptũ. Quod ergo septem discipuli fuerũt in ista piscatione, Petrus & Thomas, & Nathanael, & duo filij Zebedæi, & alij discipuli eius duo, quorũ nomina tacẽtur, isti suo septenario numero finẽ significãt tẽporis: vniuersum qppe septẽ diebus voluit tempus. Ad hoc ptinet q̃ mane facto Iesus stetit in littore, qa ẽt littus finis est maris & iõ finẽ significat seculi. Eũde finẽ seculi oñdit, & qđ Petrus & rete traxit in terrã, hoc ẽ in littus. Qđ ipse dñs aperuit, vbi alio quodã loco de sagena in mare missa similitudinẽ dedit, & eã trahũt, inquit, ad littus. Qđ littus qd esset, exponẽs ait: Sic erit in cõsummatione seculi. Sed illa verbi est, non rei gestæ parabola. Re aũt gesta sicut hoc loco qualiter in seculi fine futura sit, ita dñs alia piscatione significauit Ecclesiã qualiter nũc sit. Qđ aũt illud fecit in initio p̃dicationis suæ hoc vero post resurrectionẽ suã, hic oñdit illã capturã pisciũ bonos & malos significare, quos nũc habet Ecclesia. Istã vero tantũmõ bonos, quos habebit in ęternũ, cõpleta in fine huius seculi resurrectione mortuorũ: Deniq; ibi Iesus nõ sicut hic in littore stabat, qñ iussit pisces capi: sed ascẽdens in vnã nauim, quę erat Simonis rogauit eũ vt à terra reduceret pusillũ, & & in ea sedẽs docebat turbas. Vt cessauit aũt loq̃ dixit ad Simonẽ. Duc in altũ, & laxate retia vestra in capturã. Et illic quod captũ est pisciũ in nauiculis fuit, nõ sicut hic rete extraxerũt in terrã. His signis & si qua alia poterũt reperiri, ibi Ecclesia in hoc seculo, hic vero in fine seculi figurata est: iõ illud ante, hoc ãt post resurrectionẽ dñi factũ est, quia ibi nos Christus significauit vocatos, hic resuscitatos. Ibi retia nõ mittũtur in dexterã, ne solos significẽt bonos, nec in siniſtrã ne solos malos: sed indifferenter, laxate, inquit, retia vestra in capturã, vt permistos intelligamus bonos & malos: hic aũt, inqt, mittite in dexterã nauigij rete, ut significaret eos qui stabãt ad dexterã solos bonos. Ibi recte p̃p significanda schismata rumpebatur: hic vero qñ tũc in illa summa pace sanctorũ nulla erunt schismata pertinuit ad Euangelistã dicere, & cũ tãti essent. i. tã magni, nõ est scissum rete, tanq̃ illud respiceret vbi scissum est, & in illius mali cõparatione cõmendaret hoc bonũ. Ibi capta est multitudo pisciũ tãta, vt impleta duo nauigia mergerẽtur. i. in sub mersionẽ premerẽtur: non. n. mersa sunt, sed tñ periclitata. Vnde enim existũt in Ecclesia tãta quę gemimus, nisi cũ tantę multitudini obsisti non põt, quæ ad sub mergẽdã propemodũ disciplinã intrat, cũ moribus suis a sanctorũ itinere penitus alienis? Hic aũt miserũt rete in dexterã partem, & iã non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Quid est, iam non valebant illud trahere, nisi qa illi qui pertinent ad resurrectionẽ vitæ, ideſt, ad dexterã, & intra Christiani nominis retia

M Matt. 6.

A

B

C

Matt. 13

Luc. 5.

Psal.

Deut.

1. Cor

Ioan.

Gen.

desun-

defunguntur, nõ nisi in littore, i. in fine seculi cũ resurrexerint, apparebunt? Ideo non valuerunt sic trahere retia, ut in nauẽ refunderent quos ceperant pisces, sicut de illis omnibus factũ est, quib. rete diruptũ, & naviculæ pressæ sunt. Habet aũt istos dextros Ecclesia post finẽ vitæ huius in somno pacis, velut in profundo latentes, donec ad littus rete perue
D niat quò trahebatur, quasi à cubitis ducentis. Quod aũt illic duab. nauiculis propter circũcisionẽ & præputiũ, hoc isto loco ducentis cubitis existimo figuratũ, ꝑꝑ utriusq; generis electos, & circuncisionis & præputij tanquã centum ad centũ, quia in summa centenarij numerus ad dexterã transit. Postremo in illa piscatione numerus piscium non exprimitur, tanquã illud ibi fiat ꝙ prædictum est per Prophetã: Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerũ. Hic uero nõ sunt aliqui super numerũ, sed certus est numerus centũ quinquagintatres: cuius numeri ratio dño adiuuante reddenda est: si. n. numerũ constituamus qui legẽ significet, quid erunt nisi decẽ? Decalogũ quippe legis. i. decẽ notissima illa præcepta digito Dei duab. lapideis tabulis primũ fuisse cõscripta, certissimũ nobis est. Sed lex qñ nõ adiuuat gratia, ꝓuaricatores facit, & tantummodo in litera est. Propter hoc. n. maxime ait Apostolus: Litera occidit, spũs aũt viuificat. Accedat ergo ad literã spiritus, ne occidat litera quẽ non uiuificat spũs, sed ut operemur præcepta legis, nõ uirib. nostris, sed munere Saluatoris. Cũ aũt accedit ad legem gratia, i. ad literam spũs, quodãmodo denario numero additur septenarius. Isto quippe numero, i. septenario, significari spm̃ sanctũ aduertenda literarũ sacrarum documenta testantur. Nempe. n. sanctitas uel sanctificatio ad sanctũ proprie
E pertinet spm̃: unde cũ & pater spũs sit, & filius spũs sit, qm̃ Deus spiritus est, & pater sãctus, & filius sanctus sit, proprio tñ nomine amborũ spiritus uocatur spũssanctus. Vbi ergo primũ in lege sonuit sanctificatio, nisi in die septimo? Non. n. sanctificauit Deus diem primũ in quo fecit lucẽ, aut secundũ in quo firmamentũ, aut tertiũ in quo discreuit mare a terra, & terra herbã lignũq; produxit, aut quartũ in quo sydera sunt creata, aut quintũ in quo animalia q̃ in aquis uiuunt & in aere uolitãt, aut sextũ, in quo terrestris anima uiua & ipse homo: sed sanctificauit diẽ septimũ, in quo requieuit ab operib. suis. Conuenienter igitur septenario numero significat spũssanctus. Esaias ẽt Propheta: Requiescet, inquit, in eo spũs Dei, eumq; deinceps commendans opere uel numero septenario: Spũs inquit, sapientiæ & intellectus, spũs consilij & fortitudinis, spũs scientiæ & pietatis, impleuit illũ spiritus timoris Dei. Quid in Apocalypsi? Nonne septẽ spiritus Dei dicuntur, cũ sit unus atq; idẽ spiritus, diuidẽs propria unicuiq; prout vult? Sed operatio septenaria unius spiritus sic appellata est ab eodẽ spiritu, qui scribenti affuit, ut septẽ spiritus dicerẽtur. Cũ itaq; legis denario spũssanctus per septenariũ numerum accedit, fiũt decem & septẽ, qui numerus ab uno usq; ad seipsum cõputatis omnibus crescens, ad centũ quinquagintatres peruenit. Ad unum. n. si adijcias duo, fiunt utiq; tres, his si adijcias tres & quatuor, fiunt decẽ: deinde si adijcias oẽs numeros qui sequũtur usq; ad decẽ & septẽ, ad supradictũ numerũ summa perducitur, i. si ad decẽ, quo ab vno vsq; ad quatuor peruenerãs, addas quinq; fiunt quindecim. His addas sex, & fiunt uiginti unũ: his addas septem, & fiunt uigintiocto: his addas octo & nouẽ decẽ, & fiunt quinquagintaquinque, hís addas undecim & duodecim & tredecim, & fiunt nonagintaunũ: his rursum quatuordecim & quindecim & sexdecim, & fiunt centũtrigintasex: huic numero adde illũ q̃ restat de quo agitur, i. decẽ & septem, & piscium numerus ille cõplebitur. Non ergo tantũmodo centum quinquagintatres sancti ad uitã resurrecturi significantur æternam, sed milia sanctorum ad gratiam spiritus pertinentium, qua gratia cũ lege Dei tanquã cũ aduersario cõcordatur ut uiuificante spiritu litera non occidat: sed ꝙ per literam iubetur, spiritu adiuuante cõpleatur, & si quid minus fit, remittat. Oẽs ergo ad istã gratiã pertinentes, hoc numero G figurantur, hoc est, figurati significãtur. Qui numerus ter habet ẽt quinquagenariũ numerũ & insuper ipsa tria propter mysteriũ Trinitatis. Quinquagenarius aũt multiplicatis septẽ per septẽ, & unius adiectione cõpletur: nã septies septẽ fiunt quadragintanouẽ. Vnus autem additur, ut eo significetur unum esse, qui per septem propter operationem septenariam demonstratur: & nouimus spm̃ sanctum

Mat. 13
Luc. 5.
Psal. 39.
Deut. 9.
1. Cor. 3.
Ioan. 4.
Gen. 2.
Esaia 11.
Apoc. 3.
1. Co. 12.

ctum post ascēsionē dñi quinquagesimo die missum, quem discipuli iussi sunt expectare
Actō. 2. promissum. Non igitur frustra dicti sunt hi pisces, & tot & tanti, i. centum quinquaginta tres, & magni: sic. n. scriptū est: Et traxit rete
Mat. 5. in terrā plenam magnis piscib. centum quinquagintatribus. Cū. n. dixisset dñs: Non veni soluere legē, sed implere, daturus vtiq; spm̄ per quē lex posset impleri, tanquā septē addi
H turus ad decē, pauciss imis verbis interpositis ait: Qui ergo soluerit vnū de mādatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cęlorū: qui aūt fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno cęlorū. iste ergo poterit pertinere ad numerū piscium magnorū. Minimus aūt ille qui soluit factis q̄ docet verbis, in tali Ecclesia pōt esse, qualē significat piscium prima illa captura, habentē bonos & malos, quia & ipse dr̄
Mat. 13. regnum cęlorū, propter q̄ ait: Simile est regnū cęlorū sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Vbi vult intelligi ēt bonos & malos, quos dicit in littore, i. fine seculi separandos: deniq; vt ostendet istos minimos reprobos esse qui docent bona loquendo, q̄ soluunt male viuēdo, nec quasi minimos ī vita æterna futuros, sed omnino ibi nō futuros, cū dixisset minimus vocabitur in regno cęlorū, continuo subiecit:
Mat. 23. Dico. n. vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plus quā scribarū & pharisęorū, non intrabitis in regnū cęlorū. Isti sunt certe scribæ & pharisęi, qui cathedrā Moysi sedent, & de quib. ait: Quæ dicūt facite, quæ aūt faciūt facere nolite: dicunt. n. & non faciunt, docēt sermonib. q̄ soluunt moribus. Consequens est ergo, vt qui minimus est in regno cęlorū, qualis nunc est Ecclesia, non intret in regnū cęlorū, qualis tunc erit Ecclesia: qm̄ docendo q̄ soluit, ad eorum societatem qui faciunt q̄ docent non pertinebit. Et ideo non erit in numero piscių magnorū, qm̄ qui fecerit & docuerit, magnus vocabīt in regno cęlorū. Et quia hic magnus erit, iō ibi erit vbi
I minimus ille nō erit, vsqueadeo quippe ibi magni erūt, vt qui minor ibi est, maior sit eo quo hic nemo maior est: sed tm̄ q̄ hic magni sūt, i. q̄ in regno cęlorū vbi sagena cōgregat bonos & malos, faciunt bona q̄ docent, ipsi erūt in illa regni cęlorū æternitate maiores, quos isti ad dexterā & ad resurrectionē vitæ pertinentes indicant pisces. Sequitur de prādio dñi cū istis septē discipulis, & de his q̄ post prādiū locutus est, ac de ipsius Euāgelij termino, vt Deus q̄ donauerit differamus: sed hoc non est isto sermone coarctandum.

De eo q̄ dicit eis Iesus, Venite prandete: vsq; ad id q̄ ait, Hoc aūt dixit significans qua morte clarificaturus eēt Deū. Tr. CXXIII.

K

IN eo q̄ tertio dñs post resurrectionē manifestauit se discipulis suis, beati Ioannis Dec. 21.
Apostoli Euangeliū terminatur: in quo iam pertractauimus vt valuimus partem priorē, vsq; ad eum locum vbi narratum est captos fuisse pisces centū quinquaginta à discipulis, quib. se demonstrauit, & cū magni essent, retia non esse rupta: deinde quæ sequūtur cō sideranda sunt, & quantum adiuuat dñs sicut res postulare videbitur differenda. Peracta quippe illa piscatione, Dicit eis Iesus: Venite prandete. Et nemo audebat discumbentiū interrogare eū, tu quis es, scientes quia dñs est. ¶ Si ergo sciebant, quid opus erat vt interrogarent? Si aūt non opus erat, quare dictum est, non audebant, quasi opus esset, sed timore aliquo non auderent? Sensus ergo hic est, tanta erat euidentia veritatis, qua Iesus illis discipulis apparebat, vt eorū non solū negare, sed nec dubitare q̄dē vllus auderet: qm̄ si quisquam dubitaret, vtiq; interrogare deberet: sic ergo dictū est, nemo audebat eū interrogare, tu quis es, ac si diceretur, nemo audebat dubitare q̄ ipse esset. Et venit Iesus & accepit panē, & dat eis, & piscē similiter.) Ecce dictū est ēt quid prandarent, de quo prandio aliquid suaue ac salubre dicemus & nos, si pascat & nos. Superius narratū est q̄ isti discipuli qm̄ descenderūt in terrā, viderunt prunas positas, & piscē superpositū, & panem. Vbi non est intelligendū ēt superpositum panē fuisse prunis, sed tm̄ subaudiendum, viderunt. Quod verbū si repetamus eo loco vbi
L subaudiendū est, ita totum dici pōt: viderunt prunas positas, & piscē superpositum, & viderunt panē. Vel ita potius, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, viderunt & panē. Iubente ēt dño attulerunt & de piscib. quos ipsi cęperant, q̄ eos feciſſe, quamuis a narrante Ioanne nō esset expressum, tm̄ dñm fuisse non tacitum est: ait. n. Afferte de piscib.

Sup. tra. 122.

quos

quos prehendidistis nunc. Et vtique iubente illo eos nō feciſſe quis credat? Hinc ergo fecit prandiū dñs illis ſeptē diſcipulis ſuis, de piſce ſcilicet quē prunis ſuperpoſitum viderant, huic adiungens ex illis quos cęperant, & de pane quē nihilominus eos vidiſſe narratū eſt. Piſsis aſſus, Chriſtus eſt paſſus. Ipſe eſt panis viuus, qui de cęlo deſcendit: huic incorporatur Eccleſia ad participandā beatitudinē ſempiternā, propter q̄ dictum eſt: *Ioan. 6.*

M Afferte de piſcib. quos prehendidiſtis nunc, vt oēs qui hanc ſpem gerimus, per illū ſeptenariū numerum diſcipulorū, per quem pōt hoc loco noſtra vniuerſitas intelligi figurata, tanto ſacro nos cōicare noſſemus, & eidē beatitudini ſociari. Hoc dñi prandium eſt cū diſcipulis ſuis, ad q̄ Ioannes Euangeliū ſuū cum haberet de Chriſto alia multa quæ dicere magna, vt exiſtimo, ex rerū magnarū cōtemplatione concludit. Hic. n. Eccleſia qualis in ſolis bonis futura eſt, ſignificatur per capturam centumquinquagintatriū piſciū, & eis qui hæc credunt, ſperant, diligunt, participatio tantæ beatitudinis per hoc prandium demonſtratur. Hoc iā tertio, inquit, manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis cū ſurrexiſſet a mortuis.) Quod nō ad ipſas demonſtrationes, ſed ad dies referre debemus, i. primo die cū reſurrexit, & poſt dies octo qñ diſcipulus Thomas vidit & credidit, & hodie qñ hoc de piſcib. fecit. Poſt quot aūt dies id fecerit, dictū non eſt: nā ipſo primo die nō eſt viſus ſemel, ſicut Euangeliſtarū omniū teſtimonia collata demonſtrant: ſed ſicut dictum eſt, ſecundū dies numerandę ſunt manifeſtationes eius, vt iſta ſit tertia. Prima quippe habenda eſt, eademq; una p̄ p̄ unū diem, quotieſcunq; ſe: & quibuſcunq; die illo quo reſurrexit oſtendit ſecunda poſt dies octo, & hæc tertia, & deinde quoties uoluit uſque ad *Sup. tra. Eſa. 111.*

A diē quadrageſimū quo aſcendit in cęlū, quāuis non ſcripta ſunt oīa. Cum ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro, Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei, Etiam dñe, tu ſcis quia amo te. Dicit ei, Paſce agnos meos. Dicit ei iterū, Simon Ioannis diligis me? Ait illi, Etiā dñe, tu ſcis q̄ amo te. Dicit ei, Paſce agnos meos. Dicit ei tertio, Simon Ioannis amas me? Cōtriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio amas me, & dicit ei, dñe tu oīa ſcis, tu ſcis quia amo te. Dicit ei paſce oues meas. Amen amen dico tibi, cū eſſes iunior, cingebaste & ambulabas vbi volebas, cum aūt ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu nō vis. Hoc aūt dixit, ſignificās qua morte clarificatur⁹ eſſet Deū.) Hunc inuenit exitū ille negator & amator, p̄ſumendo elatus, negando proſtratus, fiēdo purgatus, confitendo probatus, patiendo co B ronatus, hunc inuenit exitū, ut pro eius noīe perfecta dilectione morereī, cū quo ſe moriturū peruerſa feſtinatione p̄miſerat, faciat eius reſurrectiōe firmatus, q̄ immature pollicebatur īfirmus. Hoc. n. oportebat ut prius Chriſtus pro Petri ſalute, deinde Petrus pro Chriſti p̄dicatione moreretur. Præpoſterum fuit q̄ audere cęperat humana temeritas, cū iſtū diſpoſuiſſet ordinē veritas: Animā ſuam ſe poſiturū pro Chr̄o Petrus putabat, pro liberatore liberandus, cū Chriſtus veniſſet animā ſuā poſiturus pro ſuis omnib. in quibus erat & Petrus. Quod ecce iā factū eſt: nunc iā firmitas cordis ad ſuſcipiendā mortē pro nomine dñi uera ipſo donāte ſumat, non falſa nobis errantib. præſumatur. Nunc eſt ut uitæ huius non metuamus interitū, quia reſurgente dño vitæ alterius præceſsit exemplū, nūc eſt Petre ut mortē non timeas, quia uiuit quē mortuū dolebas, & quē pro nobis mori carnali amore prohibebas. Auſus es p̄uenire doctorē, formidaſti eius perſecutorē, iā pretio pro te fuſo, nunc eſt vt ſequaris redemptorē & ſequaris omnino uſq; ad mortem crucis. Verba eius audiſti, quē iam ueracem probaſti: paſſurū te ipſe prædixit, qui te prædixerat negaturū, Sed prius dñs q̄ ſciebat interrogat nec ſemel ſed iterū ac tertio, utrū Petrus eū diligat, nec aliud toties audit a Petro, quam ſe diligi: nec aliud toties commendat Petro, quā ſuas oues paſci. Redditur negationi trinæ trina confeſsio, ne minus amori lingua ſeruiat quā timori, & plus uocis elicuiſſe uideatur mors imminens quā uita præſens. Sit C amoris officiū, paſcere dñicum gregem, ſi fuit timoris īdiciū, negare paſtorē. Qui hoc animo paſcunt oues Chriſti, ut ſuas uelint eſſe, non Chriſti, ſed cōuincuntur amare, non Chriſtū, uel gloriandi, uel dñandi, uel acquirendi cupiditate, non obediēdi & ſubueniēdi & Deo placēdi charitate. Cōtra hos ergo uigilat toties inculcata iſta uox Chriſti, quos *Phil.* Apoſtolus gemit ſua quærere, non quæ Ieſu Chriſti.

Christi. Nam quid est aliud, si diligis me, pasce oues meas, quã si diceretur, si me diligis, non te pascere cogita, sed oues meas: sicut meas pasce, nõ sicut tuas: gloriã meam in eis quære, non tuam: dñm meum, non tuum: lucra mea, non tua: ne sis in eorũ societate, qui pertinent ad tẽpora periculosa seipsos amantes, & cętera quæ huic malorũ initio connectuntur: cũ. n. dixisset Apostolus, Erunt. n. homines seipsos amãtes: secutus adiunxit, Amatores pecuniæ, elati, superbi, blasphemi, parentib. non obedientes, ingrati, scelesti, irreligiosi, sine affectione, detractores, incontinẽtes, immites, sine benignitate, ꝓditores, procaces, cęcati, voluptatũ amatores magis quã Dei, habentes speciẽ pietatis, virtutẽ aũt eius abnegantes. Hæc oĩa mala ab eo velut fonte manantia, ꝙ primũ posuit seipsos amantes. Merito dr̃ Petro, diligis me, & rñdet amo te, eiq; refertur, pasce agnos meos, & hoc itẽrũ, hoc tertio: vbi ẽt demonstratur vnũ atq; idẽ esse amorem & dilectionem: nam ẽt dñs nouissime non ait, diligis me: sed amas me. Nõ ergo nos, sed ipsum amemus, & in pascẽdis ouibus eius ea quæ sunt eius, non ea quæ sunt nostra quęramus. Nescio. n. quo inexplicabili modo quisquis seipsum, non Deum amat, non se amat: & quisquis Deũ non seipsum amat, ipse se amat: qui. n. non põt viuere de se, moritur vtiq; amando se: non ergo se amat, qui ne viuat se amat. Cũ vero ille diligitur de quo viuitur, non se diligẽdo magis diligit, qui propterea se nõ diligit, vt eũ diligat de quo viuit: Nõ sint ergo seipsos amãtes qui pascũt oues Christi: nec tanquã suas, sed tanquã ipsius eas pascant: & velint ex illis sua lucra cõquirere, sicut amatores pecuniæ: vel eis dñari, sicut elati: vel gloriari de honorib. quos ab eis sumunt, sicut superbi: vel intantũ progredi vt ẽt hæreses faciant, sicut blasphemi: nec cedant sanctis patribus, sicut parentib. non obedientes, & eis qui illos corrigere volũt, quia perire nolunt, mala pro bonis reddant, sicut ingrati: interficiant aĩas & suas & alienas, sicut scelesti: materna Ecclesiæ viscera dissipent, sicut irreligiosi: nõ cõpatiant infirmis, sicut sine affectione: famã sanctorũ maculare conentur, sicut detractores: cupiditates pessimas nõ refrenent, sicut incõtinentes: exerceãt lites, sicut immites: nesciãt subuenire, sicut sine benignitate: indicẽt inimicis piorũ q̃ occultãda cognouerint, sicut ꝓditores: humanã verecundiã inuerecũda exagitatione perturbẽt, sicut procaces: nõ intelligant neq; q̃ loquanẽ, neq; de quib. affirmãt, sicut cęcati: lętitias carnales spiritalibus gaudijs anteponãt, sicut voluptatũ amatores magis q̃ Dei. Hæc. n. atq; hmõi vitia, siue vni homini accidant oĩa, siue his alia, illis alia dominentur, ex illa radice quodãmodo pullulant, cũ sunt hoĩes seipsos amantes. Quod vitiũ maxime cauendũ est eis, qui pascũt oues Christi, ne sua quærãt, sed quæ Iesu Christi, & in vsus cupiditatũ suarum conferant, pro quib. sanguis fusus est Christi. Cuius amor in eo qui pascit oues eius, in tã magnũ debet spiritalẽ crescere ardorẽ, vt vincat ẽt mortis naturalẽ timorem quo mori nolumus, & qñ cũ Christo viuere volumus. Nã & Apostolus Paulus dicit se habere concupiscentiam dissolui, & esse cũ Christo, ingemiscit tñ grauatus, & nõ vult spoliari sed superuestiri, vt absorbeatur mortale à vita. Et huic dñs dilectori suo, Cũ senueris, inquit, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet te quo tu non vis. Hoc aũt ei dixit, significãs qua morte clarificaturus esset Deũ,) Extẽdes, inquit, manus tuas, hoc est, crucifigeris. Ad hoc aũt vt venias, alius te cinget, & ducet non quo vis, sed quo non vis: prius dixit ꝙ fieret, & deinde quõ fieret. Nõ. n crucifixus, sed vtiq; crucifigendus quo nollet est ductus: nam crucifixus nõ quo nolebat abijt, sed potius quo volebat: solutus quippe a corpore volebat esse cum Christo, sed si fieri posset præter mortis molestiã vitam concupiscebat æternã: ad quam molestiã nolẽs ductus est, sed ab ea volens eductus est: nolens ad eam venit, sed volens eã vicit, & reliquit hunc infirmitatis affectũ quo nemo vult mori vsqueadeo naturalem, vt eũ beato Petro nec senectus auferre potuerit, cui dictũ est, Cũ senueris, duceris quo non vis. Propter nos cõsolandos hũc ẽt in se figurauit ipse Saluator, dicens, Pater si fieri põt, transeat a me calix iste: qui vtiq; mori venerat, nec habebat mortis necessitatẽ sed voluntatẽ, potestate positurus animã suã, & rursus eã potestate sumpturus. Sed molestia quantacunq; sit mortis, debet eã vincere vis amoris, quo amatur ille qui cum sit vita nostra etiã mortẽ voluit perferre pro nobis: nam si nulla esset mortis vel parua molestia,

non

non esset tam magna martyrum gloria. Sed si pastor bonus qui posuit animã suam pro ouibus suis, ex ipsis ouibus tam multos sibi martyres fecit, quanto magis debent vsq; ad
Ioan. 10. mortẽ pro veritate certare, & vsq; ad sanguinẽ aduersus peccatũ, quibus oues ipsas pascẽ
H das, hoc est, docendas regendasq; cõmittit? Ac per hoc prçcedẽte passionis eius exẽplo, quis nõ videat magis debere imitando pastori hærere pastores, si eũ multę ẽt imitatæ sunt oues, sub quo pastore vno in grege vno & pastores ipsi sunt oues? Oẽs quippe fecit suas oues, pro quibus est omnibus passus, quia & ipse, vt ꝓ omnibus pateretur, ouis est factus.

De eo quod dicit, & cũ hoc dixisset, dicit ei, sequere me, vsq; in finẽ. Tract. CXXIIII.

De c. 21.

NOn parua quæstio est cur Apostolo Petro qũ se tertio manifestauit discipulis dixerit Iesus, Sequere me: de Apostolo autẽ Ioãne, Si eũ volo manere donec veniã, quid ad te? Huic quæstioni quantũ dñs ipse donauerit, siue pertractandę, siue soluendę, sermonẽ nouissimũ huius operis impendimus. Cũ argo prænũciasset esset dominus Petro, qua morte clarificaturus esset Deũ, dicit ei, Sequere
Ioan. 13. me. Conuersus Petrus vidit illũ discipulum quẽ diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in cęna super pectus eius, & dixit, Dñe, quis est q tradet te? Hũc ergo cũ vidisset Petrus: dicit Iesus, Domine, hic autẽ quid? Dicit ei Iesu, Sic eũ volo manere donec veniã quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille nõ moritur, & nõ dixit ei Iesus, nõ moritur, sed sic eũ volo manere donec veniã, quid ad te?) Ecce quousq; in hoc Euãgelio extenditur quæstio, quæ sua profunditate non mediocriter mentem scrutantis exercet. Cur enim dicitur Petro, sequere me, nec dicitur cęteris qui simul aderant, & profecto eũ sicut magistrum
Actu. 12 discipuli sequebantur? Sed si ad passionẽ intelligendũ est, nunquid solus pro Christiana veritate passus est Petrus? Nonne ibi erat in
I illis septẽ alius filius Zebedæi frater Ioannis qui post eius ascensionem ab Herode manifestatur occisus? Verum aliquis dixerit, quoniam Iacobus non est crucifixus, merito dictum est Petro, sequere me, qui non solum mortem, sed etiam mortem crucis sicut Xps expertus est. Sit hoc, si nhil aliud quod sit cõuenientius potuerit inueniri. Cur ergo de Ioanne dictũ est, sic eũ volo manere donec veniam, quid ad te, & repetitum est, tu me sequere? Tanquã ille ideo non sequeretur, quo niam eũ manere voluit donec veniat. Quis facile illud dictũ esse credat quã quod fratres crediderant qui tunc aderant, eo quod s. nõ esset discipulus ille moriturus, sed donec K Iesus veniret, iste maneret in vita? Sed hanc opinionẽ Ioannes ipse abstulit, non hoc dixisse dominũ aperta cõtradictione declarãs. Cur enim subiungeret, non dixit Iesus, non moritur, nisi ne hominũ cordibus quod falsum fuerat inhęreret? Sed cui placet, adhuc resistat, vt dicat verum esse quod ait Ioãnes, nõ dixisse dominũ quod discipulus ille non moritur, sed hoc tamen significatũ esse talibus verbis qualia eũ dixisse narrauit, & asserat Apostolum Ioannem viuere, atq; in illo sepulchro eius quod est apud Ephesum, dormire cũ potius quam mortuũ iacere contendat. Assumat in argumentũ, quod illic terra sensim scatere, & quasi ebullire perhibetur, atq; hoc eius anhelitu fieri, siue constanter, siue pertinaciter asseuerat. Non. n. possunt de esse qui credant, si non desunt qui etiã Moysen asserant viuere, quia scriptũ est eius sepulchrũ non inueniri, & apparuit cũ domino in monte vbi & Elias fuit, quem mortuũ legimus nõ esse sed raptum: quasi Moysi corpus non potuerit alicubi sic abscõdi, vt prorsus homines lateret vbi esset, atq; inde ad horam diuinitus excitari quando cum Christo Elias & ipse sunt visi: sicut ad horam multa sanctorũ corpora surrexerunt qñ passus est Christus, & post eius resurrectionẽ apparuerunt multis in sancta, sicut scriptũ est, ciuitate. Sed tamen vt dicere cęperam: si quidam Moysen mortuũ negant, quem scriptura ipsa, licet sepulchrũ eius nusquã inueniri legimus, mortuum tamen esse sine vlla ambigui L tate testatur: quanto magis Ioannes ex istorum occasione verborum vbi dominus ait, sic eum volo manere donec venio: creditur viuus dormire sub terra? Quem tradunt etiã, quod in quibusdã scripturis, quanuis apochryphis, reperitur, quando sibi fieri iussit sepulchrum, incolumẽ fuisse prçsentẽ, eoq; effosso & diligentissime prçparato, ibi eũ se tanquam in lectulo collocasse statim q; eum

Deu. 34. Mat. 17. 4. Reg. 2.

Mat. 27.

esse

esse defunctum. Vt aũt isti putant qui hęc verba dñi sic intelligunt, non defunctũ, sed defuncto similẽ cubasse, & cũ mortuus putaretur, sepultũ fuisse dormientẽ, & donec Christus veniat sic manere, suamq; vitã scaturigine pulueris indicare, qui puluis creditur vt ab imo ad superficiẽ tumuli ascendat, flatu
M quiescentis impelli, huic opinioni superuacaneũ existimo reluctari. Viderint n. qui locũ sciũt vtrũ hoc ibi faciat vel patiatur terra quod dicitur, quia & reuera non a leuibus hominibus id audiuimus. Interim cedamus opinioni, quam certis documentis refellere non valemus, ne rursus aliud quod à nobis quęratur exurgat: cur super humatũ mortuũ ipse humus quodammodo viuere ac spirare videatur. Sed nunquid hinc tanta soluitur q̃stio, si magno miraculo, qualia põt facere omnipotẽs, tãdiu viuũ corpus in sopore sub terra est, donec veniat terminus seculi? Quinimo fit amplior & difficilior, cur & discipulo Iesus quẽ diligebat prę cęteris, intrũ vt super pectus eius discũbere mereretur, pro magno munere longũ in corpore donauerit somnũ cũ beatũ Petrũ per ingentẽ martyrij gloriã, ab onere ipsius corporis soluerit,
Phil. 1. eiq; concesserit q̃ Apostolus Paulus se concupiscere dixit & scripsit dissolui & esse cũ Christo? Si aũt q̃ magis creditur, iõ sanctus Ioãnes ait, Nõ dixisse dñm, nõ mori, ne illis verbis q̃ dixit, hoc voluisse intelligi putaretur, corpusq; eius in sepulchro eius exanime, sicut aliorũ mortuũ iacet, restat vt si vere ibi sit quod sparsit fama de terra quę subinde ablata subcrescit, aut iõ fiat vt ea modo cõmendaretur pręciosa mors eius, quã nequaquã cõmendat martyriũ, non. n. eũ pro fide Christi persecutor occidit, aut propter aliquid aliud q̃ nos latet, manet tũ quęstio,
A cur dixerit dñs de hoie morituro, sic eũ volo manere donec veniam. Illud enim in his duobus Apostolis Petro & Ioanne non moueat ad quęrendũ cur Ioannẽ plus dilexerit dñs, cũ ipsum dñm plus dilexerit Petrus? Vbi cunq; enim se cõmemorat Ioannes, vt noĩe suo tacito ipse posset intelligi, hoc addit q̃ eũ diligebat Iesus, quasi solũ diligeret, vt hoc signo discerneretur a cęteris, quos vtiq; oẽs diligebat. Quid ergo nisi amplius se dilectũ cũ hoc diceret, volebat intelligi, quod absit vt mendaciter diceret? Quod aũt maius dare potuit Iesus maioris erga eũ suę dilectionis indiciũ, quã vt homo cũ cęteris cõdiscipulis suis socius tantæ salutis, solus tũ discubuerit super pectus ipsius saluatoris? Porro quod Apostolus Petrus plus alijs dilexit Christũ, possunt quidẽ documenta multa proferri, sed vt longe in alia non eamus, in ipsius tertiæ manifestationis dñi paulo superiore lectione q̃ istã pręcedit, satis euidenter appa- B
ret, vbi interrogans eũ, dixit, diligis me plus his? Quod vtiq; sciebat, & tñ interrogabat, vt ẽt nos qui legimus Euangeliũ, amorẽ Petri erga dñm, & illo interrogante & isto respondẽte nossemus. Quod aũt in eo quod respondit Petrus, amo te, nõ addidit, plus his, hoc respondit quod de se ipso sciebat. Non enim quantũ ab alio quolibet diligeretur scire poterat, qui cor alterius videre nõ poterat. Sed tũ superioribus verbis dicendo, Etiã dñe, tu scis quia amo te, satis & ipse declarauit sciẽtẽ dominũ interrogasse quod interrogauit. Sciebat igitur dñs non solũ quod diligeret, verũ etiam quod plus illis eũ diligeret Petrus, & tñ si proponamus quærentes, quis duorũ sit melior, vtrũ qui plus, an qui minus diligit Christũ, quis dubitabit respondere, eũ qui plus diligit esse meliorẽ? Itẽ si p ponamus quis duorũ sit melior, vtrũ quẽ minus, aut quẽ plus diligit Christus. Eũ qui plus diligitur a Christo, meliorẽ proculdubio respondebimus. In illa ergo cõparatione, quã prius posui, Petrus Ioanni: in hac vero altera, Ioannes ante ponit Petro: proinde tertiã sic proponimus. Quis est duorũ discipulorũ melior, qui minus quã condiscipulus eius diligit Christũ, & plus quã condiscipulus eius diligitur à Christo, an ille quẽ minus quã condiscipulũ eius diligit Christus, cũ plus ipse quã suus condiscipulus diligat Christũ? Hic plane cunctatur responsio, & C
augetur quæstio. Quantũ aũt ipse sapio, meliorẽ qui plus diligit Christũ, fęliciorẽ vero quẽ plus diligit Christus, facile responderẽ, si iustitiã liberatoris nostri minus eũ diligentis à quo plus diligitur, & eũ plus à quo minus diligitur, quẽadmodũ defenderẽ, pręuiderẽ. Aggrediar igitur in eius manifesta misericordia, cuius est occulta iustitia, de soluenda quęstione tã ingenti pro viribus quas ipse donauerit disputare: hucusq; enim proposita est, non exposita. Exponendæ vero

eius

eius hoc sit exordiū, vt meminerimus in hoc corruptibili corpore q̄ aggrauat animam,
Sapien.9 vita nos misera viuere. Sed quia iā redempti per mediatorē sumus, & spm̄ sanctū pignus accepimus, beatā vitam in spe habemus, & si re ipsa nondū tenemus: spes aūt quæ vī non
Rom.8. est spes, quod.n. videt quis, q̄d sperat? Si aūt q̄ non videmus speramus, per patientiā expectamus. In malis aūt quæ quisq; patiē, non in bonis quibus fruitur, opus est patientia.
D hanc itaq; vitā de qua scriptū est, Nunquid non tentatio est vita humana super terrā, in
Iob. 7. qua quotidie clamamus ad dm̄, Libera nos
Mat.6. a malo: cogitur homo tolerare etiā remissis peccatis, quāuis vt in eā veniret miseriā, primū fuerit causa pctī: productior est.n. pena q̄ culpa, ne parua putaretur culpa, si cū illa finiretur & pena: ac per hoc vel ad demonstrationē debitæ miseriæ, uel ad emendationē labilis uitæ, uel ad exercitationē necessariæ patientiæ, tēporaliter hominē detinet pena, ēt quem iā ad damnationem sempiternā reum non detinet culpa. Hæc est istorū dierū, quos in hac mortalitate agimus malos, quamuis in ea diligamus videre dies bonos, fienda quidem sed non reprehendenda cōditio: venit.n. de ira Dei iusta, de qua scriptura
Iob. 14. loquēs, Homo, inquit, natus ex muliere, breuis uitæ, & plenus iræ, cum ira Dei non sit ut hominis, i. perturbatio concitati animi, sed
Psal.76. tranquilla iusti supplicij constitutio. In hac ira sua Deus non continens, sicut scriptum est, miserationes suas, præter alia solatia miserorū quæ generi humano præbere nō cessat, in plenitudinē tēporis, quo ipse sciebat hoc esse faciendū, misit filiū suum unigenitū per quē creauit uniuersa, ut manens Deus fieret homo, & esset mediator Dei & hominū homo
1.Ti.2. mo Christus Iesus, in quē credentes per lauacrū regenerationis soluto reatu omniū peccatorū, & originalis uidelicet q̄ generatio trahit, contra quam maxime regeneratio est
E instituta, & cęterorū quæ male agendo contracta sunt, liberarentur a dānatione perpetua, & uiuerent in fide & spe & charitate, peregrinantes in hoc seculo, atq; in eius tentationib. laboriosis & periculosis, cōsolationibus aūt Dei & corporalib. & spiritalib. ambularent ad conspectū eius, uiā tenentes q̄ eis factus est Christus. Et quia in ipsa quoq; uia ambulantes nō sunt sine peccatis, quæ de hu

ius uitæ infirmitate surrepunt, dedit eleemosynarū remedia salutaria, quib. eorū adiuuaretur oratio, ubi eos dicere docuit, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hoc agit Ecclesia spe beata in hac vita ærūnosa, cuius Ecclesiæ Petrus Apostolus pp Apostolatus sui primatū gere
Mat.6. bat figurata generalitate personam. Quod.n. ad ipsū proprie pertinet, natura unus homo erat, gratia unus Christianus, abundantiore F gratia unus idēq; primus Apostolus: sed qñ ei dictū est, Tibi dabo claues regni cęlorū: &
Mat.16. quodcunq; ligaueris super terrā, erit ligatū & in cęlis: & quodcunq; solueris super terrā, erit solutū & in cęlis: uniuersam significabat Ecclesiā, quæ in hoc seculo diuersis tētationib. uelut imbribus, fluminibus, tēpestatibusq; quatitur, & nō cadit qm̄ fundata est super petram, unde & Petrus nomen accepit: non.n. a Petro petra: sed Petrus a petra, sicut non Christus a Christiano: sed Christianus a Christo uocatur: ideo quippe ait dns, Super hanc petrā ædificabo Ecclesiā meā, quia dixerat Petrus, tu es Christus filius Dei viui. Super hanc ergo, inquit, petrā quā cōfessus es, ædificabo Ecclesiā meā. Petra.n. erat Chri
1.Co.10. stus, super q̄ fundamentū ēt ipse ædificatus
1.Cor.3. est Petrus. Fundamentū quippe aliud nemo pōt ponere præter id q̄ positū est, q̄ est Christus Iesus. Ecclesia ergo q̄ fundatur in Christo, claues ab eo regni cęlorū accepit in Petro, i. ptātem ligandi soluendiq; pctā: q̄. n. est per proprietatē in Christo Ecclesia, hoc est per significationē Petrus in petra: qua si-
Mat.10. gnificatione intelligitur Xps petra, Petrus Ecclesia. Hæc igitur Ecclesia quam significabat Petrus, quādiu degit in malis, amando & sequendo Christū liberatur a malis. Magis aūt sequitur in eis qui certant pro ueritate vsq; ad mortē: sed uniuersitati dr̄, sequere me, pro
1.Pet.2. qua uniuersitate passus est Christus: de quo dicit idē Petrus, Chrs pro nobis passus est, relinquens nobis exēplū, ut sequamur uestigia eius. ecce pp q̄ ei dictū est, Sequere me. Est
1.Co.13. aūt alia uita immortalis, quæ non est in malis, ibi facie ad faciē uidebimus, q̄ hic p speculū & in ænigmate vī, qñ multū in conspicienda ueritate proficitur. Duas itaque uitas G sibi diuinitus prædicatas & cōmendatas nouit Ecclesia, quarum est una in fide, altera in specie: una in tpe peregrinationis, altera in

æter-

æternitate manſionis: vna in labore, altera in
requie: vna in via, altera in patria: vna in ope
re actionis, altera in mercede cõtẽplationis:
vna declinat à malo & facit bonũ, altera nul
lũ habet à quo declinet malum, & magnum
habet quo perfruatur bono: vna cũ hoſte pu
gnat, altera ſine hoſte regnat: vna fortis eſt in
H aduerſis, altera nihil ſentit aduerſi: vna carna
les libidines frenat, altera ſpiritalibus delecta
tionib. vacat: vna eſt vincendi cura ſolicita,
altera victoriæ pace ſecura: vna in tentatio-
nib. adiuuatur, altera ſine vlla tẽtatione in ip
ſo adiutore lætatur: vna ſubuenit indigenti,
altera ibi eſt vbi nullũ inuenit indigentem:
vna aliena peccata vt ſua ſibi ignoſcant ignoſcit, altera nec patitur q̃ ignoſcat, nec facit q̃ ſibi poſcat ignoſci: vna flagellatur malis, ne extollatur in bonis, altera tanta plenitudine gratiæ caret omni malo, vt ſine vlla tentatione ſuperbiæ cohæreat ſummo bono: vna bona & mala diſcernit, altera q̃ ſola bona sũt cernit: ergo vna bona eſt, ſed adhuc miſera, altera melior & beata: iſta ſignificata eſt per Apoſtolũ Petrũ, illa per Ioannẽ: tota hic agitur iſta vſq; in huius ſeculi finem, & illic inuenit finẽ, differtur illa cõplenda poſt huius ſeculi finẽ, ſed in futuro ſeculo non habet finẽ: ideo dr̃ huic, Sequere me: de illo aũt, Sic eũ volo manere donec veniã, quid ad te? tu me ſequere. quid n. eſt hoc? Quantum ſapio, quãtũ capio, quid eſt hoc, niſi tu ſequere, per imitationẽ perferendo temporalia mala, ille maneat; donec ſempiterna venio redditurus bona? q̃ apertius ita dici põt, Perfecta me ſequatur actio, informata meæ paſſionis exem plo: inchoata vero contẽplatio maneat donec veniã, perficienda cũ venero. Sequitur. n. Chriſtũ perueniens vſq; ad mortẽ pia plenitudo patientiæ, manet aũt donec veniat Chri
I ſtus, tunc manifeſtanda plenitudo ſcientiæ. Hic quippe tolerantur mala huius mundi in terra morientiũ, vbi videbuntur bona dñi in terra viuentiũ. quod. n. ait, Sic eũ volo manere donec veniã: ꝫ non ſic intelligendũ eſt quaſi dixerit, remanere vel permanere, ſed expectare, qm̃ q̃ per eũ ſignificatur, nõ vtiq; nunc, ſed cum venerit Chriſtus, implebitur. Quid aũt per hũc ſignificatur, cui dictũ eſt, Tu me ſequere: ꝫ niſi nunc agatur, non perue nietur ad illud q̃ expectatur. In hac aũt actiua vita quanto magis Chriſtũ diligimus, tãto facilius liberamur a malo. At ipſe nos mi
nus diligit quales, nunc ſumus, & hinc ideo liberat, ne ſemper tales ſimus. Ibi vero amplius nos diligit, qm̃ q̃ ei diſpliceat, & q̃ a nobis auferat non habebimus: nec ob aliud nos hic diligit, niſi vt ſanet & transferat ab his quæ nõ diligit. Hic ergo minus vbi non vult remaneamus, ibi amplius quo vult tranſ eamus, & vnde non vult pereamus. Amet ergo eum Petrus, vt ab iſta mortalitate liberemur: ametur ab eo Ioannes, vt in illa immortalitate ſeruemur. Sed iſta ratione illud oſtenditur, cur amplius Ioannẽ quam Petrũ amauerit Chriſtus, non cur amplius Petrus quã Ioannes amauerit Chriſtum. Neq; n. ſi plus nos diligit Chriſtus in futuro ſeculo, vbi cũ illo ſine fine viuemus, quã in iſto vnde eruimur, vt illic ſemper ſimus, propterea nos tũc eũ minus dilecturi ſumus, qm̃ meliores erimus, cũ meliores vtiq; niſi amplius eũ diligendo nullo modo eſſe poſsimus. Cur ergo Ioannes minus eũ diligebat quã Petrus, ſi eã vitã ſignificabat, in qua eſt multo amplius diligendus, niſi quia propterea dictũ eſt, volo eũ manere, i. expectare donec veniam: qm̃ & ipſum amorem qui tunc multo amplior erit nondũ habemus, ſed futurũ expectamus, vt cũ ipſe venerit habeamus? nam ſicut in Epiſtola ſua idem dicit Ioannes Apoſtolus, Nõdum apparuit q̃ erimus, ſcimus qm̃ cũ apparuerit ſimiles ei erimus, qm̃ videbimus eũ ſicuti eſt. Tunc ergo amplius q̃ videmus, diligemus. Ipſe autem dñs illam quæ futura eſt vitam noſtrã, qualis in nobis futura ſit ſciens prædeſtinatione plus amat, vt ad eam nos amando perducat. Quocirca qm̃ vniuerſę vię dñi miſericordia & veritas, miſeriam noſtrã præſentem nouimus quia ſentimus: & ideo miſericordiã dñi quam nobis de miſeria liberandis exhiberi volumus, plus amamus, L eamq; quotidie maxime pro peccatorũ remiſsione poſcimus & habemus. Hoc per Petrum ſignificatũ eſt, plus amantẽ, ſed minus amatũ, qa minus nos amat Chriſtus miſeros q̃ beatos. Veritatis aũt contemplationẽ qualis tunc futura eſt, minus amamus, quia nondũ nouimus nec habemus: hæc ergo per Ioãnẽ ſignificata eſt minus amantẽ, atq; ideo & ad ipſam & ad eius in nobis amorem qualis ei debetur implendum, donec veniat dominus & expectantẽ: ſed plus amatũ, quia id q̃

1. Ioan. ſ

Pſal. 24.

per

per illū figuratum est, hoc efficit beatū. Nemo tamen istos insignes Apostolos separet, & in eo quod significabat Petrus ambo erāt, & in eo quod significabat Ioannes, ambo futuri erant: significando sequebatur iste, manebat ille, credendo autem ambo mala præsentia huius miseriæ tolerabāt: ambo futura bona illius beatitudinis expectabant, nec ipsi soli, sed vniuersa hoc facit sancta Ecclesia sponsa Christi ab istis tentationibus eruenda, in illa fęlicitate seruanda. Quas duas vitas Petrus & Ioannes figurauerunt singuli singulas: verum & in hac temporaliter ambulauerunt ambo per fidem, & illa in ęternū fruentur ambo per speciē. Omnibus igitur sanctis ad Christi corpus inseparabiliter pertinentib. propter huius vitę procellosissimę gubernaculum, ad liganda & soluenda peccata claues regni cęlorum primus Apostolorum Petrus accepit, eisdem omnibus sanctis propter vitæ illius secretissimæ quietissimum sinum, Super pectus Christi Ioannes Euangelista discubuit, quoniam nec iste solus, sed vniuersa Ecclesia ligat soluitq; pectora: nec ille in principio verbum Deum apud Deum, & cętera de Christi diuinitate, & de totius diuinitatis Trinitate atq; vnitate sub limia, quę in illo regno facie ad faciem contemplanda, nunc aūt donec veniat dominus in speculo atq; in ænigmate cōtuenda sunt, quæ prædicando ructaret, de fonte dominici pectoris solus bibit, sed ipse dominus ipsum Euangelium pro sua cuiusq; capacitate omnibus suis bibendum toto terrarum orbe diffudit. Sunt qui senserint, & hi quidē nō cōtemptibilis sacri eloquij tractores, a Christo Ioannem Apostolū propterea plus amatum, ꝙ neq; vxorem duxerit, & ab ineunte pueritia castissimus vixerit. Hoc quidem in scripturis canonicis non euidenter apparet, veruntamen id quoq; multum adiuuat congruentiam huiusce sententiæ, quod illa vita per eum significata est vbi non erūt nuptię.

Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hęc, & scimus quia verum est testimoniū eius. Sunt aūt, inquit, alia multa quę fecit Iesus, q̄ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros. ⁊ Non spatio locorum, credendum est mundum capere non posse (quę in eo scribi quomodo possent, si scripta non ferret) sed capacitate legentium comprehendi fortasse non possent quanuis salua rerum fide plerunq; verba excedere videantur fidem, quod non fit qñ aliquid quod erat obscurum vel dubium, causa & ratione reddita exponitur: sed quando id quod apertum est vel augetur vel extenuatur, nec tamen à tramite significandę veritatis erratur, quoniam sic verba rem quę indicatur excedunt, vt voluntas loquentis nec fallentis appareat, qui nouit quousq; credatur, à quo vltra quam credendum est vel minuitur loquendo aliquid vel augetur. Hunc loquendi modum Gręco sermone, nō solū Grǽcarum verumetiam Latinarum literarū magistri Hyperbolem vocant: qui modus, sicut hoc loco, ita in nonnullis alijs diuinis literis inuenitur, vt est, Posuerunt in cœlum os suum: &, Verticem capilli perambulantiū in delictis suis: & multa huiusce modi, quę scripturis sanctis non desunt, sicut alij tropi, hoc est locutionum modi, de quibus operosius disputarem, nisi Euangelista terminā te Euangelium suum etiam ipse compelleret meum terminare sermonem.

Hyperbole in diuinis literis. Psal 62. & 67.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

EXPOSITIO IN EPISTOLAM beati Ioannis.

MEminit sanctitas vestra Euangelium secundum Ioannem ex ordine lectionum nos solere tractare. Sed quia nūc interposita est solennitas sanctorū dierum, quibus certas ex Euāgelio lectiones oportet in Ecclesia recitari, quæ ita sunt annuæ, vt aliæ esse non possint, ordo ille quem susceperamus, necessitate paululum intermissus est, non omissus. Cum autem cogitarem quid secundum hilaritatem præsentium dierum per hanc hebdomadam vobiscum de scripturis agerem, quantum dominus donare dignatur, quod posset in istis septem vel octo diebus finiri, occurit mihi Epistola beati Ioannis, vt cuius Euangelium paululum intermisimus, eius epistolam tractando ab eo non recedamus: præsertim quia in ipsa Epistola satis dulci omnibus quibus sanum

Mat. 16.

Ioan. 1.

D

E

F

G

num est palatū cordis, vbi sapiat panis Dei, & satis memorabili in sancta Ecclesia Dei maxime charitas commendatur. Locuturus est enim multa, & propè omnia de charitate. Qui habet in se vnde audiat, necesse est gaudeat ad quod audit: sic enim illi erit lectio ista, tanquam oleum in flamma. Si est
D ibi quod nutriatur, nutritur & crescit & permanet. Item quibusdam sic esse debet tāquā flamma ad fomitem, vt si non ardebat, accedente sermone accendatur. In quibusdam enim nutritur quod est: quibusdam accenditur si deest, vt omnes in vna charitate gaudeamus. Vbi autem charitas, ibi pax: & vbi humilitas, ibi charitas. Iam ipsum audiamus, & ad eius verbum, quæ dominus suggerit, etiā vobis vt bene intelligatis, loquamur.

De eo quod Ioannes dicit, Quod erat ab initio, quod audiuimus & quod vidimus & manus nostræ tractauerunt de verbo vitæ: vsq; ad id, Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo eat, quoniam tenebræ excęcauerunt oculos eius. Tract. I.

1. Ioan. 1 QVod erat ab initio, quod audiuimus, & quod vidimus, & manus nostræ tractauerunt de verbo vitę. § Quis est qui manibus tractet verbum, nisi quia verbum caro factum est & habitauit in nobis? Hoc autem verbum quod caro factum est, vt manibus tractaretur, cœpit esse caro ex virgine Maria, sed nō tunc cępit verbum, quia quod erat ab initio dixit: videte, si non attestatur Epistola sua Euangelio suo, vbi modo audi-
Ioañ. 1. stis, In principio erat uerbum, & verbum erat apud Deum: Forte de verbo vitæ sic quisq; accipiat, quasi locutionem quandam de Christo, non ipsum corpus Christi quod manibus tractatum est, vide quid sequatur,
E Et ipsa vita manifestata est.) Christus vero verbum vitæ: & vnde ergo manifestata est? Erat enim ab initio, sed non erat manifestata hominibus: manifesta autem erat angelis
Psal. 77. videntibus, & tanquam pane suo cibantibus, sed quid ait scriptura? Panem angelorum manducauit homo, ergo manifestata est ipsa vita in carne, quia in manifestatione posita est, vt res quæ solo corde videri posset, videretur & oculis, vt corda sanaret. Solo enim corde videtur verbum, caro autem & oculis corporalibus videtur: erat vnde videremus verbum: factum est verbum caro quam videre possemus, vt sanaretur in nobis vnde verbum videremus. Et vidimus, inquit, & testes sumus.) Forte aliqui fratrū nesciunt, qui Græce non norunt quid sint testes Græce & vsitatum nomen est omnibus & religiosum: quos enim testes Latine dicimus F
Græce μάρτυρες sunt. Quis autem non audiuit martyres? Aut in cuius ore Christiani nō quotidie habitat nomen martyrum? Atque vtinam sic habitet & in corde, vt passiones martyrum imitemur, non eos calcibus persequamur: ergo hoc dixit, videmus & testes sumus, audiuimus & μάρτυρες sumus. Testimonium enim dicendo ex eo quod viderūt, Ioan. 2
& testimonium dicendo ex eo quod audierunt ab his, qui viderunt cum displiceret ipsum testimonium hominibus aduersus quos dicebatur, passi sunt omnia quæ passi sunt martyres. Testes Dei passi sunt, Deus testes habere voluit homines, vt & homines habeant testem Deū: Vidimus, inquit, & testes sumus. Vbi viderūt? In manifestatione. Quid est in manifestatione? In Sole ideſt in hac luce. Vnde autem potuit videri in Sole, qui fecit Solem: nisi, Quia in Sole posuit tabernaPsal. 18. culum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam? Ille ante Solem qui fecit Solem, ille ante luciferum, ante omnia sydera, ante omnes angelos, verus creator: quia Ioan. 1.
omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, vt videretur oculis carneis qui Solem vident, ipsum tabernaculum suū
G in Sole posuit ideſt carnem suam in manifestatione huius lucis ostendit: & illius sponsi thalamus fuit vterus virginis, quia in illo vtero virginali coniuncti sunt duo, sponsus & sponsa. Sponsus verbum, & sponsa caro: quia sic scriptū est, Et erunt duo in carne vna: & dominus in Euangelio, Igitur iam nō Gen. 2. Mat. 19.
duo, sed vna caro: & Esaias optime meminit, Esa. 61.
vnum esse ipsos duos: loquitur enim ex persona Chri & dicit, Sicut spōso imposuit mihi mitrā, & sicut spōsam ornauit me ornamēto: vnus videt loqui, & sponsum se fecit, & spōsā se fecit, qa nō duo sed vna caro. Quia verbum caro factū est, & habitauit in nobis, Ioan. 1.
illi carni adiungitur Ecclesia, & fit Christus totus,

totus,& caput & corpus.Et testes, inquit sumus, & annũciamus vobis vitam æternam,q̃ erat apud patrẽ, & manifestata est in nobis.) hoc est,manifestata est inter nos.Quid apertius diceret,q̃ manifestata est in nobis? Quæ ergo vidimus & audiuimus, nunciamus vobis,intendat charitas vestra. Quæ ergo vidimus & audiuimus nunciamus vobis.]Illi viderũt ipsum dñm p̃sentem in carne,& audierunt verba ex ore dñi, & annunciauerũt nobis.Et nos ergo audiuimus, sed non vidimus,minus ergo sumus fœlices,q̃ illi qui audierũt & viderũt? & qũo adiungit, Vt & vos
H societatẽ hẽatis nobiscum.) Illi viderunt,nos non vidimus,& tñ socii sumus,qa fidẽ communẽ tenemus: nam qdam videndo non credidit,& palpare voluit,& sic credere,& ait,
Ioan. 20. Non credam, nisi digitos meos misero in locum clauorum,& cicatrices eius tetigero.Et p̃buit se ex tpe palpandũ manib. hoium qui semper se præbet videndum aspectib.angelorũ,& palpauit ille discipulus & exclamauit, Dñs meus & Deus meus, qa tetigit hoiem, confessus est Deũ. Et dñs consolans nos qui ipsum iã in cælo sedentem manu cõtrectare nõ possumus,sed fide cõtingere,ait illi,Quia vidisti & credidisti,beati qui non viderũt & credunt, nos discripti sumus nos designati sumus. fiat ergo in nobis beatitudo,quàm dominus prædixit futuram, firme teneamus qđ non vidimus, quia illi nunciant qui viderunt,vt & vos,inquit, societatẽ habeatis nobiscũ. Et qd magnum est societatem hr̃e cũ hoibus?Noli cõtemnere,vide quid addat, Et societas nostra sit cũ Deo patre & Iesu Chr̃o filio eius:hæc,inqt,scribim⁹ vobis,vt gaudiũ vestrũ sit plenũ.) Plenũ gaudiũ dicit in ipsa societate,in ipsa charitate, in ipsa vnitate. Et
I hæc,inqt, est annũciatio q̃ audiuimus ab eo & annũciamus vobis.)Quid est hoc?Ipsi viderũt,cõtrectauerũt manib.verbum vitæ, ab initio erat,ad tps visibilis & palpabilis factus est vnicus filius Dei: Ad q̃ rẽ venit,vel qd nobis nouũ nunciauit?qd docere voluit,quare fecit hoc quod fecit, vt verbũ caro fieret, vt Deus,sup oĩa indigna ab hoĩb.pateret,vt alapas eorũ sustineret de manib quas ipse formauit?Quid voluit docere?Quid voluit ostẽdere?Quid voluit annũciare?Audiamus, nã fine fructu præcepti auditio rei gestæ,qa natus est Christ⁹,& qa passus est Christus,auocamentum mentis est & non firmamentum. Quid magnũ audis? quo fructu audias, vide, qd voluit docere?qd annunciare?audi: Quia Deus lux est,inqt,& tenebræ in eo nõ sunt vllæ.) Adhuc lucẽ qdem noiauit, sed obscura sunt verba.Bonũ est nobis,vt ipsa q̃ noiauit, illustret corda nostra, & videamus qd dixit, hoc est qđ annunciamus, qa Deus lux est,& tenebræ in eo nũ sunt vllç.Quis.n.auderet dicere,qa in Deo sunt tenebræ? aut qd est ipsa lux?aut qd sunt tenebræ?Ne forte talia dicat, quæ ad oculos istos nostros pertineãt: Deus lux est. Ait nescio qd sit, sol lux est, luna lux est,& lucerna lux est, aliqd debet esse longe K
his maius,longeq; præstantius,longe supereminentius, q̃tum Deus à creatura, quantum conditor à conditione,q̃tum sapiẽtia ab eo quod factum est per sapientiam, longe vltra omnia debet esse lux ista,& forte vicini ei erimus, si quæ sit lux ista cognouerimus, & ad eam nos applicauerimus, vt ex ipsa illuminemur,qa in nobis tenebræ sumus,& ab illa illuminati possumus esse lux,& non confundi de illa,qa de nobis cõfundimur. Quis est qui de se confundit̃?qui se cognoscit peccatorẽ. Quis de illa non confundit̃? qui ab illa illuminat̃.Quid est ab illa illuminari? qui iã videt se peccatis tenebrari,& cupit ab illa illuminari,accedit ad illam,vñ & dicit psalmus, Psal. 33.
Accedite ad eum & illuminamini, & vultus vestri non erubescent. Sed non erubesces de illa,si qñ tibi te fçdum ostenderit, displiceat tibi fçditas tua,vt percipias pulchritudinem illius,hoc est, quod vult docere, & fortasse præpropere illud nos dicimus, ipse hoc manifestat in consequentib.Memento in principio sermonis nostri,quia epistola ista charitatem comendat,Deus lux est,inquit,& tenebræ in eo non sunt vllæ. & quid superius di- L
xerat?vt societatẽ hẽatis nobiscũ, & societas nostra sit cum patre & filio eius Iesu Christo.Porrò si Deus lux est,& tenebræ in eo nõ sunt vllæ, & societatem cum illo hr̃e debemus,& à nobis pellendę sunt tenebræ,vt fiat in nobis lux,nam tenebræ cum luce societatem habere non possunt, ideo vide quid sequatur,Quod si dixerimus, ꝙ societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur.) habes & Apostolum Paulum dicentem, Aut quæ societas luci ad tenebras? 2. Co. 6.
Dicis te societatẽ habere cũ Deo, & in tene-

bris ambulas, & Deus lux est, & tenebræ in eo nō sunt vllæ, qūo ergo est societas luci ad tenebras? Iam ergo dicat sibi hō. Quid faciā? Vnde ero lux? In peccatis & in iniquitatib. vivo, quasi subrepit q̄dam desperatio & tristitia. Salus nulla est, nisi in societate Dei. Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Pecca
Ephe. 6. ta aūt tenebræ sunt, sicut dicit Apostolus diabolum & angelos eius rectores tenebrarū harū esse: non diceret rectores tenebrarum, nisi diceret rectores peccatorū, dnatores iniquorum. Quid ergo faciemus fratres mei? Societas cum Deo habenda est, alia spes vitæ æter
A nę nulla est, Deus aūt lux est, & tenebrę in eo nō sunt vllæ: iniquitates aūt tenebræ sunt, iniquitatib. p̄mimur ne societatē cum Deo hre posimus. Quæ ergo spes? Non ne promiserā me aliq̄d locuturū istis dieb. q̄d gaudium faciat? Qd̄ si non exhibeo, tristitia est ista, Deus lux est, & tenebræ in eo nō sunt vllę: peccata tenebræ sunt, q̄d erit nobis? Audiamus ne forte cōsolet, erigat, det spem, ne deficiamus in via. Currimus. n. & ad patriā currimus, & si nos peruēturos desperamus, ipsa desperatio nē deficimus, ille aūt qui nos vult peruenire, vt cōseruet in patria, pascet in via, audiamus ergo, Qd̄ si dixerimus q̄a societatē habemus cum eo, & in tenebris ambulem⁹, mētimur, & non facimus veritatem.) Nō dicamus q̄a societatem cū illo habemus, si in tenebris ambulamus. Qd̄ si in lumine ambulamus, sicut & ipse est in lumine, societatē cum eo habemus, cū inuic ē in lumine ambulam⁹, sicut & ipse est in lumine, vt posimus societatē hre cū illo.) Quid facimus de peccatis? audi quid sequit, Et sanguis Iesu Christi filii eius purgabit nos ab oī delicto.) Magnā securitatē dedit Deus, merito pascha celebramus, vbi fu-
B sus est sanguis dñi, quo purgamur ab omni delicto. Simus securi, cautionē cōtra nos diabolus seruitutis tenebat, sed sanguine Christi deleta est: sanguis, inquit, filii eius purgabit nos ab oī delicto. q̄d est ab oī delicto? attēdite, ecce iā in noīe Christi p̄ sanguinē crucis dñi, quē nunc cōfessi sunt isti qui appellant infantes, mūdata sunt oīa peccata ipsorū: veteres intrauerūt, & noui exierūt. Quid est, veteres intrauerūt, noui exierūt? Senes intrauerūt, infantes exierūt. Senectus. n. veternosa, vetusta vita, infantia aūt, regenerationis noua vita. Sed q̄d facimus? Præterita peccata dona ta sunt, non tm̄ ipsis, sed & nobis. Et post donationē & abolitionem oīum peccatorū viuendo in hoc seculo inter tentationes, q̄dam forte cōtracta sunt, ideo q̄d̄ pōt hō faciat: ipse confiteat q̄d̄ est, vt ab illo curet qui semp̄ est q̄d̄ est: ipse. n. semp̄ erat & est, nos nō eramus & sumus: vide. n. q̄d dicat, Quòd si dixerimus q̄a peccatū nō hēmus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est.] Ergo si te cōfessus fueris peccatorē, est in te veritas, nā ipsa veritas lux est. Nōdum perfecte splendet vita tua, q̄a insūt peccata tua, sed tm̄ iam illuminari cœpisti, q̄a inest cōfessio pecca- C
torum: vide. n. quid sequit, Quòd si confessi fuerimus delicta nostra fidelis est & iustus vt dimittat nobis delicta nostra, & purget nos ex omni iniquitate.) Non tm̄ prēterita, sed & siqua forte cōtraximus ex hac vita, q̄a nō pōt homo quandiu carnem portat, non hēre vel leuia peccata sed ista leuia quæ dicimus, noli contemnere: si contemnis, qñ appendis? Expauesce qñ numeras: leuia multa faciūt vnū grande. Multæ guttæ implent flumen: multa grana faciunt massam. Et quæ spes est? Ante omnia confessio, nec quisquam se dicat iustum, & ante oculos Dei videt q̄d̄ est, erigat ceruicem suam homo qui non erat & est, ante omnia ergo confessio deinde dilectio, q̄a de charitate quidem dictum est, Charitas cooperit multitudinem peccatorū. Iam videa- *1. Pet. 4.*
mus si ipsam charitatem commendat, ppter surrepētia delicta, quia sola delicta extinguit charitas, superbia extinguit charitatem. Humilitas ergo roborat charitatem, charitas extinguit delicta, humilitas pertinet ad confessionem, qua confitemur nos peccatores, ipsa est humilitas, non vt dicamus illud lingua, quasi propter arrogantiam, ne displiceamus D
huminibus si nos iustos dixerimus. Faciunt hoc impii & insani. scio quidem quia iustus sum, sed quid dicturus sum ante homines? Si me iustum dixero, quis ferat? quis tolerat? Apud Deum nota sit iustitia mea, ego tamen dicam me peccatorem, non quia sum, sed ne arrogātia odio sus inueniar. Dic hominibus quid es, dic Deo quis es, quia si non dixeris Deo quod es, damnat Deus quod in te inueniet, non vis vt ille damnet, tu damna, vis vt ille ignoscat, tu agnosce, vt posis Deo dicere, Auerte faciē tuam à peccatis meis, dic illi: *Psal. 50*
et illa verba in ipso psalmo, Qm̄ iniquitatē meam,

cap. 4

Ioan. 1

Ioan. 1.

colos. 4.

meam ego cognosco. Quòd si confessi fuerimus delicta nostra, fidelis est & iustus qui dimittat nobis delicta nostra, & purget nos ex oi iniquitate. Quòd si dixerimus qa nō peccauimus, mendacē facimus eum, & verbum eius nō erit in nobis.] Si dixeris, nō peccaui, illum facis mēdacem, cum te vis facere veracē. Vñ fieri pōt vt Deus mendax sit, & homo verax, cū contradicat scriptura, Oīs homo mendax, & Deus solus verax? Ergo Deus per seipsum verax, tu per Deū verax, nam per te mendax. Et ne forte impunitatem videreē de E disse peccatis, qa dixit, Fidelis est & iustus q mūdet nos ab omni iniquitate, & dicerent iā sibi hoīes, Peccem⁹ ēt securi faciamus qđ volumus, purgat nos Christus, fidelis est & iust⁹, purgat nos ab oī iniquitate, tollit tibi malam securitatē, & inserit vtilem timorē. Male vis esse securus, solicitus esto, fidelis. n. est & iustus, vt dimittat nobis delicta nostra, si semper tibi displiceas, & muteris donec perficias. ideo qd sequit? Filioli mei hæc scribo vobis vt nō peccetis. Sed forte surrepit de vita humana peccatum, qd ergo fiet? Iam desperatio erit: audi, Siqs, inquit, peccauerit, aduocatum hēmus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est ꝓpitiatio pro peccatis nostris.) Ille est ergo aduocatus, da operam tu ne pecces, si de infirmitate vitę surrepserit peccatū, continuo vide, cōtinuo displiceat, cōtinuo dāna, & cum dānaueris, securus ad iudicē venies, ibi habes aduocatū noli timere, ne perdas cām cōfessionis tuę. Si. n. aliqñ in hac vita cōmittit se hō disertæ linguæ & nō perit, cōmittis te verbo & peritur⁹ es? Clama, aduocatū habemus apud patrē. Videre ipsum Ioannem seruantē humilitatē, certe vir F sterioru secreta bibebat: ille qui b hēdo de pectore dñi diuinitatē ructauit: In principio erat verbū, & verbū erat apud Deū, ille talis vir nō dixit, aduocatū habetis apud patrem: sed siqs peccauerit, aduocatū, inquit, hēmus: nō dixit, habetis, nec me habetis dixit, nec ipsum Christum habetis dixit, sed & Christum posuit, nō se: & hēmus dixit, nō habetis. Maluit se ponere in numero peccatorū vt hret aduocatū Christum, q̄ ponere se ꝓ Christo aduocatū, & inueniri inter damnādos superbos. Fratres, Iesum Christū iustū ipsum habemus aduocatum ad patrem, ipse propiciatio est peccatorum nostrorum. Hoc qui tenuit, hæresim nō fecit, hoc qui tenuit, schisma nō fecit, vnde. n. facta sunt schismata? Cū dicunt hoīes, nos iusti sumus: cum dicūt hoīes, nos sanctificamus immūdos, nos iustificamus impios, nos petimus, nos impetramus. Ioannes aūt quid dixit? Et siquis peccauerit, aduocatum hēmus apud patrem Iesum Christū iustum. sed dicet aliquis, Ergo sancti non petunt pro nobis? ergo Episcopi vel præpositi non petunt pro populo? sed attendite scripturas & videte, quia & præpositi commendant se populo: nam Apostolus dicit plebi, G Orantes simul & pro nobis: orat Apostolus pro plebe, orat plebs pro Apostolo oramus pro vobis fratres, sed & vos orate pro nobis: inuicem pro se oīa membra orēt, caput pro oīb. interpellat. Propterea non mirum quia sequit & hic, & claudit ora diuidentib. Ecclesiam Dei, qa dixit, Iesum Christum iustū habemus aduocatū, & ipse propiciatio est peccatorū nostrum, ꝑ illos qui se diuisuri erāt & dicturi, Ecce hic est Christus, ecce illic, & vellent ostendere eum in parte qui emit totū & possedit totum: continuo secutus adiūxit, Non tm̄ nostrorū, sed & totius mūdi.) Quid est hoc fratres? Certe inuenimus eam in campis saltuum, inuenimus Ecclesiam in omnib. gentib. Ecce Christus propiciatio est peccatorum nostrorum, non tantum nostrorū, sed & totius mūdi. Ecce habes Ecclesiam per totum mundum, noli sequi falsos iustificatores & veros præcipitatores, in illo monte esto q impleuit orbem terrarum, quia Christus ꝓpiciatio est peccatorum nostrorum, non tātum nostrorum, sed & totius mundi, quem suo sanguine comparauit. Et in hoc, inquit, cognoscimus eum, si mandata eius seruaueri mus.) Quæ mandata? Qui dicit quia cognouit eum, & mandata eius non seruat, mendax est, & in hoc veritas non est.] Sed adhuc quęris, quæ mandata? Qui autem, inquit, seruauerit verbum eius, vere in hoc perfecta est dilectio Dei.) Videamus ne ipsum mādatum dilectio Dei vocetur. Quærebam⁹ enim quæ mādata? & ait, qui autem seruauerit verbum eius, vere in hoc perfecta est dilectio Dei. attende Euāgelium, si non est hoc mandatum. Mandatum, inquit, nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis. In hoc cognoscimus quia in ipso sumus, si in illo perfecti fuerimus.] H

cap. 40. Ioan. 15. 1. Pet. 4. Ioan. 1. coloss. 4. Psal. 50. Mat. 24. Mar. 13. Psa. 131. Ioan. 13.

Perfectos in dilectione vocas. quæ est perfectio dilectionis? Et inimicos diligere, & ad hoc diligere, vt sint fratres, nō enim dilectio nostra carnalis esse debet, optare alicui salutem tpalium, bonū est: sed & si desit, aīa tua sit, si optas alicui amico tuo vitā bene facis, gaudes de morte inimici, male facis: Sed forte & amico tuo vita illa q̄ optas inutilis est, & inimico tuo mors de q̄ gaudes vtilis fuit: Incertū est vtrū alicui sit vtilis vita ista an inutilis, vita verò q̄ est apud Deum, sine dubio
I vtilis est. Sic dilige inimicos tuos vt fratres
Luc. 23. optes, sic dilige inimicos vt in societatem tuā vocent: sic.n. dilexit ille qui in cruce pendens, ait, Pater ignosce illis, qa nesciūt qd faciunt: neque.n. dixit pr̄, viuant isti multo tpe, me qdem occidunt, sed ipsi viunt, sed qd ait? ignosce illis, qa nesciunt quid faciunt: mortē sempiternam ab eis expellebat prece miseri cordissima, & potentia præstātissima, multi ex eis crediderūt, & dimissus est eis fusus sanguis Christi: primo fuderunt cum sæuirent, nunc biberunt cum crediderunt: in hoc cognoscimus qa ipso sumus, si in ipso perfecti fuerimus. De ipsa perfectione diligendorum inimicorum dns admonens ait, Estote ergo perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfe-
Mat. 5. ctus est. Qui ergo dicit se in ipso manere, debet sicut ipse ambulauit & ipse ambulare) Quo fratres? Quid nos monet? Qui dicit se ī ipso manere, i. in Christo debet sicut ipse ambulauit & ipse ambulare. forte hoc nos monet, vt ambulemus in mari? Absit: hoc ergo, vt ambulemus in via iustitiæ. In qua via? Iam commemoraui: Fix⁹ in cruce erat, & in ipsa
K via charitatis, pater ignosce illis, qa nesciunt qd faciunt. Si ergo didiceris orare pro inimicis tuis, ambulas viam dn̄i. Dilectissimi, nō mandatum nouum scribo vobis, sed mandatum vetus qd̄ habebatis ab initio.) Qd̄ mandatum vetus dixit? Quod habebatis, inqt, ab initio: ideo ergo vetus, quia iam illud audistis, alioquin cōtrarius erit dño, vbi ait, Man-
Ioan. 13. datum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis, sed mandatū vetus quare? non qa ad veterem hoīem pertinet, sed quare? qd̄ habebatis ab initio. Mandatum vetus est verbum qd̄ audistis:) ideo ergo vetus, qa iam audistis, & idipsum nouum ostendit, dicens, Iterum mā datum nouum scribo vobis.) Non alterum, sed idemipsum quod dixi vetus, idem est & nouum. Quare? Quod est verum in ipso & in vobis:) Nam quare vetus audistis? quia iam illud noueratis. Quare autem nouum? Quia tenebræ transierunt, & lux vera iam lucet.) Ecce vnde nouum, quia tenebræ ad veterem hominē, lux vero ad nouum hoīem pertinet: quid dixit Apostolus Paulus? Exuite vos ve- Cori. 3.
terem hoīem, & induite nouum. & iterū qd Ephe. 5.
dicit? Fuistis aliqn̄ tenebræ, nunc aūt lux in dño. Qui dicit se esse in lumine:) modo manifestat totū qd̄ dixi. Qui dicit se esse in lumine, & fratrem suum odit, in tenebris est vsq; Mat. 5.
adhuc. Eia fratres mei, q̄diu dicemus vobis, L
diligite inimicos? Videte qd̄ peius est, ne adhuc fratres oderitis. si fratres solū amaretis, nondum essetis perfecti. si autem fratres auditis, quid estis? Vbi estis? Respiciat vnusquisq; cor suum, non teneat odium contra fratrem pro aliquo verbo duro, pro contentione terræ, ne fiat terra: quisquis.n. odit fratrem suū, non dicat qa in lumine ambulat. quid dixi? nō dicat qui in Christo ambulat: qui dicit se esse in luce, & odit fratrem suum, in tenebris est vsq; adhuc. Nescio quis.n. ex Pagano fact⁹ est Christianus, intendite, ecce tenebræ erat qn̄ Paganus erat, modo iā Christianus factus est: Deo gratias, omnes gratulantur, recitatur Apostolus gratulans, Fuistis enim aliqn̄ tene- Ephe. 5.
bræ, nūc aūt lux in dño. Adorabat idola, adorat Deum. adorabat qnē fecit, adorat qui cū fecit. Mutatus est, Deo gratias, oēs gratulātur Christiani. Quare? quia iam adorator patris & filii & spiritussancti, etiam detestator dæmoniorum & idolorum est: adhuc iste Ioannes solicitus est, multis gratulantib. adhuc suspectus est, Fratres, maternam solicitudinem libenter amplectamur, non sine causa mater M
solicita est de nobis, cum alii gaudent: matrē dico charitatem, ipsa. n. habitabat in corde Ioannis, cum ista diceret, quare, nisi qa aliud timet in nobis? Et cum iam nobis hoīes gratulent̄ qui est quod timet? Qui dicit se esse in lumine: quid est hoc? iā dicit se esse Christianum, & fratrem suum odit, in tenebris est vsque adhuc: qd̄ exponere nō est, sed qd̄ gaudere si nō fiat, aut quod plāgere si fiat. Qui diligit fratrem suū, in lumine manet, & scādalū in eo nō est.) Obtecro per Chr̄m, pascit nos Chr̄s, refecturi sumus corpora in noīe Christi & aliquantū refecta sunt, & reficiēda sunt, mens nostra pascatur, non quia diu dicturus

cturus sum dico, nã ecce iam finitur lectio: sed ne forte ex tædio minus attente audiatur quod maxime necessarium est, qui diligit fratrem suum in lumine manet, & scãdalum in eo non est. Qui sunt qui patiunt scandalum aut faciunt? Qui scãdalizant in Christo & in Ecclesia, qui in Christo scandalizant, tanquã à sole vrunt, qui in Ecclesia, tanq; à luna. Di
Psa.120. cit aũt Psalmus, Per diem sol nõ vret te, neq; luna per noctem: i. si tenueris charitatẽ, nec in Christo scandalum patieris, nec in Ecclesia, nec Christũ relinques, nec Ecclesiam, q enim Ecclesiã relinquit, qũo est in Christo,
M qui in mẽbris Chri non est? qũo est in Christo, qui in corpore Christi non est? Illi ergo patiunt scandalum, qui relinquunt aut Christum, aut Ecclesiam. Vnde intelligimus quia inde dixit psalmus, Per diem sol non vret te, neq: luna per noctem, quia ipsam vltionem scandalũ vult intelligi. Primo ipsam similitudinem attende, qũo qui vrit dicit, non tolero, nõ fero, & subducit se, sic qui quædã non ferunt in Ecclesia, & subtrahunt se vel nõis
Ioan. 6. Christi vel Ecclesiæ, scandalum patiunt. Videte qũo passi sunt scandalum tanquam a sole illi carnales, qb. prædicabat carnem suam Christus & dicebat, Qui non manducauerit carnem filii hoĩs & biberit eius sanguinem, non habebit in se vitam. Septuaginta fermè hoĩes dixerunt, Durus est hic sermo, & recesserunt ab eo, & remanserunt duodecim. Oẽs illos vsit sol & recesserunt, non valẽtes ferre vim verbi, remanserũt ergo duodecim. Et ne forte putarẽt hoĩes, quia ipsi præstãt Deo credendo in Christum, & non ab ipso illis præstat beneficium, cum duodecim remansissent, ait illis dñs, Nunq̃d & vos vultis ire? Vt noueritis, quia vobis necessari⁹ ego sum,
A non mihi. Illi aũt quos non vsserat sol, rñderunt voce Petri, Dñe, verbũ vitæ æternæ ha-
2.Co.11. bes, quo ibimus? Quos aũt vrit Ecclesia tanq̃ luna per noctem, qui schismata fecerunt, audi ipsum verbum positũ in Apostolo, Quis infirmat & ego non infirmor? quis scandalizat & ego non vror? Qũo ergo nõ est scandalũ in eo qui diligit fratrẽ? Quia qui diligit fratrem, tolerat omnia pp vnitatem, quia in vnitate charitatis est fraterna dilectio. Offendit te nescio quis siue malus, siue vt tu putas malus, siue vt tu fingis mal⁹, & deseris tot bonos, qualis dilectio est fraterna? Qualis apparuit istis Donatistis, cum accusãt Aphros, deseruerunt orbem terrarũ? nunq̃d in orbe terrarum sancti non erant? Aut inauditi à vobis damnari potuerũt? Sed o si diligeretis fratres, scandalũ in vobis non esset: audi psalmũ quid dicat, Pax multa diligentib. legẽ tuam, *Psa.118.* & nõ est illis scãdalum. Pacẽ multã dixit eis qui diligunt legẽ Dei, & iõ non eis esse scandalũ. Illi ergo qui scãdalum patiunt, pacem pdunt. Et quos dixit nõ pati scãdalum, aut nõ facere? Diligentes legẽ Dei. ergo in charitate positi sunt: sed dicit aliquis, Legem Dei dixit diligentib, nõ frẽs, audi quid dñs dicat, Man B datum nouũ do vobis, vt vos inuicẽ diligatis. Quid est lex nisi mandatũ? qũo aũt nõ pa- *Ioan.13.* tiunt scãdalum, nisi dum sufferũt inuicẽ? sicut Paulus dicit, Sufferentes inuicem in dilectione studentes seruare vnitatẽ spũs in vinculo *Ephe.4.* pacis. Et qa ipsa est lex Christi, eundem audi Apostolum cõmendãtem ipsam legẽ, Inuicem, inqt, onera vestra portare, & sic adim- *Gala. 6.* plebitis legẽ Christi. Nã qui odit fratrẽ suũ, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo eat. Magna res fratres, attẽdite rogamus vos. Qui odit fratrẽ suũ in tenebris ambulat, & nescit quo eat, qm̃ tenebræ excæcauerũt oculos eius.) Quid tam cęcum, q̃ isti q oderũt fratres? Nã vt nouer itis qa cæci sunt, in montẽ offenderunt, eadem dico, ne vobis excidant. Nõne lapis iste, qui præcisus est de mõte sine manibus Christus est de regno Iudæorũ sine opere maritali? Nonne ille lapis *Dani. 2.* cõfregit oĩa regna terrarum, i. oẽs dñationes idolorum & dęmoniorum? Nonne ille lapis creuit, & factus est mõs magnus, & impleuit vniuersum orbẽ terrarũ? Nunq̃d digito ostẽdimus istum montem, qũo ostendit hoĩbus nota luna? Verbi gratia, qñ volunt hoĩes vi- C dere lunam nouam dicunt, ecce luna, ecce vbi est. Et si sunt ibi qui non valeant intendere aciem, & dicant, vbi, Indendit illis digitus vi videãt, aliqñ dũ erubescũt ne cæci putent, dicunt se vidisse quod non viderunt. Nunq̃d sic ostendimus Ecclesiam fratres mei? nonne *Gen. 22.* aperta est? nonne obtinuit omnes gentes? nõne impletur quod ante tot annos promissũ est Abrahæ, in semine eius benedici omnes gentes? Vni fideli promissum est, in militibus fidelium mundus impletus est. Ecce mõs *Mat.5.* implens vniuersam faciem terræ: ecce ciuitas, de qua dictum est, Nõ potest ciuitas ab-

scondi super montē constituta. Illi offendūt in montem, & cum eis dr, Ascendite, non est mons dicūt, & facilius illuc facie impingūt, Esaiæ. 2. q̄ illic habitaculum q̄rūt. Esaias hesterna die lectus est, qsquis vestrum vigilabat, nō oculis tm̄, nec aure corporis, sed aure cordis aduertit, Erit in nouissimis dieb. manifestꝰ mōs domus dñi, paratus in cacumine montium. Quid tam manifestum q̄ mons? Sed sunt & montes ignoti, qa in vna parte terrarū positi sunt. Quis vestrum nouit Olympum montē? qūo ibi qui habitant, Giddabam nostrū non D nouerunt. In partib. sunt isti montes: ille aūt mons nō sic, qa impleuit vniuersam faciem terræ, & de illo dicit, Paratur in cacumine montiū. Mons est super cacumina oīum mōtium. Et congregabunt, inquit, ad eū oēs gentes. Quis errat in hoc mōte? qui frangit faciē offendendo in illum, qui ignorat ciuitatē super mōtem cōstitutam. Sed nolite mirari, qa ignorat ab istis, qui oderunt fratres, qa in tenebris ambulāt, & nescīt quo eunt, qa tenebræ excæcauerunt oculos eorū, montem nō vident, nolo mireris, oculos non hēt. Vñ oculos nō habent? qa tenebræ excæcauerūt eos. Vnde probamus? qa fratres oderunt, qa cum offendunt in Aphris, separāt se ab orbe terrarum, qa nō tolerāt pro pace Christi quos in famāt, & tolerāt p parte Donati quos dānāt.

De eo qđ Ioannes dicit, Scribo vobis filioli, qa remittunt vobis peccata p nomē eius, vsq; ad id, Et mundus transiet & desideria eius. Qui aūt fecerit voluntatem Dei manet in æternum, & sicut & ipse manet in æternum. Tract. II.

OMnia quæ legunt in scripturis sanctis, ad instructionem & salutē nostrā in E tente oportet audire. Maxime tñ memoriæ commendanda sunt, quę aduersus hæreticos valent plurimum, quorū insidiæ infirmiores quosq; & negligentiores circumuenire non cessant. Mementote dñm nostrum & saluatorem Iesum Christum, & mortuum esse p nobis & resurrexisse: mortuum. s. pp delicta nostra, resurrexisse pp iustificationem nostrā. Sicut modo audistis, qa discipulorum duorum quos inuenit in via, tenebant oculi ne agnoscerent, inuenit eos desperantes de redēptione, quæ erat in Christo, & existimās iam Rom. 4. Luc. 24. illum passum, & mortuū fuisse sicut hoīem, nec tanquā filium Dei putantes semper viure, & in carne ita mortuū vt nō reuiuisceret, sed tanq̄ vnum ex Prophetis, sicut verba eorum pauloāte qui intenti eratis, audistis. Tūc aperuit illis scripturas, incipiēs à Moyse, per omnes Prophetas ostendens eis omnia, quæ passus erat prædicta fuisse, ne illi magis mouerent, si resurrexisset dñs, & magis ei nō crederent, si de illo ista ante dicta non essent. Firmitas. n. fidei in eo est quia oīa q̄ euenerūt in Christo, prædicta sunt. Discipuli ergo eum non agnouerunt, nisi in fractione panis. Et ve F re qui non sibi iudicium manducat & bibit, in fractione panis Christum agnoscit. Postea & illi vndecim putabant se spiritum videre, præbuit se palpandum, qui se præbuit crucifigendum: crucifigendum inimicis, palpandum amicis: medicus tamen omniū, & illorum impietatis, & istorum incredulitatis. Nā quod audistis cum Actus Apostolorum legerentur, quot mili a crediderunt ex interfectoribus Christi, si crediderunt postea qui occiderunt, non erāt crediturī qui paululum dubitabant? Et ipsos tamen, quod maxime debetis animaduertere, & memoriæ vē[illegible]æ mandare, quia contra insidiosos errores Deus voluit ponere firmamentum in scripturis, contra quas nullus audet loqui, qui quoquo modo se vult videri Christianum. Cum se palpā dum præbuisset, non illis sufficit, nisi de scripturis confirmaret cor credētium, prospicie Psal. 2 bat. n. nos futuros. In quo palpemus nos non habemus, & quod legamꝰ habemus. Si enim propterea illi crediderunt, quia tenuerunt & palpauerūt, nos quid facimus? Iam Christus ascendit in cœlum, non est venturus nisi in fine, vt iudicet de viuis & mortuis. Vnde credituri sumus, nisi vnde & ipsos palpantes voluit confirmare? Aperuit enim illis scriptu- G ras, & ostendit eis quia oportebat pati Chri- Luc. 24 stum, & impleri omnia quæ de illo scripta sunt in lege Moysi & Prophetis & psalmis, omnem scripturam circumplexus est. Quicquid illarum scripturarum est, Christum sonat, sed si aures inueniat: & aperuit eis sensū, vt intelligerēt scripturas. Vnde & nobis hoc orādum est, vt ipse sensum nostrum aperiat. Quid autem ostendit dominus scriptum de se in lege Moysi & Prophetis & psalmis? qd ostendit? Ipse dicat. Breuiter hoc Euangelista

posuit,

vt nos noſcamus quid in tanta latitudine ſcripturarum credere & intelligere dēmus. Certe multæ ſunt paginæ & multi libri, hoc habēt oēs qđ dixit dñs breuiter diſcipulis ſuis. Quid eſt hoc? Quia oportebat pati Chriſtū & reſurgere tertia die. Habes iam de ſponſo, qa oportebat Chriſtum pati & reſurgere, cōmendatus eſt nobis ſponſus. de ſponſa videamus quid dicat, vt tu cum cognoueris ſponſum & ſponſam, nō ſine cauſa ad nuptias venias. Celebratio.n. nuptiarū oīs celebratio: Eccleſiæ.n. nuptiæ celebrantur. Ducturus eſt vxorē filius regis, & ipſe filius regis rex, & q
H frequētant, ipſi ſunt ſponſa. Non qūo in nuptiis carnalib. alii frequētāt nuptias, & alia nubit: in Eccleſia qui frequētant, ſi bene frequentāt, ſponſa fiunt, omnis.n. Eccleſia ſponſa Chriſti eſt, cuius principium & primitiæ caro Chriſti eſt, ibi iuncta eſt ſponſa ſponſo in carne. Merito carnem ipſam cum cōmendaret, panē fregit, & merito in fractione panis aperti ſunt oculi diſcipulorum, & agnouerunt eum. Quid ergo dixit dñs ſcriptū eſſe de ſe ī lege & Prophetis & pſalmis? qa oportebat pati Chriſtum, ſi non adderet, & reſurgere, recte illi plāgerent, quorum oculi tenebant, ſed & reſurgere prædictum eſt. Et vt qđ hoc? quare hoc oportebat pati Chriſtum & reſurgere? Propter illum pſalmum quem vobis maxime commendauimus quarta ſabbati ſtatione prima nouiſsimæ hebdomadis.

Quare oportebat Chriſtum pati & reſurgere? pp pſalmum, Commemorabunt, & con-
Pſal. 21. uertent ad dñm vniuerſi fines terræ, & adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ patriæ gentium. Nam vt noueritis, quia oportebat pati Chriſtum & reſurgere, & hic qđ addidit, vt poſt commēdationem ſpōſi commendaret
I & ſponſam? Et prædicari, inquit, in nomine eius pœnitētiam & remiſsionem peccatorū per oēs gentes, incipientes ab Hieruſalē. Audiſtis fratres, tenete: nemo dubitat de Eccleſia, qa per oēs gētes eſt: nemo dubitat, qa ab Hieruſalē cēpit, & oēs gētes impleuit. Agno ſcimus agrum (vbi vitis) plātata eſt cum aūt creuit, nō agnoſcimus quia totū occupauit. Vnde cēpit? ab Hieruſalem. Quò peruenit? ad omnes gentes. paucæ remāſerunt, omnes tenebit. Interea cum omnes tenet, aliqua ſarmenta inutilia viſa ſunt agricolę præcidēda, & fecerunt hæreſes & ſchiſmata. Non vos inducant prēciſa vt pcidamini, hortamini magis quæ prēciſa ſunt, vt iterum inſerant. Manifeſtum eſt enim Chriſtum paſſum reſurrexiſſe, aſcendiſſe in cēlum, manifeſtum eſt & Eccleſiæ, qa prædicat in nomine eius pēnitētia & remiſsio peccatorum in omnes gētes. Vñ cœpit? ab Hieruſalē. Audit ſtultus, vanus. & qđ amplius dicturus ſum, q̄ cæcos qui tā magnum mōtem nō vident, qui cōtra lucernam in candelabro poſitā oculos claudunt? Cū eis dicimus ſi Chriſtiani catholici eſtis, cōicate illis Eccleſiis, vñ Euāgelium toto orbe diffundit. Illi Hieruſalē communicare qñ dicimus, Rñderent nobis, non communica-
K mus illi ciuitati vbi occiſus eſt rex noſter, vbi occiſus eſt dñs noſter, quaſi oderint ciuitatē vbi occiſus eſt dñs noſter. Occiderūt Iudæi. quem inuenerunt in terra, exufflāt illi qui ſedet in cœlo. Qui ſunt peiores, qui contēpſerunt quia hoiem putabant, an qui ſacra eius exufflant, quem iam dominum cōfitent? Sed oderūt videlicet ciuitatem, in qua dominus ipſorum occiſus eſt. Pii homines & miſericordes, multum dolēt occiſum eſſe Chriſtū, & occidunt in hominib. Chriſtum. Et ille dilexit illam ciuitatem, & miſertus eſt eius. Inde dixit incipere prædicationem ſuam incipiens ab Ieruſalem. Ille ibi principium fecit prædicationis nominis ſui, & tu exhorreſcis cōmunicationem illius ciuitatis? Non eſt mirum ſi præciſus odiſti radicem. Quid ait ille diſcipulis ſuis? Eſtote ſedentes in ciuitate, qa Actu. 1.
ego mitto promiſsionem meam in vos. Ecce quam ciuitatem oderūt, forte amarent, ſi Iudæi interfectores Chriſti in illa habitarent. Manifeſtum eſt.n. oēs interfectores Chriſti. i. Iudæos expulſos eſſe de illa ciuitate. Quæ habebat ſçuiētes in Chriſtum, habet adorantes Chriſtum, propterea illam iſti oderunt, quia
L Chriſtiani in illa ſunt. Ibi voluit ſedere diſcipulos ſuos, & ibi illis mittere ſpiritūſanctū. Vbi inchoat Eccleſia, niſi vbi venit de cœlo ſpirituſſanctus, & impleuit vno loco ſedētes cētum viginti? Duodenarius ille decuplatus
Actu. 2. erat. Sedebant centum viginti homines, & venit ſpirituſſanctus, & impleuit totum locū, & factus eſt ſonus, quaſi ferretur flatus vehemens, & linguæ diuiſæ ſunt velut ignis. Audiſtis Apſtolorum hodie Actus, ibi lecta eſt ipſa lectio, cœperunt linguis loqui qūo ſpirituſſanctus dabat eis pronunciare. Et omnes

qui aderant illic, de diuersis gentib. veniētes Iudęi, agnoscebant vnusquisq; linguā suā, & mirabant illos idiotas & imperitos subito didicisse, nō vnam aut linguas duas, sed oīum oīno gentiū. Vbi ergo iā oēs liguæ sonabāt, oēs linguæ crediturę ostendebant. Isti aūt q̄ multū amāt Christum, & ideo nolūt cōicare ciuitati quæ interfecit Christum, sic honorāt Christum, vt dicant illlū remansisse ad duas linguas, Latinam, & Punicam, i. Aphram. Solas duas linguas tenet Christus? Iste.n. duę linguæ solæ sunt in parte Donati, plus non habent. Euigilemus fratres, videamus potius donum spūssancti, & credamus antedictis de illo, & videmus impleta esse, q̄ ante dicta sunt
Psal. 18. in Psalmo, Nō sunt loquelæ neq; sermones, quorū non audiant voces eorum. Et ne forte & ipsæ linguæ venerint ad vnum locum, & nō potius donum Christi venerit ad omnes linguas, audi quid sequit, In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verM ba eorum. Quare hoc? Quia in sole posuit tabernaculū suum: ideſt, in manifesto tabernaculum eius, caro eius, tabernaculum eius, Ecclesia eius in sole reposita est, non est in nocte, sed in die. Sed quare illi non agnoscunt? Redite ad lectionē, qua heri finis factus est, & videte quare non agnoscant. Qui odit fratrem suū, in tenebris ambulat, & nescit quò eat, qm̄ tenebræ excæcauerunt oculos eius. Nos ergo sequentia videamus, & non simus in tenebris. Vnde non erimus in tenebris? Si amemus fratres. Vnde probatur? Quia amamus fraternitatem, q̄a nō scindimus vnitatē, quia tenemus charitatē. Scribo vobis filioli, q̄a remittunt vobis peccata per nomē eius.) filioli, q̄a dimissis peccatis nascimini. Sed p cuius nomē remittunt peccata? nunq̄d Augustini? ergo per nomen nec Donati. Videtis q̄s Augustin⁹, aut quis Donatus. Nec per nomē Pauli, nec per nomen Petri. Nam diuidentib. sibi Ecclesiam, & partes facere de vnitate cupientib. parturiens paruulos mater charitas, in Apostolo exponit viscera sua, conscindit
A quodammodo verbis vbera sua plorat filios quos videt efferri, reuocat ad vnum nomen eos qui multa nomina sibi facere volebant, repellit ab amore suo vt Christus amet, & dicit. Nunq̄d Paulus pro vobis crucifixus est?
1.Co.1. aut in nomine Pauli baptizati estis? Quid dicit? nolo mei sitis, sed vt mecum sitis mecum estote: omnes illius sumus qui ꝓ nobis mortuus est, qui pro nobis crucifixus est: vnde & hic dimittunt vobis peccata per nomē eius, nō per hoīs alicuius. Et scribo vobis patres.) Quare primo filii. Quia remittunt vobis peccata per nomē eius & regeneramini in nouā vitā, hō filii. Patres quare? Quia cognouistis eum qui à principio est.) Principiū enim ad paternitatē pertinet. Nouus Christus in carne, sed antiquus in diuinitate. Quam antiquū putam⁹? quot annorum? Putamusne maior q̄ mater sua? Maior planè q̄ mater sua, oīa. n. ꝓ ipsum facta sunt. Si oīa, & ipsam matrem an Ioan.1. tiquus fecit, de qua nasceret nouus: Putamus Ioan.8. ne ante matrē solam? & ante auos matris antiquus. Auus matris ipsius Abraham, & dns dicit, Ante Abraham ego sum. Ante Abrahā dicimus. Cœlum & terra anteq̄ esset homo facta sunt, ante ipsa fait dns, immò est: optime.n.non ait, ante Abraham ego sui: sed, ante Abraham ego sum. Quod enim dr̄ q̄a fuit, non est, & quod dr̄ quia erit, nōdum est, ille B non nouit nisi esse. Secundum q̄d Deus est, esse nouit: fuisse & futur⁹ esse nō nouit. Dies est ibi vnus, sed sempiternus: nō ponunt illū diem in medio hesternus & crastinus, hester no.n.die finito, incipiens hodiernus venturo crastino finitur. Ille vnus dies ibi est, sine tenebris, sine nocte, sine spatiis, sine mensura, sine horis. Quod vis illum dic: si vis dies est, Psa.101. si vis annus est, si vis anni sunt. Dictum est de Psal.2. ipso, Et anni tui non deficient. Quomodo autem dictus est dies, quando dictum est domino, Ego hodie genui te? Abæterno patre genitus, ex æternitate genitus, nullo initio, nullo fine nullo spatio latitudinis, quia est quod Exod.3. Psa.109 Ioan.1. est, quia ipse est qui est. Et nomen suum dixit Moysi, dices eis, Qui est, misit me ad vos. Quid ergo? ante Abrahā? quid ante Noe? q̄d ante Adam? Audi scripturam, Ante luciferū genui te. Postremo ante cœlum & terram: Quare? Quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: ideo patres agnoscite, patres enim fiunt agnoscendo quod est ab initio. Scribo vobis iuuenes.) Filii sunt, pa C tres sunt, iuuenes sunt: Filii, quia nascunt, patres, quia principium agnoscūt. Iuuenes quare? Quia viciſtis malignū.) In filiis natiuitas, in patribus antiquitas, in iuuenib. fortitudo. Si malignus à iuuenibus vincitur, pugnat nobiscum, pugnat, sed nō expugnat: Quare? q̄a

nos

nos sumus fortes. An quia ille est fortis in nobis, qui inter manus persequentium infirmus inuentus est? Ille nos fortes fecit, qui persequentib. non restitit, crucifixus est. n. ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Scribo vobis
1.Co.13. pueri,) Vnde pueri? quia cognouistis patrē. Scribo vobis patres.) Commendat & repetit. Quia cognouistis eum qui à principio est.) Mementote vos patres esse. Si obliuiscimini eum qui à principio est, pdidistis paternitatem. Scribo vobis iuuenes.) Etiam atq; etiam
Ioan.1. D considerate, qa iuuenes estis. Pugnate vt vincatis, vincite vt coronemini, humiles estote
Ioan.8. ne cadatis in pugna. Scribo vobis iuuenes, qa fortes estis, & verbū Dei in vobis manet, qa vicistis malignū.) Hæc oīa fratres, qa cognouimus id qđ à principio est, qa fortes sumus, qa cognouimus patrem, oīa ista quasi cognitionem commēdant, charitatem commendant. Si cognouimus, amemus: nam co-
1.Co.8. gnitio sine charitate non saluos facit. Sciētia
Mat.8 B inflat, charitas ædificat. Si confiteri vultis & non amare, incipitis dæmonib. similes esse. Cōfitebant dæmones filium Dei, & dicebāt, Quid nobis & tibi? & repellebant. Cōfitemini & amplectimini: illi. n. timebant de iniquitatib. suis, vos amate dimissorem iniquitatū vestrarum. Sed qūo poterimus amare Deū, si amamus mundum? Si amamus mundum, separat nos à charitate Dei. Parat nos ergo inhabitare charitatē. Duo sunt amores, mundi & Dei. Si mundi amor habitat, nō est quā intret amor Dei: recedat amor mūdi, & habitet Dei, melior accipiat locū. Amabas mūdum, noli amare mundum. Cū exhauseris cor tuū amore terreno, hauries amorē diuinū, & incipiet habitare iā charitas, de qua nihil mali pōt procedere, audite ergo verba purgantis mō. Quasi agrū inuenit corda dñm, sed qūo
Psa.101. Psal.2. inuenit? Si syluam inuenit, extirpat, si agrum
Exod.3. E purgatum inuenit, plātat, plantare ibi vult arPsa.109 borem charitatem. Et q̄ syluam vult extirpare? amorē mūdi. Audi extirpationē syluæ. Nolite diligere mundū.) hinc. n. sequit, Neq; ea
Ioan.1. q̄ sunt in mundo. Si quis dilexerit mundū, dilectio patris nō est in eo.] Audistis, qa si quis dilexerit mundū, dilectio patris nō est in eo. Ne qs dicat in corde suo falsum esse hoc. Fratres, Deus dicit per Apostolum: spūssanctus locutus est, nihil verius, Si qs dilexerit mundum, dilectio patris nō est in ipso. Vis hīe dilectionem patris vt sis cohæres filio? noli diligere mūdum, exclude malum amorē mūdi, vt iplearis amore Dei. Vas es, sed adhuc plenum es, funde qđ habes, vt accipias qđ non hēs. Certe iam renati sunt ex aqua & spūsancto fratres nostri: & nos ante aliquot annos renati sumus ex aqua & spūsancto. Bonū est nobis, non diligere mundū, ne remaneant in nobis sarmenta ad damnationem, non firma mēta ad salutem. Firmamētum salutis est hīe radicem charitatis, hīe virtutem pietatis, nō
F formā solam. Bona forma, sancta forma: sed quid valet forma, si non habet radicem? Sarmentum præcisum, nonne in ignem mittit? habe formam, sed in radice. Qūo aūt radicamini, vt non eradicemini? Tenēdo charitatē, sicut dicit Apostolus in charitate radicati & fundati. Qūo ibi radicat charitas inter tanta
Ephe.3. syluosa amoris mundi? Extirpate syluas, magnū semē posituri estis: nō fit in agro qđ suffocet semē. Hæc sūt verba extirpātia q̄ dixi, Nolite diligere mundum, neq; ea quę in mūdo sunt, si quis dilexerit mūdum, non est charitas patris in eo: Quia omne qđ in mundo est, desiderium est carnis, & desiderium oculorum, & ambitio seculi.] Tria dixit, Quæ nō sunt a patre, sed ex mundo. Et mundus trāsibit & desideria eius. Qui aūt fecerit voluntatem Dei manet in æternum, sicut & ipse manet in æternum.) Quare non amem qđ fecit Deus? Quid vis? Vtrum amare temporalia, & transire cum tempore, an mundum nō amare, & in æternum viuere? Rerum temporaliū fluuius trahit, sed tanquam circa fluuium arbor nata est, dominus noster Iesus Christus assumpsit carnem & resurrexit ascendit in cœlum. Voluit se quodāmodo circa fluuiū temporalē plantare, raperis in præceps, tene lignum, voluit te amor mundi, tene Christū.
Propter te factus est tēporalis, vt tū fias æter-
G nus: quia & ille sic factus est temporalis, vt maneret æternus. Accesit illi aliquid ex tempore, non decesit ex æternitate. Tu aūt temporalis natus es, & peccatum tempotalis factus es, tu factus temporalis per peccatum: ille factus temporalis per misericordiam dimittendi peccata. Quantum interest cū duo sunt in carcere inter reum, & visitatorē eius? homo enim aliquādo venit ad amicum suū, & intrat visitare eum, & ambo in carcere videntur, sed multum distant & distincti sunt.

Illum

Illum causa premit, illum humanitas adduxit: sic ī ista mortalitate nos reatu tenebamur: ille misericordia descendit. Intrauit ad captiuum redēptor, nō oppressor. Dns pro nobis sanguinem fudit, redemit nos, mutauit spem nostram. Adhuc portamus martalitatem carnis, & de futura immortalitate præsumimus: & in mari fluctuam⁹, sed ancorā spei in terra iam fiximus, sed nō diligamus mundū, neq; ea quæ in mūdo sunt, quæ.n.in mundo sunt, desideriū carnis est, & desiderium oculorū, & ambitio seculi: tria sunt ista, ne quis forte dicat, Quæ in mundo sunt Deus fecit, i.cęlū
H & terram, mare, solem, lunam, stellas, oīa ornamenta cœlorū. Quæ sunt ornamenta maris? Oīa repentia. Quæ terræ? Aīalia, arbores, volatilia: ista sunt in mundo, Deus illa fecit. Quare ergo non amē quod Deus fecit? Spūs Dei sit in te vt videas qa hæc oīa bona sunt. Sed vę tibi si amaueris condita, & deserueris conditorem. Pulchra tibi sunt, sed quāto est pulchrior qui ista formauit? Intendat charitas vestra: similitudinibus. n. potestis instrui, ne subrepat vobis satanas dicens, quod solet dicere, Bene sit vobis in creatura Dei: quare illa fecit, nisi vt bene vobis esset? Et inebriant & pereunt, & obliuiscunt creatorem suum, dum non temperāter, sed cupidè vtunt creator contemnit, de talib. dicit Apostolus, Coluerunt & seruierunt creaturæ potius q̄ creatori, qui est benedictus in secula. Non te ꝓhibet Deus amare ista, sed nō diligere ad beatitudinem, sed approbare & laudare vt ames creatorem. Quemadmodum fratres si spōsus fecerit sponsæ annulum, & illa acceptum annulum plus diligeret q̄ sponsum qui illi facit annulum: nōne in ipso dono spōsi adultera
I anima depræhenderet, quanuis hoc amaret quod dedit spōsus? Certe hoc amaret, quod dedit sponsus, tamen si diceret, Sufficit mihi annulus iste, iam illius faciē nolo videre, qualis esset? quis non detestaretur hanc amētiam? quis non adulterum animum conuinceret? amas aurum pro viro? amas annulum pro sponso? Si hoc est in te, vt ames annulum pro sponso, & nolis videre sponsum tuum, ad hoc tibi arram dedit, vt nō te oppignoraret, sed auerteret. ad hoc vtiq; arram dat spōsus, vt in arra sua ipse ametur. ergo dedit tibi Deus omnia ista, ama illū qui fecit ista. Plus est quod tibi vult dare. i. seipsū qui ista fecit.

Rom. 5.

Si autem amaueris hæc, quanuis illa Deus fecerit, & neglexeris creatorē & amaueris mūdum, amittis creatorem, qui fecit mundum. Mundus. n. appellatur nō solum ista fabrica q̄ fecit Deus, cœlum & terra, mare visibilia & inuisibilia, sed habitatores mundi mūdus vocantur, qūo domus vocant & parietes & inhabitantes. Et aliqn laudamus domum, & vituperamus inhabitantes: dicimus. n. Bona domus, qa marmorata est & pulchre laquearata, & aliter dicimus, Bona domus, nemo ibi patit iniuriam, nullę rapinæ, nullæ oppressiones ibi fiunt, modo nō parietes laudamus, sed inhabitatores, domus tn vocat, siue illa, K
siue ista. Omnes. n. dilectores mundi, qa dilectione inhabitant mundum, sicut cœlū inhabitant quorum sursum est cor, & ambulant carne in terra. Omnes ergo dilectores mundi, mundus vocant. Ipsi non habent nisi ista tria, desiderium carnis, desiderium oculorū, & ambitionem seculi. Desiderant. n. manducare, bibere, concumbere, vti voluptatibus istis. Nunquid non est in his modus? Aut qn dr, nolite ista diligere, hoc dr, vt non mandu
cetis, non bibatis, aut filios non procreatis? Non hoc dr: sed sit modus ꝑ creatorem, vt non vos illigent ista dilectione, ne ad fruendum hoc ametis, quod ad vtendum habere debetis. Non autem probamini, nisi qn vobis proponuntur duo, hoc aut illud. Iustitiā vis, an lucra? Nō habeo vnde viuam, non habeo vnde māducem nō habeo vnde bibam. Sed quid si non potes habere ista nisi per iniquitatem? Nonne melius amas quod non amittis, quam qd iniquitatem committis? Lucrū auri vides, damnum fidei non vides? Hoc ergo ait dominus, Desiderium carnis est: id est, desiderium earum rerum quæ pertinent ad L
carnem, sicut cibus & concubitus, & cætera huiusmodi. Et desiderium oculorum, desiderium oculorum dicit omnem curiositatem. Iam quam late patet curiositas ipsa in spectaculis, in theatris, in sacramentis diaboli, in magicis artibus, in maleficiis, ipsa est curiositas. Aliquando tentat etiam seruos Dei, vt velint quasi miraculum facere, tētare vtrum exaudiat illos Deus. In miraculis curiositas est, hoc est, desiderium oculorum, non est à patre. Si dedit Deus fac. Obtulit enim vt facias: non enim qui non fecerunt, ad regnum Dei nō pertinebunt. Cū gauderent Apostoli

quia

quia dęmonia eis subiecta erant, quid eis dixit dominus? Nolite in hoc gaudere, sed gaudete quoniam nomina vestra scripta sunt in
Luc. 10. cœlo. Inde voluit gaudere Apostolos, vnde gaudes & tu. Vę tibi enim si nomen tuum nō est scriptum in cœlo. Nunquid væ tibi, si nō ambulaueris in mari? Nunquid væ tibi, si nō excluseris dæmonia? Si accepisti hæc vnde sa
Mat. 24. cias, vtere humiliter, non superbè. Nam & de quibusdam pseudoprophetis dicit dominus, quia facturi sunt signa & prodigia. Ergo
M nō sit ambitio seculi: ambitio seculi superbia est, iactare se vult in honorib. magnus tibi vr homo, siue de diuitiis, siue de aliqua potētia. Tria sunt ista, & nihil inuenies vnde tenetur cupiditas humana, nisi aut desiderio carnis, aut desiderio oculorum, aut ambitione seculi. Per ista tria tentatus est dns à diabolo. Desiderio carnis tentatus est qñ dictum est ei, Si filius Dei es, dic lapidib. istis vt panes fiant,
Mat. 4. qñ esuriuit post ieiuniū. Sed qūo repulit tentationem, & docuit pugnare militem? Attendite quid illi ait, Non in solo pane viuit homo, sed in verbo Dei. Tentatus est & desiderio oculorum de miraculo, quando ei dixit, Mitte te deorsum, quia scriptum est, Angelis suis mandauit de te vt suscipiant te, ne qñ offendas ad lapidem pedem tuum. Ille restitit tentatori: si enim faceret miraculum non videret nisi aut cessisse aut curiositate fecisse: fecit. n. qñ voluit tanquam Deus, sed tanquā infirmos curans: nam si faceret, quasi tantum modo miraculum velle facere putaret. Sed ne hoc homines sentirent, attende quid rñdit, & quando tibi talis tentatio euenerit, dic illud & tu, Redi post me satana, scriptum est
A enim. Nō tentabis dñm Deum tuum. i. si hoc fecero, tentabo Deum. Hoc dixit, quod te voluit dicere, quādo tibi suggerit inimicus: qualis homo, qualis Christianus? Modo vel vnū miraculum fecisti, aut orationibus tuis mortui resurrexerunt, aut febricitantes sanasti?
Alias, meriti. Si vere esses alicuius momenti, * faceres aliquod miraculum, respondes & dic, scriptum est, Non tentabis dominum Deum tuum. nō ergo tentabo Deum, quasi tunc pertineā ad Deum si fecero miraculum, & non petineā
Luce. 10 si non fecero. Et vbi sunt verba eius, Gaudete qa nomina vestra scripta sunt in cęlo? De ambitione seculi qūo tentatus est dominus, q̄do eleuauit eum in excelsum & dixit ei, Hęc omnia tibi dabo, si ꝓstratus adoraueris me? De elatione regni terreni voluit tentare regem seculorum, sed dominus qui fecit cœlum & terram, diabolum calcabat. Quid magnum à dño diabolū vinci? Quid ergo respondit diabolo, nisi quod te docuit vt respondeas, Scriptum est, dominum Deum tuū adorabis, & illi soli seruies? Tenentes ista, non habebitis concupiscentiam mundi, non habendo concupiscentiam mundi, nō vos subiugabit nec desiderium carnis, nec desiderium oculorū, nec ambilio seculi, & facitis locum charitati
veniēti vt diligatis Deum, qa si fuerit ibi dile B ctio mūdi, nō ibi erit dilectio Dei. Tenete potius dilectionē Dei, vt qūo Deus est æternus, sic & vos maneatis in æternum, qua talis est quisq;, qualis eius dilectio est. Terrā diligis, terra eris. Deum diligis, qd dicam? Deus eris. No audeo dicere ex me, scripturas audiam⁹, Ego dixi dii estis, & filii altissimi omnes. Si ergo vultis esse dii & filii altissimi, nolite di- *Psal. 81.*
ligere mundū, nec ea quæ sunt in mundo. Si quis dilexerit mundū, non est charitas patris in illo, qa omnia quæ sunt in mundo, desiderium carnis est, & desiderium oculorum, & ambitio seculi, quæ non est ex patre, sed ex mundo. i. ab hominib. & dilectorib. mundi. Et mundus trāsiet, & desideria eius transeūt. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum, sicut & Deus manet in æternum.

De eo quod Ioannes dicit, Pueri nouissima hora est: vsq; ad id, Et nō habebitis necessitatem, vt aliquis vos doceat, qa vnctio ipsius docet vos de omnib. Tract. III.

PVeri nouissima hora est.) In hac lectione C pueros alloquit vt festinent crescere, qa nouissima hora est. Aetas corporis non est in voluntate. Ita nullus secundum carnē crescit qñ vult, sicut nullus quando vult nascit: Vbi natiuitas in voluntate est, & incrementum in voluntate est, nemo ex aqua & spiritu nascit nisi volens, ergo si vult crescit, si non vult decrescit. Quid est crescere? Proficere. Quid est decrescere? deficere. Quisquis nouit natum esse se, vt audiat quia puer est & infans, auide inhiet vberibus matris, & cito crescit. Est autem mater Ecclesia: & vbera eius duo testamenta scripturarum diuinarum, hinc sugat lac omnium sacramētorum temporaliter

ter pro æterna ſalute noſtra geſtorum, vt nutritus atq; roborat⁹ perueniat ad manducā
Ioan. 1. dum cibum, quod eſt, In principio erat verbum, & verbū erat apud Deum, & Deus erat verbum. Lac noſtrū Chriſtus humilis eſt, cib. noſter eſt, idē ipſe Chriſtus æqualis patri. La cte te nutrit vt pane paſcat: nā corde cōtingere Ieſum ſpiritaliter, hoc eſt cognoſcere, qa æqualis eſt patri. Propterea & Mariā prohibebat ſe tangere, & dicebat ei, Noli me tā-
Ioan. 20. gere, nōdum.n. aſcēdi ad patrem meū. Quid eſt hoc? Diſcipulis ſe palpādum p̄buit, & Ma
D riæ cōtactū vitauit? nōne ipſe eſt qui dubitāti diſcipulo dicit, Mitte digitos tuos & palpa cicatrices? nunqd iā ad patrē aſcēderat? Quare ergo Mariā prohibet & dicit, Noli me tāgere, nondum.n. aſcendi ad patrē meū? An hoc dicturi ſumus qđ à viris ſe tāgi nō timuit, & à mulierib. ſe tangi timuit? Contactus illius oēm carnem mūdat. Quib. primo voluit manifeſtari, ab his ſe timuit contrectari? Nonne viris reſurrectio eius per fœminas nunciata eſt, vt contraria arte ſerpens vinceret? qa.n. ille mortē primo hoī per fœminam nunciauit, & viris vita per fœminā nunciata eſt. qua re ergo ſe tangi noluit, niſi qa contactū illū ſpiritalē intelligi voluit? Contactus ſpiritalis de corde mundo: Ille cōtingit de corde mūdo Chriſtū, qui eū intelligit patri coæqualē & coæternum; qui autem nondum intelligit diuinitatem Chriſti, vſque ad diuinitatem non venit. Quid autem magnum eſt vſque illuc attingere, vſquequo p̄ſecutores qui crucifixerunt? Illud eſt magnum intelligere, verbū Deū apud Deū in principio, per qđ facta ſūt oīa, qualē ſe cognoſci volebat qñ ait Philippo, Tāto tp̄e vobiſcū ſum, & nōcognouiſtis me, Philippe q̄ videt me videt & patrē.
E Sed ne quis piger ſit ad p̄ficiendum, audiat,
Ioan. 14. pueri, nouiſsima hora eſt. Proficite, currite, creſcite, nouiſsima hora eſt. Ipſa nouiſsima hora diuturna eſt, tñ nouiſsima hora eſt: horam.n. p̄ tp̄e poſuit nouiſsimo, qa in nouiſsimis tp̄ibus veniet dñs noſter Ieſus Chriſtus. ſed dicturi ſunt aliqui, Qūo nouiſsimū tps, qūo nouiſsima hora, certe prius veniet Antichriſtus, & tūc veniet dies iudicii. Vidit Ioannes cogitationes iſtas ne quaſi ſecuri fierent, & ideo non eſſe horam nouiſsimā putarēt, quod venturus eſſet Antichriſtus, ait illis, Et ſicut audiſtis quod Antichriſtus ſit venturus, nunc Antichriſti multi facti ſunt.) Nunquid poſſet hīe multos antichriſtos, q̄ hora nouiſſima? Quos dixit antichriſtos, ſequit & exponit: Vnde cognouimus qđ nouiſsima ſit hora?) Vnde? quia antichriſti multi facti ſunt. Ex nobis exierunt.) Videte antichriſtos, ex nobis exierunt: ergo plangimus damnum: Audi conſolationē. Sed non erant ex nobis.) Oēs hæretici, oēs ſchiſmatici ex nobis exierūt, i. ex Eccleſia exeunt, ſed nō exirent ſi ex nobis eſſent, anteq̄ exirent ergo nō erant ex nobis: Si anteq̄ exirent non erant ex nobis, multi intus ſunt, non exierunt, & tñ Antichriſti ſunt. p
audem⁹ hoc dicere? vt quid? Niſi vnuſquiſq; cum intus eſt non ſit Antichriſtus. Deſcriptu rus.n. Antichriſtos & deſignaturus eſt, & videbimus eos. Nunc interrogare debet vnuſquiſque conſcientiam ſuam, an ſit Antichriſtus: Latine enim ἀντίχριστος contrarius eſt Chriſto. Non qūo nonnulli intelligunt Antechriſtum ideo dictum quod ante Chriſtum venturus ſit, i. poſt eum vēturus ſit Chriſtus. Non ſic dī, non ſic ſcribī, ſed ἀντίχριστος, id-eſt contrarius Chriſto. Iam qs ſit contrarius Ch..iſto nūc aduertetis ipſo exponente, & intelligetis non poſſe exire foras niſi Antichriſtos. Eos autem qui non ſunt Chriſto contrarii, foras exire nullo modo poſſe, qui enim non eſt Chriſto cōtrarius, in corpore ipſius hæret, & membrum computat. Nunquam ſibi ſunt membra cōtraria, corporis integritas vniuerſis membris conſtat. & quid de cōcordia membrorum dicit Apoſtolus? Si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, & ſi glorificatur vnum membrū, cōgaudent omnia membra. Si ergo in glori- Dan. 2.
ficatione mēbri cætera membra congaudēt, & in paſsione omnia membra patiuntur, cōcordia membrorum non habet Antichriſtū. G
Et qui ſunt intus, certe ſunt in corpore domini noſtri Ieſu Chriſti, qñquidem adhuc curat corpus ipſius, & ſanitas perfecta non erit niſi in reſurrectione mortuorum. Sic ſunt in corpore Chriſti, quomō humores mali, quā do euomuntur, tunc releuatur corpus, ſic & Ioan.
mali quando exeunt, tunc eccleſia releuat. Et dicit quādo eos euomit atq; proiicit corpus: ex me exierunt humores iſti, ſed non erant ex me. Quid eſt, nō erant ex me? Non de carne mea præciſi ſunt, ſed pectus mihi premebant cum ineſſent, ex nobis exierunt, ſed no

lite

lite tristes esse, non erant ex nobis. Vnde proba? Quod si fuissent ex nobis, permansissent vtiq; nobiscum.) Hinc ergo videat charitas vestra, qa multi qui non sunt ex nobis, accipiunt nobiscum sacra, accipiunt nobiscum baptismum, accipiunt nobiscum qđ norunt fideles se accipere, benedictionem, Eucharistiam, & qcquid in sacris sancti est. Ipsius altaris cõicationẽ accipiunt nobiscum, & non sunt ex nobis, tentatio probat, quia nõ sunt ex nobis. Qñ illis tẽtatio venerit, velut occasione venti volant foras, qa grana non erant. Omnes aũt tunc volabunt, qđ sæpe dicendũ
H est, cum area dñica cœperit ventilari in die iudicii. Ex nobis exierunt, sed nõ erant ex nobis, qđ si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum. Nam vultis nosse charissimi, q̃ certissimè dicaẽ hoc, vt qui forte exierunt & redeũt nõ sint antichristi, nõ sint contrarii Christo? Qui nõ sunt antichristi, non põt fieri vt remaneãt foris, sed de volũtate sua vnusquisq; aut antichristus, aut in Christo est, aut in membris sumus, aut in humoribus malis. Qui se in melius cõmutat, in corpore membrum est, qui aũt in malitia ꝑmanet, humor malus est, & qñ exierunt, reuelabunt, qui premebant. Ex nobis exierunt, sed nõ erãt ex nobis, quod si fuissent ex nobis, permansissent vtiq; nobiscum. Sed vt manifestarent, q̃ non omnes erant ex nobis.) Ideo addidit vt manifestarent, quia & intus cum sunt, non ex nobis sunt, non tñ manifesti sunt, exeundo manifestant. Et vos vnctionem habetis a sancto, vt ipsi vobis manifesti sitis.) Vnctio spiritalis ipse spũssanctus est, cui⁹ facrm est in vnctione visibili. Hãc vnctionem Christi qui hẽt,
I dicit oẽs cognoscere malos & bonos: nec opus esse vt doceant, quia ipsa docet. Scribo vobis, non qđ nescitis veritatẽ, sed qa nostis eã, & quia oẽ mẽdacium nõ est ex veritate.) Ecce admoniti sumus qũo cognoscam⁹ Antichristum. Quid est Christus? veritas: ipse dixit, Ego sum veritas. Omne autem mendaciũ non est ex veritate, omnes igitur qui mentiũtur, non sunt ex Christo, Nõ dixit quoddam mendacium ex veritate, & quoddam mendacium non ex veritate. Sniam attendite, ne vos palpetis ne vobis adulemini, ne vos decipiatis, ne vos illudatis, omne mẽdacium nõ est ex veritate. Videamus ergo qũo antichristi mentiunt, qa non est vnum genus mendacii, Quis est mendax, nisi is qui negat q̃ Iesus nõ sit Christus?) Aliam significationẽ habet Iesus, aliam habet Christus. Cum sit vnum, Iesus Christus saluator noster, Iesus tñ propriũ nomen illi: qũo Moyses proprio nomine appellatus est, qũo Helias, qũo Abraham, sic tã quam proprium nomen habet dñs noster Iesus, Christus autem sacramenti nomen est, quomodo si dicat sacerdos: sic Christus cõmẽdatur vnctus, in quo est redemptio totius populi Israel. Iste Christus sperabatur venturus a populo Iudęorum, & quia humilis venit, nõ est agnitus, quia lapis paruus erat, offenderunt: in illum & fracti sunt. Sed creuit la K
pis, & factus est mõs magnus. & quid ait scriptura? Quicũq; offenderit in lapidem istum conquassabitur, & super quem venerit lapis Dani. 2.
iste, conteret eum. Discernenda sunt verba, offendentem dixit conquassari, super quem autem venerit, conteri. Primo quia humilis venit, offenderunt in illum homines, quia ex celsus venturus est ad iudicium, super quem venerit cõteret eum. Sed illum non conteret venturus, quem nõ quassauit cum venit. Qui in humilem non offendit, non formidabit excelsum. Breuiter audistis, qui in humilem non offendit, non formidabit excelsum: omnib. enim malis lapis offensionis est Christ⁹: quicquid dicit Christus, amarum est illis. Etenim audite & videte, omnes certe qui exeũt de Ecclesia, & ab vnitate Ecclesiæ præcidun tur, Antichristi sunt, nemo dubitat ipse enim designauit, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent vtiq; nobiscum. Quicunque ergo non manent nobiscum sed exeunt ex nobis, manifestum est quod antichristi sunt. Et quomodo probantur antichristi? ex mendacio. Et L
quis est mendax, nisi qui negat quoniam Iesus est Christus? Interrogemus hæreticos. Quem inuenis hæreticum, qui negat, quia Iesus non est Christus? Videat charitas vestra magnum sacramentum, attendite quid inspirauerit nobis Deus, & quid insinuare nobis velit. Ecce exierunt à nobis, & facti sunt Donatistæ. Interrogemus eos vtrũ Iesus sit Christus, statim cõfitẽtur, quia Iesus Christus est. Si ergo ille est antichristus, qui negat Iesum esse Christum, nec nos possunt illi dicere antichristos, nec nos illos, quia & nos confitemur & illi. Si ergo nec illi nos dicũt, nec nos

illos,

Dani. 2.

Ioan. 14.

illos,ergo nec illi à nobis exierũt, nõ nos ab ipsis.Si ergo non a nobis exiuimus,in vnitate sum⁹,Si in vnitate sumus,qd faciũt in hac ciuitate duo altaria?qd faciũt diuisæ domus, diuisa cõiugia?Quid facit cõis lect⁹,& diuis⁹ Chrs admonet nos,vult nos fateri qđ verum est.An ipsi à nobis exierunt,aut nos ab ipsis? *Psal. 2.* sed absit vt nos ab ipsis:hẽmus.n.testm̃ dñicę hæreditatis,recitamus,& ibi nos inuenimus, Dabo tibi gentes hr̃ditatẽ tuã,& possessionẽ tuam terminos terræ.Tenemus hæreditatem Chri,illi eam non tenent, non cõicant orbi terrarum, nõ cõicant vniuersitati redemptæ sanguine dñi.Habemus ipsum dm̃ resurgẽtem a mortuis,qui se dubitantib.manib.discipulorũ p̃buit palpandum. Et cum adhoc illi dubitarent,ait illis, oportebat Christum pati,& resurgere tertia die,& prædicare in nomine eius pœnitentiam & remissionẽ peccatorũ.Vbi?qua?qbus? Per oẽs gentes,incipien *Luc. 24.* tes ab Hierusalẽ.securi sumus de vnitate hæ- A reditatis.Quisqs huic hæreditati non cõicat, foras exiit.Sed non cõtristemur,exierunt,sed non erant ex nobis:nam si fuissent ex nobis, p̃mãsissent vtiq; nobiscum. Si ergo ex nobis exierũt,Antichristi sũt:si antichristi sunt,mẽdaces sunt, si mendaces sunt,negãt esse Christum. Iterum redim⁹ ad difficultatem q̃nis: singulos interroga,cõfitent̃ Iesum esse Christũ. Coarctat nos angustus intellectus in hac epistola,videtis certe q̃nem.Hæc q̃ & nos & ipsos turbat,si nõ intelligat̃. Aut nos sum⁹ Antichristi,aut illi sunt antichristi.Illi nos antichristos vocant & dicunt qđ exiuimus ab eis:nos illos similiter:sed designauit hæc Epistola antichristos, Quicunq; negat qđ Iesus non sit Christus,ipse est antichristus. Iam ergo q̃ramus,qs neget, & non attendamus ad linguam,sed ad facta:si.n. omnes interrogentur,oẽs vno ore confitent̃ Iesum esse Chrm. Quiescat paululum lingua,vitam interroga. Si inueneris hoc,si ipsa scriptura nobis dixerit, qa negatio eorum non tm̃ lingua fit, sed & factis. Certe inuenimus multos antichri- B stos, qui ore confitent̃ Christum, & morib. dissentiunt à Christo. Vbi inuenimus hoc in scriptura? Paulum audi Apostolum de talib. cũ loquerer̃,ait,Confitent̃.n.se nosse Deũ,fa *Ad Ti. 1.* ctis aũt negãt. Inuenimus & ipsos Antichristos,qsquis factis negat Christũ,Antichrist⁹ est.Non audio quid sonet,sed video quid vi uat:opera loquunt̃,& verba requirim⁹? Quis enim malus nõ bene vult loqui? sed qd dicit de talib. dñs?Hypocritæ, qũo potestis bona loqui cum sitis mali? Voces vestras ad aures *Mat. 12.* meas affertis,ego cogitationes vestras inspicio,voluntatem ibi malã video,& falsos fructus ostẽditis.Noui qd inde colligã,non colligo de tribulis ficus, non colligo de spinis vuas.Vnaquæq;.n.arbor à fructu cognoscit. *Mat. 7.* Magis mẽdax est antichristus qui ore ꝓfitet Iesum esse Christũ,& factis negat, ideo mendax,qa aliud loquit̃,aliud agit.Iam ergo fratres,si facta interroganda sunt, non solũ multos inuenimus antichristos foras exiisse, sed multos nõdum manifestos q̃ foras exierint. Quotquot.n.habet Ecclesia periuros,fraudatores,adulteros,ebriosos,fœneratores, mangones,& oia quæ numerare non possumus: si contraria sunt doctrinæ Christi, contraria sunt verbo Dei. Verbũ aũt Dei Christus est: q̃quid cõtrarium est verbo Dei in antichristo est.Antichristus.n.contrarius est Christo. C Et vultis nosse quàm aperte resistãt isti Christo,aliqñ eueniat vt aliquid mali faciant, & incipiant corripi qa Christum non audent blasphemare, ministros eius blasphemant,à quib. corripiunt̃. Si aũt ostenderis illis,quia Christi verba dicis,non verba tua, conantur quantum p̃t vt te conuincant,verba tua dicere non verba Christi. Si aũt manifestũ fuerit qa verba Christi dicis,eunt & in Christũ, incipiunt reprehendere Christum. Qũo,inquiunt,& quare tales nos fecit? Nonne dicũt hoc quotidie hoies cõuicti de factis suis? Prava volũtate peruersi artificem accusant. Clamat ille artifex de cęlo,qa ipse nos fecit,qui nos refecit, qd te feci? Ego hoiem feci,non auaritiam,ego hoiem feci,non latrocinium: ego hoiem feci,non adulterium.Audistis qa laudant me opera mea. Ex ore trium puero- *Dani. 3.* rum ipse hymnus erat,qui ab ignibus defendebat,laudant opera domini dominum,laudant cœli, terra, mare: laudant omnia quæ sunt in cœlo. Laudant angeli, laudant stellæ, laudant luminaria, laudant quicquid na- *Psa. 115.* tat,quicquid volat,quicquid ambulat,quic- D quid repit: laudant ista omnia dominum. Nunquid audistis quia laudat dominum auaritia? nunquid audistis, quia laudat dominum ebriositas? quia laudat luxuria, laudat nugacitas? Quicquid ibi non audis laudem

dare

dare domino,nō fecit dominus.Corrige qđ tu feciſti,vt ſaluet qđ in te Deus fecit. Si autē non vis,& amas,& amplecteris peccata tua, contrarius es Chriſto.Intus ſis,foris ſis, antichriſtus es,intus ſis,foris ſis,palea es.Sed qua re foris nō es?Quia occaſionem venti nō inueniſti.Iam iſta manifeſta ſunt fratres nequis dicat,Chriſtū nō colo, ſed Deum colo patrē ipſius.Oīs qui negat filium,nec filiū,nec patrem habet,& qui confitet filium, & filiū,& patrem habet.)Vos grana alloquit, & qui pa
E lea erant,audiant,vt grana fiant. Vnuſquiſq; conſiderans conſcientiam ſuā,ſi mundi amator eſt,mutet:fiat amator Chriſti, ne ſit Antichriſtus.Si quis ei dixerit qđ antichriſtus ſit, iraſcit,iniuriā ſibi factam putat,fortaſsis inſcriptionem minat. Si audiat a litigāte quod antichriſtus ſit,dicit ei Chriſtus: Patiēs eſto, ſi falſum audiſti,gaude mecum , quia & ego falſa ab antichriſtis audio. Si aūt verum audiſti,conueni conſcientiā tuam,& ſi audire times,eſſe plus time: Ergo vos qđ ab initio audiſtis,in vobis maneat.Quòd ſi in vobis māſerit qđ ab initio audiſtis, & vos ī filio & patre manebitis.)Hæc eſt illa pollicitatio q̄ ipſe pollicitus eſt nobis.Forte.n.mercedē quęreres & diceres, Ecce in me qđ ab initio audiui cuſtodio,obtempero,pericula,labores, tētationes pro iſta māſione ſuſtineo. quo fructu? qua mercede? Quid mihi poſtea dabit, quia in hoc ſeculo me video laborare inter tentationes? Non video hic requiē eſſe aliq̄, mortalitas ipſa aggrauat aīam, & corpus qđ corrumpitur premit ad inferiora , ſed tolero oīa,vt illud quod ab initio audiui,maneat in
Pſal. 16. me,& dicā Deo meo,Propter verba labiorū tuorum ego cuſtodiui vias tuas . Ad q̄ ergo mercedē?Audi & noli deficere . Si deficiebas in laborib. ꝓmiſſa mercede foris eſto . Quis eſt qui operet in vinea,&
F recedat illi de cor de qđ accepturus eſt? Fac illū oblitum mercedem ſuam,deficiūt manus.Memoria promiſſę mercedis perſeuerātem facit in opere, & hō promiſit,qui te pōt fallere. Quāto fortior eſſe debes in agro Dei, qſi promiſit veritas,cui nec ſuccedi pōt,nec mori , nec fallere pōt eum cui promiſſum eſt?Et quid eſt ꝓmiſſum?videamus qđ ꝓmiſit . Aurum eſt qđ hic multum amant hoīes :an argentum ? An poſſeſsiones,ad quas fundunt aurū, quanuis multum ament aurum?amœna prædia , amplæ domus,multa mancipia,aīalia numeroſa? Non eſt hæc merces quædam ad quā nos hortat vt in labore durem⁹. Quid dī merces iſta?Vita æterna:audiſtis , & gauiſi exclamaſtis,amate qđ audiſtis,& liberamini à laboribus veſtris in requiē vitæ æternæ. Ecce qđ ꝓmittit Deus?Vitam æternam. Ecce qđ minat Deus?Ignem æternum. Quid illis ad dexterā cōſtitutis?Venite benedicti patris mei, percipite regnum, qđ vobis paratum eſt ab origine mūdi.Ad ſiniſtrā qđ?Ite in ignem ęternū, qui paratus eſt diabolo,& angelis eius.Illud G
nondū amas,vel hoc time: mementote ergo fratres mei, qa vitā æternam nobis promiſit. Hæc eſt,inquit,pollicitatio,q̄ ipſe pollicitus eſt nobis vita æterna .Hæc ſcribo vobis , de his qui vos ſeducunt.]Nemo vos ſeducat ad mortem,promiſsionem vitæ æternæ deſiderate.Quid pōt mundus ꝓmittere? Quicquid libet promittat , fortaſsis craſtino morituro promittit.Et qua frōte ad illum qui manet in æternum exiturus es?Sed qđ minat mihi potens homo vt aliquid mali faciam?qđ minat? carceres,catenas,ignes,tormēta,beſtias. nun quid ignem æternum? Exhorreſce qđ minat omnipotens,ama qđ pollicet omnipotēs,& vileſcit omnis mundus,ſiue promittens,ſiue terrens.Hæc ſcribo vobis de his qui vos ſeducunt,Vt ſciatis quia vnctionē habetis,& vnctio quam accepimus ab eo ꝑmaneat in nobis.]Vnctionis ſacrm eſt virtus ipſa inuiſibilis,vnctio inuiſibilis ſpūſſanctus,vnctio inui *De pæ. di. 2. Vnctio*
ſibilis,charitas illa eſt,quæ in quocunq; fuerit tā quam radix illi erit quamuis ardente ſole areſcere non poteſt.Omne quod radicatū eſt nutrit calore ſolis,non areſcit: Et non habetis neceſsitatē vt aliquis vos doceat , quia vnctio ipſi⁹ docet vos de oībus.] Quid ergo nos facimus fratres,quia docemus vos?Si vnctio eius docet nos de omnibus,quaſi nos ſine cauſa laboramus. Et vt quid tantum cla- H
mamus? Dimittamus vos vnctioni illius , vt doceat vos vnctio ipſius.Sed modo mihi facio quæſtionē,& illi ipſi Apoſtolo facio,dignetur audire paruulum quęrentem à ſe,ipſi Ioanni dico,Vnctionem habebant quib. loquebaris?Tu dixiſti,quia vnctio ipſius docet vos de omnibns,vt quid talem epiſtolam feciſti? quid illos tu docebas? quid inſtruebas? quid ædificabas? Iam hic videte magnum ſacramentum fratres,ſonus verborū noſtro rū

aures

UNIVERSIDAD DE GRANADA Hospital Real Biblioteca

aures percutit, magister intus est. Nolite putare quenquam hoiem aliquid discere ab homine. Admonere possumus per strepitum vocis nostræ, si nō sit intus qui doceat, inanis fit strepitus noster. Adeo fratres vultis nosse, nū quid non sermonē istum oēs audistis? Quam multi hinc indocti exituri sunt? q̄tum ad me pertinet, oīb. locutus sum, sed qb. vnctio illa intus non loquit, quos spūs sanctus intus non docet, indocti redeūt. Magisteria forinsecus adiutoria q̄dam sunt & admonitiones, cathedram in cœlo habet, qui corda docet, proI pterea ait & ipse in Euangelio, Nolite vobis
Mat. 12. dicere magistrū in terra: vnus est magister vester Christus. Ipse vobis ergo intus loquitur, q̄n nemo hominum illic est. Quia etsi aliqs est a latere tuo, nullus est in corde tuo, & nō sit nullus in corde tuo. Christus sit in corde tuo, vnctio ipsius sit in corde, ne sit in solitudine cor sitiens, & non habens fontes, quibus irrigef. Interior ergo magister est qui docet, Christus docet, inspiratio ipsius docet. Vbi illius inspiratio & illius vnctio nō est, forinsecus inaniter pstrepūt verba. Sic sunt ista verba, q̄ forinsecus dicimus, qūo est agricola ad arborē, forinsecus operat, adhibet aquam & diligentiā culturæ. Quælibet forinsecus adhibeat, nūq̄d poma format? Nunq̄d nuditatem lignorū vestit vmbra foliorum? nunq̄d tale aliq̄d intrinsecus agit? sed quis agit hoc? Audi te agricolam Apostolū, & videte q̄d sumus,
1. Co. 3. & audite magistrum interiorē, Ego plātaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementū dedit Neq; qui plātat est aliq̄d, neq; qui rigat, sed qui incrementū dat Deus. Hoc ergo vobis dicimus, siue plātemus, siue rigemus loquēdo, non sumus aliquid, sed ille qui incrementum dat Deus, i. vnctio illius docet vos de oībus.

K De eo quod Ioannes dicit, Et verax est, & nō est mendax, sicut docuit vos permanete in ipsa. Et nunc filioli, permanete in eo, vt cū manifestatus fuerit, habeamus fiduciam in conspectu eius, vt non confundamur ab eo in aduentu eius, vsque ad id, In hoc manifestatus est filius Dei, vt soluat opera diaboli. Tract. IIII.

MEministis fratres hesternam lectionem ad hoc terminatam, quia non habetis necessitatem, vt quis doceat vos, sed ipsa vnctio docet vos de omnib. Hoc aūt sicut vos recordari certus sum, sic exposuimus vobis, q̄a nos qui forinsecus loquimur ad aures vestras, ita sumus quasi operarii, adhibētes culturam forinsecus ad arborē, sed incrementū dare non possumus, nec fructus formare: ille aūt qui vos creauit, & redemit, & vocauit p fidem, & spiritū suum habitans in vobis, nisi loquatur vobis intus, sine causa nos perstrepimus. Vnde hoc apparet? Quia cum multi audiant, non omnib. persuadet quod dī, sed illis solis, quib. intus loquit Deus. Illis autem intus loquitur, qui ei locum præbent: illi aūt L
Deo locum prębent qui diabolo locum non præbent. Habitare enim vult diabolus corda hoīum, & loqui ibi omnia, quæ valent ad seductionem, sed quid ait dns Iesus? Princeps huius mundi missus est foras. vnde missus est
Ioan. 12. foras? Nunquid extra cœlum & terram? nun quid extra fabricam mūdi? Nō, sed extra corda credentium foras misso inuasore, habitat redemptor, quia ipse redemit qui creauit: & diabolus iam forinsecus oppugnat, non vincit illum, qui intus, possidet, Forinsecus aūt oppugnat, immitendo varias tentationes: sed ille non cōsentit cui Deus intus loquitur, & vnctio quam audit, docet: Et verax est, inq̄t, eadem vnctio, i. ipse spiritus domini, qui docet homines, mentiri non potest: Et non est mendax, sicut docuit vos permanete in ipsa. Et nunc filioli permanete in eo, vt cum manifestatus fuerit habeamus fiduciam in conspectu eius, vt non confundamur ab eo in aduētu eius. Videte fratres, credim⁹ in Iesum quē non vidimus, annunciauerunt eum qui viderunt qui contrectauerunt, qui verba ex ore ipsius audierunt, & vt hęc persuaderent genēri humano, ab illo missi sunt, nō à seipsis ire ausi sunt. Et quo missi sunt? Audistis cū Euan
gelium legeretur. Ite prædicate Euangelium M
Mat. 16. vniuersæ creaturæ quæ sub cœlo est. Vbique ergo discipuli missi sunt attestantib. signis & prodigiis, vt credatur illis, quia ea dicebant, quæ viderat. Credimus in eum quem non vidimus, & venturum eum expectamus. Quicunq; illum fide expectant, cum venīet gaudebunt, qui sine fide sunt cum venerit, quod nunc non vident, erubescent. Et confusio illa non erit vnius diei & transiet, quomodo solent cōfundi, qui inueniunt in aliqua culpa, & eis insultatur ab hominibus. Confusio illa
Gen. 3.
tradu-

traducet confusos ad sinistrā, vt audiant, Ite
Mat.25. in ignē ęternū, qui paratus est diabolo & an
gelis eius. Maneamus ergo in verbis eius, ne
confundamur cū venerit: ipse n. dicit in Euā
Ioan.8. gelio eis qui in eū crediderant, Si permanse
ritis in verbo meo, vere discipuli mei estis.
Et quasi dicerēt, quo fructu? Et cognoscetis,
A inquit, veritatē, & veritas liberabit vos: Mo
do enim salus nostra in spe, nōdū tenemus iā
quod promissum est, sed venturū speramus:
fidelis aūt est qui promisit, non te fallet, tan
tū noli deficere, sed expecta promissorem:
nō.n.nouit fallere veritas, tu noli esse men
dax, vt aliud profitearis, aliud agas. Tu serua
fidē, & seruat ille pollicitationē: si autē non
tu seruaueris fidē, tu te fraudasti, non ille qui
promisit. Si scitis quia iustus est, scitote quia
omnis qui facit iustitiā, ex ipso est natus.) Iu
stitia modo nostra ex fide, iustitia perfecta
nō est nisi in angelis: & vix in angelis si Deo
comparentur: tñ si qua perfecta iustitia ani
marum & spiritaliū est, quos Deus creauit,
in angelis sanctis, iustis, bonis, nullo lapsu
auersis, nulla superbia cadentibus, sed manē
tibus semper in contemplatione verbi Dei,
& nihil aliud dulce habētib. nisi a quo crea
ti, sunt in ipsis perfecta iustitia est, in nobis
aūt ex fide cępit esse secūdū spiritū. Audistis
Cū Psalmus legeretur, Incipite dño in con
fessione. Incipite, inquit, Initiū iustitiæ no
stræ confessio peccatorū. Cępisti non defen
dere peccatum tuum, iam inchoasti iustitiā,
perficietur autem in te qñ nihil aliud facere
delectabit, qñ absorbebitur mors in victoria
qñ nulla concupiscentia titillabit, quādo nō
erit lucta cū carne & sanguine, qñ erit coro
na victoriæ & triumphus de inimico, tunc
B erit pfecta iustitia. Modo adhuc pugnamus,
si pugnamus in stadio sumus. Ferimus & fe
rimur, sed qui vincat, expectatur. Ille aūt vin
cit qui & quod ferit, de viribus suis nō prę
sumit sed de protectore suo. Solus diabolus
aduersum nos pugnat, nos cū Deo simus, &
diabolū vincimus, nā si tu solus cū diabolo
pugnaueris, vinceris. Exercitatus est hostis:
quot palmarū? Cōsiderate quò deiecerit vt
mortales nasceremur primo, ipsam originē
nostrā de paradiso deiecit. Quid ergo faciē
dū est, quia ipse exercitatus est? Inuocetur
omnipotens aduersus exercitatū diabolum.
Gen.3. Habitet in te qui nō pōt vinci, & securus vin
ces eū qui vincere solet, sed quos, nisi in qui
bus nō habitat Deus? Nā vt noueritis fratres,
cōtempsit Adā in paradiso positus præceptū
Dei, & erexit ceruicē, veluti in potestate sua
esse cupiens & nolens subdi voluntati Dei,
& lapsus est ab illa immortalitate, ab illa bea C
titudine. Homo aūt quidā iā exercitatus na
tus mortalis, cū sederet ī stercore putris ver
mibus diabolū vicit: ipse Adā, & in Iob ipse
Iob. 2. quia de genere ipsius Iob. Ergo Adā victus
in paradiso, vicit in stercore: in paradiso cū
esset, audiuit persuasionē mulieris, quā illi
Vbi sup. immiserat diabolus, in stercore aūt cū esset,
ait Eue: tanquā vna ex insipientibus mulieri
bus locuta es. Ibi aūt apposuit, hic respon
sum dedit: cū esset lętus audiuit: cū esset fla
gellatus, vicit. Ideo videte quid sequitur fra
tres in Epistola ista: quia hoc nobis cōmen
dat, vt diabolū quidē vincamus, sed non ex
nobis: si scitis quia iustus est, ait scitote quia
omnis qui facit iustitiā, ex ipso est natus, ex
Deo, ex Christo. Et quia dixit, ex ipso est na
tus, hortatur nos. Iā ergo quia nati ex illo su
mus perfecti sumus, audite, Ecce qualē dile
ctionem dedit nobis pater, vt filij Dei voce
mur & simus.) Nā qui vocantur & nō sunt,
Cap.3. quid illis prodest nomē vbi res nō est? Quam
multi vocātur medici, qui curare nō norūt?
Quā multi vocantur vigiles, qui tota nocte
dormiūt? Sic multi vocanē Christiani, & in
rebus nō inueniuntur, quia hoc quod vocā
tur nō sunt, idest, in vita, in moribus, in fide,
in spe, & charitate. Hoc aūt q audistis fra
tres: ecce qualē dilectionē dedit nobis pr vt
filij Dei vocemur & simus. Propter hoc mū
dus nō cognoscit nos, quia nō cognouit eū,
& nos nō cognoscit mundus.) Totus mūdus
Christianus est, & totus mundus impius. Per
totū enim mundū impij, & per totū mundū
pij, illi nos non cognoscunt. Quo putamus
quia nō cognoscunt? Insultant bene viuenti
bus, attendite & videte, quia forte sunt & in
ter vos. Vnusquisq; vestrū qui iā piè viuit, q D
contemnit secularia, qui non vult ire ad spe
ctacula, qui non vult se inebriare quasi solē
niter, & quod est grauius, accedente patro
cinio sanctorū dierū fieri immundus, q ista
facere noluerit, quomodo ei insultaē ab his
qui faciunt? Nunquid insultaretur ei si agno
sceretur? Quare autē non agnoscitur? Mun
dus eum non agnoscit. Quid est mundus?

Illi habitatores mũdi, quomodo dicitur domus habitatores eius? Iam ista sæpe dicta sũt, & non ea vobiscũ hodie repetimus. Iam cũ auditis mundũ in mala significatione, nõ intelligatis nisi dilectores mundi, quia per dilectionẽ inhabitãt: & per quod inhabitant, nomen habere meruerunt. Propter hoc mũdus
E nõ cognouit nos, qa non cognouit eũ: Ambulabat & ipse dñs Iesus Christus in carne: erat Deus, latebat in infirmitate. Et vnde nõ est cognitus? Quia omnia peccata arguebat in hominibus. Illi amando delectationes pecatorũ nõ agnoscebant Deũ: amando quod febris suadebat, iniuriam medico faciebant. Quid ergo, nos iã nati sumus ex ipso? Sed qa in spe sumus. Dilectissimi, inquit, nunc filij Dei sumus.) Iã nunc? Quid est ergo quod expectamus, si iã filij Dei sumus? Et nondũ, inquit, manifestũ est quid erimus.). Quid aũt erimus aliud quã filij Dei? Audi quid sequitur: Scimus quia cũ apparuerit, similes ei erimus, qñ videbimus eũ sicuti est.) Intelligat charitas vestra. Magna res: scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniã videbimus eũ sicuti est: iam illud attendite, quid vocatur, est. Nostis quid vocatur est? Quid vocatur, & non solũ vocatur, sed vere est, incõmutabilis est, semper manet, mutari nescit, nulla ex patre corrumpitur, nec proficit, qa perfectũ est: nec deficit, quia æternum est, & quid est hoc? In principio erat verbũ &c. Et
Ioan. 1. quid est hoc? Qui cũ in forma Dei esset, non
Phil. 2. rapinã arbitratus est esse se æqualẽ Deo. Hoc modo Christũ in forma Dei, verbũ Dei, vnicũ patri, æqualẽ patri, nõ possunt videre mali. Secundum id vero quod verbũ caro factũ est, potuerunt & mali, quia in die iudicij videbunt & mali, quia sic veniet iudicaturus
Hier. 17. qũo venit iudicandus. In ipsa forma homo,
Ioan. 19. sed Deus: nã maledictus omnis qui spẽ suam ponit in homine: Homo venit ξ vt iudicaret, homo venit ξ vt iudicet. Et si non videbitur,
F quid est quod scriptũ est, Videbunt in quem transfixerunt? De impijs enim dictũ est, quia videbũt & confundentur. Qũo no videbunt impij, qñ alios ponet ad dexterã, alios ad sinistrã? Ad dexterã positis dicet, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ, Ad sinistrã positis dicet, Ite in Ignẽ æternũ: Videbunt, sed formam serui: formam Dei non videbunt. Quare? Quia impij sunt: & ipse dominus dicit, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deũ videbunt. Ergo visuri sumus quandam visionẽ fratres, quã nec oculus vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Visionẽ quandam, visionẽ præcellentẽ omnes pulchritudines terrenas, auri, argenti, nemorum atq; camporũ, pulcritudinẽ maris & aeris, pulchritudinẽ Solis & Lunæ, stellarum, angelorũ, omnia superantẽ, quia ex ipso pulchra sunt omnia. Quid ergo erimus, qñ videbimus, quod nobis ꝓmissum est? Similes ei G
erimus, quoniã videbimus eũ sicuti est. Qũo potuit, lingua sonuit, cętera corde cogitentur, quid enim & ipse Ioãnes dixit ad comparationem rei, quæ est, vel à nobis dici potest, hominibus longe imparibus meritis ipsius? Rideamus ergo ad illã vnctionẽ quæ intus docet, quod loqui nõ possumus: & quia modo videre non potestis, officiũ vestrũ in desiderio sit: Tota vita Christiani boni sanctũ desideriũ est. Quod aũt desideras, nondũ vides, sed desiderando capax efficeris, vt cum venerit quod videas implearis. Sicuti enim si velles implere aliquẽ sinũ, & nosti quam magnũ, & est quod dabitur, extendis sinum vel sacci, vel vtris, vel alicuius rei, nosti quã tũ missurus es, & vides qa angustus est sinus, extendẽdo facis capacioremẽ: sic Deus differẽdo extendit desideriũ, desiderando extendit animũ, extendendo facit capacioremẽ. Desideremus ergo fratres, quia implendi sumus. Videte Paulũ extendentẽ sinũ, vt posset capere
quod venturũ est: ait, Nõ quia iã acceperim, *Phil. 3.*
aut iã perfectus sim fratres, ego me nõ arbitror cõprehendisse. Quid ergo agis in hac vita, si nondũ apprehendisti. Vnũ aũt, quæ retro oblitus, in ea quę ante sunt extentus, secũdũ intentionẽ sequor ad palmam supernæ vocationis. Extremũ se dixit, & secundũ intentionẽ sequi se dixit: minorẽ se sentiebat ad capiendũ quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, Hæc
est vita nostra, vt desiderando exerceamur. H
Tãtum aũt nos exercet sanctũ desideriũ, quã tũ desideria nostra amputauerimus ab amore seculi. Iã diximus, aliqñ ex inani, quod implendum est, bono implendus es, funde malum, puta quia mel le te vult implere Deus, si aceto plenus es, vbi mel pones? Fundendum est quod portat vas, mundandum est ipsum vas, Mutandum est, etsi cum labore,

cum

Mat 5. *1.Co.2.*

Rom.

Psal.

eum tritura,ut fiat aptũ cuidã rei. Mel dicamus,aurũ dicamus,vinũ dicamus:quicquid dicamus ꝙ dici non pôt, quicquid uolumus dicere,Deus uocatur.Et quid diximus Deus, quid diximus? Duæ iſtæ ſyllabæ ſunt totũ ꝙ expectamus. Quicqd ergo dicere ualuimus, infra eſt: extendamus nos in eũ, ut cũ uenerit, impleat.Similes ei erimus: qm̃ uidebim⁹
I eũ ſicuti eſt. Et oĩs qui habet ſpẽ hanc in ipſo eſt.) Videte quia in ſpe nos poſuit. Videtis
Rom.8. quẽadmodũ nos congruit Apoſtolo Paulo, coapoſtolo ſuo, Spe ſalui facti ſumus. Spes aũt quæ vr̃ non eſt ſpes: ꝙ.n.uidet quis,quid ſperat? Si.n ꝙ nõ uidemus ſperamus, per patientiã expectamus. Ipſa patientia exercet de ſideriũ:mane tu,nam manet ille, & perſeuera in ambulando, ut peruenias quia quò tendis,nõ migrabit::Videte, Et oĩs qui habet ſpẽ hãc in ipſo, caſtificat ſemetipſum ſicut & ipſe caſtus eſt.Videte quẽadmodũ non abſtulit liberũ arbitriũ, ut diceret caſtificat ſemetipſum.Quis nos caſtificat niſi Deus? Sed Deus
Pſal.26. te nolentẽ nõ caſtificat.Ergo ꝙ adiungis uoluntatẽ tuã Deo,caſtificas teipſum.Caſtificas te, nõ de te,ſed de illo qui venit ut habitet in te,Tñ quia agis ibi aliquid uoluntate,ideo & tibi aliquid tributũ eſt: ideo aũt tibi tributũ eſt, ut dicas ſicut in Pſalmo: Adiutor meus eſto,ne derelinquas me.Si dicis,adiutor me⁹ eſto,aliquid agis: nã ſi nihil agis,quo ille adiuuat? Omnis.n.qui facit pc̃tm̃,& iniquitatẽ facit.) Nemo dicat,aliud eſt pc̃tm̃, aliud iniquitas: nemo dicat, ego peccator homo sũ, ſed iniquus non ſum:omnis.n qui facit peccatũ,& iniquitatẽ facit. Pc̃tm̃ iniquitas eſt.) Quid ergo facimus de peccatis noſtris & iniquitatibus? Audi quid dicit: Et ſcitis quia ille
K manifeſtatus eſt,ut pc̃tm̃ auferat, & pc̃tm̃ in ipſo non eſt.) In quo non eſt pc̃tm̃, ipſe uenit auferre pc̃tm̃:nam ſi eſſet in illo pc̃tm̃, auferendũ eſſet illi,nõ ipſe auferret. Omnis qui in ipſo manet, nõ peccat.) In quantũ in ipſo manet, intantũ non peccat. Omnis qui peccat,non uidit eũ,neq; cognouit eũ.) Non eſt mirũ:non eũ uidimus, ſed uiſuri ſumus. Nõ eũ cognouimus,ſed cognituri ſumus. Credimus in eũ quem nõ cognouimus. An forte ex fide cognouimus & ſpecie non cognouimus? Magna eſt iſta q̃ſtio: Omnis qui peccat non uidit eũ,nec cognouit eũ. Nondum cognouimus, ſed in fide & uidemus & cognoſcimus:ſi.n. nõdũ uidet fides, quare dicimur illuminati? Eſt illuminatio per fidem: eſt illu 2.Cor.5.
minatio per ſpeciẽ.Modo cũ peregrinamur, per fidẽ ambulamus,nondũ per ſpeciem.Ergo & iuſtitia noſtra per fidem eſt,& non per ſpeciẽ. Erit perfecta noſtra iuſtitia cũ videbimus per ſpeciẽ, modo nõ relinquamus eam iuſtitiã, q̃ eſt ex fide, qm̃ iuſtus ex fide uiuit, ſicut ait Apoſtolus.Oĩs qui manet in ipſo nõ Rom.1.
peccat: nã omnis qui peccat non uidit eum, neq; cognouit eũ.Non credidit iſte qui pec- L
cat? Si aũt credidit,quantũ ad fidẽ eius pertinet,nõ peccat.Filioli nemo uos ſeducat,qui facit iuſtitiam iuſtus eſt, ſicut ille iuſtus eſt.) Nunquid qñ audiuimus, quia iuſti ſumus, ſicut æquales nos debemus putare Deo? Debetis ſcire quid eſt, ſicut Iamdudum.n.dixit. Caſtificat ſemetipſum,ſicut ipſe caſtus eſt.Iã ergo patet, æqualis eſt caſtitas noſtra caſtitati Dei, & iuſtitia nr̃a iuſtitiæ Dei? Quis hoc dicat? Sed,ſicut non ſemper ad æqualitatem dici ſolet:quo,uerbi gratia: Viſa baſilica iſta ampla, ſi uelit facere aliquis minorẽ: ſed tñ proportione ad menſuras eius, ut uerbi gratia, ſi lata eſt ſimplũ,& longa duplum, faciat & ille latã ſimplũ,& longam duplũ, vr̃ ſic feciſſe ſicut eſt iſta: ſed iſta habet, uerbi gratia, centũ cubitos,illa triginta,& ſicut eſt, & impar eſt.Videtis quia non ſemper,ſicut, ad pr̃ilitatem & æqualitatẽ refertur, uerbi gratia uidete quantũ ſit inter faciẽ hominis & imaginẽ de ſpeculo. Facies in imagine,facies in corpore,imago in imitatione,corpus in ueritate:& quid dicimus? Nã ſicut hic oculi, ita & ibi:ſicut hic aures,ita & ibi.Diſpar eſt res, ſed,ſicut, ad ſimilitudinẽ dr̃. Habemus ergo & nos imaginẽ Dei, ſed non illã q̃ habet filius æqualis patri. tñ & nos pro modulo noſtro ſi nõ ſicut ille eſſemus, ex nulla parte ſimiles diceremur. Ergo caſtificat nos ſicut ipſe caſtus eſt:ſed ille caſtus æternitate, nos ca M
ſti fide.Iuſti ſumus ſicut & ipſe iuſtus eſt,ſed ipſe ĩ ipſa incõmutabili ꝑpetuitate, nos iuſti credẽdo in quẽ nõ uidemus, ut aliq̃ uideamus. Et cũ perfecta fuerit iuſtitia noſtra, cũ facti æquales angelis fuerimus, nec tunc illi æquabimur: quãto ergo modo ab illo longe eſt, qñ nec tunc par erit? Qui facit peccatũ, de diabolo eſt, quia ab initio diabolus peccat.) De diabolo eſt,noſtis quid dicat? Imitãdo diabolum: nam neminem fecit diabolus,

neminem genuit, neminem creauit. Sed quicunq; fuerit imitatus diabolũ, quasi de illo natus sit filius diaboli imitando, nõ proprie nascẽdo. Quo es filius Abrahæ? nũquid Abraham te genuit? Quo Iudçi filij Abrahæ? Non imitantes fidẽ Abrahæ, facti sunt filij diaboli. De carne Abraham nati sunt, & fidẽ Abrahæ non sunt imitati. Si ergo qui inde nati sũt A exhæredati sunt, quia non sunt imitati: tu qui non de illo natus es, efficeris filius, & sic eris filius imitando, & si diabolũ fueris imitatus, quia ille superbus extitit & impius aduersus Deũ, eris filius diaboli, diabolum imitando, non quia ipse creauit te, aut genuit te. In hoc manifestatus est filius Dei.) Eia fratres, oẽs peccatores ex diabolo nati sunt, inquantum peccatores. Adã à Deo factus est, sed qñ consentit diabolo, ex diabolo natus est. Et tales oẽs genuit qualis erat, cũ ipsa concupiscentia nati sumus. Et anteq̃ nos debita nostra addamus, de illa dãnatione nascimur. nã si cũ illo pcto nõ nascimur, quid est q̃ cũ infantibus ad baptismũ curritur vt soluatur? Ergo duas natiuitates attendite fratres, Adam & Christum. Duo sunt homines, sed vnus ipsorũ homo homo, alter homo Deus. Per hominem hominem, homines peccatores sumus: per hominẽ Deũ iustificamur. Natiuitas illa deiecit ad mortẽ, ista natiuitas erexit ad vitã: natiuitas illa trahit secum pctm̃, natiuitas ista liberat à pctõ: ideo.n. venit Chrs homo, vt solueret peccata hominũ. In hoc manifestatus est filius Dei, vt soluat opera diaboli.) Cętera cõmendo charitati vestræ, ne vos grauẽ: ipsa.n. qõ est, in qua soluẽda laboramus, quia peccatores nos dicimus: si.n. quis dixerit se esse sine peccato, mẽdax est. Et in ipsius epistola Ioannis inuenimus: Si dixerimus qa pctm̃ nõ habemus, nosipsos seducimus. Meminisse.n. debetis priorũ, si dixerimus quia B pctm̃ non habemus nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Et rursus in consequentib. audis: qui natus est ex Deo non peccat, quia qui facit pctm̃ non videt eum, neq; cognouit eũ: omnis qui facit pctm̃ de diabolo est, ex Deo non est peccatũ. Iterum terret nos, quo nati sumus ex Deo, & quo nos fatemur peccatores? An dicturi sumus, quia de Deo nati non sumus? Et quid faciunt ista sacramenta in infantibus? Quid dixit Ioannes? qui natus est ex Deo, non peccat: ipse Ioannes iterum dixit, si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Magna quæstio & angusta: & ad hanc soluẽdam vtinam intentam fecerim charitatem vestram in nomine domini cras quod inde dederit differemus.

De eo q̃ Ioãnes dicit, Oĩs q̃ natus est ex Deo nõ facit pctm̃, quia semẽ eius in ipso manet, & nõ põt peccare, qa ex Deo natus ẽ: vsq; ad id, Filioli nõ diligamus verbo tm̃ & lingua, sed opere & veritate. Tract. V. C

INtentè audite obsecro vos, quia res non minima versatur in medio: & non dubito qui hesterno die intenti affuistis, q̃ & hodie intentius conueniistis: est.n. non parua quæstio, quo dicat in ista epistola: Qui natus est ex Deo, non peccat: & quo in eadem epistola superius dixit, Si dixerimus, quia peccatũ nõ habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Quid facturus est quẽ vterque sermo ex eadem epistola in medio coarctauit? Si se confessus fuerit peccatorem, timet ne dicatur illi, non ergo ex Deo natus es: quia scriptũ est: qui natus est ex Deo, non peccat: si autem dixerit se iustũ, & non habere pctm̃, accipiet ex alia parte plagam ex ipsa Epistola: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Positus ergo in medio, quid dicat, & quid confiteatur, aut quid profiteatur non inuenit. Profiteri se esse sine peccato periculosum est, & non solum periculosum, sed ét mendosum: Nosipsos, inquit, seducimus, & veritas in nobis nõ est, si dixerimus, quia peccatum non habemus: sed vtinam nõ haberes & diceres, verum enim diceres, nec D in veritate promenda, vllum iniquitatis vel vestigium formidares: sed ideo malefacis si dicis, quia mendacium dicis: Veritas, inquit in nobis nõ est, si dixerimus quia peccatum non habemus: non ait, non habuimus, ne forte de præterita vita dictum videretur. Habuit peccatum homo ille, sed ex quo natus est ex Deo, cępit non habere, si ita esset, nulla nos angustaret quæstio: diceremus enim, fuimus peccatores, sed modo iustificati sumus: habuimus peccatũ, sed modo non habemus: nõ hoc ait, sed quid ait? Si dixerimus quia peccatũ nõ habemus, nosipsos seducimus, & veritas

ritas in nobis non est. Post aliquantū rursus: qui natus est ex Deo, inquit, non peccat. Nū quid Ioannes ipse non erat natus ex Deo? Si Ioannes non erat natus ex Deo, de quo audistis, Quia supra pectus dñs recubuit: aliqs sibi audet promittere regenerationē factā in
E se, quā ille habere non meruit, qui super pec-
Ioan. 13. tus domini recumbere meruit, quē dñs plus quam cęteros diligebat, ipsum solum de spiritu nō genuerat? Attendite nunc veba ista. Adhuc angustias nostras cōmendo, vt per intētionē vestrā q̄ oratio est, & pro nobis & pro vobis dilatet Deus, & det exitum ne aliquis in verbo eius inueniat occasionē perditionis suæ, quod verbū non est prędicatū & conscriptum, nisi ad medicinam & salutē. Omnis, inquit, qui facit peccatū, & iniquitatē facit: ne forte discernas peccatū iniquitas est: ne dicas, peccator sum, sed iniquus nō sum: peccatum iniquitas est. Et scitis quia in hoc ille manifestatus est, vt pctā auferat, & peccatū in illo nō est, & quid prodest nobis quia venit sine peccato? Omnis qui non peccat, in ipso manet: & omnis qui peccat, non vidit eū, neq; cognouit eū. Filioli, nemo vos seducat: qui facit iustitiā, iustus est, sicut & ille iustus est. Iā ista diximus, quia secundum quandā similitudinē, non secūdū ęqualitatē dici solet, qui facit peccatum de diabolo est, quia ab initio diabolus peccat. Et hoc diximus, quia neminē creauit diabolus, neq; genuit, sed imitatores eius tāquā ex illo nascuntur. In hoc manifestatus est filius Dei, vt soluat opera diaboli. Ergo vt soluat peccata venit ille qui non habet peccatū. deinde seq tur, Ois qui natus est ex Deo, non peccat, quia semen eius in ipso manet: & nō potest
D F peccare, qa ex Deo natus ē.) Fortiter instrinxit: fortasis secundū quoddā peccatū dixit,
Ioan. 13. non peccat, non secundū omne peccatū. Vt quid ait, Qui natus est ex Deo, non peccat? Certū quoddā peccatū intelligas, q̄ nō pōt admittere hō q̄ ex Deo natus est. Et tale peccatū est illud: vt si quisquā illud admiserit, cōfirmet cętera, si quis aūt hoc nō admiserit soluat cętera. Quod est hoc peccatū? Facere cōtra mandatū, quod est mandatū? Mandatū nouū de vobis, vt vos inuicē diligatis. Intendite hoc mandatum Christi, dilectio vocatur per hāc dilectionē peccata soluuntur. Hæc si non teneatur, & graue peccatū est, & radix omniū peccatorū. Intēdite fratres, protulimus aliquid, in quo bene intelligenti bus soluta est quęstio. Sed nunquid cū celeriorib. tm̄ ambulamus viā? Et qui tardius ambulāt, non sunt relinquendi. Versemus hoc quib. possumus verbis, vt ad oēs perueniat. G
Puto. n. fratres, quia oīs homo solicitus est pro anima sua, q̄ nō sine causa intrat Ecclesiā, qui nō temporalia quęrit in Ecclesia, qui non ꝓpterea intrat vt transigat negocia secularia: sed iō intrat, vt aliqd sibi ęternū ꝓmissum teneat quo perueniat. Necesse est ergo cogitet, quēadmodū ambulet in via, ne remaneat, ne retro eat, ne aberret, ne claudicādo nō ꝓueniat. Qui ergo solicitus est, tardus nō sit, uelox sit, nō recedat de via. Hoc ergo dixi, qa q̄ natus est ex Deo, nō peccat. Fortasis secundū quoddā peccatū uoluit intelligi: nā erit aliter cōtrariū in loco, Si dixerimus quia peccatū nō habemus, nosipsos seducimus & veritas in nobis nō est. Sic ergo forte pōt solui quæstio. Est quoddā peccatū q̄ nō pōt admittere ille q̄ natus est ex Deo, & quo nō admisso soluūtur cętera, quo admisso cō firmātē cętera. Quod est hoc pctm̄? Facere cōtra mandatū Christi, cōtra testamentū nouū. Quod est mandatū nouū? Mandatū nouū do uobis, ut uos inuicē diligatis: qui facit contra charitatē & dilectionē fraternā nō audet gloriari & dicere natū se esse ex Deo: qui aūt in dilectione fraterna cōstitutus est, certa sūt peccata, q̄ nō pōt admittere, & hoc maximè ne oderit fratrē. Et quid de cęteris peccatis facit, unde dictū est, Si dixerimus, qa peccatū nō habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis nō est? Audiat securitatē de alio loco scripturæ, Charitas cooperit multitudinē pctōrū. Charitatē ergo cōmendamus, 1. Pet. 4.
charitatē cōmendat hæc epistola. Post resurrectionē dñs quid aliud interrogauit Petrū, nisi, Amas me? Et parū fuit semel interroga- H
re, & iterū nihil aliud, & tertio nihil aliud: Ioan. 21.
Cū iā tertio ille tędio afficeret, quasi nō sibi crediderit qūo qui nesciret qd in illo agere tur, tm̄ & primo & secundò & tertio hoc interrogauit. Ter negauit timore, ter cōfessus ē amore: Et ecce amat Petrus dñm. Quid præstaturus dño? Nō. n. & ipse nō turbatus est in Psal. 15.
ipso Psalmo. Quid retribuā dño pro omnibus quæ retribuit mihi. Qui. n. dicebat hæc in Psalmo, attendebat quāta sibi essent præ-

ſtita a dñino, & quęrebat quid retribueret dño, & nõ inueniebat: quicquid enim retribuere volueris, ab ipſo accepiſti quod reddas. Et quid inuenit quod retribuat? Quod, vt diximus fratres, ab ipſo acceperat, hoc inuenit quod retribueret. Calicẽ ſalutaris accipiã & nomẽ dñi inuocabo: Quis.n.illi dederat calicẽ ſalutarẽ, niſi ille cui volebat retribuere? Accipete aũt calicẽ ſalutarẽ, & inuocare nomẽ dñi, hoc eſt ſatiari charitate, & ita ſatiari, vt nõ ſolũ nõ oderis fratrẽ, ſed paratus ſis mori pro fratre. Perfecta iſta charitas eſt, vt paratus ſis mori pro fratre. Hanc ipſe dñs in ſe exhibuit, mortuus ꝓ oĩb. orãs ꝓ eis a ꝙb. crucifigebatur, & dicens: Pater ignoſce illis, qa neſciũt qd faciũt: ſed ſi ſolus hoc fecit, nõ erat magiſter, ſi diſcipulos nõ habebat. Secuti diſcipuli hoc fecerũt: lapidabatur Stephanus, & genuflexo ait: Dñe, ne ſtatuas illis hoc delictũ. Amabat à quibus occidebatur, quia pro ipſis moriebat: Audis Apoſtolũ Paulũ, Et ipſe, inquit, impendar ꝓ animab. veſtris. Inter illos.n. erat pro quibus Stephanus deprecabatur, qñ eorũ manibus moriebatur. Perfecta ergo charitas hæc eſt: ſiquis tantã habuerit charitatem, vt paratus ſit pro fratribus etiam mori, perfecta eſt in illo charitas. Sed nũquid mox vt naſcitur, iã prorſus perfecta eſt? Vt perficiatur, naſcitur: cũ fuerit nata, nutritur: cũ fuerit nutrita, roboratur: cum fuerit roborata, perficitur: cũ ad perfectionẽ venerit, quid dicit? Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrũ. Optabã diſſolui & eſſe cum Chriſto, multo magis optimũ: manere ĩ carne neceſſariũ propter vos. Propter vos volebat viuere, pro quibus paratus erat mori. Et vt noueritis, quia ipſa eſt perfecta charitas quã nõ violat, & in quã non peccat, qui natus eſt ex Deo, hoc dñs dicit Petro: Petre amas me? Et ille, Amo. Non dixit, ſi amas me, obſequere mihi. Qñ enim erat dñs in carne mortali, eſuriuit, ſitiuit. Et tpe quo eſuriebat & ſitiebat, ſuſceptus eſt hoſpitio, miniſtrarũt illi qui habuerũt de ſubſtantia ſua: ſicut legimus in Euangelio: Suſcepit eũ hoſpitio Zachæus, ſaluus factus eſt à morbo, ſuſcepto medico. Quo morbo? Auaritiç: erat.n. ditiſſimus & princeps publicanorũ. Attendite ſanatũ à morbo auaritiæ: Dimidiũ, inquit, bonorũ meorũ do pauperibus, & ſi cui aliquid tuli quadruplũ reddã. Ideo ſeruauit alterum dimidiũ, nõ quo frueretur, ſed vnde debita ſolueret. Suſcepit ergo tũc medicũ hoſpitio, quia erat infirmitas carnis in dño, cui hoc obſequiũ præberẽt hoſtes, & hoc, quia voluit præſtare obſequentib. obſequentibus n. proderat, non illi. Cui.n. angeli miniſtrabant, horũ obſequiũ requireret? Nec Elias ſeruus illius hoc neceſſariũ habebat aliqñ, cui panẽ & carnẽ per coruum mittebat, & tñ vt vidua religioſa benediceretur, mittitur ſeruus Dei, paſcitur a vidua, quẽ Deus in ſecreto paſcebat. Veruntñ q̃ q̃ de his ſeruis Dei ſibi prę-ſtent, qui eorũ indigentiã conſiderant, propter illã mercedẽ a dño in Euangelio poſitã manifeſtiſſime, Qui ſuſcipit iuſtum in noĩe iuſti, mercedẽ iuſti accipiet: qui ſuſcipit Prophetã in nomine Prophetæ, mercedẽ Prophetę accipiet: & qui dederit calicẽ aquæ frigidę vni ex minimis tantũ in noĩe diſcipuli, amen dico vobis, non perdet mercedẽ ſuã. Quanuis ergo ſibi prę-ſtent, qui hæc faciũt, tñ nec hoc poterat præberi aſcenſuro in cę-lũ. Quid illi poterat retribuere Petrus q̃ amabat illũ? Audi, Paſce oues meas. i. fac pro fratribus quod pro te feci. Oẽs ſanguine meo redemi, nolite dubitare mori pro veritatis confeſsione, vt cęteri vos imitentur: ſed hæc diximus fratres, perfecta charitas eſt, qui natus eſt ex Deo habet illã. Intendat charitas veſtra, videte quid dicã. Ecce accepit ſacramẽtũ natiuitatis homo. Baptizatus ſacramẽtum habet, & magnũ ſacramentũ, diuinũ, ſanctũ, ineffabile. Conſidera quale, vt nouum homi-nẽ faciat, dimiſsionẽ omnium pecccatorũ. Attendat tũ in cor, ſi perfectũ eſt ibi, quod ſactũ eſt in corpore videat ſi habeat charitatẽ, & tunc dicat, natus ſum ex Deo. Si aũt nõ habet, characterem quidẽ impoſitũ habet, ſed deſertor vagatur: habeat charitatẽ aliter nõ ſe dicat natũ ex Deo. Sed habeo, inquit, ſacramentum, audi Apoſtolũ: Si ſciam omnia ſacramenta, & habeã omnem fidẽ, ita vt mõtes trãſferam, charitatem aũt non habeam nihil ſum. Hoc ſi meminiſtis, cõmẽdauimus, cum iſtam epiſtolam legere inciperemus, nihil in ea nobis ſic cõmendari, qũo charitatẽ. Et ſi videtur alia & alia dicere, illo facit reditũ & ad ipſam charitatẽ omnia vult referre quæcunq; dixerit. Videamus ſi & hic hoc facit: attẽdite. Oĩs qui natus eſt ex Deo, nõ facit peccatũ. Quærimus quod peccatũ.

quia

quia si omne intellexeris, contrarius eris illi loco: Si dixerimus quia pctm̃ non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Ergo dicat q̃ pctm̃, doceat nos, ne forte ego temere dixi pctm̃ hoc esse violatio nẽ charitatis. Quia supra dixit, qui odit fratrẽ suum in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo eat, quia tenebræ excęcaue
A runt oculos eius. Sed forte aliquid dixit in posterioribus, & non nominauit charitatẽ, videte quia circuitus ille verborũ hũc habet finẽ, hunc habet exitũ. Omnis qui natus est ex Deo, non peccat, quia semen eius in ipso manet.) Semen Dei, i. verbũ Dei: vnde dicit
1. Cor. 4. Apostolus, per Euangeliũ ego vos genui. Et non põt peccare, quia ex Deo natus est.) Dic adhuc. Videamus in quo nõ põt peccare. In hoc manifestati sunt filij Dei & filij diaboli: Omnis qui non est iustus, non est a Deo, & qui non diligit fratrem suũ.) Certe iam manifestatũ est vnde dicat, & qui nõ diligit, inquit, fratrẽ suũ. Dilectio ergo sola discernit inter filios Dei & filios diaboli. Signẽt se oẽs signo crucis Christi: Rñdeant oẽs, Amen: Cãtent oẽs halleluia: Baptizent oẽs, intrent oẽs Ecclesias, faciant parietes basilicarũ, non discernuntur filij Dei a filijs diaboli nisi charitate. Qui habent charitatẽ, nati sunt ex Deo: qui nõ, nõ sunt nati ex Deo. Magnũ iudiciũ, magna discretio. Quicquid vis, habe, hoc solũ non habeas, nihil tibi prodest: alia si non habeas hoc habe, & implesti legẽ. Qui. n. di-
Rom. 13. ligit alterũ, legẽ impleuit, ait Apostolus: & plenitudo legis charitas. Puto istã margaritã
Mat. 13. esse illam. Homo negociator describitur in Euangelio, qui inuenit vnã margaritã, & vẽdidit omnia quæ habebat & emit eã: hæc est margarita prętiosa charitas, sine qua nihil ti-
B bi prodest quodcunq; habueris. Quam si solã habeas, sufficit tibi. Modo cum fide vides, tunc cum specie videbis: si. n. amamus cum non videmus, qũo amplectemur cum viderimus? Sed vbi nos debemus exercere? In amore fraterno: potes mihi dicere, non vidi Deũ, nunquid potes mihi dicere, nõ uidi hominẽ? Dilige fratrem. Si. n. fratrẽ quem uides dilexeris, simul uidebis & Deũ, quia uides ipsam charitatẽ, & intus inhabitat Deus. Qui nõ est iustus, nõ est ex Deo, & qui nõ diligit fratrem suũ. Quia hæc est annũciatio.) Vide qũo cõfirmat, Quia hæc est annũciatio quã audiuimus ab initio ut diligamus inuicẽ. Manifestauit nobis inde se dicere, cõtra hoc mãdatũ quisquis facit, in pctõ illo est scelerato, in q̃ incidunt, qui nõ nascũtur ex Deo. Non sicut Cain qui ex maligno erat occidit fratrẽ suum. & cuius rei gratia occidit? Quia opera eius maligna fuerunt, fratris vero eius iusta.) Gen. 4.
Ergo vbi est inuidia amor fraternus esse non põt. Intendat charitas uestra, qui inuidet nõ amat. pctm̃ diaboli est in illo, quia & diabo C
lus inuidẽdo deiecit: cecidit. n. & inuidit statim, nõ ideo voluit deijcere ut ipse staret, sed ne sosus caderet: Tenete in aĩo ex hoc q̃ subiecit, inuidiã non posse esse in charitate. Ha
1. Cor. 13 bes aperte cũ laudaretur ipsa charitas: Charitas nõ æmulatur. Nõ fuit charitas in Cain, & nisi esset charitas in Abel, nõ acciperet Deus sacrificiũ eius. Cũ. n. ambo obtulissent, ille de fructib. terræ, ille de fętib. ouiũ: quid putatis fratres, quia Deus fructus terræ neglexit, & fętus ouiũ dilexit? Non intendit Deus ad munus, sed in corde uidit: & quem uidit cũ charitate offerre, ipsius sacrificium respexit: quẽ uidit cũ inuidia offerre ab ipsius sacrificio oculos auertit. Opera ergo bona Abel, nõ dicit nisi charitatẽ: opera uero mala Cain nõ dicit nisi odiũ fraternũ. Parũ est, quia odit fratrẽ suũ & inuidit operib. bonis, quia imitari noluit, necare uoluit. Et hinc apparuit q̃ filius erat diaboli, & ille hinc apparuit iustus Dei. Hinc ergo discernũtur homines fratres mei: nemo attendat linguas, sed facta & cor. Si nõ bene faciat pro fratrib. suis, ostendit quid in se habeat: tentationibus probanẽ hoĩes. Nolite mirari fratres, si mũdus vos odit.) Nũquid sæpe uobis dicẽdũ est, quid est mundus? Non cęlũ, non terra, nec ista opera
D q̃ Deus fecit, sed dilectores mundi. Ista sæpe dicẽdo qbusdã onerosus sũ: sed vsqueadeo nõ frustra dico, ut aliqui interrogent an dixerim, & nõ rñdeant. Ergo uel inculcãdo hæ reat aliquid in cordibus audientiũ. Quid est mundus? mundus est, qñ in malo ponitur, di- *Mũdi significa. Ioan. 1.*
lectores mundi: mundus qñ in laude ponitur, cęlum & terra est, & quæ in his continentur opera Dei: unde dr̃, & mundus per eum factus est. Item mundus est plenitudo terræ, sicut dixit ipse Ioannes: Non solũ aũt nostrorũ propitiatio peccatorum est, sed & totius mundi: Mundi dicit omniũ fideliũ per orbẽ sparsorum: mundus autem in malo, amato-

res mundi sunt: qui amat mundũ, fratres amare non possunt. Si odit nos mundus: Nos scimus.) Quid nos scimus? Quia transiuimus de morte ad vitã.) Vnde scitis? Quia diligimus fratres.) Nemo interroget hominẽ: redeat vnusquisq; ad cor suum, si ibi inuenerit charitatem fraternã, securus sit, quia transijt
D à morte ad vitã, iam in dextera est. Non attẽdat quia modo gloria eius occulta est, cũ venerit dñs, tunc apparebit gloria eius: viget. n. sed adhuc in hyeme: viget radix, sed quasi aridi sunt rami. Intus est medulla quæ viget, intus sunt folia arborum, intus fructus, sed æstatem expectant. Ergo nos scimus quia trãsiuimus de morte ad vitã, quia diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte.) Ne putetis fratres leue esse odisse. Odisse, an diligere? Audi quid sequitur. Omnis qui odit fratrẽ suũ, homicida est.) Iã ergo si contẽnebat quisquã odiũ fraternũ, nunquid & homicidiũ in corde suo contẽpturus est? Nõ mouit manũ ad occidendũ hominẽ, homicida iam tenetur à dño. Viuit ille, & iste iã interfector indicatur, Omnis qui odit fratrẽ suũ, homicida est. Et scitis quia omnis homicida nõ habet vitã æternã in semetipso manentem. In hoc cognoscimus dilectionẽ.) Perfectionẽ dilectionis dicit, perfectionẽ illam, quã cõmendauimus. In hoc cognoscimus dilectio-
Ioan. 21. nẽ: Quia ille pro nobis animã suã posuit, & nos debemus animã pro fratribus ponere.) Ecce vnde veniebat, Petre amas me, pasce oues meas: nã vt noueritis fratres, quia sic ab eo pasci volebat oues suas, vt animã suã pro ouib. poneret, hoc illi continuo dixit: Cum iuuenis esses, præcingebas te, & ibas quo volebas: cũ aũt sueris senior, alius te pcinget, & tollet te, quò tu nõ vis. Hoc aũt dixit, ait Euãgelista, significans qua morte clarificaturus esset Deũ. Et cui dixerat, pasce oues meas, do
E ceret cũ ponere animã pro ouib. suis. Vnde incipit charitas fratres? Modicũ attẽdite quo perficiatur. Audistis ipsum finem & modum ipsum, & dñs in Euangelio cõmendauit, Ma-
Ioan. 15. iorem charitatẽ nemo habet, ait, quã vt animã suã ponat quis pro amicis suis. Perfectionẽ ergo eius ostendit in Euangelio, & hic cõmẽdata est eius perfectio: sed iterrogatis vos & dicitis nobis qñ possum habere istã charitatẽ? Noli cito de te desperare, forte nata est, sed nondũ perfecta est, nutri eam ne effoce-

sed dicturus es mihi, & vnde noui? Quo. n. perficiatur audiuimus, vnde incipiat audiamus: sequitur & dicit, Qui aũt habuerit facultates mundi, & viderit fratrem suũ esurientẽ, & clauserit viscera sua ab eo, qũo poterit dilectio Dei manere in eo?) Ecce vnde incipit charitas: si nondũ es idoneus mori pro fratre, iã idoneus esto dare de tuis facultatibus fratri. Iã percutiat viscera tua charitas vt nõ de iactantia facias, sed de intimo adipe misericordiæ vt consideres illũ in egestate positum. Si. n. superflua nõ potes dare fratri tuo, animã tuam potes dare pro fratre? Iacet pecunia in sinu tuo, quam tibi fures possunt auferre: & si illam nõ auferent fures, moriẽdo illã deseres, ẽt si te illa viuentẽ non deserat. Quid inde facturus es? Esurit frater tuus, in necessitate positus est, fortasis suspenditur, à creditore angustatur. Non habet ipse, habes tu, frater est, simul empti estis, vnũ est pretiũ vestrũ, ambo sanguine Christi redempti estis: vide si misereris, si habes facultates mundi. Quid ad me pertinet, forte dicis? Ego daturus sum pecuniã meam, ne ille molestiã patiatur. Si hoc tibi responderit cor tuũ, dilectio patris non in te manet. Si dilectio patris non in te manet, non es natus ex Deo, qũo ergo te gloriaris esse Christianum? Nomen habes, & factũ non habes: si aũt nomen secutũ fuerit opus, dicat te quisquam Paganum, tu factis ostende te Christianũ, nam si factis non ostendis te Christianũ, omnes te Christianũ vocent, quid tibi prodest nomen, vbi res non inuenitur? Qui aũt habuerit facultates mundi, & viderit fratrẽ suum egentem, & clauserit viscera sua ab eo, qũo põt dilectio Dei manere in eo? Et sequitur: Filioli, non diligamus verbo tñ & lingua, sed opere & ve-
G ritate.) Puto manifestatũ esse vobis magnum & necessariũ secretũ & sacrm, fratres mei: quid valet charitas? Omnis scriptura cõmendat. Sed nescio si alicubi amplius q̃ in ista Epistola cõmendetur. Rogamus vos & obsecramus in dño vt & illa quæ audistis, memoria teneatis, & ad ea quæ adhuc dicenda sũt donec finiatur ipsa Epistola, intenti veniatis, intenti audiatis. Aperite aũt corda ad semina bona, extirpate spinas, ne effocetur in vobis, q̃ seminatur, sed potius crescat seges, & gaudeat agricola, & horreũ vobis præparet tanquam frumentis, nõ ignem tanquam paleis.

Ioan.

De

De eo quod Ioannes dicit, Et in hoc cognoscimus quia ex veritate sumus, & coram ipso persuademus cordi nostro, qa si male senserit cor nostrũ, maior est Deus cor de nostro, & nouit omnia: vsq; ad id, In hoc cognoscitur spiritus Dei, Omnis spũs qui confitetur Iesum Christũ in carne uenisse, ex Deo est, Et omnis spiritus qui nõ confitetur Iesum Christũ in carne uenisse, non est ex Deo: & hic est antichristus, de quo audistis, qꝑ venturus sit, & nunc in ipso mundo est. Tract. VI.

I

SI meministis fratres hesternũ nos clausisse sermonẽ ad istam sniam, quæ sine dubio manere debuit & debet in corde vestro, quia ipsam nouissimã audistis: Filioli non diligamus verbo tantũ & lingua, sed opere & veritate: deinde sequitur: Et in hoc cognoscimus, quia ex veritate sumus & corã ipso persuademus cordi nostro, quia si male senserit cor nostrũ, maior est Deus corde nostro & nouit omnia.) Dixerat: non diligamus verbo tm̃ & lingua, sed opere & veritate. Quæritur à nobis, in quo opere & ĩ qua veritate agnoscitur qui diligit Deũ, vel qui diligit fratrem suũ. Iam superius dixerat quousq; charitas perficiatur, qꝑ & dñs in Euangelio ait, Maiorem hac nemo habet charitatem, quam vt animã suam ponat quis pro amicis suis. Et iste hoc dixerat: sicut ille animã suã pro nobis posuit, debemus & nos animã pro fratribus ponere. Hæc est perfectio charitatis, & maior omnino nõ poterit inueniri: sed quia non in omnib. perfecta est, & desperare non debet, & in quo perfecta non est, si iam nata est, qua perficiatur, & vtiq; si nata est, nutriẽda est, & quibusdã suis nutrimentis ad perfectionẽ propriã producẽda. Quæ siuimus inchoationẽ charitatis unde incipiat, & ibi cõtinuo inuenimus: siquis habet facultatẽ mundi, & uiderit fratrẽ suum egentem, & clauserit viscera sua aduersus eum, qũo dilectio patris manet in eo? Ergo hic incipit ista charitas fratres, vt de suis superfluis tribuat egenti in angustijs aliquibus constituto: ex eo qꝑ sibi abundat secundũ tẽpus a tribulatione temporali liberat fratrem. Hinc exordiũ est charitatis, Hanc ita cẽptã si verbo Dei & spe futuræ vitæ nutrieris, peruenies ad illã perfectionẽ, ut paratus sis animã tuã ponere pro fratribus tuis: sed quia multa talia fiunt ab his qui alia quærunt, & qui fratres nõ amant, reuocemur ad testimonium conscientię. Vnde probamus, quia talia multa fiunt ab his qui fratres non amant? Quam multi se in hæresibus & schismatibus martyres dicunt. Videntur sibi animã ponere pro fratrib. suis: si pro fratribus animã ponerent, non se ab uniuersa fraternitate separarẽt. Item quã multi sunt qui iactantiæ causa multa tribuunt, multa donant, & non ibi quærunt nisi laudem humanam & gloriã popularem, plenã ventis, nulla stabilitate solidatam. Quia ergo sunt tales, vbi probanda erit charitas fraterna? Quia uoluit illã probari, ait admonens: Filioli, non diligamus uerbo tm̃ & lingua, sed opere, & ueritate. Quærimus, in quo opere? in qua ueritate? Potest esse manifestius opus q̃ tribuere pauperibus? Multi hoc iactantia faciunt, nõ dilectione. Potest esse maius opus q̃ mori pro fratribus? Et hoc multi putari volũt facere iactantia nominis cõparandi, non uisceribus dilectionis. Restat ut ille diligat fratrem, qui ante Deũ ubi solus uidet cordi suo persuadet, & interrogat cor suum an uere propter fratrũ dilectionẽ hoc faciat, & perhibet illi testimoniũ oculus qui penetrat cor, quò homo attendere non põt. Ideo Paulus Apostolus quia paratus erat mori pro fratribus, dicebat: Ipse impẽdar pro animabus vestris: tm̃ quia Deus videbat in corde ipsius, non homines quibus loquebatur, ait illis: Mihi autẽ minimũ est, ut a uobis iudicer, aut ab humano die. Et ostẽdit ẽt ipse quodam loco, quia solent ista fieri inani iactantia, non firmamento charitatis: ait. n. cũ de ipsius charitatis cõmendatione loqueretur, Si distribuero oĩa mea pauperibus, & tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem aũt non habeã, nihil mihi prodest. Potest. n. quisquam hoc facere sine charitate? Potest, nã qui non habent charitatẽ, diuiserunt unitatẽ. Quærite ibi, & uidebitis multos multa tribuere pauperibus: uidebitis alios paratos ad suscipiendã mortem, ita ut desistente persecutore, seipsos præcipitent. Isti sine dubio sine charitate hoc faciũt. Reuocemur ergo ad conscientiã, de qua dicit Apostolus: Nã gloria nostra hæc est, testimoniũ cõscientiæ nostræ: Reuocemur ergo ad conscientiã, de qua item dicit: Opus aũt suum probet unusquisque & tunc in semet-

I.

Ioan. 15.

K

M

2. Co. 12.

1. Cor. 4.

1. Co. 13.

2. Co. 12.

ipso

ipso tantum gloriã habebit,& non in altero.
Gal. 6. Opus ergo suũ probet vnusquisq; nostrum, vtrũ de vena charitatis emanet, vtrũ de radice dilectionis rami bonorum operum pullulent, Opus aũt suum probet vnusquisq; ait, & tunc in semetipso gloriá habebit, & nõ in altero, non qñ illi perhibet testimonium lingua aliena, sed qñ perhibet conscientia propria. Hoc ergo hic cõmendat. In hoc cognoA uimus quia ex veritate sumus, qñ opere & veritate, non verbis tñ, & lingua diligimus: & corã ipso persuademus cordi nostro. Quid est coram ipso? Vbi ipse videt: vnde ipse dñs
Mat. 6. in Euangelio. Cauete, inquit, facere iustitiam vestrã corã hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedẽ non habebitis apud patrẽ vestrũ qui in cęlis est, & quid est, Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: nisi quia dextera tua pura conscientia est, sinistra mũdi cupiditas? Multi per cupiditatem mundi multa mira faciunt, sinistra operatur, nõ dextera. Dextera debet operari, & nesciente sinistra, vt nec miscеat se cupiditas seculi, qñ aliqd boni de dilectione operamur. Et vbi hoc cognoscimus? Ante Deum es, interroga cor tuum, vide quid feciſti, & quid ibi appetisti, salutem tuã an laudem humanam ventosam intus vide, nam homo iudicare non potest, quem videre nõ potest. Si persuademus cordi nostro, coram illo persuadeamus: quia si male sentiat cor nostrũ, i. accuset nos intus, quia non eo animo facimus quo faciendum sit, maior est Deus corde nostro, & nouit omnia. Cor tuum abscondis ab homine, à Deo absconde si potes. Qũo abscondis ab eo, cui dictum est, a peccatore quodã timente & cõfitente: Quò ibo a spiritu tuo, & a facie tua
Psal. 138. quò fugiam? Quærebat qua fugeret & euaderet iudiciũ Dei, & non inueniebat. Vbi enim non est Deus? Si ascendero, inquit, in cęlum ibi es: si descendero ad infernũ, ades. Quò iturus est? Quò fugiet? Vis audire consiliũ, si vis ab illo fugere, ad ipsum fuge. Ad ipsum fuge
B confitendo, nõ ab ipso latendo: latere.n. non
Psal. 31. potes, sed cõfiteri potes. Dic illi. Refugium meũ es tu, & nutriatur in te dilectio, quæ sola perducit ad vitã: Perhibeat tibi testimoniũ cõscientia tua, quia ex Deo est. Si ex Deo est, noli illã velle ante homines ponere, quia nec laudes hominũ te leuant in cęlũ, nec vituperationes inde te deponũt. Ille videat qui coronat, ille sit testis quo vidente coroneris: maior est Deus corde tuo, & nouit omnia. Dilectissimi, & si cor male non senserit, fiduciã habemus ad Deũ.) Quid est, si cor non male senserit? Verũ nobis responderit, quia diligimus, & germana dilectio est in nobis, non ficta, sed lyncera, salutẽ fraternã quęrẽs, nullum emolumentũ expectans a fratre, nisi C salutẽ ipsius. Fiduciam habemus ad Deum, & quicquid postulauerimus accipiemus ab eo, quia mandata eius seruamus.) Ideo nõ in conspectu hominũ, sed vbi ipse Deus videt in corde: Fiduciã ergo habemus ad Deum, & quicquid postulauerimus ab eo, accipiemus. Sed qui? Qui mandata eius seruamus. Quæ sunt mandata eius? Nunquid semper repetendũ est? Mandatũ nouũ do vobis, vt vos
Ioan. 13. inuicẽ diligatis. Ipsam charitatẽ loquitur, ipsam cõmendat. Quisquis ergo habuerit charitatem fraternã, & coram Deo habuerit, vbi Deus videt, corq; eius interrogatum sub iusto examine, non ei aliud responderit, quam germanã ibi esse radicem charitatis, vnde boni fructus existãt, habet fiduciam apud Deũ, & quicquid postulauerit ab eo accipiet, qa mandata eius seruat. Incurrit quæstio quædam, quia non ille aut ille homo, aut tu aut ego, qui si petiero aliquid a dño Deo nostro & non accepero, facile de me potest dicere vnusquisq;, non habet charitatẽ, & de quolibet homine huius tẽporis facile dici potest. Et sentiat quis qp vult homo de homine, maiorem quæstionem non faciunt, nisi illi viri, quos sanctos constat fuisse cum scriberent, & modo esse cũ Deo. Quis habet charitatẽ, si eam Paulus non habebat qui dicebat: Os
2. Cor. 6. nostrum patet ad vos ò Corinthij, cor nostrũ dilatatum est, non angustamini in nobis:
2. Co. 12. qui dicebat, Impẽdar pro animabus vestris, & tanta gratia in illo erat, vt manifestaretur D eũ habere charitatẽ? Inuenimus eum tñ petisse & non accepisse. Quid dicimus fratres? Quæstio est, intenti estote ad Deum, magna & ista quæstio est, qũo de peccato vbi dictũ est: qui natus est ex Deo non peccat. Inuenimus hoc esse pctũ violare charitatẽ, & hoc
1. Co. 1 proprie designatum esse in hoc loco. Sic & nunc quærimus quid dixerit, si. n. verba attendis, planũ vr: si exempla, obscurũ est. Verbis his nihil est planius: & quicquid postulaueri mus accipiemus ab eo, quia mãdata eius seruamus.

Ioan

tiamus. Et quę placent illi in conſpectu eius facimus.) Quicquid poſtulauerimus ait, accipiemus ab eo. Anguſtauit vehementer, qa & ibi anguſtaret ſi diceret omne peccatum: ſed ideo inuenimus locū exponendi quia de certo peccato dixit, non de oī, ſed de quodā peccato, quod omnis qui ex Deo natus eſt non facit. Et inuenimus ipſum quoddā peccatū violationem eſſe charitatis. Et habemus
Ioan.15. exemplū de Euangelio manifeſtū qñ ait dñs: Si nō veniſſem, peccatū non haberent. Quid
E ergo? Ad innocētes Iudęos venerat quia ſic loquitur? Ergo ſi ipſe non veniret, peccatum nō haberent? Prętentia ergo medici fecit ęgrum, febrem non abſtulit? Quis hoc vel demens dicat? Ille non venit niſi curare & ſanare ægrotos. Quare ergo dixit, ſi nō veniſſem peccatū non haberent: niſi quia certum quoddā peccatū voluit intelligi? Quoddam enim peccatū nō haberent Iudaei. Quod peccatū? Quod in eū non crediderunt, qp præſentē contēpſerunt. Sicut ergo ibi peccatum dixit, non eſt conſequens vt omne peccatū intelligamus, ſed certū peccatū: ſic & hic non omne peccatū, ne contrarius ſit illi loco vbi ait: Si dixerimus quia peccatū nō habemus, noſmetipſos ſeducimus, & veritas in nobis nō eſt: ſed certū quoddā peccatū. i. violationē charitatis. Hic aūt plus nos conſtrinxit. Si petierimus dixit, ſi nos non accuſauerit cor noſtrū & renunciauerit in conſpectu Dei, quia vera dilectio eſt in nobis, quicquid poſtulauerimus ab eo accipiemus. Iā ergo dixi charitati veſtræ fratres, nemo attēdat ad nos. Quid. n. ſumus nos? Aut quid eſtis vos? Quid niſi eccleſia Dei, quæ nota eſt omnibus? Et ſi illi placet, in illa ſumus: & qui dilectione in illa manemus, ibi perſeueremus, ſi volumus oſtendere dilectionē quā habemus: Veruntū de Apoſtolo Paulo quid mali ſenſuri ſumus?
F Ipſe nō diligebat fratres? Apud ipſum non erat teſtimoniū conſciētię eius in cōſpectu Dei? Non erat in Paulo radix illa charitas, vn de omnes boni fructus procedebant? Quis hoc niſi demēs dixerit? Vbi ergo inuenimus
2.Co.12. petiſſe Apoſtolū & nō accepiſſe? Ait ipſe: In magnitudine reuelationū ne extollar, datus eſt mihi ſtimulus carnis angelus ſatanę qui me colaphizet, propter quod ter dñm rogaui vt auferretur a me, & dixit mihi, Sufficit tibi gra mea: nā virtus in infirmitate perficit. Ecce non eſt exauditus vt auferretur ab illo angelus ſatanæ, ſed quare? Quia non ei proderat. Ergo exauditus eſt ad ſalutē, qui nō eſt exauditus ad voluntatē. Nouerit magnū ſacramentū charitas veſtra, quod ideo cōmendauimus vobis, ne excidat vobis in tentatio G
nibus veſtris. Sancti ad ſalutē per oīa exaudiuntur: ſemper exaudiuntur ad ſalutē æternā: ipſam deſiderāt, quia ſecundū hanc ſemper exaudiuntur: ſed diſcernamus exauditiones Dei. Inuenimus. n. quoſdā nō auditos ad voluntatē, exauditos ad ſalutē: & rurſus quoſdā inuenimus exauditos ad voluntatē, & nō exauditos ad ſalutē. Hoc diſcernite, hoc tenete exēplū eius qui nō eſt exauditus ad voluntatē, ſed exauditus ad ſalutē: audi Apoſto
1.Co.12. lū Paulū, nā ipſam exauditionē oſtendit illi Deus, ſufficit tibi, inquit, gratia mea, nā virtus in infirmitate perficitur. Rogaſti, clamaſti, ter clamaſti, ipſum ſemel quod clamaſti audiui, nō auerti aures meas a te, noui quid faciā: tu vis auferre medicamentū quo vteris, ego noui infirmitatē qua grauaris: ergo iſte ad ſalutē exauditus eſt, ad voluntatē nō exauditus. Quos inuenimus exauditos ad voluntatem, nō exauditos ad ſalutē? Inuenimus putamus aliquē nequā aliquē impiū exauditū à Deo ad voluntatē, non exauditū ad ſalutē? Si alicuius hominis exemplū poſuero, forte dicturus es mihi, Tu illum dicis iniquum, nam iuſtus erat: ſi iuſtus non eſſet, a Deo nō exaudiretur. Talē propoſiturus ſum de cuius iniquitate & impietate, nemo dubitet: diabolus ipſe petijt Iob & accepit: nōne
Iob. 1. & hic de diabolo audiſtis, Quia qui facit peccatū ex diabolo eſt? Nō quia ille creauit, ſed qa iſte imitat. Nōne de illo dictū eſt, In veritate nō ſtetit? Nōne ipſe eſt antiquus ille ſerIob. 8.4 pēs q per fęminā venenū primo hoī propiGen.3. nauit? Qui & ipſi Iob fęminā propterea ſeruauit, per quā maritus nō cōſolaretur, ſed tētaretur. Ipſe diabolus petijt ſanctū virū tentandū, & accepit, Petit Apoſtolus vt auferretur ab eo ſtimulus carnis, & nō accepit: ſed Apoſtolus magis exauditus eſt quā diabol⁹. Apoſtolus. n. exauditus eſt ad ſalutē, & ſi nō
H ad voluntatē. Diabolus exauditus eſt ad voluntatē, ſed ad dānationē: iō. n. conceſſus eſt iſte tentandus, vt eo probato eſſet ille crucīādus. Sed hęc frēs nō tm in veterib. libris inuenimus, ſed & in Euangelio inuenimus. Petierunt

runt dęmones à dño cum eos excluderet ab hoíe, vt ire permitterentur in porcos. Nõ ne his poſſet dicere dñs, vt nec illuc accẽderẽt? Nõ.n.ſi nollet, rebellaturi erãt cõtra regẽ cęli & terrę, certi tamen myſterij gratia & certa diſpẽſatione dimiſit dęmones ire in porcos, vt oſtẽderet diabolũ in eis dominari q̃ vitã porcorũ gerũt. Dęmones ergo exauditi ſunt, Apoſtolus non exauditur? An potius q̃ verius eſt dicamus immo Apoſtolus exauditus eſt: dęmones non ſunt exauditi. Illorum volũtas facta eſt, huius ſanitas perfecta eſt. Secũdũ hoc intelligere debemus, quia Deus etſi voluntati noſtræ non dat, ſaluti dat. Quid ſi.n.hoc petieris quod tibi obeſt, & medicus nouit quia obeſt tibi, nõ.n.te exaudiuit medicus, q̃ſ forte tu frigidã aquã petis: etſi prodeſt, ſtatim dat, ſi non prodeſt, nõ dat, nõ exaudiuit, an potius ad ſanitatẽ exaudiuit, quia volũtati cõtradixit? Sit ergo in vobis charitas fratres, ſit in vobis, & ſecuri eſtote: & q̃ſ nõ vobis datur quod petitis, exaudimini, ſed nõ ſcitis. Multi dati ſunt in manus ſuas malo ſuo, de quibus dicit Apoſtolus, Tradidit eos Deus in deſideria cordis eorũ. Petit aliquis magnã pecuniã, accipit malo ſuo: q̃ſ illã nõ habebat, parũ timebat: habere cępit, pręda factus eſt potẽtiori. Nonne malo ſuo exaudi tus eſt, qui voluit habere vnde à latrone quę reretur, quẽ pauperẽ nemo quærebat? Diſcite rogare Deũ, vt medico cõmittatis, quod ipſe nouit faciat. Tu morbum cõfitearis, ille medicamẽtũ adhibeat. Tu tm̃ charitatẽ tene: nã ſi ille ſecare te vult, vrere te vult: tu ſic clamas & nõ exaudiris in ſectione, in vſtione & tribulatione, nouit ille quouſq; putre eſt. Tu iã vis reuocet manus, & ille vulneris ſinũ attendit, ſcit quouſq; perueniat, nõ te exaudit ad volũtatẽ, ſed exaudit ad ſalutẽ. Certi eſtote fratres mei, quia q̃ ait Apoſtolus verũ eſt, Quid.n.oremus ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe ſpũs interpellat pro nobis gemitib. inenarrabilibus, q̃a ipſe interpellat pro ſanctis. Quid eſt, ipſe ſpũs interpellat pro ſanctis, niſi ipſa charitas, quæ in te per ſpiritũ facta ẽ? ideo enim dicit idẽ Apoſtolus, Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũſanctũ qui datus eſt nobis, charitas ipſa gemit, charitas ipſa orat: cõtra hanc aures claudere nõ nouit qui illã dedit: ſecurus eſto, charitas roget, & ibi ſunt aures Dei: non fit q̃ vis, ſed fit quod tibi expedit, ergo quicquid poſtulauerimus nũquid accipiemus ab eo? Iã dixi, ſi ad ſalutem intelligas, nulla quæſtio eſt: ſi nõ ad ſalutẽ, quæſtio eſt magna, quæ te calũniatorẽ dicẽti Paulo Apoſtolo facit, Quic quid poſtulauerimus accipiemus ab eo, q̃a mãdata eius ſeruamus: & quæ placẽt illi, in cõſpectu eius facimus: in cõſpectu eius intusvbi videt. Et quę illa mãdata ſunt? Hoc eſt inquit, mãdatũ illius, vt credamus in noíe filij eius Ieſu Chriſti, & diligamus inuicem.) Videtis quia hoc eſt mandatũ, videtis quia cõtra hoc mandatũ qui facit, peccatũ facit, quo caret oĩs qui natus ex Deo. Sicut dedit nobis mandatũ, vt diligamus inuicẽ, & qui ſeruauerit mandatũ eius.) Videtis q̃a nihil aliud nobis p̃cipitur, niſi vt diligamus inuicẽ. Et qui ſeruauerit mandatũ eius, in ipſo manebit, & ipſe in eo: & in hoc cognoſcimus quia manet in nobis de ſpiritu quę dedit nobis.) Nõne manifeſtũ eſt, quia hoc agit ſpiritusſanctus in hoíe, vt ſit in illo dilectio & charitas? Nõne manifeſtũ eſt q̃ ait Apoſtolus, Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus nr̃is per ſpiritũſanctũ qui datus eſt nobis? De charitate.n. loquebat & dicebat, quia in cõſpectu Dei debemus interrogare cor noſtrum. Q̃d ſi nõ male ſenſerit cor noſtrũ.i.ſi cõfitetur quia de dilectione fratris ſit q̃cquid fit, in bono opere fit. Acceſsit ẽt q̃ de mandato cũ diceret, hoc ait, hoc eſt mandatũ eius, vt credamus in noíe filij Ieſu Chr̃i, & diligamus inuicẽ: & qui facit mandatũ eius, in ipſo manet, & ille in eo. In hoc cognoſcimus q̃a manet in nobis, de ſpũ quẽ dedit nobis. Si.n.inueneris te habere charitatẽ, habes ſpiritũ Dei ad intelligendũ: valde.n.neceſſaria res eſt. Primis tẽporib. cadebat ſuper credẽtes ſpũſanctus, & loquebant linguis quas nõ didicerãt, qũo ſpiritus dabat eis pronũciare. Signa erãt tempori opportuna: oportebat enim ita ſignificari in omnib. linguis ſpiritũ ſanctũ, quia Euangeliũ Dei per omnes linguas curſurũ erat toto orbe terrarũ: ſignificatũ eſt illud & tranſijt. Nunquid modo quib. imponitur manus, vt accipiant ſpiritũſanctum, hoc expectatur vt linguis loquantur? Aut q̃ impoſuimus manũ iſtis infantib. attẽdit vnuſquiſq; veſtrũ vtrũ linguis loqueretur? Et cũ videret eos linguis non loqui, ita peruerſo corde aliquis veſtrũ fuit vt diceret:

non

I

K

L

M

Rom. 1.

Rom. 8.

Rom. 5.

Rom. 5. Ca. 11

Ioan. 7.

non acceperunt isti spm̃ sanctum, nam si accepissent, linguis loquerétur quemadmodũ tunc factum est? Si ergo per hæc miracula nõ fiat modo testimoniũ præsentiæ spiritus sancti, vnde fit, vnde cognoscit quisq; accepisse se spm̃ sanctum? Interroget cor suum si diligit fratrẽ, manet spiritus Dei in illo: videat, probet seipsum corã oculis Dei: videat si est in illo dilectio pacis vnitatis, dilectio Ecclesiæ toto terrarũ orbe diffusæ. Nõ attendat eũ M solum diligere fratrẽ quem attendit ante se: multos.n. non videmus fratres nostros, & in vnitate spiritus illis copulamur. Quid mirũ quia nobiscũ non sunt? In vno corpore sumus, vnũ caput habemus ĩ cęlo. Fratres, oculi nostri non se vident, quasi non se norunt, an in charitate cõpaginis corporalis non norunt se? Nã, vt noueritis, quia in coniũctione charitatis se nouerunt, qñ ambo patent, non licet vt aliquid attendat dexter, q̃ non attendat finister. Dirige radiũ dextrũ sine altero si potes, simul coeunt, simul dirigunt, intentio vna est, loca diuersa sunt. Si ergo oĩs qui tecũ diligit Deũ, vnã intentionẽ tecũ habet, noli attendere quia corpore & loco separatus est, aciem cordis simul fixistis in lumine veritatis. Ergo si vis nosse quia accepisti spm̃ sanctum, interroga cor tuũ, ne forte cum sacr̃m habes, virtutẽ sacramenti non habeas, Interroga cor tuũ, si est ibi dilectio fratris, securus esto. Non potest esse dilectio sine spiritu Dei, quia Paulus clamat, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spm̃ sanctũ qui datus est nobis. Dilectissimi, nolite omni spiritui credere.) quia dixerat, in hoc cognoscimus quia manet in nobis, de spiritu quẽ dedit nobis: vnde aũt cognoscitur ipse spiritus attendite, Dilectissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt.) Quis est qui probat spiritus? Difficilẽ rẽ no A bis proposuit fratres mei: bonũ est nobis vt dicat ipse vnde discernamus, dicturus est, ne formidetis, sed primo videte, attẽdite. Videte hinc exprimi illud, vnde vani hæretici calũniantur: attẽdite, videte quid ait, Dilectissimi nolite omni spiritui credere, sed ꝓbate spũs si ex Deo sunt. Spũs sanctus noĩe aquæ appellatus est in Euangelio, dño clamante, Siquis sitit, veniat ad me & bibat, qui credit in me, flumina aquæ viuæ fluent de ventre eius. Euã gelista aũt exposuit vnde diceret, secutus.n. ait, Hoc aũt dicebat de spiritu quẽ accepturi erant qui in eũ erant crediturĩ: quare nõ multos baptizabat dñs. Sed q̃ sequitur attendite, Spũs aũt nondũ erat datus, quia Iesus nondũ fuerat glorificatus. Quia ergo illi baptismũ habebant, & spm̃ sanctũ nondũ acceperant, quẽ die Pentecostes misit dñs de cęlo, vt daretur spiritus, expectabatur glorificatio dñi. B Et antequã clarificaretur, & antequam mitteret eũ, inuitabat tñ homines, vt se præpararẽt ad accipiendã aquam, de qua dixit, qui sitit, veniat & bibat, & qui credit in me, flumina aquæ viuæ fluent de ventre eius. Quid est illa aqua? Nemo me interroget, Euangeliũ interroga, hoc aũt dicebat, ait, de spiritu quẽ accepturi erant hi qui in eum erant crediturĩ. Aliud est ergo aqua sacrĩ, aliud aqua quæ significat spm̃ Dei. Aqua sacrĩ visibilis ẽ, aqua spiritus inuisibilis est: ista abluit corpus, & significat q̃ fit in anima, per illum spm̃ ipsa anima mundatur & saginatur, Ipse est spiritus Dei, quẽ non possunt hãbere hæretici, & quicunq; se ab Ecclesia præcidũt. Et quicũq; non aperte præciduntur, sed per iniquitatem præcisi sunt, & intus tanq̃ palea voluuntur, & grana non sunt, nõ habent istum spm̃. Iste spiritus nomine aquæ a dño significatus est, & audiuimus ab hac Epistola, Nolite omni spiritui credere: attestantur illa verba Salomonis, Ab aqua aliena abstine te. Quid est aqua? Spiritus. Nunquid semper aqua spiritũ significat? non semper. Quibusdam locis spiritum significat, quibusdã locis baptismum significat, quibusdã locis populos significat, quibusdã locis cõsiliũ significat. Habes quodã loco dictũ. Fõs vitæ consiliũ posidentib. eũ: ergo per diuersa loca scripturarũ nomen aquæ diuersa significat. Nunc tñ in nomine aquæ spm̃ sanctum audistis, non ex interpretatione nostra, sed ex Euãgelica, vbi ait, Hoc aũt dicebat de spiritu quẽ erant accepturi hi qui in eũ erant crediturĩ. Si ergo aquæ nomine significatur spũs sanctus, & dicit nobis epistola sua, nolite oĩ spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt, intelligamus inde C dictũ esse, ab aqua aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis. Quid est de fonte alieno ne biberis? Spiritui alieno ne credideris. Restat ergo examen vnde probet quia spũs Dei est. Posuit quidẽ signũ, & hoc fortasse difficile. Videamus tñ, ad illã charitatẽ redituri sumus.

Rom. 5. Ca. IIII

Ioan. 7.

Prou. 5. Aquæ significata. Prou. 16

Ioan. 7.

Prou. 5.

mus. Ipsa est quæ nos docet, quia ipsa est vnctio, tñ hic quid ait? Probate ſpūs ſi ex Deo ſunt. Quia multi pſeudoprophetæ exierūt in iſtum mundū.) Iam ibi ſunt oēs ſchiſmatici. Qūo ergo probabo ſpūm? ſequitur, In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei.) Erigite aures cordis: laborabamus & dicebamus, Quis nouit? quis
E diſcernit? ecce dicturus eſt ſignū, In hoc cognoſcitur ſpūs Dei, oīs ſpiritus qui cōfitetur Ieſum Chriſtū in carne veniſſe ex Deo eſt. Et omnis ſpūs qui non cōfitetur Ieſum Chriſtū in carne veniſſe, nō eſt ex Deo. Et hic eſt antichriſtus, de quo audiſtis ꝙ venturus ſit, & nunc in iſto mundo eſt. Quaſi eriguntur aures ad diſcernendos ſpiritus, & tale quiddā audiuimus vnde nihilominus non diſcernamus. quid.n. ait, Oīs ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtū in carne veniſſe, ex Deo eſt? ⁊Ergo ſpūs ꝙ eſt apud hęreticos ex Deo eſt,⁊ quia confitentur Ieſum Chriſtū in carne veniſſe. Iā hic erigunt ſe forte aduerſum nos & dicunt, vos non habetis ſpm̄ ex Deo, ſed & nos qui confitemur Ieſum Chriſtū in carne veniſſe: iſte aūt illos negauit ſpm̄ Dei habere, qui non confitentur Ieſum Chriſtū in carne veniſſe. Quære ab Arrianis, confitentur Ieſum Chriſtū in carne veniſſe, Quære ab Eunomianis, confitentur Ieſum Chriſtū in carne veniſſe. Quære à Macedonianis, confitentur Ieſum Chriſtū in carne veniſſe. Interroga Cataphrygas, confitentur Ieſum Chriſtū in carne veniſſe. Interroga Nouatianos, confitentur Ieſum Chriſtū in carne veniſſe. oēs ergo iſtæ hæreſes ſpm̄ Dei habent, non ergo pſeudoprophetæ ſunt? nulla eſt ergo ibi deceptio, nulla ſeductio? Certe antichriſti ſunt, qui ex nobis exierunt, ſed nō erant ex nobis. Quid ergo facimus? vnde diſcernimus? Intendite, eamus ſimul corde, & pulſemus. Vigilat ipſa charitas, quia ipſa pulſatura, ipſa aperturF ra, modo intelligetis in noīe dñi noſtri Ieſu Chriſti: iā ſuperius audiſtis, ꝙ dictū eſt, Qui negat Ieſum Chriſtū in carne veniſſe, hic eſt antichriſtus. Et ibi quęſiuimus, quis neget, ꝙ nec nos negamus, nec illi negant. Et inuenimus quoſdā factis negare, & adhibuimus te ſtimoniū de Apoſtolo, qui ait, Cōfitentur. n. Ad Titū. ſe noſſe Deū, factis aūt negant. Sic ergo & modo quæramus in factis, non lingua, quis eſt ſpūs qui nō eſt ex Deo, qui negat Ieſum Chriſtū in carne veniſſe: & quis eſt ſpiritus qui eſt ex Deo, qui confitetur Ieſum Chriſtū in carne veniſſe? Eia fratres, opera attendamus, non ſtrepitū linguæ. Quæramus quare venerit in carne Chriſtus, & inuenimus qui eū negant in carne veniſſe. Nā ſi linguas attēdas, multas hæreſes auditurus es confitentes Chriſtū in carne veniſſe: ſed conuincit illos Ioan. 1. veritas. Quare venit Chriſtus in carne? Nōne Deus erat? Nonne de illo dictum eſt, In principio erat verbū, & verbū erat apud Deū, & Deus erat verbū? Nonne ipſe paſcebat angeG los, & ipſe paſcit angelos? Nonne ſic huc venit vt inde non diſcederet? Nonne ſic aſcendit vt nos non dimitteret? Quare venit ergo in carne? Quia oportebat nobis oſtendi ſpē reſurrectionis. Deus erat, & in carne venit: Deus. n. mori non poterat, caro poterat, ideo ergo venit in carne vt moreretur pro nobis. Quemadmodū aūt mortuus eſt pro nobis? Maiorem hac charitatē nemo habet, quā vt Ioan. 15. animam ſuam ponat pro amicis ſuis. Charitas ergo illū duxit ad carnem. Quiſquis ergo non habet charitatē, negat Chriſtum in carne veniſſe. Nunc iā interroga omnes hæreticos Chriſtus venit in carne? Venit, hoc credo, hoc profiteor. Imo hoc negas. Vnde nego? Audis quia hoc dico, imo ego cōuinco ꝙ negas. Dicis voce, negas corde, dicis verbo, negas factis. Qūo iquis, nego factis? Quia ideo venit in carne Chriſtus vt moreret̄ pro nobis. Ideo mortuus eſt pro nobis, quia charitatē multā docuit: Maiorē hac charitatem nemo habet, q̄ vt animā ſuā ponat pro amicis ſuis. Tu nō habes charitatē, quia ꝓ honore tuo diuidis vnitatē. Ergo hunc intelligite ſpm̄ ex Deo, pulſate, tangite vaſa fictilia, ne forte crepuerint & male reſonēt. Videte ſi integre ſonant, videte ſi ibi eſt charitas. Tollis te ab vnitate orbis terrarū, diuidis Eccleſiā ꝓ ſchiſmata, dilanias corpus Chriſti. Ille venit ī carne vt colligat, tu ideo clamas vt ſpargas. Ergo ipſe eſt ſpūs Dei qui dicit Ieſū in carne veniſſe: qui dicit nō lingua, ſed factis, ꝙ dicit H nō ſonando, ſed amando. Ille aūt non eſt ſpiritus Dei qui negat Ieſū in carne veniſſe: negat & ipſe nō lingua, ſed uita, nō uerbis, ſed factis. Manifeſtatū ergo unde agnoſcam? fratres. Multi intus quaſi intus, nemo aūt foris, niſi vere foris, adeo ut noueritis quia ad facta retulit Et omnis ſpiritus ait, qui ſoluit Chriſtum non eſt ex Deo.) Soluere factis intelligitur.

gitur. Quid tibi ostēdit qui negat quia dixit, soluit? Ille venit colligere, tu venis soluere. Distingere vis mēbra Christi. Quō nō negas Christū in carne venisse, qui dirūpis Ecclesiā quā ille congregauit? Contra Christū ergo venis, antichristus es. Intus sis, foris sis, antichristus es, Sed qñ intus es, lates: qñ foris es, I manifestaris, Soluis Iesum, & negas eū in carne venisse, non es ex Deo: ideo dicit in Euāgelio, Qui soluerit vnū de mandatis istis minimis, & docuerit sic, minimus vocabitur *Mat.5.* in regno cęlorū. Quid est soluitur? Quid est *Rom.2.* docetur? Soluitur factis, & docetur quasi verbis. Qui prædicas non furandū furaris? Soluit ergo in facto qui furatur, & quasi docet sic, minimus vocabitur in regno cęlorum. i. in Ecclesia huius temporis, de illo dictū est, Quę dicunt facite, quę aūt faciunt, facere nolite. Qui aūt fecerit. & sic docuerit, magnus *Mat.23.* vocabitur in regno cęlorū: ex eo quod dixit hic, fecerit: contra hoc ibi dixit soluerit. i. nō fecerit, & docuerit sic ille ergo soluit, qui nō facit. Quid nos docet, nisi vt facta interroge mus, non verba credamus? Obscuritas rerū multa nos cogit dicere, maxime vt illud qđ dñs reuelare dignarur, etiam ad tardiores fratres perueniat, quia omnes Christi sangui ne comparati sunt. Et uereor ne ipsa epistola istis diebus sicut promiseram non finiatur: sed quod domino placet, melius est seruare reliquias quam onerare corda nimio cibo.

De eo quod Ioānes dicit, Iā vos ex Deo estis filioli & vicistis eum, quia maior est qui est in vobis, quam qui in hoc mundo: vsq; ad id, Ita Deus dilexit nos, debemus & nos inuicem diligere. Tract. VII.

MVndus iste omnibus fidelibus quęrentibus patriā sic est, quō fuit eremus populo Israel. Errabant quidē adhuc, & patriā quærebant, sed duce dño errare non poterant, via illis fuit visio dñi. Nā vbi per qua- K draginta annos circumierunt, pauscissimis mansionib. conficitur iter ipsum, & notum *1. Cor.2.* est omnibus. Tardabantur, quia exercebantur, nō quia deserebantur. Quod ergo nobis promittit Deus: ineffabilis dulcedo est & bonū sicut scriptura dicit, & sæpe nobis cōmorantibus audistis, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit. Laboribus aūt tēporalib. exercemur, & tētationibus vitę præsentis erudimur. Sed si nō vultis in ista eremo siti mori, bibite charitatē, fons est quē voluit dñs hic ponere, ne deficiamus in via, & abūdantius eū bibemus cū ad patriā venerimus. Modo Euangelium L lectū est, vt de ipsis verbis quibus lectio terminata est dicam, quid aliud nisi de charitate audistis? Qñquidē pactū fecimus cū dño *Mat.6.* nostro in oratione, vt si volumus dimittat nobis peccata nostra, dimittamus & nos peccata quę in nobis fuerint commissa. Nō aūt dimittit nisi charitas: tolle charitatē de corde, odium tenet, ignoscere non nouit. Sit tibi charitas, secura ignoscit non angustatur. Epistola aūt ista tota quam suscepimus tractandā vobiscū, videte si aliud aliquid cōmēdat quā ipsam vnam charitatē. Nec timendū est, ne sępe dicēdo in odiū veniat: quid enim amatur, si charitas in odiū venit? Quia charitate fit, vt cętera bene amentur, ipsa quō amāda est? Res ergo quæ nunquam debet de corde discedere, nec ab ore discedat. Iam vos, inquit, ex Deo estis filioli, & vicistis eum:) Quē, nisi antichristū? superius enim dixerat, Omnis qui soluit Iesum Christum, & negat eum in carne venisse, non est ex Deo. Exposuimus aūt, si meministis, quia omnes negāt Iesum Christum in carne venisse qui violant charitatem. Iesus enim non opus erat vt veniret, nisi propter charitatem. Charitas enim nobis illa commendatur, quam & ipse in Euāgelio cōmēdat, Maiorem hac dilectio *Ioan.15.* nem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Quō poterat filius Dei animam suam ponere pro nobis, nisi carne indueretur vbi mori posset? Quisquis ergo violat charitatem quodlibet dicat de lingua, vita ipsius negat Christum in carne uenisse, & iste est antichristus vbicunq; e fuerit, quocunque intrauerit. Sed quid dicit M eis qui ciues sunt illius patrię cui suspiramus? Vicistis eum. Et vnde uicerunt? Quia maior est qui est in uobis, quam qui in hoc mundo.) Ne uictoriam suis uiribus tribuerent, & arrogantia superbię uincerētur: quēcunq; enim diabolus superbum fecerit, uincit, uolenseos seruare humilitatem, quid ait? Vicistis eum. Iam omnis homo qui audit, uicistis, erigit caput, erigit ceruicem, laudari se vult. Noli te extollere, vide quis in te vicit.

Quare

Quare vicisti? Quia maior est qui est in nobis, quã in hoc mundo. Ergo humilis porta dominũ tuũ, esto iumẽtum sessoris tui. Bonũ tibi est vt ipse regat, & ipse ducat: nam si ipsum sessorẽ non habueris, cernicem erigere potes, calces potes mittere, sed vç tibi sine rectore, quia libertas ista in bestias te mittet
A comedendũ. Hi de mundo sunt.) Qui? Antichristi. Iã audistis qui sint. Et si non estis cognoscite eos. Quisquis aũt hoc est, non cognoscit. Hi de mundo sunt, ideo de mundo loquũtur, & mũdus eos audit.) Qui sunt qui
Mat. 6. de mundo loquũtur? Attendite contra charitatẽ: ecce audistis dñm dicentẽ, Si dimiseritis peccata hominibus, dimittet vobis & pater vester cçlestis peccata vestra: si aũt nõ dimiseritis, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra: Sententia est veritatis, aut si non
Ioan. 14. veritas loquitur contradic. Si Christianus es & in Christum credis, ipse dixit, Ego sum veritas, sententia est ista, vera est, firma est. Iã audi homines de mundo loquentes, Et non te vindicaturus es? & dicturus est ille, quia fecit tibi immo sentiat qui cũ viro rem habet. Quotidie dicuntur ista, de mundo loquũtur qui ista dicunt, & mundus eos audit, nec dicunt ista qui diligunt mundũ, neq; audiũtur ista nisi ab his qui diligunt mundũ. Et qui diligit mundũ, & negligit charitatẽ, audistis qa negat Iesum in carne venisse. Aut si fecit illud in carne ipse dñs? Si cũ expalmaretur, vo
Luc. 23. luit se vindicari? Si cũ in cruce penderet, nõ dixit, Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt? Si aũt ista qui potestatem habebat, tu quid minaris, qd sufflas in potestate aliena cõstitutus? Ille quia voluit mortuus est, & nõ minabatur, tu nescis qñ moriaris & minaris? Nos ex Deo sumus.) Videmus, quare? Videte si ꝓp aliud quã propter charitatẽ. Nos ex Deo sumus. Qui nouit Deũ, audit nos: qui nõ est ex Deo, nõ nos audit. Ex hoc cognoscimus spiritũ veritatis & erroris.) Quia qui
B audit nos, spiritũ habet veritatis: qui nõ audit nos, spiritũ habet erroris. Videmus quid monet, & audiamus eum potius in spũ veritatis monẽtẽ, nõ antichristos, nõ amatores mũdi, nõ mundũ. Si ex Deo nati sumus: sequitur, supra videte quid, nos ex Deo sumus. Qui nouit Deũ audit nos, qui nõ est ex eo, non nos audit: ex hoc cognoscitur spũs veritatis & erroris. Iã ergo intentos nos fecit, quia qui nouit Deũ ipse nos audit: qui aũt nõ nouit, non audit. Et hæc discretio est spũs veritatis & erroris. Videamus qui moniturus est, in quo illũ audire debeamus. Dilectissime diligamus inuicẽ.) Quare? Quia homo monet. Et dilectio ex Deo est.) Multũ cõmẽdauit dilectionẽ, quia dixit ex Deo est. Plus dicturus est, intẽte audiamus: modo dixit, Dilectio ex Deo
C est, & oĩs qui diligit, ex Deo natus est, & cognouit Deũ: qui non diligit, nõ nouit Deũ.) Quare? Quia Deus dilectio est. Quid amplius dici potuit fratres? Si nihil de laude dilectionis diceret per omnes istas paginas huius epistolæ, si nihil omnino per cçteras paginas scripturarũ, & hoc solum vnũ audiremus de voce spiritus Dei, quia Deus dilectio est: iam videte, quia facere cõtra dilectionẽ, facere cõtra Deũ est. Nemo dicat in hominẽ pecco, quod nõ diligo fratrẽ meũ. Intendite, & facile est peccatũ in hominẽ, in Deũ solũ nõ peccẽ. Qũo nõ peccas in Deũ qñ in dilectionẽ peccas? Deus dilectio est. Nũqd nos dicimus? Si nos diceremus, Deus dilectio est, forte scãdalizaretur aliqs ex vobis & diceret, qd dixit, quid voluit dicere, quia Deus dilectio est? Dedit dilectionẽ Deus donauit dilectionẽ Deus, ex Deo est dilectio, Deus dilectio est: ecce habetis fratres scripturas Dei, canonica est ista epistola: per oẽs gẽtes rẽcitat, orbis terræ authoritate tenetur, orbẽ terrarũ ipsa ædificauit. Audis hic ab spũ Dei, Deus dilectio est. Iã si audes, fac contra Deũ, & noli diligere fratrẽ tuũ. Qũo ergo iãdudũ dilectio ex Deo est & mõ ergo dilectio Deus ẽ? Etenim Deꝰ pr & filius & spũssanctꝰ. Filius Deus ex Deo, spũssanctus Deus ex Deo: & hi tres vnus Deus, nõ tres dij. Si filiꝰ Deus, & spũssanctus Deus, & ille diligit in quo habitat spũssanctus, ergo dilectio Deus est: sed Deus, qa ex Deo, vtrũq; n. habes in epistola: & dilectio ex Deo est, & dilectio Deus est. De solo prescriptura nõ nouit dicere, qa ex Deo: cũ aũt
D audis ex Deo, aut filius intelligit, aut spũssanctus: qa vero dicit Apostolus, Charitas Dei
Rom 5. diffusa est in cordib. nris ꝑ spũmsanctũ q datus ẽ nobis, intelligimus in dilectione spũmsanctũ esse. Ipse. n. spũssanctus quẽ nõ possũt accipere mali, ipse est ille fons, de quo dicit scriptura, Fõs aquç tuç sit tibi ꝑprius, & nemo alienus cõmunicet tibi, Oẽs. n. qui nõ diligunt Deum, alieni sunt, Antichristi sunt.
Prou. Et

Et quanuis intrent basilicas, nō possunt numerati inter filios Dei: non ad illos pertinet fons ille vitæ. Et habere baptismū, & malus esse pōt, habere prophetiā, & malus eē pōt. Inuenimus Saulē regē habuisse prophetiā, psequebatur sanctum Dauid, & impletus est spū pphetiæ, & prophetare cępit. Accipere sacramētū corporis, & sanguinis dñi, & malus esse pōt: nā de talibus fictū est, Qui manducat & bibit indigne, iudiciū sibi manducat & bibit. Habere nomē Christi, & malus esse pōt. i. Christianus vocari, & malus esse pōt: de quibus dictum est, Polluebat nomen Dei sui: Ergo habere sacramenta ista oīa, & malus esse pōt: habere aūt charitatē, & malus esse non pōt: hoc est ergo propriū donū, ipse est singularis fons, ad hunc bibendū nos hortatur spiritus Dei, ad se bibendū nos hortatur spiritus Dei. In hoc manifestata est dilectio Dei in nobis.) Ecce vt diligamus Deū hortationē habemus. Possemus illū diligere, nisi prior ille diligeret? Si pigri eramus: ad amandū, nō simus pigri ad redamādū: prior amauit nos, nec sic nos amamus: iniquos amauit, sed iniquitates soluit: iniquos amauit, sed nō ad iniquitates cōgregauit: ægrotos amauit, sed sanandos visitauit. Deus ergo dilectio est. In hoc manifestata est dilectio Dei in nobis. Quia filiū suū vnigenitum misit in hūc mundū, vt viuamus per ipsum.) Quō ipse dūs ait, Maiorē dilectionē nemo pōt habere, q̄ vt animā suā ponat p amicis suis. Et ibi probata est dilectio Chri in nos, qa mortuus est pro nobis. Dilectio patris vnde probata est in nobis? Quia filiū suū vnicū misit mori pro nobis: sic & Paulus Apostolus dicit, Qui filio proprio nō pepercit, sed pro nobis oībus tradidit eū: quō nō & cū illo oīa nobis donauit? Ecce Christū tradidit pr̄, & tradidit Iudas, nunquid non quasi simile factū videtur? Traditor Iudas, ergo traditor est & Deus pater? Absit, inquis. Non dico, sed Apostolus dicit, qui filio proprio nō pepercit, sed pro nobis omnib. tradidit eū. Et pater illū tradidit, & ipse tradidit: ait idē Apostol°, Qui me dilexit, & tradidit semetipsum pro me. Si pr̄ tradidit filiū, & tradidit seipsū filius, Iudas qd fecit? Facta est narratio à patre facta est traditio a filio, facta est traditio à Iuda. Vna res facta est. Sed quæ res discernit patrē tradentē filiū, seipsum filiū tradentē, & Iudā discipulū tradentē magistrū suū? Quia hoc fecit pater & filius in charitate, fecit aūt hoc Iudas ī proditione. Videtis quia nō quid faciat homo considerandū est, sed quo animo & voluntate faciat. In eodem facto inuenimus Deū patrē, in quo inuenimus Iudā, patrē benedicimus, Iudā detestamur. Quare patrē benedicimus, Iudā, detestamur: Benedicimus charitatē, detestamur iniquitatē. Quantū. n. p̄stitū est generi humano de tradito Christo, nunqd hoc cogitauit Iudas vt traderet? Deus cogitauit salutē nostra qua redempti sumus, Iudas cogitauit pręciū quo vendidit dominū: filius ipse cogitauit præciū quod dedit pro nobis, Iudas cogitauit pręciū quod accepit vt vēderet. Diuersa ergo intētio diuersa facta fecit: cū sit vna res, ex diuersis eā intentionibus si metiatur, vnū amandū, alterū dānandū, vnū glorificandū, alterū detestādā inuenimus. Tm valet charitas, videte quia sola discernit, videte quia facta hominum sola distinguit: hoc diximus in similibus factis. In diuersis factis, inuenimus sæuientē hominē factū de charitate, & blandū factū de iniquitate. Puerū cędit pater, & mango blanditur. Si duas res proponas, plagas, & blandimēta, qui non eligat blandimēta, & fugiat plagas? Si personas attendat, charitas cędit, blandit iniquitas. Videte quid condēnamus, quia nō discernuntur facta hominum, nisi de radice charitatis: nā multa fieri possunt quæ speciē habent bonā, & non procedūt de radice charitatis, habēt. n. & spinæ flores: quædā vero videntur aspera videntur truculenta, sed fiūt ad disciplinā dictante charitate. Semel ergo breue præceptū tibi præcipitur, Dilige, & q̄ vis fac: siue taceas, dilectione taceas: siue clames: siue emendas, dilectione emendes: siue parcas, dilectione parcas. Radix sit intus dilectionis, nō pōt de ista radice nisi bonū existere. In hoc est dilectio, in hoc manifestata est dilectio Dei in nobis, quia Deus filiū suū misit vnigenitū in hunc mundū, vt viuamus per ipsum. In hoc est dilectio, non quia nos dileximus, sed quia ipse dilexit nos.) Non illū dileximus prius, nā ad hoc nos dilexit, vt diligamus eū. Et misit filiū suum litatorē pro peccatis nostris.) Litatorem, sacrificatorem. Sacrificauit pro peccatis nostris. Vbi inuenit hostiā? Vbi inuenit victimā, quam puram volebat offerre? Aliud non inuenit, seipsum

1. Co. 11.

Ioan. 15.

Rom. 8.

Gal. 2.

Deut. 6.

obtulit. Ita Deus dilexit nos, debemus & nos inuicē diligere.) Petre amas me? Et ille dixit,
Ioan. 21. Amo. Pasce oues meas. Deū nemo vidit vnquā, res est inuisibilis, non oculo, sed corde quærendus est. Sed quēadmodū si Solem
I istū videre vellemus, oculum corporis purgaremus vnde videri lux pōt: volentes videre Deū, oculū quo Deus videri potest purge
Mat. 5. mus. Et vbi est iste oculus? Audi Euāgelium, Beati mundo corde, quoniā ipsi Deū videbunt. Sed nemo sibi ꝓ concupiscētia oculorū cogitet Deū. Facit. n. sibi aut ingentē formā, aut magnitudinē aliquā ineffabilē, distēdit per loca velut lucē istā, quā videt his oculis, auget per campos quantū pōt, aut facit sibi aliquē quasi venerabilis formę senē. Nihil horū cogites. Est quod cogites, si vis
Luc. 8. videre Deū, Deus dilectio est. Qualē faciem habet dilectio? Qualē formā habet? Qualem staturam habet? Quales pedes habet? Quales manus habet? Nemo pōt dicere. Habet tñ pedes, nā ipsi ducūt ad Ecclesiā: habet manus, nā ipsę pauperi porrigunt: habet oculos, nā inde intelligitur ille qui eget: Beatus q̄ intelligit super egenū & pauperē. Habet aures, de quibus dicit dñs, Qui habet aures audiendi audiat. Non sunt. n. mēbra distincta per loca sed intellectu totum simul videt. Qui habes charitatē, habita & inhabitaberis, mane & manebitur in te. Quid. n. fratres mei? Quis amat q̄ nō videt? Quare aūt qñ laudatur charitas, erigimini, ac clamatis, laudatis? Quid vobis oñdi? Aliquos colores protuli? Aurum & argentū proposui? Gemmas de thesauris effudi? Quid tale ostendi oculis vestris? Nun quid facies mea mutata est cū loquor? carnē gero, in ipsa forma sum in qua prēcessi. In ipsa forma estis in qua venistis, laudatur charitas & clamatis, certe nihil videtis. Sed qūo vobis placet qđ laudatis, sic vobis placeat vt
K in corde seruetis. Intēdite. n. q̄d dicā fratres, exhortor vos quantū dat dñs, ad magnū thesaurū. Si vobis ostēderet aliquod vasculum anaglyptū, inauratū, operose factū, & illiceret oculos vestros, & duceret in se intentionē cordis vestri, & placeret vobis manus artificis, & pōdus argēti, & splēdor metalli: nōne vnusquisq; vestrū diceret, ò si haberē vasculū istud? Et sine causa diceretis, in potestate. n. vestra nō erat: aut si quisquā vellet habere, cogitaret illud de domo aliena furari. Laudat charitas vobis: si placet habete, possidete, nō opus est vt furtū alicui faciatis, nō opus est vt emere cogitetis, gratis constat, tenete eā, amplectimini eā: dulcius illa nihil
L est. Si cū cōmemoratur talis est, cū habetur qualis est? Si q̄ forte vultis seruare charitatē fratres, ante oīa ne putetis abiectā & desidiosam, nec quadā māsuetudine, immo nō māsuetudine sed remissione & negligentia seruari charitatē: Nō sic seruatur. Nō putes tūc te amare seruū tuū, qñ eū nō cędis: aut tunc te amare filiū tuū, qñ ei non das disciplinam aut tūc te amare vicinū tuū, qñ eum nō corripis: non est ista charitas, sed languor. Ferueat charitas ad corripiendū, ad emendandū: si sunt boni amores, delectent: si sunt mali, emendent, corrigantur. Noli in hoīe amare errorem, sed hom inē: hominē enim Deꝰ fecit, errorē ipsum homo fecit. Ama illud q̄ Deus fecit, noli amare quod ipse hō fecit. Cū illud amas, illud tollis: cū illud diligis, illud emendas. Sed & si sæuis aliquando propter correctionē dilectionis, propterea de colūba demonstrata est charitas, quæ venit super dñm. Species illa columbæ, in qua venit spiritussanctus, in quo nobis charitas infunderetur. Quare hoc? Fel columba nō habet, tñ rostro & pennis pro nido pugnat, sine amaritudine sęuit. Hoc facit & pater qñ filiū castigat, sed ad disciplinā castigat, sicut dixi. Seductor vt vendat cū amaritudine blāditur: pater vt corrigat, sine felle castigat. Tales estote ad oēs. Videte fratres. magnū documentum, magna regula, vnusquisq; habet filios aut habere vult, aut si omnino decreuit filios non habere carnaliter, vel spiritaliter, cupit habere. Quis est pater qui nō corrigit filiū suū? Quis est cui non det disciplinā pater? Et tñ sæuire videtur. Amor sæuit, charitas sęuit? Sęuit, qūo? Sine felle more columbino, non coruino. Vnde venit in mentē fratres mei dicere vobis, q̄a illi violatores charitatis schisma fecerunt: qūo oderunt ipsam
M charitatē, sic oderunt & columbā: sed conuincit illos columba, procedit de cęlo, aperiuntur cęli, manet super caput domini. Vt quid hoc? vt audiatur. Hic est q̄ baptizat. Recedite prædones, recedite inuasores possessionis Christi. In possessionib. vestris, vbi dominari vultis, titulos potentis ausi estis infrigere? Cognoscit ille titulos suos, vendicat sibi

23. q. 5. c. non putes.

Matt. 3.

Ephe.

Ioan. 1.

sibi possessionem suam. Non delet titulos, sed intrat & possidet: sic ad catholicam venienti, non deletur baptismus, ne titulus Imperatoris deleatur. Sed quid fit in catholica? Agnoscitur titulus, intrat possessor sub titulis suis, quo intrabat prædo sub titulis alienis.

De eo ꝙ Ioannes dicit, Deum nemo vidit vñ
A quã. Videte dilectissimi, si diligamus inuicem, Deus in nobis manebit, & dilectio eius erit perfecta in nobis: vsquè ad id, Deus dilectio est, & qui manet in dilectione, in Deo manet, & Deus in eo. Tr. VIII.

DIlectio dulce verbum est, sed dulcius factum: semper de illa loqui non possumus. Multa. n. agimus, & diuersæ actiones distendunt nos, vt nõ vacet linguę nostræ semper de dilectione loqui, nã nihil melius ageret lingua nostra. Sed de qua semper loqui non licet, semper eã custodire licet, sic nunc ꝙ cantauimus, halleluia: nunquid semper hoc facimus? Vix vnius horæ non toto spatio, sed parua particula cãtauimus halleluia, & vacamus ad aliud. Est autẽ halleluia sicut iam nostis, laudate dñm. Qui Deum laudat lingua, non semper potest: qui moribus Deũ laudat, semper potest. Opera misericordiæ, affectus charitatis, sanctitas pietatis, incorruptio castitatis, modestia sobrietatis, semper hæc tenenda sunt, siue cũ in publico sumus, siue cum in domo, siue ante homines, siue in cubiculo, siue loquentes, siue tacentes, siue aliquid agentes, siue vacantes, semper hæc tenenda sunt, quia intus sunt omnes istæ virtutes quas nominaui. Quis autẽ sufficit omnes
Ephe. 3. nominare? Quasi exercitus est Imperatoris qui sedet intus in mente tua. Qũo. n. Imperator per exercitum suum agit ꝙ ei placet, sic dñs Iesus Christus incipiens habitare in interiore homine nostro, i. in mente per fidẽ,
B vtitur istis virtutibus quasi ministris suis. Et per has virtutes quæ videri oculis non pñt, & tñ ꝙ nominantur, laudantur: non autem laudarentur nisi amarentur: non amarentur nisi uiderentur: & si utiq; non amarentur nisi uiderentur, alio oculo uiderentur, i. in interiore cordis aspectu, Per has uirtutes inuisibiles mouentur membra uisibiliter. Pedes ad ambulandũ. Sed quò? Quò mouerit bona uoluntas, quæ militat bono Imperatori. Manus ad operandũ. Sed quid? Quod iusserit charitas, quæ inspirata est intus a spũsancto. Membra ergo uidentur cũ mouentur, qui iubet intus, non vr, & quis intus iubeat, prope ipse solus nouit qui iubet, & ille intus cui iubetur. Nanque fratres mei audistis cũ Euangelium legeretur, certe si aurem ibi non tantũ corporis, sed & cordis habuistis. Quid ait? Cauete facere iustitiam uestram corã hominibus ut uideamini ab eis. Nunquid hoc uo- C
luit dicere, ut quæcunq; bona facimus, ab- Mat. 6.
scondamus ab oculis hominũ, & timeamus uideri? Si times spectatores, non habebis imitatores. Debes ergo uideri, sed non ad hoc debes facere ut uidearis, nõ ibi debet esse finis gaudij tui, non ibi terminus lætitiæ tuæ, ut putes te totũ fructum consecutũ esse boni operis tui, cũ uisus fueris atq; laudatus. Nihil est hoc, cõtemne te cũ laudaris: ille in te laudetur, qui per te operatur. Noli ergo ad laudem tuam operari ꝙ bonum agis, sed ad laudem illius a quo habes ut bonũ agas. Abs te habes male agere, a Deo habes bene agere. Contra peruersi homines uidete q̃ præpostere sint, ꝙ faciunt bene, uolunt sibi tribuere: si male faciant, Deũ uolunt accusare. Cõuerte hoc distortũ nescio quid & præposterum, fac illud quodammodo capite deorsum, ꝙ sursum, facias iusum, ꝙ deorsum facias sursum. Iusum uis facere Deũ, & te susum? præcipitaris, non eleuaris: ille. n. semper sursum est. Quid ergo? Tu bene, & Deus male? Imo hoc dic si uis uerius dicere, Ego male, ille bene. Et quod ego bene, ab illo bene. Nam a me quicquid ago male. Ista cõfessio firmat cor, & facit dilectionis fundamenta. Nam si opera nostra abscondere debemus bona, ne uideantur ab hominibus, ubi est illa sententia domini in eo sermone, quẽ habuit in mõte, ubi hoc dixit, ibi & illud pauloante dixit, D
Luceant opera uestra bona coram hominibus? Et non ibi cessauit, non ibi finem fecit: Mat. 5.
sed addidit, Et glorificent patrem uestrũ qui in cęlis est. & Paulus quid ait? Eram autem ignotus facie Ecclesijs Iudęæ, quæ in Christo sunt. Tantum autem audientes erant, quia Gala. 1.
qui nos aliqñ persequebatur, nunc euangelizat fidem quam aliquando uastabat, & in me magnificabant Deum. Videte quemadmodũ & ipse quia sic innotuit, finem non posuerit in laudem suam, sed in laudẽ Dei. At quan-

tum ad ipsum pertinet vastator Ecclesiæ, persecutor inuidus, malignus, ipse cõfitetur, nõ nos conuiciamur. Amat Paulus dici à nobis peccata sua, vt glorificetur ille qui talẽ morbũ sanauit. Magnitudinẽ.n. vulneris manus medici secuit & sanauit. Vox illa de cęlo prostrauit persecutorẽ, & erexit prædicatorem: occidit Saulum, & viuificauit Paulũ. Saul.n. E persecutor erat sancti viri, inde nomen habebat iste qñ persequebatur Christianos: postea de Saulo factus est Paulus. Quid est Paulus? Modicus: ergo qñ Saulus, superbus, elatus: qñ Paulus, humilis, modicus: ideo sic loqmur, paulo post videbo te, i. post modicũ. Audi quia modicus factus est, Ego.n. sum minimus Apostolorũ. Et mihi minimo omniũ sanctorũ, dicit alio loco. Sic erat inter Apostolos tanquã fimbria vestimenti: sed tetigit Ecclesia gentiũ tanquã fluxũ patiens, & sanata est. Ergo fratres hoc dixerim, hoc dico, hoc si possem nõ tacerẽ: opera illa modo illa sint in nobis, modo illa pro tpe, pro horis, pro diebus. Nũquid semper loqui? nunquid semper tacere? nũquid semper reficere corpus? nũquid sẽper ieiunare? nunquid semper panẽ dare egẽti? nũquid sẽper nudũ vestire? nunquid sẽper ægrotũ visitare? nunquid semper discordantes cõcordare? nũquid semper mortuos sepelire? modo illud, modo illud. Inchoantur ista & cessant, ille aũt Imperator nec inchoat, nec cessare debet: charitas intus non intermittatur, officia charitatis pro tpe exhibeantur: charitas ergo, sicut scriptũ est, fraterna permaneat. Fortasis aũt mouerit aliquos vestrũ, ex quo istã Epistolã beati Ioannis tractamus vobis, quare non cõmendauerit maxime nisi fraternã charitatẽ. Qui diligit fratrẽ dicit, & præceptũ nobis est datũ, vt diligamus inuicẽ. Assidue nominauit charitatẽ fraternã, Dei aũt charitatẽ, i. qua debemus diligere Deũ, non tã assidue nominauit, sed tũ non omnino tacuit. De inimici vero dilectione prorsus tacuit prope per totã ipsam Epistolã. Cũ vehementer nobis prædicet, cõmendetq; charitatẽ, non nobis dicit ut diligamus inimicos, sed dicit nobis vt fratres diligamus: modo vero cũ Euãgeliũ legeretur, audiuimus. Si.n. diligitis eos qui vos diligũt, q̃ mercedẽ habebitis? Nõne & publicani hoc faciunt? Quid est igitur q̃ pro magno nobis ad perfectionẽ quandã fraternã dilectionem cõmendat Ioannes Apostolus, dñs aũ dicit, non nobis sufficere vt fratres diligamus, sed debere nos extendere ipsam dilectionem vt perueniamus ad inimicos? Qui vsq; ad inimicos peruenit, non transilit fratres. Necesse est, sicut ignis, prius occupet proxima, & sic se in longinquiora distẽdat. Propinquior est tibi frater q̃ nescio quis homo. Rursus tibi magis adhæret ille quẽ non nouerat, qui tibi tñ non aduersatur, q̃ inimicus qui ẽt aduersatur. Extende dilectionẽ in proximos, nec voces illã extensionẽ. Prope.n. te diligis, qui eos diligis qui tibi adhærent. Extende ad incognitos, qui tibi nihil mali fecerũt. Transcẽde & ipsos, perueni, vt diligas inimicos: hoc certe dñs iubet. Quare iste tacuit de dilectione inimici? Omnis dilectio siue quæ carnalis dr̃, q̃ non dilectio, sed magis amor dici solet: dilectionis.n. nomen magis solet in meliorib. rebus dici, in meliorib. rebus accipi, tñ omnis dilectio fratres charissimi vtiq; beneuolentiã quandã habet erga eos qui diliguntur. Non.n. sic debemus diligere hoĩes, aut sic possumus diligere vel amare: hoc.n. ẽt verbo vsus est dñs, cũ diceret, Petre amas me? Non sic debemus amare homines, qũo audimus gulosos dicere, amo turdos. Quęris quare? Vt occidat & consumat, & amare se dicit, ad hoc illos amat vt non sint, ad hoc amat vt perimat, & quicquid ad cibãdũ amamus, ad hoc amamus vt illud consumatur & nos reficiamur. Nunquid sic amandi sunt hoĩes tanquã consumendi? Sed amicitia quadã beneuolẽtiæ, vt aliqñ præstemus eis quos amamus. Quid si non sit q̃ præstemus? Sola beneuolentia sufficit amanti. Non.n. optare debemus esse miseros, vt possimus exercere opera misericordiæ. Das panẽ esurienti, sed melius nemo esuriret & nulli dares. Vestis nudũ, Vtinã omnes vestiti essent, & non esset ista necessitas. Sepelis mortuũ, vtinam veniat aliqñ illa hora vbi nemo moriatur. Concordas litigantes, vtinã aliqñ sit pax illa æterna Hierusalẽ, vbi nemo discordat: hęc.n. omnia officia necessitatũ sunt. Tolle miseros, cessabũt opera misericordiæ. Opera misericordiæ cessabũt, nũquid ardor charitatis extinguetur? Germanius amabis fęlicẽ hominem, cui nõ habes q̃ præstes, purior ille amor erit multoq; syncerior. Nã si pstiteris misero, fortasis extollere te cupis aduersus eũ, & eum

tibi

Actor. 9.
1. Cor. 15.
Ephe. 3.
Heb. 3.
Mat. 5.
Ioan. 21.

tibi vis esse subiectũ, quia author est tui bene
ficij: ille indiguit, tui impertitus es, quasi ma
ior videris quia tua prestitisti, quam ille cui
prestitũ est: opta equalem, vt ambo sub vno
1. Ti. 6. sitis cui nihil prestari potest. Nã in hoc exces
Eccl. 10. sit modũ superba anima, & quodammodo
auara fuit: quia radix omniũ malorũ auaritia
est: & item dictũ est, Initiũ omnis peccati su
perbia. Et quærimus aliqñ qũo sibi concor-
dent istæ duæ sententiæ, Radix omniũ malo
I rũ auaritia: &, Initiũ omnis peccati superbia
si initiũ omnis peccati superbia, radix om-
niũ malorũ superbia est: certe si radix omniũ
malorũ auaritia est, inuenimus, & in super-
bia auaritiã esse: excesit enim modũ homo.
Quid est auarũ esse? Progredi vltra quã suffi-
cit. Adã superbia cecidit: initiũ omnis pecca
ti superbia, inquit: Nunquid auaritia? Quid
auarius illo cui Deus sufficere nõ potuit? er-
go fratres legimus quemadmodũ factus sit
homo ad imaginẽ & similitudinẽ Dei: & qd
Gen. 1. de illo dixit Deus? Et habeat potestatẽ piscių
maris. & volatiliũ cęli, & omniũ pecorũ quę
repunt super terrã: nunquid dixit, habeat po
testatẽ hominũ? Habeat potestatẽ, ait, dedit
potestatẽ naturalẽ. Quorũ habeat potestatẽ?
Piscių maris, volatiliũ cęli, & omniũ repen-
tiũ quę repunt super terrã. Quare hæc est na
turalis potestas hominis in ista? Quia homo
ex Deo habet potestatẽ, ex quo factus est ad
imaginẽ Dei. ℣ Vbi aũt factus est ad imaginẽ
Dei?) In intellectu, in mente, in interiore ho
mine, in eo qꝺ intelligit veritatẽ, diiudicat iu
stitiã & iniustitiã, nouit à quo factus est, põt
itelligere creatorẽ suũ, laudare creatorẽ suũ.
Habet hãc intelligentiã, qui habet prudentiã
ideo multi cũ per cupiditates malas deterre
rent in se imaginẽ Dei: & ipsam quodãmo-
do flammã intelligentiæ peruersitate morũ
Psal. 31. extingueret, clamat illis scriptura, Nolite fie
ri sicut equus & mulus, quib. nõ est intelle-
ctus: hoc est dicere ꝓpo sui te equo & mulo,
te ad imaginẽ meã feci, potestatẽ tibi super
ista dedi. Quare? Quia non habent feræ ratio
nalẽ mentẽ, tu autẽ rationali mente capis ve
K ritatẽ, intelligis quod supra te est, subdere ei
qui supra te est, infra te erunt illa quibus ꝓ-
positus es. Quia vero per peccatũ homo de-
seruit eũ sub quo esse debuit, subditus est eis
supra quæ esse debuit. Intendite quid dicam:
Deus, hõ, pecora: verbi gratia, supra te Deꝰ,
infra te pecora. Agnosce eũ qui supra te est,
vt agnoscant te quæ infra te sunt: ideoq; cum Dan. 6.
Daniel agnouisset supra se Deũ, agnouerunt
illũ supra se leones. Si aũt nõ agnoscis illũ q
supra est, superiorẽ cõtẽnis, subderis inferio
ri, propterea superbia Aegyptiorũ vnde do-
mata est? de ranis & muscis. Poterat Deus &
L leones mittere, sed aliquis magnus leone ter
Exo. 8. rendus est. Quanto illi erant superiores, tãto
de rebus contemptibilibus & abiectis fracta
est eorũ ceruix mala. Sed Danielẽ agnouerũt
leones, qa ille subditus Deo erat. Quid mar-
tyres qui ad bestias pugnauerunt, & ferarũ
morsibus laniati sunt, nonne erant sub Deo?
Serui Dei tres viri, & serui Dei Machabæi.
Agnouit ignis seruos Dei tres viros quos nõ
visit, quorũ nec vestimẽta corrupit: nõ agno
uit Machabæos? agnouit & Machabęos fra-
tres, agnouit & iustos. Sed opus erat quodã Dan. 3.
flagello permittẽte dño, qui dixit in scriptu 2. Mac. 7
ra, Flagellat omnem filiũ quẽ recipit. Puta- Heb. 12.
tis. n. fratres, qa ferrũ trãsuerberaret viscera
dãi, nisi ipse pmitteret: aut hęreret in ligno,
nisi ipse voluisset? Nõ eũ agnouit creatura?
An exẽplũ patiẽtię proposuit fidelibus suis?
Ideo Deus quosdã liberauit visibiliter, quos
dã nõ liberauit visibiliter, oẽs tũ spiritaliter
liberauit, spiritaliter neminẽ deseruit. Visibi-
liter quosdã visus ẽ deseruisse, quosdã visus
ẽ eripuisse; iõ quosdã eripuit, ne putes illũ ñ
potuisse eripere, testimoniũ dedit quia põt:
& vbi nõ facit, secretiorẽ intelligas volunta
tẽ ne suspiceris difficultatẽ. Sed qd frẽs? Cũ
euaserimus oẽs istos mortalitatis laqueos, cũ 1. Co. 15.
transierint tẽpora tentationis, cũ seculũ hoc
decurrerit, & receperimus illã stolam pri-
mã, immortalitatẽ illam quam peccando ꝓ
didimus, cum corruptibile hoc induerit in-
corruptionem. i. cum caro ista induerit in-
corruptionem, & mortale hoc induerit im-
mortalitatẽ, tũc esse perfectos filios Dei, vbi
nõ est opus tentari nec flagellari, agnoscet ẽt
oĩs creatura, subdita nobis erũtoĩa, si nos sic
subditi sumus Deo. Sic ergo deberet eẽ Chri
stianus, vt nõ glorietur super alios hoĩes. De M
dit. n. tibi Deus esse super bestias, ideſt me- Gen. 1.
liorẽ esse quã bestias: hoc natura habes, sem
per melior eris quã bestia. Si vis melior esse
quã alius homo, inuidebis ei qñ tibi esse vi-
debis equalẽ. Debes velle omnes homines ę-
quales tibi: & si viceris aliquẽ per prudẽtiã

optare debes vt sit & ipse prudens. Quandiu tardus est, discit a te: quandiu indoctus est, indiget te, & tu videris doctor, ille aũt discẽs tu ergo superior quia doctor es, ille inferior quia discens, nisi illũ optes æqualẽ, semper vis habere discentẽ, si aũt vis semper habere discentẽ, inuidus eris doctor, si inuidus doctor, qũo eris doctor? Rogo te noli docere ipsum inuidentiã tuã: audi Apostolũ dicentẽ de visceribus charitatẽ, Vellẽ omnes hoies esse sicut meipsum, qũo volebat omnes equales, iõ erat omnibus superior, quia charitate optabat omnes æquales. Excesit ergo modũ hõ dũ auarior voluit vt supra hoies esset, qui supra pecora factus est: & ipsa ẽ superbia: & videte quãta opera facit superbia. Ponite in corde quã similia faciat, & quasi paria charitati. Pascit esurientẽ charitas, pascit & superbia: charitas vt Deus laudetur: vestit nudum charitas, vestit & superbia: ieiunat: charitas, ieiunat & superbia: sepelit mortuũ charitas, sepelit & superbia. Omnia opera bona quæ vult facere charitas & facit, agit, cõtra superbia, & quasi ducit equos suos. Sed iterior charitas tollit locũ male agitatæ superbiæ, non male agitanti, sed male agitatæ. Væ homini cuius auriga superbia est: necesse est enim vt præceps eat. Vt aũt non sit superbia quę agitat facta bona, quis nouit, quis videt, vbi est hoc? Opera videmus, pascit misericordia, pascit & superbia: hospitẽ suscipit misericordia, hospitẽ suscipit & superbia: intercedit pro paupere misericordia, intercedit & superbia. Quid est hoc? In operib. nõ discerni mus: audeo aliquid dicere, sed non ego, Paulus dixit, Morit charitas, ideſt, homo habens charitatem, confitetur nomen Christi, ducit ad martyriũ: confitetur & superbia ducit ad martyriũ: ille habet charitatẽ, ille nõ habet charitatẽ: sed audiat ab Apostolo ille qui non habet charitatẽ. Si distribuero oĩa mea pauperibus, & tradidero corpus meum vt ardeã charitatẽ aũt nõ habuero, nihil mihi ꝓdest. Ergo scriptura diuina ĩtro reuocat iactactione huius faciei forinsecus, & ab ista superficie q̃ iactatur ante hoies reuocat nos intro. Redi ad conscientiã tuã, ipsam interroga: noli attendere quod floret foris, sed quæ radix est interna: Radicata est cupiditas, species põt esse bonorũ factorũ, vere opera bona esse nõ possunt, radicata est charitas, securus esto, nihil male procedere põt. Blanditur superbia, sæuit amor: illa vestit, iste cędit: illa. n. vestit vt placeat hoĩb. iste cędit vt corrigat disciplina. Accipitur magis plaga charitatis, quã eleemosyna superbiæ. Redite ergo intro frẽs, & in omnib. quęcunq; facitis, intuemini testẽ Deum. Videte si ille videt, quo animo facitis. Si cor vestrũ nõ vos accusat, qa nõ iactãtię causa facitis bene, securi estote. Nolite ãt timere qñ facitis bene, ne videat alter: time ne ꝓpterea faciasvt tu laueris: nã videat alter vt Deus laudetur, si enim abscõdis ab oculis hoĩs, abscondis ad imitatione hoĩs. Duo sunt, eleemosynã facis: duo esuriũt, vnus panẽ, alter iustitiã: inter duos istos famelicos, quia dictũ est, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã, quoniã ipsi saturabuntur, Inter duos istos famelicos, bonus, operator constitutus est: si charitas de illo operatur, ambos miseratur, ambobus vult subuenire: ille. n. quęrit quod manducet, ille quærit qđ imitetur: pascis istũ, præbes te isti, ambobus dedisti eleemosynã: illũ fecisti gratulatorem de fame interfecta: hunc fecisti imitatorẽ de exẽplo proposito. Miseramini ergo tanq̃ misericordes, qa in eo ẽt quod diligitis inimicos, frẽs diligitis. Ne puteris Ioannẽ nihil de dilectione inimicis ꝑcepisse, quia de fraterna charitate nõ tacuit, fratres diligitis. Qũo, inquis, fratres diligimus: quæro quare diligas inimicũ? Quare illũ diligis? Vt sanus sit ĩ hac vita. Quid si nõ illi expedit? Vt diues sit. Quid si ipsis diuitijs excęcabit? Vt vxorẽ ducat. Quid si amarã vitã inde patietur? Vt filios habeat. Quid si mali erũt? Incerta sunt ergo ista quę videris optare inimico tuo, qa diligis eũ, incerta sunt. Opta illi vt habeat tecũ vitã ętернã, opta illi vt sit frater tuus: si ergo hoc optas, diligẽdo inimicũ vt sit frater tuus, & cũ diligis fratrẽ diligis: nõ. n. amas in illo qꝺ est, sed qꝺ vis vt sit. Dixerã aliqñ charitati vestræ, ni fallor, robur est ligni positũ ante oculos. Faber optimus videt lignũ nõ dolatũ, de sylua pręcisum adamauit, nescio qd inde vult facere: nõ. n. ad hoc amauit vt semper sic maneat: In arte vidit quod futurũ est, nõ in amore quod est, & amauit quod inde facturus est, non illud, quod est: sic nos & Deus amauit peccatores, Nã dicimus, qa Deus amauit peccatores: ait. n. Nõ ẽ opus sanis medicus, sed male habẽtib. Nũqd ad hoc amauit

pecca-

A 1. Cor. 7. 1. Co. 13. B C Mat. 5. Mat. D Matt. 9.

peccatores, vt pctōres remaneremus? Quasi lignū de sylua vidit nos faber, & cogitauit ædificiū ꝙ inde facturus est, non syluam ꝙ erat: sic & tu respicis inimicū tuū aduersantem, sequentē, mordentē verbis, exasperantē contumelijs, infectantem odijs: attendis ibi quia homo est, vides ista omnia quæ aduersa sunt, ab hoīe facta, & vides in illo ꝙ a Deo
E factus est. Quod aūt homo factus est, a Deo factus est: ꝙ aūt te odit, ipse fecit: ꝙ inuidet, ipse fecit, & quid dicis in aīo tuo: dñe propitius illi esto, dimitte illi peccata, incute illi terrorem, muta illum: non amas in illo ꝙ est, sed ꝙ vis vt sit. Ergo cum inimicū amas, fratrem amas. Quapropter perfecta dilectio est in dilectione inimici, quia perfecta dilectio est in dilectione fraterna: & nemo dicat quia aliquid minus nos monuit Ioānes Apostolus, & plus nos monuit dñs Christus. Ioānes nos monuit vt fratres diligamus, Christ⁹ nos admonuit vt ēt inimicos diligamus. Attende quare te monuit Christus vt diligas ini
Mat.5. micos. nunquid ut semper remaneant inimici? Si ad hoc te monuit vt inimici remaneāt, odisti, non diligis. Attende qūo ipse dilexit, idest, quia nolebat vt sic remanerent sui persecutores, ait, Pater ignosce illis, qa nesciūt quid faciunt. Quibus voluit ignosci, mutari illos voluit quos voluit mutari, ex inimicis fratres facere dignatus est, & vere sic fecit. Occisus est, sepultus est, resurrexit, in cœlū ascendit, spm̄ sanctū misit discipulis, cepit in fiducia prædicari nomen ipsius, miracula faciebant in nomine crucifixi & occisi. Viderunt illi interfectores dñi, & qui sanguinem eius sequendo fuderant, credendo biberunt. Hæc dixi fratres & longiuscule, quia vehementius cōmendanda fuit charitati vestræ ipsa charitas, i. cōmendanda sibi erat. Si.n. charitas nulla est in vobis, nihil diximus: si autē est in vobis, tāquā oleum flāmæ adiecimus,
F & in quo non erat, forte verbis accēsum est. In alio creuit ꝙ erat, in alio cepit esse ꝙ nō erat. Ad hoc ergo ista diximus, ne pigri sitis diligere inimicos. Sequit in te homo, ille sequit, tu deprecare: ille odit, tu miserere. Febris aīæ ipsius odit, sanus erit, & gratias tibi agit. Qūo medici diligunt ægrotos? nūquid ægrotos diligunt? Si ægrotos diligunt, uolunt vt sēper ægrotēt? Ad hoc diligunt ægrotos, ne ægroti permaneāt, sed ut ex ægrotis sani fiant: & quanta plerunq; patiuntur a phreneticis, quales cōtumelias verborū, plerunq; & percutiuntur: persequitur ille febrē, ignoscit homini. Et qd dicā fratres? Amat inimicū suū, imo odit inimicū suū: morbū ipsum.n. odit, & amat hominem à quo percutitur, odit febrē. A quo.n. percutitur? A morbo, ab ægrotatione, a febre. Illud tollit ꝙ illi aduersatur, ut remaneat illud unde gratuletur. Sic & tu, G si odit te inimicus tuus, & iniuste te odit, noueris quia cupiditas seculi in illo regnat, propterea te odit. Si odisti illū & tu, contra reddis malū pro malo. §Quid facis reddere malū pro malo? §Vnū ægrotū flebam qui te oderat: iam duos plango, si & tu odisti. Sed persequitur rē tuā, tollit tibi nescio quę habes in terra. Ideo illū odisti, quia angustias tibi facit in terra: noli pati angustias, migra in cęlum, sursū cor ibi habebis ubi latitudo est, ut nullas angustias patiaris in spe uitæ æternæ. Attende quæ tibi tollit, nec ipsa tibi tolleret nisi ille permitteret, qui flagellat omnē filiū quē recipit. Quodāmodo ferramētū Dei est quo saneris, ipse inimicus tuus Si nouit Deus utile tibi esse ut expoliet te, permittit illū: si nouit tibi utile esse ut uapules, permittit ille ut cędaris. De illo te curat, opta ut ille sanetur. Deū nemo uidit unquam.) Videte dilectissimi. Si diligamus inuicē, Deus in nobis manebit, & dilectio eius erit perfecta in nobis.) In cipe diligere, perficieris. Cępisti diligere, cępit in te Deus habitare: ama eū qui in te cępit habitare, ut perfectius inhabitando faciat te perfectū. In hoc cognoscimus quia in ipso manebimus & ipse in nobis, quia de spū suo dedit nobis.) Bene, Deo gr̄as. Cognoscimus, qa habitat ī nobis. Et hoc unde cognoscimus qa cognoscimus quia habitat in nobis? Quia hoc ipse Ioānes dixit, qa de spū suo dedit no H bis. Vnde scimus, qa de spū suo dedit nobis? hoc ipsū, quia de spū suo dedit tibi, unde cognoscis? Interroga uiscera tua: si plena sunt charitate: habes spm̄ Dei. Vnde cognoscim⁹, quia inde cognoscis habitare in te spm̄ Dei? Paulū interroga Apostolū. Qm̄ charitas Dei *Rom. 5.* diffusa est in cordib. nostris per spm̄ sanctū qui datus est nobis. Et nos uidimus, & testes sumus, qa pater misit filiū suū Saluatorē mū di.) Securi estote, qui ægrotatis, talis medicus uēnit: desperabatis, magni erant morbi, insanabilia erāt uulnera, desperata erat ægri-

tudo,magnitudinē mali tui attēdis, omnipotentiā medici non attendis?Tu desperatus es: sed ille omnipotens est, cuius testes isti sunt qui primo sanati, & annunciantes medicū, & ipsi tñ plus spe sanati q̄ re: nam sicut dicit Apostolus,Spe.n.salui facti sumus.Cępimus ergo sanari in fide,perficitur aūt salus nostra cū corruptibile hoc induerit incorruptionē & mortale hoc induerit immortalitatē. Hęc spes est,nondū res:sed qui gaudet in spe, tenebit & rē: qui aūt spem non habet, ad rem nō poterit peruenire. Quicunq; cōfessus fuerit q̄ Iesus sit filius Dei, Deus in ipso manet & ipse in Deo.) Iā multi confessi fuerunt,nō dicamus verbo,sed facto:non lingua,sed vita: nā multi confitentur verbis,sed factis negant. Et cognoscimus & credimus, quia dilectionē habet Deus in nobis.) Et iterū vnde cognouisti? Deus dilectio est.) Iā dixit superius,ecce iterū dicit. Amplius tibi nō potuit dilectio cōmendari,q̄ vt diceretur Deus. forte munus Dei contēpturus eras? Et Deū contemnis? Deus dilectio est. Et qui manet in dilectione,in Deo manet, & Deus in eo.) Vicissim se habitant, qui cōtinet & qui cōtinetur. Habitas in Deo,sed vt cōtinearis: habitat in te Deus,sed vt te cōtineat ne cadas,ne forte sic te putes domū Dei fieri,qūo domus tua portat carnē tuā. Si subtrahat se domus ī qua es,cadis:si aūt tu te subtrahas, nō cadet Deus integer est,cū eū deseris:integer,cū ad illum redieris. Tu sanaris,nō illi aliquid præstabis, tu mūdaris,tu reficeris,tu corrigeris. Ille medicamentū est nō sano, regula est prauo, lux est tenebrato, habitatio est deserto: oīa ergo tibi cōferuntur. Vnde ne putes Deo aliquid conferre qñ venis ad eū, nec mancipiū saltē. Ergo non habebit Deus seruos,si tu nolueris,& oēs noluerint? Deus nō indiget seruis, sed serui Deo:ideo dicit psalmus, Dixi dño Deus meus es tu. Ipse est dñs,& qd ait? Qñ bonorū meorū non eges. Tu eges bono serui tui,eget seruus bono tuo vt pascas illū: eges & tu bono serui tui vt adiuuet te. Nō tibi potes aquam implere, non tibi potes coquere, non tibi potes ante equū currere, iumentū tuū non potes curare. Vides, quia indiges bono serui tui? obsequio illius indiges. Non es ergo verus dñs, qñ indiges inferiore. Ille est verus dñs, qui nihil a nobis quærit, & vę nobis si eū non quæramus. Nihil a nobis q̄rit, & quæsiuit nos, cum eū nō quæramus. Ouis vna errauerat, inuenit eam, gaudens in humeris suis reportauit. Et nunquid ouis erat pastori necessaria,& non oui potius pastor necessarius erat? Quanto libentius de charitate loquor,tanto minus volo finiri epistolā suā: nulla est ardentior ad cōmendandam charitatē. Nihil vobis dulcius prædicatur, nihil salubrius bibitur, sed si bene viuendo cōfirmetur in vobis munus Dei. Ne sitis ingrati tantę gratiæ illius, qui cū haberet vnicum, noluit illū esse vnū: sed vt fratres haberet, adoptauit illi, qui cum illo possiderent vitam æternā.

Rom.8. 1.co.15

I

Luc. 15.

L

De eo q̄ Ioannes dicit, In hoc perfecta est dilectio in nobis, vt fiduciam habeamus in die iudicij, quia sicut ille est & nos sumus in hoc mundo: vsq; ad id, Et hoc mā datū habemus ab ipso, vt qui diligit Deū, diligat & fratrem suum. Tract. 1 X.

1.Co.1

MEminit charitas vestra, ex epistola Ioānis Apostoli vltimā partē restitisse nobis tractandā & exponendā vobis quantum Deus donat: huius ergo debiti nos memores sumus: exactionis aūt vos memores esse debetis. Eadē quippe charitas quæ in ipsa epistola maxime & prope sola cōmendatur, & nos facit fidelissimos debitores, & vos dulcissimos exactores. Ideo dixi dulcissimos exactores, quia vbi charitas nō est, amarus exactor est: vbi aūt charitas est, & q̄ exigit dulcis est, & a quo exigitur: & si aliquē laborē susc ipit, facit eundē laborē prope nullū & leuē ipsa charitas. Nōne videmus ēt in mutis animantibus & irrationalib. vbi nō spiritalis charitas, sed carnalis & naturalis est, exigi tū magno affectu de vberib. matris lac à paruulis? Et q̄uis fugens impetū faciat in vbera, melius est tñ matri, q̄ si nō fugat, nec exigat q̄ charitati debetur. Sæpe videmus vbera vaccarū etiā a grādiusculis vitulis capite percuti, & prope ipso impetu leuari matrū corpora, nec eas tñ calce repellere, sed si desit filius qui fugat, mugitu prouocari ad vbera. Si ergo est in nobis illa charitas spiritalis, de qua Apostolus dicit: Factus sū paruulus in medio vestrū tāquā nutrix fouēs filios, tūc vos diligimus qñ exigitis: pigros nō amamus, q̄ languentibus formidamus. Interceserunt aūt vt intermitteremus textū huius Epistolæ q̄dā pro dieb.

M

festis

Psal.15.

K

1.Th.3.

festis solẽnia lectionũ, quę non potuerũt nisi legi, & ipsa tractari. Nunc ergo ad ꝓtermissum ordinẽ redeamus, & q̃ restant, intente accipiat charitas vestra. Nescio vtrũ magnificẽtius nobis charitas cõmendari possit, q̃ vt discereẽ, Deus charitas est. Breuis laus, magna laus: breuis in sermone, & magna intellectu:

A q̃ cito dr̃, Deus dilectio est, & hoc breue est: si numerus, vnũ est: si appẽdas, quantum est, Deus dilectio est. Et qui manet, inquit, in dilectione, in Deo manet, & Deus in illo manet. Sit tibi domus Deus, esto domus Dei: mane in Deo, & maneat in te Deus. Manet in te Deus vt te cõtineat: manes in Deo ne cadas: ꝙa sic de charitate dicit Apostolus, Charitas

1. Co. 13. nunq̃ cadit. Quo cadit quę continet Deus? In hoc perfecta est dilectio in nobis, vt fiduciã habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mũdo.) Dicit quo se ꝓbet vnusquisq; , quantũ in illo profecerit charitas , vel potius quantũ ipse in charitate ꝓfecerit. Nã si Deus charitas est, nec ꝓficit, nec deficit Deus: sic dr̃ proficere ĩ te charitas, ꝙa tu in eã proficis. Interroga quantũ in charitate ꝓfeceris, & quid tibi rñdeat cor tuũ, & noueris mensurã profectus tui: promisit. n. ostẽdere nobis, in quo cognoscamus eũ, & ait, In hoc perfecta est in nobis dilectio. q̃re in quo? Vt fiduciam habeamus in die iudicij. Quisquis fiduciã habet in die iudicij, ꝓfecta est in illo charitas. Quid est habere fiduciã ĩ die iudicij? nõ timere ne veniat dies iudicij. Sunt hoĩes qui nõ credunt diẽ iudicij, isti fiduciã non ꝓñt habere in die, quẽ venturũ esse non credunt: ꝓtermittamus istos, excitet illos Deus vt viuant. De mortuis vt quid loquimur? Nõ credũt futurũ diẽ iudicij, nec timent nec desiderant ꝙ nõ credũt. Cępit aliquis credere diẽ iudicij, si cępit credere, cępit & timere, sed quia timet, adhuc nondum

B habet fiduciã in die iudicij, nõdũ est in illo perfecta charitas. Nũquid tñ desperandũ est?

3. senten. diff. 34. c. de his. Eccl. 1. In quo vides initiũ, cur desperas finẽ? ꝙ initiũ video ĩquies? ipsũ timorẽ, audi scripturã, initiũ sapientiæ timor dñi. Cępit ergo timere diẽ iudicij, timendo corrigit se, vigilat ad uersus hostes suos, i. pctã sua, incipit reuiuiscere interius, & mortificare mẽbra sua quæ

colos. 3. sũt super terrã, sicut Apostolus dicit, Mortificate mẽbra vestra q̃ sunt super terrã: spiritalia nequitiæ dicit mẽbra super terram: nã sequitur & exponit, Auaritiã, immunditiã, & cętera q̃ illic exequitur. Quantũ aũt mortificat iste qui timere cępit diẽ iudicij, membra super terrã, tm̃ surgunt & corroborãtur mẽbra cęlestia. Mẽbra aũt cęlestia, omnia opera bona. Surgentibus cęlestib. membris, incipit desiderare ꝙ timebat: timebat. n. ne veniret Christus, & inueniret impiũ quẽ damnaret: desiderat vt veniat, quia inuenturus est pium quẽ coronet. Iã cũ cęperit desiderare venien C tem Christũ, casta aĩa, quæ desiderat amplexus sponsi, renunciat adultero, fit virgo interius ipsa fide, spe & charitate. Habet iã fiduciã in die iudicij, nõ cõtras e pugnat qñ orat & dicit, Adueniat regnũ tuũ. Qui. n. timet ne

Mat. 6. veniat regnũ Dei, timet ne exaudiatur. Qui aũt orat, quo orat qui timet ne exaudiatur? Qui aũt orat cũ fiducia, charitas optat iã vt

Psal. 6. veniat. De ipso desiderio dicebat quidam in Psalmo, Et tu dñe vsquequo? conuertere dñe & erue animam meam. Gemebat se differri. Sunt. n. homines qui cũ patientia moriũtur: sunt aũt quidã perfecti qui cum patientia viuunt: quid dixi? Qui adhuc desiderat istam vitam, qñ illi venerit dies mortis, patienter tolerat mortem, luctatur aduersum se vt sequatur voluntatẽ Dei, & hoc potius agit animo ꝙ elegit Deus, non ꝙ elegit uoluntas humana, & ex desiderio vitæ præsentis fit lucta cum morte, & adhibet patientiã & fortitudinem vt æquo animo moriatur, iste patienter moritur. Qui aũt desiderat, sicut dicit Apostolus, dissolui & esse cũ Christo, nõ patiẽter moritur, sed patiẽter viuit, delectabiliter mo

Phil. 1. ritur. Vide Apostolũ patiẽter viuentem, i. cũ patientia hic nõ amare vitã, sed tolerare. Dissolui, inquit, & esse cũ Christo multo magis optimũ, manere aũt in carne necessariũ ꝓꝓ uos. Ergo fratres date operã intus agere uobiscũ, ut desideretis diẽ iudicij, aliter nõ pro batur perfecta charitas, nisi cum cęperit ille D dies desiderari, Ille aũt eũ desiderat, qui fiducia habet in illo: ille aũt fiduciam habet in illo, cuius conscientia non trepidat in charitate perfecta atq; syncera. In hoc perfecta est dilectio eius in nobis, vt fiduciã habeamus in die iudicij. Quare habebimus fiduciam? quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Audisti causam fiduciæ tuæ, Quia sicut ille, inquit, & nos sumus in hoc mundo. Nõne vr̃ aliquid impossibile dixisse? nũquid. n.

potest

poteſt eſſe homo ſicut Deus? Iam vobis expoſui, quia non ſemper ad æqualitatem dr̃, ſicut, ſed dr̃ ad quandã ſimilitudinem. Qũo.n. dicis, ſicut aures habeo, ita habet & imago: nunquid omnino ſic? ſed tñ dicis, ſicut. Si ergo facti ſumus ad imaginem Dei, quare non ſicut Deus ſumus? non ad æqualitatẽ, ſed pro modo noſtro. Vnde ergo nobis datur fiducia in die iudicij? Quia ſicut ille, & nos ſumus in hoc mũdo. Debemus ergo hoc referre ad ipſam charitatẽ, & intelligere quid dictũ ſit. Dñs in Euangelio dicit, Si diligitis eos qui vos diligunt, quã mercedẽ habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? quid ergo vult nos diligere? Ego aũt dico vobis, Diligite inimicos veſtros, & orate pro perſequentib. & calumniantibus vos. Si ergo iubet nos diligere inimicos noſtros, vnde nobis dat exemplũ? De ipſo Deo, ait.n. Vt ſitis filij patris veſtri qui in cęlis eſt. Qũo illud facit Deus? Diligit inimicos ſuos, qui facit Solem ſuũ oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. Si ergo ad hanc perfectionẽ nos intuitat Deus, vt diligamus inimicos noſtros ſicut & ipſe dilexit ſuos, ea nobis fiducia eſt in die iudicij: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo: quia ſicut ille diligit inimicos ſuos, faciẽdo Solẽ ſuũ oriri ſuper bonos & malos, & pluendo ſuper iuſtos & iniuſtos, nos quia inimicis noſtris non poſſumus præſtare tẽporalẽ Solem & pluuiã, præſtemus lachrymas cũ pro illis oramus. Iã ergo de ipſa fiducia videte quid dicat. Vnde intelligitur perfecta charitas, Timor nõ eſt ĩ charitate.) Quid ergo dicimus de illo qui cępit timere diẽ iudicij?) Si perfecta in illo eſſet charitas, nõ timeret: perfecta.n. charitas faceret perfectã iuſtitiã, & nõ haberet quare timeret, imo haberet quare deſideraret vt tranſeat iniquitas, & veniat regnũ Dei. ergo timor nõ eſt in charitate. Sed in qua charitate? nõ in inchoata. In qua ergo? Sed perfecta, inquit, charitas foras mittit timorẽ.) Ergo incipiat timor, qa initiũ ſapiẽtiæ timor dñi. ¶ Timor quaſi locũ ꝓparat charitati. ¶ Cũ aũt cęperit charitas habitare, pellitur timor qui ei prępararit locũ: quantum.n. illa creſcit, ille decreſcit: & quantũ illa fit interior, timor pellitur foras. Maior charitas, minor timor: minor charitas, maior timor. Si aũt nullus timor, non eſt qua intret charitas. Sicut videmus per ſetã introduci linũ, qñ aliquid ſuitur: ſeta prius intrat, ſed niſi exeat, nõ ſuccedit linũ: ſic timor primo occupat mentẽ, nõ aũt ibi remanet timor, quia ideo intrauit, vt introduceret charitatẽ. Iã facta ſecuritate in aĩo, quale gaudiũ nobis eſt, vel in hoc vel in futuro ſeculo? Et in hoc ſeculo quis nobis nocebit plenis charitate? Videte qũo exultet Apoſtol⁹ de ipſa charitate. Quis nos, inquit, ſeparabit a charitate Chr̃i? Tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an nuditas, an periculũ, an gladius? Et Petrus dicit, Et qs vobis nocere poterit, ſi boni æmulatores fueritis? Timor nõ eſt in dilectione, ſed ꝑfecta dilectio foras mittit timorẽ, quia timor tormentũ habet. ¶ Torquet cor cõſcientia pctõrũ, nondũ facta eſt iuſtificatio. Eſt ibi qꝫ titillet qꝫ pugnat. Ideo in Pſalmo de ipſa perfectione iuſtitiæ qd dicit? Cõuertiſti luctũ meũ ĩ gaudiũ mihi, cõcidiſti ſaccũ meũ, & cinxiſti me lætitia, vt cãtet tibi gloria mea & nõ cõpungar. Quid eſt, nõ cõpungar? Nõ ſit qꝫ ſtimulet conſcientiã meã. Stimulat timor, ſed noli timere, intrat charitas q̃ ſanat qꝫ vulnerat timor. Timor Dei ſic vulnerat, qũo medici ferramentũ putredinẽ tollit, & quaſi vr̃ vulnus augere. Ecce putredo qñ erat in corpore, minus erat vulnus, ſed periculoſum. Accedit ferramentũ medici, minus dolebat illud vulnus, q̃ dolet modo cũ ſecatur: plus dolet cũ curatur, q̃ ſi nõ curaretur: ſed ideo plus dolet accedente medicina, vt nunquã doleat ſuccedẽte ſalute. Occupet ergo cor tuũ timor, & inducta charitate ſuccedat cicatrix ferramẽti medici. Talis eſt medicus, vt nec cicatrices appareant, tu tñ ſubde te dexteræ ipſius. Nã ſi ſine timore es, nõ poteris iuſtificari. Snĩa dicta eſt de ſcripturis: nã q̃ ſine timore eſt, nõ poterit iuſtificari. Opus eſt ergo vt intret timor primo, per quẽ veniat charitas: timor medicamentum, charitas ſanitas. Qui aũt timet, non eſt perfectus in dilectione. ¶ Quare? Quia timor tormentũ habet, qũo ſectio medici tormentũ habet. Eſt aũt alia ſnĩa quæ vr̃ huic eſſe contraria, ſi nõ habeat intellectorem: dicitur.n quodam loco in Pſalmo, Timor domini caſtus, permanens in ſeculum ſeculi. Aeternum quendam timorẽ nobis oſtendit, ſed caſtũ. Quod ille æternũ nobis timorẽ oſtẽdit, nunquid cõtra dicit illi forte iſta Epiſtola, quæ dicit, Timor nõ eſt ĩ charitate, ſed perfecta charitas foras mittit

Gen. 1.
Mat. 5.
E
F
Eccl. 1.
Concord. De pœni. di. 1. c. ſic. et ſeta.
Rom. 8.
1. Pet. 3.
G
Pſal. 27.
Mat.
1. ſen. di. 24. c. eſt autem. Pſal. 18.
H

mittit timorē? Interrogemus ambo eloquia Dei. Spiritus vnus est, etsi codices duo, etsi ora duo, etsi linguæ duę. Hoc.n. dictū est p Ioannē, illud dictū est per Dauid: sed nolite putare aliū esse spiritū. Si vnus flatus inflat tuas tibias nō pōt vnus spiritus implere duo corda, agitare duas linguas? Sed si spiritu vno. i. vno flatu impletę tuæ tibię cōsonāt, impletæ duę linguæ spū Dei dissonare possunt? Est ergo ibi quędā concordia, sed auditorē
I desiderat. Ecce inspirauit & impleuit duo corda, duo ora mouit, duas linguas spiritus Dei. Et audiuimus ex vna lingua, Timor nō est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorē: audiuimus ex alia. Timor domini castus permanēs in seculū seculi. Quid est hoc? quasi dissonāt. Nō excute aures tuas, intende melodiā. Nō sine causa hic addidit, castus: illic nō addidit, nisi quia est timor alius qui dr castus: est aūt alius qui nō dicitur castus. Discernamus ergo istos duos timores & intelligemus consonantiā tibiarū. Qūo intelligimus? vel qūo discernimus? attēdat charitas vestra. Sunt hoīes qui propterea timent Deū, ne mittantur in gehennam, ne forte ar-
Mat. 24. deant cū diabolo in igne æterno. Ipse est timor ille qui introducit charitatē, sed sic venit vt exeat: si.n. adhuc pp pœnā times Deū, nondū amas, quem sic times. Nō bona desideras, sed mala caues: sed ex eo quia mala caues corrigis te, & incipis bona desiderare. Cū bona desiderare cęperis erit in te timor castus. Quis timor castus? ne amittas ipsa bona. Intendite, aliud est timere Deū, ne mittat te in gehennam cū diabolo: aliud est timere Deū, ne recedat a te. Ille timor quo times ne in ignē ęternū mittaris cū diabolo, nōdū est castus: nō. n. venit ex amore Dei, sed ex timore pœnę: Cū aūt times Deū, ne deserat te præ
K sentia eius, amplecteris eū, ipso frui desideras. Nō pōt melius explanari qd interfit inter duos istos timores, vnū quē foras mittit charitas, alterū castū qui permanet in seculū seculi, nisi ponas duas mulieres maritatas, quarū vnā ita cōstituas voluntate facere adulteriū, delectari nequitia, sed timere ne damnetur a marito. Timet maritū, sed qa adhuc amat nequitiā, ideo timet maritū, huic nō grata, sed onerosa est mariti pręsentia. Et si forte viuit nequiter, timet maritū ne veniat. Tales sunt qui timēt ne veniat dies iudicij. Fac alteram amare virum, debere illi castos amplexus, & nulla se adulterij immūditia maculare, optat præsentiā viri. Et qūo discernū tur duo isti timores? Timet illa, timet & illa. Interroga, quasi vnū tibi rndent. Interroget illa, Times virū? timeo. Interroga & illā si ti L meat virū, rndet, timeo. Vna vox est, sed diuersus animus: iā ergo interrogent quare illa dicit, Timeo virū ne veniat, Illa dicit, timeo virū ne discedat. Illa dicit, timeo ne dānet: Illa dicit, timeo ne deserat: Pone hoc in animo Christianorū, & inueniſti timorē quē foras mittit charitas: & aliū timorē castum permanentē in seculū seculi. Loquamur ergo huic primo q sic timet Deū, qūo illa mulier quā delectat nequitia, timet. n. virū ne dānet illam. Talibus. n. primo loquimur. O aīa quę sic times Deū ne dānet te Deus, qūo timet mulier quā delectat nequitia, timet virū ne dānetur a viro: qūo tibi displicet illa mulier, displice & tu tibi. Si forte habes vxorē, nūqd vis vt sic timeat te vxor tua, ne damnetur abs te, vt delectet illā nequitia, sed pondere timoris tui reprimatur, nō damnatione iniquitatis? Castā eā vis, vt te diligat, nō vt te timeat. Exhibe te talē Deo, qualē vis habere vxorē. Et si nōdū habes, & habere vis, talem vis habere. Et quid dicimus fratres? Illa mulier quæ iō timet virū ne damnetur a viro, forte non facit adulteriū, ne aliquo modo p ueniat ad virū, & tollat illi lucē istam temporalē. Pōt aūt vir ille & falli: homo est. n. sicut & illa quæ pōt fallere. Timet ille cū extra cuius oculos pōt esse: tu non times semper facię supra te viri tui? Vultus aūt domini sup facientes mala. Captat illa absentiā viri sui, & incitatur forte delectatione adulterij, & dicit sibi tū nō faciā: absens est quidē ille, sed difficile est vt nō ad illū quoquo modo per ueniat, Tęperat se ne perueniat ad hominem Psal. 33 qui pōt & nescire, qui potest & falli, qui pōt bonam suspicari etiam malā, qui potest & & castam suspicari quę adultera est: Tu non M times oculos eius quē fallere nemo potest? Tu non times eius prędentiam, qui auerti a te nō potest? Roga Deū vt intueatur te, & auertat faciē suā a peccatis tuis, Auerte faciē tuā a peccatis meis. Sed vnde mereris vt ille faciē suā auertat a peccatis tuis, si tu non inde auertas faciem tuam a peccatis tuis? Ipsa enim vox dicit in Psalmo, Quoniam iniquitatem

Rom. 8. 1. Pet. 3.
G
Psal. 27.
1. sen. di. 24. c. est autem. Psal. 18.
H
3. sentem. dist 35. c. nō pōt.

tem meã ego cognoſco, & peccatum meũ corã me eſt ſemper. Tu agnoſce, & ille ignoſcit. Alloquti ſumus eam quę habet adhuc timorem nõ permanentẽ in ſeculũ ſeculi, ſed quẽ charitas excludit & foras mittit. Alloquamur & illã quę habet iã timorẽ caſtum permanentem in ſeculũ ſeculi. Putamus inue
A nimus illã, vt alloquamur illam? putas eſt in hoc populo? putas eſt in iſta exedra? putas ẽ in hac terra? Nõ põt niſi eſſe, ſed latet, hiems eſt, intus eſt viriditas in radice, forte inuenimus, & aures illius. Sed vbicunque eſt illa anima vtinã illã inuenirẽ, & non aures ſuas præberet mihi, ſed ego meas aures illi. Illa me doceret aliquid potius q̃ a me diſceret. Anima quædã ſancta ignea & deſiderans regnũ Dei, hanc non ego alloquor, ſed Deus ipſe & patienter viuentẽ in hac terra ita conſolatur, iã vis veniã, & ego noui quoniã vis vt veniã: noui qualis es, vt ſecura expectes aduentũ meũ. Noui qa moleſtia eſt tibi, ſed magis expecta, tolera: venio & cito venio. Sed amanti tardũ eſt, audi eã cantantem tanquã liliũ de medio ſpinarũ: audi ſuſpirantẽ & dicentẽ, Pſallam & intelligã in via imma-
Pſ. 110. culata, qñ venies ad me. Merito non timet, qa perfecta charitas foras mittit timorẽ, & cũ venerit ad eius amplexum timet. Sed ſecurior q̃ timet, cauet, & obſeruabit ſe ab iniquitate ſua, ne iterũ peccet, non ne mittatur in ignẽ, ſed ne ab illo deſeratur. Et erit in illa quid? Timor caſtus p̃manens in ſeculũ ſeculi, Audiuimus duas tibias conſonantes. Ille de timore dicit, & ille de timore dicit: ſed ille de timore quo timet anima ne dãnet, ille de timore quo timet anima ne deſeratur. Ille eſt timor quẽ charitas excludit, ille eſt timor permanẽs ĩ ſeculũ ſeculi. Nos diligimus qa ipſe prior nos dilexit. ℣ Nã vnde diligeremus, niſi ille prior dilexiſſet nos? Diligẽdo amici facti ſumus: ſed inimicos ille dilexit,
B vt amici efficeremur. Prior dilexit nos, & donauit nobis vt diligeremus eũ, nondũ diligebamus, diligendo pulchri efficimur: Quid facit hõ deformis diſtorta facie ſi amet pulchram? Aut quid facit fęmina deformis & diſtorta & nigra ſi amet pulchrũ? nunqd amãdo poterit eſſe pulchra? & nũqd & ille amãdo poterit eſſe formoſus? Amat pulchrũ, & qñ ſe in ſepulchro videt erubeſcit faciẽ ſuã leuare ad illã formoſam q̃ amat. Quid facit vt pulcher ſit? Expectet vt veniat pulchritudo. immo expectando ſenectus additur, & turpiorẽ facit. Nõ eſt ergo qd agere, non eſt qũo illi des cõſiliũ, niſi vt cõpeſcat ſe, & nõ audeat amare impar imparẽ, aut ſi forte amat, & ducere vxorẽ optat, optet vt illa caſtitatẽ amet, nõ carnis faciẽ. Anima vero noſtra, fratres mei, ſęda eſt p̃ iniquitatẽ, aman
C do Deũ pulchra efficitur: Qualis amor eſt q̃ reddit pulchrã amantẽ? Deus aũt ſemper pulcher eſt, nũq̃ deformis, nunq̃ commutabilis. Amauit nos prior q̃ ſp eſt pulcher: & quales amauit, niſi ſędos & deformes? Non ideo tñ vt ſędos dimitteret, ſed vt mutaret, & ex deformi pulchrũ faceret. Qũo erimus pulchri? amando eũ qui ſemper eſt pulcher, Quantũ in te creſcit amor, tñ creſcit pulchritudo, qa ipſa charitas eſt anima pulchritudo: nos diligimus, quia ipſe prior dilexit nos: audi Apoſtolũ Paulũ, Oſtendit aũt Deus dilectio *Rom. 5.* nẽ ſuã in nobis, quoniam cũ adhuc peccato- *Pſal. 44.* res eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis, pulcher pro ſędis. Qũo inuenimus puchrum Ieſum? Specioſus forma præ filijs hominũ, diffuſa eſt gratia in labijs tuis, vnde itẽ videte, vnde ſit pulcher. Specioſus forma præ filijs hominũ, quia Deus, qa in principio erat verbũ, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbũ. Quia vero carnem *Ioan. 1.* ſuſcepit, quaſi ſędi tatẽ tuã ſuſcepit. i. mortalitatẽ tuã, vt aptaret ſe tibi, & cõgrueret tibi, & excitaret te ad amandã intus pulchritudinẽ. Vnde ergo inuenimus quia ſędus & deformis Ieſus, ſicut inuenimus, quia pulcher & ſpecioſus forma præ filijs hominũ? Vnde *Eſa. 53.* inuenimus qa & deformis? Eſaiã interroga, Et vidimus eũ, & nõ habebat ſpeciẽ neq; decorẽ. Illę ſunt duæ tibiæ diuersè ſonãtes, ſed vnus ſpiritus ambas inflat: hac dicitur, Speci- *Pſal. 44.* oſus forma p̃ filijs hoĩum: hac dr̃ in Eſaia, *Eſa. 53.* Vidimus eũ, & nõ habebat ſpeciẽ neq; decorẽ. Vno ſpiritu implentur ambæ: non diſſonant. Noli aures auertere, adhibe intellectũ. D Interrogemus Paulũ Apoſtolũ, & exponat nobis conſonantiam duarum tibiarũ: ſonet nobis, Specioſus forma præ filijs hominum. Qui cũ in forma Dei eſſet, non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ Deo. Ecce ſpecioſus *Phil. 2.* forma pręfilijs hominũ: ſonet nobis ẽt, Vidimus eũ & nõ habebat ſpeciẽ neq; decorẽ: Semetipsũ exinaniuit formã ſerui accipiẽs, in

ſimili-

similitudinem hominũ factus, & habitu inuentus vt homo'. Non habebat speciẽ atque decorẽ, vt tibi daret speciẽ & decorẽ. Quã speciem? quẽ decorem? dilectionẽ charitatis. Vt ames, curras: curris, amas Pulcher es iam, sed noli te attendere, ne perdas q̃ accepisti, illũ attende a quo factus es pulcher. Ideo sis pulcher vt ille te amet. Tu aũt totã intentionem tuã in illũ dirige, ad illũ curre, eius amplexus pete, ab illo time discedere, vt sit in te timor castus permanẽs in seculũ seculi. Nos diligimus, quia ipse prior dilexit nos. Siquis dixerit, qm̃ diligo Deũ.) Quem Deũ? quare diligimus? Quia ipse prior dilexit nos, & donauit nobis diligere. Dilexit impios vt faceret pios, dilexit iniustos vt faceret iustos, dilexit ægrotos vt faceret sanos. Ergo & nos diligimus, quia prior dilexit nos. Interroga vnumquemq; dicat tibi si diligat Deũ, Clamat confitetur, diligo. Ipse scit. Est aliud vnde interrogatur, Siquis dixerit, qm̃ diligo Deũ, & fratrem suũ oderit, mendax est. Vnde probas quia mendax est? Audi. Qui.n. non diligit fratrem suũ quem videt, Deũ quem non videt qũo potest diligere?) Quid ergo, qui diligit fratrem, diligit Deum? Necesse est vt diligat Deũ, necesse est vt diligat ipsam dilectionẽ. Nunquid potest diligere fratrem, & non diligere ipsam dilectionem? Necesse est ut diligat dilectionẽ. Quid ergo? Quia diligit dilectionẽ, ideo diligit Deum? Vtiq; ideo diligẽdo dilectionem Deum diligit. An oblitus es q̃ paulo ãte dixisti, Deus dilectio est? Si Deus dilectio, quisquis diligit dilectionem, Deũ diligit. Dilige ergo fratrem, & securus esto, Non potes dicere, diligo Deũ, sed non diligo fratrẽ. Qũo mentiris si dicas, diligo Deũ, qm̃ non diligis fratrem: Sic falleris si qm̃ dicis, diligo fratrem, putas quia non diligis Deum. Necesse est ergo qui diligis fratrem, diligas ipsam dilectionem: dilectio aũt Deus est. Necesse est ergo ut Deum diligat, quisquis diligit fratrem. Si aũt non diligis fratrẽ quem uides, Deũ quem non uides qũo potes diligere? quare non uidet Deũ? quia non habet ipsam dilectionẽ: ꝛ ideo nõ uidet Deũ, quia non habet dilectionẽ: ꝛ ideo non habet dilectionem, quia nõ diligit fratrẽ. Propterea ergo non uidet Deũ, quia non habet dilectionẽ. nã si habeat dilectionẽ, Deũ uidet, qa Deus dilectio est. Et purgatur ille oculus magis magisq; dilectione, ut uideat illã incommutabilẽ substantiã, cuius præsentia semper gaudeat, qua perfruatur in æternũ coniunctus angelis. Sed currat modo, ut aliqñ in patria lætetur. Non amet peregrinationem, nõ amet uiam. Totum amarũ sit, præter illũ qui uocat, quousq; inhæreamus illi, & dicamus q̃ dictũ est in Psalmo, Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Et qui sunt qui fornicantur? Qui discedunt & amant mũdum. Tu aũt quid? sequit̃ & dicit, Mihi aũt inhærere Deo bonum est. Totum bonũ meum est Deo inhærere gratis. Nã si interroges & dicas, quare ihæres Deo, & dicat, ut donet mihi. Quid tibi donet? Cœlum ipse fecit, terram ipse fecit. Quid tibi donaturus est? iã hæres illi. Inueni melius & donet tibi. Qui.n. non diligit fratrem suum quem uidet, Deũ quem non uidet qũo poterit diligere? Et hoc mandatum habemus ab ipso, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.) Magnifice dicebas, diligo Deũ, & odis fratrem. O homicida qũo diligis Deum? Non audisti superius in ipsa epistola, Qui odit fratrẽ suum, homicida est? Sed prorsus diligo Deũ, quãuis oderim fratrem meũ. Prorsus non diligis Deum, si odisti fratrem. Et modo probo alio documẽto. ipse dixit, Dedit nobis præceptũ ut diligamus inuicẽ qũo diligis eum cuius odisti præceptum? Quis est qui dicat, diligo Imperatorem, sed odi leges eius? In hoc intelligit Imperator, si diligis eũ, si obseruẽtur leges eius per prouincias. Lex Imperatoris quæ est? Mãdatum nouũ do uobis ut uos inuicẽ diligatis. Dicis ergo te diligere Christũ, serua mandatum eius, & fratrem dilige. Si aũt fratrem non diligis, qũo eũ diligis cuius mandatum contemnis? Fratres ego non satior loquẽdo de charitate in nomine Christi. Quantũ aũt uos habetis huius rei auaritiã, tm̃ speramus, quia crescit in uobis ipsa, & foras mittit timorẽ, ut remaneat ille timor castus permanens in seculũ seculi. Toleremus mundũ, toleremus tribulationes ipsius, toleremus scãdala tentationũ. Non recedamus a uia, teneamus unitatẽ Ecclesiæ, teneamus Christũ, teneamus charitatẽ. Non diuellamur a mẽbris sponsæ ipsius, non diuellamur a fide, ut gloriemur ĩ p̃sentia ipsius, & securi manebim⁹ in eo. Modo per fidẽ, tũc per speciem, cuius tantas arras habemus donum spiritus sancti.

Psal. 18.

Psal. 72.

Ioan. 13.

De

De eo quod Ioannes dicit, Omnis qui credit quod Iesus sit Christus, ex Deo natus est: vsque ad id, Hæc est enim dilectio Dei, vt præcepta eius seruemus. Tract. X.

MEminisse vos credo qui affuistis hesterno die, ad quem locũ in progressu huius Epistolæ peruenerit nostra tractatio, id est, Qui.n.non diligit fratrem suum quem vi
I det, Deum quem non videt qũo potest diligere? Et hoc mandatum habemus ex ipso, vt
Cap. 5. qui diligit Deũ, diligat & fratrem suũ. Hucusq; disputatũ erat. Quæ sequuntur ergo ex ordine, videamus. Omnis qui credit ꝙ Iesus sit Christus, ex Deo natus est.) Quis est qui non credit ꝙ Iesus sit Christus? qui non sic viuit qũo præcepit Christus: multi.n. dicũt, Credo, sed fides sine operib.nõ saluat. Opus
Gala. 3. aũt fidei ipsa dilectio est, dicente Paulo Apostolo, Et fides quæ per dilectionẽ operatur. Opera quidem tua præterita antequam crederes, vel nulla erãt, vel si bona videbantur, inania erãt. Si.n.nulla erant sic eras quasi homo sine pedibus, aut vexatis pedibus ambulare non valens. Si autem bona videbantur antequam crederes: currebas quidẽ, sed præter viam currendo errabas potius quã peruenies. Est ergo nobis & currendum, & in via currendum. Qui prꝛter viam currit, inaniter currit, imo ad laborem currit. Tanto
Ioan. 14. plus errat, quanto præter viam currit. Quæ est via, per quam currimus? Christus dixit, Ego sũ via. Quæ patria, quo currimus? Christus dixit, Ego sum veritas. Per illum curris, ad illũ curris, in ipso requiescis. Sed vt curramus per illum, extendit se vsq; ad nos, longe.n.eramus, & longe peregrinabamur. Parũ est, qui longe peregrinabamur, & lãguidi nos mouere non poteramus. Medicus venit ad ægrotos, via porrecta est ad peregrinos. Saluemur ab ipso, ambulemus per ipsũ. Hoc
K est credere ꝙ Iesus Christus est, qũo credũt
Luc. 2. Christiani, qui non solũ nomine Christiani
Mar. 3. sunt, sed factis & vita: non qũo credunt dæ-
Luc. 4. mones. nam & dæmones credunt & contre-
Mat. 16. miscunt: sic dixit scriptura. Quid potuerunt dæmones plus credere quam vt dicerent, Scimus, quis sis, tu es filius Dei? Quod dixerunt dæmones, hoc dixit & Petrus, cũ dñs quæreret, quis esset, quem illũ dicerent homines. r. sponderunt illi discipuli. Alij dicunt Ioannem Baptistã, alij Heliam, alij Hieremiam, aut vnũ ex prophetis. & ille, Vos aũt quem me eẽ dicitis? Rñdit Petrus & ait, Tu es Christus filius Dei viui, & audiuit a dño, Beatus es Simon Bar Iona, quia nõ reuelauit tibi caro & sanguis, sed pater meus qui est in cęlis. Videte quæ laudes prosequuntur hanc fidẽ, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meã. Quid est, super hanc petram ædificabo Ecclesiã meam? Super hanc fidem, super id ꝙ dictum est, Tu es Christus filius Dei viui. Super hãc petram, inquit, super dabo Ecclesiam meam. Magna laus. ergo dicit Petrus, Tu es Christus filius Dei viui: dicunt & dæmones, Scimus qui sis, tu es filius Dei viui, sanctus Dei: hoc Petrus: & dæmones: eadẽ verba, non idẽ animus. Et vnde cõstat, quia hoc Petrus cũ dilectione dicebat? Quia fides Christiani cũ dilectione est, dæmonis aũt sine dilectione. Qũo sine dilectione? Hoc dicebat Petrus vt Christũ amplecteretur: hoc dicebant dæmones vt Christus ab eis recederet. nam antequam dicerent, Scimus qui sis, tu es filius Dei, quid nobis & tibi est? dixerunt, quid venisti ante tẽpus perdere nos? Aliud est ergo confiteri Christum vt teneas Christum: aliud cõfiteri Christum vt repellas à te Christũ. ergo videtis, quia qũo Mar. 1
hic dicit, Qui credit, propria quædam fides est, non qũo cum multis. Itaq; fratres, nemo hæreticorum dicat vobis, Et nos credimus. Ideo.n.de dæmonibus exemplum proposui, ne gaudeatis ad verba credentiũ, sed exploretis facta viuẽtiũ. Videamus ergo quid est credere ī Chm̃o, qdcredere qa Iesus ipse ẽ Chm̃s. Sequitur, Ois qui credit ꝙ Iesus sit Christus ex Deo natus est.) Sed quid est credere illud? Et omnis qui diligit qui genuit eũ, diligit eũ qui genitus est ab ipso.) Statim fidei coniunxit dilectionẽ, quia sine dilectione fides inanis est. Cũ dilectione fides Christiani, sine di M
lectione fides dæmonis. Qui aũt non credũt, peiores sunt quã dæmones, & tardiores quã dæmones. Nescio quis non vult credere in Christũ, adhuc ne dæmones imitatur? Iã credit aliquis in Christo, sed odit Christum, habet confessionẽ fidei in timore pœnæ, non in amore coronæ: nã & illi puniri timebãt. Addehuic fidei dilectionem, vt fiat fides qualẽ dicit Apostolus Paulus, Fides quæ per dile- Gala. 5.
ctionem operatur. Inuenisti Christianũ, inuenisti

ueniſti ciuem Hieruſalē, inueniſti ciuem angelorū, inueniſti in via ſuſpirantē peregrinū adiunge te illi, comes tuus eſt, curre cū illo, ſi tū & tu hoc es. Oīs qui diligit qui genuit eū, diligit eū, qui genitus eſt ab ipſo. Quis genuit? Pater. Quis eſt genitus? Filius. Quid ergo ait? Omnis qui diligit patrē, diligit filiū. In hoc cognoſcimus, quia diligimus filios Dei.) Quid eſt hoc fratres? Pauloante de filio Dei dicebat, nō de filijs Dei. Ecce vnus poſitus eſt Chriſtus contēplandus nobis, & dictū eſt nobis, Omnis qui credit quod Ieſus ſit Chriſtus, eſt ex Deo natus: & omnis qui diligit qui genuit eum. i. patrē, eū qui genitus eſt ex ipſo, ideſt, filium dominū noſtrum Ieſum Chriſtū: & ſequitur, In hoc cognoſcimus quia diligimus filios Dei, quaſi dicturus eſſet, in hoc cognoſcimus quia diligimus filiū Dei. Filios Dei dixit, qui filiū Dei paulo ante dicebat, quia filij Dei corpus ſunt vnici filij Dei, & cū ille caput, nos mēbra, vnus eſt filius Dei. Ergo qui dlligit filios Dei, filium Dei diligit: & qui diligit filiū Dei, patrē diligit. Nec pōt quiſquā diligere patrē niſi diligat filiū: & qui diligit filiū, diligit filios Dei, mēbra filij Dei, & diligendo fit & ipſe mēbrū, & fit per dilectionē in cōpage corporis Chriſti, & erit vnus Chriſtus amans ſeipſum cū ſe enim inuicē amant membra, corpus ſe amat. Et ſi patitur vnū membrū, cōpatiuntur omnia membra. & ſi glorificatur vnū membrū, congaudent oīa membra. Et quid ſecutus ait? Vos aūt eſtis corpus Chri & mēbra. Dicebat pauloante de dilectione fraterna, & ait, Qui nō diligit fratrē, qué videt, Deū quē nō videt qūo poterit diligere? Si aūt diligis fratrē, forte fratrē diligis, & Chriſtū nō diligis? quomodo qñ membra Chriſti diligis? Cū ergo mēbra Chriſti diligis, Chriſtū diligis: cū Chriſtū diligis: filium Dei diligis: cū filium Dei diligis, & patrē diligis. nō pōt ergo ſeparari dilectio. Elige tibi qd diligas, ſequunt te cętera. Dicas, Deū ſolū diligo, Deū patrē, mētiris. Deū ſi diligis, nō ſolū Deū diligis, ſed ſi diligis patrē, diligis & filiū. Ecce, inquit, diligo patrē, & diligo filiū: ſed hoc ſolū, patré Deū & filium Deum dñm noſtrum Ieſum Chriſtū, qui aſcendit in cęlum, & ſedet ad dexterā patris. Illud verbū per quod facta ſunt oīa, & verbū caro factū eſt & habitauit in nobis hoc ſolum diligo, mentiris: ſi enim diligis caput, diligis & membra: ſi aūt mēbra non diligis, nec caput diligis. Nō expaueſcis vocē capitis de cęlo clamantē pro membris ſuis, Saule, Saule, quid me perſequeris? Perſecutorem ſuū vocauit perſecutorē membrorū ſuorū: dilectoré ſuū vocauit dilectorē membrorū ſuorū. Iā quæ ſunt mēbra eius noſtis fratres, ipſa eſt Eccleſia Dei. In hoc cognoſcimus quia diligimus filios Dei, quia diligimus. Et qūo non aliud ſunt filij Dei: aliud Deus: ſed qui Deū diligit, præcepta eius diligit. Et quæ ſunt præcepta Dei? Mandatū nouū do vobis, vt vos inuicē diligatis. Nemo ſe excuſet p aliā dilectionē, ad aliā dilectionē. Omnino ſic ſe tenet iſta dilectio, qūo ipſa cōpaginata eſt in vnum, ſic oēs qui ex illa pendent, vnum facit, & quaſi conflat illos ignis. Aurū eſt, cōflatur maſſa, & fit vnū aliquid: ſed niſi feruor charitatis accendat, ex multis in vnū conflari nō pōt. Quia Deū diligimus, inde cognoſcimus qa diligimus filios Dei. Et vnde cognoſcimus, quia diligimus filios Dei? Quia Deū diligimus, & p̄cepta eius facimus.) Suſpiramus hic ex difficultate faciēdi præceptū Dei: audi qd ſequatur, Homo, qui laborabas amādo auaritiā, cū labore amatur quod amas: ſine labore amatur Deus. Auaritia iuſſura eſt labores, pericula, tribulationes, & obtēperaturus es? Quo fine? Vt habeas vnde impleas arcā, p̄das ſecuritatē. Securior forte eras antequā haberes, quā cū habere cępiſti. Ecce quid tibi iuſſit auaritia. Impleſti domū, timentur latrones: acquiſiſti aurū, perdidiſti ſomnū. Ecce quid tibi iuſsit auaritia, fac, & feciſti. Quid tibi iubet Deus? dilige me. Aurū diligis, quæſiturus es aurū, & forte nō inuenturus: quiſquis me quęrit, cū illo ſum. Amaturus es honorē, & forte non peruenturus. Quis me amauit, & nō ad me peruenit? dicit tibi Deus, Patronū vis facere, aut amicū potentē, ambis per aliū inferiorē. Me ama dicit tibi Deus nō ad me ambitur per aliquē: ipſe amor p̄ñtē me tibi fecit. Quid dulcius dilectione iſta fratres? non ſine cauſa modo audiſtis in Pſalmo fratres, Narrauerūt mihi iniuſti dilectiones ſuas, ſed non ſicut lex tua domine. Quæ eſt lex Dei? mandatum Dei. Quod eſt mandatum Dei? nouum illud mandatum: quod ideo nouum dicitur, quia innouat. Mandatū nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis

M A B C

1.Co.12. Actō. 9. Ioan. 13 Pſ. 118. Ioan.1. Ioan.13.

rs, audi q̃ est lex Dei, Apostolus dicit, Inui-
Gal.6. cẽ onera vestra portare, & sic adimplebitis le
gẽ Xp̃i. Ipsa est consummatio omniũ operũ
nostrorũ dilectio. Ibi est finis, ꝑꝑ hoc curri
mus: ad illã currimus, cũ venerimus, requie
Ps. 118. scemus: audistis in Psalmo, Omnis consum
mationis vidi finẽ. Dixit, Omnis cõsumma-
tionis vidi finẽ. Quid viderat iste putamus?
D Ascenderat in verticẽ alicuius altissimi mõ-
tis acutissimi, & prospexerat, viderat ambi-
tũ terrę & circulos orbis vniuersi: & ideo di
xit, Ois cõsummationis vidi finẽ? Si hoc lau
dabile, oculos carnis quęramus à dño tã acu
tos, vt aliquẽ excelsissimũ montẽ qui est in
terra requiramus, de cuius cacumine videa-
mus: ois consummationis vidi finẽ. Noli ire
longe, ecce dico tibi, Ascẽde in montẽ, & vi
de finẽ. Christus mons est. Veni ad Christũ,
vides inde finẽ omnis cõsummationis. Quis
1. Ti. 1. est iste finis? Paulũ interroga, Finis aũt præce
Rom. 3. pti est charitas, de corde puro & cõscientia
bona, & fide non ficta, alio loco, Plenitudo
aũt legis charitas. Quid tã finitũ & termina-
tũ quã plenitudo? Etenim, fratres finẽ posui
laudabiliter, nolite putare consumptionem,
sed consummationẽ: aliter enim dicitur, Fi-
niui panẽ, aliter finiui tunicã: finiui panẽ mã
ducando, finiui tunicam texendo: & ibi finis
sonat, & illic finis sonat, sed tñ panis finitur
vt cõsummatur, tunica finitur vt cõsummet:
panis finitur vt nõ sit, tunica finitur vt perfe-
cta sit: audite finẽ, & qñ legitur Psalmus, &
auditis, In finẽ Psalmus Dauid, Assidue au-
ditis hoc in Psalmis, & debetis nosse qđ au-
Rom. 10. distis. Quid est in finẽ? Finis. n. legis est Chri-
stus ad iustitiã omni credẽti. Et quid est finis?
Christus, quia Christus Deus, & finis prę-
cepti charitas, & Deus charitas, quia pr̃ & filꝰ
& spiritussanctus vnũ sunt. Ibi tibi finis est,
alibi via est, noli hęrere in via, & non perue
nire ad finem. Ad quicquid veneris. transi vs-
Psal. 77. quequo peruenias ad finẽ. Quid est finis? Mi
hi aũt adhęrere Deo bonũ est. Adhęsisti Deo
finisti viã, permanebis in patria. Intendite,
E pecuniã aliquis quærit, non sit ibi finis, tran-
sit tanquã peregrinus. Quęre vbi transeat, nõ
ibi remaneat: si aũt amas, per auaritiã impli
catus es. Erit tibi auaritia catena pedũ, vltra
progredi non potes: transi ergo & hoc, quę-
re finẽ. Salutẽ corporis quæris, adhuc noli
ibi remanere. Quæ est enim ista salus corpo
ris, quæ morte premitur, quæ ægritudine de
bilitatur? friuola, mortalis, fluxa? Quęre illã,
ne impediat forte morbida valetudo opera
tua bona, ergo non est ibi finis, quia propter
aliud quæritur. Quicquid propter aliud quę
ritur, nõ est ibi finis: quicquid propter se &
gratis quęritur, ibi est finis. Quęris honores,
forte ad aliquid agendum quæris, vt peragas
aliquid, vt placeas Deo, noli ipsum honorẽ F
amare, ne ibi remaneas. Quęris laudẽ? Si Dei
quęris, bene facis; si tuã quęris, male facis, re
manes in via. Sed amaris & tu, laudaris & tu:
noli gratulari qñ in te laudaris, laudare in
dño vt cantes, In dño laudabitur aĩa mea. Ser Psal. 33.
monẽ aliquẽ bonũ dicis, & laudatur sermo
tuus, non laudatur quasi tuus, nõ est ibi finis:
si ibi ponis finẽ, finiris: sed nõ finiris quasi ꝑ
ficiaris, sed finiris vt cõsummaris: ergo non
laudetur sermo tuus quasi abs te, quasi tuus.
Sed qũo laudetur? quomodo dicit Psalmus. Psal. 55.
In Deo laudabo sermonem, in Deo laudabo Matt. 2
verbũ. Ex hoc fit vt fiat in te q̃ sequit, In Deo
sperabo, nõ timebo quid faciat mihi homo:
qñ enim omnia tua in Deo laudantur, nõ ti-
metur ne pereat laus tua, qa nõ deficit Deus:
ergo transi & ipsa. Videte frattes quanta tran
simus, in quibus nõ est finis. His vtimur qua
si in via, quasi mansionibus stabulorũ refici-
mur & transimus. Vbi ergo finis? Dilectissi-
mi, filij Dei sumus, & nõdũ apparuit q̃ eri-
mus. Hoc dictum est in hac Epistola: adhuc
ergo in via sumus, adhuc quocunq; veneri-
mus trãsire debemus, vsquequo perueniam⁹
ad aliquẽ finẽ. Scimus quia cũ apparuerit, si-
miles ei erimus, qñ videbimus eũ sicuti est.
Iste finis, ibi perpetua laudatio, ibi semꝑ hal
leluia sine defectu: ergo ipsum finẽ dixit in
Psalmo, Omnis consummationis vidi finẽ, Ps. 118.
& quasi diceretur illi, Quis est finis quẽ vi-
disti? Latũ mandatũ tuũ valde. Ipse est finis,
latitudo mãdati charitas est, quia vbi est cha-
ritas, nõ sunt angustię. In ipsa latitudine erat Psal. 9.
Apostolus cũ diceret, Os nostrum patet ad G
vos ò Corinthij, cor nostrũ dilatatũ est, nõ
angustamini in nobis. Ideo ergò latũ man-
datũ valde. Quod est latũ mandatũ? Manda- 2. Cor. 5.
tum nouũ do vobis, vt vos inuicem diliga- Ioan. 13.
tis. Charitas ergo nõ angustatur. Vis nõ angu
stari in terra, in lato habita. Quicquid enim
tibi fecerit homo, nõ te angustet, quia illud
diligis q̃ nõ nocet. Homo Deum diligis, fra-
ternita-

ternitatem diligis, legē Dei diligis, Eccleſiā Dei diligis, ſempiterna eris: laboras in terra, ſed peruenis ad fructū promiſſum. qs tollit qđ diligis? Si ne no tollit tibi qđ diligis, ſecurus dormis, immo ſecurus vigila ne dormiendo ꝑdas qđ diligis. Non.n. fruſtra dictū eſt, Illumina oculos meos, ne qñ obdormiā in morte. Qui claudunt oculos contra chari
Pſal. 12. tatem, obdormiſcunt in concupiſcentiis delectationum carnaliū. Euigila ergo, dilectationes.n. ſunt, manducare, bibere, luxuriari, ludere, venari, pōpas iſtas vanas oīa mala ſequunt̄. Nunqd neſcim⁹ qa delectiones ſunt,
H qs neget qa delectant? ſed plus diligatur lex
Pſa. 118 Dei. Clama cōtra tales ſuaſores, Narrauerūt mihi iniuſti delectationes, ſed non ſicut lex tua dñe. Iſta delectatio manet, nō ſolū manet quò venias, ſed ēt reuocat fugientē. Hæc eſt .n. dilectio Dei, vt p̄cepta eius ſeruemus.) Iā audiſtis, in his duob. p̄ceptis tota lex pēdet &
Mat. 22. Prophetæ. Qūo noluit te diuidere p multas paginas? in duob. p̄ceptis tota lex pendet & Prophetæ. In quib. duob. præceptis? Diliges dñm Deū tuum ex toto corde tuo, & ex tota aīa tua, & ex tota mente tua, & diliges proximū tuū ſicut teipſum, in his duob. præceptis tota lex pendet & Prophetæ. Ecce de qb. præceptis narrat tota iſta epiſtola. Tenete ergo dilectionem, & ſecuri eſtote. Quid times ne male facias alicui? Quis male facit ei quē diligit? Dilige, nō pōt fieri niſi bene facias. Sed forte corripis? Amor hoc facit, nō ſęuitia, ſed forte cędis? Ad diſciplinā facis, qa amor ipſi⁹ dilectionis nō te permittit negligere indiſciplinatū, & fit quodāmodo quaſi diuerſus fructus & contrarius vt aliqñ odium blādiat̄, & charitas læuiat. Neſcio qs odit inimicū ſuū,
I & fingit illi amicitiā, videt illum facere aliquid mali, laudat: vult eum eſſe p̄cipitē, vult cæcū ire per abrupta cupiditatum ſuarū, vñ forte non redeat, laudat: qñ laudat̄ peccator
Pſal. 9. in deſideriis aīę ſuę, adhibet illi vnctionem adulationis ſuæ. Ecce odit & laudat. Alter videt amicum ſuum tale aliquid facere, reuocat, ſi illum non audiat, profert verba etiam caſtigationis, obiurgat, litigat: aliqñ venit̄ ad hanc neceſsitatem vt litiget. Ecce odiū blandit̄, & charitas litigat. Noli attendere verba blandientis, & quaſi ſęuitiam obiurgantis: venam inſpice, radicem vnde procedat quære. Ille blandit̄ vt decipiat, iſte litigat vt corrigat: ergo non opus eſt fratres, vt per nos diſtendat̄ cor veſtrum, impetrate à Deo vt diligatis inuicem. Omnes hoīes etiam inimicos veſtros diligatis, nō qa ſunt fratres, ſed vt fratres ſint. Vt ſemper frater no amore flagretis, ſiue in fratrem factum, ſiue inimicum vt frater fiat diligendo, vbicunq; fratrem diligitis, amicum diligitis: iam tecum eſt, iam in vnita te ēt catholica tibi coniunctus eſt. Si bene viuis, fratrem diligis factum ex inimico, ſi diligis aliquem qui nondum credit in Chriſto, aut ſi credidit Chriſto vt dæmones credidit, reprehendis vanitatem ipſius, tu diligis, fraterno amore dilige, nōdum eſt frater, ſed iō K
diligis vt ſit frater. Ergo tota dilectio noſtra fraterna eſt erga Chriſtianos, erga oīa membra eius: Diſciplina charitatis fratres mei, robur, flores, fructus, pulchritudo, amœnitas, paſtus, potus, cib. amplexus, ſine ſatietate eſt: ſi ſic nos delectat peregrinos, in patria qūo gaudebimus? Curram⁹ ergo fratres mei, curramus & diligamus Chm̄. Quem Chriſtū? Ieſum Chriſtum. Quis eſt iſte? verbum Dei. Et qūo venit ad ægrotos? Verbum caro factū eſt, & habitauit in nobis. Completum eſt ergo qđ ſcriptura prædixit, Oportebat Chriſtum pati, & reſurgere tertia die à mortuis. *Ioan. 1.*
Corpus ipſius vbi iacet, membra ipſius vbi *Luc. 24.*
laborant? Vbi eſſe debes vt ſub capite ſis? Et prædicari in noīe eius pœnitentiā & remiſſionem peccatorum per oēs gentes, incipientes ab Hieruſalem: ibi diffundat̄ charitas tua. Dicit Chriſtus & Pſalmus, ideſt, ſpūs Dei, Latum mandatum tuum valde. Et neſcio qs po *Pſa. 118*
nit in Aphrica fines charitatis. Extende charitatem per totū orbem, ſi vis Chriſtum amare, qa membra Xp̄i per orbem iacēt. Si amas partē diuiſus es, ſi diuiſus es, in corpore non L
es, ſi in corpore non es, ſub capite non es. Quid prodeſt quia credis, & blaſphemas? Adoras illū in capite, blaſphemas in corpore? amat ille corpus ſuum. Si tute præciditi à corpore ipſius, caput non ſe pręcidet a corpore ſuo. Siue cauſa me honoras, clamat tibi caput deſuper, ſine cauſa me honoras. Tanq̄ ſi velit tibi aliquis oſculari caput, & calcare tibi pedes, forte caligis clauatis conteret pedes tuos, volens tibi tenere caput & oſculari, nonne inter verba honorantis clamares & diceres, quid facis homo? Calcas me, non diceres, calcas caput meum, qa caput honora

bat: sed plus clamaret caput, p membris calcatis, q̄ p se quia honorabat. Nonne clamat ipsum caput, Nolo honorē tuū, calcare me noli? Iam tu dic si potes quare te calcaui, dic huic capiti, te osculari volui, amplecti volui. Sed nō vides ò stulte, qa quod vis amplecti, per q̄dam compagē vnitatis puenit ad id qđ calcas? Susum me honoras, iusum me calcas. Plus dolet qđ calcas, quàm gaudet qđ honoras, qa quod honoras, dolet pro eis quos calcas. Qūo clamat lingua? Dolet mihi, nō dicit, dolet pedi meo, sed dolet mihi dicit. O lingua, qs te tetigit? quis pcussit? qs stimulauit? qs pupugit? Nemo, sed cōiuncta sum eis quę calcant. Qūo vis non doleam, qñ non sum se parata? Dns ergo noster Iesus Christus ideo ascendit in cœlum die quadragesima, cōmē dauit corpus suum quà hēbat iacere, qa vidit multos honoraturos se, qa ascendit in cę lum, & vidit qa honor ipsorum inutilis est, si cōculcant membra ipsius in terra. Et ne quis
M erraret, & cum adoraret caput in cœlo, calcaret pedes in terra, dixit vbi essent membra ipsius. Ascensurus enim dixit verba nouissima, post ipsa verba non est locutus in terra. Ascensurum caput in cœlum, commēdauit membra in terra & discessit. Iā non inuenis
Actō. 9. loqui Christū in terra, Inuenis illum loq, sed in cœlo, & de ipso cœlo. Quare? Quia membra calcabant in terra. persecutori. n. Saulo dixit semper. Saule, Saule, qd me persequeris? Ascendi in cœlum, sed adhuc in terra iaceo. Hic ad dexteram patris sedeo, ibi adhuc esurio, sitio, peregrinus sum. Qūo ergo corpus commendauit in terra ascensurus? cum inter
Actō. 1. rogarēt illum discipuli, Dñe si hoc in tpe prę stēberis, & qñ regnum Israel? Rñdit iturus, Non est vestrum scire tps quod pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem spūs sancti superuenientem in vos, & eritis mihi testes in Hierusalē, Videte quà diffundat corpus suū, videte vbi se calcari non vult. Eritis mihi testes in Hierusalem, & totam Iudeā,
A & Samariam vsq; in totam terram. Ecce quà iaceo qui ascēdo. Ascēdo. n. quia caput sum: Iacet adhuc corpus meum. Quà iacet? Per totam terram. Caue ne percutias, caue ne violes, caue ne calces, nouissima verba Christi sunt ista ituri in cœlum. Considerate languē tem in lecto hoīem in domo sua iacentē, & maceratum ægritudine, proximū morti, anhelantem, iam aīam quodammodo inter dē tes habentem, qui forte solicitus de aliqua re chara sibi q̄ multum diligit, venit illi in mentē, & vocet hæredes suos & dicat. Rogo vos facite hoc teneat quodammō violēter aīam, ne antè exeat q̄ illa verba firmenē. Cum illa verba nouissima dictauerit, efflat aīam, tollit cadauer in sepulchr. Hæredes ipsius qūo meminerūt nouissima verba moriētis? Qūo siquis existat, qui dicat eis, Nolite facere? qd ergo illi dicant? Ego nō facio quod mihi pater meus efflans animam nouissime mandauit, quod vltimum sonuit in aures meas proficiscēte hinc patre meo? Quæuis alia verba ipsius aliter possum habere, nouissima verba me plus tenent. Non eum vidi amplius, nō audiui loquentē. Fratre cogitate viscerib. Christianis, si hæredib. sunt tam dulcia, tam grata, tam magni ponderis verba patris ituri in sepulchrum, hęredib. Christi qualia debēt esse verba nouissima, non redituri in sepul-
B chrum, sed ascensuri in cœlum? Nanque ille, qui vixit & mortuus est, rapitur ad alia loca anima ipsius, corpus ipsius ponitur in terra, an fiant illa verba, an non fiant, non ad eū pertinet, tamen aliud agit, aliud patitur. Aut in sinu Abrahæ gaudet, aut in igne ęterno aq̄ modicum desiderans, in sepulchro autem ipsius iacet cadauer sine sensu, & custodiuntur
Luc. 16. verba nouissima morientis. Quid sperant illi, qui verba nouissima sedentis in cęlo non custodiunt, vidēte desuper an contemnatur, an non contemnatur: illius qui dixit: Saule,
Actō. 9. Saule, quid me persequeris? Qui seruat ad iudicium, quod videt pati membra sua, & qd nos fecimus, inquiunt? Nos sumus passi, persecutionem non fecimus. Vos feciſtis ò miseri primo, qa diuisistis Ecclesiam. Maior est machæra linguæ quàm ferri. Superba fuit ancilla Saræ Agar, & afflicta est a domina Gen. 16.
sua propter superbiā. Disciplina erat illa, nō pœna: ideo cum recessisset à domina sua, qd ei dixit angelus? Reuertere ad dominam tuā. Sic ergo carnalis anima tanquam ancilla superba, si forte aliquas molestias passa es pro
C pter disciplinam, quid insanis? Redi ad dominam tuam, tene dominicam pacem. Ecce proferuntur Euangelia, legimus quà diffunditur Ecclesia. Disputatur contra, & dicitur nobis, traditores. Cuius rei traditores? Christus commendat Ecclesiam suam, & nō credis,

dis, ego tibi crediturus sum maledicenti parentibus meis, vis vt credam tibi de traditoribus? Crede tu prius Chro, Quid est dignū? Christus Deus est, tu homo. Cui prius debet credi? Christus Ecclesiam sua toto orbe diffudit. Ego dico, contemne. Euāgelium loquit, caue. Quid dicit Euāgelium? Oportebat pati
Luc. 24. Christum, & resurgere a mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum. Vbi remissio pec
Mat. 16. catorum, Ecclesia est. Quomodo Ecclesia?
Luc. 24. Illi enim dictum est, Tibi dabo claues regni
D cœlorū, & quæ solueris in terra, soluta erunt, & in cœlis, & quæ ligaueris in terra, ligata erunt & in cœlis. Quà diffunditur ista remissio peccatorum? Per omnes gentes, incipientes ab Hierusalem. Ecce crede Christo. Sed quia intelligis si crediderit Christo, non te habere quod dicas de traditoribus, tibi vis vt credam parentibus meis maledicenti, quàm
alias præ dicanti. tu credas, Christo præsenti. *

[Aduerte lector, deprehēdes sæpe clausulas præcedentium capitum mistas sequentib. & sequētium antecedentib. nullo ordine.

EXPOSITIONIS IN Apocalypsim Beati Ioannis.

HOMILIA PRIMA.

IN lectionem reuelationis beati Ioannis Apostoli fratres charissimi animaduertimus, & secundum anagogen hoc domino largiente explanare curauimus, quia reuelatio Iesu Christi nostris auri-
E bus panditur, arcana cœlestia nostris cordibus manifestentur. Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus palā facere seruis suis,] ideſt, manifestare: Quæ oportebat fieri cito, significans,] hoc est ostēdens, Seruo suo Iōāni.] Ioannes Dei gratia interpretatur. Scribēs septem ecclesiis quę sunt in Asia.] Asia elatio interpretatur, & genus humanum figuratur. Istæ septem Ecclesiæ & septem candelabra: hoc solerter intuendum est, quia septiformis gratia est, quę data est à Deo per Iesum Christum dominum nostrum nobis generi humano, qui credidimus, quia & ipse pollicit⁹ est nobis mittere spiritum paracletum de cęlis, quē & Apostolis misit, qui in Asia esse videbantur, hoc est, in elato mundo, vbi septiformem gratiam septem Ecclesiis nobis per seruum suum Ioānem donauit. Gratia vobis & pax multiplicetur à Deo patre, & à filio hominis:] ideſt Christo. Siue autem filius hominis, siue septem cādelabra, siue septem stellę, Ecclesia intelligitur cum capite suo Christo. ꝙ autem ait, Inter mamillas zona aurea erat ille præcinctus,] Christum dominum præfigurabat. Duas mamillas, duo testamēta intellige, quę de pectore domini saluatoris tanq̄ F
de perenni fonte accipiunt, vnde Christianū populum nutriant ad vitam æternam. Zona vero aurea, chorus est, sine multitudo sāctorum. Sicut enim de cingulo pect⁹ stringitur, ita sāctorū multitudo Christo adhæret, & velut duas mamillas duo testamēta cōplectit, vt ex ipsis velut de sanctis vberibus nutriantur. Caput, inquit, eius & capilli sicut lana alba & nix. Capillos albos multitudinem albatorum, ideſt, neophytorum ex baptismo proueniendum dicit. Lunam dixit, quia oues Christi sunt. Niuem dixit, quia sicut nix de cœlo vltro descendit, ita & gratia baptismi nullis præcedentibus meritis venit. Ipsi enim qui baptizantur Hierusalem sunt, quæ quotidie ad instar niuis de cœlo descendit. Hierusalem, ideſt, Ecclesia, ideo de cœlo descendere dicitur, quia de cœlo est gratia, per quam & à peccatis liberatur, & Christo, ideſt, æterno capiti sponso cœlesti coniungitur. Sicut econtrario bestia de abysso ascendere dicitur, ideſt, populus malus, qui ex populo malo nascit: nam sicut Ierusalem humiliter descendēdo exaltatur, ita bestia, ideſt, populus superbus arroganter ascendendo præcipitatur. Oculis eius velut flamma ignis. In oculis G
præcepta Dei dicit, sicut scriptum est, Lucerna pedibus meis verbum tuum. Et pedes eius simules aurichalco clibani igniti velut in fornace ignis.] In pedibus ignitis ecclesia intelligitur, quæ iminente die iudicii, nimietate præsurarum probanda, & igne examinanda est. Et quia pes nouissima pars est corporis, & pedes ignitos dixit esse ideo in pedibus Ecclesia nouissimi temporis intelligit multis tribulationib. velut aurum in fornace ꝓbanda. Quam rem qui bene considerat, iam nunc ex multitudine iniquitatum fieri videt.

Ideo aurichalco similauit, quod ex ære & igne multo, ac medicamine perducitur ad auri colorem: sic Ecclesia per tribulationes & passiones * purior redditᵉ. In zona aurea accincta pectori, pōt etiam sciētia spiritalis ac purᵃ sensus datus Ecclesiæ intelligi. Gladium vero bis acutum de ore ipsius procedētem: Iesum Christum esse significat, qui & nunc Euangelium bonum, & prius per Moysen legis notitiam vniuerso orbi ꝓtulit & de quo Dauid similiter ait, Semel locutus est Deus, duo hæc audiui. Hæc ergo sunt duo testamēta, quæ pro captu tpis aut noua, aut vetera, aut gladius bis acutus dñr. Vox eius tanquam vox aquarum multarū.) Aquæ multæ populi intelligunt esse: in voce, prędicatio Apostolorum. Quod autem supra dixit, pedes eiᵒ similes aurichalco, tanquam in fornace conflati, possunt etiam Apostoli intelligi, q̄ post passionem prædicauerunt verbum eius. Per quos.n. ambulat prędicatio, merito pedes nominant, sicut Propheta dixit, Quam pulchri pedes euangelizantium pacē: & illud, Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. quod aūt dixit, Hēbat in dextera sua stellas septē:) Ecclesiā intelligi voluit. In dextera.n. Christi est spiritalis Ecclesia cui ad dexteram positæ dicit, Venite benedicti patris mei. Septem ergo stellę Ecclesia est. Diximus.n. quia spiritus septiformis virtutis est ei datus à patre, sicut Petrus ad Iudæos de Christo ait, Dextera igitur Dei exaltatus acceptum à patre spiritum effudit. Septem autem Ecclesias, quas vocat vocabulis suis, non ideo dicit, quia illæ solæ sunt Ecclesiæ, sed quod dicit vni, omnib. hoc dicit. Deniq; siue in Asia, siue in toto orbe, septem Ecclesias oēs esse, & vnam esse catholicam, sicut ad Timotheum ait, Qūo oportet te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, & in Esaia, septem mulieres, quę apprehendent virum vnum, septem Ecclesias significari intelligit, quæ & vna est: virū, Christum intelligimus: panem mulierum, spiritū sanctum, qui nutrit in vitam æternam. Et vt vobis ea quæ dicta sunt tenacius inculcētur, breuem recapitulationem fieri volumus. Septem ergo Ecclesiæ, quib. sanctus Ioānes scribit, intelligitur vna Ecclesia catholica ꝓpter septiformem gratiam. Idem autem testis Fidelis Christus est. Septem candelabra, Ecclesia catholica est. In medio candelabrorū similis filio hominis, Christus est in medio Ecclesiæ. quod autem ait, Cinctū super mamillas, per mamillas duo testamēta intelligunt, quę de pectore Christi lac spirituale accipiūt: vt populum Christianum in vitam æternam nutriāt. Zona vero aurea, chorus est siue multitudo sanctorum, qui iugiter lectioni & orationi insistentes, Christo adhærere probant: iam ista charitati vestræ sufficiant. Quod audistis, sancta inter vos collocutione meditamini, vt quod reliquum est, donāte domino audire possitis. Quod ipse præstare dignetur.

aliās oppræssiōes.

Psal. 71.

Esai. 52. Psa. 131

Mat. 25. Actō. 2.

1. Ti. 3. Esai. 4.

L

Homilia. II.

FRatres charissimi, in candelabro, de quo cum Apocalypsis le geret audistis populus intelligitur. Quod autem ait, Mouebo cā delabrum tuum,) hoc est, dispergam populū pro peccatis: Et pugnabo cū eis gladio oris mei:] idest, proferam præcepta mea, per quæ arguantur peccata vel crimina sua. Quòd ergo dixit, Facies eius sicut sol lucet in virtute sua: [est de aduentu vel præsentia Christi, qa per faciem quisq; manifestatur atque cognoscitur. Et de Ecclesia potest hoc accipi, cui istam claritatem Christus promisit, de qua dicit, Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno Christi Stellam matutinam,] primam resurrectionē dicit, quæ per gratiam baptismi fit. Stella matutina noctem fugat, & lucem annūciat, i. peccatum tollit, & gratiam tribuit, si tamen accepta gratia bona opera sequantur. Sicut enim magnam arborem virere, & fructum non reddere nihil prodest, sic nihil potest Christianū dici, & Christiana opera non habere, & ideo dicit, Consulo tibi à me emere aurum conflatum: [idest, contende vt pro nomine Christi aliquid patiaris. Et collyrio vnge oculos tuos:] vt quod libenter per scripturas cognoscis, opere impleas. Ostiū apertum esse in cœlo: [noui testamenti prædicatorem vidit Ioannes,] Quibus oculis vidit? quantum ad figuratam ostensionem, nō carnis sed mentis. Quantum vero ad ipsius rei veritatem, quæ iam in carne domino apparente manifestata fuerat, non solum oculis carnis vidit, verumetiam manibus contrectauit. Quid vero per ostium designatur in hoc loco nisi mediator Dei, & hominum Christus Iesus, ipso dño dicēte, Ego sum ostium,

Mat. 13.

M

&

K

& reliqua. Iure igitur non clausum sed apertum intuet: qa nimirum idē mediator noster nascendo, moriēdo cūctis fidelib. in notuit, qa ipse erat redēptor mūdi. Quid per cęlū nisi ecclesia designat, sicut ipse dicit, Cęlū mihi sedes est, vel aia iusti, sicut Salomon testatur sedes est sapientiæ? Paulus quoq; occurrit, dicens Christū Dei virtutē, & Dei sapientiam. Esa 66. Sapien. 7 1. Co. 1.

Constat proculdubio, qđ cœlum est electorum ecclesia, in qua ostium apertū cernitur, qa redemptor noster natus & passus ac resu scitatus ad cœlos ascendisse in ea p̄dicatur & credit̄. Quid aūt in hac visione positus audierit Ioannes, manifestat dicens, Et vox prima quam audiuit tanq̄ tubæ loquētis mecum dicens, Ascende huc.) Quantum apertum modo ostēdit tm̄ clausum fuisse ante hominib. manifestum est. Solium positū, est sedes iudicantis, sup quē vidit similitudinē iaspidis & sardii. Ialpis aq̄ colorem hēt, & sardi⁹ ignis. In his duob. lapidib. duo iudicia intellgiunt:

M vnum, qđ iam per aquam factum est in diluuio: aliud, qđ erit per ignem in consummatione seculi. Pōt hoc loco & vita seruorum Dei intelligi, quia ad similitudinem aquæ & ignis interdū in hac vita oēs sanct̄i habent p̄spera interdū patiunt̄ aduersa.] Et ἶρις erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinis. ἶρις itaq; græca Latinaq; lingua arcus vocatur, qui in die pluuię apparere vr̄. Et quid per hanc nisi reconciliatio mundi designatur, q̄ per incarnati verbi dispensationem facta cognosci? Hoc certe si solerter inspicit̄, effect⁹ ipsius ἶρις indicare vr̄. Arcus itaq; tunc appa ret, cū radii solis imbrifera fuerit nubes illustrata. Sole igit̄ nubem illustrante, ἶρις, idest, arcus apparuit, qa videlicet cum patris verbum, qđ candor est lucis æternæ, ac sol iustitiæ, humanā susc̄ipiēdo illustrauit naturā, ipsa humanitatis eius susceptio, quæ p̄fecto nubes à Prophetā vocat̄, reconciliatio facta est mundi. Bene aūt imbrifera, qa nimirum prædicationum eloquiis plena. Congruēter siquidem ad reconciliationem humani gene

A ris in nouo testamēto arcus figuratim apparuisse describit̄, qui in veteri quoq; ideo in nubib. à dño positus intelligit̄, vt post inundationem diluuii per eum terris pax reddita cognosceret̄, vt. s. eius visione pacti sui memor omnipotens Deus nequaq̄ vltra aquarū immensitate deleri terram pateretur, Cui videlicet nomini si vna in fine additur litera & εἰρήνη dicat̄, vtiq; hoc ipsum interpretatio sonare vr̄. Nam Græco vocabulo εἰρήνη pax appellat̄. Et in veteri quidem testamento dns ad Noe ait, ecce ego statuam pactum meum vobiscum. Et notandum q̄ apta sit figurarum contexio, quia. n. fulgura, voces & tonitrua de throno tanq̄ de nube procedere in subsequentib. narrant̄, conuenienter hic irradiante sole arcus similitudinē, i. thronos reddidis se narrat̄: qui videlicet arcus cum sit diuersi coloris, resplēdeatq; principalier duobus. i. aquę & ignis, ac designetur per eum baptismus aquæ & spūs̄anct̄i, vel iudicium p̄cedens per diluuium, ac subsequens per ignē, hic tm̄ non immerito visioni smaragdinis cō paratur, vt per eū, sicut diximus, repropitiatio mundo ostendat̄. Lapis. n. smaragdus viridissimi coloris est, qui videlicet color, si. cut p̄cedenti versiculo iam fatus sum, non inconuenienter naturę diuinitatis aptatur. Gene. 9.

Mare vitreum,] donum baptismi est, quod] B ideo ante solium esse dr̄, quia ante aduentū iudicii datur. Quod vero post hoc ait. Habeo claues mortis & inferni:] hoc ideo dicit, qa qui credit & baptizat̄, à morte & ab inferis liberatur. Et quia ipsa ecclesia, sicut habet claues vitę, ita & inferorum, ipsi. n. dictum est, Cui dimiseritis peccata, dimittuntur, & cui retinueritis, retenta sunt, vbicunq; ponit in Apocalypsi angelum hoīs, ipsum hominem significat, sicut & ecclesię, & Angeli earū ibi dem debēt intelligi, nisi aut Episcopi aut p̄positi ecclesiarum. Intantum angelorum no mine ecclesias catholicas voluit intelligi, vt iubeat angelos pœnitentiā agere. Non enim angeli qui in cœlo sunt indigent pœnitentia, sed homines, qui sine peccato esse non possunt. Nam quia etiam angelus nuncius interpretatur, quicunque aut Episcopus aut presbyter aut etiā laicus frequēter de Deo loquitur, & quomodo ad vitam æternam p̄ueniatur annunciat, merito angelus Dei dicitur. Et tamen quia sine peccato nemo esse potest̄, dicitur ei, idest, homini, vt pœnitētiam agat, quia reuera qui bene considerat C se, agnoscit quod, non dicam laici, sed etiam sacerdotes vna die esse non debēt sine pœnitentia: quia quomodo nullus dies est in quo homo possit esse sine peccato, sic nullo die debet esse sine satisfactionis remedio. Septē Ioan. 20.

autem candelabra,& vnum candelabrum: ſeptiformem Eccleſiã poſſumus intelligere,& ideo quicunq; ad ſeptem Eccleſias loqui vr, ad vnam Eccleſiam loquit tota orbe diffusa, & quia in ſeptenario numero oĩs plenitudo cõſiſtit. Angelos ergo Eccleſiam dicit,in qb. duas partes, i. bonorum & malorum oſtendit,& ꝓpea nõ ſolum laudat,ſed ẽt increpat, vt laus ad bonos,increpatio ad malos diriga
Mat. 24. tur: ſicut dñs in Euãgelio: Oẽ præpoſitorum corpꝰ vnum ſeruum dixit beatum, & nequã quem veniens dñs ipſe diuidet. Qũo fieri poteſt vt vnus ſeruus diuidat, cum diuiſus viue
E re non poſsit? Sed vnum ſeruum dicit totum populum Chriſtianum,qui populus ſi totus bonus eſſet,non diuideret,ſed qa non ſolum habet bonos,ſed etiam malos,diuidẽdus eſt,
Mat. 25. & boni audituri sũt, Venite benedicti patris mei percipite regnũ,raptores vero & adulteri,qui miſericordiam non fecerunt,audituri ſunt, Diſcedite à me maledicti &c. Quod autẽ in apocalypſi ſingulis dr Eccleſiis, fratres chariſsimi,ſingulis hominib. cõuenit in vna eccleſia cõſtitutis. Hæc dicit, qui tenet ſeptẽ ſtellas in manu ſua:]hoc eſt,q nos in manu.i. ptãte hẽt & gubernat. Qui ambulat in medio candelabrorum aureorum,].i.in medio noſtri,qa candelabra illic populum ſignificant Chriſtianum. Quod aũt dicit, Mouebo candelabrum tuum de loco ſuo ſi non egeris pẽnitentiam. Videte qa nõ dixit, aufert,ſed mouet, qa cãdelabrum ſignificat vnum populũ Chriſtianum. Et ipſum candelabrum moueri dicit,non auferri, & per hoc intelligit qđ in vna eademq; eccleſia mouentur mali,cõ firmanr boni, & quod occulto, ſed tũ iuſto
Mat. 13. & 25. Dei iudicio id quod tollit malis, bonis auge
F tur, vt adimpleat illud quod ſcriptũ eſt, Qui habet dabit ei, & ei qui non habet, & qđ vr hre auferet ab eo. Quòd aũt dicit, vincenti dabo manducare de ligno vitæ,]ideſt,de fructu crucis: Quod eſt, inquit, in medio paradiſi Dei mei:) Paradiſum eccleſiam dicit: oĩa enim in eius figuram facta ſunt. nam quod dicit, Scio opera tua,& tribulationem & paupertatem,ſed diues es:]Omni eccleſiæ dicit, quæ ſpiritu pauper eſt, & omnia poſsidet. Quod aũt dicit, Habetis preſſurã dies decẽ.] Dies totũ tempus poſuit,qa denarius numerus perfectus eſt. in quo populꝰ Chriſtianus,
Actо.14. ſicut dicit Apoſtolus per multas tribulationes intrat in regnum cęlorum. nam quod dicit angelo Pergami eccleſiæ: Scio vbi habitat,vbi eſt introitus ſatanæ,]omni eccleſię dicit in vnius vocabulo,& qa vbiq; habitat ſatanas per corpus ſuũ. Corpus aũt ſatane homines ſunt ſuperbi & mali, ſicut & corpus Chriſti humiles,& boni. Vincenti dabo manducare de manna abſcondito:], i.de pane q de cœlo deſcendit. Cuius figura fuit manna *Ioan.6.*
in eremo,quã,ſicut ipſe dñs dixit,multi manducantes mortui ſunt, ſed & nunc quicũque manducat indigne,iudicium ſibi manducat: idem panis eſt ẽt lignum vitæ. Poſſumus & *1.Co.11*
manna immortalitalem accipere. Et dabo ei G
calculum candidum:), i.corpus baptiſmate candidum. Et ſuper calculum nomen nouũ ſcriptum,], i.notitiã filii hoís. Quod nemo ſcit niſi qui accipit,],ſ.per reuelationem, & ideo de Iudæis dr. Si enim cognouiſſent, nun *1.Co.2.*
quam dñm gloriæ crucifixiſſent. Quod autẽ dicit angelo Thiatyræ eccleſię, Habeo aduerſum te,quia permiſiſti mulieri Iezabel: Dicit præpoſitis eccleſiarum,qui luxuriosis & fornicantib. & aliud quodlibet male agentib. ſeueritatem diſciplinæ eccleſiæ non imponũt. Et poteſt hoc etiã de hæreticis intelligi. Quę dicit ſe Prophetem,],i. Chriſtianam. Modo enim multæ hæreſes ſibi hoc nomine blandiunt. Nec cognouiſtis altitudinem ſatanę:] ideſt,nõ reſpuiſtis doctrinam eius ſicut hęreſes. Non mitto ſuper vos aliud põdus:] ideſt, ſupra id quod poteſtis ſuſtinere. Verũ quod habebas,tene donec veniam,& qui vincit,& qui ſeruat opera mea vſq; ad finem, dabo ei gentes & paſcet eas in virga ferrea, & vt vas figuli comminuentur, ſicut & ego accepi à patre meo.] In Chriſto habet eccleſia hanc poteſtatem, ſicut dicit Apoſtolus, Cum illo *Rom.8.*
omnia nobis donauit. Virgam ferream dicit H
propter iuſtitiæ rigorẽ, & de ipſa virga corriguntur boni, confringuntur mali.

Homilia III.

MOdo fratres chariſsimi audiuimus beatũ Ioannẽ, peccatorẽ hoiem terribiliter increpãtẽ, & ideo cũ ingẽti timore cõſideremus, & cũ tremore timeamus qđ dictũ eſt: *Ezec.18.*
Noui opera tua, qa nomen hẽs qđ viuas, & mortuus es.]Non moritr niſi qui mortale crimen commiſerit ſecundũ illud, qđ dictũ eſt,

Anima

Anima quæ peccauerit, ipſa morietᵉ. Quod peius eſt, multi in corporib. viuis aſas mortuas portare noſcunᵗ. Eſto vigilans & confirma, qᵐ moritura erant. Hęc dicit ſanctus, & verus, qui habet claues Dauid:). i. regiã ptãtem: Qui aperit & nemo claudit,) Manifeſtum eſt qđ Chriſtus pulſantib. aperit, & hypochrytis. i. fictis vitę ianuã claudit. Ecce dedi antè te oſtium apertum.) Hoc ideo dictum eſt, vt nullus dicat, qa oſtium qđ Deus aperit Eccleſiæ, in toto mundo aliqs poſſet, vel in parte
H claudere. Quia modicam hês virtutem. Laus eſt Dei, qđ Deus modicę fidei Eccleſiæ aperiat oſtium. Et ſcribam ſuper illud nomẽ Dei mei.] Vtiq; à Chriſto Chriſtiani ſignamur. Et nomen ciuitatis Dei mei nouę Hieruſalem q̃ deſcendit de cęlo.] Nouã Hieruſalem, cœleſtem Eccleſiã dicit, quæ a dño naſcitᵉ. Nouã aũt dixit ꝓ natiuitate noſtra Chriſtiani, & qa ex veterib. noui efficimur. Neque frigidus es neq; feruens:). i. inutilis es. Poteſt. n. & ſuper diuitum ſterilium perſona accipi, qui habẽt facultates, & nõ inde faciunt miſericordias. Pauperes non ſunt, qui habent facultates, diuites nõ ſunt, qui ex diuitiis non operantur. Conſilium tibi do vt emas aurum tibi ignitum.]. i. probatũ, vt locuples fias, vt eleemoſynas faciẽdo & actib. bonis inſiſtendo, ipſe efficiaris aurum. i. a Deo accipias intellectũ, & per bonam cõuerſationẽ merearis martyEphe. 1. rium. Et ecce, inqt, oſtium apertum eſt in cœlo.] Oſtium apertũ Chriſtum dicit, qa ianua eſt. Cœlum Eccleſiã dicit, vbi cęleſtia gerun tur, ſicut dicit Apoſtolus, Inſtaurare oĩa, quę in cęlis, & quæ in terra ſunt: cęlum intelligit primitiuam Eccleſiam de iudæis, terram ve-
I ro ex gentib. eſſe. Aſcende huc & oſtendam tibi.) Non in ſolum Ioannẽ conuenit, ſed in Eccleſiam, vel in omnes credẽtes. Qui. n. vidit oſtiũ apertũ in cœlo. i. natum & paſsũ, & reſurrexiſſe Chriſtum credidit, aſcendit in altitudinem & vidit futura. (Quib. greſsib. niſi fidei & credulitatis? ac ſi aperte cuilibet electorum diceret ad cognoſcenda Chriſti & Eccleſiæ ſacra, Vide, conſcende, credulitate pertinge. Recte. n. à voce prima Ioannes inuitaᵗ vt ad oſtium cęli cœlumq; cõſcendat, qa videlicet vnuſquiſq; electorum in oſtẽſo credulitatis pede per Euangelium ad veræ fidei ſacra pertingat, veteris inſtrumenti doctrina, quæ nouã prędit, roboraᵗ.) Et ecce thronus poſitus erat in cęlo,) ideſt, in Eccleſia. Et qui ſedebat, ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis vel ſardii.) Iſtæ cõparationes in Eccleſiam cõueniunt. Iaſpis aquæ colorem hẽt, & ſardiᵘ ignis. per hæc ſicut iam dictum eſt, duo iudicia vult intelligi, vnũ per aquam, qđ iam factum eſt per diluuium: aliud, quod futurum eſt per ignem. Quid per iaſpidem niſi diuinitas mediatoris noſtri figuratᵉ? In circuitu throni vidi ſedes vigintiquatuor, & ſupra ſedes vigintiquatuor ſeniores.) Seniores totam Eccleſiam dicit, ſicut Eſaias dicit, Et in *Eſai. 14.*
medio ſenum fuerit glorificatus. Vigintiqua K
tuor ſeniores prępoſiti & populi ſũt. In duodecim, Apoſtolos ꝓpoſitos, & in aliis duodecim reliq̃ Eccleſiam intellige. Et de ſede procedebant fulgura & voces.) De eccleſia. n. ꝓcedunt hęretici qa ex nobis exierunt. Eſt & alius ſenſus, vt fulgura & voces ꝑdicatio Ec *Ioan. 2.*
cleſię intelligaᵗ. In vocib. verba, in fulgure miracula cognoſcunᵗ. In conſpectu throni mare vitreum.) Mare vitreũ fontẽ baptiſmi ante thronũ dixit. i. ante iudicium. Sed & aliqñ aĩam ſanctã intellige thronum, ſicut ſcriptum eſt. Aĩa iuſti ſedes eſt ſapiẽtię: aliqñ Eccleſiam ſignificat, in qua ſedem habet Deus. Et in medio throni quatuor aĩalia,) ideſt, in medio eccleſię Euangeliſtę: Plena oculis in priora & retro,], i. intus & foris. Oculi ꝓcepta ſunt Dei. In priora & retro. i. in ꝓterita & futura cõſpiciẽtia. In aĩali primo ſimili leoni,] fortitudo Eccleſię oſtendiᵗ, In vitulo,] paſsio Chriſti, In tertio aĩali, qđ eſt velut homo,] humilitas eccleſię oſtendiᵗ, quia nihil ſibi blandiᵗ vt ſuperbum ſapiat, quanuis adoptionem filiorum teneat. Quartum animal,] Eccleſiam dixit, ſimile aquilę,] ideſt, volan- L
tem & liberam, atq; a terra ſuſpenſam duab. alis, quaſi duorum teſtamentorum ſiue duorum pręceptorum gubernaculis eleuatam: nam & Ioannes Euangeliſta cum de iſtis animalibus intro aſpexiſſet, in Chriſto completum eſſe quadriforme myſterium intellexit, cum audiſſet hoĩem naſcentem, vitulum patientem & leonem regnantem, tunc vidi & aquilam ad cęleſtia remeantem: & ſingula eorum habebant alas ſenas per circuitum.) In aĩalib. oſtẽdunᵗ viginti quatuor ſeniores: nã ſenę in quatuor aĩalib. viginti & quatuor alę ſunt etenim per circuitum throni vidit animalia, vbi ſe dixerat ſeniores vidiſſe: nã

quomodo animal cum sex alis potest simile esse aquilæ, q̃ hẽt duas alas, nisi qa quatuor aialia vnũ sunt, quæ hẽnt viginti & quatuor alas, in qb. viginti & quatuor seniores intelli mus, qui sunt Ecclesia, q̃ similauit aquilę? Et aliter, senæ alæ testimonia sunt veteris testamenti. Sicut. n. aial volare non põt, nisi héat pennas, sic nec prædicatio noui testamenti fi dem hẽt, nisi habeat veteris testamenti p̃nunciata testimonia, per quæ tollit a terra & vo lat. Semper. n. quod ante dictũ est futurũ, & M posta factum inuenit, fidem facit indubitabi lem. Nisi. n. quæ p̃dixerant Prophetæ in Chri sto essent consummata, inanis esset prædicatio illorum. Hoc tenet Ecclesia catholica, an te p̃dicta, & postea consummata. Merito volat, & tollit à terra vnum aial in cęlum. Et re quiẽ non hẽbant aialia illa:) Ecclesia, quę nõ hẽt requiem, sed semper laudat Deum. Vigin ti & quatuor seniores possum⁹ etiã intellige re libros veteris testamenti & Patriarchas & Apostolos. Fulgura & tonitrua, quæ de solio exire dñr, prædicationes & promissiones in telligere dẽmus noui testamẽti: Mittentes co ronas suas ante thronum.) Hoc ideo, qa quic quid dignitatis hẽnt sancti, totũ Deo tribuũt, sicut & illi in Euãgelio palmas & flores sternebãt sub pedib. eius, i. ipsi tribuentes omne qđ vicerant. Quia tu creasti oia, & ex volũta te tua erãt.) Erãt ẽm Deũ à quo cũcta anteq̃ fierẽt possessa sunt. Creata sunt aũt vt & à no bis viderent, sicut dicit Moyses ad ecclesiã, Nonne est hic ipse pater tuus, qui fecit te & possedit te, & creauit te? Possedit in præscien tia, & fecit in Adam, & creauit ex Adam.

A Homilia IIII.

ET vidi supra dexteram sedentis in thro no librũ scriptũ intus & foris:) Vtrũq; testm̃ intellige. A foris vetus, ab intus nouũ, quod in terra vetus latebat. Signatum, inqt, sigillis septem, i. omni mysteriorũ plenitudi ne obscuratum, qđ vsq; ad passionem & re surrectionem Christi mansit signatum. nam qũo testamentum non dr̃ nisi quod faciunt morituri & signaẽ vsque ad mortem testatoris, & post mortem ipsius aperit, ita & post Christi mortem omnia mysteria reuelantur. Et vidi angelum fortem clamantẽ voce ma gna, Quis est dignus aperire librum, & solue re signacula eius?) Cum primo signa soluantur, deinde liber aperiat, certe rõ est qa Chri stus tunc aperuit librum, cum opus paternæ volũtatis aggressus cõceptus & natus est, tũc eius signacula soluit, qñ pro genere humano occisus est: Et nemo poterat neq; in cęlo ne que in terra neq; sub terra:). i. neq; angelus, neq; in terris viuens, neq; mortuus, Aperire librum neq; videre illum,). i. contẽplari splẽ dorem gratiæ noui testamenti, Et ego flebam multum, qa nemo inuentus est dignus aperi re librum.) Ecclesia flebat, cuius figuram ha B buit Ioannes, onerata & grauata peccatis im plorans sui redemptionẽ. Et ecce vnus ex se niorib.) Vnum ex seniorib. totum corpus, p phetarum intellige. Prophetę. n. consolabant ecclesiam, annunciantes Christum de tribu Iuda radicem Dauid, qa ipse in nobis vincit omne peccatum, & siquid boni aliquis hẽt, ab ipso habet. Et vidi, & ecce throni & qua tuor aialia, & in medio seniorum agnum stã tem qui occisus est.) Throni, aialia, seniores, & agnus qui occisus est Ecclesia est cum ca pite suo, quæ pro Christo moritur, vt cum Christo viuat: Possunt & martyres in eccle sia agnus quasi occisus accipi. Habentem, in quit, cornua septem, & oculos septem, qui sunt spũs Dei missi in omnem terrã.) Quòd nemo possit habere spiritum Dei præter eccle siam, hinc manifeste cognoscit. Et venit & accepit de dextera sedentis in throno li brum.) Sedẽtem in throno & patrem accipi mus & filiũ & spiritum sanctum. Accepit er go agn⁹ de dextera Dei, i. à filio accepit opus libri perficiendum, ipso dicente, Sicut misit Ioan. 20. me pater & ego mitto vos, eo quod ipse in illis perficiat quod donat. Habẽtes singuli ci tharas:) idest chordas laudum: Et phialas au- C reas:) Hæc sunt vasa in domo domini in qui bus thymiama offerri consueuit: ideo oratio nes sanctorum bene in eis intelligimus. Et cã tabant canticum nouum.) Canentes canticũ nouum, i. professionem suam publice pro ferentes. Et vere nouum est, filium Dei homi nem fieri, & mori & resurgere, & in cœlum ascendere, remissionem peccatorum homi nibus dare. Cithara enim, idest chorda in li gno extensa significat carnem Christi passio ni coniunctam. Phiala autem confessionem, & noui sacerdotii propaginem. Reseratio si gillorum adapertio est veteris testamenti. Et

vidi

vidi & audiui vocem multorum angelorũ.) Angelos hoïes dicit, qa & filii Dei dicimur. Dignus est agnus, q occisus est, accipere ptã tem & diuitias, & sapientiam &c.) Non de dño dicit, in quo sunt oẽs thesauri sapientię, vt ipse accipiat, sed de hoïe assumpto & eius *Colos.2.* corpore, qđ est ecclesia, vel de martyribus eius, qui ꝑ hoïe eius occisi sunt, qa in capite suo totã accipit ecclesiã, sicut scriptũ est, Cũ illo nobis oïa donauit. Ipse.n. agnus accipit, q in Euangelio dicit, Data est mihi oïs ptãs, *Rom.8.* in cœlo & in terra, ſm humanitatẽ ergo, nõ *Mat.28.* ſm diuinitatẽ accepit. Oẽs, inquit, audiui dicẽtes sedẽti in throno.) ideſt, patri & filio: & agno,).i. ecclesia cũ capite suo: Bñdictio, & honor, & claritas in secula.) Cui est honor, & gloria, & ꝑiriũ in secula seculorũ, Amẽ.

Homilia V.

SIcut modo dũ lectio diuina legereꝫ audistis, ita ait beatus Ioannes, Et ecce equus alb. & qui sedebat super eum, habebat arcũ, & data est ei corona, & exiit vincens.) equus alb. ecclesia est, sessor Xps. Iste equus dñi cũ *Zach.10* arcu bellico per Zachariam hoc modo ante promissus est, Visitauit dñs Deus gregẽ suũ domũ Israel, & disposuit eũ sicut equũ speciosũ in bello, & ex eo arcus in ira, & ex eo exiit omnis insequens, Equũ.n. album intelligimus Prophetas & Apostolos. Equitem coronatũ habentẽ arcũ, cognoscimus non solũ Christum, sed ẽt spiritum sanctum. Posteaq̃ enim dñs ascendit in cęlũ, & aperuit vniuersa, misit spiritum sanctum, cuius verbo prædicatores tanq̃ sagittæ ad cor hoïum pertingerent, & vincerẽt incredulitatẽ. Coronæ super caput, promissa per spm̃ sanctum, intelli- E genda sunt. Et cum aperuisset sigillum ſm, audiui ſm animal, dicens, Veni, & vide. Et exiit alius equus rufus, & sedenti super eum datũ est tollere pacem de terra, & vt inuicẽ occiderent, & datus est ei gladius magnus,) Contra victricem vincentẽ ecclesiam exiit equꝰ rufus. i. populus sinister & malus, ex sessore suo diabolo sanguiuolentus, q̃is legamus ſm Zachariã equum dñi rufum, sed ille suo sanguine erat, hic alieno: Cui datus est gladiꝰ magnus vt tolleret pacẽ de terra. ſ. suam pacem hoc est mũdanam: nã Ecclesia ęternam pacem, quam sibi Christus reliquit, habet. Sicut ergo supradictum est, equum album Ecclesiam dicit, sessorem eius Christum per spiritum sanctum. Ar cum quem tenebat in manum,) præcepta eius sunt quæ per totum mundum velut sagittæ acutæ potentis ad interficienda peccata, & excitãda fidelium corda directæ sunt. Corona in capite eius.) promissio vitæ ęternæ est, Equum rufum,) malũ populum, sessorem eius diabolum. Quem iõ dixit rufum, eo qđ multorum esset sanguine rubicundus. Quòd aũt, Datus est ei gladius acutus, & tollere pacẽ de terra.) hoc est, qđ diabolo suadente, hoïes mali iugiter inter se F lites & discordias vsque ad mortem excitare nõ cessant. Et in equo nigro,) intelligit̃ populus sinister diabolo cõsentiens. Quòd aũt, Stateram hẽbat in manu,) hoc ideo est, qa dum se fingunt mali iustitiæ libram tenere, sic plerunq; decipiunt. Quòd dixit, vinum & oleũ ne læseris.) in vino sanguis Christi, in oleo vnctio chrismatis intelligit̃. Intritico vel hordeo,) tota ecclesia siue in magnis siue in minimis, aut certe in prępositis & in populis. Et in equo pallido,] hoïes intelligunt̃ mali, qui persecutiones excitare non desinunt. Isti tres equi vnum sunt, qui exierunt post album & contra album, & sessorem habẽt diabolum, qui est mors. Tres ergo equi fames & bella & pestis intelligunt̃: quod etiam dñs in Euangelio suo prædixit, quæ etiam fiunt, & imminẽte die iudicii amplius futura sunt. Quod aũt dixit se vidisse sub ara aïas interfectorũ, martyres intelligunt̃. Quod aũt dicit, Terræ motum magnũ,] ꝑsecutio nouissima est. Quòd dicit, Solem factum nigrum, & lunam sãguinem, & stellas cecidisse de cœlo,] Sol & luna & stellæ, ecclesia est in toto orbe diffusa. Quod aũt dicit cecidisse, nõ tota cecidit, sed a parte totum intelligit̃. In omni enim perse G cutione boni ꝑseuerant, & mali quasi de cœlo. i. de ecclesia cadunt. deniq; sequit̃, Sicut ficus mittit grossos suos cum à vento agitatur:] sic de ecclesia cadunt mali, quando per aliq̃ tribulationem fuerint conturbati. Quod aũt cœlum recessit vt liber:] ecclesia est, quę separatur a malis, & velut liber inuolutus cõtinet in se sibi nota diuina mysteria: Quod autem dicit, Reges terræ fugerunt & absconderunt se in speluncis terræ:] hoc significat, quod totus mundus in bonis & sanctis refugium habiturus est ad ecclesiam: vt sub eius

prote-

protectione constitutus, peruenire possit ad vitam æternam, auxiliante domino nostro Iesu Christo qui viuit & regnat in secula.

Homilia. VI.

ET vidi alterum angelum descendentẽ ab ortu solis.]Alterum angelum eandẽ ecclesiam catholicam intelligit, ab ortu solis, à passione & resurrectione dñi clamantẽ quatuor angelis terræ. Et clamauit voce magna quatuor angelis, qb. data est ptãs lædere terram, & mare, ne læseris terram neq; mare.] I Accipit aũt gladiũ gñaliter, siue contra quos in vitam interficit, siue quos inter se pro reb. tpalib. vsq; ad mortem litigare persuadet. De tertio sigillo dicit, Equum nigrum exisse, & qui sedebat sup eum, hẽbat in manu sua statera.]Librã, inquit, hẽbat in manu sua. i. examen æquitatis, qa dum fingit se iustitiam tenere, per simulationẽ lædit. Dũ audit, in medio aialium,]. i. in medio ecclesiæ dr. Ne læseris,]ostendit quod spiritales nequitiæ potẽtiam in seruos Dei non hẽnt, nisi à Deo acceperint. Vinum & oleum ne lęseris]In vino & oleo vnctionem chrismatis, & sanguinẽ dñi: in tritico aũt & hordeo ecclesiam dixit, siue in magnis siue in paruis Christianis, siue in ppositis, & populis. De quarto sigillo. Equus pallidus, & qui sedebat super eũ, nomẽ erat ei mors & infernus sequebat eum, & data est ei ptãs super quartã partem terrę, interficere gladio, fame, & morte, bestias terræ. Isti tres equi, vt supra dictum est, vnum sunt, qui exierunt post album, & contra album, & vnum sessorem hẽnt diabolum, qui est mors: nam equitẽ diabolum esse, & socios esse, sexto signo manifestat, cum plio vltimo equos dicit cõgredi. Tres ergo equi, fames & bella, & pestes intelligunt, sicut à dño in Euãgelio pnũciant. Equus albus verbum est pdicationis in orbe terrarũ. In equo ruso & sessore eius bella sunt significata, q futura sunt, immò fiũt cũ iã gens surgat cõtra gẽtẽ. Per equum pallidũ & sessorem eius pestis magna & mortalitas signat. Et infernus sequitur illum,]. i. expectat Deus orõnem multarum aiarum. Et cũ aperuisset sigillum qntum, vidi sub ara Dei aias interfectorum.]Arã Dei ecclesiam dicit, sub cuius oculis martyres effecti sunt. Et licet aię sanctorũ in paradiso sint, tñ quia sanguis sanctorum super terram funditur, sub ara clamare dñr: sicut illud est, Sanguis fratris tui clamat ad me terra. Et cum aperuisset sigillũ sextum, terræmotus factus est magnus,]. i. persecutio nouissima. Et sol factus est niger sicut saccus cilicinus, & luna facta est tota sicut sãguis, & stellę ceciderunt in terram.] Qđ est sol, est luna & stellæ, ideſt, ecclesia, sed à toto pars intelligit. Non. n. tota ecclesia, sed q mali sunt in ecclesia, ipsi cadũt de cœlo. Totum aũt dixi, qa in toto orbe terrarũ erit nouissima persecutio. Et tunc, qui iusti fuerint pma nebũt in ecclesia tanq̃ in cœlo, cupidi vero, L iniusti & adulteri acquiescere habẽt diabolo & sacrificare idolo. Et tunc, qui se Christianos esse verbis tm̃modo dicunt, tanq̃ stellæ cadũt de cęlo, qđ est ecclesia. Sicut sicut magno vento agitata mittit grossos suos.]Agitam arborem ecclesiæ comparauit, ventum magnum dicit persecutionem, grossos hominib. malis comparauit, qui excutiẽdi sunt & recessuri ab ecclesia. Et cœlum recessit vt inuolutus liber.] In hoc loco cœlum ecclesiã dicit, quæ à malis recedit, & intra se sibi soli nota mysteria continet sicut liber inuolutus, quem iniqui intelligere nec volũt oino, nec pñt. Et omnis mõs & insulæ de locis suis motæ sunt.]Quod cœlum dicit, hoc mõtes, hoc insulę significãt, i. ecclesiam facta nouissima persecutione, omnem de loco suo recessisse dicunt, siue in bonis fugiendo persecutionẽ, siue in malis fide cedendo. Sed põt in vtrãque partem conuenire, qa & bona pars mouet de loco suo fugiens, i. amittens illud, qđ habet, sicut illud, Mouebo candelabrum tuũ Apo. 2. de loco suo. Et reges terrę & magistratus.] Reges potentes hoies accipimus. Ex omni. n. gradu & conditione conuertentur ad Christum. Cęterum, qui tunc reges erunt, præter vnum persecutorem, Abscondent se in spelũ M cis & petris montium.] Confugiunt omnes in præsenti seculo ad fidem ecclesię, & in absconditio mysterio scripturarum contegũtur. Et dicunt, cadite: ideſt, tetige nos. Et abscõdite nos, ideſt, vt homo vetus à Dei oculis abscondatur. Et aliter, Qui cogitat futurum iudicium, cõuertetur ad montes, ideſt, ad ecclesiam, vt abscondantur peccata sua p pœnitentiam in præsenti tempore, ne in futuro puniantur. Donec signemus seruos Dei nostri in frontib. eorum.]Ecclesiam denunciat,

Gen. 4.

Mat. 1

1. Io. m.

Esai. 2

nũciat,& dicit malis hoĩb.ideſt, finiſtrę parti lædenti:Ne læſeris.]Hæc eſt vox quę in medio quatuor aĩalium dicit lædenti: Vinum & oleum ne læſeris.]In vino & oleo omnes, q̃ ſunt iuſti,intelligunt,quos nec diabolus,nec mali hoĩes lædere poterũt,niſi quoties ad eorum probationem permiſerit Deus. Vinũ,inquit,& oleum ne læſeris.) Præcepit dñs omnem terram ſuam ſpiritalem non lædi, quouſq; oẽs ſignent. Et audiui numerum ſignatorum,cẽtum quadragintaquatuor milia ſignati ex omni tribu filiorũ Iſrael.) Centum quadragintaquatuor milia omnino oĩs eccleſia
M eſt,Poſtea vidi,& ecce populus multus, quẽ dinumerare nemo poterat,ex omnib. populis,gentib.& linguis.]Nõ dixit,poſt hæc vidi alium populum,ſed vidi populum.i.eundẽ, quem viderat in iſtis centũ quadragintaquatuor milib. Hũc vidi innumerabilem ex omni tribu linguæ, quia oẽs gentes inſertæ ſunt radici credendo. Dñs in Euangelio totã eccleſiam tam de Iudæis quam de Gentibus,in tribub. Iſrael duodecim demonſtrat, dicens, Sedebitis ſuper duodecim thronos, iudicantes duodecim trib. Iſrael. Amicti ſtolis albis.]
Mat. 19. Stolas albas donum ſpũſſancti intelligit. Et oẽs angeli in circuitu eius ſtabant throni,] Angelos eccleſiam dicit, q̃a præter ipſam nihil aliud deſcribebat. Et rñdit mihi in vn⁹ de ſeniorib.dicens,Iſti, qui amicti ſunt ſtolis albis,qui ſunt?&c.]Vn⁹ de ſenioríb. qui rñdit, officiũ indicat ſacerdotũ, q̃a eccleſiam.i.populum in eccleſia docent, q̃ ſit remuneratio laboris ſanctorũ dicens, Hi ſunt,qui venerũt ex magna tribulatione, quia lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni.]Nõ.n.vt aliqui putãt, martyres ſoli ſunt, ſed oĩs populus in eccle-
A ſia,q̃a non in ſanguine ſuo dixit lauiſſe ſtolas ſuas,ſed in ſanguine agni.i. in gratia Dei per
1. Ioan. 1 Ieſum Chriſtum dñm noſtrum,ſicut ſcriptũ eſt,Et ſanguis filii eius mundauit nos. Et qui ſedet in throno habitat ſuper eos.[pſi.n.thronus ſunt,ſup̃ quos habitat Deus in tecula.i.in eccleſia.Neq; cadit ſuper eos ſol neq; ç̃ſtus.]
Eſai. 25. Sicut dicit Eſaias de eccleſia, erit ĩ vmbra ab ç̃ſtu,& deducet ad vitæ fontes aquarũ. Oĩa hæc etiam in præſenti vita ſpiritaliter eccleſiæ eueniũt,cũ dimiſſis peccatis reſurgimus, & vitę prioris lugubre veteris hoĩs expoliati: in baptiſmo Chriſtũ induimur & gaudio sãcti ſpũ implemur. Cum aperuiſſet, ſigillũ ſeptimum,factum eſt ſilentium in cœlo:],i.in eccleſia.Media hora.]In ſemiora oſtẽdit initium q̃etis æternæ. Et vidi ſeptem angelos, q̃ ſtant in cõſpectu Dei.]Septem angelos eccleſiam dixit,Qui acceperunt ſeptem tubas,i.perfectam prædicationẽ,ſicut ſcriptum eſt,exalta ſicut tuba vocem tuam. Et alius angelus venit & ſtetit ante altare.] Alium angelum quẽ *Eſai. 58.*
dicit,nõ poſt illos ſeptẽ venit,q̃a ipſe eſt dñs Ieſus Chriſtus: Habẽs thuribulum aureum:] quod eſt corpus ſanctum. Ipſe. n.dñs factus eſt thuribulum,ex quo Deus odorem ſuauitatis accepit, & propitius factus eſt mundo, q̃a obtulit ſeipſum in odorem ſuauitatis. Et B
accepit angelus thuribulum, & impleuit illud ex igne altaris.] Accepit Ieſus corpus,i. eccleſiam, & perficiendo patris volũtatem, impleuit illam igne ſpũſſancti. Et factæ ſunt voces & tonitrua,& fulgura,& terræmotus.]
Oĩa hæc ſpiritalis ſunt eccleſiæ prædicatio- *Ephe. 4.*
nes & virtutes,Et ſeptẽ angeli, qui habebant ſeptẽ tubas, p̃parauerũt ſe vt tuba canerẽt,] ideſt, eccleſia præparauit ſe ad prædicandũ. Et primus tuba cecinit,& facta eſt grando & ignis miſtus ſanguine.]Facta eſt ira Dei, quæ haberet in ſe multorum necem. Et miſſa eſt in terram, & tertia pars terræ combuſta eſt, & tertia pars arborum, & omne fœnum viri de cõbuſtum eſt.) Quod eſt terra, hoc & arbores,hoc fœnum,i.homines.Fœnum autem viride carnem intellige ſanguineam & luxurioſam,ſecundum illud,Oĩs caro fœnum,Et ſecũdus tuba cecinit, & velut mons magnus ardens miſſus eſt in mare. Ardens mons diabolus eſt Et quod tertia pars terræ,vel arborum,hoc tertia pars maris. Et arbores haben- *Eſa. 40.*
tium aĩas dixit, vt oſtenderet in carne viuos, ſed ſpiritaliter mortuos. Et etiam tertiam par- C
tem animæ[corruperunt doctrina ſua, hæretici corruperunt eos, qui illis acquieuerunt. *[aliàs, animæ.]*
Et tertius angelus tuba cecinit, & cecidit de cœlo ſtella magna ardens velut facula.) De eccleſia dicit cecidiſſe homines ſuperbos & impios. Magnam vero ſtellam dixit,quia perſonæ malorum, & poteſtatem, vel diuitias habentium. Et nomen huius ſtellæ dixit abſynthium) Tertia pars hominum facta eſt ſimilis ſtellæ,quæ ſuper illam cecidit. Et multi hominum mortui ſunt ab aquis, quoniam amaricauerunt aquæ. Homines mortui ſunt ab aquis, hoc in his, qui rebaptizantur manifeſte

nifeſte intelligi põt. Et quartus tuba cecinit, & percuſſa eſt tertia pars ſolis, & tertia pars lunæ,& ſtellarũ:] Sol & luna & ſtellæ eccleſia eſt,cui⁹ tertia pars ꝓcuſſa eſt.In tertia parte intelligunt oẽs mali.Percuſſa eſt aũt.i.ſuis malis tradita & voluptatib. vt redundãtib.& inoleſcentib. peccatis, ſuo tpe reuelaret. Et vidi & audiui vocẽ vnius aquilę volantis in medio cœli,& dicentẽ, Væ væ væ habitãtib. in terra.]Aquilam eccleſiam intelligit volãtem in medio cœli.i. in medio ſui diſcurren
D tem,& plagas nouiſsimi tpis magna voce ꝓdicantem.Qñ.n. ſacerdos diem iudicii annũciat,aquila in medio cœli volat. Sicut ergo ſupradictum eſt alium angelum, quem dixit aſcendiſſe ab ortu ſolis, eccleſia eſt aſcendẽs ab ortu ſolis. i. à paſsione vel reſurrectione dñi.Quod autem dicit, Ne læſeris terram neque mare.] Hoc quotidie prædicando malis hominib.clamat.Quod dicit,Vinum & oleũ ne læſeris.]In vino & oleo omnes, qui ſunt iuſti in eccleſia intelligunt, quos nemo læde re poterit niſi ad probationem illorum ꝓmiſerit Deus.Quod aũt ait, Centum & quadraginta quatuor milia ſignatos:] tota eccleſia ſignificata eſt. Quod aũt dixit Amictos eẽ ſtolis albis:]In ſtolis donum ſpũſſancti intelligit.Angelos ſtantes circa thronum:]Eccleſiam dixit,qa præter illam nihil aliud ſcribebat. Qui ſũt iſti,ait ſenior, & vnde venerũt?] Officiũ iſtud indicat ſacerdotũ, qui populũ in eccleſia docent.Qđ dixit,Lauerũt ſtolas:] de tota eccleſia dixit,nõ de martyrib.tm̃,denique non dicit in ſanguine ſuo,ſed agni,qđ
E vtiq; per baptiſmi ſacrm impleť.Et qui ſedet ſuper thronum habitat ſup illos.] Ipſi enim thronus ſunt,ſuper quos ſedet Deus.Neq; cadet ſuper illos ſol,neq; vll⁹ æſtus,& deducet eos ad vitæ fontes aquarum.]Oia hæc etiã in præſenti ſeculo,& in his dieb.ſpiritaliter eccleſiæ eueniunt, dũ per gratiam Dei defendi tur, vt perſecutionib. mundi huius exerceať potius q̃ vincať.quod dicit,In ſemihora ſilẽtium factum in cœlo:]in eccleſia dicit, & ſignificauit initium quietis æternæ. Et ſeptem angelis tubis canentib.] In Angelis eccleſia, in tubis ꝓdicatio eccleſię intelligit. Aliũ angelum, quem ſupra dixit ſtetiſſe ante altare:] Chriſtus dñs eſt:Habens thuribulum aureũ,] corpus.ſ.ſanctum per quod Deus pater paſſionis incẽſum,odorẽ ſuauitatis accepit. Qđ autem dicit,Factæ ſunt voces, fulgura & tonitrua:]ꝓdicationes ſunt eccleſiæ ſpirituales. Septem angeli,qui ſe præparauerunt,vt canerent:]Eccleſia eſt,in qua per totum mundum contra omnia peccata, vel crimina fit prædicatio ſpiritalis.Quod aũt Canente primo angelo tertia pars terrę cõbuſta eſt:] ſignificat homines ſuperbos & voluptatibus deditos, quos Deus iuſto iudicio permittit incendio luxuriæ vel cupiditatis exuri. Quod aũt Canente ſecũdo angelo,mons ardens cecidit in
F mare:]mons ille diabolus, mare mũdus iſte intelligit.Tertia pars maris:]ſicut ſupradictũ eſt,homines iniqui & impii. Quod aũt Tertio angelo canente, ſtella magna cecidit de cœlo: Homines mali intelligunt, qui malis morib.& iniquis actib. de eccleſia tanquam de cęlo cadunt:quod dicit, Multi huminum mortui ſunt ab aquis, quoniã amaricauerũt aquæ:] Hoc in his, qui rebaptizant intelligi poteſt. Quod autem Canẽte quarto angelo, ſolis & lunæ & ſtellarum tertia pars percuſſa eſt:]in his eccleſia intelligitur, in qua quotidie,qui mali vel ficti ſunt, perſuadẽte diabolo peccatorum vulnerib. percutiuntur in aĩa.Quod autem dicit,Aquilam volantem in medio cœli & clamantem,væ væ væ:]Eccleſiam intelligi voluit volantem in medio cœli,i.in medio ſui, & per aſsiduitatem prædicationis plagas nouiſsimi tẽporis annunciãtem. Quando enim ſacerdos in eccleſia Dei diem iudicii annunciat, aquila in medio cœli volat.Concedat diuina pietas,vt dum & ſacerdotes ſtudent iugiter prędicare,& populi ea quæ prædicantur fideliter adimplere, ſimul mereantur ad æterna peruenire,pręſtante domino Ieſu Chriſto,Qui viuit &c.

Homilia VII.

MOdo fratres chariſsimi, cum Apocalypſis legeret audiuimus, quia Quinto angelo tuba canente, ſtellæ de cœlo cecide- G
runt ſuper terrã.] Vna ſtella eſt corpus multorum cadentiũ per peccata.Et data eſt ei clauis putei abyſsi.]Stella abyſſus, puteus hoĩes ſunt:ergo ſtella cecidit de cęlo,i.popul⁹ peccator de eccleſia.Et accepit clauẽ putei abyſſi,]ideſt,poteſtatem cordis ſui,vt aperiat cor ſuum in quo diabolus delegatus nõ cõpeſcatur,vt faciat voluntatem ſuam.Et aperuit puteum abyſsi, ideſt,manifeſtauit cor ſuũ ſine vllo timore, vel pudore peccandi.Et aſcendit

Eſai. 5

dit fumus de puteo.i. de populo aſcẽdit,qđ cooperit & obſcurat Eccleſiam: Ita vt dicat, Et obſcuratus eſt ſol, & aer de fumo putei.] Obſcuratum dixit ſolem non occidiſſe: peccata. n. malorum & ſuperborum hominum quæ paſsim committunt per orbem, obſcurant ſolem.i. Eccleſiam,& ſanctis ac iuſtis interdum faciunt obſcuritatem, quia tantus eſt malorũ numerus, vt aliquoties vix inter eos appareãt iuſti. Sicut,inq;t,ſumus fornacis magnæ. Et ex fumo putei exierunt locuſtæ in ter
H ram,& data eſt eis,poteſtas,ſicut habent poteſtatem ſcorpii,)ideſt, veneno lædere. Et p̃ceptum eſt illis ne lęderent fœnũ terrę,neq; omnem arborem, neq; hoĩes, & datũ eſt eis ne occiderent eos.] Et qa duæ partes ſunt in Eccleſia, bonorum. ſ. & malorum, vna pars ſic percutit vt corrigat, alia voluptatib. ſuis relinquit. Pars bonorum humiliationi tradit ad cognitionem iuſtitiæ Dei, & commemorationem pœnitentiæ,ſicut ſcriptum eſt,Bonum mihi,qa humiliaſti me, vt cognoſcam iuſtificationes tuas. Datum eſt illis ne occiderent,ſed vt cruciarẽt, & cruciatus eorũ ſicut cruciatus ſcorpii cum percutit hoĩem.) Hoc tunc fit,qñ diabolus per vitia, vel per peccata,venena propinat. Et q̃rent hoĩs mortem.) Mortem vero q̃tem dixit. Quærent vtique mortem,ſed malis.i.tribulationib. vt ipſi requieſcãt dum mala moriunt. Supra capita,in q̃t,eorum tanq̃ coronæ ſimiles auro.]Eccleſia ſuperi⁹ deſcripta in vigintiquatuor ſenioribus. qui habẽt coronas aureas, iſti aũt ſimiles auro,hçreſes ſunt quæ imitant Eccleſiam. Et habent capillos mulierũ.) In capillis mulierum non ſolũ ſexum effęminatum,ſed vtrun
I que ſexum voluit intelligere & oſtẽdere. Et habebãt caudas ſimiles ſcorpiis, & aculei in caudis eorum.) Caudas,hæreticorum prępoſitos dicit,ſicut ſcriptũ eſt, Propheta docens
Eſai. 5: mendacium,hic eſt cauda. Qui ſunt pſeudoprophetæ,& hi crudelia regum iuſſa implẽt. Habentes ſuper ſe regem angelum abyſsi.) Id eſt diabolum vel regẽ ſeculi. Abyſſus populus eſt. Cui nomẽ Hebraice abaddon, Gręce appolion, Latine perdens. Væ vnum abiit,& ecce duo vę venient. Poſt hęc ſextus angelus tuba cecinit.) Hinc incipit nouiſsima prędicatio. Et audiui vnũ ex quatuor angelis altaris aurei,quod eſt in conſpectu Dei, dicentẽ ſexto angelo,qui habebat tubam, Solue quatuor angelos,qui aligati ſunt in flumine magno Euphrate.) Altare, quod eſt in cõſpectu Dei Eccleſiam vult intelligi, quæ in tpe nouiſsimæ pſecutionis audeat verba crudeliſsimi regis,aut iuſſa contẽnere,& ab obtemperãtib. diſcedere. Solue quatuor angelos in flumine Euphrate.) Flumen Euphratem peccatorem populum dixit, in quo ſatanas & propria voluntas ligata eſt. Euphrates autem fluuius eſt Babylonis,ſicut Hieremias,in medio Hie. 51.
Babylonis ſubmittit librum in Euphratem. Et ſoluti ſunt quatuor angeli,) Ideſt, inchoata eſt pſecutio: Parati in horam & diem & mẽ- K
ſem & annum,vt occiderent tertiam partem hoĩum.) Hęc ſunt quatuor tẽpora triẽnii,& pars tpis, Et numer⁹,iq;t,exercituũ beſtię,myriades myriadũ, audite numerũ eorum:) Sed non dixit,qđ myriadum,vt occiderent tertiã partem hoĩum,hoc eſt,ſuperborum,pars tertia,de qua deſcendit Eccleſia. Et vidi in viſione equos,& qui ſedebant ſup eos habebãt loricas igneas & hyacinthinas ac ſulphureas.) Equos hoĩes dicit, ſeſſores ſpũs neq̃ armatos igne & ſulphure. Et capita eorum erant ſicut leonũ,]Ad ſæuiendũ in perſecutione. Ex ore eorũ exiuit fumus,ignis & ſulphur:) Ideſt, blaſphemiæ de ore eorum contra Deum egrediunt. Caudę eorum ſimiles ſerpentib. Caudas,p̃poſitos dixit:capita,principes mũdi. Et in his nocet) Diabolus, & ſine his nocere non poteſt. Aut.n. ſacrilegi reges male iubendo, aut ſacrilegi ſacerdotes male docẽdo nocẽt. Et vidi,inquit,alium angelum fortem deſcendẽtẽ de cœlo, amictum nube,& iris,) Ideſt,arc⁹, In capite eius,& facies eius erat vt ſol.) Amictus nube dñs intelligit,amict⁹ Eccleſia. Legimus.n.ſanctos nubes, ſicut L
Eſaias dicit,Qui ſunt hi, qui vt nubes volãt? Eſai. 60.
Inductum iraq; nube⁹ ſpiritali & ſancto corpore Chriſtũ intelligite. Et iris ſup caput eius.) Ideſt, vel iudicium qđ fit & quod futurũ eſt, vel promiſsio perſeuerans. Eccleſiam.n. deſcribit in dño,dicens,Et facies eius ſicut ſol, Ideſt,de reſurrectione, ſicut. n. ſol apparuit qñ à mortuis reſurrexit. Et pedes eius ſicut columnę ignis.] Pedes,Apoſtolos dicit, per quos in vniuerſo mũdo doctrina ei⁹ diſcurrit. Aut certe quia pes nouiſsima pars corporis eſt, Eccleſiã dicit poſt ignem nouiſsimę perſecutionis futuram ſanctorum claritatẽ. Et poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare,fini-

re,siniſtrum autem ſuper terram,) Ideſt, ad prædicãdum trans mare.& in vniuerſo orbe terrarum.Et clamauit voce magna,quemadmodum cum leo rugit,) Ideſt,fortiter prędicauit.Et cũ clamaſſet, locuta ſunt ſeptẽ tonitrua voces ſuas) Quæ ſunt & ſeptem tubæ.Et audiui vocẽ de cęlo dicẽtem,Signa q̃ locuta ſunt ſeptem tonitrua,noli ea ſcribere,) Propter obtundendos,vt non paſsim omnib.im
Apo. 12. piis pateant verba Dei. Alio deniq; loco pp ſeruos ſuos,Ne ſignaueris,inq̃t, verba ꝓphe
M tiæ huius,& oſtendit, qb. ſignari iuſſerat, & qb.nõ.Qui perſeuerauerit,inq̃t, nocere,noceat:& q̃ in ſordib. eſt, ſordeſcat adhuc.hoc eſt,ꝓpea in ſimilitudinib. loquor illis,vt qui iuſtus eſt,iuſtiora faciat.& qui sãctus eſt,ſanctiora,hoc eſt,veſtri fideles oculi,qm̃ vidẽt, & aures qm̃ audient.Iſtis nõ ſunt ſignata verba libri,malis aũt ſignata ſunt. Et iurauit angelus ille,qm̃ tps iam non erit:) Sed in dieb.
1.Co.15. ſeptimi angeli,cũ cœperit tuba canere.Septima tuba finis eſt ꝓſecutionis & aduẽtus dñi, propterea dixit Apoſtolus in nouiſsima tuba fieri reſurrectionem.Quod aũt ſicut ſupra dictum eſt, Quinto angelo tuba canente, iterũ ſtellã dixit cecidiſſe de cœlo:) Etiam & hęc ſtella corpus eſt multarum ſtellarum de cœlo,i.de Eccleſia cadentiũ,& ſignificat ſuperbum populum & impium.Quòd aũt data eſt ei clauis abyſsi,) Dimiſſus eſt ei in ptãtẽ cordis ſui,vt aperiat cor ſuum diabolo,& abſq; vlla reuerẽtia exerceat omne malum. Quod aũt Aſcendit fumus de puteo,) .i.de populo malo:Et obſcurauit ſolẽ & lunam:) Obſcuratum ſolem dixit,nõ occidiſſe,hoc iõ, q̃a pecata malorum & ſuperborum hominum ob ſcurare videntur ſolem, dum sãctis & iuſtis interdũ,per multas tribulationes faciunt obſcuritatem, ſed lumen eorum extinguere nõ pñt,q̃a illis ad malum cõſentire non acquieſcunt. Quòd aũt dixit, Ex fumo putei exiſſe locuſtas,& accepiſſe ptãtem lædendi, & datum eſt eis ne occiderent eos:) Hoc ideo, q̃a luæ partes sũt in Eccleſia bonorum.ſ. & malorum.Vna pars ſic percutit vt corrigat,alia voluptatib.ſuis relinquit.Quòd autem dicit, Cruciatus eorum ſicut cruciatus ſcorpii cũ percutit hoiem,) Hoc tunc fiet,qñ diabolus luxurioſus hominib. per vitia & peccata in modum ſcorpii venena ꝓpinat. Et ſuper capita eorum tanquam coronæ ſimiles auro.) Vigintiquatuor ſeniores, in quibus Eccleſia deſcripta eſt,coronas hẽbant aureas. Iſti aũt ſimiles auro,hæreſes.ſ.quæ imitantur Eccleſiam. Quòd aũt capillos habebant mulierũ:] In capillis non ſolum ſexum effœminatum, ſed etiam vtrunq; ſexum oſtendit. In caudis Eſai. 9.
earũ:) Quæ erãt tanq̃ ſcorpii,duces vel principes hæreticorum intelligunt, ſicut ſcriptũ eſt, Propheta docens mẽdacium, hic eſt cauda.Habebant ſuper ſe regẽ abyſsi, i.diabolũ. In abyſſo populus malus intelligit, cui diabolus dominat: Altare,]quod dixit eſſe in cõ B
ſpectu Dei,Eccleſiã vult intelligi, quæ velut aurum purgatum tpe nouiſsimæ perſecutionis audet crudeliſsimi regis iuſſa conténere, & ab obtemperãtib.diſcedere.Qđ aũt dicit, Quatuor angelos ligatos in flumine Euphrate,) Populum peccatores ſignificat, in quo ſatanas & propria volũtas ligata eſt.Euphrates aũt eſt fluuius Babylonis,quæ interpretat cõfuſio:vnde ad ipſum fluuium pertinent q̃cunq; res confuſione dignas exercent.Quod dicit ſe vidiſſe equos, & qui ſedebant ſuper ipſos hẽbant loricas igneas & hyacinthinas & ſulphureas:) Equos ſuperbos hoĩes dicit, ſeſſorem eorum diabolum & angelos eius. Quod autem dicit, Capita eorum vt leonũ.) Propter violentiam & perſecutionem illorum hoĩum dictum eſt.Et ex ore eorum exiit ignis,fumus & ſulphur:) Ideſt, blaſphemiæ de eorum ore contra Deum egrediuntur. In caudis,quæ erant ſimiles ſerpentib.) Sicut iã ſupradictum eſt,principes ſunt aut præpoſiti hæreticorum,per quos lædere conſueuit diabolus.Aut.n.ſacrilegi reges male iubẽdo,aut ſacrilegi ſacerdotes male docendo nocent. Eſai. 60.
Angelum quem dixit amictum nube,) Dominus & ſaluator noſter eſt,amict⁹ nube,ideſt, C
Eccleſia,q̃a de ſanctis ſcriptum eſt, Qui ſunt iſti q̃ vt nubes volant? Quòd aũt dixit, Facies eius vt ſol,) propter reſurrectionem domini dixit.Sicut ſol enim apparuit,quando a mortuis reſurrexit . In pedibus eius qui erant ſicut colũna ignis,]Apoſtoli ſignificati ſunt, per quos in vniuerſo mundo doctrina eius diſcurrit: Quod autem Poſuit pedem ſuum dexterum ſup̃ mare:) hoc ſignificauit quòd prædicatio eius vſq; trans mare in vniuerſo mundo itura erat. Quod autem Velut leo rugiendo clamauit:)hoc ideo, quia ex poteſtate fortiter prædicauit. Quòd autem dixit,

Signa

Signa quæ locuta sunt septem tonitrua:) pp obtundendos dictum est,de quibus in Euan-
Mat.7. gelio,Nolite sanctum dare canibus:i. vt non
Apo. 22. passim omnib. impiis pateat verbũ Dei. Alio deniq; loco pp seruos suos dixit,Ne signaue ris,inqt,verba prophetiæ huius. Et ostendit qb.signari iusserit,& qb. non. Qui perseuera uerit inqt,nocere noceat, & qui in sordibus est,lordescat adhuc. Ecce qb.signatũ est verbum Dei. Propterea in similitudib. loquitur illis,vt qui iustus est,iustiora faciat, similiter
D & sanctus sanctiora. Ecce quib. non est signa tum. Quam obrem orem⁹, vt etiam implere dñs per suam pietatem dignetur. Qui cum pa tre & spiritu sancto viuit & regnat, Amen.

Homilia. VIII.

VOx de cœlo,]Imperiũ est Dei, qui Ecclesię cor tangit,& iubet percipereeã q̃ Ecclesiæ aperto libro futuram pacẽ prędicauit. Et abii ad angelũ, vt daret mihi librũ.] Hoc ex persona Ioānis Ecclesia dicit,desiderans perdoceri. Et tunc dixit mihi,Accipe & comede illum,] idest,tuis viscerib. pande,& describe in altitudine cordis: Et faciet amari cari ventrem tuum: sed in ore tuo erit tanquã mel dulce:].i.cum perceperis,oblectaberis eloquii diuini dulcedine, sed amaritudiuem sẽties,cũ prædicare & operari cęperis qđ in
Psal. 16. tellexeris,sicut scriptũ est, Propter verba labiorũ tuorum custodiui vias duras, & aliter, Erit,inqt,in ore tuo dulce vt mel,& in vẽtre amaritudo:]In ore intelligunt̃ boni & spiritales Christiani, in vẽtre carnales & luxurio-
Phil. 3. si. Inde est q̃ cum verbum Dei prædicat̃, tũc spiritalib. dulce est: carnalib. vero quorũ ſm Apostolum Deus venter est, amarũ vr̃ & aspe rum. Et data est mihi arũdo virgæ similis, di cens, Surge & metire tẽplum Dei & altare: &
E adorãtes in eo.]Ecclesiam iubet recensęri,& præparari ad vltimum,& adorãtes in eo. Sed q̃a non oẽs qui videntur adorant, ideo dixit, Atriũ qđ est foris templum, eiice foras, & ne metiaris illud.]Ipsi atriũ sunt qui videntur in Ecclesia esse & foris sunt, siue hæretici, siue male viuentes catholici: Qm̃ datũ est gẽtib. & ciuitatẽ sanctam calcabunt mensib. duode cim.]Qui excludunt̃,& qb. dabit̃, vtriq; cal cabunt eam. Et dabo duob. testib. meis:]idest duob. testamentis. Et ꝓphetabunt dieb. mille ducentis sexaginta.]Duob. testib. meis, idest Christianis prædicent, dies mille ducẽtos se xaginta nouissimę persecutionis dixit, sed tu turæ pacis & totius temporis a dñi passione quoniam vtrunq; tps totidem dies habes, qđ suo loco dicet. Saccis,].i. ciliciis amicti:]qđ in ἐξομολογήσεως, idest,ex confessione sint cõ stituti, q̃a sensu humilitatis dixit saccis amictos: deinde ostẽdit qui sunt hi duo testes, di cens, Hi sunt duæ oliuæ & duo cãdelabra in cõspectu terræ Dei, stãtes.]Hi sunt qui stant, nõ qui stabunt. Duo candelabra Ecclesia est, F
sed pro numero testamentorũ duo, sicut qua tuor angelos dixit Ecclesiam, cum sint septẽ pro numero angelorum terræ. Ita & septem candelabra, si vnum vel amplius pro locis nominet, tota ecclesia est: nã Zacharias vnũ candelabrũ vidit septiforme,& has duas oliuas.i. testamẽta infundere oleũ candelabro, hoc est, ecclesia, sicut sunt ibidẽ septẽ oculi, septiformi gratia spũssancti, qui sunt in eccle sia inspiciẽtes totã terram. Et siqs eos vult lędere vel ocidere, ignis exiet ex ore eorũ, & deuorabit inimicos eorum,] idest siquis ec clesiam vel lædit vel lædere voluerit precib. oris eius diuino igne aut in præsenti ad cor rectionem: aut in futuro seculo ad dãnationẽ consumet̃. Hi habẽt potestatem claudere cœ lum nubib. ne pluat, in dieb. ꝓphetiæ eorũ.] Habent ait, non habebũt. Hoc ideo dicit, q̃a tps quod nunc agitur significauit. Sed & spi ritaliter cœlum claudit̃, ne imbrem pluat. i. ne occulto, sed tñ iusto iudicio Dei super ste rilem terram de ecclesia benedictio descen-
dat. Et cũ finierint testimoniũ suũ, bestia quę ascendet de abysso faciet cum eis prælium.] Aperte hæc oĩa ostendit ante nouissimã per secutionem fieri, cũ dicit, cum finierint testi monium suum, vtiq; illud quod præbẽt vsq; ad reuelationem Christi. Et vicit eos & occi
G dit.] Vincit in eis q̃ succubuerint: occidit in eis qui cõfessi Deũ fuerint. Et corpus eorum proiicit̃ in plateis ciuitatis magnæ.] Duorũ dicit vnũ corpus, aliqñ corpora, vt & nume rũ testamentorũ seruaret, & ecclesię vnũ cor pus ostẽderet, qũo est illud, Proiecisti sermo nes meos retro. In plateis ciuitatis magnæ, id est in medio ecclesiæ. Et vidẽt de populis tri bus & linguæ corpus eorum, per dies tres & dimidium,]Idest, annos & tres & mẽses sex. Ioan. 16.
Miscet enim tempus nunc præsens, nunc futurum,

turum,ſicut & dominus dicit, Veniet hora, vt oīs populus qui occidit vos,arbitret obſequium ſe præſtare Deo, & nunc eſt & veniet.Et corpora eorum non ſinet poni in monumento,) Votū eorū & impugnationē,non quo valeant facere ne ſit Eccleſiæ memoria, ſicut & illud,Nec vos intratis,nec alios ſinitis intrare,cum multi introierunt ēt illis impugnantib. Sic ergo non ſinunt poni in monumentum.Et habitātes in terra gaudent ſup eos,& epulanē, & munera inuicem mittunt inter eos.) Hoc ſemper factum eſt,& nunc inuicē mittūt,& nouiſsime gaudebūt & epu
H labunē.Quoties n.iuſti affligunē,exultāt iniuſti & epulanē. Qm̄ hi duo ꝓphetæ cruciauerūt eos.]Per plagas qb.pro cōtēptu teſtamētorum Dei humanū genus affligunt. Deniq; ēt ipſe viſus iuſtorū grauat iniuſtos, ſicut ipſi dicunt,Grauis eſt nobis ēt ad videndū. Gaudebūt aūt vbicunq; veluti iā nihil habuerūt, qđ impatienter ferāt diſturbatis & occiſis iuſtis,& eorū hæreditate poſſeſſa. Et poſt dies tres & dimidiū ſpūs vitæ à Deo intrauit in illos.) Iā dictū eſt de dieb.hucuſq; futuris,angelus narrauit, & inducit factum qđ futurū audit.Et ſteterūt ſup pedes ſuos,& timor magnus ſup illos cecidit,& audiui vocē magnā de cęlo dicentē,Aſcēdite huc, Et aſcenderūt in cęlū in nube.) Hoc eſt qđ Apoſtol⁹ dixit, Rapiemur in nubib.obuiā Chriſto. Ante aduentū aūt dñi nulli hoc poſſe cōtingere ſcriptū eſt,Initiū Chriſtus, deinde hi q ſunt Chriſti in aduentu eius. Vū excludit oīs ſuſcipio quorūdam, qui putant hos duos teſtes duos viros eſſe, & ante aduētum Chriſti cęlum in nubib. aſcendiſſe.Qūo aūt potuerūt habitantes terrā de duorū nece gaudere,cū in vna ciuitate morerent,& munera inuicē mittere,si
I tres dies ſunt,quo anteq̄ gaudeāt de nece cōtriſtabuntur, de reſurrectione autem quales epulæ aut voluptas eſſe poteſt in plateis epulantium cadauera humana, epulis morborum triduanum fœtorem reddentium? vnde nos dominus liberare dignetur,Amen,

Mat.23.

Sapien.2

1.The.4.
1.Co.15.

Homilia IX.

QVod audiuimus fratres in dilectione q̄ recitata eſt, qa In illa hora factus eſt terræmotus magnus.] In illo terræmotu perſecutio intelligit, quam diabolus per malos homines exercere conſueuit. Et decima, inquit, pars ciuitatis cecidit, & occiſa ſunt in terra noīa virorum ſeptem milium.]Et denarius & ſeptenarius ꝓfectus eſt numerus. Qđ ſi nō eſſet, à parte totum intelligendum erat. Duo ſunt.n.ædificia in Eccleſia, vnum ſupra petram,aliud ſupra arenam. Qđ ſupra arenā eſt,dī cecidiſſe. Et cęteri timuerunt,& dederunt claritatem Deo.] Qui ſupra petrā ædificati ſunt, cum illis qui ſuper arenam erant, cadere non potuerūt. Ideo aūt dixit,timuerunt, qa videns iuſtus peccatoris interitum, plus accēdit in obſeruatione præceptorum, ſicut dī,Et lauabit manus in ſanguine pecca K
toris,Et apertum eſt, inquit,templum Dei in *Pſal.50.*
cœlo,Ideſt,in Eccleſia incarnationis Chriſti myſteria patefacta ſunt: vnde oſtenditur Eccleſia cœlum eſſe. Et viſa eſt arca teſtamenti eius in tēplo eius,] Ideſt, intellectū Eccleſiā eſſe arcam teſtamēti. Et facta ſunt fulgura & tonitrua & terræmotus.]Hæc oīa,virtutes p̄dicationis & coruſcationis & bellorum Eccleſiæ. Et ſignum magnū eſt in cœlo viſum, mulier amicta ſole, & luna ſub pedib. eius.] Eccleſiam dicit partem ſuam, i. hoīes fictos & malos Chriſtianos ſub pedib. habere. Et in capite eius corona ſtellarum duodecim.] Iſtæ duodecim ſtellæ duodecim Apoſtoli intelligi poſſunt. Sole aūt amicta ſpem reſurrectionis ſignat, ꝓp illud quod ſcriptum eſt, Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum: Draco magnus rufus,] diabolus *Ma*
quærens Eccleſiæ natum deuorare,habens, inquit,cornua decem & capita ſeptem.]Capita reges ſunt,cornua vero regna. In ſeptē enim capitib.omnes reges,in decem cornib. omnia regna mundi dicit. Et cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cęli,& miſit eas in terram.]Cauda, prophetæ inquit sūt, L
ideſt, hæretici, qui ſtellas cœli iteratum baptiſma adhærentes ſibi deiiciunt in terram. Ipſi ſunt ſub pedibus mulieris - Multi homines illos eſſe ęſtimant, quos ſibi conſentientes diabolus fecit ſodales: multi, angelos qui cum illo quādo cecidit præcipitati ſunt. Parturiens cruciatur vt pariat.] Per omne tempus quotidie parit Eccleſia in proſperis & in aduerſis. Et draco ſtetit ante mulierem quæ erat paritura, vt cum peperiſſet filium eius deuoraret.] Semper enim in cruciatibus parit Eccleſia Chriſtum per membra, ſemper

Mat.13

& draco

& draco quærit deuorare nascẽtẽ. Et genuit mulier filium masculum, (Idest Christũ. Deinde corpus eius. i. ecclesia, semper generat Christi membra. Masculum autem dixit victorem aduersus diabolum. Et mulier fugit in eremum.) Mundũ istũ non incongrue eremum accipimus, vbi vsq; in finẽ Christus ecclesiam gubernat & pascit, in qua ipsa ecclesia superbos & impios homines tanquã scorpiones & viperas, & virtutẽ satanæ p̃ Christi adiutorium calcat & conterit. Et factũ est bellũ in cęlo, ꝫ idest, in Ecclesia. Michael & & angeli eius pugnabãt cũ dracone. Michaelẽ Christũ intellige, & angelos eius, sanctos homines. Et draco pugnauit, & angeli eius.) Idest diabolus & homines voluntati eius obtemperantes: nam absit vt credamus diabolum & angelos eius in cęlo ausos esse pugnare, qui in terra vnum Iob ausus non est tentare, nisi cũ a dño postularet vt lęderet. Et non valuerunt, neq; locus eorum inuẽtus est amplius in cęlo.) Non est inuentus locus eorũ in hominib. sanctis dixit, q̃ credẽtes semel expulsum diabolũ eiusq; satellites amplius non recipiunt, sicut Zacharias dixit, vt semel exterminata idola amplius nõ recipiant loca. Et expulsus est draco magnus anguis antiquus q̃ dicitur diabolus satanas, & angeli eius cũ eo.) Diabolus & spiritus immundi oẽs cũ suo Principe de sanctorũ cordibus expulsi sunt in terrã. i. in hoĩes q̃ terrena sapiunt, & totã spẽ suã in terrã constituũt. Et audiui vocẽ magnã de cęlo dicentẽ, Modo facta est salus & virtus & regnũ Dei nostri: idest ecclesię: ostẽdit in quo cęlo ista fiant. Apud dominũ semper fuit & est virtus & regnũ & potestas filij eius. Sed in ecclesia dixit per victoriã factã Christi salutẽ: quã vidētes illi, de quibus dñs dixit, Multi iusti prophetę cupierunt videre quę videtis, & dixerunt, Modo facta est salus domini nostri. Quoniam exclusus est accusator fratrum nostrorũ, &c.) Si autem, vt quidam putant, angelorum vox est in cęlo superiore, & nõ sanctorũ in ecclesia, non dicerent accusator fratrũ nostrorum, sed accusator noster, nec accusat sed accusabat. Quod si iustos in terra positos appellauerunt angeli fratres suos, nõ erat gaudiũ missum esse diabolũ ĩ terra, quẽ molestiorem possunt experiri sancti secum in terris positũ, q̃ si, vt dicitur, adhuc esset in cęlo: sic. n. terræ maledicunt dicentes, Vę tibi terra & mare,) ideſt, q̃ cęlũ nõ estis: Quia descendit ad vos diabolus, habens irã magnã sciens quia breue tp̃s habet.) Descendit, inquam, vt allegoriam seruẽ. Cęterum omnes in cęlo sunt. i. in ecclesia, quæ iuste cęlũ dr̃, vnde deiectus a sanctis diabolus descendit in suos, qui pro amore terreno terra sunt. Deinde autẽ de cęlo non sic dixi, quod in hominibus fieret iam cęlum factum, sed quod sint non quod fierent: non. n. possunt sancti cęlũ fieri, nisi diabolo excluso. Non ergo primo nomine, sed secundo appellauit eos cęlũ. In quibus vltra diaboli locus inuentus non est. De quo periculo nos dominus sub sua protectione liberare dignetur, Qui viuit &c.

Homilia X.

MOdo. fratres charissimi audiuimus, quia cum vidisset draco quod de sanctis exclusus esset in terram. i de cęlo in peccatores, persecutus est mulierem quę peperit masculum. Quanto. n. diabolus de sanctis deiicitur, tãto magis eos persequitur. Et datæ sunt mulieri,) ideſt, ecclesiæ. Duæ alæ aquilæ, vt volaret in desertum locum, vbi alitur per tp̃s & tempora & dimidiũ tp̃is a facie serpentis. Tẽpus & annus intelligitur, & centum anni. Duę alę magnę, duo sunt testamenta ecclesię, quę accipit quibus serpentẽ euaderet in eremum. In locum suum dixit. i. in hoc mundo serpentes & scorpiones habitant, quia illic dictũ est, sicut dominus dicit, Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum: & Ezechieli dicitur, Fili hominis inter scorpiones habitas. Et misit serpẽs ex ore suo post mulierem aquam, ꝫ ideſt, violentiã persecutorum. Et audiuit terra mulierem, & aperuit os suũ & absorbuit flumen. ꝫ Flumen terram sanctam dicit ideſt sanctos. Quoties enim persecutiones ecclesiæ irrogantur, sanctę terrę precibus. i. omnium sanctorũ orationibus aut amouentur, aut tẽperantur: nã dominus noster Iesus Christus qui interpellat pro nobis has persecutiones remouet, cũ ipsa terra sedet a dextris virtutis Dei. Itẽ aliter, mulierem volasse in desertum, ipsam ecclesiam intelligit, in qua in nouissimo tp̃e super Helia creditura est synagoga. Alię duę aquilę magnę, vult intelligi prophetas. s. He-

liam,& qui cũ eo venturus est: aqua emissa de ore draconis,exercitũ persequentiũ eam significat: absorta aqua, de pſecutoribus facta vindicta. Et iratus est draco in mulierem, & abijt bellũ facere cũ reliquis de semine eius.) Et cũ vidisset non posse cõtinuari per-
M secutiones quas per paganos solebat immittere,eo quod de ore eius sanctæ terræ.i.orationibus sanctis remouerentur,hæreses cõcitauit,Et stetit super arenã maris,)ideſt,super multitudinẽ hęreticorũ . Et vidi ascendentẽ bestiã de mari, ideſt,de populo malo.Ascẽdentẽ dixit,hoc est nascentẽ, sicut flos in bonã partẽ de radice Iesse ascẽdit. Bestiã ascẽdentẽ de mari,impios dicit, qui sunt corpus diaboli.Et bestiã quã vidi similis erat pardo, & pedes eius sicut vrsi , & os eius sicut leonis. Pardo,pp varietatẽ gentiũ similauit,vrso pp malitiã & vęsaniã: leoni ,ppter virtutẽ corporis,& linguæ superbiã. Et quia tẽporib. Antichristi cũ varietate gentiũ & populorũ regnũ illius erit cõmistũ, pedes tanquã vrsi duces eius,os eius,visio eius: Et dedit ei draco virtutẽ suã.) Sicut videmus modo hæreticos esse in hoc seculo potentes q̃ habent virtutẽ diaboli,sicut quondã pagani,ita nũc illi vastant Ecclesiam . Et vidi vnũ ex capitibus eius quasi occisum.Hæretici sunt qui simulãt se cõfiteri Christũ,& dũ nõ sic credũt
2.Co.11. vt fides catholica habet,blasphemẽt cũ eum & occisum prędicent resurrexisse,quia ipse satanas transfigurat se in angelũ lucis. Et aliter occiduntur hęreses per catholicos,cũ in scripturarũ testimonijs opprimuntur,sed illi nihilominus quasi satanę plaga rediuiui peragũt opera satanæ, & nõ cessant blasphemare,& ad dogma suũ quos possunt attra-
A here. Et mirata est oĩs terra secuta bestiã , & adorauerunt draconem , qui dedit potestatem bestiæ: ⁊ vtique habent potestatem hæretici, sed præcipue Arriani: Et adorauerunt bestiã dicentes, Quis similis bestiæ, aut quis poterit pugnare cũ ea? ⁊Hoc iõ q̃ sibi blandiunt hęretici , q̃ nullus melius credat illis,
1.Co.11. & q̃ nullus vincat populũ ipsorũ, qui bestię noie censetur , cui datũ est ab ipso diabolo, & à Deo permissum est vt loquatur magna & blasphemias,sicut dicit Apostolus, Oportet hæreses esse,vt qui probati sunt,manifesti sint in vobis. Et data est potestas facere mẽses quadragintaduos.⁊ Tẽpus nouissimę persecutionis ĩ istis duob.mẽsibus intelligit. Deinde aperuit os suũ in blasphemiã ad Deũ.⁊ Hic manifestũ est illos significari qui de ecclesia recesserũt catholica, vt q̃ ante occulte ecclesiã quasi fidẽ recta tenere videbantur,
B in persecutione aperto ore in Deũ proferãt blasphemiã.⁊ Et in tabernaculo eius qui in cę lo bibãt,⁊ideſt,in sanctis qui intra ecclesiam cõtinẽtur, quæ cęlũ est nuncupata,q̃a & ipsi tabernaculũ Dei sunt.Et datũ est ei bellũ facere cũ sanctis vincere eos.⁊A toto partẽ intelligimus, quę vinci põt,non enim boni Christiani, sed illi q̃ mali sunt vincuntur. Et data est ei potestas super omnẽ tribũ & linguam, & adorabũt omnes habitantes terrã:⁊ Omnes dixit, sed in terra habitantes, nõ in cęlo. Quorũ nõ est scriptum nomen in libro vitæ agni , signati ab origine mundi.⁊ De diabolo dixit vel eius populo, nõ est scriptũ nomen eius in libro vitæ signati ab origine mundi, quia in prȩscientia Dei Ecclesia ante prȩordinata est atq; signata. Qđ ipse prȩstare &c.

2.Ti

Homilia XI.

IN lectione quę modo recitata est , fratres charissimi, audiuimus beatum Ioannẽ dicentẽ , Et vidi aliã bestiã ascendentẽ de terra.⁊ Quod est mare,hoc est terra. Et habebat cornua duo similia agni,⁊ideſt duo testamẽta agni, quod est ecclesia . Et loquebantur vt draco ⁊Hæc est illa quæ sub noĩe Christiano agnũ prȩfert , vt draconis venena infundat, hæc est hæretica eccclesia: agni.n.similitudinẽ nõ imitaretur,si aperte loqueretur. Nunc Christianitatem fingit quo securius incautos decipiat,propterea dominus dicit, Cauete à *Matt.7.* pseudoprophetis, &c. Et facit terrã & eos q̃ in ea sunt, vt adoret bestiã priorẽ, cuius curata est plaga mortis eius,& faciet signa magna vt ignẽ faciat descendere de cęlo in terra.⁊Et quia cęlũ ecclesia est,quid est ignẽ de
C cęlo descẽdere in terrã, nisi hęreses de ecclesia cadere?Sicut scriptũ est,Ex nobis exierũt, *1. Ioã. 2.* sed nõ erant ex nobis. Ignis.n.de cęlo descẽdit,qñ hæretici,qui de ecclesia velut ignis recedunt,ipsam ecclesiã persequuntur. Bestia ergo cũ duobus cornibus facit,vt simulacrũ bestię.i.populus adoret diaboli adiuẽtionẽ. Vt dẽt eis notã super manũ eorũ dexterã, & super frontẽ eorum.⁊ Mysterium.n.disputat facinoris:

facinoris: sancti. n. qui sunt in ecclesia, Christū accipiunt in manu & in fronte: hypocritæ aūt bestiam sub Christi nomine. Sed qui non adorauerunt bestiā, nec imaginem eius, nec acceperunt inscriptionē in fronte aut in manu sua, occidentur. ¶ Non abhorret a fide, vt bestia ipsa impia ciuitas intelligatur, i. cōgregatio vel conspiratio hominū impiorū, H vel superborū, quę Babylonia dr, & interpretatur cōfusio, & ad ipsam pertinent quicūq; res confusione dignas exercere voluerūt. Ip se est populus infideliū contrarius populo fideli & ciuitati Dei. Imago vero eius simulatio est in eis videlicet hominibus, qui velut fidē catholicam profitentur, & infideliter viuunt: fingunt n. se esse q̄ nō sunt, vocanturq; non veraci effigie, sed fallaci imagine Chri-
2. Tim. 3. stiani: de quib. Apostolus dicit, Habētes quidem speciē pietatis: virtutē aūt eius abnegantes, quorū non parua portio in ecclesia catholica continetur. Iusti autem non adorant bestiā, non consentiunt, non subijciuntur, neq; accipiunt inscriptionē, notā, s. criminis in fronte p̄p professionē, in manu p̄p operationē. Sic ergo facient, Vt nemo possit mercari nisi qui habet nomen aut notam bestiæ aut numerū eius. Hic sapiētia est, qui habet intellectū, cōputet numerū bestię: numerus. n. hominis est,) idest, filij hominis Christi, cuius nomen in hæreticis sibi fecit bestia. Faciamus ergo numerū quē dixit. Accipiamus in numero, & inueniamus nomen vel notam. Numerus, inquit, eius est sexcenti sexagintasex.) Quē faciamus secundū Grecos, maxime quia ad Asiam scribit. Ego, inquit sū α & ω. Sexcenti ergo & sexagintasex Græcis literis sic fiunt, undecim, quæ notæ solutæ numerus est, redactæ aūt in monographium & notā faciunt & numerū & nomen, hoc signum Christi intelligitur, & ipsius ostenditur similitudo, q̄ in ueritate colit ecclesia. Cui se
I similē facit hæreticorū aduersitas, qui cum Christū spiritaliter persequātur, tñ de signo crucis Christi gloriari videntur, hoc ideo, quia dictū est, numerus hois est. Et uidi, & ecce agnus stans in monte Sion, & cū eo centū quadragintaquatuor milia, habentia nomen eius & nomen patris eius scriptū in frontib.
2. Co. 12. eorū. ¶ Aperuit quæ sit imitatio notæ in frontibus, uel Deum & dñm & Christū dicit scriptū in frontib. ecclesiæ. Et audiui uocē de cę lo sicut aquarum multarū, ¶ idest, centū quadragintaquatuor miliū, Et sicut tonitrui magni, & uocem quā audiui sicut citharędorū citharizantium in citharis suis. ¶ Quod aūt dixit, Hi sunt qui cū mulieribus non sunt coinquinati, &c. Virgines hoc loco non solū corpore castos intelligamus, sed maxime omnē ecclesiā, quæ fidem puram tenet, sicut dicit Apostolus, Desponsaui. n. vos vni viro, virginē castam exhibere Christo, nulla adulterina K
2. Co. 11. hæreticorū cōmistione pollutam, nec in male blandis & mortiferis huius mūdi uoluptatibus usq; ad exitum uitæ suæ absq; remedio pnīæ infęlici perseuerantia colligatū. Addit post hoc dicens, Et in ore ipsorum non est inuentum. Qualem. n. inuenit dñs cum hunc uocat, talē iudicat: nam aut per baptismum, aut per pnīam possumus in interiori homine & uirgines effici & sine mendacio: nunc iterum recapitulatio: Et uidi, inquit, aliū angelum uolantē in medio cęli: ¶ idest, prædicationē in medio ecclesiæ discurrentem: Habentem Euangeliū æternū, ut euangelizaret habitantib. in terra dicens, Timete Deū, &c. Volunt aliqui intelligi angelum uolantem in medio cęli Heliam, & aliū angelum qui eū sequitur, comitē Heliæ, qui eo tempore prædicabit. Et alius angelus secutus est. ¶ idest, pacis futuræ prædicatio, dicens, cecidit Babylon. ¶ Babylonem ciuitatē, impiā diaboli congregationem dicit, i. populum ipsi consentiē tem, & omnem concupiscentiā & corrupte lam, quam in perniciem sui & humani generis exquirūt. Nā sicut ciuitas ecclesia Dei est & omnis conuersatio cęlestis: ita contra ciuitas est diaboli Babylon in omni mundo, sicut dicit dñs, Ecce ponā Hierusalem lapidē
Zach. 12 conculcabilē in omnibus gentibus: ecclesia ergo dicit, Cecidit cecidit Babylon illa magnā. ¶ Iam quasi perfectū dicit, q̄ adhuc futu L rū erat: sicut illud, Diuiserunt sibi uestimēta mea. Quæ a uino fornicationis suæ potauit
Psal. 21. oēs gentes. ¶ Oēs gentes ciuitas est mundi, i.
Mat. 27. omnes superbi & impij, siue extra ecclesiam siue in ecclesia constituti. Et uidi, & ecce nubem albam, siue candidā, & super nubem sedentem filium hominis, i. Christum. Ecclesiā enim describit in claritate sua, prēcipue post persecutionem, flammas habētem. Habentē in capite coronam aureā:) Ipsi sunt seniores cum coronis aureis. Et in manu habens

falcem acutam. ¶ Ista falx sepatat catholicos ab hæreticis, sanctos à peccatoribus, sicut dicit dñs de messoribus. Si aũt putandum est, q̃ ipse specialiter Christus visus est in nube alba, messor qui est vindemiator post eum, idẽ esse cũ suo corpore q̃ est ecclesia, forte non male sentitur, si istos tres angelos qui exierunt, triformem scripturã intelligamus, iuxta historiam moralem & spiritalem: falcem vero disceptationem. Et misit in torculari iræ Dei magnum. Seipsum misit in torculari iræ Dei magnum. Non in torculari magnum, sed ipsum misit in torculari, i. superbũ quenq;. Et calcatum est torcular extra ciuitatem, i.) extra ecclesiam. Facta. n. dissensione, foris erit omnis homo peccati. Calcatio aũt torcularis retributio est peccatorum, Et exijt sanguis de torculari vsq; ad frẽnos equorum. ¶ Exijt vltio vsq; ad rectores populorũ. Vsq; enim ad diabolũ & angelos eius nouissimo certamine exiet vltio sanguinis effusi. Per stadia mille sexcẽta, ¶ ideſt per oẽs quatuor partes mundi. Quaternitas. n. est conquaternata, sicut est in quatuor faciebus quadriformib. & rotis: quater. n. quadringenti sunt mille decenti, sub cuius protectione nos dominus liberare dignetur. Qui viuit, &c.

M

Homilia XII.

IN lectione quæ recitata est, fratres charissimi, dicit se sanctus Ioannes vidisse aliud signũ in cẽlo magnũ & mirabile angelos septem,) ideſt, ecclesiã, Habentes plagas septẽ nouissimas, q̃m in his finita est ira Dei. ¶ Nouissimas dixit, quia semper percutit ira Dei populũ contumacem. Septem plagas, ¶ ideſt perfecte, sicut ipse Deus in Leuitico frequenter repetit, Et percutiam vos septies, pp peccata vestra. Et vidi sicut mare vitreum, ¶ Fontem baptismi dicit perlucidũ, Mistum igni, ¶ ideſt spiritui vel tentationi. Et victores bestiæ super mare vitreum, ¶ ideſt in baptismo, Habentes citharas Dei, ¶ ideſt, corda laudantiũ Deum. Et cãtantes canticũ Moysi serui Dei, & canticum agni, ¶ ideſt vtrunq; testm̃. Magna & mirabilia opera tua. ¶ Hæc. n. sunt in vtroq; testõ q̃ cantant supradicti. Repetit q̃ proposuerat dicens, Post hæc vidi, & ecce apertum est tabernaculum testimonij in cœlo.) Templum ecclesiam iam diximus: sententiam, angelum qui exijt de templo. Et iussit sedenti super nubem imperium esse dñi. ¶ Iussionis. n. eius est, sicut dicit Euangelium, Exijt edictum à Cęsare Augusto. Induti lino nouo splendido, & cincti super pectora zona aurea. ¶ Manifeste ostendit in septem angelis ecclesiam sicut in initio describit in Christo, habentem, inquit, zonam auream super vbera. Et vnum ex quatuor animalibus dedit septem phialas aureas plenas ira Dei: ¶ Istæ sunt phialæ aureæ, quas cum odore ferunt seniores & animalia, quę sunt ecclesia, qui & septem angeli. Et quod sunt odoramẽta, hęc ira Dei, hoc & verbum Dei. Sed hæc omnia bonis dant vitam, malis inferunt mortem, vt est illud, Alijs odor vitæ in vitam. Alijs odor mortis in mortem. Orationes. n. sanctorum, qui est ignis exiens de ore testiũ, ira sunt mũdo & impijs. Hoc ideo, qui superbis & impijs non sufficit, q̃ eos qui sancti sunt non diligunt nec imitantur, verumetiam vbicunq; poterunt eos persequuntur. Omnes istæ plagæ spiritales sunt & in anima fiunt: nam ipso tempore illęsus erit omnis populus impius ab omni plaga corporis, quia non meretur in præsenti seculo flagellari, quasi qui acceperit totam sęuiendi potestatẽ, sed spiritaliter, i. voluntaria & mortalia peccata, q̃ sunt vlcera in animalibus suis, patiuntur omnes impij & superbi. Secundus fudit phialam in mare, & cętera. ¶ Mare, flumina, fontes aquarum, Sol, thronus, bestiæ, fumus, Euphrates, aer, super quẽ angeli fuderunt phialas, terra sunt & homines, quia omnibus angelis in terram fundere mandatũ est, omnes aũt plagæ istæ a contrario intelligendæ sunt. Plaga est enim & insanabilis ira magna, accipere potestatem peccandi, maxime in sanctos, nec corripi, adhuc maior ira Dei, & errorũ fomẽta submini strari in iustitia. Hæc plaga, ira Dei, hæc vulnera transpungunt, gaudere, placere sibi vnumquenq; in peccatis: sic prosperitas malorum vlcera sunt animarũ, & aduersitas iustorum æternorum sunt prẽmia gaudiorum. In tertio vero angelo aquarum conuersio in sanguinem. ¶ Omnes angelos populorum intellige, i. interiores homines in animo viuentes. Quartus angelus effudit phialã suã super Solem, & vsti sunt homines vstione magna. ¶ Hoc adhuc futurũ est in igne gehennæ: nam diabolus, in præsenti, cũ in ani-

Leuit. 26

A

Apoc. 1.

B

2. Cor. 2.

C

mo

mo occidat amatores suos, non solũ non vrit in corpore, sed quantũ permittitur clarificat. Quã claritatẽ & lętitiam spiritussanctus plagas definit & dolores. Et blasphemauerũt nomen Dei habentis potestatẽ in his plagis, nec egerunt pœnitentiam: ꝙ quia non in corpore, sed in animo percutiuntur plagis istis D a Deo: id eo Deũ non recordantur, sed in peius proficiunt, & propterea blasphemauerũt persequentes eos qui sunt sancti Dei. Quintus angelus effudit phialam suã super sedẽ bestiæ, & factũ est regnũ eius tenebrosum. ꝙ Thronus enim bestię, ecclesia ipsius idest, cõgregatio superborũ, qui huiusmodi plagis obcęcantur. Et comedebant linguã suã à doloribus suis,) Idest, sibi nocebunt blasphemãtes ex ira Deũ, quia transpuncti gaudia existimant. Et non egerunt pœnitentiã, ꝙ vtiq; obdurati lętitia. Et sextus effudit phialam suam super flumen magnum Euphraten, ꝙ idest super populũ, Et excitata est aqua eius, ꝙ vt supra diximus, aruit mesis terræ, idest, ad cõbustionẽ parata est, vt prępararetur via eorũ, qui sunt ab ortu solis, ꝙ idest Christo. His enim perfectis iusti proficiscuntur obuiam solito more prætermisso a septimo angelo.

Homilia XIII.

SAnctus Ioannes, fratres charissimi, dum de septẽ angelorũ phialis vel plagis loqueretur, prætermisso septimo angelo recapitulat ab origine breuibus dicens, Et vidi ex ore draconis & ex ore bestię, & ex ore pseudoprophetę spiritus tres immundos in modũ ranarũ.] Vnũ spiritũ vidit, sed pro numero & partitione vnius draconis. Draco, i. diabolus, nã & bestia corpus diaboli. Pseudoprophetę, i. ꝑpositi corporis diaboli vn⁹ E ꝑsũs est quasi ranæ. Sunt. n. ꝑsũs dęmoniorũ faciẽtes signa.] Ranę nãq; pręter horrorem propriũ, ẽt loco immũdo ꝑsunt: quę cũ aquarũ incolę & indignę videantur, non solũ aquarũ refugę & siccitatis impatientes sunt, sed ẽt in ipsis aquis, in aquę sordibus, cęno volutantur. Sic hypochritæ nõ in aqua, vt putantur degunt, sed in sordibus, quas credẽtes in aqua deponunt. Ranis ẽt similes sunt homines qui peccata vel crimina, quæ alij per pœnitentiã, vel per baptismũ deponũt illi ibi volutari nõ erubescũt, qñ aliquis se cõuertit ad Deũ, & pœnitet fuisse superbũ, & adulterũ, ebriosum, vel cupidũ, quod ista peccata, quæ alius confitendo relinquit, imitatur, cogitãs apud se dicẽs, facio quod volo, & postea qũo agit iste pœnitẽtiã, & ego ago, & ꝑ subito dũ ei superuenit vltimus dies, perit cõfessio & restat damnatio. Iste qui talis est, dũ alios non ad bonũ, sed ad malũ vult imitari, in luto vnde alius liberatus est, velut rana in F uoluitur & volutatur. Ranę ergo significant spiritus dęmoniorũ facientes signa, Qui exeũt ad reges totius orbis congregare eos ad bellũ diei magni Dei.] Diẽ magnũ totũ tempus dicit à passione dñi, sed pro locis accipiendus est dies. Aliqñ diẽ iudicij dicit, aliqñ nouissimã persecutionem, quę sub Antichristo futura est: aliqñ totũ tẽpus, sicut per Amos prophetã dr̃, Væ, inquit, eis qui cõcu Amos. 5. piscunt diẽ dñi. Et facta sum fulgura & toni trua, & terremotus factus est magnus, qualis nõ est factus ex quo hoĩes facti sunt. Et fracta est ciuitas magna illa in tres partes.] Hæc ciuitas magna omnis omnino populus intelligitur quisquis est sub cęlo, qui fiet in tres, & cũ ecclesia diuisa fuerit, cũ sint gentiles pars vna, & oẽs hęretici & ficti catholici altera, ecclesia catholica terra: sequitur, Et ostendit q̃ sint tres partes dicẽs, Ciuitates gẽtiũ ceciderunt, & Babylon illa magna venit in mentẽ Dei dare ei poculũ vini iræ suę. Et oĩs insula fugit, & montes inuenti non sunt.] Ciuitas gentiliũ gentes sunt Babylon abominatio vastationis. Montes & insulę ecclesia est. In ciuitatibus gentium omne munimẽ & spẽ gentiũ dicit cecidisse: non. n. diuisas habent ciuitates a Christianis, sed ciuitates bonę atq; malæ in hominib. describuntur. Tunc ergo Babylon cecidit, aut irã Dei bibit cũ ptãtẽ accepit aduersus Hierusalẽ, quę est ecclesia. Insulę inuentę non sunt, ꝙ idest, nõ sunt superatæ. Et grando magna quasi talentũ descendit G de cęlo super hoĩes. ꝙ Grandinẽ irã Dei, oẽs plagas, istas figuras esse dicit plagarũ spiritaliũ. Et blasphemauerunt hoĩes Deũ ex plaga grandinis, quoniã magna est plaga eius nimis. ꝙ Recapitulat iterũ dicẽs, Et venit vnus ex septẽ angelis, & dixit, veni ostendam tibi dãnationẽ meretricis magnæ, sedentis super aquas multas, cũ qua fornicati sunt reges terræ,) idest, omnes terrigenæ. Et tulit me in eremo in ꝑsũ, & vidi mulierẽ sedentẽ super be-

ſtiam.ʒ In beſtia omnis populus malus intel
ligitur:in muliere curruptela monſtratur:in
eremo dicit ſedere mulierē, eo q̄ in impijs
in aīa mortuis ſedeat,& a Deo deſertis in ſpi
ritu dixit,quia nō niſi ī ſpiritu videri pōt hu
iuſmodi deſertio.Precioſe ornatā.) Dixit ꝓ
pter ornamentū luxuriæ: nā beſtiā ſuper q̄
ſedit ſicut iā dictū eſt,populū eſſe dicit,quę
H ſunt & aquę multæ,ſicut ipſe exponit. Aqua
quā vides vbi mulier ſedet, populi & turbę
ſunt, & gentes & linguę.) Currupe iā dicit
ſedere ſuper populos in eremo.Meretrix,be
ſtia,eremus, vnū ſunt.Beſtia, vt iam dictum
eſt:corpus eſt aduerſus agnū: in quo corpo
re nunc diabolus,nūc caput velut occiſum,
quod ſignificat hęreticos, qui velut de mor
te Chriſti gloriari videntur, non ſuperborū
populus accipiendus eſt.Quod totū Babylo
nē in tribus ſpiritibus, qui ex ore draconis
velut ranę procedebant. In vno intelligitur
diabolus in alio pſeudopropheteę vt Præpo
ſiti hęreticorū: in tertio corpꝰ diaboli,i.oēs
ficti,ſuperbi vel impij Chriſtiani,quorū nu
merus maximus in eccleſia continetur. De
niq; qui tales ſunt,ad ſimllitudinē ranarū in
oī immunditia,& luxuriæ ſordibus volutan
tur.Tūc ranis etiā ſimiles ſunt homines, qui
in peccatis vel criminibus, quę vel alij per
pęnitentiā vel baptiſmū deponunt, volutari
non erubeſcūt,dicentes ſibi:Ad præſens im
pleo voluptates meas,poſtea quō iſti cōuer
ſi ſunt, & ego conuertar ad dominū.Et ſubi
to ſuperueniente morte perit confeſsio, &
reſtat damnatio.Quod dicit, Congregando
homines ad diē magnū.) Totū tempus dicit
à dñi paſsione,vſq; ad finē mūdi. Iſte.n.dies
quibus ſuauis eſt,& qui in eo voluptati & lu
xurię ſeruiētes lucra requirūt, in magnā mi
ſeriā conuertuntur, quia impletū eſt in illis
Osee.5. illud propheticū:Vę deſiderantibus diē dñi:
per falſam.n. & tranſitoriā ducedinē prępa
rant ſibi ęternā amaritudinē. Poteſt hoc lo
co dies magnus intelligi illa deſolatio, qñ à
I Tito & Veſpaſiano obſeſſa eſt Hieroſolyma
vbi exceptis his qui in captiuitatē ducti ſūt,
quindecies centena milia mortua referun
tur.Quod aūt dicit,Cōgregant illos Mageddon. Omnes inimicos eccleſiæ voluit intel
ligi.Deniq; ſequitur,quia dicit,Circundede
runt caſtra ſanctorū, & ciuitatē ſanctā dile
ctā,)i.eccleſiā.Quod aūt ſequitur,Tonitrua
& terremotus factus eſt magnus, & fracta ē
ciuitas magna in tres partes.)Ciuitas magna
oīs omnino populus intelligit, vbi vna pars
paganorū alia hæreticorū, tertia Chriſtiano
rū,in qua ſunt ēt hypocritæ. Cū.n.ex iſta ter
tia parte ſeparati fuerint boni, tūc illi qui sūt K
in eccleſia ficti, illis duabus partib. iuncti,ac
cipiunt iudiciū Dei,quod ēt in hoc tempore
iā ex aliqua parte cōpletur.Tūc.n.Babylō ca
dit,qñ poteſtatē accipiunt mali, vt perſequā
tur bonos qui ſunt eccleſię Quod aūt.Gran
do magna ſicut talentū deſcēdit de cęlo:ʒ in
grandine ira Dei intelligitur,quæ ēt antequā
veniat dies iudicij,ſuper impios & ſuperbos
ſpiritaliter intus in anima mittitur. Mulierē
meretricē quā vidit ſupra beſtiā ſedentem in
eremo,)Ideo dicit in eremo,quia in impijs
ideſt,in anima mortuis ſedeat, & Deo deſer
tis.Spiritus dicit, quia nō niſi ſpiritaliter vi
deri pōt huiuſmodi deſertio,quæ intus in a
nimo fit.Meretrix,beſtia,eremus, vnū ſunt,
quod totū Babylonia intelligitur.Beſtia aūt,
vt iā dictū eſt, corpus eſt impiorū aduerſus
agnū:In quo corpore nunc diabolus,nūc ca
put velut occiſum, quod ſignificat perfidiā
hæreticorū, qui velut de morte Chriſti glo
riari videntur, cū tñ Chriſti eccleſiam iugi
ter perſequantur. Et quia non ſolum hæreti
ci vel pagani, ſed ēt catholici mali,ideſt, ſu
perbi & impij eos, quos ī eccleſia māſuetos
& humiles viderint perſequuntur, quantum
poſſumꝰ miſeridordiā Dei deprecemur, vt
& illos de tā malis actib. bonū corrigat, &
nobis in bonis operib. fęlicē perſeuerātiā ꝓ
ſua pietate concedat,Qui cum patre,&c.

Homilia XIIII.

MOdo cum diuina lectio legeretur,fra
tres chariſsimi, audiuimus beatū Ioā- L
nem dixiſſe, Quia viderit mulierē ſedentem
ſuper beſtiā coccineam, ideſt, peccatricem
cruentam,plenam nominibus blaſphemię.)
Oſtendit multa nomina eſſe in beſtia, ideſt,
in impio,Habentē,vt iam dictū eſt, capita ſe
ptē & cornua decē,) ideſt,habentem mundi
reges & regna, cū quibus diabolus viſus eſt
in cęlo. Et mulier,ideſt,omnis multitudo ſu
perborū, Erat circundata purpura,& orna
ta auro & lapide ptioſo,ʒ Ideſt,omnibus il
lecebris ſimulatæ veritatis. Quid ſit denique

intra

intra hanc pulchritudinẽ, ſic exponit dicẽs, Et habens poculũ aureum in manu ſua, plenũ abominatione & immunditia fornicatio
Luc. 13. nis eius.) Aurum hypocriſis eſt, quia foris quidẽ apparent hominibus quaſi iuſti, intus aũt pleni ſunt omni immunditia: Et in frõte eius nomen ſcriptũ myſterium Babylon magna, mater fornicationum & abominationũ terræ.) Nulla eſt ſuperſtitio quæ fronti det ſi-
A gnum niſi hypocriſis. Spiritus aũt retulit ꝙ ſit ſcriptũ in fronte. Nam quis talem titulũ aperte imponeret: myſterium.n. dixit eſſe ꝙ interpretatus eſt dicens, Et vidi mulierem ebriam de ſanguine ſanctorum, & ſanguine martyrum Ieſu. Vnum eſt.n. corpus ꝙ aduerſatur eccleſiæ intus ac foris, ideſt in eccleſia ficti Chriſtiani, [& extra eccleſiam hæretici
Mat. 23. vel Pagani.] Et licet videatur hoc loco ſeparatũ, in perſecutione tñ eccleſiæ vnitatẽ ſpiritus operatur. Impoſsibile eſt.n. prophetã perire præter Hieruſalem interficientẽ Prophetas, i. non poteſt fieri vt Chriſtiani boni ſine Chriſtianis malis aliquã perſecutionem patiantur. Sic pronepotes prauorum ſenſu Zachariam lapidaſſe accuſantur, cũ ipſi non fecerint. Et beſtia quæ fugit, & non eſt, & futura eſt, aſcenſura de abyſſo, in perditionem iræ Dei ibit,) ideſt, ex populo naſcẽ vt poſſit dicere, beſtia ex beſtia, abyſſus de abyſſo. Quid eſt beſtia ex beſtia, niſi populus malus naſcens ex populo malo? hoc fit dum filij mali parentes peſsimos imitantur. Et aſcendit ſuperſtes & in perditionem vadit, ſicut & patres ſui, ex quib. aſcendit etiã non ſunt, quia alijs morientibus alij ſuccedunt eis, & ſicũ quam deſunt, ſeu in paucis, ſeu multis, ſeu occulte, ſiue quaſi aperte, qui nõ ab initio ſemper inſidientur eccleſiæ. Quod aũt dicit, Mulierem aſcendentem ſuper beſtiã coccineã,] peccatricem cruentam, plebem intelligi voluit. Quod aũt dicit, Circundatam purpura, & ornatam auro & lapide pretioſo, Oſtẽdit
B ſuperborum & impiorum hominũ plebem omnibus illecebris ſimulatæ veritatis repletam. Quod aũt poculum aureum habebat in manu ſua plenũ abominatione & immunditiarum fornicationis eius,] Hypocritæ & ficti Chriſtiani intelliguntur: quia foris quidẽ apparent quaſi iuſti, intus aũt pleni ſunt omni immunditia. Quod aũt in fronte habebat ſcriptũ, Babylon mater fornicationũ,] Nulla eſt ſuperſtitio, quæ fronti det ſignũ, niſi hypocriſis, i. fingũt ſe bonos cũ ſint mali. Quod aũt dixit, Ebriam eſſe mulierẽ ſanguine ſanctorum & martyrũ Ieſu.] Vnum corpus malorũ intelligere voluit, ꝙ ſemper aduerſatẽ eccleſiæ intus & foris: quia & in eccleſia sũt ficti Chriſtiani, & extra eccleſiam hæretici vel Pagani: & licet interdũ corpore ſeparen
C tur, vno tñ animo in eccleſiæ perſecutione iunguntur. Quod aũt dicit, Beſtia fuit & non eſt, & futura eſt aſcẽſura de abyſſo.) Hoc intelligitur ꝙ ex populo malo naſcatur populus malus, & poſsit dicere beſtia ex beſtia, abyſſus de abyſſo. Quid eſt beſtia, niſi populus naſcens ex populo malo? Hoc fit dũ filij mali parentes peſsimos imitantur, ac ſi dum alijs morientib. ſuccedunt alij, nunquã deſunt ſiue in paucis ſiue in multis ſeu occulte ſiue aperte, qui non ab initio ſemper inſidiẽtur eccleſiæ. De quorũ cõſortio, quia corpore ſeparari nõ poſſumus in hoc ſeculo, oremꝰ miſericordiã oĩpotẽtis Dei, vt ſic morib. ſeparemur, ne cũ illis ẽterno ſupplitio pereamus: ſed magis cũ illi audierint, Diſcedite à
Mat. 25. me maledicti in ignẽ æternũ, nos audire mereamur, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ, præſtante dño noſtro Ieſu Chriſto.

Homilia XV.

IN lectione quæ recitata eſt, fratres chariſſimi, reges illos quos dixit, ꝙ perſequuntur eccleſiam Dei, quare quaſi reges appellantur, quia velut in ſomnis regnant. Omnis
Eſa. 29. enim malus qui perſequitur bonum, velut in ſomnis hoc faciat, quia malorum perſecutio non manebit, ſed velut ſomnium euaneſcit: ſicut Eſaias dicit, Erũt, inquit, velut ſomnians in ſomno diuitiæ omnium gẽtium. Hi vnam ſniam habent,) ideſt, vno animo perſequuntur bonos: ideo dicit, habent, & non D habebunt, quia perſecutio malorum non ſolum aduenìente die iudicij non erit, ſed ẽt iã in præſenti deſinit. Et virtutem ſuam & maieſtatem ſuam dabunt:] Hoc ideo dicit, quia homines impij videntur dare virtutem, qñ diabolo inſtigante faciunt mala. Hi cũ agno pugnant,] ideſt, vſque in finem, donec ſancti regnum omne percipiunt, eccleſiæ aduerſantur. Et agnus vincet eos:) ideſt, vtique nõ permittet eos Deus tentari ſupra id quod

posſint: & ideo dicit, Et agnus vincet eos: Quia dñs dñorum eſt & rex regũ, & qui cũ
1. Co. 10. eo vocati ſunt & electi:) Propterea aũt dixit, vocati & electi, quia non omnes vocati ſunt
& electi: ſicut dñs dicit, Multi ſunt vocati,
Mat. 20. pauci electi: Et dixit mihi angelus, Vides aquas vbi mulier ſedet? hæc & populus & turbæ ſunt & gentes & linguæ: & decẽ cornua quæ vidiſti, hi odio habent meretricem:) id-
E eſt mulierem illam, Meretrix.n.eſt vita luxurioſa, quæ rapinis & voluptatibus agitur: ideo dicit q̃ odio habeant meretricẽ, quia luxurioſi atq; ſuperbi, cupidi & elati non ſolũ perſequũtur ſanctos, ſed ét ſemetipſos odio habent in quib. impletur illud q̃ ſcriptũ eſt,
Pſal. 10. Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam: ſequitur, Et deſertam eam faciunt & nudã.) Ipſi aũt per iram Dei & iuſtum iudiciũ quo deſeruntur ab eo, deſertum faciunt mundũ, dum ei dediti ſunt & iniuſte vtuntur. Et car-
Gala. 5. nes eius edunt. ⁊ Hoc ideo, quia ſecundum Apoſtolum ſeinuicem mordẽt & comedũt: & propterea adiecit cauſam, dicens, Deus.n. dedit in corde ipſorum facere ſnĩam: ⁊ ideſt, excitauit plagas, quas in mundo iure merito irrogare decreuit. Et dabunt regnum ſuũ beſtiæ, vſq; dum finiantur dicta Dei: ⁊ ideſt homines mali diabolo obtemperant, donec impleantur Dei ſcripturæ, & veniat dies iudi-
Apoc. 21 cij: poſt hoc ſequitur, Mulier q̃ vidiſti eſt ciuitas magna, quæ habet regnũ ſuper gentes & reges terræ, ⁊ ideſt oẽs mali & impij: ſic & de eccleſia dictũ eſt, Veni oſtendam tibi vxorẽ agni. Et oſtendit ciuitatem deſcẽdentẽ de cęlo. Poſtea vidi aliũ angelũ deſcendentẽ de cęlo, habentem poteſtatẽ magnam, & terra illuminata eſt claritate eius, & clamauit in fortitudine, dicens, Cecidit Babylon illa magna & facta eſt habitaculũ dęmoniorũ & cuſtodia omnis immunditiæ, & inquinatæ auis. ⁊ Nũquid vnius ciuitatis ruina pòt capere oẽs immundos, aut omnem auem immundam? Aut eo tẽpore quo ciuitas magna cecidit, totus mundus deſertus eſt ſpiritibus & auibus immundis, & in vnius ciuitatis ruina habita-
F bunt? Nulla eſt ciuitas quæ omnem animam immundã capiat, niſi ciuitas diaboli, in qua oĩs immunditia in hominibus malis per totum orbem cõmoratur. Reges quos dixit q̃ perſequantur Hieruſalem, homines ſunt qui per ſequuntur Deum: Qui viuit, &c.

Homilia XVI.

QVotieſcunq; Babyloniam nominari audiſtis fratres chariſſimi, nolite ciuitatẽ de lapidib. factã intelligere, quia Babylonia confuſio interpretatur, ſicut ſæpe dictũ eſt: ſed homines ſuperbos, raptores, luxurioſos, & impios in malis ſuis perſeuerantes, ipſius nomine ſignari cognoſcite: ſicut econuerſo quoties Hieruſalẽ audieritis, quæ viſio pacis G
dr̃, hoĩes ſanctos ad Deũ pertinentes intelligite: nam Babylonia malorũ hominũ imaginem gerit: ideo de eis in ſequentib. dicit, Qm̃ ex vino iræ fornicationis eius biberunt oẽs gẽtes, & reges terræ q̃ cũ ea fornicati ſunt, i. cum inuicẽ. Non.n.cũ meretrice oẽs reges fornicati ſunt, ſed dum ſe luxurioſe, qui ſunt membra meretricis, inuicem corrumpũt, cũ meretrice, i. luxurioſa conuerſatione fornicari dicuntur, poſt hoc ſequitur dicens, Et oẽs mercatores terræ ex virtute luxuriæ eius diuites facti ſunt.) Hoc loco diuites peccatis dicit, nã nimietas luxuriæ pauperes potius q̃ diuites facit. Et audiui, inquit, aliam vocẽ de cęlo dicentem, Exite de ea populo meus, ne cõicetis peccatis eorũ: & plagis eius ne læda-
mini.] Hoc loco demonſtrat Babyloniam in duas diuiſam eſſe partes: quia dum ſpirante Deo conuertuntur mali ad bonum, Babylonia diuiditur, & pars illa q̃ ab illa diſceſſerit, efficietur Hieruſalem: quotidie.n. & de Babylonia transferimur ad Hieruſalem, & de Hieruſalẽ ſeducimur ad Babyloniã, dum & mali conuertuntur ad bonũ: & qui videban tur boni, in hypocriſim vertuntur publice, & fiunt mali de bonis: ita ét ſcriptura dicit p̃ Eſaiam, Exite de medio eorũ, & immundum nolite tangere. Exite de medio eorũ, & ſeparamini qui fertis vaſa dñi: huius ſeparationis meminit Apoſtolus, dicens, Firmum.n.fundamentum Dei manet, &, Cognouit dñs qui ſunt eius: &, Diſcedat ab iniquitate omnis q̃ H
inuocat nomen dñi. Ne cõicetis, inquit, peccatis eius, & plagis eius ne lędamini: ⁊ ſicut ſcriptũ eſt, Quacunq; morte præoccupatus fuerit iuſtus, i refrigerio erit. Qũo particeps delicti iuſtus eſſe pòt, quẽ cũ impio ciuitatis caſus abſtulerit? Niſi forte qñ de ciuitate diaboli, i. de conuerſatione luxurioſa & impia exeunt boni, niſi aliquis ex illis remanere, & delectari voluptatib. Babylonis voluerit, hoc

ſi fe-

si fecerit sine dubio particeps plagæ eius erit. Quod aût dicit toties, Exire nolite,) hoc non corporaliter, sed spiritaliter intelligi debet. De medio Babylonis exitur, qñ conuersatio mala deseritur: nam & in vna domo, & in vna ecclesia, & vna ciuitate sunt Babylonij cũ Hierosolymitanis: & tñ quandiu boni
H consentiunt cũ malis, nec mali conuertunt̃ ad bonos, & in bonis Hierusalem, & in malis Babylonia cognoscitur: simul habitãt corpore, sed longe diuisi sunt corde, quia malorũ conuersatio semper in terris est, quia terrã diligunt, & omnẽ spem suã, & totã intentionẽ animi sui in terra constituunt: bonorũ vero mens secundũ Apostolũ semper in cęlis est, quia quæ sursum sunt sapiunt: Exite, inquit, de ea populę meus ℥ ideſt, de Babylo-
Phil. 5. nia. Ne cõicetis peccatis eius, & plagis eius ne lędamini, qm̃ ascenderunt peccata eius vsq; ad cęlũ, & recordatus est Deus iniquitatũ eius: reddite illi sicut ipsa reddidit, & duplate dupla secundũ opera eius, in quo poculo miscuit, miscete ei duplũ, quantũ se clarificauit & in delitijs fuit, tm̃ tradite ei cruciatum & luctũ. ℥ Populo suo. Hæc.n. omnia bonis christianis, i. ecclesiæ dicit dñs, Reddite ei sicut & ipsa reddidit. De ecclesia.n. exeunt in mundo plagæ visibiles. Qm̃ in̄ corde suo dicit Babylonia,]ideſt, plebs omniũ malorum & superborũ in seculo: Sedeo regina & vidua non sum, & luctũ non videbo: Propterea vna die venient plagæ eius, mors & luctus & fames, & igne cremabitur quæ sub sistit, lugebis mortuũ, aut fames quanta põt esse vnius dici? Sed diem dixit breue tẽpus vitæ præsentis, q̃ & spiritaliter & carnaliter affliguntur: nã super omnes superbos & voluptatibus deditos maiores plagæ in anima veniunt quã in corpore. Tunc.n. maiori plaga percutiuntur, qñ se suis iniquitatibus colẽtes, iusto Dei iudicio malũ agere permittũ
I tur, vt inter Dei filios flagellari non mereantur in eis, illud q̃ scriptũ est, In laborib. hominũ non sunt, & cum hominib. non flagel-
Psal. 72. labuntur: ideo tenuit eos superbia eorũ. Qm̃ fortis dñs Deus qui iudicat eam: & flebũt & plangent se super eam oẽs gentes terræ, quæ cũ ea fornicatæ sunt.] Qui reges plãgent eã, si eam reges euertant? Sed q̃ est ciuitas, hoc reges qui plangent eam. Non luxuriæ malũ, quia cũ ea peccant, agendo pn̄iam plãgunt: sed quia prosperitatem seculi, Per quã suis voluptatibus seruiebant, perire cognoscunt, vel quare cessare incipiat in eis attritio per quam luxuriosi inuicẽ consumuntur tanquã fumus instantis gehennæ. A longe, inquit, stãtes propter metum pęnæ eius.] Longe stantes non corpore sed anima, cum vnusquisq; timet q̃ alterum per calumnias & superborũ potentiam videt pati, Dicentes. Vę vę ciuitas magna Babylõ, ciuitas fortis, qm̃ vna ho K
ra damnatio tua:] Spiritus dicit nomen ciuitatis. Verum illi mundum plangunt, exiguo admodũ tempore Penę intercepto, omnẽq; industriam labefactam cesisse. Equorum & rhedarũ & pecorũ mercatores qui ditati sũt ab ea, longe stabunt flẽtes & dicentes, Vę vę ciuitas magna.] Vbicunq; dixit spiritus dilatatos ab ea, peccatorũ duritias significat. Induta byssо, purpura, & coronata coccino, & ornata auro & lapide pretioso & margaritis. Nunquid ciuitas induitur byssо, & nõ homines? Ipsi se plãgunt dũ supradictis spoliãtur. Et omnis gubernator, & omnis qui nauibus nauigat, & quotquot in mari operantur, a longe steterunt & clamauerunt, vidẽtes fumum ignis eius.] nunquid omnis gubernator & nautæ, quotquot operantur in naui, adesse possunt in incendio ciuitatis vnius? Sed oẽs seculi amatores & operarios iniquitatis dicit timere sibi, videntes spei suę ruinã. Post hæc aût idem Ioannes ait. Et vidi bestiã & reges terræ, & exercitus eorũ.] In bestia q̃ vidit, diabolũ significat. In regibus terrę exercitum & omnem eius populũ congregatum facere bellũ cum sedente super equum, & cũ exercitu eius, ideſt, cum Christo ecclesiaq; : Et vidi alium angelum descendentẽ de cęlo] Dñm Christum dicit in Primo aduentu, Habentem clauem abysi,] ideſt, potestatem populi. Abyssum.n. populum malũ intellige: Et L
catena magna in manu sua,] hoc est, potestatem dedit Deus in manus eius. Et tenuit draconem anguem antiquũ qui est diabolus & satanas qui seducit vniuersum orbem, &c. Et in cęlo sequebantur eũ in equis albis.] Ideſt, ecclesia in corporib. candidis sequuntur eũ, sicut supradictũ est. Hi sunt qui sequũtur agnum quocũq; ierit, induti byssо albo mũdo, quo definiuit vestimenta sanctorum. Ex ore eius procedit gladius bis acutus.) Ipse est quo defenduntur iusti, puniuntur iniusti, Vt

in

in eo percutiat gẽtes,& ipse reget eos in virga ferrea. Ipse calcat torcular vini indignationis & iræ Dei omnipotentis.) Calcat etiã nunc, qñ malos permittit facere malum, & dimittit eos in voluptatibus suis, & postea extra ciuitatem,i.extra ecclesiam calcabit,cũ eos qui non egerunt pniam gehennæ ignib. tradet. Hic habet in vestimento & super femur suũ scriptum nomen,rex regum & dñs
M dñantium.) Hoc est nomẽ qꝫ nemo superborum cognoscet, quia ecclesia seruiendo, in Christo regnat. Et dñator dñantium,i.vincit vitia & peccata. Femur aũt potestas est,sicut illud,Non deficiet Princeps de femorib. Iu-
Gen.49. da.Et Abraham ne posteritas eius alienigenis misceretur,inter se seruumq; suum tertiũ testimonium femur adhibet.Et vidi,inquit,angelum stantem in Sole,) ideſt, prædicatorẽ in ecclesia.Et clamauit voce magna, dicens, omnibus auibus,quæ volant in medio cęli.ℨ Aues vel bestias pro loco accipimus bonas & malas,sicut est illud:Benedicent me bestię agri,& leo de tribu Iuda. Hoc ergo in loco aues volantes in medio cęli,ecclesiam dixit, quas in vnum corpus redigens,dixerat aquilam volantem in medio cęli.Congregamini venite ad cęnam magnã Dei, vt manducetis carnes regum & carnes tribunorũ & fortiũ, & carnes equorum & sedentiũ super eos, & carnes omnium liberorũ & seruorũ & pusillorum & magnorũ.) Omnes.n.gentes qñ in Christo credentes ecclesiæ incorporãtur,spiritaliter ab Ecclesia comeduntur. Et post hoc de diabolo ait, Et signauit super eum ne seducat nationes,vsq; dum finiantur mille anni.) Isti intelliguntur mille anni, qui ab aduentu dñi nostri aguntur. In his ergo dñs diabolo interdixit,ne seducat nationes, sed quæ ad vitam destinatæ sunt, quas antea seducebat, ne Deo reconciliarentur.Post hæc oportet eum
A solui modico tempore,) ideſt,tempore An-
2. Th.2. tichristi cum reuelatus fuerit homo peccati, cũ acceperit totã persequendi potestatem, qualẽ nõ accepit ab initio.Mille annos dixit, partem à toto. Hic reliquias mille annorum sexti diei,in quo natus est dñs & passus,intelligi voluit.Post hæc ait,Vę vę ciuitas illa magna, in qua ditati sunt illi omnes qui habent naues in mari,qñ vna hora deserta est. Exulta cęlum super eã,& sancti Apostoli & prophetæ.) Nunquid sola ciuitas Babylonia in omni mundo persequitur aut persecuta est Dei seruos,vt ipsa extincta vniuersi vindicentur? In toto.n.mundo est Babylonia in malis hominibus,& in toto mũdo persequitur bonos. Et tulit vnus angelus lapidem vt molam magnam, & misit in mare dicens, Hoc impetu deijcietur illa ciuitas magna Babylon.) Ideo Babylon velut molam dicit proiectã, Psal. 11.
quia omnes amatores mundi reuolutio tem- B
porum sicut mola cõteret, & in gyro mittet. De quibus scriptũ est, In circuitu impij ambulant. Quorum infęlix occupatio semper quasi incipit,Et nõ inuenietur amplius. Vox citharędorum & citharizantium & muficorum & fistularũ non audietur in ea amplius. Iocunditatem dicit transire impiorũ, & non inueniri. Et adiecit causam dicens, Qñ mercatores tui erant maximi terræ,) ideſt, qñ in vita tua percepisti bona.Quoniam in veneficijs tuis errauerunt omnes gẽtes, & sanguis prophetarũ & sanctorum inuentus est omnium à te occisorum super terrã.) Nunquid eadem ciuitas Apostolos & prophetas& omnes reliquos martyres occidit?Sed hæc ciuitas omnium superborũ est, quam Cain fra- Gen.4.
tris suis sanguine fundauit, & vocauit nomẽ eius nomine filij sui Enoch, ideſt, posteritatem: qũia omnes mali in quibus est Babylonia, succedentes sibi vsque ad finem mundi persequuntur ecclesiam Dei.In ciuitate ergo Cain funditur omnis sanguis iustus,a sangui- Mat.23.
ne Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ, ideſt populi & sacerdotes, inter templum & altare,ideſt inter populũ & sacerdotes. Hoc ideo dictum est,quia non solum populi, sed & sacerdotes conspirauerunt in mortem Zachariæ,Inter templum,inquit,& altare.In altari intelliguntur sacerdotes, in templo populi significati sunt: alia enim causa loci nominandi non fuit.Hæc est ciuitas quæ interfecit prophetas,& lapidauit missos ad se. Hæc est ciuitas quę sanguine struitur, sicut scriptum est, Vę qui ædificat ciuitatem in sanC
guinibus,& parat ciuitatem in iniustitijs, In Mat.23.
equo albo,) Sicut supra dictum est, Ecclesiam intellige, In sessore eius,) Christum dominum recognoscere debemus. Quod autẽ dixit, Habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse,) ipse vtiq; & quæ in illo est omnis ecclesia.In veste sãguine sparsa,ℨ Martyres intelligendi sunt. Quod autem . Exercitus

citus qui est in cęlo sequebat eũ in equis albis.¶ Est ecclesia in corporibus candidis. In gladio bis acuto,¶ Potestas Christi intelligitur de quo defendentur iusti, punientur iniusti. In virga ferrea,¶ Iustitia eius cognoscitur, de qua erudiuntur humiles, superbi tãquam vasa figuli confringũtur. Quod aũt dixit, Ipse calcat torcular vini irę Dei omnipotẽtis.¶ Calcat ẽt nũc, qñ malos p̃mittit vt persequãtur bonos & dimittit eos in voluptatib. suis: sed postea retribuet qñ eos qui non egerint pœnitentiã, mittet in gehẽnã. Angelũ stãtem in Sole,¶ Prędicationẽ in ecclesia intelligite: ideo.n. ecclesia soli comparatur, quia de ea scriptũ est, Tunc iusti fulgebunt, sicut Sol in regno patris eorũ. Quod aũt clamauit omnibus auibus quæ volant in medio cęli,¶ Aues illæ ecclesia intelligitur. Quod aũt dictũ est, Congregamini ad cœnam magnã, vt manducetis carnẽ regũ & tribunorũ,¶ Hoc in ecclesia in veritate fieri cognoscimus: Nã qñ omnes gentes ecclesiæ incorporantur spiritaliter comedunt, & qui deuorabãtur a diabolo, & erant corpus diaboli: suscepti ab ecclesia, membra efficiuntur Christi: quod aũt de diabolo dixit, Et clausit & signauit super eũ, ne seducat nationes, vsq; dũ finiãtur mille anni.¶ Sicut dictũ est, isti mille anni à passione dñi aguntur, in quibus nõ permittitur diabolo facere quantũ vult, quia nõ p̃mittit̃ à Deo tẽtare seruos suos supra id q̃ possunt sustinere. Quod aũt Postea modico tp̃e soluendus est,] Tẽpus antichristi designatur, in quo maiorẽ potestatẽ sęuiendi diabolus acceptur⁹ est, q̃ aũt dr̃, Væ væ, ciuitas magna,¶ Babylonia intelligitur. Sciendũ tñ, q̃ non solũ ciuitas Bbylonia p̃sequitur sanctos, vt ipsa extincta vniuersis vindicentur: in toto.n. mundo est Babylonia, & in malis hominib. persequitur bonos, Quod aũt Lapidẽ grandẽ velut molã misit angelus in mare dicẽs, sic mittetur Babylonia.¶ Ideo velut molam dicit Babyloniam, quia amatores mundi reuolutio teporũ sicut mola conterit, & in gyro mittit. Quod aũt dicit, In veneficijs tuis errauerunt oẽs gentes, & sanguis prophetarũ inuentus est omniũ a te occisorũ super terrã:¶ Nõ.n. in vna ciuitate occisi sunt Apostoli & prophetæ, aut reliqui martyres. Sed hæc est ciuitas superborũ quæ in toto mundo per sequitur sanctos. Ipsa est ciuitas quã Cain fratris sui in sanguine fundauit & vocauit nomine filij sui Enoch, i. posteriorẽ, quia oẽs mali in quibus Babylonia est, succedentes sibi vsque ad finem mundi persequuntur Ecclesiam Dei. De quorũ persecutione nos dominus per misericordiam suam liberare dignetur, Qui cũ patre & spiritu sancto, &c.

Homilia XVII.

IN lectione quæ recitata est, fratres charissimi, beatus Ioannes Euãgelista sic ait, Audiui vocẽ magnam populi multi in cęlo dicentiũ, halleluia, Et salus & claritas & virtus Deo nostro, quoniam vera & iusta iudicia Dei, qñ iudicauit meretricem illã quæ corrupit terram fornicatione sua, & vindicauit sanguinẽ seruorũ de manu eius. Et iterũ dixerunt, halleluia.) Hæc vox ecclesiæ est, cũ discussio facta fuerit, & cũ ab illa exiuerint oẽs mali ęterno incendio cõcremandi. Et fum⁹, inquit, eorũ ascendit in secula seculorũ.¶ Audite fratres & cognoscite, & expauescite, q̃a Babylonia est meretrix. Quorũ fumus ascendit in secula seculorũ, non intelliguntur nisi hoĩes cupidi, adulteri & superbi, & ideo si vultis hęc mala euadere, nolite tam grauia mala cõmittere. Et fumus, inquit, eorũ ascẽdit: nunquid visibilis ciuitatis exustæ fumus in secula seculorũ ascendet, & non hominũ in superbia viuentiũ? Ascendit aũt nõ descẽdit: semper.n. etiã in præsenti sęculo in p̃ditionem vadit. Babylon autẽ crematur ex parte, sicut Hierusalẽ in istis sanctis qui de cęlo migrant, transit in paradisum, domino manifestante in paupere & diuite. Et audiui vocem populi multi, & vocẽ aquarũ multarũ, & vt voces tonitruorũ fortiũ, dicentes, halleluia, quoniam regnabit dñs Deus noster omnipotens. Gaudeamus, & exultemus, & glorificemus nomen eius, quoniã venerunt nuptiæ agni & mulier eius parauit se.¶ Mulier agni ecclesia est: Et datũ est ei vt operiat se bysso splendido mundo. Byssinum.n. iusta facta sanctorũ sunt.¶ Datum est.n. sanctis suis indui, sicut scriptum est, Sacerdotes tui induantur iustitia. Hi, inquit, vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis,¶ Idest, in præsenti sęculo. Et recte dixit, Omnes & superstites & animæ sanctorum,¶ Idest, quia adhuc in mundo viuunt, & quia iam de hac

vita

vita migrauerũt, regnant cũ Christo. Regnauerũt profecto dixit, sicut illud, Diuiserunt sibi vestimenta mea. Nã dicturus erat, regnabunt. Vt ostenderet aũt qd in hac vita sint isti mille anni ait. Hæc est itaq; prima resurrectio. Ipsa est. n. qua resurgimus per baptismũ, sicut dicit Apostolus, Si consurrexistis cũ Christo q̃ sursum sunt quçrite: & iterum, Tanquã ex mortuis viuẽtes. Peccatũ. n. mors est, sicut dicit Apostolus. Cũ essetis mortui
I delictis & peccatis vestris. Et sicut prima mors in hac vita est per peccatũ, sic & resurrectio prima in hac vita est per remissionẽ peccatorũ. Beatus & sanctus q̃ habet partem in resurrectione prima, ℣ Idest, qui reseruauerit quod in baptismo renatus est. In hoc secunda mors non habet potestatẽ, ℣ Idest, ẽterna tormenta non sentiet. Sed erũt sacerdotes Dei & Chri, & regnabũt cũ eo mille annos. ℣ Retulit spiritus dũ hæc scriberet, regnaturã ecclesiã mille annos in hoc seculo vsq; in finẽ mũdi. Manifestũ est quod dubitari nõ debeat de perpetuo regno, cũ ẽt in prçsenti seculo sancti regnãt. Bene. n. regnare dicuntur, quia cũ Dei adiutorio per ipsas pressuras mũdi & se & alios bene regunt. Et cũ, inquit, finiti fuerint mille anni, soluetur satanas de custodia sua. Finitus dixit à toto partẽ: nã sic soluitur vt supersint anni tres & mẽses sex nouissimi certaminis temporib. Anti christi. Et exiet seducere nationes q̃ sũt ĩ qua tuor angulis terræ. ℣ A parte totũ dixit nã nõ oẽs seduci possunt: superbi tantũmodo sedu
Mar. 20. cũtur & impij: nã humiles & veri Christiani nõ seducuntur. Multi nãq; vocati, pauci electi: ascendit diabolus & populus eius in latitudinẽ terræ, ℣ Idest, in electione superbiæ, Et circundederunt castra sanctorũ & dilectorũ ciuitatẽ, ℣ Idest, Ecclesiã. Hoc est quod supra dixit collectos in Armagesson: non. n.
K ex quatuor angulis terrç potuerunt in vnam ciuitatẽ congregari, sed in ipsis quatuor angulis terrç vnaquæq; gens congregabitur in obsidionẽ sanctç ciuitatis, idest, in persecutionem ecclesiæ. Et descendit ignis de cçlo a Deo ℣ Idest, d̃ ecclesia, Et comedit eos. Dupliciter enim hoc loco intelligitur ignis, aut enim per ignẽ spirituſsanctũ creditur in Christũ, & spiritualiter comeduntur ab ecclesia, idest, incorporantur Ecclesiæ: aut peccatorũ suorũ igne comeduntur & pereunt. Et diabolus seducens eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & pseudoprophetç & bestia: Pseudoprophetç intelliguntur aut hæretici, aut ficti Christiani. Ex quo enim passus est dñs, moritur bestia: idest ficti Christiani, & in ignẽ mittitur vsquedum finiantur mille anni ab aduentu dñi. Et punientur die ac no- L
cte in secula seculorũ. Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est vitç. ℣ Libros apertos testamenta Dei dicit, secundũ enim vtrunq; testamentũ iudicabitur ecclesia. Librũ vitæ vniuscuiusq; memoriã dicit gestorũ nostrorũ, nõ q̃ librum habeat commemoratoriũ occultorum cognitorũ. Et iudicati sunt mortui ex his quæ scripta sunt in libris secundũ opera sua, ℣ Idest, ex testamentis iudicati sunt, secundũ qd Dei prçcepta fecerunt, aut non fecerunt. Et dedit mare mortuos suos. ℣ Gẽtes quas hic iudicij dies inueniet viuos: ipsi sunt mortui maris, quia hoc seculũ mare est. Mors & infernus dederunt mortuos,) Idest, eos qui in sepulchris inueniendi sunt in iudicij die. Mors & infernus missi sunt in stagnũ. ℣ Mortẽ & infernũ diabolũ & dicit populũ eius. Et qui nõ est inuentus scriptus in libro vitç. ℣ Et qui voluptatibus suis dimissus per temporaneã examinationẽ hoc seculo non meruit iudicari a Deo, dũ viueret. Missus est in stagnum ignis: & vidi cçlum nouum & terram nouam. Primũ. n. nouum cçlũ & terra abierunt, & mare iã nõ est. Et ciuitatem sanctorũ Hierusalẽ nouã vidi descendentem de cçlo a Deo compositam, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocẽ magnã de cçlo dicentẽ, ecce tabernaculum Dei cũ hominibus, & habitauit cum eis, & ipsi populus eius erunt & ipse Deus, cũ eis erit eorum Deus. Et absterget Deus omnem lacrymã ab oculis eorum, & mors non erit amplius, & luctus non erit. ℣ Hoc totũ de gloria ecclesiæ dixit, qualẽ habebit post resurrectionem. Et dicit scribe,
M quoniam sermones isti fideles & veri sunt. Et dixit mihi, ego sum α & ω initiũ & finis. Ego sitientibus dabo ex fonte aquæ viuç gratis, ℣ idest, cupienti remissionẽ peccatorum per fontem baptismi. Qui vincit possidebit hæc, & ero eius Deus, & ipse erit meus filius. Timidis aũt & incredulis, & execrabilibus & homicidis & veneficis, idolorũ cultoribus. & omnibus

Psal.

omnibus mendacib. pars erit in stagno ardẽti igne & sulphure, quod est mors secunda.§ Quod supradictũ est, iudicauit meretricem illam magnam, quę corrupit terrã vino fornicationis suæ, & vindicauit sanguinem seruorum suorum. Hęc vox ecclesię est cum ab ea in die iudicij exierunt omnes mali, æterno incendio concremandi, & fumus eorũ ascẽ-
A det in secula seculorum. Non. n. visibilis ciuitatis ascendet fumus in secula seculorũ, sed hominũ in superbia perdurantiũ. Quod aũt
Psal. 131 dicit: Quia venerunt nuptiæ agni.§ De Christo intelligitur & ecclesia. Quod uero dicit, Eam opertam byſſo.) In byſſo iusta opera sanctorũ intelliguntur, quibus iusti vestiuntur: secundum q̃ dictum est, Sacerdotes tui induantur iustitia. Quod autem dicit, Eos regnasse mille annos,) præsens tempus intelligitur, in quo sancti & iusti regnare dicũtur, quia se ita cum Dei adiutorio regunt, vt a peccatis vinci non possint. Et, vt hoc euidenter ostenderet, secutus ait, Hæc est prima resurrectio.) Prima. n resurrectio qua a morte peccati ad vitam iustitiæ animæ resurgunt, toto nunc tempore agitur: Secũda vero, qua de terræ puluere ad vitã corpoream redeũt, in futurum expectatur. Ipsa est. n. qua resurgimus per baptismũ, quia sicut prima mors est in hac vita per peccatum, ita & prima resurrectio per remissionem peccatorũ, Beatus & sanctus qui habet in resurrectione primam partem) ideſt, qui reseruauit q̃ in baptismo renatus accepit. Quod autem dicit, Regnaturam ecclesiã mille annos in hoc seculo,§ Intelligitur vsq; ad finem mundi: Vnde manifestum est q̃ dubitari non debeat de perpetuo regno. Cum. n. in præsenti seculo sancti regnent: recte. n. regnare dicuntur, qui cum Dei adiutorio inter ipsas pressuras mũdi & se & alios bene regunt. Quod autẽ de diabolo dicit, quia Seducit nationes quæ sũt
B in quatuor angulis terræ,§ A parte totũ intelligitur. Nam soli mali seducuntur: secundũ illud, Multi vocati pauci electi. Quod autem dicit, Diabolus & angeli eius circundederũt castra sanctorum & ciuitatem dilectorum.) Non. n. ex quatuor angulis terræ potuerunt in vnam ciuitatem congregari, sed in ipsis quatuor angulis vnaquæq; gens cõgregatur in persecutione ecclesiæ. Quod aũt dicit, Cecidit ignis de cęlo, & comedit eos:) Dupliciter intelligi potest, aut. n. per ignem sancti spiritus spiritaliter comeduntur: dum ecclesiæ incorporantur: aut si ad Deũ conuerti noluerint, peccatorũ suorum igne comeduntur & pereunt. Quod aũt dicit, Libros apertos.) Testm̃ Dei voluit intelligi: secundum. n. vtrunq; testm̃ iudicabitur ecclesia: Librum vero vitæ, § vniuscuiusque memoriam dicit gestorũ nostrorũ, quia in die iudicij nulli licebit, nec vllus poterit abscondere peccata vel crimina sua, Quia mare dedit mortuos:§ Eos dicit quos in hoc mundo viuos inuenit aduẽtus Christi. Ipsi sunt mortui maris, quia hoc seculũ mare est. Quod dicit, Mors & infernus dederunt mortuos suos:§ illi intelligũtur, qui sunt in sepulchris inueniendi in die iudicij. Et mors & infernus missi sunt in stagnum ignis:§ Hoc loco mortem & infernũ, diabolum & populum eius intelligi voluit, qui voluptatibus suis dimissis, per temporaneam examinationem non meruit iudicari. Post hęc expositа ecclesiæ gloria adiungit & dicit: Ego sitienti dabo ex fonte vitæ aquam gratis,§ ideſt cupienti remissionẽ peccatorũ per fontem baptismi: Qui vincit, possidebit hæc, & ero eius Deus, & erit meus filius:§ Quod præstare dignetur qui viuit, &c.
C

Homilia XVIII.

SIcut modo audiuimus, fratres charissimi: angelus dñi locutus est ad beatum Ioannem dicens, Veni ostendam tibi vxorẽ agni. Et abstulit me in spiritu supra montem sanctam Hierusalem descendentem de cœlo,§ hęc est ecclesia. Ciuitas in monte constituta, est sponsa agni: ipsa. n. ciuitas tunc in monte est constituta, qm̃ in humeris pastoris tanquã ouis ad ouile proprium reuocata est: Si. n. alia est ecclesia, alia ciuitas descendens de
D cęlo, erunt duæ sponsæ, q̃ omnino fieri non potest: & hanc. n. ciuitatem sponsam dixit agni: vnde manifestũ est ipsam esse ecclesiã, quã sic describit dicens, Habentem claritatẽ Dei luminare eius simile lapidi pretioso.§ Lapis pretiosissimus Christus est, Habentẽ murum magnum & altũ habentem portas duodecim.§ Ostendit duodecim portas & duodecim angelos Apostolos esse & prophetas: qm̃ sic scriptũ est, Aedificati sumus supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum, sicut

Luc. 15.

Ephe. 2. Mat. 16.

ſicut dñs dixit Petro, Super hanc petrã ædificabo eccleſiam meam. Ab Oriente portæ tres, Ab Aquilone portæ tres, ab Auſtro portæ tres, ab Occidente portæ tres.) Et quia ciuitas iſta quę deſcribitur, Eccleſia eſt toto orbe diffuſa: ideo per quatuor partes ciuitatis ternæ portæ dicuntur eſſe, quia per totas quatuor partes mundi Trinitatis myſterũ in Eccleſia ꝓdicatur. Et ſuper eas duodecim noĩa
D Apoſtolorũ & agni.) Quod ſunt portæ, hoc fundamentũ, ꝙ ciuitas, hoc murus. Et qui loquebatur mecũ, habebat menſuram arundineam aureã.) In arundinea aurea hominis eccleſiam oſtendit, fragili quidẽ carne, ſed au-
2. Cor. 4. rea fide fundatã: ſicut Apoſtolus dicit, Habetis theſaurũ in vaſis fictilibus. Et ſupellex muri & ciuitatis aurũ mundũ, ſimile vitro mũdo. § Eccleſia. n. aurea eſt, quia fides eius velut aurum ſplendet ſicut ſeptem candelabra, & ara aurea, & phialæ aureæ, hoc totũ eccleſiam figurauit. Vitrum aũt ad puritatem fidei retulit, quia ꝙ foris vĩ, hoc eſt & intus, & nihil eſt ſimulatũ, & non eſt perſpicuũ niſi ſanctis Eccleſiæ. Fundamentũ primũ, Iaſpis: ſecundum, Saphirus: tertium, Chalcedonius: quartum, Smaragdus: quintũ, Sardonix: ſextum, Sardius: ſeptimum, Chryſolitus: octauum, Beryllus: nonum, Topazius: decimum, Chryſopraſus: vndecimũ, Hyacinthus: duodecimum, Amethyſtus.) Ideo diuerſitatẽ gẽmarum in fundamentis nominare voluit, vt dona diuerſarũ gratiarũ, quæ Apoſtolis data ſunt, demonſtraret: ſicut de ſpiritu ſancto di-
1. Co. 12. ctũ eſt, Diuidens ſingulis prout vult. Et ideo duodecim margaritę ſingillatim. Et vnaquęque porta erat ex vna margarita.) Et in iſtis margaritis dictũ eſt ꝙ Apoſtolos deſignauit, qui ideo portæ dicuntur, quia per doctrinã ſuam æternæ vitæ ianuã pandunt. In platea quæ erat velut aurum mundũ & vitrũ oſtendit eccleſiam. In platea ciuitatis aurum mun-
E dũ & perſpicuum, & templum non vidi in ea, dñs. n. Deus omnipotens tẽplum eius eſt & agnus.) Hoc ideo quia in Deo eſt eccleſia, & in eccleſia Deus. Ciuitas non indiget Sole neq; Luna, vt luceant in ea.) Quia non lumine aut elementis regit eccleſia, ſed Chriſto æterno Sole deducitur per mundi tenebras. Claritas. n. Dei illuminauit eã, & lucer-
Ioan. 8. & 1. na eius agnus eſt.) Ipſo dicente, Ego ſum lux mundi: & iterum, Ego ſum lumen verum, ꝙ illuminat omnem hominẽ venientẽ in hunc mundum. Ambulabũt gentes in lumine tuo. & reges terræ filios Dei dicit, Et portæ eius non claudentur die. Nox. n. ibi non eſt,) vſq; in æternum. Et ferent gloriam & honorem gentium, § in Chriſto vtiq; credẽtium: Et nõ introibit in eam omne immundũ, aut faciens abominationes & mendacium, niſi qui ſcriptus eſt in libro vitæ & agni.) In medio plateæ eius fontem baptiſmi oſtendit, in medio eccleſiæ venientem à Deo & Chriſto. Nam quale decus ciuitatis poteſt eſſe, ſi flumẽ per medium plateæ eius ad impedimentũ habitantium deſcendat? Et ex vtraq; parte fluminis lignũ vitæ faciens fructus duodecim per ſingulos menſes, & reddens fructum ſuum:) Hoc de cruce dñi dixit, Nullum eſt lignum ꝙ omni tempore fructificet, niſi crux quam geſtant fideles, qui rigantur aqua eccleſiaſtici fluminis, & reddunt fructũ perpetuũ omni tempore. Et thronus Dei & agni in ea, § Erit vtiq; nunc in ſecula. Et ſerui eius ſeruiẽt illi, & videbunt faciẽ eius,) Sicut dicit, Qui me videt, videt & patrem: &, Beati mundo corde, qm̃ ipſi Deum videbunt. Et nomen eius in frontibus eorum. Et nox non amplius, & non egebunt lumine lucernæ, & lumine Solis, quoniam dñs Deus illuminabit ſuper eos in ſecula ſeculorum.) Omnia iſta a domini paſsione cęperunt. Et dixit mihi angelus, Ne ſignaueris verba prophetiæ huius: Tẽpus. n. proximum eſt. Qui iniuſtus eſt iniuſta faciat adhuc, & qui in ſordib. ſordeſcat adhuc. Iſti ſunt propter quos dixerat, Signa q̃ locuta ſunt ſeptem tonitrua. Et iuſtus iuſtitiã faciat adhuc: & ſanctus ſãctificetur adhuc.) Iſti ſunt propter quos dixit, Ne ſignaueris verba prophetiæ huius libri: ac ſic ſcripturæ diuinæ omnibus ſuperbis & plus mundum quam Deum amantibus ſignatæ ſunt, humilibus autem & Deũ timentibus apertæ ſunt. Beati qui ſeruant mandata hæc vt ſit poteſtas eorum per lignum vitæ, & per portas intrẽt in ciuitatem.) Qui enim non ſeruant mandata non per portas intrant, ſed alia parte. Iſte eſt liber, de quib. ſequitur & dicit, Foris canes & venefici, fornicarij & homicidę, &c. Sponſus & ſponſa dicunt, veni.) Venit vtique ſponſus & ſponſa, Chriſtus & Eccleſia. Qui ſitit veniat, qui vult accipere aquam vitæ gratis,) Id eſt, baptiſma. Conteſtor ergo

homi-

hominem audientē sermones prophetiæ libri huius, Siquis apposuerit &c.) Scriptum est hoc propter falsatores sanctarum scripturarum, non propter eos qui simpliciter quod sentiunt dicunt. Mons altus in quo sanctus Ioannes ascendisse se dixit, ecclesia significata est, quod in Euangelio ipse dominus ostendit cum dixit, Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Quod autē dicit habere lumen simile lapidi preciosissimo, in illo lapide Christi claritas demonstratur. In duodecim partibus, & in duodecim angelis Apostoli intelligūtur, & patriarchæ, sicut illud, Superędificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Et quia ciuitas describitur ecclesia est toto orbe diffusa, ideo per quatuor partes eius propter Trinitatis mysterium ternę portæ esse dicuntur. In arundine aurea homines ecclesię ostendit fragili quidem carne, sed aurea fide fundati, propter illud Apostoli, Habentes thesaurum istum in vasis fictilibus. Quod dicit ciuitatem auream, aram aureā, & phialas aureas, ecclesia est propter fidem rectā. In vitro autem puritas ipsius fidei significata est. Quod autem nomina diuersarum gemmarum fundamenti nominare voluit, dona diuersarum gratiarum, quæ Apostolis data sunt, demonstrauit. In illis autem margaritis Apostolos significauit, quia ideo portę dicūtur, quod per doctrinam suam ęternæ vitæ ianuam pandunt. Quod autem dicit quia tēplum non vidi in ea, quoniam dominus omnipotens templum eius est, & agnus, Hoc ideo quia Deus est in ecclesia, & ecclesia in Deo. Quod vero dicit, Quia ciuitas non indiget Sole neq; Luna, hoc ideo quia non visibili ecclesia, sed Christi ęterno lumine inter tenebras mundi istius spiritaliter illuminatur, sicut ipse dixit. Ego sum lumen mūdi. Reges terræ filios Dei, idest, Christianos intelligi voluit. In flumine aquę sicut crystallum fontem baptismi in medio ecclesiæ venientem a domino Christo. Quod autem dixit, lignum iuxta fluuium duodecies per singulos menses dare fructum, crux intelligitur quæ per totum mundum non solum omnibus mensibus, sed etiam omnibus diebus in his qui baptizantur exhibet fructum Deo. Quod autem dicit, Dominus illuminabit & regnabunt in secula seculorum: omnia ista à domini passione cęperunt. Quod vero in superiore parte libri dixit, Signa quę locuta sunt septem tonitrua: propter eos dixit, de quibus ait, vt sordibus sordescat adhuc: & qui iustus est, iusta faciat adhuc. Illud autem quod ait, Ne signaueris verba prophetiæ, propter sanctos & iustos intelligi voluit, ac sic scripturæ diuinæ omnibus superbis & plus mundum quam Deū amantibus signatæ sunt humilibus autem & Deum timentibus apertæ. Et quia sic concludit Apocalypsis Ioannis vt dicat. Ecce venio cito: oremus vt Deus per suam promissionem & per suam misericordiam de carcere nos mundi huius liberare, & ad suam beatitudinem perducere dignetur. Donante Iesu Christo domino nostro, Qui viuit & regnat cum patre & spiritusancto in secula seculorum, Amen.

Epilog. dictorū. *Ephe. 1.*

I K L M

LIBER MEDITATIONVM,

Inuocatio Dei omnipotētis ad morum & vitę reparationem.

HOMILIA I.

DOmine Deus da cordi meo te desiderare, desiderando quęrere, quærendo inuenire, inueniendo amare, amando mala mea redimere, redempta non iterare. Da domine Deus meus cordi meo pœnitentiam, spiritui contrictionem, oculis lachrymarum fontem, manibus eleemosynæ largitatem. Rex meus, extingue in me desideria carnis & accende ignem tui amoris. Redemptor meus, expelle à me spiritum superbię, & concede propitius thesaurum humilitatis tuæ. Saluator meus amoue à me furorem irę, & indulge mihi benignus scutum patientię. Conditor meus, euelle à me animi rancorem, & largire mihi mitis mentis dulcedinem. Da clementissime pater mihi solidam fidem, spem congruam, charitatem continuam. Rector meus auerte a me vanitatem, mentis inconstantiam, corporis vagationem, oris scurilitatem, oculorum elationem, ventris ingluuiem, opprobria proximorum, scelera detractionum, curiositatis pruriginē, diuitiarum cupidinem, potentatuum rapinam, inanis glorię appetitum,

Cap. 1.

tum, hypocrisis malum, adulationis venenum, contemptum inopum, oppressionem debilium, auaritiæ odorem, muidiæ rubiginem, blasphemiæ mortem. Reseca in me factor meus temeritatem iniquam, pertinaciã, inquietudinem, ociositatem, somnolẽtiam, pigritiam, mentis hebetudinem, cordis cęcitatem, sensus obstinationem, morũ truculentiam, boni inobedientiam, consilij repugnantiã, linguę affrænationẽ, pauperum prędam, impotentum violentiam, innocentum calumniam, subditorũ, negligentiam, circa domesticos seueritatem, aduersus familiares impietatem, erga proximos duritiam. Deus meus misericordia mea, oro te per dilectũ filium tuum, da mihi misericordię opera, pietatis studia, compati afflictis, consulere erroneis: succurrere miseris, subuenire egenis, cõsolari mœstos, releuare oppressos, pauperes recreare: flebiles refouere, dimittere debitoribus, parcere in me peccantibus, odientes me diligere, pro malis bona reddere, neminem despicere, sed honorare: bonos imitari malos cauere, virtutes amplecti, vitia reijcere, in aduersis patientiam, in prosperis continentiã, custodiam oris, & ostium circũ stãtiæ labijs meis, terrena calcare, cęlestia sitire. Ecce psalmator meus, multa rogaui, cũ nec pauca promerui. Fateor, heu fateor, nõ solum quæ postulo non debentur dona, sed multa & exquisita supplicia. Animant tamen me publicani, meretrices & latrones, qui à faucibus momentanee eruti finibus excipiũtur pastoris. Tu enim factor omnium Deus, licet in cunctis operibus tuis sis mirabilis, mirabilior tamen crederis esse in operibus pietatis. Vnde de temetipso p quendam tuum seruum dixisti. Miserationes eius super omnia opera eius. Et quasi de singulo loquentẽ deuniuerso populo tuo te dixisse cõfidimus, misericordiam autem meam non dispergã ab eo: Nullum enim spernis, neminem abijcis, neminem perhorrescis, nisi forte qui amens te exhorruerit. Ergo modo iratus non percutis, sed te irritantibus dona, si quieuerint, tribuis. Deus meus cornu salutis mę & susceptor meus, ego infelix, ego te iritaui, ego malum coram te feci, furorem tuum prouocaui, iram promerui, peccaui & passus es, deliqui & adhuc sustines. Si pęniteo parcis: si reuertor, suscipis: insuper dum differo, prœstolaris. Reuocas errantem, inuitas repugnantem, expectas torpentem, amplexaris redeuntem. Doces ignorantem, mœrentẽ multas a ruina suscitas, post lapsum reparas petenti largiris, quærenti inueniris, & pulsanti aperis. Ecce domine Deus salutis meę quid opponam nescio, quomodo respondeam ignoro, nullum abs te confugium, nullum abs te patet latibulum, ostendisti mihi bene viuendi viam, & gradiendi scientiã dedisti, minatus es mihi gehennam, & pollicitus es mihi paradisi gloriam. Nunc pater misericordiarum & Deus totius consolationis confige timore tuo carnes meas: quatenus quæ minaris metuendo euadam: & redde mihi lętitiam salutaris tui, vt quæ spondes, diligendo percipiam. Fortitudo mea domine, firmamentum meum, Deus meus, refugium meum, & liberator meus: suggere quid de te cogitẽ, doce quibus te sermonibus inuocẽ, da quibus operibus tibi placeam. Scio nanque vnum quo tu placaris, & aliud quod nõ spernis. Et vtique tibi spiritus contribulatus sacrificium, & acceptas cor contritum & humiliatum. His me Deus meus, adiutor meus dita muneribus, his contra inimicum muni protectionibus: hoc de flammis vitiorum præsta refrigerium, hoc autem desideriorũ passionibus pande pium refugium. Fac domine virtus salutis meæ, ne sim de numero eorum qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedũt. Obumbra caput meũ in die belli, spes mea in die afflictionis, & salus in tempore tribulationis. En domine illuminatio mea, & salus mea rogaui quibus egeo, intimaui quæ timeo, sed remordet cõscientia, reprehendunt me cordis secreta: & quod amor ministrat, timor dissipat, zelus incitat, metus increpat. Acta mea formidinem, sed tua ingerit pietas fiduciam: tua hortatur benignitas, mea tardat malignitas. Et vt verius fatear, occurrunt memorię phantasmata vitiorum quę reuerberant audaciam præsumentium animorum. Cum enim quis odio dignus sit, qua fronte gratiam requirit? Cui pœna debetur, qua temeritate gloriam deposcit? Lacesit iudicem, qui posthabita satisfactione delicti quærit prẽmijs honorari. Regi insultat obnoxius supplicio, qui donari flagitat in debito brauio: & dulcem affectum patris stultus exercebat filius, qui post illatas

Hominis accusatio & cõmendatio misericordiæ diuinæ.

Cap. 2. Ps. 144. 2. Reg. 7. Psal. 88.

A

B

C

Ps. 118. Psal. 50. Psal. 17.

Psal. 50.

D

Luc. 8. Ps. 139. Horis conquestio quæ pp inobedientiã a diu non audiuer. Cap. 4.

Eze. & 18

Prou. 2. Pet

Iob. 13 Esai. 4 Iudicis mor. Cap. 4. Psal. 4

illatas contumelias ante pęnitudinem hęreditatis vsurpat celsitudinem. Quid mi pater gesisse recolo? merui mortem, & peto vitā. Commoui regem meum, cuius impudens in uoco prǫsidium. Contempsi iudicē, quē temere postulo adiutorem. Insolens renui audire patrē quē demū prǫsumo habere tutorē. Heu mihi quā sero venio, heu heu quam tarde festino, heu me quia curro post vulnera, dedignans incolumis prǫcauere iacula. Neglexi prospicere tela, modo vero solicitor de morte vicina, vulnera vulneribus infixi, ǫa scelera sceleribus addere non timui. Recēti cicatrices labe resperſi, ǫa prisca flagitia modernis iniquitatibus reciprocaui, & quæ diuina solidauerat medicina, mea resolui prurigo phrenetica. Cutis q̄ superducta vulneribus morbū cǫlauerat, sanie erumpēte putruit, quia iterata iniquitas concessam misericordiā exinaniuit. Noui quippe scriptū in quacunq; hora iustus peccauerit, oēs iustitię eius obliuiscentur. Si iustitia abolef iusti ruentis, quanto magis pęnitentia peccatoris in idipsum reuertentis? Quoties canis redij ad vomitū, & quasi sus repetij volutabrū? Fateor, quia nihil recordati est imposibile. Quot mortaliū ignorantes peccare do cui nolentibus delinquere persuasi, resistentes coegi, volentib. consensi? Quot sane gradientibus laqueū induxi, viā quærentibus foueā retexi: vt patrare non horrerē, obliuiſci nō metui. Sed tu iustus iudex signās peccata, quasi i sacculo obseruasti oēs semitas meas, & cunctos gressus meos dinumerasti, tacuisti, semper siluisti, patiens fuisti. Væ mihi demū loqueris quasi parturiēs. Deus deorū dñe præstabilis super malitia, noui quia nō semper silebis, cū in cōspectu tuo ignis ardescet & in circuitu tuo tēpestas valida ingruerit, cū aduocaueris cǫlū desuper & terrā discernere populū tuū. Et ecce corā tot milibus populorū nudabuntur oēs iniquitates meę, tot agminibus angelorū patebūt vniuersa scelera mea, nō solū actuū, sed etiā cogitationum simulq; locutionū. Tot iudicibus inops astabo, quot me præcesserunt in opere bono: tot arguentibus confundar, quot mihi præbuerunt bene viuendi exēpla: tot conuincar testibus, quot me monuerūt ꝓficuis sermonib. seq; imitandos iustis dederunt actionibus, Dñe mi nō suppetit, quod dicā, nō occurrit quid respondeā. Et cū iā interſim sæuo illo discrimini, torquet me conscientia, cruciāt cordis arcana, coarctat auaritia, accusat superbia, consumit inuidia, inflammat concupiscentia, infestat luxuria, dehonestat gula, ebrietas confutat, detractatio lacerat, ambitio supplantat, rapacitas obiurgat, discordia dissipat, ira perturbat, lenitas dissoluit, torpor opprimit, hypocrisis fallit, adulatio frāgit, fauor attollit, calūnia pungit. Ecce liberator meus de gentibus iracundis, ecce cum quib. vixi a die natiuitatis meę, quibus & studui, quibus, & fidē seruaui. Ipsa me quæ dilexerā studia, dānant: quę laudauerā, vitupe F rant. Hi sunt quibus acquieui amici, quibus parui magistri, & quibus seruiui domini, consules quibus credidi, ciues quibus cohabitaui, domestici quibus consensi. Heu mihi rex meus, & Deus meus, quia incolatus meus prolongatus est. Væ mihi illuminatio mea, quia habitaui cum habitantibus Cedar. Et cū Dauid sanctus dixerit multum, quanto magis ego infelix dicere possum, nimis incola fuit anima, firmamētū meū Deus non iustificabitur in cōspectu tuo oīs viuēs: Spes mea non est in filijs hominū, quē si remota pietate iudicaueris, iustū inuenies? Et nisi prǫueneris miserando impiū: nō est qđ glorificet piū. Credo nanq; salus mea quod audiui qm̄ benignitas tua ad pęnitentiā me adducit: tui oris mihi sonuerunt nectarea labia, Nemo pōt venire ad me, nisi pater meus qui misit me traxerit eū. Enimuero quia me instruxisti, tāq; quā propitius instructione formasti, totis medullis cordis, toto nisu mētis te omnipotens pater cū dilectissimo filio tuo, teq; dulcissima proles cū sereniſsimo i uoco paracleto, trahe me quatenus post te currā in odorē vnguentorū uorū dulciter. Inuoco te Deus meus, inuoco te, ǫa prope es omnib. inuocātibus te in veritate: tu. n. veritas es, doce me quǫso per clementiā tuā, sancta veritas, te inuocare in te, quia hoc fieri quo mō oporteat nescio, sed a te doceri beata veritas humiliter imploro. Absq; te. n. G sapere, est desipere. te vero nosse, est perfecte scire. Erudi diuina sapientia, & doce me legē tuā, Credo nanq; quē tu erudieris beatus erit, & de lege tua docueris eū. Desidero inuocare te, ꝓ quǫso fiat in veritate. Quid est, in veritate inuocare veritatē, nisi in filio patrem?

Psal. 118. Psal. 50. Psal. 17.

Ezec. 33. & 18.

Prou. 26 2. Pet. 2.

Psal. 50.

Luc. 8. Psal. 139. Hoīs conuersio quæ ꝑ nobedien tiā a dño aon auū er. Cap. 4.

Iob. 13. Esai. 42. Iudicis timor. Cap. 4. Psal. 49.

Psal. 119

Psal. 142.

Ioan. 7.

Cant. 1. Inuocā pater per filium. Cap. 5. Psal. 93.

trem? Ego ſancte pater, ſermo tuus veritas ē, principiūq; verborū tuorū veritas. Hoc q̄p pe eſt verborū tuorū principiū, quod in principio erat verbū. In ipſo principio te ſummū adoro principiū. In ipſo veritatis verbo te perfecta inuoco veritas, in quo ipſa eadē veritas dirigas me ī veritate & doceas. Quid enim eſt dulcius quā genitorē in nomine vnigeniti inuocare, patrē in recordatione filij ad pietatē inflectere, regem chariſimę ſo
I bolis denominatione mitigare? Sic.n. ſolent rei carceribus eripi, ſic cōmancipati vinculis liberari, ſic triſtē accipientes ſententiā capitis nō ſolū abſolui, ſed inſuper naciſci inſolitā gratiā, dommodo iratis principibus delictæ prolis intimauerint charitatē, ſic delinquentes ſeruuli euadunt ſupplicia dominorū dū pro eis interuenit dulcedo filiorū. Sic te omnipotens pater p̄ omnipotentē filij charitatē poſtulo, educ de carcere ad confitendū noī tuo animā meam, libera me a vinculis peccatorū, per coęternū flagito vnicū tibi natū, meq; cui propria merita letalē minantur ſententiā, per pretioſiſsimæ ad dexteram tuā conſedentis prolis interpellationē
1. Ioā. 2. Rom. 8. reſtaura placatus ad vitā. Quem.n. alium dirigam interceſſorem tibi neſcio, niſi hunc q̄ eſt propitiatio pro peccatis noſtris, qui ſedet ad dexterā interpellans pro nobis. Ecce aduocatus meus apud te Deū patrē. Ecce ponti fex ſummus, qui nō alieno eget expiari ſanguine qui proprio refulget perfuſus cruore ecce hoſtia ſancta, bene placens, & perfecta,
Iſa. 53. in odorē ſuauitatis oblata & accepta. Ecce a-
1. Pet. 2. gnus ſine macula, qui corā ſe todentibus obmutuit, q̄ alapis eęſus, ſputis illitus, opprobrijs affectus, os ſuū nō aperuit. En q̄ peccatū nō fecit peccata noſtra pertulit, & lāguores noſtros ſuo liuore ſanauit. Aſpice pater pie piiſsimū filiū pro me tam impia paſſum. Reſpice clemētiſsime rex quis patitur, & reminiſcere benignus pro quo patitur. Nōne hic eſt mi dñe innocēs ille, quē vt ſeruū redimeres, filiū tradidiſti? Nonne author vitæ
K Hic repreſentat hō patri paſsionem filij. c. 6. Eſa. 53. Phil. 2. hic eſt, qui vt ouis ad occiſionē ductus, tibique vſq; ad mortē obediēs factus, atrociſsimæ non timuit necis genus ſubire? Recole totius ſalutis diſpēſator, quia hic eſt ipſe, quē etſi ex tua virtute genuiſti, meę tñ infirmitatis participē fieri voluiſti. Vere hæc eſt tua deitas, quę meā induit naturā, crucis aſcēdit patibulū, quę in aſſumpta carne triſte tulit ſuppliciū. Reduc dñe Deus meus oculos tuę maieſtatis ſuper opus ineffabilis pietatis. Intuere dulcē natū toto corpore extenſum, cerne manus innoxias pio manantes ſanguine, & remitte placatus ſcelera quę patrarūt manus meę. Cōſidera inerme latus crudeli perL foſſum cuſpide, & renoua me ſacro fonte quē inde credo fluxiſſe. Vide immaculata veſtigia quę non ſteterunt in via peccatorum, ſed ſemper ambulauerūt in lege tua diris cō fixa clauis, & p̄fice greſſus meos in ſemitis tuis, & fac me odio habere benignē oēs vias iniquitatis: viā iniqtatis amoue a me, & fac ꝓpitius viā veritatis eligere. Oro te rex ſanctorū per hunc ſanctū ſanctorū, per hūc redēptorē meū, fac me currere viā mandatorū tuorū, vt ei valeā ſpū vniri, qui mea nō horruit carne veſtiri. Nunquid non attendis pie pater adoleſcentis filij chariſsimi caput, niuea ceruice deflexa pręciоſiſsimā reſolutū in mortem? Aſpice mittiſsime cōditor dilectę ſobolis humanitatē, & miſerere ſuper infirmi plaſmatis debilitatē. Candet nudatum Matt. 3. pectus, rubet cruentū latus, tenſa arent viſce Eſa. 53. ra, decora languent lumina, regia pallent o- Hic recognoſcit hū ſe cauſam eſſe paſſionis. c. 7. ra, procera rigēt brachia, crura pendēt marmorea, rigat cerebratos pedes beati ſanguinis vnda: Specta glorioſe genitor gratiſsimæ prolis lacerata mēbra, & memorare benignę quę mea eſt ſubſtantia, conſpicito Dei hoīs pęnā, & relaxa conditi hoīs miſeriā. Vide redēptoris ſuppliciū, & redempti dimitte delictū. Hic eſt dñe mi, quem propter peccata populi tui percuſsiſti, licet ipſe ſit dilectus in quo tibi bene placuiſti. Hic eſt ille innocēs, in quo dolus nō eſt inuentus, & tñ inter iniquos deputatus ē. Quid cōmiſiſti dulciſsime puer, vt ſic iudicareris? Quid cōmiſiſti amātiſsime iuuenis vt adeo tractareris? Qđ ſcelus tuū? q̄ noxa tua? q̄ cauſa mortis? q̄ occaſio tuæ dānationis? Ego.n. ſum tui plaga doloris, tuę culpa occiſionis. Ego tuæ mortis meritū, tuæ vindictę flagitiū. Ego tuæ paſsio M nis liuor, tui cruciatus labor. O mirabilis cē ſurę conditio, & ineffabilis myſterij diſpoſitio, Peccat iniquus, & punitur iuſtus: delinquit reus, & vapulat innocens: offendit impius, & damnatur pius: quod mereretur malus, patit̄ bonus: q̄ perpetrat, ſeruus exoluit dñs: quod committit homo, ſuſtinet Deus,

Quo

Quò nate Dei, quo tua descendit humilitas? quo tua flagrauit charitas? quo processit pietas? quo excreuit benignitas? quo tuus attigit amor? quo peruenit cõpassio? Ego.n. inique egi, tu pœna mulctaris: ego facinus admisi, tu vltione plecteris: ego crimẽ ædidi, tu tortura subijceris: ego superbiui, tu humiliaris: ego tumui, tu attenuaris: ego inobediens extiti, tu obediens scelus inobediẽtiæ luis: ego gulæ parui, tu inedia afficeris: me ad illicitã concupiscentiã rapuit arbor, te perfecta charitas duxit ad crucem: ego præsumpsi vetitũ, tu subijsti eculeum: ego delector cibo, tu laboras patibulo: ego fruor delitijs, tu laniaris clauis: ego pomi dulcedinẽ, tu fellis gustas amaritudinẽ: mihi ridens congaudet Eua, tibi plorans cõpatitur Maria: Ecce rex gloriæ, ecce mea impietas: & tua claret pietas. En mea iniustitia, & tua liquet iustitia. Quid rex meus & Deus meus, quid retribuã tibi pro omnibus quæ retribuisti mihi? Non.n. inueniri potest in corde hominis q̃ condigne talibus referatur præmijs. Nunquid sagacitas machinari põt humana, cui cõparetur miseratio diuina? Nec est creaturę moliri officiũ, quo iuste creatoris recõpenset præsidiũ. Est aũt nate Dei in hac tua admirabili dispensatione, est cui fragilitas mea in aliquo suppeditet, si tua visitatione cõpuncta mens carnẽ suam crucifigat cũ vitijs & concupiscentijs, & hoc cũ ate conceditur, quasi iam tibi incipit compati, quia & tu pro peccato meo dignatus es mori. Sicq; per interioris hominis victoriã te duce armabitur ad exteriorẽ palmam, quatenus deuicta persecutione spiritali non vereatur pro amore tui subijci gladio materiali. Ita exiguitas cõditionis, si tuæ complaceat pietati, magnitudini valebit pro viribus respondere creatoris. Et hęc cęlestis medicina bone Iesu, hoc tui antidotũ amoris. Oro te per antiquas misericordias tuas, infunde vulneribus meis q̃ reiecta viperęæ contagionis bile, reintegret me incolumitati pristinæ, quo gustatũ tuæ nectar suauitatis faciat me illecebrosa mundi toto affectu despicere, & nullã eius aduersa pro te formidare, memorq; perpetuæ nobilitatis, semper fastidiã ventos huius trãsitorij tumoris. Nihil quęso fine te mihi dulcescat, nihil cõplaceat nil prętiosum, nil prętere te mihi arrideat speciosum, vilescant obsecro absq; te mihi opa, sordeãt vniuersa. Quod tibi aduersum est, sit mihi molestũ: & tuũ beneplacitũ, mihi indeficiens desideriũ: Tędeat me gaudere sine te, & delectet contristari pro te. Sit mihi nomẽ tuum refocillatio, & memoria tua consolatio: fiãt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte inuestigando iustificationes tuas, sit mihi bonũ lex oris tui super millia auri & argẽti. Sit obedire tibi mihi amabile, resistere tibi execrabile. Rogo te spes mea per omnes pietates tuas vt propitieris impietatibus meis. Adaperi aures meas mandatis tuis, ne declines, flagito per nomen sanctũ tuum, in verba malitiæ cor meũ ad excusãdas excusationes in peccatis: peto ẽt per admirabilem humanitatem tuã, ne veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me. Ecce omnipotens Deus pater dñi mei dispone benignus quæso misererris mei: qm̃ quicquid p̃tiosius inueni, deuote obtuli, quicquid clarius reperi, suppliciter præsentaui. Nihil mihi reliqui, quin tuæ exposuerim maiestati nihil iam supereſt q̃ adijciam, quia totam tibi delegaui spem meam. Direxi tibi aduocatũ meum dilectum filiũ tuum, misi gloriosam progeniem inter me & te mediatorẽ, misi, inquam, intercessorem: per quẽ confido veniam, misi verbis verbum, quẽ pro meis dixi missum factis, & numeraui tibi sanctissimæ sobolis passionem, quam pro me credo fuisse perpessam. Credoa te missam deitatẽ, meã susceпisse humanitatem, in qua dignum duxit alapas, vincula, sputa, irrisiones perferre, nec non crucem, clauos, telumq; suscipere. Hanc olim infantiæ vagitibus demolitã, puritiæ pannis constrictã, iuuentutis sudoribus vexatam, ieiunijs maceratã, vigilijs afflictã, itineribus fessam, postea affectam flagris, laceratam supplicijs, deputatam cum mortuis, dotatam gloria resurrectionis cęlorum gaudio induxit, & in dexteram tuæ celsitudinis collocauit, hæc placatio mea, & propitiatio tua. Hic attende pius quem genueris filium, & quem redemeris seruum. Hic aspice factorem, & ne despicias facturam. Amplectere serenus pastorem, & respice misericors allatã proprijs humeris ouem. Hic est fidelissimus pastor ille, qui dũ errabundũ per abrupta montiũ, per præcipitia vallium multis varijsq; quæsierat laboribus, quiq; iam morienti, iam per longa exilia deficienti, tamen

Psal. 47. Ps. 118.

Hic exponit homo Deo patri passionẽ filij, suã in recõciliationem cap. 8.

Galat. 5.

Luc. 15.

inuentæ gaudens se suppoſuit, & miro ſibi anniſu charitatis à profunda confuſionis abyſſo leuauit, pijsq; aſtrictam cõplexibus ad nonagintanouem vnã quæ perierat reportauit. Ecce dñe mi rex, Deus omnipotens, ecce paſtor bonus refert tibi q̃ cõmiſiſti ei, ſuſcepit te diſponente ad ſaluandum hominẽ, quem tibi reſtituit omni labe immunẽ. Ecce D tuum tibi chariſsimus natus plaſma reconciliauit, q̃ à te procul deuiauit. En gregi tuo paſtor mitis reformat, q̃ p̃do violentus abegerat. Reddit tuis conſpectibus ſeruum quẽ ſua fecerat conſcientia fugitiuum, vt qui per ſe meruit pœnam, per factionem huius mereatur veniã, cuiq; pro culpis ſupererat gehenna, tanto duce iam confidat reuocari ad patriam. Potuit per me te ſancte pater offendere, ſed nõ valui per me placare. Factus eſt adiutor meus Deus meus, tuus dilectus filius meam participans humanitatem vt curaret infirmitatem, quatenus vnde cauſa emerſerat offenſionis, inde tibi immolaret ſacrificiũ laudis, meq; per hoc redderet tuæ pietati placabilem, quo ſedens ad dexteram tuam ſemper meæ ſubſtantiç ſe oſtenderet eſſe conſortem. Ecce ſpes mea, ecce tota fiducia mea. Si me pro mea, vt dignum eſt, deſpicis iniquitate, reſpice me ſaltem miſericors pro dilectæ ſobolis charitate. Attende in filio quo propitieris ſeruo. vide carnis ſacramentum, & remitte carnis reatum. Quoties beatæ prolis tibi patent vulnera, deliteſcant obſecro ſcelera mea. Quoties rubet pretioſus pio de latere ſanguis, diluatur obſecro labes meæ pollutionis. Et quia caro te laceſsiuit ad iram, caro te flectat imploro ad miſericordiam: & ſicut me caro ſeduxit ad culpam, caro deducat ad vitam. Multum nanque eſt quod mea meretur impietas, longe autem maius quod redemptoris mei repoſcit iure pietas. Magna enim eſt mea iniuſtitia, fateor, verũ maE ior redemptoris iuſtitia. Quanto nanque eſt ſuperior Deus homine, tãto mea malitia eſt inferior eius bonitate in qualitate, & quantitate. Quid enim deliquit homo, quod non redemerit filius Dei factus homo? Quæ tanta ſuperbia tumeret, quam non tanta humilitas ſterneret? Quod nam tantum mortis imperium, quod nati Dei non deſtrueret crucis ſupplicium? Nimirũ Deus meus ſi æqua lance delicta peccantis hominis, & redimentis gratia librentur authoris, non tantum Orientis ab Occidente, ſeu inferior ſeparatur infernus a ſummo cœli cardine. Iam lucis optime creator, iam culpis ignoſce meis, pro dilecti filij tui laboribus immenſis. Iam eius quæſo pietati mea impietas, eius modeſtiæ mea peruerſitas & manſuetudini donetur ferocitas. Iam ſua humilitas meam ſuperbiam, F patiẽtia impatientiam, benignitas duritiam, obedientia inobedientiam, tranquillitas inquietudinem, dulcedo amaritudinem, ſuauitas iram, charitas lucrifaciat crudelitatem. Iã diuini amor numinis, patris omnipotentis De inuprolisq; beatiſsimę ſanctæ cõmunicatio om cat̃one ſp̃ũſſanct̃i nipotens paraclete ſpiritus, mœrentium con Cap. 9. ſolator clementiſsime, iam cordis mei penetralibus potenti illabere virtute, & tenebroſa quæque laris neglecti latibula, corruſci luminis fulgore pius habitator lętifica, tuique roris abundantia longo ariditatis marcentia ſqualore viſitãdo fęcunda: Saucia interioris hominis arcana tui amoris iaculo, & torpentis medullas iecoris flammis ſalutaribus penetrando ſuccende, ſanctique feruoris igne illuſtrando intima mentis, & corporis vniuerſa depaſce. Pota me torrente voluptatis Pſal. 42. tuæ, vt nil iam mundanorum deguſtare libeat venenatæ dulcedinis. Iudica me domine, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta, doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Credo ergo quia quẽ- Pſ. 142. cunque inhabitaueris, patris ac pariter filij domicilium condis. Beatus qui te merebitur hoſpitari, quoniã per te pater, & filius apud eum faciunt manſionem. Veni iam, veni benigniſsime dolentis animæ conſolator, protegens in opportunitatibus, in tribulatione adiutor. Veni mundator ſcelerum, curator vulnerum. Veni fortitudo fragilium, releuator labentium: veni humilium doctor, ſuperborum deſtructor. Veni orphanorum pius pater, viduarum dulcis iudex. Veni ſedes pauperum, refocillator deficientium. Veni nauigantium ſydus, naufragij portus. Veni omG nium viuentium ſingulare decus, morientiũ vnica ſalus. Veni ſanctiſsime ſpiritus, Veni ſpiritus, veni & miſerere mei, apta me tibi, & condeſcende propitius mihi, vt mea tuæ magnitudini exguitas, roboriq; tuo mea imbecillitas ſecũdũ magnitudinem tuarum cõplaceat miſerationum, per Ieſum Chriſtum

Salua-

Saluatorem meũ, qui cũ patre in tua vnitate viuat & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Oratio ſerui Dei ſe humiliter ſentiẽtis. c. 10.

Scio dñe, ſcio & fateor, quia nó ſum dignus quẽ tu diligas, ſed certe tu non es indignus quẽ ego diligã. Indignus quidẽ ſum tibi ſeruire, ſed tu nõ es indignus ſeruitia creaturæ tuæ, da ergo mihi dñe vnde tu es dignus, & ego ero dignus vnde ſum indignus. Fac me qũo vis à peccatis ceſſare, vt qũo debeo poſſim tibi ſeruire. Concede mihi ſic cuſtodire & regere & finire vitã meam, vt in pace dormiã, & in te requieſcam. Prẽſta mihi in finẽ vt me excipiat ſomnus cũ requie, requies cũ ſecuritate, ſecuritas in ẽternitate, Amen.

Oratio ad ſanctam Trinitatẽ Cap. 11.

Te Deũ patrẽ ingenitum, te filium vnigenitum, te ſpiritum ſanctum paracletum, ſanctã & indiuiduam Trinitatẽ toto corde & ore cõfitemur, laudamus atq; benedicimus, tibi gloria in ſecula ſeculorũ, Amen. O ſumma Trinitas, virtus vna & indiſcreta maieſtas, Deus noſter, Deus omnipotens, confiteor tibi ego vltimus ſeruorum tuorum, & exiguũ membrorũ eccleſię tuæ cõfiteor tibi, & honorifico te debito ſacrificio laudis pro ſcire & poſſe quod mihi tãcillo, donare dignatus es. Et quia exteriora mihi munera deſunt quæ poſsim offerre, ea quæ in me ſunt vota laudationis ex dono miſericordiæ tuę, ecce libens atq; ouans offero tibi de fide nõ ficta & conſcientia pura. Credo igitur te ex toto corde rex cęli & terrę dñe, & ore te cõfiteor patrẽ & filiũ & ſpiritum ſanctũ in perſonis trinũ, & in ſubſtantia vnum, verũ Deũ omnipotentẽ, vnius ſupplicis, incorporeæ, inuiſibilis & incircumſcriptæ naturæ, nihil te ſuperius aut inferius maiusve aliquid habentem, ſe per omnẽ modũ ſine deformitate pfectũ, ſine quantitate magnum, ſine qualitate bonum, ſine tempore ſempiternum, ſine morte vitã, ſine infirmitate fortem, ſine mẽdacio verum, ſine ſitu vbiq; prẽſentem, ſine extenſione omnia implentem, ſine contradictione vbiq; cõcurrentem, ſine ſtatu intra omnia manentẽ, ſine indigentia omnia creãtem, ſine labore omnia regentẽ, ſine tui initio omnibus initia dantem, ſine tui mutatione omnia mutabilia facientẽ, in magnitudine infinitum, in virtute omnipotentẽ, in bonitate ſummũ, in ſapientia inęſtimabilem, in conſilijs terribilẽ, in iudicijs iuſtũ, in cogitationibus ſecretiſsimũ, in verbis veracem, in operibus ſanctũ, in miſericordijs copioſum erga delinquentes patientiſsimũ, erga pẽnitentes pijſsimum, ſemper eundẽ ipſum æternũ ſempiternũ, immortalem atq; incommutabilem, quẽ nec ſpatia dilatant, nec breuitas locorũ anguſtat, nec receptacula vlla coarctant, nec voluntas variat, nec neceſsitudo corrũpit, nec męſta perturbant, nec lęta demulcẽt. Cui nec obliuio tollit, nec memoria reddit, nec præterita trãſeũt, nec futura ſuccedunt. Cui nec origo initiũ, nec tempora incrementũ, nec caſus finẽ dabit, ſed ante ſecula & in ſeculis & per ſecula in æternũ viuis, & eſt tibi perennis laus & ęterna gloria ſumma poteſtas, & ſingularis honor, perpetuum regnũ, & ſine fine imperium, per infinita & indefeſſa & immortalia ſecula ſeculorum, Amen. Hucuſq; omnipotens Deus cordis mei inſpector & ſcrutator, & confeſſus ſum omnipotentiam maieſtatis tuę, & maieſtatem omnipotentię tuæ, nunc autem qualiter humano generi ſubuenire dignatus es in fine ſeculorũ, ſicut corde credo ad iuſtitiã, ita ore corã te confiteor ad ſaluterẽ. Tu quidẽ Deus pater ſolus nunq̃ & nuſquã legeris miſſus, de filio aũt tuo ita ſcribit Apoſtolus. Cũ aũt venit plenitudo temporis, miſit Deus filiũ ſuũ. Cũ dicit, miſit, ſatis oſtendit, quia in hunc mũdũ miſſus aduenit, cũ de beata Maria ſemper virgine natus, verus & perfectus hõ in carne apparuit. Sed quid eſt quod de illo ille Euangeliſtarũ percipuus ait: In mũdo erat & mundus per ipſum factus eſt? Illuc vero miſſus eſt per humanitatẽ vbi ſemp fuit & eſt diuinitas. Quã videlicet miſsionẽ opus eſſe totius ſanctę Trinitatis toto corde credo, & ore confiteor. Quantũ nos amaſti pater ſanctẽ & bone, quãtũ nos dilexiſti pie cõditor q ẽt proprio filio nõ pepercifti, ſed ꝓ nobis impijs tradidiſti illũ, ſubditus tibi ille fuit vſq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis, tollẽs chirographũ pctõrũ nſrorũ & affigens illud cruci, crucifixit pctm̃, occidit mortem, vnus ille inter mortuos liber, poteſtatẽ habens ponendi animam ſuam pro nobis, & iterum ſumẽdi pro nobis, Igitur victor, & victima, & deo victor, quia victima pro nobis tibi, ſacerdos ſacrificium: & ideo ſacerdos, quia ſacrificium. Merito mihi ſpes valida in illo eſt, quia ſanabis omnis languores meos per eũ qui ſedet ad dexteram tuam & interpellat

K Qualiter generi humano dignatus ẽ ſubuenire Deus pater, & de verbi incarnatione, & gratiarũ actione. Cap. 13. Galat. 4. Ioan. 1. Rom. 8. Phil. 2. Colo. 2. Pſal 87. Ioan. 10. Rom. 8.

pro nobis. Languores quippe mei dñe magni sunt & multi, multi sunt, & magni: habet .n. multa in me princeps mũdi huius, scio & fateor, sed rogo te libera me per sedentẽ ad dexterã tuã redemptorẽ nostrũ, in quo nihil sui mali potuit inuenire. Per ipsum me iustifica, qui peccatũ non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, per ipsum caput nostrum in quo nulla est macula, libera membrũ eius

A licet exiguum & infirmũ, libera quæso me à peccatis, vitijs, culpis & negligentijs. Reple me tuis sanctis virtutibus, & fac me bonis pollere moribus, fac me in sanctis operibus tuis propter nomen sanctũ tuũ perseuerare vsq; in finem secundũ voluntatẽ tuam. Desperare vtiq; potuissem ꝓpter nimia peccata mea & infinitas negligentias meas, nisi verbũ tuũ Deus caro fieret, & habitaret in nobis. Sed desperare iã nõ audeo, quia cũ inimici essemus, reconciliati sumus per mortẽ filij tui, quãto magis reconciliati salui facti sumus per eũ? Omnis nanq; spes & totius fiduciæ certitudo mihi est in precioso sanguine eius, qui effusus est ꝓ nos & ꝓ nostrã salutẽ. In ipso respiro, & in ipso confisus ad te peruenire desidero, nõ hñs meã iustitiã, sed eã q̃ est in filio tuo dño nostro Iesu Chr̃o. Vnde gr̃as agimus tibi clementissime & benegnissime amator hominũ Deus, qui per Iesum Chr̃m filiũ tuũ dñm nostrum cũ nõ essemus, potẽter fecisti nos, & cũ perditi fuissemus culpa nostra, mirabiliter liberasti & recuperasti nos. Gratias ago pietati tuę, & multas tibi gr̃as refero ex totis pręcordijs meis, q ꝓ tua innenarrabilẽ dilectionẽ qua nos miseros & indignos mirabili bonitate amare dignatus es, misisti eundẽ vnigenitũ tuũ de sinu tuo ad publicũ nostrũ salua re nos peccatores tunc & filios perditionis. Gratias ago tibi pro sancta incarnatione & natiuitate eius & pro glorioſa genitrice sua, de qua ipse carnẽ assumere dignatus est ꝓ nos: & ꝓ nostrã salutẽ: vt sicut verus Deus ex Deo ita verus hõ ex hoĩe esset. Gratias ti-

B bi ago pro passione & cruce eius, pro morte & resurrectione eius, pro ascensione eius in cęlũ, & sede maiestatis eius ad dexteram tuã, Ipse.n. quadragesimo die post resurrectionẽ suã ascẽdẽs videntib. discipulis sup oẽs cęlos, sedẽsq; ad dexterã tuã, spm̃sãctũ scd̃m promissionẽ suã in filios adoptionis effudit. Gratias tibi ago pro sacratissima illa effusione precioſi sanguinis eius, quo sumus redẽpti, simul & pro sacrosancto, & viuifico mysterio corporis & sanguinis ei⁹, quo quotidie in Ecclesia tua pascimur & potamur, abluimur, & sanctificamur, & vnius summę diuinitatis participes efficimur. Gratias tibi ago pro hac tua mira & inenarrabili charita

C te, qua nos indignos sic amasti & saluasti ꝓ vnicũ & dilectũ filiũ tuũ: Sic.n. dilexisti mũdũ, vt vnigenitũ tuũ dares, vt oĩs q̃ credit in eũ nõ pereat, sed habeat vitã æternã. Hæc est aũt vita æterna, vt cognoscamus te verũ Deũ & quẽ misisti Iesum Chr̃ũ, per fidẽ rectã & cõdigna fidei opera. O immensa pietas, ò inęstimabilis charitas, vt liberares seruum, filiũ tradidisti, Deus factus est hõ, vt perditus hõ de ptãte dęmonũ eriueretur. Quã benignissimus amator hominũ filius tuus Deus noster cuius pijs viscęribus non satis visum est, vt se inclinaret factus hõ de virgine Maria, nisi ẽt subiret crucis suppliciũ effuso sanguine ꝓ nos, & ꝓ nostrã salutẽ. Venit pi⁹ Deus, venit pro pietate & bonitate sua, venit quærere & saluũ facere, q̃ perierat. Quæsiuit ouẽ perdita, quę fuit & inuenit & humeris suis reportauit ad caulas gregis. Pius dñs & vere multũ pius pastor. O charitas, o pietas, q̃s audiuit talia, quis super tãta misericordię viscera nõ obstupescat? Quis nõ miretur, qs nõ collęterur ꝓ nimiã charitatẽ tuã, qua nos dilexisti? Misisti filiũ tuũ in similitudinẽ carnis peccati, vt de peccato dinaret peccatũ, vt nos efficeremur iustitia tua in ipso. Ipse.n. verus est agnus immaculatus, qui abstulit peccata mundi, qui mortẽ nostrã morien do destruxit, & vitã resurgẽdo reparauit. Sed quid tibi retribuere possumus Deus noster pro tantis beneficijs misericordię tuę? Quas laudes, quasve gratiarũ actiones? Etiã si illa beatorũ angelorum scientia & potentia nobis foret: nihil tñ dignũ tantæ pietati & boni

D tati tuę recõpensare valeremus. Si certe omnia membra nostra verterẽtur in linguas ad repetendũ tibi debitas laudes, nequaquã sufficeret exiguitas nostra. Supereminet.n. omnem scientiam tua inęstimabilis charitas, quã ostendisti nobis indignis pro sola bonitate & pietate tua. Filius namq; tuus Deus noster, non angelos, sed semẽ Abrahę apprehẽdit assimulatus nobis per omnia absque peccato:

De fiducia quam habere dẽt aĩa in dño Iesu atq; passione. Cap. 14.

Actio. 1.
Actio. 2.

Ioan. 3.
Ioan. 17
De immẽsa charitate patris æterni, ad genus humanũ. c 15.
Luc. 15.
Rom. 8.
Heb. 2.

caro: humanã itaq; non angelicã ſuſcipiens naturã, & eam ſtola ſanctæ reſurrectionis & immortalitatis glorificãs, vexiq; ſuper oẽs cęlos, ſuper oẽs choros angelorũ, ſuper Cherubin & Seraphin, collocans ad dexterã tuã. Hanc aũt laudant angeli, adorant dñationes, & oẽs virtutes cęlorũ tremunt ſuper ſe & ſuper hominẽ Deũ, hęc nẽpe mihi tota eſt ſpes
E omnisq; fiducia: Eſt.n.in ipſo Ieſu Chriſto dño noſtro vniuſcuiuſq; noſtrũ portio caro & ſanguis. Vbi ergo portio mea regnat, ibi me regnare credo. Vbi caro mea glorificat, ibi gloriosũ me cognoſco. Vbi ſanguis meus dñat, ibi dñari me ſentio, q̃uis peccator ſim, de hac cõione gratiæ nõ diffido. Et ſi peccata mea me prohibẽt, ſubſtantia mea requirit. Etſi delicta mea me excludunt, naturę cõio nõ repellit. Non.n.tã immitis eſt Deus vt obliuiſcatur hoĩs, & nõ meminerit ipſius, quẽ ipſe geſtat, & quẽ mei cã ſuſcepit eius quem
Gen.2. mei cã requirit. Mitis vero & ualde benignus
Ephe. 5. eſt dñs Deus noſter, & diligit carnẽ ſuã, mẽbra & uiſcera ſua in ipſo Deo & dño nr̃o Ieſu Chriſto dulciſſimo benigniſſimo atq; clemẽtiſſimo, in quo reſurreximus, & iã cœlos
De duplici Chriſti natura, q pro nobis miſereẽ, & pro nobis interpellat. Cap. 16. Rom. 4. Rom. 8. aſcẽdimus, & iã in cęleſtib. cõſedimus. Caro noſtra nos diligit: habemus aũt ſanguinis nr̃i p̃rogatiuã in ipſo. Sumus aũt mẽbra eius & caro eius, ipſe deniq; eſt caput noſtrum, ex quo totũ corpus, ſicut ſcriptũ eſt, Os ex oſſib. meis, & caro de carne mea, & erunt duo ĩ carne vna: &, Nemo unquã carnẽ ſuã odiohẽt, ſed fouet & diligit eã. Myſteriũ hoc magnũ eſt, ego dico in Chr̃o & in eccleſia, ait Apoſtolus. Gratias itaq; ago de labijs & corde & omni qua valeo uirtute infinitæ miſericordiæ tuæ dñe Deus noſter, pro oĩb. mĩſerationib. tuis, quib. mirabiliter nobis perditis ſubuenire dignatus es per eundem filium tuũ, ſaluatorẽ & recuperatorẽ noſtrum, qui mortuus eſt p̃p p̃cta nr̃a & reſurrexit p̃p iuſtificationẽ noſtrã, & nũc uiuẽs ſine fine ſe-
F det ad dexterã tuã, & interpellat pro nobis, & ſimul tecũ miſereẽ, q̃a Deus eſt ex te p̃re coęternus & cõſubſtantialis tibi per oĩa, unde põt in perpetuũ nos ſaluare: ſed ſecũdũ id q̃ hõ eſt, ex qua parte minor te eſt, data eſt ei oĩs ptãs in cęlo & in terra, ut in noĩe Ieſu oẽ genu flectat, cęleſtiũ, terreſtriũ & ĩfernorũ, & oĩs lingua confiteat quia dñs noſter Ieſus Chr̃s in gloria eſt tua Deus p̃ oĩpotens, ſe quidẽ cõſtitutus eſt a te iudex viuorum & mortuorũ, tu vero nõ iudicas quenq̃, ſed oẽ iudiciũ tuũ dediſti filio tuo, in cuius pectore recõditi ſunt oẽs theſauri ſapiẽtię & ſcientiæ. Ipſe aũt teſtis & iudex eſt: iudex & teſtis, quẽ nulla peccatrix cõſciẽtię effugere poterit: oĩa.n.nuda & aperta ſunt oculis eius ipſe ſane, qui iniuſte iudicatus eſt, iudicabit orbẽ terræ in æquitate & populos in iuſtitia. Bene dico ergo nomẽ ſanctũ tuũ in æternũ, & glo rifico ex toto corde meo oĩpotens & miſeri G cors dñe, pro inenarrabili & mirabili cõiunctione diuinitatis & humanitatis in veritate perſonæ, ut non alter Deus alter hõ eſſet, ſed unus idemq; Deus & hõ, hõ & Deus. Sed licet mirabili dignatione uerbũ caro factũ ſit, neutra tñ ex duab. naturis in alĩã mutata eſt ſubſtantiã: Trinitatis myſterio quarta non eſt addita perſona, unita quippe eſt non cõfuſa Ioan. 1. uerbi Dei hominisq; ſubſtãtia, ut in Deũ, q̃ ex nobis ſuſceptũ fuerat peruenire, & illud q̃ nunq̃ fuerat, idẽ q̃ ſemper fuerat permaneret. O admirabile myſteriũ, ò inenarrabile Rom. 8. cõmerciũ. O mira ſemperq; miranda, ſemPſal. 67. perq; amãda diuinæ propitiationis benignitas, Seruĩ digni nõ ſumus, & ecce filij Dei facti ſumus: hæredes quidẽ Dei, cohæredes aũt Chr̃i. Vnde hoc nobis, & quis nos ad hoc p̃duxit? Sed rogo te clementiſſime pater Deus per hanc inæſtimabilẽ pietatẽ, bonitatem & charitatẽ tuã, ut dignos nos facias multis & magnis promiſſionib. eiuſdẽ filij tui dñi noſtri Ieſu Chriſti. Manda uirtuti tuæ & confir 1. Ti. 3. ma hoc, q̃ operatus es in nobis: perfice q̃ cę De gratia quã habe re debet homo Deo pro beneficio redẽptionis. piſti, ut ad plenã tuę pietatis gratiam mereamur peruenire. Fac nos per ſp̃m ſanctũ intelligere & mereri, & debito sẽper honore uenerari hoc magnũ pietatis myſterium, q̃ manifeſtatũ eſt in carne, iuſtificatũ eſt in ſpiritu, apparuit angelis, prædicatum eſt gentib. creditũ eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria. O quantũ ſumus tibi debitores dñe Deus noſter, tanto redẽpti pretio, tanto ſaluati dono, H & tã glorioſo adiuti beneficio: quantũ a nobis miſeris es timendus, amandus, benedicendus, laudandus, honorandus, & glorificandus: qui nos ſic amaſti, ſic ſaluaſti, ſic ſanctificaſti, ſic ſublimaſti. Tibi nẽpe debemus oẽ q̃ poſſumus, omne q̃ viuimus, omne q̃ ſapimus. Sed quis habet quicquã non tuum? Tu dñe Deus noſter, à quo bona cũcta p̃cedũt,

propter te & nomen ſanctum tuũ, da nobis de bonis tuis, vt de bonis ac datis tuis ſeruiamus tibi, & in veritate placeamus, atq; debitas quotidiè laudes repẽdamus tibi pro tãtis beneficijs miſericordiæ tuæ: non aliũde poſſumus tibi ſeruire, neq; placere, niſi de tuo munere. Omne.n.datũ optimũ, & omne donũ perfectũ de ſurſum eſt, deſcendens à patre luminũ, apud Deũ non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obũbratio. Dñe Deus noſter, Deus pie, Deus bone, Deus oĩpotens,

I Deus ineffabilis & incircũſcriptæ naturæ, Deus inſtitutor omniũ rerũ, & dñi noſtri Ieſu Chriſti pater, qui eundẽ dilectum filium tuum dñm noſtrum dulciſſimũ miſiſti de ſinu tuo ad publicũ proficuum noſtrum ſuſcipere vitam noſtrã, vt nobis donaret ſuam, eſſetq; perfectus Deus ex te patre, & perfectus homo ex matre, totus Deus & totus homo vnus idemq; Chriſtus, æternus & tẽporalis, immortalis & mortalis, creator & creatus, fortis & infirmus, victor & victus, nutritor & nutrit⁹, paſtor & ouis, & tẽporaliter mortuus & tecũ viuens in æternũ, ſuis dilectoribus vitæ municipiũ promittens, ſuis diſcipulis dixit. Quodcunq; petieritis patrẽ in noĩe meo, dabit vobis. Per ipſum ſummũ ſacerdotẽ & verũ Pontificẽ & bonũ paſtorẽ, qui ſe tibi obtulit in ſacrificiũ, ponẽs animã ſuã pro grege ſuo, te rogo, per ipſum qui ſedet ad dexterã tuã & interpellat pro nobis, redemptorẽ & aduocatũ noſtrũ pietati & bonitati tuæ ſupplico clementiſsime & amantiſsime & benigniſsime amator hominũ De⁹, vt des mihi cũ eodẽ filio tuo & ſpũsãcto te in oĩb. benedicere & glorificare, cũm multa cordis cõtritione & lachrymarũ fonte, cũ multa reuerentia & tremore, quia quorũ vna eſt ſubſtãtia, vnũ eſt & datũ. Sed ẽ corpus q̃ corrũpitur aggrauat animã, excita q̃ſo torporẽ meũ tuis ſtimulis, & fac me ſtrenue perſeuerare in præceptis & laudib. tuis die ac nocte.

K Tribue vt concaleat cor meũ intra me, & in meditatione mea exardeſcat ignis. Et quia ipſe tuus vnicus natus dixit, Nemo venit ad me niſi pater qui miſit me traxerit eũ: &, Nemo venit ad patrẽ niſi per me, obſecro, & ſuppliciter rogo, trahe me ſemper ad ipſũ, vt ipſe me tandẽ perducat ad te, illuc vbi ipſe eſt in dextera tua ſedẽs. Vbi eſt sẽpiterna vita sẽpiterne beata, vbi eſt amor perfectus & timor nullus, vbi eſt dies æternus & vnus omnium ſpũs, vbi sũma & certa ſecuritas & ſecura trãquillitas, & trãquilla iocũditas, & iocũda felicitas, & felix ætẽnitas, & æterna beatitudo, & beata tui ſine fine viſio atq; laudatio. Vbi tu cũ illo & ille tecũ in cõionem ſancti ſpũs æternaliter ac ſempiternaliter viuis, &c.

Spes mea Chriſte Deus, hominum tu dulcis amator, L

Lux, via, vita, ſalus, decor, & decus omne tuorum,

Omnia pro quorum voluiſti ferre ſalute, *Precatio ad Chriſtũ.c.18.*

Cernite vincla, crucem, vulnus mortem atq; ſepulchrum,

Poſt tres inde dies deuicta morte reſurgens,

Diſcipulis viſus, nutantia corda reformans:

Luce quaterdena cęlorum ſumma petiſti.

Viuis in æternum nunc & per ſecula regnãs.

Tu es Deus meus viuus & verus, pr̃ meus ſanctus, dñs meus pius, rex meus magnus, paſtor meus bonus, magiſter meus vnus, adiutor meus optimus, dilectus meus pulcherrimus, panis meus viuus, ſacerdos meus in æternũ, dux meus ad patriã, lux mea vera, dulcedo mea ſancta, via mea recta, ſapiẽtia mea p̃clara, ſimplicitas mea pura, cõcordia mea pacifica, cuſtodia mea tuta, portio mea bona, ſalus mea sẽpiterna, miſericordia magna patientia mea robuſtiſsima, victima mea immaculata, redẽptio mea ſancta, ſpes mea firma, charitas mea p̃fecta, reſurrectio mea vera, vita mea æterna, exultatio & viſio mea beatiſsima, & ſine fine mãſura. Te depcor, ſupplico & rogo, vt per te ambulẽ, ad te perueniã, in te requieſcã, qui es via, veritas, & vita, ſine qua nemo venit ad patrẽ. Te.n. deſidero dulciſsimũ & pulcherrimũ dñm, ò ſplẽdor paternæ gloriæ, qui ſedes ſuper Cherubin, & intueris abyſſos, lumẽ veridicũ, lumẽ illuminans, lumen indeficiens, in quẽ deſiderant angeli proſpicere. Ecce cor meũ coram te eſt, diſcute tenebras eius, vt amoris tui claritate plenus perfundar. Da mihi Deus meus te, redde mihi te, en amo te, & ſi parum eſt, M amen validius. Nõ poſſum metiri vt ſciã quãtum deſit mihi amoris tui ad id q̃ ſatis eſt, vt currat vita mea in amplexus tuos, nec auertatur donec abſcondatur in abſcõditio vultus tui. Hoc tũ ſcio, quia male mihi eſt præter te dñe: nõ ſolũ extra me, ſed in meipſo. Omnis enim copia q̃ Deus meus nõ eſt, egeſtas mihi

Cap. 17. Iaco. 1.

Iaco. 14.

Sapiẽ. 9.

Ioan. 6. Ioan. 14.

Ioan. 14.

1. Pet. 1.

Pſal. 30.

hi est. Bonũ nanq; ꝙ neq; in melius, neq; in deterius cõmutari põt tu solus es, qui simpliciter solus es, cui nõ est aliud viuere, & aliud beate viuere, quia tua beatitudo tu es. Creatura vero tua cui est aliud viuere, & aliud beate viuere, oẽ ꝙ viuit & beate viuit, nõ debet nisi gratiæ tuę attribuere. Et ideo nos egemus tui,
H non tu nostri: quia si omnino non essemus, nihil tibi deesset ad bonũ ꝙ tu es. Tibi itaq; dño nostro semper adhærere necesse habemus, vt per continuũ auxiliũm tuũ sancte & pie & recte viuere valeamus: pondere siquidẽ fragilitatis nostræ deorsum trahimur, dono aũt tuo accendimur & sursum ferimur, inardescimus & imus, ascendimus, ascensiones in corde facimus, & cantamus canticũ graduũ, igne tuo bono inardescimus & imus quo iã sursum imus, ad pacem Hierusalem.
Ps. 121. Qm̃ iocũdatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domũ dñi ibimus. Illic collocauit nos voluntas bona, vt nihil velimus aliud quam
2. Cor 5. permanere illic in æternũ. Sed quia dum su-
Heb. 13. mus in corpore, peregrinamur à te dñe, non habemus hic ciuitatẽ manẽtem, sed futuram inquirimus, noster aũt municipatus in cęlis est, ideo duce gratia tua ingredior in cubile cordis mei, & canto tibi amatoria rex meus, & Deus meus, gemẽs inenarrabiles gemitus in loco peregrinationis meæ. Vbi cantabiles
Ps. 118. mihi factæ sunt iustificationes tuæ. Et recordans Hierusalẽ extẽdo in eã sensum cordis, Hierusalem patriam meã, Hierusalẽ matrem meã, teq; super eã regnatorem, illustratorẽ, patrem, tutorẽ, patronũ, rectorem, pastorẽ, cãstas & fortes delitias, solidũ gaudiũ & omnia bona ineffabilia, simul omnia, quia vnũ summũ & verũ bonũ, & non auertar, donec in eius pacẽ matris charissimę, vbi sunt primitiæ spiritus mei, colligas totũ, ꝙ sum a di
I sperssione & deformitate hac, & conformes atq; confirmes in æternũ Deus meus misericordia mea. Hæc est domus tua Deus nõ terrena neq; vlla cęlesti mole corporea, sed spiritalis & particeps æternitatis tuæ, quia sine labe manet in æternũ. Statuisti. n. eã in seculũ & in seculũ seculi, præceptũ posuisti & non præteribit. Non tñ tibi Deo coęterna, quia nõ sine initio, facta est. n. Prior quippe omniũ creata est sapientia, non vtiq; illa sapientia Deo patri planè coæterna & coæqualis, per quã creata sunt omnia, & in quo principio factũ est cęlũ & terra: sed profecto sapiẽtia, q̃ creata est, spiritalis natura, s. quæ contemplatione luminis, lumen est: dr̃. n. & ipsa, quãuis creata sapientia. Sed quantũ distat inter lumen illuminans, & lumen ꝙ illuminatur: tñ differt inter te summã sapientiã, quæ est creans, & istã quæ creata est: sicut inter iustitiã iustificantem, quæ tu Deus noster es, & iustitiã quę iustificatione nostra facta est. Nã & nos sumus dicti iustitia Dei patris in te fi- K
lio eius dño nostro, testante Apostolo. Ergo quia prior omniũ creata est quædã sapiẽtia, quæ creata est mens rationalis & intellectualis, castæ, s. ciuitatis tuæ, matris nostræ, quæ sursum est, & libera est, & æterna in cœlis. Quibus cęlis? Nisi qui te laudant cęli cęlorũ, quia hoc est & cęlũ cęli dño. Et si non inuenimus tps ante illam, quæ creaturã tpis antecedit: quia prior omniũ creata est, ante illam tñ es tu Deus æternus creator omniũ, a quo facta sumpsit exordiũ, quãuis non temporis, quia nondũ erat tps, ipsius tñ cõditionis suę.
Vnde ita est abs te dño Deo nostro, vt aliud *Ps. 116.*
sit planè quã tu, licet nec ante illã, nec in illa inueniamus tps: est. n. idonea faciẽ tuã semper videre, nec vspiã deflectitur ab ea, quo fit vt nulla mutatione varietẽ. Inest tñ ipsi mutabilitas, qua tenebresceret & frigesceret, nisi amore grandi cohærens tibi tanquã super meridiẽ luceret & ferueret ex te. Deniq; tam casto amore cohæret tibi Deo uero & uere æterno, ut quãuis tibi non sit coæterna, per nullius tñ temporis varietates & uicissitudines a te resoluatur & defluat, sed in tui solius verissima contemplatione requiescat, qm̃ tu Deus diligenti te quantũ præcipis ostẽdis te, & sufficit ei. Vnde nõ declinat a te, nec a se, sed semper in eodẽ statu manet, te indefinenter uidendo, te indeficienter amando, uerũ lumen & castum amorẽ. O beata ista & sublimis creatura creaturarũ, maxime beata inhæ- L
rendo semper beatitudini tuæ, sęlix & nimiũ sęlix te sempiterno inhabitatore atque illustratore suo. Nec inuenio ꝙ licentius appellandũ existimemus: cęlũ cęli dño, q̃ domũ tuã contemplantẽ, delectationem tuam sine defectu egrediendi in aliud mentem puram concordissime vnam, stabilimentum pacis beatorũ spirituũ, in cęlestib. sũt ista cęlestia.
Vnde intelligat anima cuius peregrinatio lõ *Psal. 41.*
ginqua facta est, si iam factæ sint ei lachrymę *Psal. 26.*
suæ

Precatio ad Christũ. c. 18.
Ioan. 14.
1. Pet. 1.
Psal. 30.
Hic differt quid inter sapiẽtiam quæ domus Dei est, & sapientia, quę diuina est. cap. 19.

fuæ panes sui, si iam petat vnam & hanc requirat, vt inhabitet in domo tua per oēs dies vitæ suæ. Et q̄ vita eius nisi tu? & qui dies sui, nisi æternitas tua? sicut anni tui, qui non deficiēt: Hic ergo intelligat anima, quæ potest, quā longe super omnia tēpora sis æternus, qñ domus tua, quæ peregrinata non est, quā uis tibi non sit coæterna, indefinenter tñ & indeficienter cohærendo tibi nullam temporis patitur varietatem, teq; semper perseuerantissima castitate hauriens immutabilitatē suam, nusquam & nunquam exierit exte sibi præsente, ad quem toto affectu se tenet, non habens futurum, q̄ expectet, nec præteritum transiens, q̄ meminerit, per nullas vices variatur, & in nulla tempora extenditur. O domus Dei luminosa & speciosa, dilexi decorē tuum, & locum habitationis gloriæ dñi Dei mei fabricatoris & possessoris tui, tibi suspiret peregrinatio mea, nocte ac die tibi inhiet cor meū, tibi intendat mens mea, ad societatem beatitudinis tuæ peruenire desideret anima mea, dico ei, qui fecit te vt possideat me in te, quia ipse fecit me & te, imo tu dic, tu roga vt dignū me faciat participatione gloriæ tuæ. Sanctam. n. societatem tuam & mirabilem pulchritudinem tuam non per meritū requiro, sed per sanguinem eius, quo redemptus sum, adipisci non despero, tantum adiuuent me merita tua, subueniāt prauitati meæ sanctæ & purissimæ orationes tuæ, quæ inefficaces apud Deum nullatenus esse possunt. Erraui, fateor, sicut ouis perdita, & incolatus meus prolongatus est, atq; procul proiectus sum à facie dñi Dei mei in hanc exilij cęcitatem. Vbi expulsus paradisi gaudijs deploro quotidie mecum super miserias captiuitatis meæ lugubre carmen ingentesq; lamentationes, cū recordor tui mater Hierusalem, dū stant pedes mei in atrijs tuis, sancta & decora Sion, necdum interiora tua conspicere in propatulo valens: sed in humeris pastoris mei, structoris tui, spero me reportari tibi vt tripudiē tecū illo inenarrabili gaudio, quo lætantur illi qui tecum sunt coram ipso Deo & Saluatore nostro, qui dissoluit inimicitias in carne sua, & pacificauit omnia, quæ in cęlis sunt, & quæ in terra sanguine suo. Ipse. n. est pax nostra, qui fecit vtraq; vnū, qui duos ex aduerso venientes parietes cōiungens in se beatitudinis tuæ permanentem fęlicitatem pari modo, & eadem mensura se nobis datu rum promisit, dicens, Erunt æquales angelis Dei in cęlis. O Hierusalem domus Dei æterna, post Christi dilectionem tu esto lętitia & consolatio mea, dulcis memoria tui beati nominis sit releuatio mœroris tędiorūq; meorum. Tędet enim me dñe valde vitæ huius, & istius ærumnosę peregrinationis. Vita hæc, vita misera, vita caduca, vita incerta, vita laboriosa, vita immunda, vita dña malorum, regina superborum, plena miserijs & erroribus quæ non est vita dicenda, sed mors, in qua momentis singulis morimur, per varios mutabilitatis defectus diuersis generib. mortium. Nunquid ergo hoc q̄ viuimus in hoc mundo: dicere possumus vitam, quā humores tumidant, dolores extenuant: & ardores exiccant, aerea morbidant: esęq; inflant, ieiunia macerant: ioci dissoluunt, tristitiæ consumunt: solicitudo coarctat, securitas hebetat: diuitiæ inflant & iactant, paupertas deijcit: iuuentus extollit, senectus incuruat: infirmitas frangit, mœror deprimit? Et his malis omnibus mors furibunda succedit, simulq; cunctis gaudijs istius miserę vitæ ita finē imponit, vt cum esse desierit, non fuisse putetur. Mors ista vitalis, & vita mortalis, licet his alijsq; sit respersa amaritudinibus, proh dolor quam plurimos suis capit illecebris, & quā multos suis falsis promissionib. decipit. Et cum ita per se sit falsa & amara, vt ēt suos cęcos amatores latere non valeat: tñ infinitā stultorum multitudinem aureo calice, quem in manu habet, potat & prorsus inebriat: Fęlices illi, & ipsi rari, qui familiaritatem eius recusant, perfunctoria gaudia spernūt, societatem abijciunt, ne cum pereunte deceptrice & ipsi perire cogantur. O tu vita, quam præparauit Deus his, qui diligunt eum, vita vitalis, vita beata, vita secura, vita tranquilla, vita pulchra, vita munda, vita casta, vita sancta, vita ignara mortis, nescia tristitiæ, vita sine labe, sine dolore, sine anxietate, sine corruptione, sine perturbatione, sine varietate & mutatione, vita totius elegantiæ & dignitatis plenissima, vbi non est aduersarius impugnans, vbi nulla peccati illecebra, vbi est amor perfectus, & timor nullus, vbi dies æternus, & vnus omniū spiritus, vbi Deus facie ad faciē cernit, & hoc vitę cibo mēs sine defectu satiatur. Libet me tuæ intendere claritati,

Psal. 101.

Aliàs in præteritū trajiciens.

Hic orat hō, vt ipsa quoq; domus Dei oret pro eo.

Cap. 20.

Psal. 118.

Psal. 119.

Ephes. 2.

Mat. 22.

Quanta amaritudinibus vita ista sit respersa. Cap. 21.

De felicitate vitæ quā præparauit Deus diligētibus se. Cap. 22. 1 Co. 13. 1 Ioan. 3

De felicitate animæ cāctæ hīc exeūtis. c. 14. Cant. 6.

ti, delectant me bona tua auido corde quanto plus valeo mecum considerare: tãto plus amore langueo, tuo vehementi desiderio, tuaque dulci memoria admodum delector. Libet itaq; libet cordis in te oculos attollere, statum mentis erigere, affectum animi cõformare. Libet sane de te loqui, de te audire,
H de te scribere, de te conferre, de tua beatitudine & gloria quotidie legere, & lecta sępi' sub corde reuoluere, vt vel sic possim ab huius mortalis perituræq; vitæ ardoribus, periculis, & sudoribus sub tuę vitalis aurę dulci refrigerio transire, & transiens in sinu tuo fessum caput dormiturus vel paululũ reclinare. Huius rei gratia scripturarũ sanctarum amęna prata ingredior, viridissimas sentẽtiarũ herbas exarando carpo, legẽdo comedo, frequentando rumino, atq; cõgregando tandẽ in alta memoriæ sede ropono, vt tali modo tua dulcedine degustata, minus istius miserrimæ vitę amaritudines sentiam. O tu vita fęlicissima, o regnũ vere beatũ, carens morte, vacans fine, cui nulla tpa succedunt peręuum, vbi cõtinuus sine nocte dies nescit habere tps: vbi victor miles illis hymnidicis angelorũ sociatus choris, cantat Deo sine cessatione canticũ de canticis Sion, Nobile perpetua caput amplectente corona. Vtinã cessa mihi peccatorũ venia, moxq; hac carnis sarcina deposita, in tua gaudia veram requiem habiturus intrarem, & tuæ ciuitatis præclara atq; speciosa mœnia, coronam vitæ de manu domini accepturus ingrederer, vt illis sanctissimis choris interessem, vt cũ beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assisterẽ, vt pręsentem Christi vultum cernerem, vt illud summum & ineffabile & incircũscriptũ lumen semper aspicerem, sicque nullo
De fælicitate animæ ex hĩc exeũtis. c. 14. metu mortis affici, sed de incorruptionis ppetuę munere lętari possem sine fine. Fęlix aĩa mea q̃ terreno resoluto corpore liberacęlũ petit secura est & tranquilla, non timet
Cant. 6. hostem neq; mortẽ: habet. n. presentem, cernitq; indesinẽter pulcherrimũ dominũ, cui seruiuit, quẽ dilexit, & ad quẽ tandẽ lęta &
I glorioſa peruenit. Hanc vero tantæ beatitudinis gloriam nulla dies minuet, nullus improbus poterit auferre. Viderunt eam filię Sion, & beatissimam prædicauerunt, reginæ & cõcubinę laudauerunt eã dicentes. Quæ est ista quę ascẽdit de deserto, delitijs affluẽs, in nixa super dilectũ suum? Quę est ista quę progreditur sicut aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castorum acies ordinata? Quam lęta exit, festinat, currit, cum dilectum suum sibi dicentem attonitis auribus audit, surge propera amica mea speciosa mea, & veni, iam enim hyems trãsijt, imber ambijt & recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit, vox turturis audita est in terra nostra, ficus protulit grossos suos, florentes vineę dederunt odorem suum. Surge
Cant. 2. ppea amica mea, formosa mea, colũba mea in foraminibus petræ, in cauernis macerię,
K ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Veni electa mea, speciosa mea, columba mea, immaculata mea, spõsa mea, veni & ponam in te thronum meum, quia concupiui speciem tuam. Veni vt lęteris in conspectu meo cũ angelis meis, quorũ societas tibi a me repromissa ẽ. Veni post multa pericula & labores intra in gaudium dñi tui, quod nemo tollet a te. Fęlices sancti Dei omnes, qui iam pertransistis huius mortalitatis pelagus, & puenire meruistis ad portũ perpetuę quietis, securitatis & pacis, securi & trãquilli semperq; festiui atq; gaudentes, Obsecro vos per vestram charitatẽ, qui sẽcuri estis de vobis soliciti estote de nobis: securi estis de vestra immarcescibili gloria, soliciti estote de nostra multiplici miseria. Per ipsum vos rogo, qui vos elegit, qui vos tales fecit, de cuius pulchritudine iam satiamini, de cuius immortalitate iam immortales facti estis, de cuius beatissima visione semper gaudetis, estote iugiter memores nostri, sub uenite nobis miseris, qui adhuc in salo huius vitę circunstantibus agitamur procellis. Vos portę pulcherrimę, quę in magnam surrexistis altitudinem, adiuuate nos vile pauimentum longe inferius iacentes. Date manũ & erigite iacentes super pedes, vt conualescẽtes de infirmitate, fortes efficiamur in bello. Intercedite & orate constanter atqũe in-
L. definenter pro nobis miseris multumque negligentibus peccatoribus, vt per vestras ora
S. victoris in oca. tio. c. 24. tiones vestro sancto consortio cõiungamur, quia aliter salui esse non possumus. Sumus namque valde fragiles, & nullius virtutis homunciones, animalia ventris, & carnis

nis mancipia, in quibus vix aliquod virtutis vestigium apparet. Et tamen sub Christi confessione positi, ligno crucis ferimur, nauigãtes per hoc mare magnum & spaciosum, vbi sunt reptilia quorum non est numerus, vbi sunt animalia pusilla cum magnis, vbi est draco sçuissimus, semper paratus ad deuorandum, vbi sunt loca periculosa Scylla & charybdis, & alia & innumerabilia, in quibus naufragantur incauti, & in fide dubij. Orate dominũ, orate pijssimi, orate omnia agmina sanctorũ, & vniuersi cętus beatorũ, vt vestris precibus meritisq; adiuti, salua nanue & integris mercibus peruenire mereamur ad portũ perpetuæ salutis & quietis, & cõtinuæ pacis, & nunquã finiendæ securitatis. Mater Hierusalẽ, ciuitas sancta Dei, charissima sponsa Christi, te amat cor meum, pulchritudinẽ tuam nimiũ desiderat mens mea. O quã decora, quã glorioſa, quã generosa tu es. Tota pulchra es, & macula nõ est in te. Exulta & lętare formosa filia principis, quia concupiuit rex speciem tuã, & amauit decorẽ tuũ speciosus forma præ filijs hominũ. Sed qualis est dilectus tuus ex dilecto, ò pulcherrima? Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quẽ desideraui, ecce lęta sedeo, & fructus eius dulcis gutturi meo. Dilectus meus misit manũ suã per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius. In lectulo meo per noctẽ quæsiui quẽ diligit aĩa mea, quæsiui, & inuenire teneo, nec dimittã illũ donec introducat me in domũ suã, & in cubiculum suũ, glorioſa genitrix mea: Ibi. n. dabis mihi dulcissima vbera tua abundantius & perfectius, & satiabis me latietate mirifica, ita vt nec esuriam, nec sitiam in æternum. Fęlix anima mea, semperq; fęlix in secula, si intueri meruero gloriam tuã, beatitudinẽ tuã, pulchritudinẽ tuam, portas & muros tuos, & plateas tuas, & mansiones tuas multas, nobilissimos ciues tuos, & fortissimum regem tuum dominum nostrum in decore suo. Muri nanq; tui ex lapidibus prætiosis, portæ tuæ ex margaritis optimis, plateę tuæ ex auro purissimo, in quibus ioeundum halleluia sine intermissione concinitur. Mãsiones tuæ multæ, quadris lapidibus fundatæ, sapphiris cõstructæ, laterculis coopertæ aureis, in quas nullus ingreditur nisi mundus, nullus habitat inquinatus. Speciosa facta es & suauis in delitijs tuis, mater Hierusalẽ. Nihil in te tale quale hic patimur, qualia in hac misera vita cernimus. Nõ sunt in te tenebrę, aut nox, aut quælibet diuersitas tẽporũ, Nõ lucet in te lux lucernę, aut splendor Lunæ, vel iubar stellarum, sed Deus de Deo, lux de luce, Sol iustitię semper illuminat te, agnus candidus & immaculatus, lucidum & pulcherrimum est lumen tuum. Sol tuus & claritas tua & omne bonũ tuum, huius pulcherrimi regis indeficiens cõtemplatio. Ipse rex regum in medio tui, & pueri eius in circumitu eius. Ibi hymnidici angelorum chori, ibi societas supernorum ciuiũ. Ibi dulcis solennitas omniũ ab ac tristi peregrinatione ad tua gaudia redeũtiũ. Ibi Prophetarum prouidus chorus, ibi duodenus Apostolorum numerus, ibi innumerabiliũ martyrum victor exercitus, ibi sanctorum confessorũ sacer conuentus, ibi veri & perfecti monachi, ibi sanctæ mulieres quę voluptates seculi & sexus infirmitatem vicerũt ibi pueri & puellę, q annos suos sanctis moribus transcederunt, ibi sunt oues & agni, q iam huius voluptatis laqueos euaserũt, exultant oẽs in proprijs mansionibus, dispar est gloria singulorũ, sed cõmunis est lętitia omnium. Plena & perfecta ibi regnat charitas, quia Deus est ibi omnia in omnibus, quẽ sine fine vident, & semper videndo in eius amore ardẽt amant & laudant & amant. Omne opus eorum, laus Dei sine fine, sine defectione, sine labore. Fęlix ego & vere in perpetuũ fęlix, si post resurrectionẽ huius corpusculi audite meruero illa cantica cęlestis melodię, quæ cantantur ad laudem regis æterni ab illis supernæ patrię ciuibus beatorumque spirituum agminibus. Fortunatus ego nimiumque beatus, si & ego ipse meruero cãtare ea & assistere regi meo Deo meo, & duci meo, & cernere eum in gloria sua, sicut ipse polliceri dignatus est, dicens, Pater, volo vt quos dedisti mihi, sint mecum, vt videant claritatem meam, quam habui apud te ante constitutionem mundi: & alibi, Qui mihi ministrat, me sequatur, & vbi sum ego, illic & minister meus erit: & iterũ, Qui diligit me diligetur à patre meo & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

M Animæ desiderijũ ad ciuitatẽ supernã Hierusalẽ. c. 25 Cant. 4. Psal. 44. Cant. 5. Cant. 2. Cant. 3. Cant. 7.

A

B

1. Co. 15.

C Ioan. 17. 12. et 14

HYMNVS DE GLORIA Paradisi.

Cap. 26. Numeri sunt lege soluti, ad imitationem carminis trochaici tetrametri catalectici.

Ad perennis vitæ fontem mens sitiuit arida,
Clauſtra carnis præſto frangi clauſa quærit anima,
Gliſcit, ambit, eluctatur exul frui patria,
Dum preſſuris ac ærumnis ſe gemit obnoxiam,
Quam amiſit cum deliquit, contemplatur gloriam.
Præſens malum auget boni perditi memoriam.
D Nam quis promat, ſummæ pacis quanta ſit lætitia?
Vbi viuis margaritis ſurgunt ædificia,
Auro celſa micant tecta, radiant triclinia,
Solis gemmis pretioſis hæc ſtructura nectitur,
Auro mundo tanquam vitro vrbis via ſternitur,
Abeſt limus, deeſt fimus, lues nulla cernitur.
Hyems horrens, æſtas torrēs illic nunquam ſęuiunt,
Flos perpetuus roſarum, ver agit perpetuum.
Candent lilia, rubeſcit crocus, ſudat balſamum.
Virent prata, vernant ſata, riui mellis influunt,
Pigmentorum ſpirat odor, liquor & aromatum.
Pendent poma floridorum non lapſura nemorum.
Non alternat Luna vices, Sol, vel curſus ſyderum,
Agnus eſt fęlicis vrbis lumen inocciduum.
Nox & tempus deſunt ei, diem fert continuum,
E Nam & ſancti quique velut Sol præclarus rutilant,
Poſt triumphum coronati mutuo coiubilant,
Et proſtrati, pugnas hoſtis iam ſecuri numerant,
Omni labe defęcati carnis bella neſciunt,
Caro facta ſpiritalis & mens vnum ſentiunt,
Pace multa perfruentes, ſcandala non perferunt.
Mutabilibus exuti, repetunt originem,
Et præſentem veritatis contemplantur ſpeciem:
Hinc vitalem viui fontis hauriunt dulcedinem,
Inde ſtatum ſemper ijdem exeuntes capiunt,
Clari, viuidi, iocundi, nullis peccāt caſibus.
Abſunt morbi ſemper ſanis, ſenectus iuuenibus,
Hinc perenne tenent eſſe, nam tranſire tranſijt. F
Inde virent, vigent, florent, corruptela corruit,
Immortalitatis vigor atræ mortis ius abſorbuit.
Qui ſcientem cūcta ſciunt, quid neſcire nequeunt?
Nam & pectoris arcana penetrant alterutrum,
Vnum volunt, vnum nolunt, vnitas eſt mentium,
Licet cuique ſit diuerſum pro labore meritum,
Charitas hæc ſuum facit, quod dum amat alterum,
Proprium ſic ſingulorum, commune fit omnium.
Vbi corpus, illic iure congregantur aquilæ,
Quo cum angelis & ſanctæ recreentur animæ.
Vno pane viuunt ciues vtriuſque patriæ.
Auidi, & ſemper pleni, quod habent, deſiderant,
Non ſatietas faſtidit, neq; fames cruciat,
Inhiantes ſemper edunt, & edentes inhiant.
Nouas ſemper harmonias, vox meloda concrepat,
Et in iubilum prolata mulcent aures organa.
Digna, per quem ſunt victores regi dant prę conia. G
Fœlix cœli, quæ præſentem regem cernit anima,
Et ſub ſede ſpectat alta orbis volui machinam,
Solem, Lunam, & globoſa cum planetis ſydera.
Chriſte palma bellatorum, hoc in municipium
Introduc me, poſt ſolutum militare cingulum.
Fac conſortem donatiui beatorum ciuium,

Probes

Probes vires inexhausto laboranti prælio.
Vt quietem post præcinctum debeas emerito,
Teque merear potiri sine fine præmio. Amē.

Doxologia. c. 27. Laus continua quā facit anima ex cōtemplatione supernæ diuinitatis.

Benedic anima mea dominō, & omnia q̄ intra me sunt nomini sācto eius, Benedic anima mea dño, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Benedicite dño omnia opera eius, in omni loco dominationis eius benedic anima mea dño. Laudemus Deum quē laudant angeli, adorant dominationes, tremūt potestates, cui Cherubin & Seraphin incessabili voce proclamant, Sanctus, sanctus, sanctus: Iungamus voces nostras vocibus angelorū sanctorum, & cōem dominum laudemus pro modulo nostro. Illi. n. laudāt dominum purissime & incessanter, qui semper inhærent contemplationi diuinæ, non perspeculum & in ænigmate, sed facie ad faciē. Sed quis dicere vel cogitare sufficiat, qualis sit in conspectu domini Dei omnipotētis illa beatorum spirituū cęlestiumq; virtutū innumerabilis multitudo: quæ sit in eis sine fine festiuitas visionis Dei, quæ lętitia sine defectu, quis amoris ardor, non crucians, sed delectans? Quod sit in eis desiderium visionis Dei cū satietate, & satietas cū desiderio, in quibus nec desiderium pęnā generat, nec satietas fastidium parit? Quomodo inhærendo summæ beatitudini sint beati? quomodo coniuncti vero lumini facti sunt lux? Quomodo semper aspicientes in incōmutabilem Trinitatem, mutati sunt in incōmutabilitatem? Sed quando illam angelicę dignitatis celsitudinē comprehendere poterimus, quādo nec ipsius animæ nostræ naturam inuestigare valemus? Qualis est ista, quæ carnem viuificare, se autem in sanctis cogitationibus vt volet constringere non potest? Qualis est istam tam fortis, tam infirma, tam parua, tam magna, quæ rimatur secreta Dei & cęlestia cōtemplatur, atque humanis commodis multarum artium peritiam perspicaci ingenio adinueniisse probatur? Qualis ergo est ista, quæ tam multa de cęteris nouit, & se qualiter facta sit prorsus ignorat? Licet in. nonnulla ambigua a quibusdā super eius origine proferantur inuenimus tn eam esse quendam intellectualē spiritum per creatoris potentiā factū, immortaliter iuxta modū suum viuentem, mortale corpus, quod sustinet viuificantē, mutabilitati subiectum, obli uioni deditū, quem timor sæpe afficit, lætitia extollit. O res mira omniq; stupore dignissima. De Deo quidē creatore omnium, qui est incōprehensibilis & ineffabilis, excelsa & mirabilia nimis omni remota ambiguitate legimus, loquimur & scribimus: de angelis aūt & animabus quicquid dicimus: nō tā euidenter approbare possumus. Sed transeat ab his animus, & trāscendat omne, quod creatū est, currat & ascendat, volitet & pertranseat, & in eū, qui creauit omnia quantū pōt oculos fidei dirigat. Faciam ergo gradus ascensionis in corde meo, & per ipsos ascendam animā meam, & per ipsam mentē meā ascendam ad dñm meū, qui capiti meo desuper manet. Quicquid visibiliter cernitur, qc quid spiritaliter imaginatur, forti manu ab intuitu cordis & mētis procul remoueatur: solus intellectus purus & simplex, incedens rapido volatu ad ipsum perueniat cōditorē angelorū & animarū & omniū rerum. Mens illa beata, quæ ima deserit, summa petit, quæ ponit in arduis sedē habitationis suæ, & de summis rupibus contēplatur Solem iustitiæ aquilinis obtutibus. Nihil. n. tam pulchrum atq; iocundum, quam ipsum solum mentis intuitu & cordis auiditate cōtemplari Deū, & miro modo inuisibiliter cernere inuisibilem, sicq; aliam non istam gustare dulcedinem, inspicere aliam non istam lucem. Lux enim ista, quæ loco clauditur, tempore finitur, noctium interruptione variatur, & quā cōem cum vermibus & pecoribus habemus; in cōparatione illius summæ lucis nō est lux dicēda, sed nox. Quanquā aūt illa summa & incōmutabilis essentia, lux vera, lux indeficiens, lux angelorum a nemine conspici valeat in hac vita, quod solum præmiū sanctis reseruatur in cœlesti gloria: illud tamen credere & intelligere & sentire & ardenter inhiare quodammodo illum cernere est atque tenere. Sonet itaq; vox super angelos, & hō intenta mēte contēplatus Deum, verbis, quibus pōt suas illi dicat laudes. Iustum nanque est vt creatura suū laudet creatorem, ipse. n. ad laudandum se nos creauit, qui nostris nō indiget laudibus. Est autem virtus incomprehensibilis, nullius indigens, ipse sibi sufficiens. Magnus dñs Deus noster & magna virtus eius, & sapientiæ eius nō est numerus, magnus

Quid sit quodammodo Deū cernere, & tenere, & qualiter fit de Deo sentiēdū. Cap. 27.

magnus dñs Deus noſter & laudabilis valde. Hunc itaque mens diligat, lingua canat, manus ſcribat, atq; in his ſanctis ſtudijs fidelis animus ſe totũ exerceat. Huius videlicet cęleſtis theorię ſuauiſsimis dapibus vir deſiderio reficiaſ, vt hoc cęleſti pabulo ſaginatus clamet clamore magno, clamet totis medullis cordis, clamet i iubilo, & ardẽtiſsimo mẽtis deſiderio dicat, O ſumme, optime, omnipotentiſsime, miſericordiſsime, iuſtiſsime, K ſecretiſsime, pſẽtiſsime, pulcherrime, & fortiſsime, ſtabilis & incomprehenſibilis, inuiſibilis, omnia videns, immutabilis, oĩa mutãs, immortalis, illocalis, interminus, incircunptus, nuſquã finitus, inæſtimabilis, ineffabilis, inſcrutabilis, immotus, oĩa mouens, inueſtigabilis, indicibilis, metuendus atq; terribilis, honorandus atq; timendus, venerandus atq; reuerendus: nunquam nouus, nunquã vetus innouans omnia, & in vetuſtatem perducens ſuperbos & neſciunt. Semper agens, ſemper quietus, colligens & non egẽs, omnia portans ſine onere, omnia implẽs ſine incluſione, oĩa creans, protegẽs, nutriẽs, & perficiens quęrẽs cũ nihil deſit tibi, amãs nec æſtuas, zelans & ſecurus es: pœnitet te & non doles, iraſceris & tranquillus es, opera mutas, ſed nõ conſilium. Recipis quod non inuenis & nunquã amiſiſti, nunquam inops & gaudes lucris, nũquã auarus & vſuras exigis, ſupererogatur tibi vt debeas, & quis habet quicquã nõ tuũ? Reddis debita nulli debens, donas debita nihil perdens. Qui ſolus viuicas omnia, qui creaſti omnia, qui vbiq; es, & vbiq; totus, qui ſentiri potes, videri nõ potes, qui nuſquã dees, & tamen ab iniquorũ cogitationibus lõge es. Qui nec ibi dees, vbi longe es, quia vbi non es per gratiã, ades per vindictam. Qui omnia tangis, nec tamẽ omnia tangis æqualiter: quædam enim tangis vt ſint, non tamen vt viuant, ſentiant, & diſcernant: quędam vero tangis, vt ſint, viL uant, & ſentiant, non tamen vt diſcernant: quædam vero tangis vt ſint, viuant, ſentiant & Diſcernant. Et cum tibimetipſi nunquam diſsimilis ſis, diſsimiliter tamen tangis diſsimilia, qui vbique ſemper præſens es & inueniri vix potes, quem ſtantẽ ſequimur, & apprehendere non valemus, qui tenes omnia, circumplecteris omnia, ſuperexcedis omnia, ſuſtines omnia: neque ex alia parte ſuſtines atque ex alia parte ſuperaris: neque ex alia parte imples & ex alia circumplecteris: ſed circumplectendo impies, & implendo circumplecteris, ſuſtinendo ſuperexcedis, & ſeperexcedendo ſuſtines. Qui doces corda fidelium ſine ſtrepitu verborum. Qui attingis a fine vſque ad finem fortiter, & diſponis omnia ſuauiter. Qui locis non diſtenderis, nec temporibus variaris. Neque habes acceſſus & receſſus, ſed habitas lucem inacceſsibilem, quam nullus hominum vidit, nec videre poteſt. In te manens quietus, vbique circumis totum, vbique proſus totus. Non n. ſcindi vel diuidi poteris, qa vere vnus es, nec in partes efficeris, qa totus totum tenes, totum imples, totum illuſtras & poſsides. Huius videlicet myſterij immenſam profunditatem mens humana concipere non poteſt, nec oratoria lingua enarrare, neque diffuſi ſermones, nec bibliothecarũ volumina explicare. Si totum mundum libri repleant, tua ſcientia inenarrabilis explicari nõ poteſt, quoniam vere indicibilis es, nullo modo ſcribi potes, neque concludi, qui es fons lucis diuinæ, & Sol claritatis ęternę. Magnus. n. es ſine quantitate, & ideo immenſus, bonus ſine qualitate, & ideo vere & ſumme bonus, & nemo bonus niſi tu ſolus, cuius voluntas eſt opus, cuius velle poſſe eſt. Qui omnia de nihilo creaſti, quę ſola voluntate tua feciſti. Qui omnem creaturã tuam abſque indigentia aliqua poſsides, & ſine labore gubernas, & abſque tędio regis. Et nihil eſt q; perturbet ordinem imperij tui, vel in ſummis, vel in imis. Qui in omnibus locis ſine loco haberis, & omnia contines ſine ambitu, & vbique præſens es ſine ſitu & motu. Qui nec mali author es, quod facere non potes, qui nihil non potes: neque vnquam te aliquid feciſſe pœnituit, nec vllius cõmotionis animi tui tempeſtate turbaris, nec totius terrę pericula damnum tuum A eſt. Nulla flagitia vel ſcelera probas, aut imperas. Nunquam mentiris, quia æterna veritas es, Cuius vnius bonitate facti ſumus, & iuſtitia pœnas luimus, & clementia liberamur. Nam nihil cęleſte, nihil igneum, nihil terrenum, nihilque quod corporis ſenſus attingat pro te colendum eſt, qui vere es qđ es & non mutaris. Cui maxime ſpiritaliter

Pſ. 146. Pſal. 95. Oratio explicãs plurimas Dei proprietates. c. 29.

Sapiẽ. 8.

M *1. Ti. 6*

Quid ſit quodammodo Deũ ornare, & tenere, qualiter ſit de Deo ſentiẽdũ. Cap. 2

ter conuenit illud, quod Gręci dicunt τὸ ὄν,
f. 101. Latine quod est, semper idem ipse es, & anni
tui nō deficient. Hæc & alia multa docuit me
sancta mater ecclesia, cuius factus sum mē-
brum per gratiam tuam. Docuit me sane te
solum & vnum & verum Deum non esse cor
poreum, passibilem, nihilq; de substantia tua
vel natura vllo modo esse violabile, aut com
B mutabile, aut compositum vel factū. Et ideo
certum est corporeis oculis te non posse sen
tiri: sed nec ab vllo mortalium in propria es
sentia aliqū potuisse videri. Hinc etenim pa
tēter datur intelligi, q; vnde angeli te intuen
tur, inde & nos post hanc vitam te videbi-
De vnita te personarū, & pluralitate in Deo Cap. 30. mus. Sed nec ipsi profecto te videre possunt
sicuti es: nulli denique alij tota nisi tibi soli
nota est omnipotens Trinitas. Tu vero vnitas
es diuinitatis, personarum pluralitate multi-
plex, numerabiliter es innumerabilis, ac id-
circo mensurabiliter immensurabilis, & pō
derabiliter imponderabilis. Non.n. summę
bonitatis, quę tuipse es profitemur originē,
ex qua omnia, per quam omnia, in qua om
nia: sed eius participatione dicimus omnia
bona. Nam tua diuina essentia semper caruit
ac caret materia, licet nō careat forma, for-
ma, s. informata, forma formarū, forma for-
mosissima, quā dum imprimis quasi sigillū
rebus singulis, eas sine tui augmenti: aut tui
detrimenti mutabilitate proculdubio a te fa
cis differre. Quicquid autem in natura crea-
turarū est, creatura tua est. O vna Trinitas &
rina vnitas Deus, cuius omnipotentia om-
nia possidet & regit & implet, quę creauit.
Nec ideo te implere omnia dicimus vt te cō
tineant, sed vt ipsa potius a te contineantur:
nec particulatim imples omnia, nec vllate-
nus ita putandum est, vt vnaquaque creatura
pro magnitudine portionis suę capiat te, id-
est maxima maius, & minima minus, cum sis
C potius ipse in omnibus, siue omnia in te. Cu
ius omnipotentia concludit vniuersa, nec e-
uadendi potentiam tuam quis aditum inue-
nire poterit. Qui.n. te non habet placatū, ne
quaquam euadet iratum, sicut scriptum est,
Psal. 24. Neque ab Oriente, neque ab Occidente, ne
Ps. 138. que a desertis montib. quoniam Deus iudex
est: & alibi, Quo a spiritu tuo, & quo a facie
tua fugiam? Immensitas diuinæ magnitudi-
nis tuę ista est, vt intelligamus te intra omnia
sed non inclusum: extra omnia, sed nō exclu
sum. Et ideo interior es vt omnia cōtineas,
& ideo exterior es vt in circumscriptæ mā-
gnitudinis tuæ immensitate omnia cōcludas.
Per id ergo, quod interior es, ostenderis esse
creator: per id vero quod exterior es, guber
nator omnium demonstraris: ac ne omnia,
quę creata sunt: sine te essent interior es: exte
rior vero, vt omnia includantur a te, non lo- D
cali magnitudine, sed potentiali præsentia, q
vbique præsens es, & omnia tibi præsentia,
quamuis quidam hæc intelligant, quidam ve
ro non intelligant. Inseparabilis ergo naturę
tuę vnitas separabiles non potest habere per
sonas, quia sicut es Trinitas in vnitate, & vni
tas in Trinitate: sic separationem non potes
habere personarum. Nominantur quidem il
læ personæ aliquando singulæ, sed ita te vo-
luisti Deus Trinitas inseparabilem ostende-
re in personis, vt nullum tibi nomen sit in
qualibet persona, quod ad aliam secundū re
lationis regulam referatur: sicut pater ad fi-
lium, & filius ad patrem: sic spiritussanctus
ad patrem & filium verissime refertur. Ea ve
ro nomina, quę substātiā, vel personā, vel
potētiā vel essentiā tuā significant, vel quic
quid proprie dicitur Deus, omnibus per-
sonis ęqualiter cōueniunt, vt Deus magnus,
omnipotens, ęternus, & omnia quæ natura-
liter de te Deo dūr. Non est ergo aliqđ natu
rę nomen, q; sic tibi Deo patri conuenire va
leat, vt aut filio tuo aut spūisancto conuenire
nequeat. Dicimus te patrem naturaliter esse
Deum, sed naturaliter est filius Deus, natura-
liter est Deus & spūssanctus, non tn tres dij,
sed vnus naturaliter Deus, pater & filius &
spūssanctus. Idcirco inseparabilis es sancta
Trinitas, Deus in personis sensu intelligenda
quāuis voce separabilia habeas nomina, qa
pluralem numerum in natura nominibus E
nullatenus recipis: in hoc.n. ostenditur per-
sonas non posse diuidi in sancta Trinitate, q̄
vnus Deus verus est, quia cuiuslibet personę
nomen semper ad alteram respicit personā.
Si patrem dico, filium ostendo: si filium no
mino, patrem prędico: si spiritum sanctū ap
pello, alicuius esse spiritum necesse est intel
ligi scilicet patris & filij. Hæc est enim fides
vera veniens de sana doctrina, hęc certe est
fides catholica & orthodoxa, quam me do-
cuit Deus in sinu matris ecclesiæ gratia sua.
Inuocat itaque domine te fides mea, quam

dedisti

dediſti mihi propter bonitatem tuam ad ſalutationem meam. Fidelis autem aĩa ex fide vi
Oratio ad ſanctam, trinitatẽ. Cap. 32. uit, tenet in ſpe quod videbit in re. Inuocat te Deus meus caſta conſcientia mea, & ſuauis amor fidei meæ, quam excuſsis ignorãtię tenebris ad veritatis intelligentiã perduxiſti, & q̃ a ſtulta ſeculi amaritudiue eruiſti, atque adhibita tuæ ducedinis charitate, iocundam mihi & mellifluam reddidiſti. Inuocat te trinitas beata, vox clara & ſyncerus amor fidei meę, quam ab ipſis enutriens cunabulis illu
D minaſti ſp per illuſtrationem gratię tuæ, & q̃ adaugens confirmaſti in me per documẽta matris eccleſiæ. Te inuoco beata & benedicta & glorioſa vna trinitas, pr̃ & filius & ſpũſſanctus, Deus dñs, paracletus, charitas, gratia, cõicatio: genitor, genitus, regenerans: verum lumen ex lumine vero, vera illuminatio: fons, flumẽ, irrigatio, ab vno omnia, per vnum oĩa, in vno oĩa, a quo, p quẽ, in quo, oĩa: viuens vita, vita a viuente, viuentium viuificator, vnus à ſe, vnus ab vno, vnus ab ambobus: ὁν a ſe: ὁν ab altero, ὁν ab vtroque verax pater, veritas filius, veritas ſpirtiuſſanct⁹, vna ergo pater, λόγος, paracletusq; eſſentia vna virt⁹, vna bonitas, vna beatitudo a quo, per quem, & in quo beata ſunt omnia quæcunque beata ſunt. Deus vera & ſumma vita, a quo, per quem, & in quo viuunt oĩa quæcunque vere & beate viuunt. Deus bonum & pulchrum, a quo, per quem, & in quo bona & pulcra ſunt omnia, quæcunq; bona & pul
Q̃ Deus vera & ſumma uita eſt. Cap. 32. Mat. 7. cra ſunt. Deus cuius nos fides excitat, ſpes erigit, charitas iungit. Deus qui peti te iubes, & inueniri te facis, & pulſãti aperis. Deus a quo auerti cadere eſt, ad quem conuerti ſurgere eſt, in quo manere conſiſtere eſt. Deus quem nemo amittit niſi deceptus, nem⁹ quærit niſi admonitus, nemo inuenit niſi purgatus. Deus quẽ noſſe viuere eſt, cui ſeruire regna-
E re eſt, quẽ laudare ſalus, & gaudium aię eſt. Te labiis & corde omniq; qua valeo virtute laudo, benedico atq; adoro, tuæq; clemẽtiæ & bonitati pro vniuerſis beneficiis tuis gratias refero, & hymnũ glorię tuę cano, Sẽtus, sãctus, ſanctus. Te inuoco o beata trinitas, vt venias in me, & templũ me facias dignũ gloriæ tuę. Rogo patrem per filium, rogo filiũ per patrem, rogo ſpiritumſanctum per patrem, & filium, vt omnia vitia elongentur a me, & omnes ſanctæ virtutes plantent in me. Deus immenſe a quo omnia, per quem omnia, in quo omnia facta ſunt, viſibilia, & inuiſibilia. Qui opera tua extra circũdas, & intra reples, ſupra tegis, & infra fers, cuſtodi me opus manum tuarum in te ſperantem, & in tua ſolummodo miſericordia confidentem, cuſtodi me quæſo hic & vbique, nũc & ſemper, intus & foris, ante & retro, ſupra & infra, circumcirca, ita vt in me nullus pateat locus inſidiis inimicorum. Tu es Deus omnipotens, cuſtos & protector omnium in te ſpe
F rãtium, ſine quo nemo eſt tutus nemo de periculis liberatus. Tu es Deus & non eſt alius Deus præter te, neq; in cœlo ſurſum, neque in terra deorſum, qui facis magnalia & mirabilia & inſcrutabilia quorum non eſt numerus. Te decet laus, te decet honor, te decet hymnus, tibi omnes angeli, tibi cœli & vniuerſæ poteſtates hymnos dicunt, & laudes indefinenter concinunt, vt pote creatori creaturæ, domino ſerui, regi milites, te ſanctam & indiuiduã trinitatem omnis creatura magnificat, omnis ſpiritus laudat. Tibi ſancti & humiles corde, tibi ſpiritus & animæ iuſtorum, tibi omnes ſuperni ciues & cuncti beatorum ſpirituum ordines, gloriam & honorem ſuppliciter adorantes concinunt ſine fine. Laudant te domine illi ſuperni ciues magnifice, & honorabiliter: laudat te homo, *Laus angelorũ & hominum Cap. 33.* magna portio creaturæ tuæ. Sed & ego peccator homuncio deſiderio magno cupio te laudare, amare te opto amore præcipuo. Deus meus, vita mea, fortitudo mea, & laudatio mea dignare me laudare te. Da mihi lumẽ in corde, verbum in ore, vt cor meum meditetur gloriam tuam, & lingua mea tota die cantet laudes tuas. Sed quia non eſt pul- *Eccl. 15.* cra laus in ore peccatoris, & quia vir pollu- *Eſai. 6.* tis labiis ego ſum, munda obſecro cor meũ ab omni inquinamento, ſanctifica me ſanctificator omnipotens interius, & exterius, G & fac me dignum laudibus tuis. Suſcipe benigne, & acceptabiliter de manu cordis, & de mentis amore, ſuſcipe ſacrificium labiorum meorum, fiatque acceptabile in conſpectu tuo, & aſcendat ad te in odorem ſuauitatis. Memoria tua ſancta & dulcedo tua beatiſsima poſsideat totam animam meam, atque in inuiſibilium amorem rapiat eã. Tranſeat de viſibilibus ad inuiſibilia, de terrenis ad cœleſtia, de temporalibus ad æterna, trã-

seat & videat visionem mirabilem. O æterna veritas, o vera charitas, o chara æternitas, tu es Deus meus, ad te suspiro nocte ac die, tibi inhio, tibi intendo, ad te peruenire desidero, qui nouit te, nouit veritatem, nouit æternitatem, tu veritas super omnia præsides, quem videbimus sicut es, cum pertransierit hæc vita cęca & mortalis, in qua dicitur nobis, Vbi est Deus tuus? Et egò dico, Deus meus vbi es? Respiro in te paululum, cum effundo super te animam meam in voce exultationis, & cõfessionis soni epulantis, & festiuitatem celebrãtis, & adhuc tristis es, quia relabitur & fit abyssus, quin potius sentit se adhuc esse abyssum. Dicit ei fides mea, quã accendisti in nocte ante pedes meos. Quare tristis es anima mea, & quare cõturbas me? Spera in Deo, lucerna pedibus meis verbum eius. Spera & perseuera donec pertranseat nox mater iniquorum, donec pertrãseat ira domini, cuius fuimus aliquando filii. fuimus enim aliquando tenebræ, donec pertranseat iste impetus aquarum, residua adhuc trahimus in corpore propter peccatum mortuo, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Sperabo in domino, mane astabo & contemplabor, semperque confitebor ei. Mane astabo & videbo salutare vultus mei Deum meum, qui viuificabit mortalia corpora nostra propter inhabitantem spiritum eius in nobis, vt iam simus lux, dum adhuc spe salui facti sumus, & filii lucis, filii diei, nõ noctis neque tenebrarum. Fuimus enim aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in te Deus noster, & tamen adhuc per fidem, necdum per speciem. Spes, quæ videtur non est spes. Laudant te domine illi populi angelorum tuorum immortales, & glorificant nomen tuum cœlestes virtutes, quæ non habent opus legere hanc scripturam nostram, & cognoscere te sanctam & indiuiduam trinitatem. Vident enim faciem tuam semper, & ibi legũt sine syllabis temporum, quid velit æterna voluntas tua, legunt, eligunt, & diligunt, semperque legunt, & nunquam præterit id quod legunt, & eligendo, & diligendo legunt ipsam immutabilitatem consilii tui, & non clauditur codex eorum, nec plicabitur liber eorum, quoniam tu ipse illis hoc es, & eris in æternum. O beatæ nimium illæ cœlorum virtutes, quæ laudare te possunt sancte & purissime cum nimia dulcedine, & ineffabili exultatione, inde laudant vnde gaudent, quia semper vident, vnde gaudere valeant & laudare. Nos vero mole carnis præsi, & procul a vultu tuo in hac peregrinatione positi, atq; per mundanas varietates distenti, digne laudare nequimus, laudamus tamen per fidem, non per speciem, illi vero angelici spiritus per speciem, non per fidem. Hoc enim caro facit vt multo aliter laudemus, quam illi, sed licet diuersis modis, laudes dicamus, tu tamen vnus es Deus creator omnium, cui sacrificium laudis in cœlo & in terra offertur: peruenturi tamen sumus misericordia tua ad eorum consortium, cum quibus te semper videbimus, & sine fine laudabimus. Tribue domine vt donec in hoc fragili corpore positus sum laudet te cor meum, laudet te lingua mea, & omnia ossa mea dicant, Domine, qui similis tui? Tu es Deus omnipotẽs, quem trinum in personis, & vnum in substantia deitatis colim⁹, & adoramus patrem ingenitum, filium de patre vnigenitum, spiritum sanctum de vtroque procedentem, & in vtroque permanentem, sanctam, & indiuiduam trinitatem, vnũ Deum omnipotentem, qui cum non essemus, potenter fecisti nos, & cum perditi fuissemus culpa nostra, pietate & bonitate tua mirabiliter recuperasti nos, nesinas nos esse ingratos, obsecro, tantis beneficiis, & indignos tam multis miserationibus. Te deprecor supplico, & rogo, auge fidem, auge spẽ, auge charitatem. Fac nos per ipsam gratiam tuam semper in fide stabiles, & in opere efficaces, vt per fidem rectam, & condigna fidei opera ad vitam te miserante perueniamus æternam, vt ibi videntes gloriam tuam ficuti est, adoremus maiestatem tuam, & dicamus pariter, quos dignos feceris videre gloriam tuam, Gloria patri, qui creauit nos, gloria filio, qui redemit nos, gloria spiritui sancto, qui sanctificauit nos, gloria summæ, & indiuiduæ trinitati, cuius opera inseparabilia sunt, cuius imperium sine fine manet, Te decet laus, te decet hymnus, tibi debetur omnis honor, tibi benedictio, & claritas, tibi gratiarum actio, tibi honor, virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum, Amen. Ignosce domine ignosce pie, ignosce & miserere, parce ignorantiæ meæ, & multæ imperfectioni meæ. Noli me tanquam

1. Ioan. 3
Psal. 41.
I
Psal. 5.
Rom. 8.
1. Te 5.
Ephe. 5.
Rom. 8.
K
L
Hic conqueritur homo nõ compũgi contẽplatione ex quo angeli quoque tremunt. Deum videntes. Cap. 34
M
Gen. 1.
Iob. 31
Psal. 23.

quam temerarium reprobare, quod audeam seruus vtinam, vel bonus, & non etiam inutilis, & malus, & ideo valde malus, quia te omnipotentem Deum nostrum, terribilem & nimis metuendum sine cordis contritione, & lachrymarum fonte, sine reuerentia debita & tremore laudo, benedico atque adoro. Si enim angeli te adorantes & laudantes tremunt mira exultatione repleti, ego peccator dum tibi assisto, laudes dico, sacrificium offero, cur non corde paueo, vultu palleo, labiis tremo: toto corpore inhorresco, sic quę obortis lachrymis coram te indesinenter lu
A geo? Volo, sed non valeo, quia nequeo quod desidero. Hinc enim mecum vehementer admiror, dum te nimis terribilem oculis fidei cerno. Sed quis hoc sine ope gratiæ tuæ? Vniuersa enim salus nostra, magna misericordia tua. Miserum me, quomodo sic insensata facta est anima mea, vt non terreatur terrore nimio dum stat ante Deum, & suas illi laudes decantat? Miserum me quomodo sic indurat cor meum. vt oculi mei indesinenter non pro-uocent flumina lachrymarum, dum seruus fermocinatur coram domino suo, homo cũ
Gen. 1. Deo, creatura cum creatore, qui factus est ex limo, cum eo qui omnia fecit ex nihilo. Ecce domine pone me ante te, & quod in secretis de me sentio, paternis auribus non taceo: tu diues in misericordia, & larg⁹ in premiis, da mihi de bonis tuis vt ex eis seruiam tibi. Non enim aliunde possumus seruire, neque tibi placere nisi de tuo munere, confige quę so timore tuo carnes meas: lætetur cor meũ
Iob. 31. vt timeat nomen tuum. Vtinam sic timeret peccatrix anima, quomodo ille vir sanctus, qui dixit, Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum. Dator enim omniũ
B bonorũ Deus, da mihi inter laudes tuas fontem lachrymarum, simul cum cordis puritate & mentis iubilatione vt perfecte te diligens & digne te laudans, ipso cordis palato
Psal. 23. sentiam, gustem, & sapiam, quam dulcis & suauis es domine, sicut scriptum est. Gustate & videte quoniam suauis est dominus, beatus vir qui sperat in eo: Beatus populus qui scit iubilationem, Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrimarum, in loco quem posuit. Beati mũdo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Iesu nostra redemptio, amor & desiderium, Deus de Deo adesto mihi famulo tuo. Te inuoco, ad te clamo clamore magno in toto corde meo. Te inuoco in animam meam, intra in eam, & coapta eam tibi, vt possideas eam sine ruga & sine macula. Mundissimo nanque domino mundissima debetur habitatio. Sanctifica ergo me vas tuum quod fecisti, de malitia euacua, & imple de gratia, & plenũ conserua, ita vt dignum habitationis tuæ efficiar templum hic & in perpetuum. Dulcissime, benignissime, amantissime, charissime, potẽtissime, desideratissime, pretiosissime, amabilissime, pulcherrime, tu melle dulcior, lacte & niue candidior, nectare suauior, gẽmis & auro preciosior, cunctisque terrarum diuitiis & honoribus mihi charior. Quid dico Deus meus, vna spes mea, tam grandis misericordia mea? Quid dico dulcedo fœlix & C *Precatio ad Iesum Cap. 35. Oratio cor multũ mouẽs ad deuotionem et diuinum amorem.* securа? quid dico dum talia dico? Dico qđ valeo, sed non dico quod debeo, vtinam possẽ talia dicere, qualia illi hymni dici angelorum chori. O quam libenter me in tuis laudibus totum effunderem. O quam deuotissime illa cœlestis melodiæ cantica ad laudem & gloriam nominis tui in medio Ecclesiæ infatigabilis perorarẽ. Sed quia talia nõ possum, nunquid tacebo? Vę tacentibus de te, quoniã ipsi loquaces muti sunt, cum non tuas laudes dicunt. Quis digne te laudare potest? O ineffabilis virtus & sapientia patris. Et quoniam nulla inuenio verba, quibus te sufficienter valeam explicare cunctipotens, & omniscium verbum, dicam interim quod valeo donec iubeas me venire ad te vbi possim dicere qđ te decet, & me oportet. Et ideo suppliciter rogo vt non respicias tantum ad quod modo dico, sed ad id quod dicere opto. Cupio D enim desiderio magno de te loqui qđ oportet & decet, quia te decet laus, te decet hymnus, tibique debetur omnis honor; Scis ergo occultorum cognitor Deus, quoniam non solũ terra & omnibus quæ in ea sunt tu mihi charior es, sed etiam ipso cœlo & omnibus quæ in eo sunt tu mihi acceptabilior, tu mihi amabilior es: diligo enim te super cęlum & terram, & cætera oĩa quæ in eis sunt, imò nisi amore nominis tui q̃ transitoria sunt proculdubio amãda nõ sunt. Amo te Deus meus amore magno, magisq; te * amore capio. Da *a.l. amare cupio*

mihi vt amen te ſemper q̃tum volo quãtum debeo, vt tu ſolus ſis tota intẽtio mea, & oĩs meditatio mea, te mediter per dies ſine ceſſatione, te ſentiã per ſoporem in nocte, te allo quaĩ ſpũs meus, tecũ fabuleĩ mens mea, lumine ſanctæ viſionis tuæ illuſtreĩ cor meum, vt
1. Co. 13. Mat. 5. Pſal. 83. te rectore, te duce ambulem de virtute in virtutem, tandemq; videam te Deum deorum in Sion, nunc qdem per ſpeculũ in ænigmate, tunc aũt facie ad faciẽ, vbi cognoſcam te & cognitus ſum. Beati mũdo corde, qm̃ ipſi
E Deum videbunt. Beati qui habitant in domo tua dñe, in ſecula ſeculorum laudabũt te. Rogo itaque te dñe per oẽs miſerationes tuas, qb. de morte liberati ſumus, mollifica cor meũ durũ & lapideum, ſaxeum & ferreũ, tua ſacratiſsima & potenti vnctione, & fac me p ignem cõpunctionis corã te omni hora hoſtiam viuam fieri. Fac me in tuo cõſpectu cor contritum & humiliatũ ſemper hr̃e cum Iachrymarum abundantia. Fac me ex tuo deſiderio huic mundo funditus extinguj, & trãſeuntium rerum obliuiſci præ magnitudine timoris & amoris tui, vſq; adeo vt de tpalib. nec lugeam, nec gaudeã, nec metuam aliqd tpale, nec diligã, nec blandis corrumpaĩ, nec aduerſis cõcutiar. Et qa tua valida eſt vt mors dilectio, abſorbeat queſo mentem meam ab omnib. quæ ſub cẽlo ſunt ignita & melliflua vis amoris tui, vt tibi ſoli inhæream, ſolaque tuę ſuauitatis memoria paſcar. Deſcẽdat dñe deſcẽdat precor, deſcendat in cor meũ odor tuus ſuauiſsimus, ingrediaĩ amor tuus melli fluus. Veniat mihi tui ſaporis mirra & inenarrabilis fragrantia, q̃ ſempiternas in me ſuſcitet cõcupiſcentias, & ex corde meo perducat
F venas ſalientis aquæ in vitam æternã. Immen
Ioan. 5. ſus es dñe, & ideo ſine menſura debes amari & laudari ab his, quos tuo precioſo ſanguine redemiſti. Amator hoĩum benigniſsime: clementiſsime dñe & ẽquiſsime iudex, cui omne iudiciũ dedit pr̃, ſapientiſsimo tuæ æquitatis iudicio diſcernis hoc rectũ & iuſtũ eſſe, vt filii huius ſeculi noctis & tenebrarũ pſtãtiori deſiderio virtute atque ſtudio diligant & quærant perituras diuitias & fugitiuos honores, quam nos ſerui tui diligamus te Deũ noſtrum, per quem facti & redempti ſumus. Si enim homo hoĩem tãta diligit dilectione, vt alter alterum vix patiaĩ abeſſe, ſi ſponſa ſponſo tanto conglutinaĩ mentis ardore, vt prę magnitudine amoris nulla perfrui valeat requie, chari ſui abſentiam non ſine magno mœrore ferens: qua ergo dilectione, quo ſtudio, quo feruore aĩa quam deſponſaſti tibi fide & miſerationib. debet diligere te verum Deum & pulcherrimũ ſponſum, qui nos ſic amaſti & ſaluaſti, qui pro nobis tot tanta & talia feciſti? Quãquam aũt hæc infima hẽant ſuas delectationes, ſuoſq; amores, non tñ tali modo delectant ſicut tu Deus noſter. In te enim delectaĩ iuſtus, qa amor tuus ſuauis eſt & quietus, nam pectora quæ poſſides, dulce G
dine & ſuauitate & tranquillitate reples. Ecõ tra, amor ſeculi & carnis anxius eſt & pertubatus, aĩas certe quas ingreditur quietas eſſe non patiĩ: ſemper enim ſuſpicionib. & perturbationib. variiſque timorib. ſolicitat eos. Tu itaq; es delectatio rectorum, & merito, quies enim valida eſt apud te & imperturbabilis vita. Qui intrat in te bene domine, intrat Pſa. 131. in gaudium domini ſui, & non timebit amplius, ſed habebit ſe optime in optimo loco: Pſal. 22. dicens. Hæc requies mea in ſeculum ſeculi hic habitabo quoniã elegi eam: & illud, Dominus regit me & nihil mihi deerit, in loco paſcuę ibi me collocauit. Dulcis Chriſte, bone Ieſu, rẽple ſemper quæſo cor meum inextinguibili dilectione tua, continua recordatione tua, adeo vt ſicut flamma vrens totus ardeam in tui amoris dulcedine, quem & aquę multæ in me nunquam poſſint extinguere. Fac me dulciſsime domine amare te, & deſiderio tuo deponere pondus omnium carnalium deſideriorum, & terrenarum concupiſcentiarum grauiſsimam ſarcinam, quæ impugnant & aggrauant miſeram aĩam meam, vt poſt te expeditus in odorem vnguentorũ tuorum currens vſque ad tuæ pulchritudinis H
viſionem efficaciter ſatiandus, quantocyus te quoq; duce merear peruenire. Duo enim amores, alter bonus, alter malus, alter dulcis, alter amarus, non ſe ſimul capiunt in vno pectore. Et ideo ſiquis præter te aliud diligit, non eſt charitas tua Deus in eo, amor dulcedinis & dulcedo amoris amor non crucians ſed delectans, amor ſyncere & caſte permanens in ſeculum ſeculi, amor qui ſemper ardes & nunquam extingueris. Dulcis Chriſte, bone Ieſu, charitas Deus meus, accende me totum igne tuo, amore tuo ſuauitate & dulcedine tua, iucũditate & exultatione tua, voluptate

luptate & concupiscentia tua, quæ sancta est & bona, casta est & munda, tranquilla & secura, vt totꝰ dulcedine amoris tui plenus, totus flamma charitatis tuę succensus, diligã te Deum meum ex toto corde meo totisq; me dullis præcordiorũ meorum, hẽs te in corde, in ore, & præ oculis meis sp & vbiq;, ita vt nullus pateat in me locus adulterinis amorib. Audi Deus meus, audi lumen oculorum meorũ, audi q̃ peto, & da q̃ petam vt audias me: Pie & misericordissime dñe, ne efficiaris mihi inexorabilis pp peccata mea, sed pp bonitatem tuam suscipe preces serui tui, & da mihi effectum petitionis meę, & desiderii mei, intercedente & orante & impetrãte gloriosa virgine genitrice tua Maria, domina mea, cum oĩb. sanctis tuis, Amen. Christe dñe verbum patris, qui venisti in hunc mũdum peccatores saluos facere, rogo te per indulgẽtissima misericordiæ tuæ viscera, emẽda vitã meã, meliora actus, cõpone mores, tolle de me qd̃ mihi nocet & tibi displicet, & da qd̃ nosti tibi placere & mihi prodesse.

Alia ad eundem. Cap. 36. Oratio deuotissima ad laudes habendas.

Psa. 131. Psal. 22. Iob. 14. Iere. 17.

I Quis põt facere mundum de immundo conceptũ semine nisi tu solus? Tu es Deus oĩpotens infinitæ pietatis, qui iustificas impios, & & viuificas mortuos pp peccatũ, qui mutas peccatores & nõ sunt. Tolle ergo de me qcquid tibi displicet in me, imperfecta. n. mea plurima vident oculi tui, mitte quæso manũ pietatis tuę in me & tolle de me qcquid offendit oculos pietatis tuæ in me. Corã te dñe est sanitas & infirmitas mea, illam precor seruata, istam sana. Sana me dñe & sanabor, saluũ me fac & saluꝰ ero, tu q̃ solo nutu tuo restauras diruta & collapsa. Si. n. dignaris in agro tuo corde meo serere bonũ semen, necesse est vt manu pietatis tuæ spinas prius euellas vitiorũ meorũ. Dulcissime, benignissime, amãtissime, charissime, desideratissime, amabilissime, pulcherrime, ifunde obsecro multitudinẽ dulcedinis tuæ, & charitatis tuæ pectori meo, vt nihil terrenũ, nihil carnale desiderẽ vel cogitẽ, sed te solũ amẽ, te solum habeam in corde & in ore meo. Scribe digito tuo in pectore meo dulcem memoriam tui melliflui nominis nulla vnq̃ obliuione delẽdam. Scribe tabulis cordis mei voluntatẽ tuã & iustificationes tuas, vt te immensæ dulcedinis dñm & præcepta tua semper & vbiq; habeã præ oculis meis. Succende mentẽ meam igne illo tuo, quem misisti in terram, & voluisti vehemẽter accendi, vt sacrificium spũs contribulati & cordis cõtriti obortis lacrymis quotidie offerrã tibi. Dulcis Christe bone Iesu, sicut desidero, sicut tota mente mea peto, da mihi amorẽ tuum sanctũ & castum qui me repleat, teneat, totumq; possideat. Et da mihi euidẽs signũ amoris tui, irriguũ lachrymarũ fontẽ iugiter emanantem, vt ipsæ quoq; lachrymæ tuum in me testentẽ amorẽ, ipsæ prodãt, ipsæ loquantẽ q̃tum te diligit aĩa mea, dũ præ nimia dulcedine amoris tui nequit se à lachrymis cõtinere. Reminiscor pie dñe illius bonæ mulieris Annæ, q̃ ad taberna culum rogatura pro filio venit, de qua scriptura refert, qd̃ vultus eiꝰ post lachrymas & preces nõ sunt ampliꝰ in diuersa mutati. Sed memor tantæ virtutis tantęq; constantiæ, dolore torqueor & verecũdia cõfundor, quia me miserũ nimis deorsum iacere intueor. Si enim ita fleuit & in fletu perseuerauit mulier quę q̃rebat filiũ, qũo plangere & in plãctu pstitere dẽt aĩa mea, quæ quærit & amat Deum, & ad eum peruenire desiderat? Qũo gemere ac flere debet talis aĩa, quæ quærit Deum die ac nocte, quæ præter Christũ nil vult amare? Mirum qppe est, si iam nõ factæ sunt ei lachrymæ suæ panes die ac nocte. Respice ergo & miserere mei, qa dolores cordis mei multiplicati sunt. Da mihi cõsolationem tuã cęlestem & noli spernere peccatricem aĩam pro qua mortuus es. Da mihi quę so lachrymas ex toto affectu internas q̃ peccatorum meorũ possint soluere vincula, & cęlesti iucunditate semper repleant animam meam, si non cum veris & perfectis monachis, quorum vestigia nequeo imitari, saltẽ cum deuotis mulierib. quantulamcunq; portionem in regno tuo merear adipisci. Venit quoque mihi in mẽtem alterius mulieris deuotio mira, quæ te in sepulchro iacentem pio amore quęrebat, quę recedentibus discipulis de sepulchro non recedebat, quę sedebat ibi tristis & mœrens, & diu multumquẽ flebat, & surgens multis lachrymis iterũ iterumque antea deserti sepulchri vigilantibus oculis explorabat, si forte alicubi te videre posset quem feruẽti desiderio quęrebat, iam certe semel & iterum ingressa sepulchrum viderat, sed nimium amanti non satis erat, virtus enim boni operis perseuerantia est. Et

Psal. 30.

1. Re. 1.

L

K

M

quia prę cęteris dilexit & diligẽdo fleuit, & flendo quæsiuit, & quærẽdo perseueraverit, ideo prima te oĩum inuenire, te alloqui meruit. Et non solum hæc, sed ẽt ipsis discipulis
Mat. 28. glorioſæ resurrectionis tuæ prænũcia extitit, te præcipiente & clementer monente, Vade dic fratrib. meis vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Si ergo ita fleuit, & in fletu perseueravit mulier, quæ viuẽtem cum mortuis quærebat, quæ te manu fidei tangebat: quo plangendo & in planctu persistere debet aĩa, quæ te redemptorem suum iam cœlo præsidentẽ & vbiq; regnantem corde credit, ore confitetur? Quo ergo gemere & flere debet talis aĩa, quæ toto corde diligit, teque toto desiderio videre cõcupiscit, solum cõfugium & vnica spes miserorum, cui nunquam sine spe misericordiæ supplicat? Præsta mihi hanc gratiã ꝓꝑ te & ꝓꝑ nomẽ sanctum tuum, vt quoties de te cogito, de te loquor, de te scribo, de te lego, de te confero, quoties tui reminiscor, tibi assisto, laudes, preces, & sacrificium offero, toties obortis lachrymis in cõspectu tuo copioſe & dulciter fleã, ita vt efficiant mihi
Psal. 41. lachrymæ meæ panes die ac nocte. Tu qdem
Mat. 5. rex gloriæ & omnium virtutũ magister docuisti nos verbo & exẽplo gemere & flere, dicens, Beati qui lugent, qm̃ ipsi consolabũtur. Tu fleuisti defunctũ amicum, & lachry-
Ioan. 11. *Psal. 40.* matus es valde super perituram ciuitatẽ: rogo te bone Iesu ꝓ illas pretiosissimas lachrymas tuas, & ꝓ omnes miserationes tuas, qb. mirabiliter nobis perditis subuenire dignat⁹ es, da mihi gratiam lachrymarum, q̃ multũ desiderat & appetit aĩa mea, quia sine dono tuo non possum hre eam, sed per spiritũ sanctum tuum, qui dura corda peccatorũ mollit, & ad fletum compungit, da mihi gratiam
B lachrymarum, sicut dedisti patribus nostris quorum vestigia debeo imitari, vt plangam me in omni vita mea, sicut ipsi se planxerunt nocte ac die, ꝓꝑ merita & orõnes eorum q tibi placuerũt & deuotissime seruierunt, mi serere mei miserrimi & indigni serui tui, & da mihi gratiam lachrymarum. Da mihi irriguum superius, & irriguũ inferius, vt sint mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, efficiarq; in conspectu tuo Deus meus per ignẽ compunctionis holocaustum pingue & medullatum, macter totus in ara cordis mei, & tanquam pinguissimũ holocaustum assumar tibi in odorẽ suauitatis. Da mihi dulcissime fontẽ irriguum, fontemque perspicuum, in quo lauet assidue inquinatum holocaustũ. Licet enim me totum tibi obtulerim opitulã te gratia tua, ĩ multis tñ quotidie offendo ꝓꝑ nimiam fragilitatem meam. Da ergo mihi gratiam lachrymarũ benedicte & amabilis Deus, ꝑcipue ex multa dulcedine amoris tui & commemoratione misericordiarũ tuarũ, præpara hanc mensam famulo tuo in cõspectu tuo, & da mihi eã in potestatem, vt quoties volo satier ex ea. Tribue pietate & bonitate tua vt iste calix tuus inebrians & præclarus satiet sitim meam, vt inhiet tibi spiritus meus & ardeat mens mea in amore tuo oblitus vanitatis & miseriæ. Audi Deus meus, audi lumen oculorum meorum, audi quæ peto, & da vt petam quod audias, pie & exorabilis dñe, ne efficiaris mihi inexorabilis ꝓꝑ peccata mea, sed propter bonitatem tuã suscipe preces serui tui, & da mihi effectũ petitionis meæ & desiderii mei precib. & meritis glorioſæ virginis Mariæ dominæ meæ & omnium sanctorum, Amen. Iesu Domine, Iesu pie, Iesu bone, qui mori dignatus es ꝓꝑ peccata nostra, & resurrexisti propter iustificationem nostram, rogo te per glorioſam resurrectionem tuam, resuscita me de sepulchro vitiorũ & peccatorum meorũ oium, & da mihi quotidie partem in resurrectione prima, vt in resurrectione tua merear veraciter percipere portionem. Dulcissime, benignissime, amãtissime, charissime, pretiosissime, desideratissime, pulcherrime, ascendisti in cœlum cum triumpho gloriæ tuæ, & sedes ad dexteram patris rex potentissime, trahe me sursum ad te vt curram post te in odorem vnguentorum tuorũ, curram & non deficiam, te trahente, te ducente, me currente, D trahe os sitientis aĩæ in superna fluenta æternæ satietatis, immò trahe me ad te fontem viuum, vt inde pro captu meo bibã vnde semper viuam, Deus meus vita mea. Tu enim dixisti ore tuo sãcto & benedicto, Siquis sitit, veniat ad me & bibat. Fos vitæ da sitienti animæ semper bibere ex te, vt secundum sanctã & veridicam promissionem tuam, de ventre meo fluant aquæ viuæ. Fons vitæ replementem meam torrente voluptatis tuæ, & inebria cor meum sobria ebrietate amoris tui, vt obliuiscar quæ vana sunt & terrena,

C

Alia ad Iesum Cap. 37. Inissiuũ ne mẽs humana copiosius cõpungi, si in quiete dicatur. Rom. 4. Ioan. 7.

Psal.

& te

&te solum iugiter habeã in memoria mea, sicut scriptum est, Memor fui Dei, delectat⁹ sum. Da mi spm̃ sanctum tuum, quẽ significabant illę aquæ quas sitiẽtib. daturũ tẽ promiseras. Da quæso toto desiderio & omni studio tendere, quo te ascendisse post resurrectionẽ die quadragesimo credimus, vt in prę senti quidẽ miseria solo tenear corpore, tecũ aũt sim cogitatione semp & auiditate, vt ibi sit cor meum, vbi tu es thesaurus meus desiderabilis & incõparabilis multũq; amabilis. In hoc.n. magno huius vitæ diluuio vbi circunstantib. agitamur procellis, & nõ inuenit
E fida statio & locus eminentior, vbi pes colũbæ valeat aliquatenus requiescere, nusquã tuta pax, nusquã secura quies, vbiq; bella & lites, vbiq; hostes, foris pugnæ, intus timores. Et qã altera pars sumus cęli, altera terræ, corpus qđ corrumpitur aggrauat aĩam. Idcirco aĩus meus socius & amicus meus, fatigat⁹ de via veniens, lãguet & iacet discissus atq; lacerat⁹ ab his quas ptransierat vanitatib. esurit & sitit valde, & nõ habeo qđ ponã ante illũ, quia pauper sum & mendicus. Tu dñe Deus meus diues oĩum bonorũ, & dapium supernæ satietatis opulentissime largitor, da lasso cibũ, collige dispersũ, reintegra scissum. En stat ad ostiũ & pulsat, obsecro p viscera misericordiæ tuæ quib. visitasti nos oriens ex alto aperi pulsanti, misero manũ pietatis tuæ porrige, & iube ppitiabili dignatione vt ingrediat ad te, requiescat in te, reficiat de te vino cęlestiq; pane, quo satiat⁹ resumptisq; viribus ad superiora cõscẽdat, & ab hac valle lachrymarũ penna sancti desiderii raptus, ad cęlestia regna volitet. Assumat dñe, assumat rogo spiritus meus pennas vt aquila & voli-
F tet & non deficiat, & volet & perueniat vsq; ad decorẽ domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ, vt ibi super mensam refectionis ciuium supernorum pascatur de occultis tuis in loco pascuæ tuæ, iuxtaflu enta plenissima requiescat in te Deus meus cor meum. Cor mare magnũ tumens fluctibus, tu qui imperasti ventis & mari, & facta est tranquillitas magna, veni & gradere super fluctus cordis mei, vt tranquilla & serena fiant omnia mea, quatenus vnũ bonum dñm meum amplectar te, & dulce lumen oculorum meorum contempler te sine tumultuantium cogitationũ cęca caligine. Confugiat domine mens mea sub vmbra alarum tuarum ab æstibus cogitationum huius seculi, vt in tui refrigerii temperamento absconsa, lætabunda cantet & dicat, In pace in idipsum, dormiam & requiescam. Dormiat obsecro dñe Deus meus, dormiat memoria mea ab omnib. malis, iniquitatẽ odiat, iustitiã diligat. Quid.n. pulchrius, quid ue dulcius, q̃ inter tenebras huius vitæ multasque amaritudines diuinę dulcedini inhiare, & æternæ beatitudini suspirare, illicq; teneri mentem vbi vera habere gaudia certissimum est? Ducissime, amantissime, benignissime, charissime, preciosissime, desiderantissime, amabilissime, pulcherrime, quando G te videbo? Quando apparebo ante faciẽ tuã? Quando satiabor de pulchritudine tua? Quãdo educes me de hoc carcere tenebroso, vt confitear nomini tuo, ita vt deinceps non cõpungar? Quando transibo in illam admirabilem & pulcherrimam domum tuam, vbi per *Psal. 83.* sonat vox lætitię & exultationis in tabernaculis iustorum? Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Beati & vere beati, quos elegisti & assum psisti in illam cœlestem hęreditatem. Ecce sancti tui domine florent ante te ficut liliũ, replentur enim ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potas eos, quoniam tu es fons vitæ, & in lumine tuo vident lumen, vsqueadeo vt ipsi videlicet lumen illuminatum per te Deum illuminantem ficut sol effulgeant in cospectu tuo. O quàm mira, quàm pulchra, quàm acceptabilia sunt domus tuæ habitacula domine virtutum, cõ cupiscit intrare in ea hæc peccatrix anima *Psal. 25.* mea. Domine dilexi decorem domus tuę, & *Psal. 26.* locum habitationis gloriæ tuæ. Vnam petii H à domino, & hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitę meę. Quemadmodum ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Quando veniam & apparebo ante fa- *Psal. 41.* ciem tuam? quando videbo Deum meum quem sitit anima mea? quando videbo eum in terra viuentium? In ista enim terra morientium videri non potest mortalibus oculis. Quid faciam miser ego grauedine compedis mortalitatis meæ constrictus? quid faciam? Dum sumus in corpore, peregrinamur à domino. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus: *2. co. 5. Heb. 13*

Psal. 4.

noſter autem municipatus in cœlis eſt. Heu mihi qa incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantib. Cedar, multum incola fuit aĩa mea. Quis dabit mihi pennas ſicut colũbę, & volabo & requieſcam? Nihil mihi tã dulce, q̃ cum domino meo eſſe, mihi aũt adhærere Deo bonum eſt. Da mihi domine donec his fragilib. aſsiſto membris, tibi adhęrere, ſicut ſcriptũ eſt, Qui adhæret domino, vnus ſpũs eſt cum eo. Prębe mihi rogo contemplationis pennas, quibus indutus, ad te volitẽ ſurſum. Et quia omne ſiniſtrum deorſum iacet, tene mentem meam, ne ad ima tenebroſæ vallis corruat, ne interueniente vmbra terræ, à te vero iuſtituæ ſole ſeparetur, & obducta tenebris nebula prohibeatur alta reſpicere. Idcirco ſurſum tendo ad pacis gaudia, lucisque delectabilem & ſereniſsimum ſtatum. Tene cor meum manu tua, quia ſine te ad altiora non rapitur. Illuc feſtino, vbi sũma pax regnat, & iugis tranquillitas rutilat. Tene & rege ſpiritum meum, & aſſume illũ ſecundum voluntatem tuam, vt te duce aſcẽdat in illam regionem vbertatis, vbi paſcis Iſrael in æternum pabulo veritatis, vt ibi vel rapida cogitatione attingat te ſummã ſapientiam ſuper omnia manentem cuncta trãſeuntem, & omnia gubernantem. Sed volitãti ad te animæ multa ſunt quæ obſtrepũt, iuſſu tuo domine conticeſcant mihi omnia, ipſa ſibi anima mea ſileat, omnia pertranſeat, omnia quæ creata ſunt tranſcendat a ſe, & perueniat ad te, atq; in te ſolo creatore omniũ oculos ponat, te ſub corde reuoluat verum & ſummum bonum, & gaudium ſine fine manſurũ. Multæ deniq; ſunt contemplationes, quibus anima deuota tibi mirabiliter paſcit, ſed in nulla earum ita delectatur & requieſcit anima mea ſicut in te & quando te ſolum cogitat & cõtemplatur. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam mirabiliter inſpiras cordib. amatorum tuorum, quam mira ſuauitas amoris tui, quo perfruuntur illi qui nihil præter te diligunt, nihil quærunt, nihil etiam cogitare concupiſcunt. Fœlices illi quibus tu ſolus ſpes es, & omne opus eorum oratio. Beatus qui ſedet ſolitarius & tacet, & ſtat ſuper cuſtodiam ſuam iugiter die ac nocte, vt adhuc in hoc fragili corpuſculo poſitus, prælibare valeat aliquatenus dulcedinem tuam. Rogo te per illa ſalutifera vulnera tua, quæ paſſus es in cruce pro ſalute noſtra, è quib emanauit ille precioſus ſanguis, quo ſumus redempti, vulnera hanc animam meam peccatricem, pro qua etiam mori dignatus es, vulnera eam igneo & potẽtiſsimo telo tuæ nimiæ charitatis. Viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti. Tu ſagitta electa, & gladius acutiſsimus, qui durum ſcutum humani cordis penetrare tua potentia vales, cõfige cor meũ iaculo tui amoris, vt dicat tibi anima mea, Charitate tua vulnera me, ita vt ex iſto vulnere amoris tui vberrimę fluãt lachrymę die ac nocte. Percute domine, percute obſecro hanc duriſsimam mentem meam pia & valida cuſpide dilectionis tuæ, & alti⁹ ad intima penetra potenti virtute. Et ſic de capite meo educ aquam immẽſam, & de oculis meis verum fontem lachrymarum iugiter manantẽ, ex nimio affectu & deſiderio viſiõis pulchritudinis tuæ, vt lugeam die ac nocte, nullam in præſenti recipiens conſolationem, donec te in cœleſti thalamo merear videre dilectũ & pulcherrimum ſponſum meum, Deum & dominum meum, vt ibi vidẽs glorioſam, ad mirabilẽ & pulcherrimam faciem tuã, omni dulcedine plenam, cum his quos elegiſti, maieſtatem tuam ſupplex adorem, & illic tãdem cœleſti & ineffabili repletus iubilo ęternæ exultationis exclamem cum diligentibus te, dicens, Ecce quod concupiui iam video, quod ſperaui iam teneo, quod deſideraui iã habeo. Illi nanq; in cęlis iunctus ſum, quem in terris poſitus tota virtute dilexi, tota charitate amplexus ſum, cui toto amore inhæſi, ipſum laudo, benedico atque adoro. Qui viuit & regnat Deus in ſecula ſeculorum, Amen. Miſerere domine, miſerere pie miſerere mihi miſerrimo peccatori indigna agenti & digna patienti, aſsidue peccanti, & tua flagella quoti die ſuſtinẽti. Si penſo malum quotidie quod feci, non eſt tantum quod patior, grauius eſt quod cõmiſi, leuius eſt quod tolero: Iuſtus es domine, & rectum iudiciũ tuũ omnia iudicia tua iuſta ſunt & vera: luſtus & rectus tu es dominus Deus noſter, & non eſt vlla iniquitas in te. Non enim iniuſte neque crudeliter affligis nos peccatores omnipotens & miſericors domine, qui cum non eſſemus potẽter feciſti nos, & cum perditi fuiſſemus culpa noſtra, pietate & bonitate tua mirabiliter

Pſa. 119. Pſal. 54.

1. Co. 6.

I

K

L

M

Precatio in afflictione. Cap. 38.

rabiliter reparasti nos. Scio & certus sum qđ vita nostra non temerariis motib. agitur, sed a te domino Deo nostro disponitur & gubernatur. Vnde tibi cura est de omnib. præcipue de seruis tuis, qui totã spem suam posuerunt in sola misericordia tua: Idcirco obsecro & suppliciter rogo, vt nõ facias mihi secundũ peccata mea, quib. iram tuam merui, sed ſm magnam misericordiam tuam, quæ superat etiam peccata totius mundi. Tu dñe qui exterius flagella irrogas, da semper interius inde
M ficientem patientiam, ita vt laus tua nõ recedat de ore meo. Miserere mei dñe, miserere mei & adiuua me, sicut tu nosti quod mihi necesse est in corpore & in anima, scis oĩa,
Alia ad Iesum. potes omnia, qui viuis in secula. Domine Iesu Christi fili Dei viui, qui expansis in cruce
Cap. 39. manib. propter mortalium omnium redemptionem hausisti calicem passionis, mihi hodie ꝓbere digneris auxilium. Ecce pauper venio ad te diuitem, miser ad misericordẽ, ne recedã vacuus vel contemptus: esuriens incipio te q̃rere, ne discedã à te ieiunus: Fameli cus accedo, ne recedam impastus. Et si anteq̃ comedã suspiro, da vel post suspiria vt comedam. In primis dulcissime Iesu corã magnificentia tuæ suauitatis confiteor aduersum me in iustitiã meã. Ecce dñe quia in peccatis fui conceptus & natus, & tu me abluisti & sanctificasti, & ego postea me maiorib. sordidaui peccatis. Fui. n. in necessariis natus, postea in spontaneis volutatus, sed tuæ dñe miserationis non immemor, tulisti me de domo patris mei carnalis, & de tabernaculis peccatorum, & inspirasti mihi vt sequerer te cum generatione quærentiũ faciem tuam, ambulantiũ semitam rectam, commorantium inter lilia castitatis, & tecum discumbẽtium in cœ-
A naculo altissimę paupertatis, & ego tot bene ficiorũ ingratus post acceptũ baptismũ multa cõmisi illicite, multa perpetraui nefanda, & vbi peccata emendare debui, peccata peccatis addidi. Hęc sunt mala mea dñe quibus exhonoraui te & maculaui me, quẽ ad imaginẽ & similitudinẽ tuam creasti, superbia, vana gloria, & cętera multa alia mala, quib.
Psal. 37. vexat, & affligit, lacerat & destruit infœlix aĩa mea. Ecce dñe iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ, & sicut onus graue grauatæ sunt sup me: & nisi tu cui propriũ est misereri semper & parcere, dexteram tuę maiestatis supponas, mergi cogor miserabiliter in profundum. Attende dñe Deus & vide quoniam sanctus, & ecce insultat aduersum me inimicus meus, dicens, Deus dereliqt eum, *Psal. 7.* psequar & comprehendam eum, qa non est *Psal. 6.* qui eripiat, & tu dñe vsquequo, cõuertere & eripe aĩam meam, saluum me fac ꝓp misericordiam tuã: Miserere filio tuo quẽ in dolore non modico peperisti, & noli attendere malũ meum, vt obliuiscaris bonum tuum. Quis est pater qui filiũ non liberet? Aut quis filius quẽ pater pietatis baculo nõ corripiat? Ergo pater & dñe licet peccator sim, nõ pos B sum nõ esse filius tuus, qa tu me fecisti. Sicut peccaui emenda me, & prius flagello emendatum trade me filio tuo. Nunquid obliuisci põt mater infantẽ vteri sui? Et certe si illa oblita fuerit, tu pater ꝓmisisti te nõ obliuisci. Ecce clamo & non exaudis me, dolore cru- *Esa 48.* cior & non consolaris me, qd dicam vel qd faciam miserrimus? Ego tanto destitutus solatio, proiectus sum à facie oculorum tuorũ. *Psal. 30.* Heu me de quanto bono in quantum malũ cecidi, quo tendebã, & quo deueni, vbi sum & vbi non sum, ad quem aspiraui & nunc in quib. suspiro? Quę siui bona, & ecce turbatio. Ecce iam morior, & Iesus non est mecum. Et certe melius est mihi non esse, quam sine Iesu esse, melius est non viuere, q̃ viuere sine vita. Et tu domine Iesu vbi sunt miserationes *Psal. 88.* tuæ antique? Nunquid irasceris mihi in finẽ? Placare obsecro & miserere mei, & nõ auertas faciem tuam à me, qui pro me redimendo nõ auertisti faciem tuã ab increpãtib. & conspuentib. in te. Fateor quia peccaui, & cõscientia mea meret damnationẽ, & pœnitentia nõ sufficit ad satisfactionẽ, sed certũ est ꝙ misericordia tua superat oẽm offensionem. Noli quæso piissime domine scribere aduer C sum me amaritudines meas, vt intres in iudicium cum seruo tuo, sed secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Væ mihi misero cũ venerit dies iudicii, & aperti fuerint libri conscientiarũ, cũ dicetur de me, Ecce homo & opera eius: Quid faciam tunc domine Deus meus, cum cœli reuelabunt iniquitatem meam, & aduersum me terra consurget? Ecce nihil respõdere potero, sed demisso capite prę confusione coram te stabo trepidus & confusus. Heu me miserum quid dicã? Clamabo ad te

do-

domine Deus meus, Quare tacens cõsumor? Veruntñ si locutus fuero, nõ quiescet dolor meus: & si tacuero, amarissima amaritudine crucior interius. Plange aĩa mea sicut vidua super virũ puberfatis tuę, vlula misera & plora, qm̃ dimisit te sponsus tuus, i. Christus. Ira oĩpotentis ne irruas super me, qa nunq̃ capi posses in me. Certe non est in toto me quod posset tolerare te. Miserere, ne desperem, sed desperãdo respirem. Et si ego commisi vnde
Ezc. 18. me dãnare potes, tu nõ amisisti vnde saluare soles. Tu dñe non vis mortẽ peccatorũ, nec
D lætaris in pditione morientiũ, immo vt mortui viuerent tu mortuus es, & mors tua peccatorum mortem occidit. Et si ipsi te morié te vixerunt, obsecro dñe, vt ego te viuẽte nõ moriar. Mitte manũ tuã de alto, & libera me de manu inimicorũ meorũ, ne supergaudeãt mihi & dicant, deuorabimus eum. Quis vnq̃ bone Iesu de tua misericordia diffidat? Qui cũ inimici tui essemus, redemisti nos in sanguine tuo & reconciliasti nos Deo. Ecce sub tuæ misericordiæ vmbra protectus ad thronũ gloriæ veniã postulans curro, clamans & pulsans donec miserearis mihi. Si.n. ad veniã nos vocasti, veniã non quærentes, q̃to magis veniã impetrabimus postulantes? Ne memineris, dulcissime Iesu, tuæ iustitię aduersus peccatorẽ tuum, sed esto memor benignitatis tuę aduersus creaturam tuã. Ne memineris iræ aduersus reũ, sed memor esto miserationis tuæ aduersus miserũ. Obliuiscere supbum prouocantẽ, & respice miserũ inuocãtem. Quid.n. est Iesus, nisi saluator? Ergo Iesu
Psal. 34. per temetipsum exurge in adiutoriũ mihi, & dic aię meę, salus tua ego sum. Multũ dñe de tua bonitate p̃sumo, qm̃ tuipse doces petere, q̃rere & pulsare, & ió tua orõne admonitus
Mat. 7. peto, q̃ro, & pulso. Et tu dñe qui iubes pete-
E re, fac accipere: cõsulis quęrere, da & inueni re: doces pulsare, aperi pulsanti, & confirma me infirmũ, restaura me perditũ, suscita me mortuũ, & oẽs sensus meos, cogitatus & act⁹ dirigere, & gubernare digneris in beneplacito tuo, vt de cętero tibi seruiã, tibi viuã, tibique me tradã. Scio dñe mi qa ex hoc qđ me fecisti, debeo tibi meipsum, & qa me redemisti, & pro me homo factus es, deberem tibi
Alia precatio ad Deum. Cap. 40. plus q̃ me si haberẽ, quanto tu maior es pro quo dedisti te ipsum. Ecce nec plus hẽo, nec quod habeo, dare tibi possum sine te: accipe me & tu, & trahe me ad te, vt tuus sim imitatione & dilectione, sicut tuus sum cõditione & creatione. Qui viuis & regnas in secula. Dñe Deus oĩpotens, qui es trinus & vnus, q̃ es semper in omnib. & eras ante oĩa, & eris semper in oĩbus Deus benedictus in secula, tibi commendo hodie & omni tpe animam meã, corpus meũ, visum, auditũ, gustũ, odoratũ, & tactum, oẽs cogitationes meas, affectiones, locutiones, actiones, oĩa exteriora, & interiora, sensum & intellectũ, memoriã meam, fidẽ & credulitatẽ meam, & perseuerantiã meam in manus potẽtię tuę, vt custo- F
dias ea dieb. & noctib. horis atq; momentis. Exaudi me trinitas sancta, & cõserua me ab omni malo, ab omni scandalo, & ab oĩ mortali peccato, ab oĩb. insidiis & infestationib. dęmonũ & inimicorũ visibiliũ & inuisibiliũ, per orõnes Patriarcharũ, per merita Prophetarũ, per suffragia Apostolorũ, p constantiam martyrũ, per fidem cõfessorũ, per castitatẽ virginum, & per intercessionem oĩum sanctorũ qui tibi placuerunt ab initio mũdi. Expelle à me iactantiã mentis, & auge cõpũctionẽ cordis, minue superbiã meam, & perfice in me humilitatẽ verã, suscita in me fletũ, mollifica cor meũ durũ & lapideũ, libera me dñe & aĩam meã ab oĩb. insidiis inimici, & conserua me in tua voluntate. Doce me Psal. 42.
dñe voluntatem tuã facere, qa Deus meus es tu. Da mihi dñe sensum perfectum & intellectũ, vt suscipere valeam profundã benignitatẽ tuã. Illud da mihi, petere qđ te audire delectet, & mihi expediat. Da mihi lachrymas ex toto affectu, quæ peccatorũ meorũ possint dissoluere vincula. Audi dñs meus & Deus meus, audi q̃ peto, & da vt qđ peto exaudias. Si despicis, pereo: si respicis, viuo: si iustitiã meam requiris, mortuus fœteo: si cum misericordia respexeris, fœtentem resuscitas de sepulcro. Quod odis in me, longe fac à
G me, & castitatis ac continentię spiritum insere in me, vt quodcunque petiero, in ipsa petitione te non offendam. Tolle à me quod nocet, & prębe quod iuuet. Pręsta mihi domine medicinam vnde mea possint curari vulnera. Da mihi domine timorem tuũ, cordis compunctionem, mentis humilitatem, & cõscientiam puram. Pręsta mihi domine, vt fraternam semper tenere valeam charitatem, & mala mea non obliuiscar, aliena non requiram.

ram. Parce aĩæ meæ, parce malis meis, parce peccatis meis, parce criminib. meis. Visita me infirmum, cura me ægrum, sana me languentem, & suscita me mortuum. Da mihi dñe cor qđ te timeat, mentẽ quæ te diligat, sensũ qui te intelligat, aures quæ te audiãt, oculos qui te videant. Miserere mei Deus miserere mei, & respice me de sede sancta maiestatis tuæ, & tenebras cordis mei radio splendoris tui illumina. Da mihi dñe discretionẽ discernendi inter bonum & malum, & concede vt
H sensum habeã vigilẽ. Peto à te dñe remissionem oĩum peccatorum meorum, à quo & p quẽ mihi fiat propiciatio in tpe necessitatis & angustiæ meæ: Sãcta & immaculata virgo Dei genitrix Maria, & mater dñi nostri Iesu Christi interuenire pro me dig * s apud illum, cuius meruisti effici templũ. Sancte Michael, sancte Gabriel, sancte Raphael, sancti chori Angelorum atque Archangelorũ Patriarcharum atq; Prophetarũ, Apostolorũ, Euangelistarum, martyrum, confessorum, sacerdotum, leuitarũ, monachorum, virginũ, omniumq; iustorũ, & per illum qui vos elegit, & de cuius contẽplatione gaudetis, vos rogare præsumo, vt p me culpabili ipsi Deo supplicare dignemini, quatenus de faucibus diaboli, & de morte perpetua merear liberari. Largiri mihi digneris dñe perpetuã vitã, secundum clementiam ac benignissimã misericordiam tuam. Da dñe Iesu Christe sacerdotibus concordiã: regib. episcopis & principib. iuste iudicantibus tranquillitatẽ & pacem. Oro domine pro vniuersa sancta Ecclesia catholica, pro viris & fœminis, pro religiosis & secularibus, pro omnibus rectori
I bus Christianorum, cunctisq; in te credentibus, qui pro tuo amore sancto laborant, vt perseuerantiam boni operis obtineant. Præsta dñe rex æterne virginibus castitatẽ, Deo dicatis cõtinentiã, coniugatis sanctimoniã, pœnitentib. indulgentiã, viduis & orphanis sustentationẽ, pauperib. protectionẽ: peregrinãtib. reditũ, lugẽtib. cõsolationẽ nauigãtib. in portũ venire salutis, optimis vt in bonitate sp confirmant, bonis & mediocrib. vt meliores fiant, praue agentibus & delinquentib. vt cito se corrigant. O dulcissime & misericordissime domine Iesu Christe fili Dei viui, redemptor mundi, inter oẽs & per oĩa me miserum peccatorem confiteor: sed tu clementissime pater & summe qui oĩum misereris, non me patiaris a tua misericordia fieri alienũ. Et tu dñe rex regum, qui inducias viuendi præstas, corrigendi mihi deuotionẽ tribue, excità in me mentẽ quæ te requirat, te desideret, & te q̃ es vbiq; totus trinus & vnus semper prę omnibus amet, te timeat, tuãque volũtatem faciat. Præcipue ergo te domine sancte pater deprecor, qui es benedictus & glorioſus p omnia secula, vt omnes qui mei memoriam faciũt in suis orationibus, & qui indignis orationibus meis se commendauerunt, & qui mihi aliquod charitatis officiũ K
& pietatis studium impendũt, seu & illos qui consanguinitate ac cognationis affectu sunt mihi propinqui, tam & illos qui nunc consistunt in corpore, q̃ & illos qui teguntur funere, misericorditer gubernare digneris ne pereant. Omnibus etiã Christianis viuis adiutorium prę̃stare digneris, & defunctis fidelibus absolutionem, & requiẽ sempiternam per æterna secula. Necnõ & illud magnopere supplicio domine qui es α & ω, vt cum extrema dies mea finisque vitæ meæ aduenerit, tuipse mihi sis misericors iudex contra malignum accusatorẽ diabolum, & sis mihi perpetuus defensor aduersus insidias hostis antiqui, & in societatem angelorũ omniumque sanctorũ in sancto paradiso tuo perseuerare facias, qui es benedictus in secula seculorũ, Amen. Domine Iesu Christe, redẽptio mea, misericordia mea, salus mea te laudo, tibi gratias ago, quãuis valde impares tuis beneficiis, quamuis multũ expertes deuotionis, quãuis macras à desiderata pinguedine dulcissimi tui affectus, tamen qualescunque gratias, non quales scio me debere, sed sicut potest conari tibi psoluit anima mea. Spes cordis mei, virtus animæ meæ, compleat tua potentissima dignitas, quod conatur mea tepidissima imbecillitas, vita mea, tu finis intentionis meæ. Et si nondũ merui tantũ, quantũ debitor sum amare vtique saltem desidero te amare quantũ debeo. Illuminatio mea tu vides conscientiam meam, quia domine ante te est omne desiderium meum, & tu donas si quid bene vult conscientia mea. Si bonum est domine quod inspiras, immo quia bonũ est vt te velim amare, da quod me facis velle. Da vt quantum iubes, tantum te merear amare, laudes & grãs refero ne sit mihi donum

Precatio de p. ssiõe Christi. Cap. 41. Hæc & duæ sequentes. L

psal. 42.

non sunt similes cæteris.

num tuum infructuosum, quod tua sponta-
nea dedisti voluntate, perfice qđ incepisti, &
dona quod me benigne præueniendo imme
ritũ desiderare fecisti. Cõuertere benignissi-
me meum torporem & feruentissimum tui
amorem. Ad hoc clementissime tendit hæc
orõ mea, hæc memoria & meditatio benefi-
ciorum tuorum, vt accendas in me tuũ amo
rem. Tua me dñe bonitas creauit, tua miseri-
cordia creatũ ab originali peccato mũdauit:
tua patientia post illam emundationẽ baptis
I mi in aliis peccatorum sordib. inuolutum ha
ctenus tolerauit, nutriuit & expectauit. Expe
ctas tu bone dñe correctionem, expectat aĩa
mea ad pœnitẽdum, ad bene viuendum tuæ
gratiæ inspirationẽ. Deus meus, creator me⁹
tolerator & nutritor meus, te sitio, te esurio,
te desidero, ad te suspiro & cõcupisco, & si-
cut pupillus benignissim⁹ patris orbatus p̃-
sentia, flens & eiulãs incessanter eius dilectã
faciem toto corde amplectit: sic ego nõ quã
tum dẽo, sed q̃tum queo memor passionis
tuæ, memor alaparum tuarũ, memor flagel-
lorum, memor vulnerum tuorum, memor
qualiter pro me occisus es, qualiter cõditus,
qualiter sepultus, simul memor tuæ glorio-
sæ resurrectionis, & admirabilis ascẽsionis,
hæc indubitata fide teneo, exilii mei ærũnas
defleo, spero tui aduentus solam consolatio
nẽ, ardẽter desidero tui vultus glorioſam cõ
templationẽ. Heu mihi qa videre non potui
dñm angelorum, humiliatũ ad cõuersationẽ
hoĩum vt hoĩes exaltaret ad cõuersationem
angelorum, cum Deus offensus moriebat vt
peccator viueret. Heu qđ tam admirabili, tã
inæstimabili pietati prẽsens obstupescere nõ
merui. Cur ò aĩa mea te præsertim non träsfi
git gladius doloris acutissimi, cũ ferre non
posses vulnerari lançea latus tui saluatoris,
cũ videre neqres violari clauis pedes & ma-
K nus tui plasmatoris, cum horrere effundi san
guinem tui redẽptoris, cur non es inebriata
lachymarũ amaritudine, cũ ille potaret ama
ritudine fellis? Cur non es cõpassa castissimę
virgini, dignissimæ matri eius, dignissimæ
dñæ tuæ? Dña mea misericordissima, quos
fontes dicã erupisse de tuis pudicissimis ocu
lis, cũ attenderes vnicum filium tuũ innocen
tẽ corã te ligari, flagellari & mactari? Quos
fletus credam perfudisse piissimum tuũ vul-
tum, cum suspiceres eundẽ filium tuũ Deũ,
& dominum tuum in cruce sine culpa extẽ-
di, & carnem de carne tua ab impiis crudeli
ter dissecari? Quib. singultib. æstimabo puris-
simum pectus tuum vexatum esse, cũ tu audi
res, Mulier ecce filius tuus, & discipulus, Ec-
ce mater tua: cum acciperes discipulum pro
magistro, seruum pro dño? Vtinam cum fœ
lice Ioseph dñm meũ de cruce deposuissem,
aromatib. condidissem, in sepulchro collo-
cassem, vt saltem prosecutus vel consecutus
essem, vt tanto funeri non defuisset aliquid
mei obsequii. Vtinam cum beatis mulierib. L
coruisca visione angelorum essem territus,
& audissem nuncium dominicæ resurrectio
nis, nuncium meæ cõsolationis, nuncium tã
expectatum tam desideratũ. Vtinam, inquã,
audissem [illegible]re angeli, Nolite timere vos
Iesum quæritis crucifixum, surrexit non est
hic. Benignissime, suauissime, serenissime, q̃-
do restaurabis mihi, quia non vidi illam bea
tæ tuæ carnis incorruptionem, quia non fui
deosculatus loca vulnerum, fixuram clauo-
rum, quia non respersi lachrymis gaudii ci-
catrices corporis veri, admirabilis, inęstima
bilis, incomparabilis, quando consolaberis
& compesces me à dolore meo? Non enim
cadit in me dolor meus quandiu peregrinus
sum à domino meo. Heu mihi domine,
heu animæ meæ, recessisti consolator animæ
meę, nec vale dixisti. Ingrediens vias tuas be
nedixisti tuis, nec affui. Eleuatis manibus à
nube susceptus es in cœlum, nec vidi. Ange-
li promiserũt te rediturum, nec audiui. Quid
dicam? quid faciam? quò vadam? Vbi eum
quæram? vel quando inueniam? Quem roga
bo? Quis nunciabit dilecto, quia amore lan-
gueo? Defecit gaudium cordis mei. Versus
est in luctum risus meus, defecit caro mea &
cor meũ, Deus cordis mei & pars mea Deus
in æternũ. Renuit consolari aĩa mea, nisi de
te dulcedo mea. Quid enim mihi est in cęlo, M
& a te quid volui super terram? Te volo, te
spero, te quæro, tibi dixit cor meum, quæsi-
ui vultum tuum, vultum tuum domine re-
quiram, ne auertas faciem tuam à me. Ama-
tor hominum benignissime, tibi derelictus
est pauper, orphano tu eris adiutor. Mi aduo
cate tutissime, miserere mei orphani derelic-
ti, pupillus factus sum absque patre, anima
mea quasi vidua. Respice orbitatis meæ la-
chrymas, quas tibi offero donec redeas. Eia

iam

iam domine eia, appare mihi & consolatus ero. Exhibe præsentiam tuam, & consecutus ero desiderium meum. Reuela gloriam tuã, & erit perfectum gaudium meum. Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem domini? q̃do veniet consolator meus? quem expectabo? O si quando videbo gaudium meum quod desidero, o si satiabor cũ apparuerit gloria mea quam esurio. O si inebriabor ab vbertate domus tuę ad quam suspiro, si potabis me torrente voluptatis quẽ sitio. Sint mihi domine interim lachrymæ meæ panes die ac nocte, donec dicatur mihi, Ecce Deus tuus: donec audiat anima mea, Ecce sponsus tuus. Pasce interim me singultibus meis, refocilla me doloribus meis, veniet fortasse redemptor meus quia bonus est, nec tardabit qui pius est. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

Psal. 62.
Psal. 51.
Psal. 35.
Psal. 41.

D

DE DILIGENDO DEO LIBER.

Quæ sit via quæ ducit ad vitam. Cap. 1.

VIgili cura mente solicita, sũmo conatu, & solicitudine continua docet nos inquirere & addiscere quomodo & qua via posimus infernale supplicium vitare, & cęleste gaudium acquirere: cum nec illud supplicium vitari, nec illud gaudium acquiri possit, nisi via cognita qua est illud vitandum, & illud acquirẽdum. Audiamus ergo libentius, inspiciamus diligentius verba Apostoli, quibus ipse duo ostendit scilicet quòd
E cœlestis gloria ineffabilis est, & quæ sit via quæ ducit ad vitam: ait enim Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hois ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Ecce per hoc quod dicit Deum præparasse bona diligentibus se, ostendit, quia dilectio via est, qua ad illa bona peruenitur, sed dilectio Dei sine dilectione proximi haberi non potest, testante beato Ioanne, qui ait, Qui non diligit fratrem suum quem videt, Deum quẽ non videt, quomodo diligere potest? Et hoc mãdatum habemus à Deo, vt qui diligit Deũ diligat & proximum suum. Ecce in hac gemina dilectione consistit vera charitas, de qua Apostolus loquens, ait, Excellentiorem adhuc viam vobis demonstro: Ecce charitas excellentissima via est, quæ ducit ad cœlestẽ patriam, & sine qua nemo illuc venire potest. Sed quis in hac via est, quis nouit eam? Qui diligit Deum & proximum. Quomodo diligẽdus est Deus, & quomodo proximus? Deum debemus diligere plus quàm nos, & proximum sicut nos. Deum diligimus plus quàm nos, si præcepta eius voluntati nostræ in omnibus præponimus. Proximum autem non iubemur diligere quantum nos, sed sicut nos, ideſt, velle & optare ei omne bonũ, quod debemus velle & optare nobis, & maxime æternam beatitudinem, & ad illam obtinendam ei succurrere, & in corporalibus bonis, & in spiritalibus, prout ratio exigit, & facultas permittit: vnde dominus in Euangelio ait, Quęcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis: & Ioannes Apostolus ait, Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Sed qui sunt proximi quos debemus sic diligere? Certe omnes homines Christiani, Iudæi, pagani, amici & inimici. Cum ergo tota salus nostra in dilectione consistit, quare & qualiter dominus diligendus sit, diligenter cõsiderandum est. Ad Dei igitur dilectionem in nobis excipiendam, nutriẽdam, & augendam nihil ita valet, sicut beneficiorum eius frequens & diligens recordatio vel consideratio. Tanta. n. nobis tribuit, & tanta retribuit, quod deficit anima nostra, deficit prorsus in considerane tantorum beneficiorum eius. Et licet non posimus ei tantum & tantas vt deceret, amorem & obsequium & gratiarum actiones, tamen quantum & quantas possumus, rependere debemus. Ecce quare, ideſt, pro beneficiis suis quæ sua magna pietate, sua gratuita bonitate, nullis nostris meritis exigentibus nobis contulit dominus, à nobis quoque multum diligendus est. Qualiter autem à nobis diligendus est Deus, illud eius mandatum manifestat, quod nimis mandauit & nimis custodiri voluit. Audi o homo illud omnium mandatorum & maximum & primũ mandatum. Audi, inquam, illud diligenter, retine memoriter, meditare iugiter, & pro viribus tuis imple instanter, assidue & perseueranter: hoc autem est illud mandatum,

F

G

Mat. 7.
1. Ioan. 3
Quare et qualiter, sit diligẽdus Deus cap. 11.

1. Co. 2.
Esa. 64.
1. Ioan. 4
1. Co. 12.

Diliges

Diliges dñm Deum tuũ ex toto corde tuo.i.
Deut. 6. ex toto intellectu,& ex tota aĩa tua.i. ex tota
Mat. 22. voluntate tua,& ex tota mente.i. ex tota memoria,vt oẽs cogitationes tuas, omnemque vitam tuam, & oẽm intellectum tuum in illum cõserues. Sed quia parum te forte à Deo diligi æstimas, illum quoq; parum diligere non vereris.Scrutare ergo & reuolue in aĩo tuo quæ tibi contulit dona & beneficia, quæ ve promisit,& te vehemẽter illum debere diligere conuinceris.Vt aũt amor Dei in te am
H plius excitẽ & crescat,considera diligẽter,à quo,quare,vel ad qd creatus sit homo, quæ ve Deus ꝓp hoiem creauit. Sciendum est ergo rerum creatarum, cœlestium vel terrestrium, visibilium vel inuisibilium cãm non esse nisi bonitatẽ creatoris, qui est Deus vn⁹ & verus, cuius est tanta bonitas, vt alios suæ beatitudinis qua æternaliter beatus est, velit esse participes, q̃ vidit communicari posse, minui omnino non posse. Illud igit̃ bonum qd̃ ipse erat,& quo ipse erat beatus,sola bonitate,nõ necessitate aliis communicare voluit,qa summi boni erat ꝓdesse velle & omnipotentissimi nocere non posse. Et qa non valet eius beatitudinis particeps existere, aliquis,nisi per intelligentiam,q̃ quanto magis intelligit,tanto plenius habet,fecit Deus rõalem creaturam,quæ summum bonum intelligeret,intelligendo amaret, amãdo possideret,& possidendo frueret,eamq; hoc modo distinxit,vt pars sui puritate permaneret, nec corpori vniretur.s.angelus:pars corpori iungeretur.s.anima.Distincta est igit̃ rõalis creautra in incorpoream & corpoream. Incorporea,angelus: corporea vero homo vo
I cat̃ ex anima rõali & carne subsistens. Conditio igit̃ rationalis creaturæ primam cãm habuit Dei bonitatem.Creatus est igit̃ homo vel angelus ꝓp bonitatem Dei.nam quia bonus est Deus,sumus,& inquãtum sumus, boni sumus.Ad quid autem creata sit rationalis creatura? Ad laudãdum Deum, ad seruiendũ ei,ad fruendum eo,in qb. ipsa proficit, non Deus: Deus.n. perfectus & summa bonitate plenus, nec augeri potest nec minui. Quòd aũt creatura rõalis facta est à Deo, referendum est ad creatoris bonitatem,& ad creaturæ vtilitatem.Cum igit̃ quæritꝫ, quare velad quid facta sit rationalls creatura.Respondendum est propter Dei bonitatem, & creaturæ vtilitatem, vtilẽ nempe est ei seruire Deo & frui eo.Factus ergo angelus, siue homo propter Deum dñ esse, non qa Deus creator & summe beatus alterutrius indigeret officio, qa bonorum nostrorum non eget, sed vt seruiret ei & frueret eo, cui seruire regnare est. In hoc proficit seruiens, non ille cui seruit. Et sicut factus est homo propter Deũ, sic factus est mundus ꝓp hominem vt ei seruiret. Positus est ergo homo vt ei seruiret, & ipse seruiret,vt acciperet vtrunq; & refflueret totum ad bonum hois, & quod accepit obsequium,& quod impendit.Ita.ñ. voluit Deus K
sibi ab hoie seruiri, vt ea seruitute non Deus sed homo iuuaret,& voluit vt mundus seruiret homini, vt exinde similiter iuuaretur homo.Totum igit̃ bonum hominis erat, & qd̃ factum est propter quod factus est ipse. Omnia enim ait Apostolus, nostra sunt,superiora.s.æqualia & inferiora. Mat. 23.
Superiora quidem nostra sunt ad perfruẽdum, vt Deus trinitas, Aequalia nostra sunt ad conuiuendum.s.angeli, qui & si modo sunt superiores nobis, in futuro erunt æquales, Et inferiora nostra sunt,quæ ad vsum nobis sunt, sicut res domi norum dicuntur esse famulorum, non priuatione à domino,sed quia sunt ad vsum eorum. Ipsique angeli quibusdam scripturæ locis nobis seruire dicuntur, dum propter nos in ministerium mittuntur: vnde Apostolus Hebre.1.
ait, Quoniam omnes administratorii spiritus sunt, missi in ministerium propter eos q̃ hæreditatem capiunt salutis.Neque id incredibile cuiquam videatur, quandoquidem & Mat.20.
ipse creator & rex angelorum venit non ministrari,sed ministrare,& dare animam suam pro multis. Dicuntur enim angeli orationes L
& vota nostra offerre Deo, non quia Deum doceant, quia omnia antequam fiant sicut & postea facta sunt nouit, sed quia eius voluntatem super his consulunt, & quod Deo iubente cõpletum esse cognouerint, hoc nobis euidenter vel latenter reportent,vnde angelus hominibus ait, Cum orastis orationẽ vestram obtuli Deo. Similiter & nos cum oramus, non Deum docemus quasi nesciat quid velimus,& quo indigeam⁹, sed necesse habet rationalis creatura temporales causas ad ęternam veritatem referre, siue petẽdo qd̃ erga se fiat, siue consulendo quid fiat. De excelso igit̃ cœlorum habitaculo ad consulẽdos,

Quãobrã Deus ꝓp hominem cõdiderit Cap. 3.

dos, visitandos, & ad adiuuandum nos attrahit supereminens charitas angelorũ propter Deũ. pp nos, p̃p seipsos. Propter Deũ vtiq;, cuius tanta erga nos pietatis viscera ipsi quo que vt dignũ est imitant. Propter nos in q̃b. nimirum propriam similitudinem admiran tur. Propter seipsos, quorum ordines instaurandos ex nobis toto desiderio præstolãtur. Primum ergo necesse est vt quisque seipsum cõsideret, & cũ cognouerit dignitatem suã, ne iniuriam faciat creatori suo, abiectiora se non ametinam ea quæ per se cõsiderata pulchra sunt, pulchriorib. comparata vilescũt, & sicut ineptum est deformia pulchris coniungere, sic nõ indecens est ea quæ non hẽnt infimam q̃dam & imaginariã pulchritudinem pulcherrimis coæquare. Tuam ergo aĩa attende pulchritudinem, & intellige qualem pulchritudinem debeas diligere. Quòd si for te visio tua ita per negligentiam tuam obscurata est, & temetipsam vt decet & expedit, cõ templari non sufficis, cur saltem q̃d de te exi stimare debeas, ex iudicio alieno non perpẽ dis? Sponsum habes, sed nescis pulcherrimũ omnium, q̃a faciem eius nõ vidisti. Ille te videt, q̃ nisi te vidisset, non te diligeret. Noluit adhuc seipsum præsentare tibi, sed munera misit, arram dedit pignus amoris, signũ dilectionis vt cognoscere illum posses. Si speciẽ eius videres, nõ ambigeres, scires. n. quod tã pulcher, tam formosus, tam elegans, tam vni cus in tuo aspectu captus nõ esset si non eum singularis decor & vltra cæteros admirãdus traheret. Ergo q̃d agis? nunc videre illum nõ potes, q̃a absens, & ideo non times nec erubescis illi iniuriam facere, & singularẽ eius amorem cõtemnis, teq; alienæ libidini turpi ter & impudice prostituis. Noli sic facere, si adhuc scire nõ potes qualis ille sit qui te diligit, cõsidera saltem arrã q̃ dedit fortasse in ipso munere eius quod penes te est, poteris agnoscere quo affectu illum diligere, quo stu dio & diligẽtia te illi dẽas cõseruare, insignis est arra eius, nobile donũ q̃a magnum nõ de cuit vt parua daret, nec pro paruo magna sa piens dedisset. Magnũ ergo est q̃d tibi dedit, sed maius est q̃d in te diligit. Magnum est er go quod tibi dedit. Quid tibi dedit, ò anima mea sponsus tuus? Respice vniuersum mũdũ istum, & considera si in eo aliquid sit quod tibi non seruiat. Ois creatura adhunc finem

De Dei dilectione Cap. 4.

M

A

curſum ſuum dirigit, vt obſequiis tuis famu leẽ & vtilitati deſeruiat, tuisq; oblectamẽtis pariter & neceſsitatib. ſecundum affluẽtiam & deficientiam occurrat, hoc cęlum hæc ter ra, hic aer, hæc maria cũ eis quæ in ipſis ſunt vniuerſis, explere non ceſſat, hic circuitus tẽ porum annuis innouationib. rediuiuis parti bus antiqua innouans, dilapſa informans, cõ ſumpta inſtaurans paſtu perpetuo ſubmini ſtrat. Quis ergo putas hæc inſtituit, quis illud naturæ præcepit vt vno cenſu tibi ſeruiat? Be neficiũ accipis? & authorem eius nõ cogno ſcis? donum in manifeſto eſt, largitor occul tus, & ipſa iõ tua te dubitare nõ ſinit hoc tuũ non debitum eſſe, ſed beneficium alienum. Quicũque ergo ille eſt, multũ nobis contu lit, & qui tantum dare voluit, multũ dilexit. Tm̃ ergo diligens & tã diligendus dono ſuo demonſtrat. Et quam ſtultum eſt amoreni tã potentis non vltra concupiſcere, q̃ impium, q̃ peruerſum eſt tam diligentem nõ amare. Si aũt iſta diligis, vt ſubiecta dilige, vt famu lãtia dilige, vt arrã ſpõſi, vt munera amici, vt beneficia dñi, ſic tm̃ vt memineris ſemper q̃ illi deas, nec iſta p̃p ſe, ſed iſta p̃p illum, nec iſta cum illo, ſed iſta p̃p illũ, & p̃ iſta il lũ diligas. Caue o aĩa, ne quod abſit, meretrix dicaris, ſi munera dantis pl°, q̃ amãtis affectũ diligis. Maiorẽ charitati eius iniuriam facis ſi dona illius accipis, & tm̃ vicißitudinem di lectionis non impendis. At dona illius ſi po tes reſpice, vel ſi dona illius reſpicere nõ po tes, vicißitudinẽ dilectionis repende. Dilige illum p̃p ſe, dilige te p̃p ſe, dilige illũ vt frua ris illo, dilige te vt diligaris ab illo. Dilige in donis illius quæ data ſũt ab illo, illum tibi & te illi dilige. Hæc pura & caſta dilectio eſt, nil habens ſordidum vel amarum, nil tranſi torium. Conſidera ergo o anima q̃ communia cum hominib. quę ſpeciala cum aliquib. quæ ſingularia ſola acceperis. In omnib. his te dilige, quę vel cõiter cum omnib. vel ſpe cialiter quibuſdam, vel ſingulariter tibi ſoli tribuit. Cum omnib. ergo te dilexit, quibus te ſingulari dono prætulit, in omni creatura di lecta es, cum omnibus bonis dilecta es, prę oĩb. malis dilecta es, & cum parum hoc tibi videat q̃ præ omnibus malis dilecta es quã ti boni ſunt qui minus te acceperunt? Primũ cogita o anima quòd aliquando non fueris, & vt eſſe inciperes, hoc dono Dei acceperis.

B

De fruitione Dei cap. 5.

De creationis pariter & recreationis gratuitis muneribus. Cap. 6.

C

Donum

Donum ergo eius erat vt fieres, sed nunquid ei aliquid dederas priusquam fieres, qđ tibi hoc redderet vt fieres? Nihil ꝓrsus nil tu dederas, nil tu dedisse poteras priusquã fieres,
Cap. 6. qui vtiq; si nil amplius dedisset ꝓ eo ipso tñ semper à nobis laudandus & diligendus esset: nunc aût amplius dedit, qđ dedit non solum esse, sed & pulchrũ esse & formosũ esse. Sed nec hic terminari potuit munificẽtia lãguoris optimi, adhuc aliqd plꝰ dedit, sed magis nos ad similitudinẽ suam traxit. Voluit ad se trahere ꝑ similitudinẽ, quos ad se trahebat ꝑ dilectionẽ. Dedit ergo nobis esse, & pulchros esse dedit & viuere, vt ꝓcellamus his q̃ nõ sunt per essenriã, & his q̃ inordinata sunt & incompleta, aut incomposita ꝑ formã, aut inaĩatata per vitã. Magno debito obligata es aĩa mea, multum accepisti & nihil à te habuisti, & pro oib. his nõ habes qd retribuas, nisi tñ vt diligas. Nam qđ per dilectionem datũ est, nec melius nec deterius q̃ per dilectionẽ
E rependi põt: accepisti aût hoc per dilectionem, iã nunc tibi narrare incipiam q̃tum iste spõsus tuus, qui tam excellens apparuit cũ te cõderet, humiliari dignatus est cũ te repararet: Illic tam sublimis, hic tam humilis, nõ tã hic, q̃ illic minus admirabilis. Illic potenter magna tibi cõtulit, hic misericorditer pro te dira sustinuit. Vt.n. releuaret te illuc vnde ceciderat, ipse descendere dignatus est huc vbi iacebas: & vt ibi iuste redderet qđ ꝑdideras, ipse dignatus est pie pati qđ tolerabas. Descẽdit ergo, suscepit, sustinuit, vicit, restaurauit: descẽdit ad mortalẽ, suscepit mortalitatẽ, sustinuit passionẽ, vicit mortẽ, restaurauit hominem. Ecce aĩa mea obstupesce tanta mirabilia, tanta beneficia ꝑ te exhibita. Cogita q̃tum te diligat, qui tanta dignatus est facere ꝑ te, pulchra fueras munere, fœda facta es tua iniquitate, sed rursum mundata es & formosa facta es eius pietate, operante tñ vtrobique eius charitate. Olim cum non esses, dilexit vt conderet, cum fœda esses, dilexit vt pulchram faceret, & vt ostenderet tibi q̃tum
F te diligeret, non nisi moriendo à morte liberare te voluit, vt non impenderet tñ pietatis beneficium, verumetiam charitatis mõstraret affectum. Grandi itaq; dignatione primo homini spiraculum vitæ desuꝑ pius formator infudit, sed multo maiori charitate pro eodẽ hoie non iam sua dedit, sed seipsum impendit atq; tradidit. Magnum quidem est de Deo, qđ esse me sentio opus eius, sed multo plus est, qđ trãsisse ipsum video in precium meum, qñ qdem tam copioso munere ipsa redemptio agitur, vt homo Deum valere videaẽ. O fœlix culpa mea ad q̃ diluendam dũ ille charitate trahit, ipsa quoq; eius charitas mihi eam desiderãti & eam totis præcordiis concupiscenti aperit. Nunq̃ tã bene dilectionem eius agnoscerem, nisi in tantis periculis expertus eam fuissem. O q̃ fœliciter cecidi, qui post lapsum fœlicius resurrexi. Nulla dilectio maior, nullus amor syncerior, nulla charitas sanctior, nullus affectus ardentior, mortuus est pro me innocens, nihil qđ amaret in me inueniens. Quid ergo dilexisti dñe in me, & tñ dilexisti vt morereris ꝓ me, qđ tale in me inueniſti, pro quo tanta & tam dura sustinere voluisti? Et tu quoque si cogitare cœperis ò aĩa mea, quot & quales in compa ratione tui abiecti sint, qui hanc quæ tibi data est gratiam consequi non potuerunt. Certe audisti ab initio vſq; ad hanc diem, quòd multæ generationes pertransierunt, quæ omnes sine cognitione Dei & precio suæ redemptionis in interitum sempiternũ dilapsæ sunt omnibus illis redemptor tuus te prætulit, quando tibi hanc gratiam largitus est, quam nullus eorum percipere meruit, tu sola præ omnibus illis assumpta es, & quare hoc in te factum sit, nullam præter solã saluatoris tui charitatẽ inuenire poteris causam. Elegit ergo & prꝫelegit te sponsus tuus, amator tuus, Deus tuus, redemptor tuus. Elegit te in omnibus & assumpsit te ex omnib. & amauit te in omnibus, nomine suo vocauit te, vt memoriale eius semper esset apud te, voluit te participem esse in nominis veritate, quoniam vnxit te illo quo & ipse vnctꝰ erat oleo lętitię, vt ab vnctosis vnctus, quia à Christo dr Christianus. Sed nunquid tu fortior, nunquid sapientior, nunquid nobilior, nunquid omnibus illis ditior fuisti, qui hanc prę omnib. illis specialẽ gratiam sortiri meruisti? Quot fortes, quot sapientes, quot nobiles, quot diuites ibi fuerunt, & tamen vniuersi relicti & abiecti perierunt. Multum fateor collatum est tibi, nam cum fœda prius fuisses & polluta & deformis & squallida, discissa & dissipata, & omni horrore & enormitate plena: sic Deus dominus tuus dilexit te, vt te

De beneficio vocationis ad fidem. Cap. 7.

G

H

tantis

tantis gratiæ ſuæ muneribus ditaret. Niſi ergo prius, multa cura, ſtudio vehemẽti excul ta & ornata decenter fueris, in cęleſtis ſpõſi thalamũ introduci digna non eris. Nũc ergo dum tempus eſt, o anima mea formam tuam excole, faciem orna, habitum compone, ma culas terge, mundiciã repara, mores corrige dignã ſponſam omni niſu te redde. Præpara ergo te ſicut decet ſponſam immortalis, ſpõ
De virtutũ munere. ſam regni cęleſtis. Hoc etiam ad dilectionẽ pertinere ſcias, quod habes vnde te ornare poſsis, quod vtiq; ex te nõ haberes niſi ab illo reciperes: ab illo autem accepiſti vt veſti-
H menta bonorũ operũ indui & fructu eleemoſynarũ cum ieiunijs, ſacris vigilijs, alijs quoq; operibus pietatis, quaſi quodam vario ornatu poſsis ornari vel decorari: & qc quid ad reſurrectionem, quicquid ad ſpeciẽ reparandã, quicquid ad decorem augendũ valere dinoſcitur, copioſe tribuit. Vnde quę copioſa diſpenſatio tibi vbiq; occurrit? Nõ habuiſti, & datum eſt tibi: perdidiſti, & inſtauratũ eſt tibi: nunq̃ derelin queris, vt ſcias quantũ ille diligat a quo amaris. Non vult te perdere, & ideo tanta patientia te expectat & concedit pie toties negligenter amiſſa iterũ atq; iterũ ſi volueris reparare. O quot reperiuntur iam qui iſta tecũ receperunt, ſed amiſſa iterũ accipere non meruerunt. Plus omnibus illis dilecta es, quia tibi tam benigne amiſſum redditur, quod illis perditũ tã diſtricte negatur. Nunquã tibi gratia bene operandi ipſo largiente negata eſt. Si magna opera facis miſericorditer ſublimaris. Me-
I lius enim nouit ille quid tibi expediat quam tu, & ob hoc ſi vis de eo bene ſentire, totum quod ab illo tibi fit, bene fieri intellige: talis eſt enim amor Dei in nobis, nec quicquam oĩno humana infirmitas tolerat, quod ipſe quantũ in ſua bonitate eſt, & ad bonũ noſtrũ non diſponat. Forte gratiam virtutũ nõ habes, ſed dũ vitiorũ impulſu cõcuteris, me lius in humilitate ſolidaris. Suauius. n. redolet Deo humilitas infirma, quã virtus elata. Nihil omnino diſpoſitioni diuinæ ꝓiudicare audeas, ſed ſemper cũ timore & reuerentia ora Deũ, vt quemadmodũ ipſe nouit, tibi ſubueniat: ſi qua adhuc tñ in te mala remanſerint, pie diluat: ſi qua inchoata ſunt bona, benigne perficiat, & ea te qua voluerit ad ſe via perducat. O anima quid faciemus domi no Deo, a quo tot bona accepimus? Neq; n. contentus fuit eadẽ quę cęteris nobis bona *De illa-ſtrationis beneficio.* tribuere, ſed in malis quoq; noſtris eius ſingularem dilectionẽ cognoſcimus, vt eũ tam de bonis quã de malis noſtris omnib. ſingulariter diligamus. Tu dediſti mihi domine vt te agnoſcam & prę cęteris multis de tuis ſecreta reuelata intelligam. Alios coętaneos meos in tenebris ignorãtiæ dereliquiſti, & mihi prę illis gratiæ tuæ lumen infudiſti: K tu dediſti mihi ſenſum capacẽ, intellectũ facilem memoriã tenacẽ, efficaciam in opere, gratiã in conuerſatione, profectũ in ſtudijs, profectũ in conceptis, ſolamen in aduerſis, tutelã in proſperis: & quocunq; vertebam me vbiq; gratia tua & miſericordia tua præceſsit & ſæpe mihi cum conſumptus videbar, ſubito liberaſti me: qñ errabã, reduxiſti me, qñ ignorabã, docuiſti me, qñ peccaui, corripuiſti me, qñ triſtabar, conſolatus es me: quando cecidi, erexiſti me, quãdo ſteti tenuiſti me: tu dediſti mihi verius agnoſcere te, purius diligere te, ſyncerius credere in te ardentius ſeq̃ te. O dñe Deus meus, dulcedo vitæ meę, lumen oculorum meorũ, quid retribuã tibi pro omnibus quæ retribuiſti mihi? Vis diligã te. Et qũo diligã te, quantũ diligã te, qs ſum q̃ diligã te, fortitudo mea dominus firmamentũ meũ refugiũ & liberator meus? Deus meus adiutor meus protector meus cornu ſalutis meæ & ſuſceptor meus: quantũ adhuc dicã, tu es domine Deus meus? Multa & innumerabilia bona feciſti mihi domine Deus meus, de quibus mihi e-*De Dei circa nos ſolicitudine.* rit ſemper dulcior cogitare, ſemper loqui, fac me gratias agere vt te laudẽ & amẽ pro omnibus beneficijs tuis. Ecce habes anima mea arrã tuã, & arra tua cognoſcet ſponſum tuũ. Serua ergo te illi intactam, ſerua impollutã, ſerua incontaminatã, ſerua integrã. Si olim meretrix fuiſti, iam virgo facta es, quẽ admodũ amor illius conſueuit corruptis integritatẽ reddere, & integris caſtitatẽ ſeruare. Semper cogita quantã tecũ miſericordiã fecit: & in hoc perpende quantũ ab ipſo diligeris, quod eius beneficiũ nunquã tibi defuiſſe cognoſcis. Sic certe mihi videtur cum eius miſerationes circa me attendo, quod ſi fas eſt dicere, nil aliud agit Deus niſi vt meę ſaluti prouideat: & ita totũ ad cuſtodiãmeã occupatũ video, quaſi omniũ oblitus ſit &

mihi soli vacare velit. Semper prę̃sentē mihi se exhibet Deus, semp paratū offert, quocunq; me verto, me nō deserit vbicunq; fuero, nō recedit: quicquid egero, pariter assistit: & tandē cunctis actionibus meis perpetuus inspector, quantū ad bonitatē suā pertinet, quasi indiuiduus cooperator assistit, ipse operis sui effectum patienter ostendit. Ex quo constat, quod licet facies eius a nobis adhuc videri non possit, nunquā tñ possit eius præsentia euitari, Sed quid est illud dulce quod in eius recordatione me tangere so
M let, & tā vehemēter & tā suauiter afficere, vt iam totus quodāmodo à meipso abalienari, & nescio quo abstrahi incipiā? Subito totus innouor & totus immutor, & bene mihi esse incipit vltra quā dicere sufficiā, & exhilaratur conscientia, in obliuionē venit omnis prę̃teritorū dolorū miseria: exultat animus, clarescit intellectus: cor illuminatur, desiderio iocūdatur. Iamq; alibi nescio vbi me esse video, & quasi quibusdā amplexib. amorū intus teneo, & nescio quid illud retinere semper & nunquā perdere toto nisu laboro, luctatur quodammodo delectabili animo ne recedat ab eo quod semper amplecti desiderat: & quasi in illo omnium desideriorū finē inuenerit, summè & ineffabiliter exultat, nihil amplius quę̃rens, nihil vltra appetens, semper sic esse volens. Nunqd ille est dilectus? vere ille est dñs meus qui visitat me, sed venit inuisibiliter, venit occultus, venit incōprehensibilis: venit vt tangat me, nō vt videatur a me: venit vt admoneat me, vt non cōprehendatur à me? venit vt nō totū infundat se, sed vt gustandū præbeat se: nō vt impleat desideriū, nō vt plenitudinem exhibeat tuæ satietatis. Et hoc est quod maxime pertinet ad arrā desponsationis eius, qđ ille qui in futuro se tibi videndū & perpe-
A tuo possidendū dabit, nunc aliquo modo vt
ne. c. 10. Defensus humanorū motus & custodia vitæ. c. 11. quā dulcis sit agnoscas, se tibi ad gustandū prębet. Multū igitur Deus tuus diligendus est tibi, cū tanta beneficia contulit. Vt autem amoris flamma amplius accendaris, considera diligenter si præter illa quæ supra dicta sunt, aliqua tibi contulerit beneficia. Cū ergo, quę hic memorata sunt bona tibi vides collata, multū ei a quo tibi hęc collata sunt, debes gratiosus & deuotus existere, & gratias agere. Valde mihi diligendus est Deus, q bene vtens malo parentū meorū creauit me de carne illorū, & inspirauit in me spiraculū vitæ, discernens me ab illis q vel abortiui, p iecti sunt ab vtero, vel intra materna viscera suffocati, pę̃næ videntur concepti non vitę. Accepi ergo vt sim, accepi vt homo sim, ac- B
cepi intellectū, qui interfit inter me & pec⁹. Accepi corporis formā, accepi in corpore distinctionē sensuum, oculos ad videndū, aures ad audiendū, nares ad adorandū, manus ad contrectandū, palatum ad gustandū, pedes ad ambulandū, salutemq; ipsam corporis. Magnū fuit & hoc quod ad eorundē sensuū meorū oblectamenta, singula sensibus singulis conuenientia creauit Deus, multa pulchre lucentia, canore mulcentia, suaue olentia, dulce sapientia, tacta placentia: ob hoc enim prouidentia creatoris tam diuersas qualitates rebus induit, vt oēs sensus hominis sua oblectamenta inuenirent. Aliud. n. percepit visus, aliud auditus, aliud olfactus, aliud gustus, aliud tactus. Visum pascit pulchritudo colorū suauitas cantilenæ demulcet auditū, fragrantia odoris olfactū, dulcedo saporis gustū. Et quis omnes delitias sensuū enumerare queat, quę tam multiplices sunt in singulis, vt si quis quemlibet per se cōsideret, quemlibet per se singulariter ditatū putet? Tot oblectamenta oculorū in diuersitate colorū mōstramus, tot oblectamēta aurū in diuersitate sonorū audimus, quibus hoīes adinuicē suas voluntates communicant, præterita narrant, præsentia indicāt, futura nunciant, occulta reuelant, adeo vt si careat his vita humana, bestijs comparabilis videatur? Quid autē concentus auiū, qd humanę vocis melos iucundū, quid dulce melos sonorū omniū commemorem? quia tam
multæ sunt harmoniæ genera, vt ea nec cogi C
tatus percurrere, nec sermo facile explicare possit, quę tñ cuncta auditui seruiunt, & in eius delitias creata sunt. Eodē modo gustus & tactus varia habent oblectamenta, quæ ex similitudine priorū satis perpēdi possunt. Magnū est certe & hoc, q sana & integra membra creauit mihi Deus ne essem meis dolor, opprobriū alienis. Accepi ēt amplius mentē, s. q possit intelligere, q possit iustū ab iniusto discernere, q possit indagare, desiderare creatorē, laudare & inhęrere illi. Magnū ēt æstimo beneficiū, & q eo tpe & inter tales

les me nasci voluit Deus, per quos ad fidem suã & sacramenta peruenirem. Video innumerabilibus hominibus hoc negatũ, ꝙ mihi gratulor esse concessum, cũ quib.tñ nobis esset vna conditio. Illi derelicti sunt per iustitiam,& ego vocatus per gratiam. Procedam adhuc ẽt, intuens munus eius fuisse ꝙ educatus fui à parentibus, ꝙ me flamma non lęsit,
E ꝙ aqua non absorbuit, ꝙ non vexatus a dęmone, ꝙ a bestijs non percussus, ꝙ non præcipitio necatus, ꝙ vsq; ad congruã ætatem in fide eius & bona voluntate sum nutritus: Magnam igitur dñe Deus erga me ostendisti pietatem. Cum aũt in cunctis operib.tuis sis mirabilis, mirabilior tñ crederis esse in viscęribus pietatis, nullum.n.spernis, nullum abijcis, neminem perhorrescis, nisi qui forte te amens exhorruerit. Bona igitur sunt hæc tua dñe mihi a te misericorditer indulta, quod me in periculis sæpe constitutum clementer eripuisti, nec vnquã in peccatis meis me dereliquisti, oblitũ tui de te admonuisti, auersum a te reuocasti, uenientem ad te benigne suscepisti, pęnitenti indulsisti. Non.n.ea sola quæ cõmisi peccata, sed ẽt quæ te protegente non cõmisi, totum a te dimissum deputandum est. Nã sicut in multa peccata cecidi, sic & in multo plura, nisi me cõseruasses cecidissem. Tribus aũt modis a peccato me memini conseruatum, s. occasionis subtractione, resistendi data virtute, affectionis sanitate. Multa.n.in peccata cecidissem, si data esset occasio, sed Dei miseratione non me talis opportunitas apprehendit. In multa quoq; paulominus cecidisse grauiter impulius violentia tentationis, sed virtutem dedisti mihi dñe, vt sub me esset appetitus meus, & ei quã sentiebam concupiscentiæ minime consentirem: sed a quibusdam peccatis tam lõge me fecit tua miseratio dñe, vt penitus abominarer ea, & ne vlla me quidem eorum tentatio molestaret. Magnæ quidẽ bonitatis est indi-
F cium dñe Deus & hoc. Ecce infęlix ego te irritaui, ego malũ coram te feci, furorẽ tuũ prouocaui, iram promerui, peccaui & passus es, deliqui & adhuc sustines: si pęniteo, parcis: si reuertor, me suscipis. Insuper dũ differo, præstolaris: reuocas errantem, vincis repugnantem, expectas torpentẽ, amplecteris redeuntẽ, doces ignorantẽ, mulces mœrentẽ, a ruina suscitas, post lapsum reparas, petenti largiris, quærenti inueniris, pulsanti aperis, ostendis mihi bene viuendi viam, das gradiẽ di scientiam. Magnum est ẽt & hoc dñe, ꝙ multa mihi antequam petere possem, vel vel lem, aut nossem, dona contulisti, non solum ante, sed & postquã senui & potui te petere, te quærere, te desiderare, tibi inhærere, gratuita bonitate tua non petenti, non quærenti, non desideranti, imo ẽt paruipendenti vel G ẽt conténenti largitus es. Maximum æstimo & illud fuisse beneficium, ꝙ angelum pacis ab ortu natiuitatis meæ ad me custodiendũ vsq; ad finem meum mihi dedisti: vnde quidã sanctus ait, Magna est dignitas animarũ, vt quæq; habeat ab ortu natiuitatis ad custodiã sui angelum delegatum. Magnæ pietatis fuit hoc dñe, ꝙ mira patiẽtia tua meas sustinuit iniquitates. Cui gratias referre debeo, ꝙ non secundũ iniquitates meas retribuisti mihi, ꝙ me terra non absorbuit, non me cęlum fulminauit, non me fulgor cõbusit, non flumina submerserunt, nec alia pœna vel morte, prout dignus eram, me afflixisti. Cum.n.peccando a te recederem, non solũ iram tuam promerui, sed & omnẽ creaturã aduersum me excitaui. Nã si seruus cuiusquã a dño suo recederet, nõ solũ dñm ipsum exacerbaret, sed & totã eius familiam iustissime irritaret. Cũ ergo te Deum omniũ creatorẽ offendi, *Sap. 5.* omne creaturam quantũ spectat ad meritum meum in iram cõmoui, ita vt merito pro te pugnaret aduersum me totus orbis terrarũ. Posset.n.terra dicere mihi, non debeo te sustinere, sed potius absorbere, qm̃ a creatore meo non timuisti peccando recedere, & inimico, s. diabolo adhærere. Posset dicere Sol, non debeo tibi ad salutem lucere, sed ad vindictam dñi mei, qui est lux & fons luminis, penitus tibi radios meos abscondere. Sic ẽt cuncta quæq; creatura ad vlciscendam tantam iniuriam sui creatoris, nisi impetũ cohiberet ipse qui eas condidit, qui nõ vult mor H tẽ pctoris, sed vt conuertatur & viuat. Oportet ergo me dñe tanto magis tibi gratiosum *Ezec. 18.* & deuotũ, ad seruiendũ prõptiorẽ existere, quãto me de tãtis beneficijs obligatiorẽ cõspicio in reddẽda ratione, ne dilata uindicta tãto acrius aduenięndo mala mea puniat, quã to diutius tolerauit, ꝙ puniri potuit. Iamdiu igitur expectare cogita ò anima mea Dei longanimitatem quam exhibuit, electionem

De longanimitate Dei & ꝑseuatione a peccatis & eorũ indulgentia. c. 12.

prædestinationis suæ quam impleri voluit, nimiam charitatem qua nos dilexit. Propter hoc.n. expectans expectauit dñs & intendit mihi: sed auertit oculos suos a peccatis meis quasi nolens aduertere quantum delinquerem. Propter hoc, inquã, dissimulabat, vt cõmendaret patientiam, confirmaret charitatẽ suam. Propter hoc, vt bene memini, percussit cor meũ, excitans illud vt aduerteret suorum vulnera peccatorũ, & vulnerũ sentiret dolorem, ẽt deducens ad portas inferi & pparata iniquis supplicia monstrans, ẽt vt nil iam noxiæ remaneret rationis, meliorem mihi consolationem inspirans, spem indulgentiæ dedit, demũ & ipsam indulgentiam contulit. Sic aũt ex toto indulsit, & tam liberaliter omnem donauit iniuriam, vt iam non dãnet vlciscendo, nec confundat improperando, nec minus diligat imputando. Sunt autẽ aliqui sic donantes iniuriam vt non vlciscantur, sępius tñ improperent: sunt & aliqui licet sileant, manet tñ aliquid in alta mente repositum, rancorem qs tenent in animo, quorum vtiqs neutra plena est indulgentia. Longe ab his benignissima diuinitatis natura liberaliter agit, ignoscit plenarie, ita vt propter fiduciam peccatorum se pẽnitentium, vbi superabũdauit delictum, soleat & gratia superabundare. Testis est Petrus, cui post trinam negationem totius Ecclesiæ pastoralis cura est cõmissa. Testis est Paulus, qui de Ecclesiæ persecutore effectus est vas electionis & doctor gentium. Testis est Matthęus, qui de telonio electus est in Apostolum, cui ẽt noui testamenti primum scriptorem esse donatum est. Post hæc dedit mihi dñs Deus cõtinentiam. Continentiam autem dico, non à sola luxuria, sed a cęteris quibusqs sicut necesse est vitijs & peccatis, qui & aliquando vix per triduum continendam, possea Dei auxiliante gratia, per longum tempus potui continere. Ex hoc inuenio vnde merito exclamare possim, Quia fecit mihi magna qui potens est. Forte parum quid reputat aliquis continentiam, sed ego non ita. Scio.n. quos habeat oppugnatores, quantæ illam necesse sit esse virtutis, vt possit talibus resistere. Primus hostis continentiæ nostræ caro est nostra, dũ concupiscit aduersus spiritum. Quã domesticus hostis, quam periculosa lucta, q̃ intestinum bellum, hostem hunc crudelissimum non fugere possumus. O anima mea non fugare, sed circũferre illum necesse est, qm̃ alligatus est nobis. Quid aũt periculosius & miserabilius est, quam q̃ hostem nostrum cogimur sustentare, perimere eũ non licet? Vides ergo quam solicite te custodire necesse sit ab ea quæ dormit in sinu tuo. Veruntamen non est hic solus aduersarius mihi, alium adhuc habeo qui circuncinxit me & obsedit vndiqs, hostis iste est præsens seculum nequam, qui per quinqs videlicet sensus corporis, iaculis suis vulnerat me, & mors intrat p fenestras meas. Tertius hostis est humani generis inimicus, antiquus serpens callidior cunctis animãtibus: iste est hostis quẽ nec possumus videre, quanto minus cauere: Hic hostis nunc quidem aperte & violenter, nunc occulte & fraudulenter, semper autem malitiose & crudeliter nos impugnat & persequitur. Et ad hæc toleranda, ne dicam superanda, quis idoneus? Hæc ideo dixi vt innoscerem continentiæ difficultas, vt sciamus quæ a Deo data sunt nobis, ac per hoc amplius diligamus eum qui hanc nobis virtutem tribuit. Omnino enim in domino facimus hanc virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos. Ipse est qui non modo carnem nostram cũ concupiscentijs suis, sed & præsens seculum nequam cum curiositatibus suis & vanitatib. suis, etiam & ipsum cũ tentationibus suis conterit satanam sub pedibus nostris. Nunquid non merito dixerim inueniendum in cõtingentia vnde clamarem, Quia fecit mihi magna qui potens est? Post hæc dedit mihi dñs Deus gratiam promerendi bona vitæ æternæ, quam gratiam in tribus maxime stare arbitror, in odio pręteritorum malorum, in contemptu bonorum præsentium, in desiderio futurorum. Deinde dedit mihi spem eadem obtinendi. Tria inquam sunt q̃ sic roborant & confirmant cor meũ, vt nulla me penuria meritorum, nulla consideratio propriæ vilitatis, nulla ęstimatio cęlestis beatitudinis de celsitudine spei deijcere possit: in ea firmiter radicatur anima mea. Vis scire quæ sint illa? Tria considero, in quibus spes mea tota consistit, scilicet charitatem adoptionis, veritatem promissionis, potestatem redditionis. Murmuret iam quantum voluerit insipiens cogitatio mea dicẽs, Quis enim es tu, aut quanta est illa gloria, q̃ buſve

Psal. 39.

Mich. 7.

Rom. 5. Mat. 26. Ioan. 21. 1. Co. 15. Matt. 9.

De dono continentiæ cõtra triplicis hostis tentamina. Cap. 13. Gal. 5.

Hier. De benefi cio spei. Cap. 14.

busve meritis hanc obtinere speras? Et ego fiducialiter respondebo, Scio cui credidi, & certus sum, quia in charitate nimia adoptauit me Deus, quia verax est in promissione, quia potens est in exhibitione, licet enim ei hoc facere quod voluerit. Pro his ergo meritis Deus meus mihi diligēdus est. Magnę autem gratię fuit, quod me Deus a se fugientē prosecutus est, timenti blanditus, quod erexit in spem toties desperatum, quod suis ob ruit beneficijs ingratum, quod gustu interioris dulcedinis immūdis assuetū delectationibus attraxit & illexit, quod indissolubilia malę cōsuetudinis vincula dirupit, & abstractū seculo benigne suscepit. Adhuc anima mea, illa quibus tibi sola conscientia es, dicuinæ bonitatis inspice munera, quā iucūda facie abrenuncianti seculo tibi Christus occultus occurrit, quas esurientī delitias pręparauit, quas miserationū suarū diuitias, & absconditos inspirauit affectus, quo te charitatis poculo delectauit. Magnū fuit & hoc q̄ me fugientem seruum suum & rebellem, so la miseratione vocatum, spiritaliū consolationum non reliquit expertē. Si enim tentabar, ille me sustētabat: si perclitabar, ille me erigebat: si tristabar: ille me cōfortabat: si fluctuabā, ille solidabat. Quoties præ timore arescebā, ille pius consolator astabat: quoties æstuabam prę timore, ille meis se viscеribus infundebat. Perpendo etiam quoties psallentem vel legentē spiritalium me sensuū lumine illustrabat: quoties errantem in quoddā ineffabile desiderium sui rapiebat: quoties mentē meā a terrenis subtractam, ad cęlestes delitias & parasidiacas amęnitates trāsporta bat. Taceo multa & magna misericordię suę circa me opera, ne aliquid glorię quę tota est, ad me videatur transire. Ita enim secundum hominum æstimationem sibi cohęrent gratia dantis & fęlicitas recipientis, vt non laudetur solum qui solus laudandus esset, s. ille qui dedit, sed etiā ille qui recepit. Quid enim habet aliquis quod non accepit? aut q̄ gratis accepit, quare laudat quasi velut pro meruerit? Tibi ergo laus Deus meus, tibi gloria, tibi gratiarū actio: mihi autem confusio faciei meæ, qui tot mala feci, & tot bona recepi. Vide ergo, anima mea, quia multum commendet bonitatem Dei, non solum largitas sua, sed iniquitas nostra. Si enim magnum est nihil promerentibus impendere multa, quale quantūve erit retribuere bona promerentibus mala? O qualis pietas, quam nulla potest superare impietas. Alia sunt q̄ misericorditer Deus ignoscit, alia quę affluēter attribuit: ignoscit mala nostra, largitur bona sua: semper præsto ad ignoscendum, paratus semper ad largiendū: hinc pius, hinc largus, vtrobique pius & largus. Confiteamur ergo illi mala nostra, cōfiteamur & bono nostra. Confiteamur ergo a nobis mala nostra esse vt pie ignoscat: confiteamur ab ipso bona nostra esse, vt seruet & augeat. Hoc igitur incessanter agamus, ne ingrati appareamus, vel de indulta venia, vel de concessa gratia. Hæc inquam agat qui se credit vel cupit esse amatorem Dei, verus animi amor semper confitetur. Quid ergo hęc omnia faciunt diligenter considerata, nisi vt considerantis animū ab omni penitus abstractū amore, ad Deum diligendum qui hæc cōtulit, mirabiliter rapiāt, vehementer afficiant? Siquis autem hęc omnia a Deo sibi videt collata, & ideo illum parum diligere non veretur, sciat pro certo q̄ nemo est qui non facile si quærit inueniat, vnde plurimum est obnoxius Deo, vnde cū totis viribus diligenter ei etiam continuas gratias referre deberet. Ille ergo cui aliqua bona saluti necessaria desunt, nec sic audeat contra Deum murmurare, nec eum accuset, quia omnia certissima & iustissima ratione facit Deus, cuius vult misereatur, & quem vult indurat, qui etiā potens est dona sua cui voluerit conferre, & collata cui voluerit auferre. Doleat ergo qui hæc non habet, & laboret & oret vt habeat, pro acceptis vero bonis Deo gratus existat. Magna igitur & multa, immo certe innumerabilia quę mihi domine Deus contulisti beneficia, pro quibus mihi diligendus, & semper es laudādus. Quicquid enim habeo, vel habui, vel habiturus sum, a summo bono est, a quo omne quod bonum dicitur, & est, & procedit. Vnum autem est, quod me plus his omnibus accendit, vrget, mouet, & promouet ad te diligendū, super omnia, inquam, amabilem te mi redito bene Iesu ignominiosissima & amara mors, quam sustinuisti opus nostrę redēptionis. Hoc solum vel hoc omnino totam vitam nostram, totum laborem

De largitate Dei, & iniquitate nostra, & gratia rependēda. Cap. 15.

Hier. De beneficio spei. Cap. 14.

Rom. 9.

De morte Christi. Cap. 16.

nostrum, totum obsequium nostrum, amorem denique nostrum facile sibi vendicat, totum hoc, inquam, est quod deuotionem nostram & excitat melius & quęrit suauius & auget amplius. Multum quippe in hoc opere laborat author mundi, nec in omni fabrica mundi tantam fatigationem sustinuit.
Ps. 148. De mundo enim & de his quæ in mundo sunt, dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt: at vero pro reparatione generis humani magnos & multos & diuturnos labores sustinuit & dolores. Ecce quomodo nos dilexit, qui nulla sui necessitate, sed sola charitate tam dura & indigna sustinuit. Merito ergo dixerim hoc vnum omnibus alijs præstare beneficijs. Quippe cum magnum sit aliquē sua gratis alicui conferre, multo maius certe est semetipsum impendere. Et cū magnę charitatis sit animam pro amicis ponere, multo maioris charitatis indicium est, p inimicis ponere, quod filius Dei pro nobis fecit. Nam cum inimici essemus Deo, reconciliati sumus per mortem filij eius. Vix autē pro iusto quis moritur, ipse autem pro impijs est mortuus, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo, exul a cęlis factus, vt nos reportaret ad cęlos. O quam ineffabilis charitas, quam ineffabilis dulcedo charitatis, quam stupenda dignatio fuit, Deum pro homine hominem fieri, Deum pro homine carne mori, tentatum per omnia pro similitudine absque peccato. Ecce cum quanto pretio quantove labore redimebatur homo, qui diabolo iure debebatur, qui si non redimeretur fine dubio æternaliter cum diabolo dānaretur. Hęc ideo dixi, vt intelligat homo quantū debeat diligere Deum, non vtcunq; patienter, immo libenter: non solum autem hoc, sed etiam ardenter pro illo sustinere labores & dolores, qui pro te tanta ac talia sustinuit. Per multas enim tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Amplectatur
Act. 14. igitur anima mea domine Iesu crucifixum, sumat tui dulcissimi sanguinis haustum, occupet memoriam hęc suauis meditatio, ne ex toto eam obliuio obscuret. Iudico me nihil scire pręter Iesum Christū & hūc crucifixum, ne sententiam meam a soliditate fidei vanus error abducat, vendicet sibi totum amorem meum hæc tua mira dilectio,
1. cor. 2. ne illum cupiditas mundialis absorbeat. Mē tem igitur quam tuæ domine dulcedo charitatis compleuerit, non timor angustat, nō libido commaculat, non ira dilaniat, non superbia eleuat, non eęnodoxiæ inanis fumus euentilat, non exagitat furor, non stimulus ambitionis euiscerat, non auaritia contrahit, non deijcit tristitia, non inuida tabefacit, nullum denique vitium eam corrumpit, dum in eadem dulcedine iam obl s per sistit. Qui ergo suis tanta præstat in prę senti: quę dat in præsenti temporalia sunt, quæ autem in futuro seculo se promittit Deus suis daturum æterna sunt, & bonis temporalibus incomparabiliter meliora, temporalia enim bona difficile acquiruntur, & acquisita facile dilabuntur, & quę habita sunt cum graui solicitudine custodiuntur, & cum dolore amittuntur, & amissa cum graui labore recuperantur: Futuri autem seculi bona nunquā amittuntur, nunquam minuuntur, cum gaudio & quiete possidentur, semper desiderantur, & nunquam fastidiuntur, quæ cum semel quis acceperit, ita securus erit ea se nūquam amissurum, sicut certus est vel erit illa se nunquam velle amittere, valde igitur diligendus est Deus in promissis suis qui magna nobis dedit, sed maiora promisit. Promisit nobis a labore requiem, a seruitute libertatem, a timore securitatem, à męrore cō solationem, à morte resurrectionem, à resurrectione plenum gaudiū, summum gaudium & indeficiens. Denique promisit nobis seipsum, sicut iurauit patribus nostris daturum se nobis. Magnę sunt igitur promissiones Dei & ineffabiles, & pro his & in his vult amari à nobis aliquo modo. Si modum quæras, vehemens desiderium promissionis modus est, per amorem promissio Dei quā tumcunque desideretur, minus desideratur quam desiderat. Nam quantumcunque profecerit, plus debet. Vehemens itaque desiderium aliquo modo non habet modum, cum non possit esse nimium. Cum in cęteris rebus impatientia soleat culpari, in expectatione tantæ promissionis laudabilis est vehemens impatientia dilationis. Cum eum qui plus amat, & qui plus desiderat dilationis impatientia magis cruciat: spes quæ differtur affligit animam, hæc autem omnia bona in cęlesti habentur patria. De illo igitur bono, quod omnium bonorum

De promissionib. Dei. c. 17

Luc. 1.

De futura felicitate beneficio. c. 18

norum summum est, quid uel quale sit primum dicendum est. Exultemus igitur, & erigamus totum intellectum nostrum in quantum Deus donauerit, & cogitemus quale & quantum electorum sit unicum, & singulare gaudium. Illud scilicet summum bonum quod uita, lux, beatitudo, sapientia, & æternitas, & tamen non est nisi unicum & summum bonum, omnino sibi sufficiens, nullo indigens, quo omnia indigent ut sint & bene sint, hoc bonum est pater Deus, hoc est uerbum, id est, filius patris, hoc ipsum est amor unus & communis patri & filio, scilicet spiritus sanctus ab utroque procedens. Quod autem est singulus horum quisque, hoc est tota Trinitas simul, pater & filius & spiritus sanctus, quoniam singulus quisque non est aliud quam summe simplex unitas, & summe una simplicitas, quæ nec multiplicari, nec aliud & aliud esse potest. Porro hoc est illud idem unum quod est necessarium. Porro illud necessarium, in quo omne bonum, immo quod est bonum, & unum totum & solum bonum. Si enim singula bona delectabilia sunt, cogita mente, uide quam delectabile sit illud bonum, quod continet iocunditatem omnium bonorum, & non qualem in rebus creatis sumus experti: sed tanto differentem, quanto differt creator a creatura. Si enim est bona uita creata, quam bona est uita creatrix? Si iucunda est salus facta, quam iocunda est salus, quæ fecit salutem? Si amabilis est sapientia cum cognitione rerum conditarum, quam amabilis est sapientia quæ condidit omnia ex nihilo? Denique si multæ & magnæ delectationes sunt in rebus delectabilibus, qualis & quanta est delectatio in illo qui fecit omnia delectabilia? O qui hoc bono fruetur, quid illi erit, & quid illi non erit? Ibi quippe erunt bona corporis & animæ, qualia nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Cur ergo per multa uagamur quærendo bona corporis & animæ nostræ? Amemus unum bonum in quo sunt omnia bona, & sufficit. Desideremus simplex bonum quod est omne bonum, & satis est. Quid enim amas ò caro, quid desideras ò anima? Ibi est quicquid desideras. Bona ergo cœlestis regni dicere uel cogitare uel intelligere ut sunt, nullus potest carne uestitus: multo enim maiora sunt & meliora quam cogitantur & intelliguntur: regnum namque Dei omni fama maius est, omni laude melius, omni scientia innumerabilius, omni gloria quæ putatur excellentius. Regnum itaque Dei plenum est lucis ac pacis, charitatis & patientiæ, honestatis & gloriæ, dulcedinis & dilectionis, lætitiæ & beatitudinis perennis, & omnis boni ineffabilis, quod nec dici nec cogitari potest. Nec ideo tamen debeo tacere, sed dicere quantum ualeo, quia dicere quantum uolo non ualeo. neque enim quia Deum ineffabilem credimus, fari de illo q̃ possumus non debemus, ita sanè ut plus credatur de illo quam scribitur, quia non potest tantum inde proferri sermone, quantum potest mente complecti, & minus concipit mentis humanæ quælibet profunda cõplexio, quam se habeat ipsius regni uel rei magnitudo. Ergo futura uita creditur esse sempiterne beata, ubi est certa securitas, secura tranquillitas, tranquilla iucunditas, fœlix æternitas, æterna fœlicitas, ubi amor est perfectus, timor nullus, dies æternus, alacer motus, & unus omnium spiritus de contemplatione Dei sui, ac de sua cum illo permansione securus, ubi ipsa ciuitas quæ est angelorum omnium, atque sanctorum congregatione beata, meritis fulgentibus micans, ubi æterna salus exuberat, ueritas regnat, ubi nec fallit quisquam nec fallitur, unde beatus nullus eijcitur, ubi nullus miser admittitur. Hæc est contemplatiua uita beata, ad quam qui bonorum consummatione operum pertenerint beatis similes erunt, & simul cum eis sine fine regnabunt. Quod autem hic crediderunt, ibi uidebunt sui creatoris substantiam mundissimis cordibus contemplantes, æterna exultatione gaudebunt, diuinæ charitatis & mutuæ dilectionis possessione Deo suo in æternum & inuicem sibi adhærebunt, receptis cum incorruptione atque immortalitate corporibus municipatum patriæ cœlestis accipient, atque eius in æternum ciues effecti promissa reportabunt. Ibi eius exuberabit tanta lætitia, tanta cœlestium gratia gaudiorum, ut & remuneratori suo pro tantis muneribus gratias agant, & nullum fastidium ex ipsa affluenti bonorum

H

I

K

L

De præmissionib. Dei. c. 17

Luc. 1.

G

Esa. 64. 1. Cor. 2.

De futura felicitatis beneficio. c. 8

perceptione sustineant. Ibi ita patebunt singulorum singulis mentes, sicut corporalibus oculis subiacent facies corporales, quia humanorum pectorum tanta erit ibi, & tã perfecta mũditia, vt habeãt vnde mundati Deo gratias agunt, non vnde offensi antiquis sordibus peccatorum erubescant, quia nec ibi vlla peccata, nec peccatores erunt, & ibi qui
M fuerant iam peccare non poterunt. Nec latebit iam perfecte beatos aliquid secretorũ, qui, quod est præstantius longe, ipsum visuri sunt mundis cordibus Deum: Quandoquidem humana creatura ita perfecta erit, vt in melius aut in deterius vltra mutari non possit. Cuius humanæ substantiæ ad conditoris sui similitudinem sublimatæ omnia bona, quæ naturaliter accepta corruperat peccando, mutabuntur in melius, & intellectus sine errore, memoria sine obliuione, cogitatio sine peruagatione, charitas sine simulatione, sensus sine offensione, incolumitas sine debilitatione, salus sine dolore, vita sine morte, facilitas sine impedimento, saturitas sine fastidio, & tota sanitas sine morbo. Quoniã quicquid hic humanis corporibus, aut ferarum morsus, aut improuisi casus abstulerint aut malarum valetudinum genera diuersa decerpserint, aut humana crudelitas amputauerit, aut ignis, aut quælibet alia res aliqd debilitatis intulerit, aut etiam senectus ipsa satis onerosa negauerit, hæc atq; similia corporum damna vna ibi resurrectio reparabit, atque ea corpora membris omnibus instauratis, incorruptibilis sanitas obtinebit. Propterea quicunque erunt ibi, etiam sibi differentibus meritis ab inuicem distabunt.

SOLILOQVIORVM ANIMAE ad Deum.

A

LIBER VNVS.

De ineffabili dulcedine Dei. Cap. 1.

COgnoscã te domine cognitor meus, cognoscam te virtus aīę meæ. Ostende te mihi cõsolator meus, videã te lumen oculorũ meorum. Veni gaudium spiritus mei, videam te lætitia cordis mei. Diligam te vita animæ meæ. Appare mihi delectatio mea magna, solatium meũ dulce, dñe Deus meus, vita mea, & gloria tota animæ meæ. Inueniam te desiderium cordis mei, teneã te amor animæ meæ. Amplectar te spon se cęlestis, Exultatio mea summa intus & extra, posideam te in medio cordis mei, vita beata, dulcedo summa animæ meæ. Diligam te dñe fortitudo mea, dñs firmamentũ meũ & refugium meum, & liberator meus. Ammen te Deus meus, adiutor meus, turris fortitudinis mihi, & spes mea dulcis in omni tribulatione mea. Amplectar te bonũ, sine quo nihil bonũ, fruar te optimum, sine quo nihil est optimũ. Aperi penetralia auriũ mearũ verbo, q̃ est penetrabilius omni gladio anciB piti, vt audiam vocem tuam. Intona dñe de- *Heb. 4.* super voce grãdi & forti. Tonet mare & plenitudo eius, cõmoueatur terra & omnia quę *Psal. 95.* in eis sunt. Illustra oculos meos lux incõpre- *Ps. 143.* hensibilis, fulgura corruscatione, & dissipa *Ps. 17.* eos vt non videant vanitatẽ. Flumina multi- *Cant. 1.* plica & conturba eos, vt appareant fontes a- *Ps. 30.* quarũ, & reuelentur fundamenta orbis terrarum: Tribue visum lux inuisibilis, qui te videat. Crea nouũ olfactũ odor vitæ, qui post te currat in odorẽ vnguentorum tuorũ. Gustum sana qui sapiat, & cognoscat & discernat, quam magna multitudo dulcedinis tuæ dñe, quam abscondisti timentibus te, siue his qui pleni sunt charitatis tuæ. Da cor quod te cogitet, animum qui te diligat, mentem quę te recolat, intellectum qui te intelligat, rationem quæ tibi semper summo delectabili fortiter adhæreat. Te semper amor sapiens diligat. O vita cui omnia viuũt, vita quæ das mihi vitam, vita quæ es mea vita: per quam viuo, sine qua morior: vita per quam resuscitor, sine qua pereo: vita per quam gaudeo, sine qua tribulor: vita vitalis, dulcis & amabilis, semper memorialis. Vbi quæso es, vbi te inuenam, vt in me deficiam & in te subsistam? Prope esto in animo, prope in corde, C prope in ore, prope in auribus, prope in auxilio, quia amore langueo, quia sine te morior, quia te recolens fuscitor. Odor tuus me recreat, memoria tua me sanat, sed satiabor *Cant. 1.* cũ apparuerit tua gloria vita aīæ meæ. Cõcu- *Ps. 16.* piscit & deficit anima mea de memoria tua *Psal. 83.* qñ veniam & apparebo tibi lætitia mea? Qua *Psal. 41.* re faciem tuã auertis, gaudium meum per q̃ gaudeo? vbi est absconditus pulcher quem desidero. Odorem tuũ haurio, viuo, & gaudeo. Te aũt nõ video, vocem tuam audio & reuiuisco.

reuiuiſco . Sed cur faciem tuam abſcondis? forte dicis, Non videbit me homo & viuet. Eia domine moriar vt te videam, vt hic moriar. Nolo viuere, volo mori, diſſolui cupio & eſſe cũ Chriſto. Mori deſidero vt videam Chriſtum, viuere renuo vt viuam cum Chriſto. O dñe Ieſu accipe ſpiritum meum, vita mea ſuſcipe animam meam. Gaudium meũ attrahe cor meum dulcis cibus meus comedam te. Caput meum dirige me: lumen oculorum meorum illumina me: melos meum tempera me, odor meus viuifica me, verbũ Dei recrea me. Laus mea lætifica animã ſerui tui, intra in eam gaudium meum, vt te in te gaudeat: intra in eam dulcedo ſumma, vt dulcia ſapiat. Lumen æternum illuſtra ſuper eam vt te intelligat cognoſcat: & diligat. Ob hoc. n. non te diligit domine, qui nõ diligit, quia non te cognoſcit: & te ideo non cognoſcit, quia non intelligit: & idcirco non intelligit, quia lumen tuum non cõprehendit: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cõprehenderunt. O lux mẽtis, ò lucens ueritas, ò vera claritas, quæ illuminas omnem hominem uenientem in hunc mundum: uenientẽ quidem, ſed non diligentem: quia qui diligit mundum, inimicus Dei conſtituitur. Expelle tenebras de ſuper faciem abyſsi mentis meę, ut uideat te, intelligendo, ut cognoſcat te cõprehendendo, ut diligat te cognoſcendo. Quiſquis. n. cognoſcit te, diligit te, ſe obliuiſcitur, amat te plus quam ſe, relinquit ſe & venit ad te, ut gaudeat de te. Hinc eſt ergo domine quod non tantum diligo quantum debeo, quia non plene cognoſco te. Sed quia parum cognoſco, parum diligo: & quia parum diligo, parum in te gaudeo: ſed a te uero gaudio interiori per exteriora recedens, dum te ſolo careo adulterinas amicitias in his exterioribus quæro. Et ſic miſer ego cor meum quod tibi ſoli debui toto amore totoque affectu impendere, uanis dedi: & ideo vanus effectus ſum, dum uanitatem dilexi. Hinc ẽt eſt dñe q̃ in te non gaudeo, & tibi non adhęreo: quia ego in exterioribus, tu in interioribus: ego in temporalibus, tu in ſpiritalibus: ego in tranſitorijs animo diffundor, cogitatione uerſor, locutione implicor, & tu domine in æternis habitas, & æternitas es: tu in cęlo, ego in terra: tu diligis alta, ego infima: tu cęleſtia, ego terreſtria. Et quando poterunt hæc contraria conuenire? Miſer ego quando poterit obliquitas mea tuæ rectitudini adæquari? Tu domine diligis ſolitudinem, ego multitudinem: tu ſilentiũ, ego clamorem: tu veritatem, ego uanitatem: tu mũditiam, ego immunditiam ſequor. Quid plura domine? Tu uero bonus, ego malus: tu pius, ego impius, tu ſanctus: ego miſer, tu iuſtus, ego iniuſtus: tu lux, ego cęcus: tu uita, ego mortuus: tu medicina, ego æger: tu gaudium, ego triſtitia: tu ſumma ueritas, ego uniuerſa uanitas, ut omnis homo uiuens. Heu quid igitur ò creator dicam? audi ò creator, Creatura tua ſum, iam perij: creatura tua sũ, iam morior. Factura tua ſum, iam ad nihilũ redigor: plaſma tuum ſum: Manus tuæ domine fecerunt me, & plaſmauerunt me, manus, inquam, illæ quæ affixæ clauis ſunt pro me, opus manuum tuarũ domine ne deſpicias. Vulnera manuum tuarum domine ne deſpicias. Vulnera manuum tuarũ precor ut aſpicias. Ecce in manibus tuis domine Deus deſcripſiſti me, legem ipſam ſcripturam & ſalua me. En ad te ſuſpiro creatura tua, creator es, recrea me. En ad te clamo factura tua, uita es, uiuifica me. En ad te reſpicio tuũ plaſma, plaſmator es, reſtaura me. Parce mihi domine nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo ut poſsit alloqui Deum factorem ſuum? Parce mihi colloquenti tibi, ignoſce ſeruo tuo qui præſumit loqui tanto domino. Legem non habet neceſsitas, dolor me compellit dicere: calamitas quam patior, cogit me exclamare: Aegrotus ſum, ad medicum clamo: cęcus ſum, ad lucem propero: mortuus ſum, ad vitam ſuſpiro. Tu es medicus, tu lux, tu uita Ieſu Nazarene, miſerere mei fili Dauid, miſerere mei fons miſericordiæ: audi qui ad te clamat infirmum. Lux quæ tranſis, expecta cęcum, præbe ei manum, ut ad te ueniat, & in lumine tuo uideat lumen. Vita uiuens reuoca mortuum. quid ſum ego qui loquor tecum? Vę mihi domine, parce mihi domine, ego cadauer putridum, eſca uermium, uas fętidum, cibus ignium. Quid ſum ego qui loquor tecum? Vę mihi domine, parce mihi dñe, infęlix ego homo: homo inq̃, natus de muliere breui uiuẽs tempore, repletus multis miſerijs: homo inquam, uanitati ſimilis factus, comparatus iumentis inſipiẽtibus, & iam ſimilis factus illis. Quid iterum

De miſeria & fragilitate hominis. Cap. 2.

Exo. 33. Phil. 1.

Pſal. 38. Pſ. 118.

Pſ. 137.

Ioan. 1.

Iob. 7.

Mat. 20.

Pſal. 35.

Iob. 14.

Pſ. 143.

Pſal. 17. B Heb. 4. Pſal. 95. Pſ. 143. Pſ. 17. Cant. 1. Pſ. 30. C Cant. 2. Pſ. 16. Pſal. 83. Pſal. 41.

rum ego? Abyssus tenebrosa, terra misera, filius iræ, vas aptũ in contumeliã, genitus per
Tsal. 48. immunditiam, viuens in miseria, moriturus in angustia. Heu miser quid sum? heu quid futurus sũ? Vas sterquilinij, putredinis, plenus fętore & horrore: cęcus, pauper, nudus, plurimis necessitatib. subditus, ignorans introitum & exitum meũ. Miser & mortalis, cuius dies sicut vmbra lunatica euanescit, sic vt
H flos in arbore crescit, & statim marcescit, nunc floret, & statim aret. Vita, inquam, mea vita fragilis, vita caduca, vita quę quanto magis crescit, tanto magis decrescit: quanto magis procedit, tãto magis ad mortem accedit. Vita fallax & vmbratica, plena laqueis mortis. Nunc gaudeo, statim tristor: nunc vigeo, sæpe infirmor: nũc viuo, statim morior: nũc fęlix appareo, semper miser: nunc rideo, iam fleo. Sicq; omnia mutabilitati subiacent, nihil vix vna hora in vno statu permanet. Hinc timor, hinc tremor, hinc fames, hinc sitis, hinc calor, hinc frigus, hinc languor, vnde dolor exuberat. Subsequitur his importuna mors, quæ mille modis quotidie miseros homines rapit. Hunc necat febribus, illũ opprimit doloribꝫ. hunc consumit fames, illum sitis extinguit: hunc suffocat aquis, illum interimit laqueo: illum perimit flammis, alium dentibus bestiarum ferocium vorat: hũc trucidat ferro, illum veneno corrũpit, alterum tantum repentino terrore miseram vitã finire cõpellit. Et nunc super hæc omnia magna miseria, quia cũ nihil sit certius morte, ignorat tñ homo finem suum. Et cum stare putat, colliditur & perit spes eius: nescit. n. homo qñ vel vbi vel quomodo moriatur, & tñ certum est q; eũ mori oporteat. Ecce dñe quam magna miseria hominis in qua sum, nec timeo: quam grandis calamitas quam patior, nec doleo, & ad te non clamo. Clamabo do
I mine antequam transeam, si forte non transeam, sed in te maneam. Dicam ergo, dicam miseriam meam, confitear nec erubescã ante te vilitatem meam. Adiuua me fortitudo mea, per quam subleuor: succurre virtus, per quam sustentor. Veni lux per quam sustentor. Veni lux per quam video, appare gloria per quam gaudeo. Appare vita in qua viuam
De mirabili lumine Dei. ò domine Deus meus. O lux quam videbat qñ oculis clausis docebat filium suum viam Tobias vitæ. Lux quã videbat Isaac interius, quando caligantibus oculis filio futura narrabat. Lux, inquã, inuisibilis, cui omnis abyssus humani cordis est visibilis: Lux quam Iacob videbat, quando sicut tu intus docebas, filijs exterius ventura prædicebat. Ecce tenebræ sunt super faciem abyssi mentis meæ, tu es lumen. Ecce caligo tenebrosa super aquas cordis mei, tu es veritas. O verbum per q; facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil, Verbum quod es ante omnia, ante quod nihil: verbum creans omnia, sine quo omK nia nihil: verbum regens omnia, sine quo nihil sunt omnia: verbum quod dixisti in principio, Fiat lux, & facta est lux. Dic etiam mihi, fiat lux, & facta sit lux, & videam lumen, & cognoscam quicquid nõ est lumen, quia sine te mihi tenebræ lumen, & lumen tenebræ ponuntur. Et sic sine tua luce non est veritas, adest error, adest vanitas: non est discretio, adest confusio, adest ignorantia, non est scientia: adest cęcitas, non est visio: adest inuium, non est via: adest mors, non est uita. Ecce domine, quia lux nõ est, mors est, imo *De mortalitate humanæ naturæ. Cap. 4. Ioan. 1.* non est mors, quia nihil est mors: nam per ipsam ad nihilum redimus, dum nos nihil sacere per peccatum non formidamus. Et iuste quidem hoc domine, nam digna factis recipimus, dum ad nihilum deuenimus tã quam aqua decurrẽs, quia sine te factum est nihil, & nos faciendo nihil, facti sumus nihil: quia sine te sumus nihil, per quem facta sunt omnia, sine quo factum est nihil. O dñe verbũ, ò Deus uerbum, per q; facta sunt omnia, sine quo factum est nihil, Vę mihi misero toties obcęcato, quia tu lux, & ego sine te. Vę mihi misero toties vulnerato, quia tu salus, & ego sine te. Vę mihi misero toties infatuato, quia tu es ueritas, & ego sine te. Vę mihi misero toties oberrato, quia tu vita, & ego sine te. Vę mihi misero, toties mortuo, quia tu uita, & ego sine te. Vę mihi misero toties annihilato, quia tu uerbum, per quod facta sũt
L omnia, & ego sine te, sine quo factum est nihil. O domine uerbum, ò Deus uerbum, qui es lux, per quam facta est lux, qui es uia, ueritas & uita, in quo non sunt tenebræ, error, uanitas, neq; mors. Lux sine qua tenebrę, uia sine qua error, ueritas sine qua uanitas, uita sine qua mors. Dic uerbũ dñe, fiat lux, ut uideam lucem, & uitem tenebras: videam viã & uitem inuium: uideam ueritatẽ, & uitem

menda-

Cap. 3. Tob. 4. Gen. 27. Gen. 49. Gen. 1. Ioan. 1.

Quid nihil ri. c 5

Ioan. 1

Gen. 1.

mendaciũ:videã vitã,& vitem mortẽ.Illumi
minare dñe lux mea illuminatio mea, & sa-
lus mea quẽ timebo, dñs meus quẽ laudabo
Deus meus quẽ honorabo, pater meus quẽ
amabo,sponsus meus cui me seruabo. Illu-
minare,inquã,illuminare lux huic cęco tuo
qui in tenebris,& in vmbra mortis sedet, &
dirige pedes eius in viã pacis, ꝑ quã ingre-
diar in locũ tabernaculi admirabilis vsq; ad
domũ Dei in voce exultationis & cõfessio-
nis. Vera.n.cõfessio est via, per quã ingre-
M diar ad te viã,ꝑ quã egrediar ab inuio, & re
uertar ad te viã qa tu es vera via vitę. Confi-
tear ergo,cõfitear tibi pr̃ dñe cęli & terręmi
seriã meã, vt me venire liceat ad misericor-
diã tuã. Miser quippe factus sum,& ad nihi-
lũ redactus sum,& nesciui, qa tu es veritas,
Quid sit nihil fieri.c 5. & ego non erã tecũ. Vulnerauerunt me ini-
quitates meę,& non dolui,quia tu es vita,&
ego nõ erã tecũ.Ad nihilũ duxerunt me, qa
tu es verbũ, & ego non erã tecũ ꝑ quẽ facta
sunt omnia, sine quo factũ est nihil:& ideo
sine te factus sum nihil, quia est nihil quod
ad nihilũ ducit.Omnia per ipsum facta sunt
quęcunq; facta sunt. Et qualia sunt? Vidit
Deus cuncta quæ fecerat,& erant valde bo-
na:Omnia quęcunq; sunt,per verbum facta
Ioan.1. sunt, & quęcunq; per verbũ facta sunt,val-
de bona sunt. Quare bona sunt? quia omnia
per verbũ facta sunt, Et sine ipso factũ est ni
hil, quia nihil bonũ sine summo bono est.
Sed malũ est vbi non est illud bonum quod
vtiq; nihil est, qa nihil aliud est malũ q̃ pri-
uatio boni, sicut nihil aliud est cęcitas, quã
priuatio luminis. Malũ itaq; nihil est, quia
sine verbo factũ est, sine quo factũ est nihil.
Illud aũt malũ est,quod priuatur illo bono,
Gen.1. per quod omnia facta sunt quęcunq; sunt.
At quæ non sunt, per ipsum facta non sunt,
& ideo nihil sunt. Et ideo mala sunt,quæ fa-
cta non sunt, quia omnia quęcunque facta
sunt per verbũ facta sunt, & omnia per ver-
bũ bona facta sunt.Cũ igitur omnia per ver-
A bũ facta sunt, mala per ipsum non sunt. Re-
stat igitur quod omnia quę facta non sunt,
bona non sunt, quia omnia quæcunq; facta
sunt,bona sunt,& ideo mala sunt,quæ facta
non sunt,& ideo nihil sunt,quia sine verbo
factũ est nihil. Malum igitur nihil est, quia
factũ non est.Sed qualiter malum est si factũ
non est? Quia malum priuatio boni est,per
quod factum bonum est, esse ergo sine ver-
bo malũ est,quod esse, non est,quia sine ip-
so nihil est Sed quid est separari a verbo? Si
hoc quæris scire audi quod est verbum, ver-
bum Dei dicit. Ego sum via,veritas & vita.
Separari ergo a verbo, est esse sine via, sine
veritate, sine vita, & ideo sine ipso nihil,&
ideo malũ,quia separatur a verbo,per quod
facta sunt oia valde bona.Separari aũt a ver- B
bo, per quod omnia facta sunt, nihil aliud
est quam deficere,& a facto transire in defe-
ctum,quia sine ipso est nihil.Quoties ergo a *De casu animæ in peccatis. Cap.6.*
bono deuias, a verbo te separas, quia ipsum
est bonum, & ideo nihil efficeris, quia sine
verbo es, sine quo factũ est nihil. Nunc igi-
tur domine illuminasti me lux vt viderẽ te,
vidi & cognoui me, quia toties nihil factus
factum sum quoties a te separatus sum, quia
bonum quod tu es, oblitus sum,& ideo ma
lus effectus sum. Væ mihi misero, vt quid
hoc non cognoscebam, quia te deserens ni-
hil fiebã?Sed quid hoc quæro,si nihil eram,
quomodo cognoscere volebam?Scimus qa
nihil est, & quod nihil est, non est,& quod
non est bonum,non est, quia nihil est.Si er-
go nihil fui cum sine te fui,quasi nihil fui,&
velut idolum quod nihil est, quod quidem
aures habet & non odorat, oculos habet,&
non videt, os habet & non loquiur, manus
habet & non palpat,pedes habet, & nõ am-
bulat,& omnia lineamenta habet membro-
rum sine sensu eorũ. Cum igitur fui sine te,
non fui,& ideo cęcus eram, surdus & insen
sibilis,quia nec bonum discernebã,nec ma-
lum fugiebam, nec dolorem vulnerum sen-
tiebam,nec tenebras meas videbam, quia e-
ram sine te vera luce,quę illuminas omnem
hominem venientem in hunc mundum. Vę *Ioan.1.*
mihi,vulnerauerunt me & non dolui traxe-
runt me & non sensi, quia nihil eram, quia
sine vita eram, quę est verbum per quod fa-
cta sunt omnia. Ideo domine lux mea inimi
ci mei,& de me fecerunt quęcunque volue-
runt, percusserunt, nudauerunt, polluerũt,
corruperunt, vulnerauerunt: & occiderunt D
me, quia recessi a te & factus sum nihil sine
te. Heu domine vita mea qui fecisti me
lux mea, qui derexisti me. Defensor vitę
meę miserere mei,& resuscita me, domine
Deus meus, spes mea,virtus mea, fortitudo
mea,cõsolatio mea in die tribulationis meę

respice

respice inimicos meos, & eripe me, fugiant à facie mea, qui oderunt me, & ego viuã in te per te. Ipsi enim dñe considerauerunt me, & videntes me sine te despexerũt me. Diuiserunt sibi vestimẽta mea virtutũ, quibus ornaueras me fecerũt sibi viam per me, sub pedibus suis conculcauerunt me, fęcib. peccatorum polluerunt templũ sanctũ tuum, posuerunt me desolatũ & mœrore confectum. Ibam post eos cęcus & nudus & illaqueatus funibus peccatorũ trahebant me post se in circuitu de vitio in vitium, & de luto in lutũ & ibam absq; fortitudine ante faciem subsequentis. Seruus erã, seruitutem amabam. Cęcus erã, & cęcitatẽ desiderabam. Vinctus erã & vincula non horrebam. Amarum dulce, & dulce amarum credebam. Miser eram nec cognoscebam, & hoc quia sine verbo eram, sine quo factũ est nihil, per quod omnia conseruantur, sine quo omnia annihilantur. Sicut. n. omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil, sic per ipsum omnia conseruantur, quęcunq; sunt, siue in cęlo, siue in terra, siue in mari, & omnibus abyssis: Nec pars parti ĩ lapide adhaeret, nec ĩ aliquo creatorum, nisi quia per verbum conseruatur, per quod omnia facta sunt. Adhęream ergo tibi verbũ vt conserues me, quia vbi a te recessi perij in me, nisi quia tu qui me feceras refecisti me. Ego peccaui, tu me visitasti. Ego cecidi, tu me erexisti. Ego ignoraui, tu me docuisti. Ego non vidi, tu me illuminasti. Miser ego Deus meus quantũ teneor diligere te ostende mihi, quantum debeo laudare te de monstra mihi, quantũ debeo placere tibi in notesce mihi. Intona domine desuper voce grandi & forti in interiorem aurem cordis mei, doce me & salua me, & collaudabo te qui creasti me, cũ nihil essem, qui illuminasti me, cũ ĩ tenebris essem, qui resuscitasti me cum mortuus essem, qui pauisti me a iuuentute mea omnibs bonis tuis. Hunc inutilem vermem sętentem peccatis nutris optimis donis tuis. Aperi mihi o clauis Dauid, qui aperis, & nemo claudit illi cui tu aperis: aperi mihi ostium luminis tui vt ingrediar & videam, & cognoscam, & confitear tibi in toto corde meo, quia misericordiatua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori. Domine Deus noster, quam admirabile & laudabile est nomen tuum in vniuersa terra. Et quid est homo qđ memor es eius, aut filius hominis quantum visitas eum? Domine spes sanctorum, & turris fortitudinis eorum, Deus vitæ animæ meæ, per quam viuo, sine qua morior, lumẽ oculorum meorũ, per quod video, sine quo orbor, gaudium cordis mei, & lętitiam spiritus mei, diligam te toto corde meo, & toto animo meo, & totis medullis, & visceribus meis, quia tu prior dilexisti me. Et vnde hoc mihi o creator cœli & terræ & abyssi, qui bonorum meorum non indiges? Vnde hoc mihi, quia dilexisti me? O sapientia, quæ aperis os mutorum, o verbum per quod facta sunt omnia, aperi os meum, da mihi vocem laudis, vt enarrem omnia beneficia tua, quæ mihi domine a principio contulisti. Ecce enim sum, quia tu creasti me: & quod me creares, & in numero creaturarum tuarum numerares, ab ęterno tu præordinasti antequam quicquam faceres a principio, antequam extenderes cęlos, necdum erant abyssi, adhuc terrã non feceras nec montes fundaueras: necdum fontes eruperant, ante quã hæc omnia, quæ fecisti per verbum faceres, me creaturam tuam forte certissima veritatis tuę prouidentia pręuidisti, & esse me creaturam tuam voluisti. Et hoc mihi domine benignissime, Deus altissime, pater misericordissime, creator potentissime & semper mitissime? Quæ mea merita, quę mea gratia, vt complaceret ante conspectum tuę magnificæ maiestatis creare me? Non eram, & creasti me: nihil fueram, & de nihilo me aliquid fecisti. Quale autem aliquid? Non stillam aquę, non ignem, non auem, vel piscem, non serpentem, vel aliquid ex brutis animalibus, non lapidem, vel lignum, non ex eorum genere, quę tantum habent esse, vel ex eorum, quę tantum esse possunt & crescere, non ex eorum genere, quæ tantum esse & crescere & sentire possunt, sed super omnia hæc voluisti me esse ex his, quę tantum habent esse, quia sum: & his quę tantum habent esse & crescere, quia sum & cresco, & ex his quę sunt, crescunt & sentiunt, quia sum, cresco, & sentio. Et paulominus parem me creasti angelis, quia rationem te cognoscendi cum ipsis a te communem accepi. Sed paulominus vtique dixi, nam illi tuam sęlicem notitiam iam habent

per

Psal. 21. De multiplicib. beneficijs Dei. c. 7.

Psal. 8.

Ioan.

Gen. 1.

per ſpeciem, ego aũt per ſpem. Illi facie ad faciem, ego per ſpeculũ in ænigmate. Illi plene, ego aũt ex parte. Sed cũ venerit ꝙ perfectũ eſt, euacuabitur ꝙ ex parte eſt, qñ iam reuelata facie tuam faciem videbimus. Quid iã prohibebit nos non eſſe minores paulominus ab angelis, quos tu dñe corona ſpei quæ ornata eſt gloria & honore, coronaueris, quos tu nimis quaſi amicos tuos honorifica ueris, imo per omnia pares, & æquales angelis? Nempe & hoc veritas tua dicit, æquales enim ſunt angelis, & filij Dei ſunt. Quid niſi filij Dei ſunt, ſi pares fiunt angelis? Vere quidem erũt filij Dei, quia filius hominis factus eſt filius Dei. Hoc vtique conſideranti mihi fiducia eſt dicere, non homo minor paulominus eſt ab angelis, non vbiq; tantum æqualis angelis, ſed ſuperior angelis, quia homo Deus, & Deus homo, non angelus, & dicam propter hoc hominẽ eſſe creaturam digniſſimam, quia verbũ ꝙ erat in principio Deus apud Deũ, uerbũ per ꝙ Deus dixit, fiat lux, & facta eſt lux, angelica ſcilicet natura, uerbũ per ꝙ Deus creauit omnia in principio, idẽ uerbũ caro factũ eſt, & habitauit i nobis, & uidimus gloriã eius. Ecce gloria per quã glorior, qn ſane glorior. Ecce gaudium per ꝙ gaudeo, qñ ſane gaudeo. Dñe Deus meus uita & tota gloria animæ meæ, confiteor ergo tibi dñe Deus meus, cum me creaſti rationis capacem, angelis quodãmodo parẽ creaſti, quia perfici poſſum per verbũ tuũ, vt ueniam ad æqualitatem angelorum, ut habeam adoptionẽ filiorum per unigenitũ uerbum tuum dñe, per filium tuum dilectum, in quo tibi bene complacuit, per unicum cohæredem & conſubſtantialem tibi & coæternum Ieſum Chriſtum, unicum dñm & redẽptorem noſtrum, illuminatorem & conſolatorem noſtrum, aduocatũ noſtrum apud te, & lumen oculorum noſtrorum, qui eſt uita noſtra & Saluator noſter, & ſpes unica noſtra, qui nos dilexit magis quam ſe, per quẽ habemus fiduciam repoſitã, & firmam apud te ſpem, & acceſſum ueniendi ad te, qñ dedit poteſtatem filios Dei fieri his, qui credũt in nomine eius. Laudem tribuã nomini tuo dñe, qui me ad imaginem & ſimilitudinem tuam creando tantæ gloriæ feciſti me ſuſceptibilem, ut poſsim filius Dei fieri. Hoc vtique non poſſunt arbores, non poſſunt lapides, non generaliter omnia, quæ mouentur uel creſcunt in aere, uel in mari, uel in terra, quia non dedit eis poteſtatẽ per uerbũ tuũ filios Dei fieri, quia rationem non habẽt: nã & hæc poteſtas in ratione conſiſtit, per quã cognoſcimus Deum. Dedit aũt hanc poteſtatem hominibus, quos creauit rationabiles ad imaginem & ſimilitudinem ſuã. Et ego vtiq; dñe per tuam gratiam homo ſum, & filius tuus eſſe poſſum per gratiam, ꝙ illi non poſſunt. Vnde hoc mihi dñe veritas ſumma, ueraq; ſummitas, & principium omnium creaturarum? Vnde hoc mihi dñe, vt poſsim fieri filius Dei, ꝙ illi non poſſunt? Tu es qui manes in æternum, qui omnia creaſti ſimul. Simul creaſti homines & iumenta, lapides & uirentia terræ. Non.n. præceſſerunt merita, nulla eorũ anteceſſit gratia, quia omnia tua tãtum bonitate creaſti, & pares omnes creaturæ fuere in meritis, quia omniũ nulla fuere merita. Et unde ergo magis tua bonitas in hac tua creatura, quã feciſti rationalem, quã in omnibus alijs, quæ ſunt ſine ratione, apparuit? Quare nõ ego ſicut omnes illę, aut cur non omnes illę ſicut ego, aut ego ſolus ſicut illę? Quæ mea merita, quæ mea gratia, ut me filium tuum poſſe fieri ſuſceptibilem creares, ꝙ illis omnibus denegares? Abſit dñe ut hoc ſentiam. Tua tm̃ gratia, tua tm̃ bonitas hoc fecit, ut eſſem particeps dulcedinis eius. Illam igitur gratiam, qua me de nihilo creaſti, illam quæſo dñe da mihi gratiam. Omni potens manus tua ſemper una & eadẽ, creauit in cęlo angelos ſuos, & in terra uermiculos, non ſuperior in illis non inferior in iſtis. Sicut.n. nulla alia manus angelum, ita nulla poſſet creare uermiculum: ſicut nulla cęlũ, ita nulla poſſet creare minimũ arboris foliũ, ſicut nulla corpus, ita nulla ullum capillum album poſſet facere aut nigrum: ſed omnipotens manus tua, cui omnia pari modo ſunt poſsibilia. Nec.n. poſsibilius ẽ ei creare uermiculũ quam angelũ, nec impoſsibilius eſt extendere cęlum quã ſolum, nec leuius formare capillum quam corpus, nec difficilius fundare terram ſuper aquam, quam aquas ſuper terrã, ſed omnia quæcunq; uoluit fecit, ſicut uoluit in cęlo & in terra, & in mari & in omnib. abyſsis, & me inter oĩa ſicut uoluit potuit & ſciuit. Potuit quidẽ manus tua dñe me lapidem, uel auem uel ſerpẽtem uel

beluam

Pſal. 8.

Mat. 22.

Ioan. 1.

Ioan. 1.

Gen. 1.

De omnipotentia Dei. c. 9.

De incomprehensibili Laude Dei. c. 10

beluam aliquam creare, & scire, sed noluit propter suam bonitatē. Quare ergo ego nō sum lapis vel arbor vel aliqua belua? quia sic ordinauit bonitas tua. Et vt hoc ordinaret, non præcesserunt merita mea. Vnde hoc mihi dñe? vnde mihi laudes ad laudandum te? Sicut.n. fecisti me sine me, sicut cōplacuit ante te: ita laus tibi est sine me, sicut cōplaceat ante te. Laus tua dñe tuipse es. Laudent te opera tua secundū multitudinē magnitudinis tuæ, laus tua dñe incōprehensibilis est. Corde nō
L cōprehenditur, ore non mensuratur, aure nō percipitur, quia ista transeunt, & laus tua dñe manet in æternum. Cogitatio incipit & cogitatio finitur, vox sonat & vox trāsit, auris audit & auditus desinit: laus vero tua in æternū stat. Quis ergo est qui te laudet? Quis hō annunciet laudem tuam? Laus tua perpetua est, transitoria nō est. Hic te laudat, qui teipsum laudem tuā credit. Hic te laudat, qui seipsum noscit in tuam laudem nō posse pertingere. Laus tua perpetua est, quæ nunquā transit. In te est laus nostra, in te laudabitur anima mea. Non nos laudamus te, sed tu te, & per te, & in te, & nobis ēt est laus in te. Tunc verā habemus laudem, qñ a te habemus laudem, qñ lux approbat lucē, quia tu vera laus tribuis veram laudē. Quoties aūt ab alio quam a te q̄rimus laudē, toties tuā amittimus laudem, quia illa transitoria est, sed tua æterna. Si trāsitoriā quærimus æternā amittimus laudem. Si æternam volumus, transitoriam non amemus. Laus æterna dñe Deus meus, a quo omnis laus, sine quo nulla est laus, nō valeo laudare te sine te, habeam te, & laudabo te. Quis enim ego sum dñe per me vt laudem te? Pulluis & cinis ego sum, canis mortuus & fętēs ego sum, vermis & putredo ego sum. Quis ego sum vt laudem te dñe Deus fortissime spirituū vniuersæ carnis, qui inhabitas æternitatē? Nunquid tenebræ laudabunt lucem, aut mors vitam? Tu lux, ego tenebræ: tu vita, ego mors. Nunquid vanitas veritatem laudabit?
M Tu es veritas, ego vero homo similis factus vanitati. Quid ergo dñe, laudabo te? Nūquid miseria mea laudabit te? Nunquid fętor laudabit odorem? Nunquid mortalitas hominis, quę hodie est & cras tollitur, laudabit te? Nunquid laudabit te homo putredo, & filius hominis vermis? Nunquid laudabit te dñe, qui in peccatis cōceptus est & natus & nutritus? laudet te dñe Deus meus incōprehēsibilis potentia tua, in circūscriptibilis sapientia tua, & ineffabilis bonitas tua. Laudet te sū pereminens clementia tua, superabundans misericordia tua, sempiterna quoq; virtus & diuinitas tua. Laudet te omnipotētissima fortitudo tua, summa quoq; benignitas & charitas tua, per quam creasti nos dñe Deus vita animæ meæ. Ego aūt creatura tua sub vmbra alarum tuarum sperabo in bonitate tua, qua creasti me. Adiuua creaturam tuā, quā creauit benignitas tua. Nō pereat in malitia mea, q̄ operata est bonitas tua. Non pereat in miseria mea, q̄ fecit summa clementia tua. Quę A
est.n. vtilitas in creatione tua, si descendam in corruptionē meam? Nūquid.n. vane Deus constituisti omnes filios hominum? Creasti me dñe, rege q̄ creasti. Opera manuum tuarum ne despicias Deus. Me fecisti de nihilo, si me non regis dñe, iterum reuertar ad nihilum. Sicut.n. domine non eram, & de nihilo fecisti me, sic si me non regis, adhuc ad nihilum redigar in me. Adiuua me dñe vita mea, ne peream in malitia mea. Si nō creasses me dñe, non essem, quia creasti me, iam sum. Si non regis, iam non sum, non enim mea merita, non mea gratia te coegerunt vt creares me, sed benignissima bonitas tua & clementia tua. Illa charitas tua dñe Deus meus, quæ te ad creationem coegit, ipsa quæso cogat te ad regendum. Quid enim prodest, quod te compulit charitas tua ad creandum, si pereā in miseria mea, & non me regat dextera tua? Hæc te cogat domine Deus meus clementia ad saluandum, q̄ creatum est, quæ te compulit creare, quod creatum non est. Ipsa te vincat charitas ad saluandum, quæ te vicit ad creandū, quia nec nunc minor est, quia ipsa charitas tuipse es, qui semper idē es. Non est *Esa. 59.*
abbreuiata manus tua dñe vt saluare nequeat neque aggrauata est auris tua, vt non audiat, sed peccata mea diuiserūt inter me & te, in- B
ter tenebras & lucem, inter imaginem mortis & vitam, inter vanitatem & veritatem, inter lunaticam hanc vitam meam, & sempiternam tuam. Hæ sunt tenebræ tenebrarum, *De lequen cupis rū. c.*
quibus operior in hac abysso caliginosi carceris huius, in qua prostratus iaceo donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ, fiatque lux in firmamento virtutis tuæ, vox domini in virtute, vox domini in magnificentia,

De speerigenda ad Deū. Cap. 11.

Eccl. 2

1. Ioā.

tia dicatq;. Fiat lux & effugentur tenebræ,& appareat arida, germinetq; terra herbã virẽtem & facientẽ semen & fructũ bonũ iustitię
Eccl.23. regni tui. Domine pater & Deus meus, vita ꝑ quã omnia viuũt,& sine qua omnia mortua computantur, ne derelinquas me in cogitatu maligno,&extollẽtiã oculorũ meorũ ne dederis mihi. Aufer a me cõcupiscentias,
C & animo irreuerenti & infrunito ne tradas me,sed posside cor meũ vt te cogitet semp. Illumina oculos meos vt videant, & nõ extollantur ante te gloria sempiterna, sed humiliter sentiant,non in mirabilibus super se & quę a dextris sunt videant, & non quæ a sinistris abs te,& palpebræ tuæ ꝓcedãt gressus meos. Nã & palpebræ tuę interrogãt filios hominũ. Allide cõcupiscentiã meã dulcedine tua,quã abscõdidisti timẽtibus te, vt cõcupiscã te cõcupiscentijs sempiternis, ne vanis illectus & deceptus interior gustus ponat amarũ, duce, & dulce amarũ, tenebras lucẽ, & lucẽ tenebras: vt liberari in medio tot decipularũ possim ab inimico super faciẽ viæ huius positarũ,ad capiẽdas aias peccatorũ,quibus plenus est totus mundus, qđ is qui vidit sub silentio non trãsiuit,inquiẽs,
1. Ioã. 1. Quicquid enim est in mundo,aut est cõcupiscentia carnis,aut concupiscentia oculorũ, aut superbia vitæ. Ecce dñe Deus meus, mundus totus plenus est concupiscentiarũ laqueis, quos parauerunt pedibus meis. Et quis effugiet hos laqueos? Profecto a quo tu abstuleris extollentiã oculorum suorum, vt non eũ capiat concupiscentia oculorũ: & a quo tu abstuleris carnis concupiscentiã, ne eum capiat carnis concupiscentia, & a quo tu abstuleris animũ irreuerentẽ infrunitum, ne eũ calide decipiat superbia vitæ. O quam
Esa. 59. fęlix cui hæc tu facies, quippe transfibit im-
D munis. Nunc redẽptor te precor per te,adiua me ne coruam in conspectu aduersariorum meorũ,captus laqueis eorũ,quos parauerunt pedibus meis, vt incuruent animam meã. Sed erue me virtus salutis meæ, ne sibi risum exhibeant de me inimici mei qui oderunt te. Exurge domine Deus meus, fortis meus, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te a facie tua, sicut fluit cœra a facie ignis, sic pereant peccatores a facie tua. Et ego abscõdar in abscõdito faciei tuę, & gaudeã cũ filijs tuis satiatus omnibus bonis. Et tu dñe Deus pater orphanorum,& tu mater pupillorũ tuorũ, audi eiulatũ filiorũ tuorum,& extende alas tuas,vt fugiamus sub eis a facie inimici. Turris fortitudinis Israel, qui non dormitas, neq; dormis custodiens Israel, quia non dormit neq; dormitat hostis,qui impugnat Israel. O lux quã nõ videt alia lux, lumen quod non videt aliud lumen,lux quæ obtenebrat omnẽ lucẽ, & lumen, quod excecat omne extraneum, lux a quo omnis lux, lumen a quo omne lumen, lumen ad quod omne lumen est tenebra, ad quod omnis lux obscuritas, lux cui omnes tenebrę lumẽ,cui omnis obscuritas lux, lux E suprema, quam cęcitas non obnubilat, quã caligo non hebetat, quam tenebrę non obscurant, quam nulla obstantia claudit, quam nunquam separat aliqua vmbra, lux quæ illuminas omnia tota simul, semel & semper, absorbe me in claritatis abyssum,vt videam vndiq; te in te, & cuncta sub te. Ne derelinquas me ne accrescant vmbræ ignorantię meę, & multiplicentur delicta mea. Sine te enim omnia sunt mihi tenebrę,omnia mala, quia nihil bonũ sine te vero, solo & summo bono. Hoc confiteor, hoc scio Psal. 16. domine Deus,quia vbicũq; sum sine te, male est mihi præter te,nõ solum extra me,sed etiam in me, quia omnis copia,quæ non est Deus meus,mihi est egestas. Satiabor tunc cũ apparuerit gloria tua. Et tu domine vita mea beata,fac vt miseriam meam confitear tibi, ex quo ab vnitate bonitatis tuę a summo, & vno bono temporalium rerũ multiformitas lapsum me per carnalis sensus dissipauit, & ab vno in multa diuisit, & facta est mihi abundantia laboriosa,& egestas copiosa,dũ aliud & aliud sequebar,& a nullo implebar dum non in me inueniebã te incommutabile & singulare & indiuisum vnum bonum, F quod consecutus non egeo,quod consecutus non doleo, quod posidens satiatur totũ desiderium meũ. Heu miseria super miseriã, cum misera anima mea a te refugit, cũ quo semper abundat & gaudet, & sequitur mundum,cum quod semper eget & dolet. Mundus clamat,deficio,tu domine clamas, reficio,& miseria mea praua magis sequitur deficientẽ quã reficientẽ. Plane infirmitas mea hæc est. Medice spiritũ sana illã, vt cõfitear tibi,salus animę meę toto corde meo, super

De miseria hominis & beneficijs Dei. c. 13

omni-

omnibus beneficijs tuis, quibus pascis me à iuuentute mea, & vsq; in senectã & seniũ: te deprecor per teipsum ne derelinquas me, feci sti me cũ non essem, redemisti me cũ perisſem: perieram, mortuus fuerã: ad mortuum
G descendisti, mortalitatẽ suscepisti, ad seruũ rex descendisti, vt seruũ redimeres, teipsum tra didisti: vt ego viuerẽ, tu mortẽ suscepisti, m ortẽ vicisti, me instauraſti eũ: te humilia- sti: perierã, abieram in peccatis, venundatus erã venisti pro me vt redimeres me, & tantũ me dilexisti, vt sanguinẽ tuum in preciũ dares pro me, dilexisti me dñe plus quã te, qa mori voluisti pro me. Tali pacto tã caro pcio reduxisti me de exilio, redemisti me de seruitio, retraxisti me de supplicio, vocasti me noie tuo, signasti me sanguine tuo, vt me moriale tuũ semper esset apud me, & nũquã recederet à corde meo, qui pro me non re- cesit à cruce. Vnxisti me oleo tuo, quo tu vnctus fuisti, vt a te Chro dicerer Christia- nus. Et in manib. tuis descripsisti me, vt sem per sit memoria mea apud te, si tñ memoria tua iugiter fuerit apud me. Sic igitur gratia tua semper & misericordia præuenerũt me. De multis nanq; & magnis periculis sępe li berasti me, liberator meus: qñ erraui ad viã reduxisti me: quando ignoraui, docuisti me, quãdo peccaui, corripuisti me: quãdo fui tri stis, consolatus me: qñ desperaui, cõfortasti me, quando cecidi, erexisti me: quãdo steti, tenuisti me: qñ iui, deduxisti me: qñ veni, su scepisti me: quãdo dormiui, custodisti me: qñ clamaui, exaudisti me. Hæc enim & mul- ta alia beneficia fecisti mihi dñe Deus meus vita animę, de quibus dulce esset mihi sem- per loqui, semper cogitare, semper tibi
H gratias agere, vt possim te semper pro omni
Quod Deus perpetua intentione cõsiderat opera & & intentiones hominum. Cap. 14.
bus bonis tuis laudare & amare te toto cor- de meo, & tota anima mea, & tota mente mea, & tota fortitudine mea, simul ex omni bus medullis & itimis cordis mei, & omniũ compagum mearũ, beata dulcedo dñe Deus meus omniũ, qui delectantur in te. Sed im- perfectum meũ viderunt oculi tui, oculi tui inquã, qui multo lucidiores sunt Sole, circũ spiciẽtes oẽs vias hominũ & profundũ aby s si, & in omni loco contẽplantur semper bo- nos & malos. Cũ enim cunctis præsideas sin gula implens, totus semper vbique prẽsens, cunctorũq; curam agens, quę creasti, quia nihil odisti eorũ, q̃ fecisti, sic gressus meos, semitasq; consideras, & die noctuq; super custodiã meã vigilias oẽs semitas diligenter notans, speculator perpetuus, veluti, si to- tius creaturę tuæ cęli & terræ oblitus tantũ me solũ cõsiderares, & nihil sit tibi curę de alijs. Neq; enim tibi crescit lux incommuta bilis visionis tuæ, si tantũ vnũ aspicias nequę minuit si innumera videas & diuersa. Quia I sicut vnũ totũ simul pefecte consideras, sic singula quęlibet licet diuersa perfecte simul totaque totus conspicit visus tuus. Sed sicut omnia sic vnũ, & sicut vnũ sic singula, totus simul sine diuisione vel commutatione, vel diminutione consideras. Itaque totus tu in toto tempore sine tempore, totum simul superq; considerare habeas. Sic igitur super custodiam meã stas, sicut omnium oblitus sis, & mihi soli intendere velis. Semper quip pe te præsentem exhibes, semper te paratum offers, si me paratũ inuenis. Quocunq; iero tu me dñe non deseris, nisi prior ego te de- seram. Vbicunq; fuero non recedis, quoniã vbiq; ea, & quocunq; iero inueniam te, per quẽ possim esse ne pereã sine te, cum sine te esse nõ possim. Fateor quidem, quia quic- quid facio & quęcunq; ante te facio: & il- lud quicquid est, quod facio, melius tu vi- des quam ego, qui facio. Quicquid enim sẽ per operor, tu pariter semper præsens assi- stis: vtpote perpetuus inspector omnium co gitationum, intentionum, delectationum, & omnium operationum mearũ. Domine ante te est semper omne desiderium meum, an te te cogitatio mea: Tu dñe vides vndeveniat spiritus vbi sit, & quo vadat, quia tu es om- nium spirituum ponderator, & vtrum ra- dix sit dulcis, an amara, de qua foris pulchra folia emittũtur: vt iudex internus melius ip- se nosti, & etiam medullas radicũ subtilius K perscrutatis, & non solum intentionem, sed radicis eius medullam intimam disertissima tuę lucis veritate colligis, numeras, contue- ris, & consignas, vt reddas vnicuiq; non so- lummodo secundũ opera vel intentionem, sed etiã secundum ipsam interiorem abscõ- ditam medullam radicis, de qua procedit intentio operantis. Ad quod tendo cum o- peror, quicquid cogito, in quocunq; dere- ctor, tu vides, aures tuæ audiunt, oculi tui vi dent & considerant, signas, attendis, notas

&

& scribis in libro tuo siue bonum fuerit siue malũ, vt reddas postea pro bono prẽmia & pro malo supplicia, qñ aperiẽtur libri & iudicabuntur secundũ hæc quæ fuerunt scripta in libris tuis. Hoc est forte quod iam dixisti nobis, Considerabo nouissima eorum: & q̃ de te dñe dicitur, Vniuersorũ finem ip se considerat, quoniã tu quidem in omnib. quæ agimus, finẽ intentionis magis quam actum operationis attendis. Cũq; hæc diligẽter considero dñe Deus meus, terribilis & fortis, timore, pariter & ingenti rubore confundor, quoniã nobis magna est indita necessitas iuste recteq; viuẽdi, qui cũcta facimus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Fortissime magnipotẽs Deꝰ spirituũ vniuersç carnis, cuius oculi sunt super omnes vias filiorũ Adã, a die natiuitatis eorũ, vsq; in diem exitus eorũ, vt reddas vnicuiq; secundũ opera eorũ bona vel mala, ostende mihi vt cõfitear tibi paupertatem meã, quoniã dixi q̃d diues essem, & nullius egerem, & nesciebam quoniã pauper eram, cęcus, nudus, miser & miserabilis. Credebam enim me fore aliq̃d cũ nihil essem. Dixi sapiens efficiar, & stultus factus sum. Cogitabam me esse prudentẽ & decepꝰ sum. Et uideo nũc quia donum tuum est, sine quo nihil possumus facere, q̃a nisi tu domine custodieris ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. Sic docuisti me vt cognoscerẽ me, quia dereliquisti me, & probasti me, non propter te quod cognoscerem me, sed propter me vt cognoscerem me. Nã vt dixi dñe credebã me aliquid fore ex me, existimabam me sufficere per me, nec percipiebam quoniã tu regebas me, donec aliquã tulũ te elõgasti a me, & cecidi statim in me, & uidi & cognoui quoniam tu regebas me, & quod cecidi, fuit ex me: & quod surrexi, fuit ex te. Aperuisti mihi oculos lux & excitasti & illuminasti me, & vidi quoniam tẽtatio est hominis vita super terrã, & q̃ gloria non valeat ante te omnis caro, nec iustificatur oĩs viuens, quoniã si quid boni & pari vel magni, donum tuũ est, & nostrũ nõ nisi malũ est. Vnde igitur gloriabitur omnis caro? nunquid de malo? Hęc non est gloria, sed miseria: Sed nunquid gloriabitur de bono, nunquid de alieno? Tuum domine est bonũ, tua est gloria. Qui.n. de bono tuo gloriam sibi quærit & non tibi quærit, hic fur est & latro, & similis est diabolo, qui voluit furari gloriam tuã. Qui enim laudari vult de tuo dono, & non quærit in illo gloriam tuã, sed suã: hic licet propter tuũ donũ laudetur ab hominibus, a te tñ vituperatur, qui a de dono tuo non tuã, sed suã gloriam quæsiuit. Qui autem ab hominibus laudatur vituperante te, non defendetur ab hominib. indicã te te, nec liberabitur condemnante te. At tu dñe formator meus ex vtero matris meę, nõ me sinas cadere in illã exprobrationem, vt exprobaretur mihi furari voluisse gloriam tuã. Tibi enim sit gloria, cuius est omne bonum, nobis autẽ confusio faciei & miseria, quorum est omne malũ, nisi tu volueris misereri. Misereris quippe domine, misereris omniũ, & nihil odisti eorũ, quę fecisti, & da nobis de bonis tuis, & dita nos domine Deꝰ inopes optimis donis tuis. Quoniam diligis pauperes, & diuites facis eos diuitijs tuis. Ecce nunc domine pauperes nos filij tui sumus & pusillus grex tuus, aperi nobis ianuas tuas & edẽt pauperes, & satiabuntur, & laudabũt te, qui requirunt te. Scio etiam domine & confiteor docente te, quoniam illi soli, qui cognoscunt se pauperes, & confitentur tibi paupertatem suam, ditabuntur a te: quoniã qui se diuites existimant cum sint pauperes, a tuis diuitijs inueniuntur excluſi. Ego igitur confiteor tibi domine Deus meus paupertatem meam, & sit tibi gloria tota, quoniam tuum est omne bonum per me gestũ. Domine confiteor vt docuisti me, nihil aliud sum quam vniuersa vanitas & vmbra mortis, & abyssus quędam tenebrosa, & terra inanis, & vacua, q̃ sine tua benedictione non germinat, fructũ quoque non facit, nisi confusionem, peccatum, & mortem. Si quid boni vnquam habui, a te recepi, quicquid boni habeo tuum est, vel a te habeo. Si quando steti, per te steti: sed quando cecidi, per me cecidi, & semper in luto iacuissem, nisi tu me erexisses: semper cęcus fuissem, nisi tu me illuminasses. Quando cecidi nunquam surrexissem, nisi tu mihi manum porrexisses. Postquam me etiam erexisti semper cecidissem, nisi tu me sustinuisses: sępius perisssem, nisi me gubernasses. Sic semper domine, sic semper gratia tua & misericordia tua prẽuenit me, liberans me ab omnibus malis, saluans a prẽteritis, suscitãs a prẽsentibus, &

Apo. 20.

L

Boetius de consola. lib. 5. Quod homo per se nihil põt sine diuina gratia. c. 15. Ps. 126.

Iob. 7.

M

A

B

muniens a futuris, præcidens etiam ante me laqueos peccatorum, tollens occasiones & causas: quia nisi tu & hoc mihi fecisses, ego omnia peccata mundi feciſſem, quoniã scio domine, quod nullum peccatũ est quod vnquam fecerit homo, quod non possit facere alter homo, si creator desit a quo factus est homo. Sed quod non facerem, tu fecisti: qđ abstinerem iussisti, & quod tibi crederẽ, gratiam tu infudisti. Tu nanq; domine rogebas me tibi, seruabas me tibi, & mihi vt adulterium & omne aliud peccatũ non committerem, gratiam & lumen donasti. Tentator defuit, & deesse tu fecisti: locus & tempus defuit, & vt hęc deessent tu fecisti. Affuit tentator, non defuit locus, nõ defuit tempus: sed vt non consentirem, tu me tenuisti. Venit tẽtator tenebrosus vt est, & vt eum despicerẽ, tu me confortasti. Venit tentator armatus & & fortis, & vt me non vinceret, tu eum refrenasti, & me roborasti. Venit tentator transfiguratus in angelum lucis. & vt me non deciperet, tu eũ increpasti, & vt eũ cognoscerem tu me illuminasti: ipse enim est draco, ille magnus, & rufus serpens, antiquus, vocatus diabolus & satanas, habens capita septem, & & cornua decem, quem creasti ad illudendũ huic mari magno & spatioso, in quo reptant animalia, quorum non est numerus, & animalia pusilla & magna, idest, diuersa dęmoniorum genera, qui nihil aliud die noctuq; operantur, nisi quia circumeũt quę rentes quẽ deuorẽt, nisi tu eripias. Ipse enim est ant iquus ille draco, qui ortus est in paradiso voluptatis, q cauda sua trahit tertiã partem stellarum cęli, & eas mittit in terram, q veneno suo corrumpit aquas terræ, vt bibentes homines moriantur, & qui sternit sibi aurum quasi lutum, quod influat Iordanis in os suum, & habet fiduciam, qui factus est vt nullum timeat. Et quis defendet a morsibus eius? quis eruet ab ore eius, nisi tu domine qui congregasti capita draconis magni? Adiuua nos, prętẽde domine super nos alas tuas, vt fugiamus sub eis a facie draconis huius, qui nos persequitur, & scuto tuo libera nos a cornibus eius: hoc enim est cõtinuum studium eius, hoc vnicum desideriũ suum, vt animas, quas creasti, deuoret. Et iõ Deus meus ad te clamamus, libera nos ab aduersario nostro quotidiano, qui siue dormiamus, siue vigilemus, siue comedamus, siue bibamus, siue quodcunq; opus operemur, omnibus modis instat die ac nocte, fraudibus & artibus, nunc palam, nunc occulte, sagittas venenatas contra nos dirigens vt interficiat animas nostras. Et tamen domine pessima insania nostra, quia cum continue videamus contra nos draconem ore aperto paratum ad deuorandum, nihilominus dormimus & lasciuimus in pigritijs nostris, tanquam securi ante eum, qui nihil aliud desiderat, quam vt nos perdat. Inimicus, vt occidat, semper vigilat sine somno, & nos vt custodiamus nos, nolumus euigilare a somno. Ecce tetendit ante pedes nostros laqueos infinitos, & omnes vias nostras varijs repleuit decipulis ad capiendas animas nostras. Et quis effugiet? Laqueos posuit ī diuitijs, laqueos posuit in paupertate, laqueos tetẽdit in cibo, in potu, in voluptate, in somno, & in vigilia, laqueos posuit in verbo & in opere, & in omni via nostra sed tu domine libera nos de laqueo venantium, & a verbo aspero, vt confiteamur tibi dicentes, Benedictus dominus, qui non dedit in captionem dẽtibus eorum, Anima nostra sicut passer erepta est, de laqueo venantium, Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Et tu quidem, domine lux mea, illumina oculos meos, vt videam lumen, & ambulem in lumine tuo, & non impingam in laqueos eius. Quis enim euadet laqueos istos multos, nisi videat eos? Et quis videbit eos, nisi quẽ illuminaueris lumine tuo? Ipse enim patet tenebrarum laqueos suos abscondit in tenebris suis, vt capiantur in eis omnes qui sunt in tenebris suis, qui sunt filij tenebrarum harum, non videntes lumen tuum, in quo qui ambulat non timebit, qui enim ambulat in die, non offendit: qui autem in nocte ambulat, offendit: qa lux nõ est in eo. Tu lux domine, tu lux filiorũ lucis, tu dies qui nescis occasum, in qua ambulant filij tui sine offensione, & sine qua omnes qui ambulant in tenebris sunt, quia lucem mundi non habent: ecce quotidie cernimus, quia quo magis a te vero lumine quis elongatur, eo magis peccatorum inuoluitur tenebris: & quo magis est in tenebris, eo minus videt laqueos in via sua: & ideo minus cognoscit, & idcirco sępius capitur, & cadit in eis: & quod

De diabolī tẽtatio nib. c. 16.

Apo. 12.

Ps. 103.

Apo. 12.

Ioan. 41. & 40.

Psal. 90.

Ps 123.

Quod Deus est lux inuisa. c. 17. Ioan. 11.

Psal. 90.

est

est horribilius, etiã se cecidisse ignorat. Qui vero suũ casum ignorat, eo minus curat surgere, quanto se existimat adhuc stare. Tu vero lux mentis dñe Deus meus, nunc illumina oculos meos, vt videam, & cognoscam, ne corruam in conspectu aduersariorũ meorum. Etenim in exterminium nostrum laborat inimicus noster, quem petimus vt facias
H liquefieri à facie nostra, sicut cera liquescit à facie ignis. Qñ dñe ipse est latro primus & ultimus, qui consiliũ fecit ut raperet gloriam tuam, qñ inflatus, & elatus crepuit & cecidit in faciem suam, & deiecisti eum de monte sancto tuo, & de medio lapidũ ignitorum in quorũ medio ambulauit. Et nunc vita mea dñe Deus meus, ex quo cecidit, non cessat persequi filios tuos. Et in odium tuũ, ò rex magne, cupit perdere hanc creaturam tuam, quã creauit omnipotens bonitas tua ad imaginem tuam vt possideat gloriã tuã, quam ipse perdidit per superbiam suam. Sed contere fortis noster antequam nos agnos tuos deuoret, & illumina nos ut uideamus laqueos, quos ipse parauit, & euadamus ad te ò lętitia Israel. Et hæc omnia tu dñe melius nosti, qui nosti contentionem eius, & ceruicem eius durissimam. Nec hoc dico ut ostẽdam tibi, quia omnia vides, & nulla te latet cogitatio. Sed ante pedes tuæ maiestatis de inimico meo querimoniã facio, iudex æterne, vt & ipsum damnes, & nos filios tuos saluues, quorũ fortitudo tu es. Versutus est enim domine iste hostis & tortuosus, nec facile deprehendi possunt circuitus viæ eius, nec cognosci species vultus eius, nisi tu illumines. Nam nunc hic, nunc illic: nunc agnum, nunc lupum: nunc tenebras, nunc lucem se ostẽdit, & singulis quibuslibet qualitatibus, locis, & temporibus, secundum varias rerũ
I mutationes, varias exhibet tentationes. Nam vt tristes decipiat, tristatur & ipse: vt gaudentes illudat, fingit se & ipse gaudere: ut spiritales defraudet, in angelum lucis se transfiguratut fortes cõprimat, apparet agnus: vt mites deuoret, apparet lupus. Hæc quidem om
Psal. 90. nia secundum similitudinem variarum tentationum effici habet, sicut alios a timore nocturno, alios a sagitta uolante in die, alios a negocio perambulante in tenebris, alios uero ab incursu, alios a dęmonio meridiano. Et ad hæc quis idoneus ut cognosca? & astutias eius, quis cognouit? Quis reuelabit speciem indumenti eius? & gyrum dentium eius quis agnoscet? En abscondit sagittas suas in pharetra, & laqueos suos abscondit sub specie lucis, & hoc difficilius perpenditur, nisi a te dñe spes nostra lumen assumamus ut uideamus omnia. Nam non solum in carnis operibus, quæ de facili cognoscuntur, nec tantum in ipsis vitijs, sed in ipsis spiritalib. exercitijs laqueos abscondit subtiles, & sub uirtutum colore ipsa uitia induit, & transmutat se in angelum lucis. Hæc & multa alia nititur contra nos ipse filius Belial, ipse Satan, dñe Deus noster. Et nunc ut leo, nunc ut draco, manifeste & occulte, intus & extra, die ac nocte insidiatur ut rapiat animas nostras. Et
K tu eripe nos domine, qui saluas sperantes in te ut ipse de nobis doleas, & tu laueris in nobis dñe Deus noster. Ego autem filius ancillæ tuæ, qui me cõmẽdaui manui tuæ, iam his meis pauperculis confessionibus confitear tibi liberator meus toto corde meo, & recolam ad mẽtem meam omnia bona, quæ fecisti mihi a iuuentute mea, in omni uita mea. Scio nanque q̃ ingratitudo multum tibi displiceat, quæ est radix totius mali spiritalis, & ventus quidam deficcans, & urens omne bonum, obstruens fontem diuinæ misericordiæ tuæ super hominẽ, qua & mala mortua iam oriuntur, & viua iam opera moriuntur, & ultra non adipiscuntur. Et ego domine gratias tibi agam, ne sim ingratus tibi liberator meus, quoniam liberasti me. Quoties me iam absorbuerat ille draco, & tu domine ab ore eius extraxisti me? Quoties ego peccaui, & ipse paratus fuit deglutire, sed tu domine Deus meus defendisti me? Cum cõtra te inique agebam, cum tua mandata frangebam, stabat ipse paratus ut me raperet ad infernum, sed tu prohibebas. Ego te offendebam, & tu me ipse defendebas: ego te non timebam, & tu me custodiebas. A te recedebã
L & inimico meo me exhibebam, tu ipsum ne me acciperet, deterrebas. Hæc mihi tu domine Deus meus beneficia conferebas, & ego miser non cognoscebam. Sic enim me multoties a faucibus diaboli liberasti, de ore Leonis eripuisti, & ab inferno licet nescientem me multis uicibus reduxisti. Descendi enim usque ad portas inferni, & ne illuc intrarem, tu me tenuisti. Appropinqua-

De beneficijs Dei. Cap. 18.

bam vsq; ad portas mortis, & ne me ipsæ caperent, tu fecisti. De morte etiam corporis sæpius eripuisti me Saluator meus, cum graues morbi tenerent me, cum fui in periculis multis, per mare, p terras, ab igne & gladio, & ab omni periculo liberans, semper mihi astans & misericorditer saluans. Sciebas tu quidem dñe, quia si tunc mors me occupasset, infernus animam meã suscepisset, & perpetuo damnatus fuissem: Sed tua misericordia, & tua gratia præuenit me, eripiẽs me de morte corporis, & de morte animæ domine Deus meus. Hæc & multa alia mihi tua beneficia exhibuisti, & ego eram cęcus, & nõ cognoui donec illuminasti me. Nunc igitur lux animæ meæ dñe Deus meus, vita mea, per q̃ viuo, lumen oculorum meorũ, per q̃ video: en illuminasti me, & cognosco te, quia viuo per te, & gratias ago tibi licet viles & exiles & impares beneficijs tuis, quales habet mea fragilitas offero. Quoniam tu es solus Deus meus, creator meus benignus, qui amas nostras animas, & nihil odisti eorũ, quę fecisti. En ego primus inter peccatores, quos saluasti, vt exemplum alijs tribuam benignissimæ pietatis tuæ. Confitear beneficia tua magna, qm̃ eripuisti me de inferno inferiori semel & secundo, & tertio, & centies, & millies, & ego semper ad infernum tendebam, & tu me semper reducebas, & iuste millies damnasses me si voluisses: noluisti, quia amas animas, & dissimulas peccata hominum propter pę nitentiam dñe Deus meus, multæ misericordiæ in oñnibus vijs tuis. Nunc ergo video hæc dñe Deus meus, & cognosco per lumen tuum, & deficit anima mea in misericordia tua magna, quæ est super me, qm̃ eripuisti animam meam ex inferno inferiori, & me ad vitam reduxisti. Totus n. eram in morte, totum me resuscitasti. Tuum igitur sit totum id quod viuo, & totus totum me tibi offero. Totus spiritus, totum cor, totum corpus, tota vita mea viuat tibi, vita mea dulcis, quoniam totũ me liberasti, vt totũ me possideres, totũ me refecisti, vt totũ haberes. Diligam te igitur dñe virtus mea, diligam te ineffabilis exultatio mea, & viuat iam non mihi, sed tibi tota vita mea, quæ perierat in miseria mea, resuscitata est in misericordia tua, q̃ es Deus misericors & miserator & multæ misericordiæ in milia his, qui diligunt nomen tuũ. Idcirco dñe Deus meus sanctificator meus iussisti mihi lege tua, vt diligam te toto corde meo, tota anima mea, tota mente mea, tota fortitudine mea, & totis viribus meis, & etiã ex intimis medullis cordis mei, omnibus horis & momentis, quib. fruor bonis misericordiæ tuæ, qm̃ semper perirem, nisi quia sẽper regis me: semper morerer, nisi quia semper me viuificas, & omni momento me tibi obligas, dum omni momento mihi tua magna beneficia præstas. Sicut ergo nulla est hora, vel punctũ in omni vita mea, quo tuo beneficio non vtar: sic nullũ debet esse momentum, quo te non habeam ante oculos in mea memoria, & te non diligam ex omni fortitudine mea. Sed nec hoc valeo nisi tu dederis mihi, cuius est omne donum bonũ, & omne datũ optimũ descendens a patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Nõ. n. est volentis neq; currentis, sed tui miserentis, vt diligamus te. Tuum est domine hoc donũ, cuius est omne bonum. Iubes te diligi, da quod iubes & iube quod vis. Amo te Deus meus, magisq; semper amare cupio, qa tu es reuera omni melle dulcior, omni lacte nutribilior, & omni luce clarior. Idcirco super omne aurum & argentum & lapidem pretiosũm es mihi charior: displicebat enim mihi quicquid agebã in seculo præ dulcedine tua, & decore domus tuæ quam dilexi. O ignis, qui semper ardes & nunquam extingueris, ò amor qui semper ferues & nunquam tepescis, accẽde me. Accendar, inquam, totus a te, vt totus diligam te. Minus enim te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. Diligam te domine, quoniam tu prior dilexisti me. Et vnde mihi verbum vt explicem signa dilectionis tuę maximę erga me propter innumera beneficia tua, quib. a principio educasti me? Post beneficium nempe creationis quãdo in principio de nihilo ad imaginem tuam creasti me, honorificans & exaltans me inter eas creaturas, quas fecisti, & nobilitans lumine vultus tui quo signasti super limina cordis mei, quo ab insensibilibus pariter & sensibilibus brutis discreuisti me, & paulo minus ab angelis minuisti. Parũ & hoc fuit ante conspectum diuinitatis tuæ, quoniam quotidianis & singularibus maximisque donarijs tuorum beneficiorum me sine intermissio-

Sap. 11.

Deut. 6.

Iac. 1.

Rom. 9.

De fruc. rectitu. tis. c. 19.

missione nutriuisti, & quasi filium tuũ parvulũ tenellum vberibus tuę cõsolationis latasti & confortasti me. Vt enim tibi totus servirem, omnia quæcunq; feciſti in meũ ſerui tiũ tradidiſti. Omnia ſub pedibus hominis ſubiecisti, vt ſolus homo totus tibi ſubijceretur. Et vt tuus totus homo eſſet, ſuper omnia opera tua dominatus eſt homo. Exteriora nempe pro corpore cuncta creaſti, ipſum vero corpus pro anima, animã vero pro te, vt tibi ſoli vacaret, & te ſolũ amaret, poſſidens te ad ſolatiũ, inferiora vero ad ſeruitiũ.

Quod Deus ſubiecit oĩa ſeruituti hominum Cap. 20. Eſa. 84. 1. Cor. 2.

A Quicquid enim cęli ambitu cõtinetur inferius ab anima humana ẽ, q̃ facta eſt vt sũmũ bonũ ſuperius poſſideret, cuius poſſeſsione beata fieret, cui ſi adhęſerit, cunctorũ mutabilium inferiorũ neceſsitudines ſupergrediens, illius ſummæ maieſtatis cuius æmula tur ſpeciẽ æternæ immortalitatis faciẽ ſere nitatę videbit. Tunc vero illis bonis optimis fruetur in domo domini, quorũ cõparatione cuncta hæc quæ hic cernimus velut nihilũ computantur. Illa ſunt quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quę prępparauit Deus diligenti bus ſe. Et hęc quidem domine daturus es animę. His etiã quotidie lętificas animas ſeruorũ tuorum, qui amas animas. Quid miror hæc dñe Deus meus, imaginẽ quippe tuã honorificas, & ſimilitudinẽ tuã ad quã creatæ ſunt: nam & corpore noſtro licet adhuc corruptibili & ignobili, vt videret dediſti cęli claritatẽ per manũ miniſtrorũ tuorũ indefeſſorũ, ſolis & Lunę, qui præcepto tuo iugiter die ac nocte deſeruiunt filijs tuis: vt ſpiraret, largitus es aeris puritatẽ: vt audiret, ſonorũ varietates: vt odoraret, odorũ ſuauitates: vt guſtaret, ſaporũ qualitates: vt cõtrectaret, dediſti corpulentorũ omniũ groſsitates. Ad iuuamenta ſuis neceſsitatibus dediſti iumẽta: volucres quoq; cęli & piſces maris & fructus terrę ad reficiẽdũ impẽdiſti. Medicinas de terra pp ſingulas quaſq; ſuas corruptelas creaſti, ſingula ſolatia ſingulis malis obuiantia prępparaſti, qm̃ es miſericors & miſerator, & nouiſti figmentum noſtrũ figulus noſter, & nos oẽs quaſi lutũ in manu tua. Aperiatur mihi miſericordia tua magna, lumine tuo illuſtra quęſo magis adhuc, vt mihi magis aperiatur. Nã ex his minimis tua magna, & ex his viſibilibus tua inuiſibilia comprehendimus dñe Deus ſancte, & bone creator noſter. Si.n. mi dñe ꝓ hoc corpore ignobili & corruptibili tã magna & innumera beneficia prętas a cęlo & aere, a terra & mari, a luce & tenebris: a calore et vmbra rore et imbre, ventis, et pluuijs, volucribus et piſcibus, beſtijs & arborib. & multiplicitate herbarũ & germinũ terrę, & cunctarũ crętaturũ tuarũ miniſterio nobis ſucceſsiue per ſua tempora miniſtrantiũ, vt alleues faſtidiũ noſtrũ: qualia quęſo, et quã magna, et innumerabilia erunt illa bona, quæ præparaſti diligentib. te, in illa cęleſti patria, vbi te videbimus facie ad faciẽ? Si tanta facis nobis in carcere, q̃d ages in palatio? Magna et innumerabilia ſancta opera tua domine rex cęlorum. Cum enim fiũt hęc omnia valde bona et delectabilia quę bonis pariter malis q; cõmunia tradidiſti, qualia futura ſunt illa, quę ſolis bonis recondidiſti? Si tã innumera et varia dona tua, quę nunc amicis pariter tribuis et inimicis, quã magna et innumerabilia, q̃ dulcia et delectabilia, quę ſolis tuis es largiturus amicis? Si tanta ſolatia in hac die lachrymarũ, quanta conferes in die nuptiarũ? Si tanta delectabilia continet carcer, quanta queſo cõtinet patria? Oculus non vidit Deus abq; te, quę prępparaſti diligentibus te. Secũ dũ enim magnã multitudinẽ magnificentię tuę eſt ẽt multitudo magna dulcedinis tuę, quã abſcondiſti timentibus te: magnus enim tu es dñe Deus meus et immenſus, nec eſt finis magnitudinis tuę, nec eſt numerus ſapiẽtię tuę, nec eſt menſura benignitatis tuę, nec eſt finis, nec numerus, nec menſura retributionis tuę: ſed ſicut magnus es tu. ita magna ſunt donaria tua, quoniã tuipſe pręmiũ et donũ omniũ legitimorũ tuorũ pugnatorũ. Hęc ſunt beneficia magna tua domine Deus ſanctificator ſanctorum tuorũ: quibus repleturus es inopiam eſurientiũ filiorũ tuorum: quoniam tu es ſpes deſperatorum et conſolatio deſolatorum, tu corona ſpei, quę ornata eſt gloria prępparata vincentibus. Tu famelicorũ ſatietas ęterna, danda e furientibus. Tu conſolatio ſempiterna, qui ſolis illis te tribuis, qui conſolationem huius mundi pro tua perpetua conſolatione contemnunt. Nã qui hic conſolantur, indigni tua conſolatione habentur: ſed qui hic cruciantur, a te conſolantur: et participant. conſolationibus. Ne

Eſa. 64. Eſa. 50.

Quod dinima dulcedo oẽm præſentẽ mundi amaritudinem tollat. c. 22.

D

B *Quod ex conſideratione bonorũ tẽporaliũ colligit magnitudo cęleſtis conſilij. Cap. 28.*

mo enim potest in vtroq; seculo consolari, nec potest quis hic, & in futuro gaudere: sed vnum necesse est vt perdat, qui alterũ volue
Ioan. 5. rit possidere. Hęc vbi considero domine cõsolator meus in hac vita renuit consolari anima mea vt digna debeatur tuis consolationibus ęternis, quia iustum est vt amittat te quicunq; in aliquo alio magis consolari eligit quã in te. Et obsecro summa veritas te p
F te, non permittas me in aliqua consolatione vana consolari quã in te, sed peto, vt omnia mihi amarescant, vt tu solus dulcis appareas animę meæ, qui es dulcedo inęstimabilis, p quam cuncta amara dulcorantur. Tua enim dulcedo Stephano lapides torrentis dulcora uit: tua dulcedo craticulam beato Laurentio
Actor. 7. dulcem fecit: pro tua dulcedine ibant Apo-
Actor. 5. stoli gaudentes a conspectu concilij, quoniã digni habiti sunt pro nomine tuo contumeliã pati. Ibat Andreas securus ad crucem & gaudens, quoniã ad tuã dulcedinẽ properabat. Hęc enim tua dulcedo ipsos Apostolorũ Principes sic repleuit, vt pro ipsa crucis patibulũ vnus eligeret, alter quoq; caput ferienti gladio supponere non timeret. Pro hac emenda Bartholomeus propriam pellẽ dedit. Pro hac quoq; gustanda veneni poculũ intrepidus Ioannes potauit. Hanc vero vt gustauit Petrus omnium inferiorũ ob
Mat. 17. litus, clamauit quasi ebrius, dicens, Domine bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula: hic moremur, te contemplemur, quia nullo alio indigemus, sufficit nobis dñe videre te, inquit, tanta dulcedine satiari. Vnã enim stillã dulcedinis illis gustauit, & omnẽ aliã fastidiuit dulcedinẽ. Quid putas dixisset, si magnã illã multitudinẽ dulcedinis diuinitatis tuæ gustasset, quã abscõdisti timentibus te? Hanc tuã dulcedinẽ inestabilẽ & illa gustauerat uirgo, de qua legimus, q̃ lętissima & glorianter ibat ad carce
G rẽ, quasi ad epulas inuitata. Hanc, vt reor, &
Psal. 30. ipse gustauerat, q̃ dicebat, Quã magna mul-
Psal. 33. titudo dulcedinis tuæ dñe, quã abscondisti timentibus te: quiq; monebat, Gustate & videte, quoniã suauis est dñs. Hęc est enim illa beatitudo domine Deus noster, quam expectamus daturũ te nobis, pro qua tibi domine cõtinue militamus, pro qua tibi mortificamur tota die, vt in tua vita tibi viuam⁹. Tu aũt domine expectatio Israel, desideriũ ad quod suspirat cor nostrum quotidie, festina ne tardaueris. Surge propera & veni, vt educas nos de isto carcere ad confitendũ nomini tuo, vt gloriemur in lumine tuo. Aperi aures tuas clamoribus lachrymarũ pupillorum tuorũ, qui clamant ad te, Pater noster, da nobis hodie panẽ nostrum quotidianum: in cuius fortitudine ambulemus die ac nocte, vsquequo perueniamus ad montẽ sanctum tuũ Horeb. Et ego paruulus inter paruulos familiæ tuę Deus pater & virtus mea, quando veniam & apparebo ante faciẽ tuã, vt qui nunc tibi confiteor ad tempus, ex tũc
H confitear tibi in ęternũ? Beatus ero si fuero admissus ad videndũ claritatẽ tuam. Quis mihi hoc tribuat vt ad hoc venire permittas me? Scio domine, scio, & confiteor indignũ vt intrem sub tectum tuũ, sed fac propter honorem tuum, & ne confundas in te sperantẽ seruum tuum. Et quis intrabit in sanctuariũ tuum ad considerandas potentias tuas, nisi tu aperias? Quis autem aperiet, si tu clauseris? Si enim destruxeris, nemo est qui ędificet. Et si incluseris hominem, nemo est qui aperiat. Si continueris aquas, omnia siccabũtur: & si emiseris eas, subuertent terrã: si omnia quę fecisti ad nihilum redigas, quis contradicet tibi? Porro sempiterna bonitas misericordiæ tuę, qua fecisti omnia quæcunq; voluisti, tu nos fecisti fabricator mundi, rege nos, tu nos creasti, ne spernas nos, quia opera tua sumus. Et quidem domine Deus noster, nos lutũ & vermiculi non valemus in tuas æternitates intrare, nisi tu induxeris qui de nihilo cuncta creasti. Ego autem opus manuum tuarum confitebor tibi in timore tuo, quia non in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me, sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio vultus tui, alioquin desperarem, quoniam spes mea tu es, qui creasti me, quoniam non derelinquis sperantes in te. Tu quippe es dominus Deus noster suauis & patiens in misericordia disponens omnia. Nam si peccaueri
I mus, tui sumus: si non peccauerimus, tui sumus, quoniam apud te sumus computati: Nos enim folium vniuersi, & vanitas est omnis homo viuens, & ventus est vita nostra super terrã. Ne irascaris si cadimus pupilli tui, quoniam tu nosti figmentum nostrum dñe Deus noster. Num Deus inæstimabilis

Quod tua spes nostra debeat esse in Deũ. Cap. 23. Matt. 6.

Quod salus nostra ex Deo est. Cap. 24. Psal. 43.

Sap. 15. Psal. 38. Iob. 7. Reg. 5.

bilis fortitudinis contra folium, q̃ a vento rapitur ostendere vis potentiam tuam, & sti pulam siccam persequeris? Num damnabis rex Israel æterne canem mortuum? Num dānabis culicem vnum? Audiuimus de misericordia tua dñe, qm̃ tu mortem nō facis, nec
Sapien. 1 lætaris in perditione morientium. Propter hoc dñe oramus te, ne permittas dominari q̃ non feciſti huic creaturæ tuæ quam feci-
H ſti. Si.n.doles de perditione, quid te prohibet dñe, qui omnia potes, ne ſemper læteris de noſtra ſaluatione? Si vis potes me ſaluare, ego autem & ſi vellem non poſſem. Magna eſt multitudo miſeriarū mearum mecū.
Rom. 7. Velle quippe mihi adiacet, perficere aũt nō inuenio. Velle q̃ bonum eſt non poſſum, niſi tu velis, nec q̃ volo poſſum, niſi tua potentia me confortet: & q̃ poſſum aliqñ nolo, niſi tua voluntas fiat ſicut in cęlo & in terra. Et q̃ volo & poſſum ignoro, niſi tua ſapientia me illuſtret: Et ſi ēt ſciam qñque volens, quandoq; valens, imperfecta & vacua tranſit ſapientia mea, niſi adiuuet vera ſapientia tua. In tua autem voluntate cuncta ſunt poſita, & nō eſt qui poſsit reſiſtere voluntati tuę, domine vniuerſorum, principatū tenens omnis carnis, & quæcunque vis facis in cęlo & in terra, in mari & in omnibus abyſsis. In nobis igitur fiat voluntas tua ſuper quibus inuocatum eſt nomen tuum, ne pereat hoc nobile plaſma tuum, q̃ creaſti propter honorem tuum. Et quis homo natus de muliere qui viuat, & non videat mortem, & eripiat animā ſuam de manu inferi, niſi tu ſolus eripias, vita vitalis omnis vitæ, per quam omnia viuũt? Etenim iam tibi confeſſus ſum laus vitæ meę domine Deus meus, virtus ſalutis meæ. Spe-
I rabam aliquando in virtute mea, quæ tamen
Quod voluntas humana inefficax ſit ad bona opera ſine diuina gratia. Cap. 25. 1. Reg. 2. non erat virtus. Et cum ſic volui currere, vbi magis ſtare debebam ibi magis cecidi, factusq̃ ſum magis retro, & non ante, & q̃ credebam conſequi, magis elongatum eſt a me. Sic per multa ſimilia uires meas probās, cognoſco nunc quia illuminaſti me, quoniam quod magis credidi poſſe per me, minus ſemper potui. Dicebam enim hoc faciā, illud perficiam: nec hoc, nec illud faciebam. Aderat voluntas, non erat facultas. Aderat facultas, nō aderat voluntas, quoniam de meis uiribus confidebam. Nunc autem confiteor tibi domine Deus meus pater cęli, & terrę, quia non in fortitudine ſua roborabitur uir, ut glorietur ante te ſtulta præſumptio omnis carnis. Non eſt enim hominis uelle q̃ poſſit, aut poſſe quod uelit, uel ſcire quod uelit & poſsit: ſed potius a te greſſus hominis diriguntur, illorum inquam, qui non a ſe, ſed a te dirigi ſe confitentur. Obſecramus itaq; per uiſcera miſericordiæ tuæ, uelis domine ſaluare quod creaſti, quoniam ſi vis, potes K
nos ſaluare, & in tua uoluntate uirtus eſt noſtræ ſalutis. Recordare miſericordiæ tuæ antiquæ qua nos a principio in benedictionibus tuæ dulcedinis præueniſti. Antequam e-
De antiquis beneficijs Dei. Cap. 26. Pſal. 21. nim naſcerer ego filius ancillæ tuæ domine, ſpes mea ab uberibus matris meæ, tu me prę ueniſti præparans mihi ſemitas, quibus incederem & venirem ad gloriam domus tuæ, priuſquā me formares in utero nouiſti me, & antequam exirem de vulua quicquid tibi placuit præordinaſti de me. Quæ & qualia ſint in libro tuo ſcripta de me, in ſecreto conſiſtorij tui, ego quidem ignoro, unde & ualde timeo, tu uero noſti, quoniā quod ego per ſucceſſus dierum & temporū hinc ad mille annos huius temporalitatis expecto, in conſpectu æternitatis tuæ iam factum eſt: & quod futurum eſt, iam factum eſt. Ego autem ſtans in hac nocte tenebroſa hęc ignorans, timor & tremor uenerunt ſuper me, dum uideo mihi undique imminere multa pericula, a multis quoque hoſtibus uenari, multitudineq̃ innumerarum miſeriarum in hac uita me circundari. Et niſi in tantis malis afforet mihi tuum adminiculum, deſperarem. Sed ſpes mihi magna ſubeſt de te mitiſsime Princeps Deus meus, & conſideratio multitudinis miſerationum tuarum, quæ apud te ſunt, ſubleuat mentem meam, & prę cedentia ſigna miſericordiæ tuæ, quæ me antequam naſcerer præuenerunt, & nunc ſpecialiter in me effulſerunt: de futuris benignitatis tuæ melioribus & perfectioribus muneribus, quæ amicis tuis reſeruas, ſpem meam admonent, ut in te lætetur domine Deus meus lætitia ſancta & uiua, quæ ſemper lætificas iuuentutem meam. Dilexiſti e-
L
De angelis deputatis ad cuſtodiā hominū. Cap. 27. nim me unice amor meus antequam diligerem te, & ad imaginem tuam creaſti me, omnibus creaturis tuis prępoſuiſti me, quam dignitatem tunc quidem ſeruo cum nouerim te, pp quem feciſti me. Inſuper facies ange-

los tuos ſpiritus propter me, quibus munda
ſti vt cuſtodiãt me in omnibus vijs meis, ne
forte offendam ad lapidem pedem meum.
Pſal.90. Hi.n.ſunt cuſtodes ſuper muros ciuitatis tuę
nouæ Hieruſalem, & montes in circuitu e-
ius vigilantes & cuſtodientes vigilias noctis
ſuper gregem tuũ, neqñ rapiat vt leo animas
noſtras dum non eſſet qui eriperet, ille anti-
quus ſerpẽs aduerſarius noſter diabolus, qui
B quaſi leo rugiens ſemper circumit quærens
1.Pet.5. quem deuoret. Hi ſunt ciues beatæ ciuitatis
ſupernę Hieruſalem, quæ ſurſum eſt mater
noſtra, in miniſterium miſsi propter eos qui
hæreditatẽ capiunt ſalutis, vt eos liberent ab
inimicis ſuis, & cuſtodiãt in omnib. vijs ſuis
confortent quoq; & moneant, & orationes
filiorum tuorũ offerant in conſpectu gloriæ
maieſtatis tuæ. Diligunt nẽpe conciues ſuos,
per quos ſuæ ruinæ ſciſſuras inſtaurari expe
ctant. Ideoq; magna cura & vigilanti ſtudio
aſſunt nobis omnibus horis & locis, ſuccur-
rentes & prouidentes neceſsitatib. noſtris, &
ſoliciti diſcurrẽtes inter nos & te dñe, gemi-
tus noſtros atq; ſuſpiria referentes ad te, vt
impetrent nobis facilẽ tuæ benignitatis pro-
pitiationem, & referant ad nos deſideratam
tuæ gratiæ benedictionem. Ambulant.n.no-
biſcum in omnib. vijs noſtris, intrant & ex-
eunt nobiſcũ, attente conſiderantes quã pie,
quãq; honeſte in medio prauæ nationis cõ-
uerſemur, quantoq; ſtudio & deſiderio quę
ramus regnũ tuũ, & iuſtitiã eius, quantoque
timore & tremore ſeruiamus, & exultemus
tibi in lætitia cordis noſtri. Adiuuant laborã
tes, protegunt quieſcentes, hortantur pugnã-
tes, coronant vincentes, congaudent gauden
tibus, de te, inquam, gaudentibus: cõpatiun-
tur patientib. pro te, inquã, patientibus. Gran
Pſal. 5. dis eſt eis cura de nobis. Magnus eſt affectus
dilectionis eorũ erga nos, & hoc totũ pro-
pter honorẽ tuę inęſtimabilis charitatis, qua
dilexiſti nos. Diligũt.n.quos tu diligis, cuſto
diunt quos tu cuſtodis: & deſerunt quos tu
C deſeris, nec diligũt operantes iniquitatẽ: qm̃
& tu odiſti omnes operantes iniquitatem, &
perdes omnes qui loquũtur mendaciũ. Quo
ties bene agimus, gaudent angeli & triſtãtur
Luc. 15. dęmones. Quoties vero à bono deuiamus,
diabolũ lętificamus, & angelos tuos ſuo gau
dio defraudamus: gaudiũ eſt.n.eis ſuper vno
pctõre pnĩam agente: ſed diabolo ſuper vno
iuſto pnĩam deſerente. Da igitur da pater eis
ſemper gaudere de nobis, vt & tu sẽper per
eos lauderis in nobis, & nos cũ eis in vnum
ouile tuũ adducamur, vt confiteamur ſimul
nomini ſancto tuo, creator hominũ, & ange
lorum. Hæc ipſe cõmemorans corã te, confi
teor laudans te, qm̃ beneficia tua magna ſunt
hæc, quib. nos honorificaſti, dans nobis an-
gelos tuos ſpiritus in miniſterium noſtrum.
D Dederas.n. quicquid cęli ambitu cõtinetur,
& quaſi parua reputas hæc quæ ſub cęlo ſũt,
niſi adderes etiam ea quæ ſub cęlo ſunt. Lau-
dent te dñe de hoc omnes angeli tui, confi- *Pſal.8.*
teantur tibi de hoc omnia opera tua, & ipſi *Iob.7.*
ſancti tui benedicant. O honorificentia no- *Prou.8.*
ſtra, nos nimis honorificans & ditans mul- *Iob.25.*
tis muneribus decoraſti. Admirabile eſt.n. *Iob.14.*
nomen tuum dñe in vniuerſa terra. Quid eſt *De præ-*
enim homo, quia magnificas eum, aut appo *finda præ-*
nis erga eum cor tuum? Dixiſti.n.veritas an- *deſtina-*
tiqua, Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum. *tione &*
Nonne homo putredo, & filius hominis ver *præſcien-*
mis? Nonne vniuerſa vanitas omnis homo vi *tia Dei.*
uens? Et dignum ducis ſuper huiuſcemodi *Cap.28.*
aperire oculos tuos, & adducere eum tecũ *Heb.4.*
in iudicium? Doce me abyſſus profundiſsi- *2.cor.6.*
ma, creatrix ſapientia, quæ libraſti in ponde *Mat.5.*
re montes, & colles in ſtatera, & molẽ terræ
tribus digitis appendiſti: Suſpende molem
corporalitatis huius, quam gero tribus inui
ſis digitis tuis ad te, vt videam & cognoſcã
quam admirabile eſt nomen tuũ in vniuerſa
terra. Lux antiquiſsima, q̃ lucebas ante om-
nem lucem in montibus ſanctis æternitatis
antiquæ, cui nuda & aperta erant omnia an-
tequam fierent. Lux quæ odio habes omnem
maculam, vtpote mundiſsima & immacula-
tiſsima, quæ tibi delitiæ cũ homine, quæ cõ
uentio lucis ad tenebras? Vbi.n.ſunt in hoĩe
delitiæ tuæ? Vbi præparaſti tibi in me dignũ
ſanctuariũ maieſtatis tuæ, ad q̃ introiens ha- E
beas delitias delectationis tuæ? Mundum.n.
cęnaculum decet te mundans virtus, quæ nõ
niſi a mundis cordibus videri potes, multo
magis nec haberi. In homine autem, vbi eſt
templũ tam mundũ vt te ſuſcipiat, qui regis
mundum? Quis poteſt facere mundũ de im- *Iob. 14.*
mundo conceptum ſemine? Nonne tu qui ſo
lus es mundus? Ab immundo.n.quis munda-
bitur? Nam & ſecundum legem, quam dedi- *Eccl.34.*
ſti patribus noſtris in igne cõburente mon-
tem,

tem, & in nube tegente aquam tenebrosam, quicquid tetigerit immũdus, immundũ erit.

Esa. 64. Omnes aũt nos quasi pannus menstruatæ de massa corrupta & immunda venientes, maculam immunditiæ nostræ, quã celare saltẽ tibi qui omnia vides, non possumus, in frontibus.n. portamus, quare mundi esse non possumus, nisi tu mundaueris, qui solus es mundus. Mundus aũt integer sensus de nobis filijs hominũ eos in quib. tibi cõplacuit habitare, quos ab inaccessibilib. profundis secretis iudiciorũ incõprehensibiliũ sapientię tuæ, semper iustorũ licet occultorũ, sine eorũ meritis prædestinasti ante mundũ, vocasti de mũdo, iustificasti in mundo, & magnificas eos post mundũ, non omnib. aũt hoc facis, q̃ admirantur tabescentes oẽs sapientes terræ, & ego dñe hoc considerans expaueſco, & obstupesco de altitudine diuitiarũ sapientiæ, & scientiæ tuæ, ad quã ego non pertingo, & incõprehensibilia iudicia iustitiæ tuæ, q̃m ex eodem luto alia quidẽ facis vasa in honorẽ, alia vero in contumeliã sempiternã, quos igitur tibi elegisti de multis in templũ sanctum tuũ, ipse mundas, effundens super eos aquã mundam, quorũ nomina numerumq; tu nosti, qui solus numeras multitudinem stellarũ, & omnib. eis nomina vocas, qui ẽt scripti sunt in libro vitę, qui nequaquam perire possunt, quibus omnia cooperantur in bonũ, ẽt ipsa peccata. Cum.n. cadunt non collidunt, quia tu supponis manum tuã custodiens omnia ossa eorũ vt vnũ ex eis non conteratur. Attn̄ mors p̃ctorum pessima, illorũ, inquã, quos antequã faceres cęlum & terrã, secũdũ abyssum multã iudiciorum tuorum occultorũ, semper aũt iustorũ, præsciuisti ad mortẽ æternã, quorũ dinumeratio nominũ & meritorũ prauorũ apud te est, qui numerũ arenæ maris dinumerasti, & dimensus es profundũ abyssi, quos reliquisti in immunditijs suis, quib. omnia cooperantur in malum, & ipsa ẽt oratio vertitur in p̃ctũ, vt si ẽt vsq; ad cęlos ascẽderint, & caput eorũ nubes tetigerit, & inter sydera cęli collocauerint nidũ suũ, quasi sterquiliniũ in fine perdẽtur. Magna.n. sunt hæc iudicia tua dñe Deus, iudex iuste & fortis, qui iudicas ęquitatem & inscrutabilia facis & profunda, quæ cũ considero, contremiscunt omnia ossa mea, q̃m non securatur homo viuens super terram, ut seruiamus tibi pie & caste cunctis diebus uitæ nostræ in timore, & exultemus tibi cũ tremore, vt non sit seruitiũ sine timore, neq; gaudiũ sine tremore, & non glorietur accinctus atq; vt discinctus, neq; glorietur ante te omnis caro, sed paueſcat & contremiscat à facie tua, cũ ignoret homo utrum amore an odio dignus sit, sed in futurũ omnia reseruantur incerta. Vidimus.n. multos dñe & audiuimus a patribus nostris, q̃ utiq; sine magno tremore nõ recolo, sine multo timore nõ confiteor, ascẽ disse primitus quodã modo usq; ad cœlos, & inter sydera nidũ suũ collocasse, postmodum aũt cecidisse vsq; ad abyssos, & animas eorũ in malis obstupuisse. Vidimus stellas de cęlo cecidisse ab impetu ferientis caudæ draconis, & eos qui iacebant in puluere terræ, a facie subleuantis manus tuæ dñe mirabiliter ascendisse. Vidimus uiuos morientes, & mortuos a morte surgentes, & eos qui inter filios Dei ambulant in medio lapidum ignitorum quasi lutũ ad nihilum defluxisse. Vidimus lucem obtenebrasse, & de tenebris lucẽ processisse: quia publicani & meretrices præcedũt incolas in regno cęlorum, filij aũt regni eiciuntur in tenebras exteriores. Quare autem ista omnia, nisi quia in montem illum ascenderunt, in quem primus ascendit angelus, & descendit diabolus? Quos aũt prædestinasti ipsos & uocasti, & sanctificasti & mundasti, ut dignum habitaculum sint tuæ maiestatis, cum quibus & in quibus sunt tibi delitiæ sanctæ & mundæ, in quibus tu delectaris, & lætificas iuuentutem eorum, habitans cum eis in memoria eorum, ut ipsi templum sanctũ tuum sint, q̃ magnæ dignitatis & cõmendatio est humanitatis nostræ. Anima.n. quam creasti non de te, sed per uerbum tuum, non ex qualibet elementorũ materia, sed ex nihilo, quæ quidem rationalis, intellectualis, spiritalis, semper uiuens, semper in motu, quã signasti lumine vultus tui, & consecrasti uirtute lauacri tui, ita facta est capax maiestatis tuæ, ut a te solo, & a nullo alio possit impleri. Q̃n autem te habet, plenum est desideriũ eius, & iam nihil aliud quod desideretur exterius restat. Dum aũt aliquid exterius desiderat, manifestum est q̃ te non habet interius, quo habito nihil est q̃ ultra desideret. Cũ.n. sis summũ & omne bonum, nõ habet q̃ desideret amplius, sed possidet te omne bonũ.

Quod

tur, & conuersõ. Cap. 29.

Mat. 21.

Quod anima fidelis sit sanctuarium Dei Cap. 30.

Quod si non desiderat omne bonum, restat vt desideret aliquid q̄ non est omne bonū: ergo nec summum bonum, ergo nec Deum, sed potius creaturam. Cum aūt creaturā desiderat, continuam famem habet: quia licet q̄ desiderat de creaturis adipiscatur, vacua tñ remanet, quia nihil est q̄ eam impleat nisi tu, ad cuius imaginem est creata. Imples aūt tu eos qui nihil aliud desiderant præter te, & facis eos dignos te, sanctos, beatos, immaculatos & amicos Dei, qui omnia reputant vt stercora vt lucrifaciant te solum. Hæc est. n. beatitudo quā homini contulisti, hic est honor quo eum inter omnes creaturas, & super omnes honorificasti, vt sit admirabile nomen tuum in vniuersa terra. Ecce dñe Deus meus summe, & optime, omnipotētissime, inueni locum vbi tu habitas, in anima quam creasti ad imaginem & similitudinem tuam, quæ te solum quærit & desiderat, quia non in illa es quæ te non quærit nec desiderat. Ergo erraui sicut ouis quæ perierat, quærens te exterius qui es interius, & multum laboraui quærens te extra me, & tu habitas in me, si tamen ego desiderem te. Circumiui vicos & plateas ciuitatis huius mundi quærens te & nō inueni, quia male quærebam foris quod erat intus. Misi nuncios meos omnes sensus exteriores, vt quærerem te, & non inueni, quia male quærebam, Video enim lux mea Deus qui illuminasti me: quia male te per illos quærebam, quia tu es intus, & tamen ipsi vbi intraueris, nesciuerunt. Nam oculi dicūt, si coloratus non fuit, per nos non intrauit. Aures dicunt, si sonitum non fecit, per nos non transiuit. Nasus dicit, si non oluit, per me non venit. Gustus dicit, si non sapuit, per me non introiuit. Tactus etiam addit, si corpulentus non est, nihil me de hac re interroges. Non ista igitur sunt in te Deus meus: non enim speciem corporis, non decus temporis, non candorem lucis, non colorem, non dulcium melodiarum cantus, & quæcunque dulce sonantia, non florum & vnguentorum vel aromatum odores, non mella vel manna gustui delectabilia, non cętera ad tangendum vel amplexandum amabilia, nec omnia alia sensibus his subiecta quæro, cum Deum meum quæro. Absit vt ista crediderim Deum meum, quæ etiam a brutorum sensibus comprehēduntur. Et tamen cū Deum meū quæro, quæro nihilominus quādam lucem super omnem lucem, quam non capit oculus: quandam vocem super omnē vocem, quam non capit auris: quendam odorem super omnem odorem, quem non capit naris: quendam dulcorem super omnem dulcorem, quem non capit gustus: quendam amplexum super omnem amplexum, quem non capit tactus. Ista enim lux fulget, vbi locus non capit: ista vox sonat, vbi spiritus non rapit: odor iste redolet, vbi flatus non spargit: sapor iste sapit, vbi non est edacitas: amplexus iste tangitur, vbi non diuellitur. Hic est Deus meus, & non æstimabitur alius ad illum. Hoc quęro cum Deum meum quęro, istud amo cum Deum meum amo. Sero te amaui pulchritudo tam antiqua, & tam noua sero te amaui, & tu intus eras, & ego foris, & ibi te quærebā, & in ista formosa quæ fecisti deformis irruebam. Mecum eras, & ego tecum non eram. Ea me tenebāt longe a te quæ esse non poterant nisi in te. Circumibam enim omnia quærēs te, & propter omnia derelinquens me. Interrogaui terram si esset Deus meus, & dixit mihi quod non, & omnia quæ in ea sunt, hoc idem confessa sunt. Interrogaui mare & abyssos, & reptilia quæ in eis sunt, & responderunt, Nō sumus Deus tuus, quære super nos eum. Interrogaui flabilem aerem, & inquit vniuersus aer cū omnibus incolis suis, Fallitur Anaximenes, non sum ego Deus tuus. Interrogaui cęlum, Solem, Lunam, & stellas, Neque nos sumus Deus tuus, inquiunt. Et dixi omnibus his qui circumstant fores carnis meæ, dicite mihi de Deo meo, quod vos noscitis, [dicite mihi aliquid de illo. Et clamauerunt omnes voce grandi, Ipse fecit nos. Interrogaui proinde mūdi molem, Dic mihi si es Deus meus, an non. Et respondit voce forti, Nō sum, inquit ego, sed per ipsum sum ego, quē quæris in me, ipse fecit me, super me quære eum, qui regit me, qui fecit te. Interrogatio creaturarū profunda est confideratio ipsarū: responsio earū attestatio ipsarum de Deo, qm̄ omnia clamant Deus nos fecit: qm̄ vt ait Apostolus, Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt a creatura mundi intellecta conspiciuntur. Et redij a me & intraui in me, & aio ad me, Tu quis es? Et respōdi mihi, Homo rationalis & mortalis. Et incepi discutere quid hoc esset, & dixi,

Phil. 3.

Psal. 8.
Ps. 118.
Quod ne que per sensus exteriores neq; interiores inueniri potest Deus cap. 31.

Rom. 1.
1. Ti. 6.
Esa. 45.
Exo. 33.

& dixi, Vnde hoc tale animal domine Deus meus? Vnde nisi abs te, tu fecisti me, & non ego ipse me. Quis tu? Tu per quē viuo ego, tu per quem viuunt omnia. Quis tu? Tu dñe Deus meus verus & solus omnipotens, & ęternus, & incomprehēsibilis & immensus, qui semper viuis & nihil moritur in te, immortalis enim es, habitans æternitatē, mirabilis oculis angelorū, inenarrabilis, imperscrutabilis & innominabilis, Deus viuus & verus, terribilis & fortis, nescięs principium neq; finem, principiū omnium atq; finis, q
B es ante primordia seculorū, & ante omnes seculorū origines. Tu es Deus meus, & dñs omnium bonorū quę creasti, & apud te omnium stabiliū stant causę, & omniū mutabilium apud te immutabiles stant & manēt origines, & omnium rationalium & irrationalium atq; temporalium sempiternæ viuunt rationes. Dic mihi supplici seruo tuo Deus meus, dic misericors misero tuo, dic quęso per miserationes tuas, vnde hoc tale animal, nisi a te: An quisquā sese faciēdi erit artifex? An aliunde quā a te trahitur esse & viuere? Nonne tu es summū esse, a quo est omne esse? Quicquid enim est, a te est, quia sine te nihil est. Nonne tu es fons vitæ, a quo fluit omnis vita? Quicquid enim viuit, per te viuit, qa sine te nihil viuit: Tu ergo domine omnia fecisti, quæro, quis fecit me? tu domine fecisti me, sine quo factū est nihil. Tu factor meus ego opus tuum. Gratias tibi ago dñe Deus meus p quē viuo ego, & per quē oīa viuūt, quoniam fecisti me. Gratias tibi plasmator meus quia manus tuę fecerunt me &
Psl. 118. plasmauerunt me. Gratias tibi lux mea, quoniā illuminasti me, & inueni te & me: vbi inueni me, ibi cognoui me? vbi inueni te, ibi cognoui te: vbi aūt cognoui te, ibi illuminasti me. Gratias tibi lux mea quoniā illuminasti me. Quid est quod dixi, cognoui te? Nō
C ne tu es Deus incōprehensibilis & immensus, rex regū & dñs dominantium, qui solus habes immortalitatē & lucē habitas inaccessibilē, quē nullus hominū vidit, sed nec
1. Ti. 6. videre potest? Nonne tu es Deus absconditus & imperscrutabilis mateſtatis, solus tui
Esa. 45. Exo. 33. ipsius maximus cognitor & mirabilis cōtēplator? Quis enim cognouit quod nunquā vidit? Dixisti enim tu veritate tua, Nō videbit me homo & viuet. Dixit & præco tuus per veritatē tuā, Deū nemo vidit vnquam. Quis ergo cognouit quod nunquā vidit? Dixit ēt
Ioan. 1. veritas tua, Nemo nouit filiū nisi pater, neq;
Mat. 11. patrē qs nouit nisi filius. Sola Trinitas tua soli sibi integre nota est, quæ exuperat omnē sensum. Quid est ergo quod dixi, homo vanitati similis quia cognoui te? Tu quippe solus Deus omnipotēs, superlaudabilis, & superglorioſus, & superexaltatus, & altissim⁹, & supereſſentialis in sanctissimis & diuinissimis eloquijs nominaris, quoniā super omnē D
essentiā intelligibilem siue intellectualē atq; sensibilem, & super omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed ēt in futuro supereſſentialiter, superintelligibiliter esse dignosceris: quoniā supereminentia li & occulta diuinitate, super omnē rationē, intellectū & essentiam inaccessibiliter & imperscrutabiliter habitas in teipso, vbi lux inaccessibilis, & lumen imperscrutabile, & incomprehensibile & inenarrabile, ad quod non attingit aliquod lumē, quoniā incontēplabile & inuisibile & super rationale & superintelligibile & superinaccessibile & superincōmutabile, & superincōmunicabile creditur, quod nullus vnquam angelorū vel hominū uidit, sed nec videre pōt. Hoc est cę lū tuū dñe, cęlum zelans superarcanū, super intelligibile, superrationale, & supereſſentia Psl. 113.
le lumen, de quo dicitur, Cęlum cęli domino. Cęlū cęli cui terra est omne cęlū, quia supermirabiliter exaltatū est super omne cę lū, ad quod etiā terra est ipsum cęlum empyreum, hoc enim est cęlū cęli domino, quia nulli notū nisi domino: Ad quod nemo ascēdit nisi qui de cęlo descendit, quia nemo nouit patrē, nisi filius & eorū spiritus, & nemo nouit filium nisi pater & eorū spiritus. Soli E
quidē tibi Trinitas integre nota es, Trinitas sancta, Trinitas supermirabilis, & superinenarrabilis, & superinscrutabilis, & superinaccessibilis, superincomprehensibilis, super intelligibilis, supereſſentialis, supereſſentialiter exuperans omnem sensum, omnem rationem, omnem intellectum, omnem intelligentiam, omnem essentiam supercęlestiū animorum, quam neque dicere, neque cogitare, neque intelligere, neque cognoscere possibile est, etiā oculis angelorum. Vnde ergo cognoui te domine Deus altissime super omnem terram, super omne

cęlum,

cęlum, quẽ neq; Cherubin perfecte cognoſcunt, neq; Seraphin, ſed alis contẽplationũ ſuarũ velatur facies ſedentis ſuper ſolium ex celſum & eleuatũm, clamantes, & dicentes, Eſa. 6. Sanctus, ſanctus, ſanctus dñs Deus exercituũ plena eſt omnis terra gloria tua: Expauit Propheta & dixit, Væ mihi qa tacui quia vir pollutus labijs ego ſum, & expauit cor meũ, & dixit, Væ mihi, quia non tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum, ſed dixi, cognoui te. Veruntamen domine vę tacentibus de te, F quoniam loquaces muti fiunt ſine te. Et ego dñe Deus meus nõ tacebo, quoniã feciſti & illuminaſti me, & inueni te, & cognoui te, quoniã illuminaſti me. Sed qualiter cognoui te? Cognoui te in te. Cognoui te nõ ſicut tibi es, ſed cognoui te ſicut mihi es, & nõ ſine te, ſed in te, quia tu es lux quæ illuminaſti me. Sicut.n. tibi es, ſoli tibi cognitus es: ſicut mihi es, ſecundũ gratiã tuã & mihi cognitus es. Sed qd mihi es? Dic mihi miſericors famulo tuo miſero, dic mihi p miſerationes Pſal. 34. tuas, qd mihi es? Dic animæ meæ, Salus tua ego ſum. Noli abſcondere a me faciem tuã, ne moriar: ſine me loqui apud miſericordiam tuam, me terrã & cinerem, ſine me loqui apud miſericordiam tuã, quoniã miſericordia tua magna eſt ſuper me. Loquar.n. ad Deũ meũ cũ ſim puluis & cinis. Dic mihi ſupplici tuo, dic mihi miſericors miſero tuo, dic per miſerationes tuas, quod mihi es. Gen. 18. Et intonaſti deſuper voce grandi in interiorẽ aurẽ cordis mei, & rupiſti ſurditatẽ meã, & audiui vocẽ tuã, & illuminaſti cęcitatem meã, & vidi lucẽ tuam, & cognoui quoniã Deus meus es tu. Propterea dixi, qđ cognoui te. Cognoui.n.te, quoniam Deus meus es tu. Cognoui te ſolũ verũ Deũ & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Erat enim tps qñ non cognoſcebã te, væ tempori illi quando non cognoſcebã te. Vę cęcitati illi quando non videbã te. Vę ſurditati illi quando non audie G bam te. Cęcus & ſurdus, per formoſa quæ feciſti deformis irruebam, & mecũ eras, & te cũ non erã, & ea me tenebãt longe a te, quę non eſſent niſi in te: Illuminaſti me lux mũdi, & vidi te, & amaui te. Nemo quippe te amat, niſi qui te videt: & nemo te videt, niſi q te amat. Sero te amaui pulchritudo tam anti Confeſſio veræ fidei. c. 32. qua & tã noua, ſero te amaui, vę tempori illi qñ non amaui te. Gratias tibi ago lux mea quæ illuminaſti me & cognoui te. Qualiter cognoui te? Cognoui te ſolũ Deũ viuũ & verum creatorem meum. Cognoui te creatorem cęli & terrę viſibiliũ omniũ & inuiſibiliũ, Deũ omnipotentẽ, immortalem & inuiſibilẽ, incircumſcriptum, interminabilem, æternũ, inacceſsibilẽ, incomprehenſibilem, H imperſcrutabilem, incõmutabilem, immẽſum, infinitũ, principiũ omnium viſibilium & inuiſibiliũ creaturarũ, per quẽ omnia facta ſunt, per quẽ cuncta ſubſiſtunt elementa. Cuius maieſtas ſicut principiũ nũquam habuit, ſic nec deſinet in ęternũ. Cognoui te vnum verũ Deũ æternũ patrem & filiũ & ſpiritum ſanctũ, tres quidem perſonas, ſed vnã eſſentiam, omnino ſimplicẽ indiuiſamq; naturã. Et patrẽ a nullo, filiũ a patre ſolo, & ſpiritum ſanctũ pariter ab vtroq; abſq; initio, ſemper & ſine fine Deũ trinũ & vnum ſolũ & verũ Deũ omnipotentẽ, vnum vniuerſorum principiũ, creatorem omnium viſibiliũ & inuiſibilium ſpiritalium & temporalium, qui tua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis vtranque de nihilo condidiſti creaturam ſpiritalem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam, ac deinde humanã quaſi communem ex corpore & ſpiritu cõſtitutam. Cognoui te & confiteor te Deum patrem ingenitum, te filium a patre genitũ, te ſpiritum ſanctum paracletum, neque genitum, neq; ingenitũ, ſanctã & indiuiduã Trinitatem in tribus coæqualibus perſonis conſubſtantialibus & coęternis, Trinitatem in vnitate, & vnitatẽ in Trinitate, corde credẽs ad iuſtitiam, & ore confitens ad ſalutem: cognoui te verũ Deum & dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ filiũ Dei vnigenitũ, creatorem, ſaluatorẽ, & redemptorẽ meũ & totius humani generis, quem confiteor ex patre genitũ, Rom. 10. ante ſecula, Deũ de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, non factum, ſed genitũ, conſubſtantialẽ & coæternũ patri, & ſpirituiſancto, per quem omnia facta ſunt a I principio, firmiter credens, & veraciter confitens te Deũ vnigenitũ Ieſum Chriſtũ, propter ſalutẽ hominum a tota Trinitate cõiter incarnatum, & ex Maria perpetua virgine ſpirituſſancti cooperatione conceptum, verum hominẽ factũ ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtentem. Qui cum ſecundum diuinitatẽ vnigenitus Dei impaſsibilis

Phil. 2.

Mat. 1. Act. 10.

ſis

sis pariter & immortalis, propter nimiã dilectionem tuã qua dilexisti nos, idẽ ipse Dei filius secũdũ humanitatẽ factus est passibilis & mortalis. Qui propter salutẽ humani generis vnice fili Dei in ligno crucis pati digna tus es passionẽ, & mortẽ vt nos a morte perpetua liberares, atq; ad inferos vbi sedebant in tenebris patres nostri, author luminis descendisti, & die tertia glorioſus victor ab inferis ad ſuperos resurrexisti, resumens sacrũ corpus, & pro peccatis nostris mortuũ iacue rat in sepulchro & viuificans secundũ scripturas die tertia, vt ipsum in patris dextera collocares. Assumpta nanq; tecũ ex inferis captiuitate, quã captiuauerat antiquus hostis humani generis inimicus, verus Dei filius cũ nostræ carnis substantia, i.cum anima & carne humana ex virgine glorioſa assumpta, super oẽs cęlos ascendisti, transcendens om nes ordines angelorũ, vbi sedes ad dexteram Dei patris, vbi est fons vitæ, & lumen inaccessibile, & pax Dei quæ exuperat oẽm sensum. Ibi te Deum verũ & hominẽ Iesũ Chri stum adoramus & credimus, confitentes te patrẽ habere Deũ, indeq; vẽturum iudicẽ in fine seculi expectamus, vt iudices viuos, & mortuos, & reddas omnib. bonis & malis secundũ opera sua, quæ operati sunt in hac uita, uel prẽmiũ uel ſuppliciũ, put unusquisq; dignus fuerit requie vel ęrumna. Resurgẽt. n. in illa die a uoce uirtutis tuæ omnes homines, quotquot humanã animã acceperunt in carne sua quã hic habuerunt, vt totus homo pro meritis, uel gloriã suscipiat uel geheñã. Tu es ipsa uita & resurrectio nostra quẽ Saluatorem expectamus dñm Iesum Chri- *Phil. 2.* stum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratũ corpori claritatis suæ. Co- *Rom. 10.* gnoui te Deũ & vnũ spũm sanctum patris & filij, ab utroq; pariter procedentẽ, consubstantialẽ & coæternũ patri & filio, paracletũ K & aduocatũ nostrum, qui super eundẽ Deũ & dñm nostrum Iesum Christũ in columbę *Mat. 3.* ſpecie descendisti, & super Apostolos in lin *Actio. 2.* guis igneis apparuisti. Qui & oẽs sanctos & electos Dei a principio tuo gratiæ munere docuisti, & ora prophetarũ, vt enarrarent mi rabilia regni Dei aperuisti, qui ab omnib. sanctis Dei cum patre & filio simul adoraris & glorificaris. Inter quos & ego filius ancillæ tuæ toto corde meo glorifico nomẽ tuũ, qm illuminasti me. Tu. n. es vera lux, lumen veridicũ, ignis Dei, & magister spirituũ, qui vnctione tua doces nos ueritatẽ spũs ueritatis, sine quo impossibile est placere Deo, qm tuipse Deus es ex Deo, & lux de luce procedẽs a patre luminum ineffabiliter, a suo filio L dño nostro Iesu Christo, quib. consubstãtialis & coæqualis & coęternus existens, in vnius Trinitatis essentia supereſſentialiter con gloriaris & conregnas. Cognoui te vnũ Deũ *Psal. 34.* viuum & verũ patrẽ, & filiũ, & spm sanctum, *Psal. 85.* trinũ quidẽ in personis, sed unũ in essentia, quẽ cõfiteor, adoro & glorifico toto corde meo uerũ Deũ, solũ sanctum, immortalẽ, in uisibilẽ, incõmutabilẽ, inaccessibilẽ, imperscrutabilẽ, vnũ lumen, unũ Solem, unũ panẽ, unã uitã, unũ bonũ, unũ principiũ, unũ finem, unũ creatorem cęli & terræ, per quẽ omnia uiuunt, per quẽ omnia subsistunt, per quẽ omnia gubernantur, reguntur, & uiuificantur quæ in cęlis sunt, & quæ in terris, & quæ sub terra, præter quẽ non est Deus in cę lo & in terra. Sic cognoui te dñe Deus, cognitor meus, sic cognoui te. Cognoui te per fidem tuã quã inspirasti mihi, lux mea, lumẽ oculorũ meorũ dñe Deus meus spes omniũ finium terræ, gaudiũ lætificans inuentutem meam, & bonum sustentans senectutẽ meã. In te. n. dñe iubilant omnia ossa mea dicen- *Psal. 95.* tia, Dñe quis similis tibi? Quis similis tibi in *Hie. 10.* dijs dñe, non quem fecit manus hominum, *Psal. 85.* sed qui fecisti manus hominum. Simulacra *De confes* gentium argentum & aurum opera manuũ *sione pro* hominum, Non sic operator hominũ. Om- *priæ vti* nes dij gentium dęmonia, dñs aũt cęlos fe- *litatis.* cit, dñs ipse est Deus. Dij qui non fecerunt *Cap. 33.* cęlum & terram, pereant de cęlo & de terra: Deum qui creauit cęlũ & terram, cęli & terra, benedicãt. Quis similis tibi esset in dijs dñe, quis similis tibi, magnificus in sanctitate, terribilis atq; laudabilis, & faciens mirabilia? Sero te cognoui lumen uerum, sero te cognoui. Erat autem nubes magna, & tenebrosa ante oculos uanitatis meæ, ita ut uide- M re non possem Solem iustitiæ, & lumen ueritatis: inuoluebar in tenebris filius tenebrarũ, tenebras meas amabam, quia lumen non cognoscebam. Cęcus eram, & cęcitatem amabam, & ad tenebras per tenebras ambulabã. Quis inde me eduxit, ubi eram homo cęcus sedẽs in tenebris, & umbra mortis? Quis ac-

cepit

cepit manum meam, vt inde me educeret? Quis est illuminator meus? Non.n.quærebã eũm, & ipse quæsiuit me: non vocabam eũ, & ipse vocauit me. Quis est ille? Tu es dñe Deus meus misericors & miserator, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis:

B Tu sancte dñe, Deus meus, quem confiteor toto corde meo gratias agens nomini tuo. Non te quærebã, tu me quæsiuisti: non te inuocabam, tu me vocasti. Vocasti.n.me nomine tuo, intonasti desuper voce grandi in interiorem aurẽ cordis mei. Fiat lux, & facta est lux, & discessit nubes magna, & liquefacta est nubes tenebrosa, quæ operuerat oculos meos, & vidi lucem tuã, & cognoui vocem tuã, & dixi. Vere dñe tu es Deus meus, q̃ eduxisti me de tenebris & vmbra mortis & vocasti me in admirabile lumẽ tuũ, & ecce video. Gratias tibi ago illuminator meus. Et cõuersus sum & vidi tenebras in quib. fueram, & abyssũ tenebrosam ĩ qua iacuerã, & cõtremui, & expaui, & dixi. Vę vę tenebris meis in quib. iacui. Vę vę cęcitati illi, in qua videre non poteram lumen cęli. Vę vę præteritę ignorantiæ meæ, qñ non cognoscebam te dñe. Gratias tibi ago illuminator & liberator meus, qñ illuminasti me & cognoui te. Sero cognoui te veritas antiqua, sero te cognoui veritas æterna. Tu eras in lumine, & ego in tenebris, & non cognoscebam te, quia illuminari non poteram sine te, & nõ est lux extra te. Sancte sanctorum Deus inæstimabilis maiestatis, Deus deorum, & dñs dñorum mirabilis, inenarrabilis, inexcogitabilis, quẽ contremiscunt in cęlo angelicæ potestates, quem adorãt omnes dñationes & throni, & omnes virtutes pauent a conspectu tuo, cuius potentiæ & sapientiæ non est numerus, qui fundasti mundum super nihilum, & mare colligasti in aere quasi in vtre, omnipotentissime, sanctissime, fortissime Deus spirituum vniuersę carnis, a cuius conspectu fugit cęlum & terra, ad cuius nutum omnia se subijciunt elementa, te adorent & glorificẽt omnes creaturæ tuæ. Et ego filius ancillæ tuæ

C per fidẽ tuã flecto cerui cem cordis mei sub pedib. maiestatis tuæ, gratias agens qm̃ dignatus es per tuam misericordiã illuminare me. Lumen verum, lumen sanctum, lumen delectabile, lumen admirabile, lumen superlaudabile, quod illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundũ, & ẽt oculos angelorum. Ecce video, gratias ego. Ecce video lumen cęli, interlucet oculis mentis meæ radius desuper a facie luminis tui, & lætificat omnia ossa mea. O si perficeretur in me. Auge quæso luminis author, auge quæso quod interlucet in me. Dilatetur obsecro, dilatetur ex te. Quid est hoc quod sentio? quis est ignis qui calefacit cor meum? quæ est lux, quæ irradiat cor meum? O ignis qui semper ardes, D & nunquam extingueris, accende me. O lux quæ semper luces & nunquam obfuscaris, illumina me. O vtinam ardeam ex te. Ignis sancte quam dulciter ardes, quam secrete luces, quam desiderãter aduris. Væ his qui nõ ardent ex te. Vę illis, qui non illuminantur ex te. O lumen veridicum, illuminans omnẽ mundum, cuius lux implet mundum. Vę cęcis oculis qui te non vident, Sol illuminans cęlum & terram. Vę caligantibus oculis, qui te videre non possunt: vę auertentibus oculos, vt videant veritatem: vę non auertentibus, vt non videant vanitatem. Nequeunt.n. oculi assueti tenebris summę veritatis radios intueri, nec sciunt de lumine aliquid æstimare, quorũ est in tenebris habitatio. Tenebras vident, tenebras diligũt, tenebras approbãt, de tenebris euntes in tenebras nesciunt vbi corruant. Miseri qui nesciunt quid amittant, & miseriores vtique qui sciunt, quid amittunt, qui cadunt apertis oculis, & descendũt in infernum viuentes. O lux beatissima, quæ nisi a purgatissimis oculis videri potes. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Munda me mundãs virtus, sana oculos meos, vt sanis oculis te contempler, quem non nisi sani oculi intuentur. Auser quæso squammas caliginis antiquæ radio tuæ illuminationis splendor inaccessibilis, vt te videre valeam irreuerberatis obtutibus, & in lumine tuo videam lumẽ. Gratias tibi ago lux mea, ecce video. Dilatet obsecro visus meus

E domine ex te. Reuela oculos meos, vt considerem mirabilia de lege tua, qui es mirabilis in sanctis tuis. Gratias tibi ago lumen meum, ecce video, sed per speculum in ænigmate. sed quando facie ad faciem? Quando veniet dies lætitiæ & exultationis, in qua ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei, vt videam videtem me facie ad faciem, & satietur desiderĩũ meum?

Considerat io diuinæ maiestatis. Cap. 34.

Gen. 1.

Isam. 1.

Mat. 5.

1. Co. 13.

Phil. 3.

Quem

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad te Deum fontẽ viuum, qñ veniam apparendo ante faciem tuam? O fons vitę vena aquarũ viuẽtium quando veniam ad aquas dulcedinis tuæ? De terra deserta inuia & inaquosa, vt videam virtutem tuam & gloriam tuam, & satiem ex aquis misericordiæ tuę sitim meam? Sitio domine fons vitę satia me, sitio domine: sitio te Deũ viuum. O quando veniam & apparebo domine ante faciem tuam? Putasne videbo diẽ illam, diem, inquam, iocunditatis, & lętitię, diem quam fecit dominus, vt exultemus & lętemur in ea? O dies præclara & pulchra, nescies vesperum, non habens occasum, in qua audiam vocem laudis, vocem exultationis & cõfessionis in qua audiã, Intra in gaudium domini tui, intra in gaudium sempiternum, in domũ domini Dei tui, vbi sunt magna & inscrutabilia & mirabilia quorũ non est numerus. Intra in gaudium sine tristitia, quod continet æterna lętitia, vbi erit omne bonum, & non erit aliquod malum: vbi erit quicquid voles, & non erit quicquid noles: vbi erit vita vitalis, dulcis & amabilis, semperq; memorialis: ubi non erit hostis impugnans, nec vlla illecebra, sed summa & certa securitas, secura tranquillitas, & tranquilla iocunditas, iocunda fęlicitas, fęlix ęternitas, ęterna beatitudo, & beata Trinitas, & Trinitatis vnitas, & vnitatis deitas, & deitatis beata visio, quę est gaudium domini Dei tui. O gaudiũ super gaudium, gaudiũ vincens omne gaudium, extra quod non est gaudium, quando intrabo in te, vt videam Deum meũ qui habitat in te? Ibi & videbo visionem hãc grandẽ. Quod est quod me detinet? Heu me, quia incolatus meus prolõgatus est: heu me quandiu dicetur mihi? Vbi deus tuus: quandiu dicetur mihi, expecta, reexpecta? Et nũc quę est expectatio mea? Nõne dñe Deus me? Saluatorẽ expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suę. Expectamus dominum quando reuertatur a nuptijs, vt inducat nos ad suas nuptias. Veni domine & noli tardare. Veni domine Iesu Christe, veni visita nos in pace, veni & educ vinctos de carcere, vt lętemur coram te corde perfecto. Veni Saluator noster, veni desideratus cunctis gentibus, ostende faciem tuã & salui erimus. Veni lux mea redẽptor meus educ de carcere animam meã ad confitendũ nomini sancto tuo. Quandiu miser iactabor in fluctibus mortalitatis meę clamans ad te domine, & non exaudis? Audi clamãtẽ domine de hoc mari magno, & deduc me ad portũ fęlicitatis ęternę eorum qui de periculo maris huius educti ad te Deum portum tutissimum peruenire meruere. O vere fęlices qui de pelago ad littus, de exilio ad patriam, de carcere ad palatium peruenerunt, optata iam quiete beati, qui brauium illud perpetuæ gloriæ quod hic per multas tribulationes quæsierunt, iam fęlici iocunditate adepti, lętantur in perpetuum. O vere beati, o terq; quaterq; beati, qui iam omnium malorũ exuti, securi de sua immarcescibili gloria ad regnum decoris peruenire meruerunt. O æternum regnum, regnum omnium seculorum, vbi lumen indeficiẽs, & pax Dei quæ exuperat omnem sensum, in quo sanctorum animæ requiescunt, & lętitia sempiterna super capita eorum, gaudium & exultationem obtinebunt, & fugit dolor & gemitus. O quam glorioſum est regnum in quo tecum domine regnant omnes sancti amicti lumine sicut vestimento, habentes in capite suo coronam de lapide pretioso. O regnum beatitudinis sempiternę, vbi tu domine spes sanctorum & diadema gloriæ, facie ad faciem videris a sanctis, lætificans eos vndique in pace tua quæ exuperat omnẽ sensum. Ibi gaudiũ infinitũ, lętitia sine tristitia, salus sine dolore, via sine labore, lux sine tenebris vita sine morte, omne bonum sine omni malo: vbi iuuentus nunquã senescit, vbi vita terminum nescit, vbi decor nunquam pallescit, vbi amor nunquam tepescit, vbi sanitas nunquam marcescit, vbi gaudiũ nunquã decrescit, vbi dolor nunquam sentitur, vbi gemitus nunquam auditur, vbi triste nihil videtur, vbi lętitia semper habetur, vbi malum nullum timetur, quoniam ibi summum bonum possidetur, quod est videre semper faciem domini virtutum, fęlices igitur qui de naufraga vita præsenti ad tanta gaudia iam peruenire meruerũt. Infęlices heu nos & miseri, qui per huius maris magni fluctus procellosasque voragines nauem trahimus, ignorantes an ad portum salutis peruenire

Ioan. 1.
Psal. 41. De desiderio & siti animæ in Deum. cap. 35.
F
Mat. 5.
Ps. 119.
Phil. 3.
G
1. Co. 15.
E
Ps. 141.
H
Phil. 4.
Psal. 20.
I

re

te valeamus, infęlices, inquam, quorũ est vita in exilio, via in periculo, finis in dubio, ne scientes finẽ nostrũ, quia omnia infuturũ reseruantur in terra. Adhuc in pelagi fluctibus versamur spirantes ad te portũ maris. O patria nostra, patria secura, a lõge te videmus. Ab hoc mari te salutamus, ab hac valle ad te
I suspiramus, & nitimur cum lachrymis siquo modo ad te perueniamus. Spes humani generis Christe Deus de Deo, refugiũ nostrũ & virtus, cuius lumen a longe inter caliginosas nebulas super maris procellas, quasi stellæ maris radi⁹ oculos nostros irradiat, vt dirigamur ad portũ. Guberna dñe nauem nostram tua dextera, clauo crucis tuæ, ne pereamus in fluctibus ne nos demergat tempestas aquæ, ne absorbeat nos profundũ, sed virtute crucis tuę trahe nos ab hoc pelagó ad solamen vnicum nostrum, quem a longe quasi stellam matutinam & Solem iustitię vix, lachrymantibus oculis in litore cęlestis patriæ nos expectã tẽ videmus. *Psal. 64.* En ad te clamamus redẽpti tui, sed & nunc exules tui, quos pretioso sanguine redemisti. Exaudi nos De⁹ salutaris noster, spes omnium finitũ terræ, & in mari longe. In mari turbulento versamur, tu in littore stans aspicis pericula nostra, saluos nos fac propter nomen tuum. Da nobis domine inter Scyllã & Charybdim ita tenere medium, vt vtroq; periculo euitato salua naue & mercibus securi perueniamus ad portũ. Cũ ergo peruenerimus ad te sapientię fontẽ, ad te lumen indeficiẽs, ad te lumen in extinguibile, non per speculũ in ęnigmate, sed facie ad faciẽ videamus, tunc satiabitur in bonis desideriũ nostrũ, qa nihil erit exterius quod desideretur nisi tu dñe summũ bonum, qui eris præmiũ beatorũ, & diadema decoris eorũ, & lętitia sempiterna super capita eorũ, pacifica eos intus & extra in pace
K tua, quæ exuperat omnẽ sensum. Ibi videbimus, amabimus & laudabimus. Videbimus ĩ lumine tuo lumen tuũ, quoniam apud te est fons vitę, & in lumine tuo videbimus lumẽ. Quale autẽ lumen? Lumen immensum, lumẽ incorporeũ, incorruptibile, incomprehensibile, lumen indeficiens, lumen inextinguibile, lumen inaccessibile, lumen increatum, lumen veridicum, lumen diuinum quod illuminat oculos angelorum, quod lętificat iuuẽtutem sanctorũ, quod est lumen luminũ & fons vitæ, quod es tu domine Deus meus. Tu es quippe lumen, in cuius lumine videbimus lumẽ te, scil. in te, in splendore vultus tui, qñ te videbimus facie ad faciẽ. Quid est videre facie ad faciẽ, nisi quod ait Apostolus, cognoscere sicut & cognitus sum, cognoscere veritatẽ tuã & gloriam tuam? hoc est cognoscere faciem tuã: Cognoscere patris potentiã, filij sapientiã, spiritussancti clementiã
L ipsius summę Trinitatis vnã & indiuiduã essentiã. Videre enim faciem Dei viui, hoc est summũ bonũ, gaudium angelorum, atq; omniũ sanctorũ, præmiũ vitę æternæ, gloria spirituum, lętitia sempiterna, corona decoris, brauium fęlicitatis, requies opulenta, pulchritudo pacis, intimũ, & externum gaudiũ, paradisus Dei Hierusalẽ cęlestis, vita beata, plenitudo beatitudinis, gaudiũ æternitatis, *Phil. 3.* pax Dei, quę exuperat omnem sensum. Hæc est plena beatitudo, & tota glorificatio hominis, videre faciem Dei sui, videre eũ qui fecit cęlũ & terram, videre eum qui fecit eũ qui saluauit eum, & qui glorificauit eum. Videbit eum cognoscendo, amabit diligendo, laudabit possidendo. Ipse enim erit hęreditas populi sui, populi sanctorũ, populi quẽ redemit. Ipse possessio fęlicitatis eorũ, ipse præmium & merces expectationis. Ero, inquit, merces tua magna nimis: magnũ enim magna decent. Vere domine Deus meus ma- *Gen. 15.* gnus es tu nimis: super omnes Deos, & merces tua magna nimis. Neq; enim magnus es tu & parua merces tua: sed vt magnus es tu, ita magna merces tua, quoniam non aliud es tu & aliud merces tua. Sed tuipse magnus nimis, tuipse merces magna nimis, tuipse coronator es & corona, tuipse promissor es, &
M promissio, tu remunerator & munus, tu prę miator & pręmium fęlicitatis æternæ. Tu ergo coronator es, & corona Deus meus, & diadema spei meę, quę ornata est gloria, lumen lętificans, lux renouans, decor adornans, spes mea magna, desideriũ cordis sanctorum, & desideratus eorum. Visio erga tua tota merces est, totum pręmium, & totũ gaudium quod expectamus. Hæc est enim vita æterna, hæc est, inquam, sapientia tua. Hæc est vita æterna, vt cognoscamus te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Chri- *Ioan. 17.* stum. Cũ igitur videbimus te solum Deum, Deum verum, Deum viuum omnipotẽtem,

De gloria cæleſtis patriæ. Cap. 36.

Phil. 4.

Psal. 35.

simplicem

simplicem,inuisibilem,incircumscriptibilē, incomprehensibilem,& filium tuum vnigenitum consubstantialem, & coæternum tibi dominum nostrum Iesum Christum, quem pro salute nostra misisti in mundum in virtute spiritussancti,trinū in personis,& vnum in essentia,Deum sanctum solum, extra quē non est Deus, tunc habebimus quod nunc quærimus,vitam ęternam,gloriam sempiternam,quam pręparasti diligentibus te, quā abscondisti timentibus te, quam daturus es
A quęrentibus te, quęrentibus faciem tuā semper.Et tu domine Deus me⁹, formator meus ex vtero matris meę, quę me recommendauit manui tuę, non me permittas amplius ex vno distrahi in multa, sed collige me de exterioribus ad me,de me ad te, vt dicat ti-
Phil.3. Psal.26. bi semper cor meum. Exquisiuit te facies mea,faciem tuam domine requiram,faciem domini virtutum, in qua sola consistit tota gloria sempiterna beatorum,q̄ qdem videre vita ęterna est, & gloria sempiterna sanctorum. Lętet ergo cor meum vt timeat nomen tuum,lętetur cor quęrētium dominum, sed multo magis cor inuenientium. Si enim lęti tia est in quęrendo, qualis lętitia est in inueniendo? Quęram ergo semper ardenter & in desinenter faciem tuam, siquando tandem aperiatur mihi ostium & porta iustitię, vt in trem in gaudium domini mei,Hęc porta do
Gen.15. Orō ad sā Trinitatē.c.37 mini,iusti ingredientur per eam. O tres coęquales & coęternę personę, Deus vnus & verus,pater & filius & spiritussanctus,qui solus habitas æternitatem & lucem inaccessibilem.Qui fundasti terram in potentia tua,& regis orbem terræ prudentia tua.Sanctus,sanctus, sanctus dominus Deus sabaoth, terribilis & fortis, iustus & misericors, admirabilis,laudabilis,amabilis. Vnus Deus, tres personæ,vna essentia,potentia,sapientia,bo
B nitas:vna & indiuisa trinitas.Aperi mihi clamanti portas iustitiæ,& ingressus in eas confitebor tibi domino.En ad ostium tuum sum me pater familias,mendicus pulso. Iube aperiri pulsanti,qui dixisti,Pulsate, & aperietur
Mat.7. vobis. Pulsant enim ad ostiū tuum pater misericordissime,desideria rugientium pręcordiorum meorum, & clamores lachrymarū
Ioan.17. Psal.37. oculorum meorum,Ante te est omne desiderium meum,& gemitus meus a te non est ab
Psal.26. Psal.39. sconditus.Et tu domine, non auertas faciem tuam amplius a me, nec declines in ira a seruo.Pater misericordiarum audi eiulatum pupilli tui, & porrige manum tuam optimam adiutricē vt retrahat me de profundis aquarum,& de lacu miseriæ, & de luto fæcis, ne peream vidente misericordia oculorum tuorum, aspiciente clementia viscerum tuorum, sed euadam ad te dominum Deum tuum,vt videam diuitias regni tui, & intuear faciem tuam semper, & laudem dicam nomini tuo sancto domine, qui facis mirabilia, qui cor meum lætum facis memoria tua,qui illumi- C
nas iuuentutem meam,ne despicias senectutem meam, sed iubilare facias ossa mea, & reuiuiscere facias vt aquilæ canos meos.Omnis gloria, omnis laus, omnis virtus, omnis potentia,omnis magnificentia, omnis beatitudo,omnis clementia, sit Deo patri & filio & spirituisancto. Amen.

MANVALE

Præfatio.

QVoniam in medio laqueorum positi sumus,facile a cęlesti desiderio frigescimus. Quapropter assiduo indigemus munimento vt expergefacti ad Deū nostrum verum & summum bonum cum defluimus,recurramus.Idcirco non pręsumptionis temeritate, sed magna Dei mei dilectione huic opusculo ad laudem eius operam dedi,vt ex elegantibus dictis sanctorum patrum breue & manuale verbum de Deo meo mecum seper haberem, ex cuius lectionis igne quoties tepesco in eius accēdar amorem. Nunc adesto mihi Deus meus quem quæro, quem diligo,quem corde & ore, & qua valeo virtute laudo atque adoro. Mens mea deuota tibi,tuo amore succensa,tibi su- D
spirans,tibi inhians, te solum videre desiderans,nihil habet dulce,nisi de te loqui, de te audire,de te scribere,de te cōferre, tuam gloriā frequēter sub corde reuoluere, vt tua suauis memoria sit inter hos turbines aliqua repausatio mea.Te ergo iuoco desideratissime, ad te clamo clamore magno in toto corde meo. Et cum te iuuoco, vtiq; te in me ipso inuoco, qm̄ omnino non essem nisi tu esses in me,& nisi ego essem in te, nō esses in me.

De mirabili essētia Dei. c. 1.

In me es, quoniam in memoria mea manes, ex ea cognoui te, & in ea inuenio te, cū reminiscor tui, & delector in te de te, ex quo oīa, per quem oīa, & in quo omnia. Tu dñe cœlum & terrā imples, oīa portans sine onere, omnia implens sine inclusione, semper agēs, semper quietus, colligens & non egēs, q̄rēs cum nihil desit tibi, amans nec æstuans, zelās & securus es, pœnitet te & non doles, irasceris & tranquillus es, opera mutas, sed nō mutas consilium, recipis quod inuenis & nunq̄ amisisti, nunquā inops & gaudes lucris, nunquā auarus & vsuras exigis, supererogas cui
E non debes, vel semper supererogat tibi vt debeas. & quis habet quicquam nō tuum? Reddis debita nulli debens, donas debita nihil p̄dens. Qui vbique es & vbiq; totus, qui sentiri potes & videri non potes, qui nusquam dees, & tamen ab iniquorum cogitationibus longe es, qui nec ibi dees vbi longe es, quia vbi non es per gratiam, ades per vindictam. Qui vbiq; præsens es, & vix inueniri potes: quem stantē sequimur, & apprehendere nō valemus. Qui tenes oīa, imples omnia, circūplecteris omnia, superexcedis omnia, sustines omnia, qui corda fideliū doces sine strepitu verborum: qui locis nō distenderis, nec temporib. variaris, nec habes accessus & recessus. Qui habitas lucem inaccessibilē, quē nullus hominum vidit, nec videre potest. In te manens q̄etus, vbique circumis totus: non enim scindi & diuidi potes, q̄a vere vnus es: nec partes efficieris, sed totus totū tenes, totum imples, totum illustras & possides. Si totum mundum libri repleant, tua scientia inenarrabilis non potest enarrari. Quoniam vero indicibilis es, nullo modo scribi poteris
F nec concludi. Tu es fons lucis diuinæ, & sol claritatis æternę. Magnus es sine quātitate, & ideo immensus, bonus sine qualitate, & ideo vere & summe bonꝰ, & nemo bonus, nisi tu solus, cuius volūtas opus est, cuius velle posse est, qui omnia quæ ex nihilo creasti, sola voluntate fecisti. Qui oēm ereaturam tuam absq; indigentia aliqua possides, & sine labore gubernas, & absq; tedio regis, & nihil est quod conturbet ordinem imperii tui, vel in summis, vel in imis. Qui in oībus locis sine loco haberis, & oīa continēs sine ambitu, & vbique præsens es sine situ & motu. Qui nec mali author es, q̄d facere nō potes, qui nihil non potes, nec vnquam quicq̄ te fecisse pœnituit. Cuius oīpotentia omnia gubernat regit & implet: quæ creauit. Nec ideo te implere omnia dicimus vt te cōtineant, sed ipsa potius à te cōtinentur, nec particulatim imples omnia. Nec vllatenus ita putandū est vt vnaquæq; res pro magnitudine suæ portionis capiat te. i. maxima maius, minima minus, cum sis potius ipse totus in omnib. & omnia in te. Cuius oīpotentia oīa concludit, nec euaden *De desiderio aīæ sentientis Deū. c. 3.* di potentiam tuam quis aditum inuenire poterit. Qui enim te nō hēt placatum, nequaq̄ euadet iratum. Te igit clemētissime Deus inuoco in animam meam, q̄ prēparas ad capiē G dum te, ex desiderio q̄d inspiras ei. Intra rogo in eā, & coapta eā tibi, vt possideas illam q̄ fecisti & refecisti, vt habeam te velut signaculum sup cor meum. Queso piissime nuo cātem te nō deseras, q̄a priusquam te inuocarem me vocasti & quæsisti, vt ego seruus tuus te quærerem, quærēdo inuenirem, & inuētum amarē. Quæsiui & inueni te domine, amare desidero. Auge desideriū meum, & da q̄d peto, qm̄ si cuncta q̄ fecisti mihi dederis, non sufficit seruo tuo, nisi teipsum dederis. Da ergo teipsum mihi Deus meus, redde te mihi. En amo te, & si parū est, amē validius. Tuo ergo amore teneor, tuo desiderio flagro, tua dulci memoria delector. Ecce dum tibi mens mea suspirat, & tuā ineffabilē pietatem meditat, ipsa carnis sarcina minus grauat, cogitationū tumultus cessat, pōdus mortalitatis & miseriarum more solito nō hebetat, silent cuncta, tranquilla sunt omnia, cor ardet, animus gaudet, memoria viget, intellectus lucet, & totus spiritus ex desiderio visionis tuæ accensus, inuisibilium amore rapi se H *De miseria aīæ q̄ Christum non amat Cap. 4.* videt. Assumat spiritus meus pennas vt aquilæ, volet & non deficiat, volet & perueniat vsque ad decorem domus tuæ, & ibi super mensam refectionis ciuium supernorum pascatur de occultis tuis in loco pascuæ iuxta fluenta plenissima. Tu esto exultatio nostra, qui es spes nostra salus atque redemptio, tu esto nostrum gaudium, qui es futurus præmium. Tu semper quærat anima mea, & tu præsta vt quærendo non deficiat. Vę miseræ animæ quæ Christum non quærit nec amat, arida manet & misera. Perdit quod viuit qui te Deum non diligit, qui curat viuere nō propter te domine, nihil est, & pro nihilo est.

Qui

De desi rio anim Cap. 5.

Psal. 18.

Qui tibi viuere recusat mortuus est, qui tibi non sapit, desipit. Misericordissime tibi me commendo, reddo & cõcedo, per quẽ sum viuo, & sapio. In te confido, spero, & totam spem meam pono, per quem resurgam, viuã & requiescam. Te cupio, diligo & odoro, cũ quo manebo, regnabo & beatus ero. Anima quę te non quęrit, nec diligit, mundum diligit, peccatis seruit & vitiis subiecta est, nunq̃ quieta, nunq̃ secura est. Famuletur tibi semp mens mea piissime, suspiret tibi semper pere
K grinatio mea, ardeat in amore tuo cor meũ, requiescat in te Deus meus anima mea contempletur te in mentis excessu, cantet laudes tuas in iubilatione, & hęc sit in hoc exilio meo cõsolatio mea. Cõfugiat mens mea sub vmbra alarum tuarũ ab ęstib. cogitationũ seculi huius. Repauset in te cor meũ, cor mare magnum tumens fluctib. O dies oĩum bonarum dapium supernę satietatis, opulẽtissi me largitor Deus, da lasso cibum, collige dispersum, libera captiuum, & reintegra scissum. En stat ad ostiũ & pullat. Obsecro per viscera misericordię tuę, quib. visitasti nos oriẽs ex alto, iube pulsanti misero aperiri, vt liberis gressib. ingrediar ad te, & requiescat in te, & reficiar de te pane cęlesti. Tu.n.es panis & fons vitę, tu lumen claritatis ęternę, tu
De desiderio animæ Cap. 5. omnia ex qb. viuunt recti q diligunt te. Deus lumen cordiũ te vidẽtium, & vita aĩarum te amãtium, & virtus cogitationum te quęrẽtium, da vt sãcto amori tuo inhęreã. Veni, rogo, in cor meũ, & ab vbertate voluptatis tuę inebria illud, vt obliuiscar ista temporalia. Pudet acpiget me talia pati, qualia mundus iste agit. Tristę est mihi qđ video, graue est
L omne quod de trãsitoriis audio. Adiuua me domine Deus meus, & da lętitiam in corde meo, veni ad me vt videã te. Sed angusta est mihi domus animæ tuę, quousque venias ad eam, & dilatetur a te, ruinosa est, refice eam. Habet plurima quę offendant oculos tuos, fateor & scio: sed quis mundabit eam, aut cui
Psal. 18. alteri pręter te clamabo, Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce seruo tuo? Fac me dulcis Christe bone Iesu, fac me rogo amore & desiderio tuo deponere onus carnalium desideriorum, & terrenarum concupiscentiarum. Dominetur carni anima, animę ratio, rationi gratia, & tua, & tuę me interius & exterius subde voluntati. Tribue mihi vt laudet te cor meum, & lingua mea, & omnia ossa mea. Dilata mentem meam, & attolle intuitum cordis mei, vt vel rapida cogitatione spiritus meus attingat te ęternam sapientiam super omnia manẽtem. Dissolue me oro a vinculis, quib. constrictus teneor, vt relinquẽs omnia ista, tibi festinem, tibi soli inhęream, tibi soli intendam. Fœlix anima quę terreno resoluta carcere libera cœlum petit, quę te dulcissimum dñm facie ad faciẽ cernit, quę nullo metu mortis afficit, sed de incorruptione perpetuę glorię lętat. Tranquilla est & secura, iam non timet hostẽ nec M mortem. Habet iam te pium dominum, quẽ diu quęsiuit, semperque amauit, hymnidicis sociata choris melliflua perpetuę festiuitatis carmina ad laudem glorię tuę rex Christe bone Iesu in ęternum concinit. Inebriantur enim ab vbertate domus tuę, & torrẽte voluptatis tuę potas eam. Fęlix societas supernorum ciuium, & gloriosa solemnitas omniũ ad te redeuntium, ab huius nostrę peregrinationis tristi labore ad amœnitatem pulchritudinis, ad formositatem totius splendoris, atque dignitatem totius elegantię, vbi te iugiter domine tui ciues cernunt. Nihil omnino quod conturbet mentem ibidem aurib. audire datur. Quę cantica, quę organa, quę cantilenę, quę melodię ibi sine fine decantãtur? Sonant ibi semper melliflua hymnorum organa, suauissima angelorum melodia, cãtica canticorum mira, quę ad laudem & gloriam tuam a supernis ciuibus decantantur. Amaritudo & omnis fellis asperitas in regione tua locum non habent. Non.n.est ibi malus neq; malitia, non est aduersarius & impugnãs, nec est vlla peccati illecebra, nulla est A ibi indigẽtia, dedecus nullum, rixa nulla, nullum improperium, causatio nulla, nullus timor, nulla inquietudo, nulla pœna, nulla dubietas, nulla violẽtia, nulla discordia, sed ibi est pax summa, charitas plena, iubilatio & laꝰ Dei ęterna, sine fine secura requies, & gaudium semper in Spũsancto. O quam fortunatus ero si audiuero iocũdissimas ciuium tuorum cantilenas, carmina melliflua, laudes sũ mę trinitati debito honore promẽtia. Sed & nimium fęlix, si ego ipse meruero cantare cãticum domino Iesu Christo de dulcib. cantibus Sion. O vita vitalis, vita sempiterna, & sempiterne beata, vbi gaudium sine mœrore,

De desiderio animæ sentientis Deũ. c. 3. G

De miseria animæ q̃ Christum non amat Cap. 4. H

De fœlicitate aĩæ a terreno carcere solutæ. Cap. 6. Psal. 35.

De gaudio paradisi. c. 7.

reges sine labore, dignitas sine tremore, opes sine amissione, sanitas sine languore, abūdā tia sine defectione, vita sine tremore, perpetuitas sine corruptione, beatitudo sine calamitate. Vbi oīa bona in charitate pfecta, vbi species & visio facie ad faciē, vbi plena scīa in omnib. & per oīa, vbi summa Dei bonitas cernit & lumen illuminans à sanctis glorificat, vbi præsens maiestas Dei conspicitur, & hoc vitæ cibo sine defectu mens intuentium satiat. Vident semper & videre desiderant, si
B ne anxietate desiderant, & sine fastidio fatiā tur. Vbi verus sol iustitiæ, mira suæ pulchritudinis visione omnes & reficit, & ita vniuersos cœlestis patriæ ciues illuminat, vt luceat ibi lumen videlicet illuminatum per diuinū lumen illuminans vltra omnem solis nostri splendorem, atq; cunctarū stellarū claritatē, immortali adhærentes vnitati, ac per hoc immortales & incorruptibiles facti iuxta promissionē dñi ſaluatoris, Pater, quos dedisti
Ioan. 18. mihi, volo vt vbi ego sum & illi sint mecū, vt videant claritatē meam, & oēs vnū sint, sicut tu pater in me, & ego in te, & ipsi in no-
De regno cælorum. Cap. 8. bis vnum sint. Regnū cęlorum, regnū fęlicissimū, regnū carens morte, & vacans fine, cui nulla tempora succedunt per æuum, vbi cōtinuus sine nocte dies nescit hŕe tps, vbi victor miles donis ineffabilib. cumulat, Nobile perpetua caput amplectēte corona. Vtinā remissa peccatorū mole me vltimum seruorum Christi iuberet diuina pietas hāc carnis larcinam de ponere, & suę ciuitatis gaudia
Alias repræsentā dus. çterna repausandus * tranſirē, sanctissimis supernorū choris interessem, cū beatissimis spiritib. gloriæ cōditoris assisterē, præsentē
C Dei vultū cernerē, nullo mortis metu tangerer, de perpetuæ immortalitatis incorruptione securus gauderē, & scienti oīa cōiunctus oēm ignorantiæ cæcitatē amitterem, terrena cuncta paruipenderē, conuallē lachrymarū istā intueri vel reminisci vlterius non dignarer, vbi vita laboriosa, vita corruptibilis, vita omni amaritudine plena, vita dña malorum, ancilla infernorum, q̄ humores tumidāt, dolores extenuant, ardores exiccant, aerea morbidant, escæ inflant, ieiunia macerāt, ioci soluunt, tristitiæ cōsumunt, solicitudo coarctat, securitas habetat, diuitiæ iactant, paupertas deiicit, iuuentus extollit, senectus incuruat, infirmitas frā git, memor deprimit, diabolus insidiat, mundus adulatur, caro delectat, aīa excæcatur, totus homo conturbat, & his tot & tantis malis mors furibunda succedit, vanisq; gaudiis ita finem imponit, vt cum esse desierint, nec fuisse putent. Sed quas laudes, quasue gratiarum actiones vbi referre valeamus Deus noster, qui nos etiam inter has tātas mortalitatis nostræ ærumnas non desinis consolari mira visitatione gratiæ tuæ? Ecce me miserum multis mœrorib. plenum, dum vitæ meæ finem timeo, dū peccata mea confidero, dū iudicium tuum formido, dū mor-
D tis horā cogito, dū supplicia tartari horreo, dum opera mea qua districtione & discussione à te pēsent ingnoro, dū quo fine illa clausurus sim penitus nescio, dumq; hæc & alia multa mecū sub corde retracto, cōsolaturus ades solita pietate dñe Deus, & inter has q̄re las nimiosq; ploratus ac profunda cordis su
Mastha aīam cōsolatur Lxi Deus, Cap. 9. spiria assumis mœstam & anxiam mentem super alta iuga montium ad areolas vsq; aromatum, & collocas me in loco pascuæ secus riuulos dulcium aquarum, vbi præparas in conspectu meo mensam multiplis apparatus, quæ fatigatum spm̄ repauset & cor triste lætificet q̄b. tandē refocillatus delitiis multarum miseriarum mearum oblitus, & leuatus sup altitudinē terræ in te vera pace quiesco. Amo te Deus meus, amo te, & magis atq; magis amare volo. Da mihi dñe Deus meus spe
De dulcedine diuinæ amoris Cap. 10. ciose præ filiis hoīum vt desiderē te, vt amē te, quantū volo & quantum debeo. Immensus es, & fine mēsura debes amari, præsertim à nobis quos sic amasti, sic saluasti, pro quib. tanta ac talia fecisti. O amor qui semper ardes & nunq̄ extingueris, dulcis Chŕe, bone Iesu, charitas Deus meus, accende me toto
E igne tuo, amore tuo dulcedine tua, dilectione tua, desiderio tuo, charitate tua iocunditate & exultatione tua, pietate & suauitate tua, voluptate & concupiscentia tua, quæ sancta est & bona, quæ casta est & munda, vt totus dulcedine amoris tui plenus, totus flāma tuę charitatis vaporatus, diligā te dñm meū dulcissimū & pulcherrimū ex toto corde meo, ex toto aīa mea, ex totis virib. meis, & omni intentione mea, cum multa cordis contritione & lachrymarum fonte, cum multa reuerentia & tremore, habens te corde, & in ore, & præ oculis meis semper & vbique, ita vt nullus in me adulterinis amoribus pateat

teat locus. Pulcherrime Iesu Christe rogo te per illam sacratissimam effusionem pretiosi sanguinis tui, quo redempti sumꝰ, da mihi cordis contritionē & lachrimarum fontem, ꝑcipue dū preces & orōnes tibi offero, dū tuæ laudis tibi psalmodiā decāto, dum mysteriū nostræ redēptionis manifestū misercordiæ tuæ indiciū recolo vel profero, dum sacris altarib. licet indignus assisto, cupiens tibi offerre illud mirabile & cœleste sacrificiū oī reuerentia & deuotione dignum, qđ tu dñe Deus meus sacerdos immaculate instituisti, & offerre præcepisti in commemorationem tuæ charitatis, mortis. s. & passionis, pro salute nostra, pro quotidiana nostrę fragilitatis reparatione. Confirmet mens mea inter tāta mysteria dulcedine præsentiæ tuæ sentiat te sibi adesse, & lætet coram te. Ignis qui sp luces, amor qui sp ardes, dulcis Christe, bone Iesu, lumen ęternū & indeficiēs, panis vitę q̄ nos reficis & in te nō deficis, quotidie comederis, & sp integer manes, resplēde mihi, accende me, illumina & sanctifica vas tuum, de malitia euacua, imple de gratia, & plenū cō serua, vt ad salutē aīæ meę manducem cibū carnis tuæ, quatenus manducabo te, viuā de te, viuam per te, perueniam ad te, & repausē in te. O dulcedo amoris & amor dulcedinis, comedat te vēter meus & nectare tui amoris repleant viscera mea, & eructet mens mea verbum bonū. Charitas Deus meus, mel dulce, lac niueum, cib. es grandium, fac me crescere in te, vt sano palato possis manducari à me. Tu es vita mea qua viuo, spes cui inhæreo, gloria q̄ adipisci desidero. Tu mihi cor tene, mentem vrge, intellectum dirige, amorem erige, aīum suspende, & in superna fluēta os sitientis te spūs trahe. Taceat quæso tumultus carnis. Conticescant phantasiæ terrarum, & aquarum aeris & poli: taceant somnia & imaginariæ reuelationes, ois lingua, omne signū, & q̄cquid transeundo fit. Sileat sibi & ipsa aīa, & transeat se, non cogitando se, sedet Deꝰ meus, qm̄ tu es re vera tota spes & fiducia mea. Est. n. in te Deo meo & dño nostro Iesu Christo dulcissimo & benignissimo atq; clementissimo vniuscuiusq; nostrū & portio, & sanguis, & caro. Vbi ergo portio mea regnat, ibi regnare me credo, vbi sāguis meus dñatur, ibi dñari me confido, vbi caro mea glorificaī, ibi glorioſum me esse cognosco. Quanuis peccator sim, de hac tñ communione gratiæ non diffido. Et si peccata mea prohibent, substantia mea requirit: & si delicta propria me excludunt, naturæ cōio non repellit. Non enim tā inimicus est dns, vt non diligat carnem suā, membra sua, & viscera sua. Desperare vtiq; potuissem ꝓp nimia peccata mea & vitia, culpas & infinitas negligētias meas quas egi & quotidie in desinenter ago corde, ore, & opere, & oībus modis, qb. humana fragilitas peccare pōt, ni si verbū tuum Deus meus caro fieret & habitaret in nobis. Sed desperare iā non audeo, qm̄ subditus ille tibi vsq; ad mortē, mortem aūt crucis tulit chirographū nostrū, & affigens illud cruci: peccatū crucifixit & mortē. In ipso aūt securius respiro qui sedet ad dexterā tuā, & interpellat ꝓ nobis. In ipso confisus ad te peruenire desidero, in quo iā resurreximus & reuiximus, iā in cœlum conscendimus & in cœlestib. confidemus. Tibi laus, tibi gloria, tibi honor, tibi gratiarum actio. Piissime dñe qui sic nos amasti & saluasti, sic viuificasti & sublimasti, piissime dñe, quam dulcis est memoria tua, quanto magis in te meditor, tanto es mihi dulcior & amarior. Idcirco delectant me valde bona tua puro mentis intuitu & dulcissimo pii amoris affectu, in loco peregrinationis meę iuxta modulum meum, interim quamdiu his fragilib. subsisto membris, mirā tuā dilectionē & pulchritudinē indesinenter cupio desiderare & considerare. Tuę. n. charitatis iaculo vulnerat⁹ sum, tuo vehementer desiderio flagro, ad te peruenire cupio te videre desidero. Idcirco super custodiam meam stabo, & vigilantib. oculis psallam spū, psallam & mente, & totis virib. meis te factorem & refectorē meū collaudabo, polum penetrabo mente, & desiderio tecum ero, vt in præsenti quidem miseria solo corpore tenear, tecum autem cogitatione & auiditate atq; omni desiderio sim semper, quatenus ibi sit cor meum, vbi tu es thesaurus meus desiderabilis, incomparabilis, multumque amabilis. Sed ecce Deus meus piissime ac misericordissime, dum tuæ immenſę bonitatis & pietatis gloriam considerare volo, cor meum non sufficit, excedit enim omnem sensum humanę mentis tuum decus, tua pulchritudo, tua virtus, tua gloria, tua magnificentia, tua maie-

De præparatione nostræ redēptionis. Cap. 11. Luc. 22.

Qđ verbū incarnatum sit cā spei nostræ c. 13 Phili. 2. Colo. 2. Rom. 8. Dulcis de Deo meditatio. c. 14

Mastiam aīam cū Iā Deus. Cap. 9.

De gaudio. c. 12.

De dulcedine diuini amoris Cap. 10.

stas,& tua charitas:sicut inęstimabilis est tuę gloriæ splendor,ira ineffabilis est ętern ę tuæ charitatis benignitas, qa illos quos de nihilo creasti adoptas in filios, & tibi coniungis.O aia mea si quotidie oporteret nos torměta p ferre, si ipsam gehennā longo tpe tolerare, vt Christum in gloria sua videre possemus, & sanctis eius sociari,nonne dignū esset pati omne qđ triste est,vt tanti boni,tantæq; gloriæ participes hremur? Insidiēt ergo dæmones,parent suas tentationes, frangant corpus ieiunia,premant carnem vestimēta, labores grauent,vigiliæ exicent,clamet in me iste,in quietet me ille,vel ille,frigus incuruet, conscientia murmuret, calor vrat,caput doleat, pectus ardeat,inflet stomachus,pallescat vultus,infirmet totū corpus, deficiat in dolore vita mea,& anni mei in gemitib.ingrediatur putredo in ossib.meis,& subter mescateat,vt requiescam indie tribulationis,& ascendam ad populum accinctum nostrū. Quæ.n.erit iustorū gloria,q̄ grandis sanctorū lætitia, cū vnaquæq; facies fulgebit vt sol, cū ordinib. distinctis populum suum dns in regno patris sui cœperit recēsere, & meritis atq; operib. singulorum promissa præmia restituet ,p terrenis cęlestia,pro temporalib. sempiterna,,p modicis magna? Reuera cumulus fœlicitatis erit, cum dns adducet sāctos suos in visione paternæ glorię,& faciet in cœlestib.cōsedere,vt sit omnia in omnib.O fœlix iocūditas, & iocūda fœlicitas sanctos videre,cū sanctis esse,& esse sāctum, Deum videre,Deum hre in æternum & vltra. Hæc sedula mente cogitemus,hæc toto desiderio desideremus,vt ad eos cito peruenire valeamus. Si quæris qūo istud pōt fieri,vel qb.meritis,qb. ve auxiliis, audi, res ista posita est in potestate facientis, qñ regnum cœlorum vim patit. Regnum cœlorū ò homo aliud non quærit precium nisi teipsum:tm̄ enim valet qantum es,te da & habebis illud. Quid turbaris de precio? Christus semetipsum tradidit vt acquireret te regnum Deo patri,ita tu temetipsum da, vt sis regnū eius, ac non regnet peccatū in tuo mortali corpore,sed ipūs in acqsitione vitæ. O aia mea reuertamur ad ciuitatem cœlestē inqua scripti sumus & ciues decreti. Sicut.n. ciues sanctorū & domestici Dei & sicut hęredes Dei,cohæredes aūt Christi consideremus inclytam nostræ vrbis fœlicitatē, inquā tum considerare possibile est,dicamus ergo cum Propheta,O q̄ gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei,sicut lętantium omnium habitatioest in te.Fundaris. n. exultatione vniuersæ terræ,non est in te senectus nec senectutis miseria,non est in te mancus, neq; claudus, neq; gibbosus, neque deformis dum omnes occurrunt in virū perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.Quid hac vita beatius? Vbi nō paupertatis metus, non ęgritudinis imbecillitas,ibi nemo lædit,nemo irascitur,nemo inuidet, cupiditas nulla exardescit, nullum cibi desideriū,nulla honoris aut potestatis pulsat ambitio,nullus diaboli metus, insidiæ dæmonnm nullæ,terror gehennæ ,p-cul,mors neq; corporis nequæ aiæ, sed immortalitatis munere iocunda vita,nulla erūt tunc mala,nusquā discordia,sed cuncta consona,cuncta conuenientia, qa omnium sanctorum vna erit concordia, pax cuncta & lætitia continet,tranquilla sunt omnia & quieta,iugis splendor,non vt est ille qui nunc est Sol,sed tanto clarior quanto fœlicior,qa ciuitas illa, vt legitur, non egebit sole neque luna, sed dns omnipotens illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. Vbi sancti fulgebūt vt stellæ in ppetuas æternitates.& sicut splendor firmamenti qui erudiunt multos. Quapropter vox ibi nulla,nullæ tenebrę,concursus nubiū nullus, ne frigoris ardoris ve aspe ritas vlla, sed talis erit rerum temperies quā nec oculꝰ vidit,nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascendit, nisi illorum qui ea perfrui digni inueniuntur, quorū nomina scripta sunt in libro vitæ.Verū super hæc omnia est, con sociari choris angelorum & archangelorū, atque omnium cœlestium virtutum, intueri Patriarchas & Prophetas, videre Apostolos atque omnes sanctos, videre & parentes nostros.Gloriosa sūt hæc: sed multo gloriosius est præsentem Dei vultū cernere, incircūscriptum lumen videre. Superexcellens gloria erit cum Deum videbimus in seipso, videbimus & habebimꝰ in nobis, quē cernere finis nō erit. Anima insignis Dei imagine,illustris similitudine,habet in sese ex Deo quo admoneatur semper aut stare cū eo, aut redire, si mota suis affectib. immò defectib. fuerit. Et nō solum habet vnde respirare queat in spe veniæ & misericordiæ, sed etiam vnde audeat aspirare ad nuptias verbi, & cum Deo inire

Qđ desiderandæ sint tribulationes pro christo.c.15. Psal. 30. Abac. 3.

1.Co.15. Qūo regnū cælorū possit acquiri. Cap. 16. Mat. 11. Quid sit paradisus Cap. 17. Psal.86.

Ephe. 4.

Apo.21. Dani.12.

1.Co.2. Esai. 64.

Nō valet hō Deum cē redēptū remissū per amorem. Cap. 18.

inire fedus ſocietatis,atque cum rege angelorum ducere iugũ ſuaue amoris. Hęc omnia facit amor, ſi anima exhibeat ſe ſimilẽ Deo per voluntatem, cui ſimilis eſt per naturam, diligẽs ſicut dilecta eſt. Solus enim eſt amor ex omnib.animæ motib.ſenſib.atque affectibus,in quo poteſt creatura, etſi nõ ex ęquo, rũdere authori, vel ſibi mutuam rependere vicẽ. Amor vbi venerit,cæteros in ſe omnes traducit & captinat affectus. Amor per ſe ſufficit,per ſe placet & pp ſe. Ipſe meritum,ip- Ephe. 4.
A ſe prẽmiũ,ipſe cauſa, ipſe fructus,ipſe vſus, per amorem.n.coniungit. Amor facit vnum ſpiritum de duob. amor facit idem velle & idem nolle. Amor facit prius mores componere, poſtmodum oĩa quæ adſunt tanq̃ non adſint conſiderare, tertio vero loco munda cordis acie ſuperna & interna cõſpicere. Per amorem primum in ſeculo bene gerunt honeſta, poſtmodum etiam honeſta ſeculi deſpiciunt, ad extremum etiã Dei intima conQuid in nobis Deꝰ requirat ſibi ſimile Cap. 19. ſpiciunt. Deus pater charitas eſt, Deus filius dilectio eſt, ſpũſſanctus amor patris & filii eſt. Hæc charitas & hęc dilectio aliqđ ſimile requirit in nobis.ſ. charitatem, qua velut quadã affinitate cõſanguinitatis ei ſociemur & coniungamur. Amor dignitatis neſcius re uerentiã neſcit. Qui amat, per ſeipſum fiducialiter accedit ad Deum, familiariterq; loquit ei,nihil timẽs,nihil hæſitans. Perdit qđ viuit,qui non diligit,qui aũt diligit, oculos ſuos ſemper habet ad Deum, quem diligit, quem deſiderat,in quo meditat, in quo delectat,in quo paſcit, in quo impinguat. Iſte talis ſic deuotus,ita cantat,ita legit,& in omnibus operib. ſuis ſic eſt prouidus & circunſpe
B ctus,quaſi Deus adſit pſens ante oculos eius, ſicut reuera adeſt. Ita orat quaſi ſit aſſumptꝰ & præſentatus ante faciem maieſtatis in excelſo throno,vbi milia miliũ miniſtrãt ei & decies cẽtena milia aſsiſtũt ei. Aĩam q̃ viſitat amor expgefacit dormiẽtẽ,monet & emollit eã & vulnerat cor eius, tenebroſa illuminat,clauſa reſerat,frigida inflãmat, mentem aſperam & iraſcibilẽ & impatientẽ mitigat, vitia fugat, carnales affectꝰ cõprimit & mores emendat,reformat & innouat ſpm̃,lubricę ętatis motus actusque lenes coercet. Hæc oĩa facit amor cum præſens eſt,cum vero abſceſſerit,ita incipit aĩa iacere languida, ac ſi cacabo bullienti ſubtraxeris ignem. Magna res eſt amor,quo anima p̃ ſemetipſam fiducialiter accedit ad Deum, Deo conſtãter inhæret, Deũ fiducialiter percõtat,cõſulatq; de omni re. Aĩa quæ amat Deũ, nil aliud põt cogitare,nil loqui,cætera contẽnit,oĩa faſtidit,q̃cquid meditat,quicquid loquit, amorem ſapit, amorem redolet, ita amor Dei eã ſibi vẽdicauit. Qi vult hr̃e notitiã Dei, amet. Fruſtra accedit ad legendũ,ad meditãdũ, ad prædicãdum,ad orandũ qui nõ amat. Amor Dei amorem aĩæ parit, & eam intendere ſibi facit. Amat Deus vt ametur. Cum amat, nil aliud vult quàm amari,ſciens eſſe beatos qui C
ſe amauerint. Aĩa amans cunctis ſuis renunciat affectionib.& tota ſoli incumbit amori, vt poſsit rũdere amori in redhibẽdo amore. Et cum ſe tota effuderit in amorem, quãtum eſt ad illud fontis perenne profluuium, non pari vbertate cõcurrunt amor & amans, anima & Deus, creator & creatura,tñ ſi ex toto ſe diligit, nihil deeſt vbi totum eſt. Non timeat aĩa quæ amat,paueat quæ nõ amat. Aĩa amans fertur votis,trahitur deſideriſs, diſsimulat merita,maieſtati oculos claudit, aperit voluptati,ponens ſe in ſalutari, & fiducialiter agens in eo. Amore aĩa ſecedit, & excedit a corporeis ſenſib.vt ſeſe non ſentiat quę Deum ſentit. Hoc fit cũ mens ineffabili Dei illecta dulcedine quodammodo ſeſe ſibi furat, immò rapitur atque labitur a ſeipſa, vt Deo fruatur ad iocunditatẽ. Nihil tam iocũdum,niſi eſſet tam modicum. Amor dat familiaritatẽ Dei, familiaritas auſum, auſus guſtũ,guſtus famẽ. Aĩa quam tangit amor Dei, nihil aliud põt cogitare, nil deſiderare, ſed frequenter ſuſpirat dicens, Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarũ,ita deſiderat aĩa mea D
ad te Deus meus. Deus amore venit ad homines,venit in homines,factus eſt hõ. Amore Deus inuiſibilis ſeruis ſuis factus eſt ſimilis:amore vulneratꝰ eſt pp delicta noſtra. Tuta & firma requies eſt infirmis & peccatoribus in vulneribus ſaluatoris. Securus illic habito, patent mihi viſcera per vulnera, quicquid ex me mihi deeſt,vſurpo mihi ex viſceribus dñi mei,qm̃ miſericordia affluũt, nec deſunt foramina per quæ effluant. Per foramina corporis patẽt mihi arcana cordis,patet magnũ pietatis ſacramentũ,patẽt viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in qb. viſitauit nos oriẽs ex alto. Vulnera Ieſu Chriſti plena ſũt

De cõſilẽtia aĩæ amantis Deum. Cap. 20.

Pſal. 41. Quid fecerit Deus pp hoĩem Cap. 21.

misericordia, plena pietate, plena dulcedine & charitate. Foderũt manus eius, pedes eius, & latꝰ eius lãcea perforauerũt. Per has rimas licet mihi gustare quàm suauis est dñs Deus meus, qm̃ reuera suauis & mitis & multę misericordiæ est omnib. eum inuocantib in veritate, omnib. inquirentib. & maxime diligẽtib. Copiosa redemptio data est nobis in vulneribus Iesu Christi saluatoris nostri. Magna multitudo dulcedinis plenitudo gratiæ, & pfectio virtutũ. Cũ me pulsat aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Christi. Cum me premit caro mea recordatione vulnerũ dñi mei resurgo. Cũ diabolꝰ mihi parat insidias, fugio ad viscera misericordiæ dñi mei, & recedit à me. Si ardor libidinis mouet membra mea recordatione vulnerum dñi nostri filii Dei extinguit. In omnib. aduersitatib. non inueni tam efficax remedium, q̃ vulnera Christi: in illis dormio securus & requiesco intrepidus: Christus mortuus est pro nobis. Nihil tam ad mortem amarũ, quod morte Christi non sanetur. Tota spes mea est in morte dñi mei. Mors eius meritum meum, refugium meum, salus, vita, & resurrectio mea: meritũ meũ miserationes dñi multę. Non sum meriti inops, quandiu ille miserationum dominus nõ defuerit. Et si misericordiæ dñi multæ ego sum in meritis. Quanto ille potẽtior est ad saluandum, tanto ego sum securior. Peccaui peccatum grãde, & multorum sum mihi conscius delictorum: nec sic despero, qm̃ vbi abundauerunt delicta superabundauit & gratia. Qui de venia peccatorum suorum desperat, negat Deum esse misericordem. Magnã iniuriã Deo facit, qui de eius misericordia diffidit. Quantũ in se est negat Deum hẽ charitatẽ, veritatẽ, & potestatem, in qb. tota spes mea consistit. s. in charitate adoptionis, in veritate promissionis, & in potestate redẽptionis. Murmuret iam quantũ voluerit insipiens cogitatio mea dicens, Quis. n. es tu, & quanta est gloria illa, quib. ve meritis illam obtinere speras? & ego fiducialiter respondebo, Scio cui credidi, quia in charitate nimia adoptauit me in filium, qui verax est in promissione, potens in exhibitione, licet ei facere quod vult, non possum terreri multitudine peccatorum, si mors dñi in mentẽ meam venerit, qm̃ peccata mea illum vincere non pñt. Claui & lancea clamant mihi quod vere reconciliatus sum Christo, si eum amauero. Longinus aperuit mihi latus Christi lancea, & ego intraui, & ibi requiesco securus. Qui timet amet: qm̃ charitas mittit foras timorẽ. Nullum tam potens est & tam efficax contra ardorem libidinis medicamẽtum, quàm mors redemptoris mei. Extendit brachia sua in cruce, & expandit manus suas paratus in amplexus peccatorum. Inter brachia saluatoris mei, & viuere volo, & mori cupio. Ibi securus decantabo. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me Saluator noster caput inclinauit in morte, vt oscula daret suis dilectis. Toties Deũ osculamur, quoties in eius amore compũgimur. O anima mea insignita Dei imagine, redempta Christi sanguine, desponsata fide, dotata spiritu, ornata virtutibus, deputata cum angelis, dilige illum à quo tantum dilecta es. Intende illi, qui intendit tibi: quære quærentem te, ama amatorem tuum a quo amaris, cuius amore præuenta es, qui est causa amoris tui. Ipse est meritum, ipse præmium, ipse fructus, ipse vsus, ipse finis. Esto solicita cum solicito, cum vacante vacans, cum mundo mũda, cum sancto sancta. Qualis apparueris Deo, talis oportet vt appareat tibi, Deus suauis & mitis, & multæ misericordiæ, suaues, mites, dulces, humiles & misericordes requirit. Ama illum qui eduxit te de lacu miseriæ, & de luto fæcis. Elige illum amicum tuum præ omnib. amicis tuis, qui cum omnia subtracta fuerint, solus tibi fidem seruabit. In die sepulturæ tuæ cum omnes amici tui recedent à te, ille te non derelinquet, sed tuebitur à rugientib. præparatis ad escam, & conducet te per ignotam regiogionem, atque perducet ad plateas supernæ Sion, & ibi collocabit te cum angelis ante faciem maiestatis suæ, vbi audies illud angelorum melos, Sanctus, sanctus, sanctus, &c. Ibi est canticum lætitiæ, vox exultationis & salutis, gratiarum actio, & vox laudis, atque halleluia in perpetuum. Ibi est cumulus fœlicitatis, supereminens gloria, superabundãs lætitia, & omnia bona. O anima mea suspira ardenter, desidera vehementer vt possis peruenire in illam supernam ciuitatem, de qua tam gloriosa dicta sunt, in qua sicut lætantiũ omnium habitatio est. Amore potes ascendere, amãti nihil est difficile, nihil impossibile.

De recordatione vulnerũ Iesu Christi

E

Fli domini nostri. Cap. 22.

Psal. 85.

Recordatio vulnerũ Christi remedium in aduersis. Cap. 23.

F

Psal. 18.

G

Meditatio ad amorem Christi. Cap. 24.

Psal. 38

H

Psal. 86.

Anima

Anima quę amat, ascendit frequenter, & curit familiariter per plateas cœlestis Ierusalē, visitando Patriarchas & Prophetas, salutādo Apostolos, admirando exercitus martyrū & confessorum, chorosq; virginum speculando. Cœlū & terra, & omnia quæ in eis sunt, non cessant mihi dicere, vt amem dñm Deū meum. Cor humanum in desiderio æternitatis non fixum, nunquam stabile pōt esse, sed omni volubilitate volubilius, de alio in aliud transit, q̄rens requiem vbi non est. In his aūt caducis & transitoriis, in quib. eius affectus captiui teneri, veram requiem inuenire non valet, qm̄ tantę est dignitatis, vt nullum bonū præter summum bonum ei sufficere possit, tantæ est. n. libertatis, vt in aliquod vitium cogi non possit. Propterea vnicuique propria voluntas est causa suæ damnationis vel salutionis, & ideo nihil gratius bona voluntate Deo offert. Bona voluntas Deū ad nos deducit, & nos in eum dirigit. Per bonam voluntatem Deum diligimus, Deum eligimus, ad Deum currimus, ad Deum ꝑuenimus, & eum possidemus. O bona voluntas, per q̄ ad Dei similitudinem reformamur, & er similes efficimus. Ita amabilis est Deo bona voluntas, vt ipse in corde habitare nō velit, in quo bona voluntas nō fuerit. Bona voluntas illius summæ maiestatis trinitatem ad se inclinat. Sapientia nanq; ad cognitionem veritatis illam illuminat, charitas ad desiderium bonitatis inflammat, paternitas in ea custodit qđ creauit ne pereat. Quid est cognitio veritatis? Primo cognoscere teipsum, & quod esse debes, esse studeas: quod aūt corrigendū est, corrigas, deinde cognoscere & amare creatorem tuum: hoc. n. est totū hoīs. Vide ergo K q̄ ineffabilis est diuinæ charitatis erga nos dilectio. De nihilo nos creauit, & quicquid habemus donauit: sed quia plus dileximus datū q̄ datorem, creaturam quam creatorem, cecidimus in laqueū diabolī, & facti sumus eī⁹ serui. Deus vero misericordia motus, misit filium suum quo redimeret seruos, misit etiā spiritum sanctum quo seruos adoptaret in filios. Filium dedit in pretium redemptionis, spiritum sanctum in priuilegium amoris, se deniq; totum seruat in hæreditatem adoptionis. Ita Deus vt piissimus & misericordissimus præ desiderio vel amore hominis, nō solum sua, verumetiam & seipsum impēdit, vt hominē recuperaret non tam sibi quàm homini ipsi. Vt homines ex Deo nascerent, primo ex ipsis natus est Deus. Quis est tā durus quem non emolliat amor Dei sic hominem præueniens, tamq;, inquam, vehemēs amor, q̄ homo ꝑꝑ hominē dignatus est fieri? Quis pōt odire hominem, cuius naturam & similitudinem videt in humanitate Dei? Reuera q odit illum, odit Deum, & ita perdit qcquid facit. Deus namq; ꝑꝑ hominem factus est homo, vt esset redemptor qui est & creator, vt de suo redimeretur homo, & vt familiarius L diligeret ab hoīe Deus, in similitudine hoīs apparuit, & vt vterque sensus hominis in ipso beatificaret, & reficeretur oculus cordis in eius diuinitate, & oculus corporis in eius humanitate, vt siue ingrediens siue egrediens in ipso pascua inueniret natura humana cōdita ad ipso. Saluator nāque noster natus est nobis, crucifixus & mortu⁹ est pro nobis, vt morte sua mortem nostram destrueret. Et qa botrus carnis portat⁹ fuerat ad torcular crucis, & expressione facta fluere cœperat mustū diuinitatis, missus est spiritus sanctus, quo vasa cordium præpararentur, & vinum nouum in vtres nouos poneretur, primum vt corda mundarētur, ne infusum polluerētur: & postea ligarētur, ne infusum amitteretur. Mūdarent gaudio iniquitatis, ligarent, cōtra gaudiū vanitatis. Non. n. q̄ bonum est venire potuit, nisi prius recederet quod malum est. Gaudium iniquitatis reddit vas sordidum, & gaudium vanitatis facit rimosum, cum peccatum diligitur, & gaudium vanitatis est, cū tansitoria amantur. Eiice ergo quod malum est, vt quod bonum est percipere possis, Effunde amaritudinem, vt dulcedine impleri possis. Spiritus sanctus gaudium est & amor. M Eiice spiritum diaboli, & spiritum mūdi huius, vt accipias spiritum Dei. Spiritus diaboli operat gaudium iniquitatis, & spiritus mundi gaudium vanitatis. Et hæc gaudia mala sūt quoniam aliud habet culpam, aliud occasionem culpæ. Veniet autem spiritus Dei, cum electi fuerint spiritus mali, & intrabit tabernaculum cordis, & operabitur gaudium bonum, & amorem bonum, quo expellitur amor mundi, & amor peccati. Amor mundi allicit & decipit, amor peccati polluit, & ad mortem conducit. Amor Dei mentem illuminat, conscientiam mundat, animam lætificat,

Qđ nihil possit aīæ sufficere p̄ter summū bonū Cap. 25.

Quid sit cogitatio ueritatis. Cap. 26.

Quid nobis operet missio spūs sancti. Cap. 27.

Ioan. 19. 1. Ioan. 4

Psal. 29.

G

Medita. tio aīæ ad amorem Christi. Cap. 24.

Psal. 39

H

Psal. 86.

De operatione eius q̃ diligit Deum. Cap. 28.

ficat,& Deum demonſtrat.In quo amor Dei eſt,ſemper cogitat quando ad Deum peruenit,qñ mundum derelinquat,qñ carnis corruptionẽ euadat,vt verã pacẽ inueniat,ſemp habet cor ſuum & deſiderium in ſuperna eleuatum,quando ſedet,qñ ambulat,quãdo requieſcit, vel qñ aliquid agit, cor a Deo non recedit, omnes ad amorem Dei exhortatur, omnib. amorem Dei commendat, & quàm dulcis ſit Dei amor,& quam malus & quam amarus ſit amor ſeculi corde, ore, & opere omnib.demonſtrat. Deridet huius ſeculi gloriam,arguit ſolicitudinem,& quam ſtultum
A ſit in his quæ tranſeunt fiduciam habere oſtẽdit. Miratur cęcitatem hominum qui hæc diligũt,miratur etiam quomodo vniuerſa hęc tranſitoria & caduca oẽs non derelinquunt. Omnib.æſtimat dulce quod ſibi ſapit, omnibus placere quod diligit,omnib. quidem eſſe manifeſtum quod cognoſcit. Frequenter Deum ſuum contemplatur,& in eius contẽplatione ſuauiter reficitur: tanto fœlicius,

De vera requie. Cap. 29.

quanto frequentius. Dulce eſt enim ſemper ad conſiderãdum, quod ad amandum & laudandum ſemper ſuaue eſt.Reuera hæc eſt vera cordis requies, cum totũ in amorem Dei per deſiderium figit̃,nec quicquam aliud appetit,ſed in eo quod tenet fœlici quadã dulcedine delectatur,delectando iocundatur.Si vero vana aliqua cogitatione,vel rerum occupatione inde aliquantulum abſtractũ fuerit,ſumma cum feſtinatione illuc redire feſtinat,exilium reputans alibi quàm ibi moram facere.Nam ſicut nullum eſt momentũ,quo homo non fruatur vel vtatur pietate diuina, ſic nullum debet eſſe momentum quo eum præſentem non habeat in memoria. Idcirco non breui crimine tenetur aſtrictus quiſquis
B in oratione cum Deo loquitur,& ſubito abſtrahitur eius conſpectu quaſi ab oculis non videntis nec audientis.Hoc autem fit, quando cogitationes ſuas malas & importunas ſequitur,& aliquam viliſsimam creaturam,ad

Quicàd mẽtis aſpectum a Deo retrahit, oĩnoſugiẽdum eſt. Cap. 30.

quam mentis intuitus facile diſtrahitur, ei præfert, illam videlicet in cogitatione ſæpiꝰ reuoluendo, vel cogitando, quam Deũ,quẽ aſsidue debet recolere creatorem, adorare redemptorem,expectare ſaluatorem,timere iudicẽ.Quiſquis amas mundum, tibi proſpice quo ſit eundum. Hæc via qua vãdis, via peſsima,plenaque cladis.Fuge ergo o homo paululum occupationes tuas, & abſcõdere modicum a tumultuoſis cogitationibus tuis. Abiice nunc oneroſas curas, poſtpone laborioſas diſſenſiones, vaca aliquãtulũ Deo, & paululum requieſce in eo.Intra in cubiculum mentis tuæ,exclude omnia præter Deũ, & quæ valent ad quærendum eum,& clauſo oſtio q̃re eum.Dicat nunc totũ cor tuũ Deo. Quæro vultum tuum, vultum tuum domine requiro. Eia nunc ergo domine Deus meus tu doce cor meum, vbi & quomodo te quæ
C rat,vbi & quomodo te inueniat. Domine ſi hic non es vbi te quæram abſentem?Si autem vbique es,cur te non videopræſentem? Sed 1.Ti.6.
certe habitas lucem inacceſsibilem.Sed quo modo accedam ad lucẽ inacceſsibilem, aut quis me deducet,& inducet in illam vt videã te in illa? Deinde,quibus ſignis, qua facie te quęram?nunquã te vidi domine Deus meus, nunquam noui faciem tuã.Quid faciet altiſsime domine, quid faciet iſte longinquus exul tuus? Quid faciet ſeruꝰ tuus anxius amore tui, & longe proiectus a facie tua?Et anhelat videre te,& nimis illi abeſt facies tua. Accedere ad te deſiderat,& inacceſsibilis eſt habitatio tua,inuenire te cupit,& neſcit locum tuum.Quærere te affectat,& ignorat vultum *Q̃ mũdo Dei perdita ſit pp peccatum & miſeria inuenta ſit. Cap. 31. Pſal. 37.*
tuum.Domine Deus meus es tu, & dominus meus,& nunquam vidi te,tu me feciſti,& refeciſti, & omnia bona tua mihi contuliſti,& nondum vidi te,neque noui. Denique ad te videndum factus ſum,& nondum feci id ,pter quod factus ſum. O miſera ſors hominis,cũ hoc perdidit ad quod factus eſt.O dirus ac durus caſus ille.Heu quid perdidit,& quid inuenit,quid abſceſsit, & quid remanſit? Perdidit beatitudinem ad quã factus eſt, & inuenit miſeriam ad quam factus non eſt.
Abſceſsit ſine quo nihil fœlix eſt,& remD ſit quod per ſe non niſi miſerum eſt. Manducabat tunc homo panem angelorum, quem nunc eſurit manducat nunc panem dolorũ, quem tũc neſciebat. O tu domine vſquequo obliuiſceris in finem vſquequo auertis faciem tuam à nobis?Quando reſpicies & exaudies nos? quando illuminabis oculos noſtros, & oſtendes faciem tuam? quando reſtitues te nobis? Reſpice domine, & exaudi, & illumina nos, & oſtende nobis teipſum, reſtitue te nobis vt bene ſit nobis, ſine quo tam male eſt nobis.Inuita nos, adiuua

nos

nos obsecro te domine. Amaricatum est cor meū sua desolatione, indulcora illud tua consolatione. Obsecro dñe, esuriens cœpi q̄rere te, ne desinar impastus a te, famelicus accessi, ne recedam impastus. Pauper veni ad diuitem, miser ad misericordem, ne recedam vacuus & cōtemptus. Domine incuruatus sū, & non possum nisi deorsum aspicere, erige me vt possim sursū videre. Iniquitates meę supergressæ sunt caput meum, obuoluerunt me, & sicut onus graue grauant me. Euolue me & exonera me: ne vrgeat super me puteꝰ os suum, doce me quęrere te, & ostende te quærenti te, quia nec quærere te possum nisi doceas tu, nec inuenire nisi te ostendas. Quęram te desiderando, desiderem te quęrendo, inueniam amando, amem inueniēdo. Fateor domine & gratias ago, q̄a creasti me ad hāc imaginem tuam, vt tui memor te cogitem, te amē. Sed sicut est abolita corruptione vitiorum, sic est obfuscata fumo peccatorū, vt nō possit facere ad quod facta est, nisi tu renoues & reformes eā. Rogo dñe qui das fidei intellectū, da mihi vt quātum scis expedire intelligam, quia es sicut credimus, & hoc es quod credimus, & quidem credimus te esse aliquid quo nihil maius aut melius cogitari possit. Quid ergo es dñe Deus, quo vnum maius melius q̄ nihil valet cogitari, nisi id q̄d summum bonum omnium solum existens p̄ seipsum, omnia alia fecit ex nihilo? Quod ergo bonum deest summo bono, per quod oē bonum? Tu es itaque iustus, verax, beatus, & quicquid aliud est melius esse quām nō esse. Verū malis quomodo parcis, si es totus summe iustus? An quia bonitas tua est incomprehensibilis? Latet hoc in luce inaccessibili, q̄ inhabitas. Vere in altissimo bonitatis tuæ p̄fundo latet fons, vnde manat fluuius misericordiæ. Nam cum totus & summe iustus sis, tamē idcirco etiam malis benignus es, quia totus & summe bonus es. Minus nanque bonus esses, si nulli malo esses benignus. Melior est enim qui & bonis simul & malis bonus est, quām qui bonis tantum bonus est. Et melior est qui malis & parcendo & puniendo bonus est, quām qui puniendo tantum. Ideo ergo misericors es quia totus & summe bonus es. O immensa bonitas quæ omnium intellectū excedis, veniat super me misericordia illa quæ de tanta opulentia procedit, influat in me quæ profluit de te. Parce per clementiam, ne vlciscaris per iustitiam. Excita te nunc anima mea, & erige totum intellectū tuum, & cogita quantū potes, quale & quantum sit illud bonum quod Deus est. Si enim singula bona delectabilia sunt, cogita intente quām delectabile sit illud bonum, quod continet iocunditatem omnium bonorum, & non quale in rebus creatis sumus experti, sed tanto differentem, quanto differt a creatura creator. Si enim est bona vita creata, q̄ bona est vita creatrix? Si iocunda est salus facta, quam iocunda est salus quæ fecit omnē salutem? Si amabilis est sapientia in cogitatione vel cognitione rerum cognitarum, quām amabilis est sapientia quæ omnia fecit & cōdidit ex nihilo? Denique si multæ & magnæ sunt delectationes in rebus delectabilib. qualis & quanta est delectatio in eo qui ipsa delectabilia fecit? O qui hoc bono fruetur, q̄d illi erit? quid illi non erit? Certe quicquid voluerit erit. Ibi quippe illi erunt bona animæ & corporis, qualia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Cur ergo per multa vagaris homuncio quærendo bona animæ tuæ & corporis tui? Ama vnum bonum, in quo sunt omnia bona, & sufficit. Desidera simplex bonum quod est omne bonum, & satis est. Quid enim amas caro mea? quid desideras anima mea? Ibi est quicquid amas, ibi est quicquid desideras. Si delectat pulcritudo, fulgebunt iusti sicut sol. Si velocitas, aut fortitudo, aut libertas corporis tui, nihil obsistere poterit, erunt similes angelis Dei, quia seminatur corpus animale, surget corpus spirituale, potestate vtique, non natura. Si longa aut salubris vita, ibi erit sana æternitas, & æterna sanitas, quia iusti in perpetuum viuent, & salus iustorum a domino. Si satietas, satiabuntur cum apparuerit gloria domini. Si ebrietas, inebriabuntur ab vbertate domus Dei. Si melodia, ibi angeli concinnent sine fine Deo. Si quælibet nō immunda, sed munda voluptas torrente voluptatis suæ potabit eos dominus. Si sapientia, ipsa Dei sapientia ostendet eis seipsam sapiētiam. Si amicitia, diligent Deum plus quam seipsos, & inuicem tāquam seipsos, & Deus illos plus q̄ illi seipsos, quia illi illum se & inuicem per illum, & ille se & illos per seipsum. Si concordia, omnibus illis erit vna voluntas

Psal. 37. 1.Ti.6. De bonitate Dei. Cap. 32. Q̄d nūq̄ Dei pena sit pp peccatum & miseria immutata sit. Cap. 31. Psal. 77. De deflabili fruitione Dei. c. 33 1.Co.2. Esai. 64. Q̄d summū bonū appetēdū sit. c. 34. Mat. 22. 1.Co.15. Psal. 6. Psal. 35.

luntas, quia nulla illis erit nisi Dei summa voluntas. Si potestas, omnipotentes erunt suæ voluntatis, vt Deus suæ. Nam sicut Deus poterit quod volet, per seipsum, ita poterunt illi quod volent per illum, quia sicut illi non aliud volent quam ille volet, ita ille volet quicquid illi volent, & quod ille volet, non poterit non esse. Si honor & diuitiæ, Deus seruos suos bonos & fideles supra multa bona constituet, immò filii Dei & dii vocabuntur, & erunt hęredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Si vera securitas, certe ita certi erunt nunquam vllatenus illud bonum sibi defuturum, sicut certi erunt se non sua sponte illud amissuros, nec dilectorem Deũ illud dilectorib. suis inuitis ablaturum, nec aliqd Deo potentius Deum & illos separaturum. Gaudium vero quale quantumve est, vbi tale ac tantum bonum est? Cor humanũ, cor indigens, cor expertum ærumnas & miserias immò obrutum miseriis, quãtum gauderes si his omnibus abundares? interroga vltima intima tua si capere possent gaudium suum de tanta beatitudine tua. Sed certe si quis alius quem omnino sicut teipsum amares, eandem beatitudinem haberet, duplicaretur gaudium tuum, quia non minus gauderes pro teipso. Si vero duo vel tres vel multo plures idipsum haberent, tantundem pro singulis, quantundem pro teipso gauderes, si singulos sicut teipsum amares. Ergo quid erit in illa perfecta charitate innumerabiliũ beatorum angelorum & hominum, vbi nullus diliget alium minus quàm seipsum? Non enim aliter gaudebit vnusquisque pro singulis aliis quàm pro se ipso. Si ergo cor hominis de tanto bono suo vix gaudium suum capiet, quomodo capax erit tot & tantorum gaudiorum? Et vtique quoniam quantũ quisque diligit aliquem, tantum de bono eius gaudet. Sed sicut in illa beata fœlicitate vnusquisq; sine comparatione plus amabit Deũ quàm se & omnes alios secum: ita plus gaudebit absque æstimatione de fœlicitate Dei quàm de sua & omnium bonorum secum. Et si Deum sic diligent toto corde, tota mente, tota anima, vt tamen totum cor, tota mens, tota anima nõ sufficiat dignitati dilectionis: profecto sic gaudebunt toto corde, tota mẽte, tota anima, vt tamen totum cor, tota anima nõ sufficiat plenitudini gaudii. Deus meus & dominus meus, spes mea & gaudiũ cordis mei, dic animæ meę, si hoc est gaudium, de quo nobis per filium tuum dicis, Petite & accipietis vt gaudium vestrum sit plenum. Inueni nãque gaudium quoddam plenum & plusquam plenum, pleno quippe corde, plena mente, plena anima, pleno toto homine. Gaudio illo adhuc supra modum supererit gaudium. Non ergo totum illud gaudiũ intrabit in gaudentes, sed toti gaudentes intrabunt in gaudium domini sui. Dic domine, dic seruo tuo intus in corde meo, si hoc est gaudium in quod intrabunt serui tui, qui intrabunt in gaudium domini sui? Sed certe gaudium illud quo gaudebunt electi tui, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Nondum ergo cogitaui aut dixi, Domine, quãtum gaudebunt electi tui? Vtiq; tantum gaudebunt, quantum amabũt, tantum amabunt, quantum cognoscent domine. Et quãtum te amabunt? Certe nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit in hac vita, quantum te cognoscent & amabunt in illa vita. Oro te Deus meus vt cognoscam te, amen te vt gaudeam de te, & si non possum in hac vita ad plenũ, vel proficiam de die in diem, vsque dum veniat illud ad plenum. Proficiat in me hic notitia tua vt ibi fiat plena, crescat in me hic amor tuus, vt ibi sit plenus vt hic gaudium meum sit in spe magnum, & ibi in replenum. Deus verax peto vt accipiã quod promittis, vt gaudium meum sit plenũ.

Meditetur in te
interim mẽs
mea,
loquatur inde lingua mea,
amet illud cor meũ,
sermocinetur os
meum, esu
riat
illud anima mea, sitiat illud caro mea,
desideret illud substãtia mea, do-
nec intrem in gaudium do-
mini mei, ibi perman
surus per secula
seculorum,
Amẽ.

Rom. 8.

De mutua charitate sãctorũ in cœlis. c. 35.

De pleno gaudio uitæ æternæ. c. 36. Ioan. 16.

DE TRIPLICI HABITACVLO LIBER.

Cap. 1.

TRia sunt sub omnipotentis Dei manu facta habitacula, primum, imum, & medium, quorum summum regnum cœlorum dicitur: imum, vocatur infernus: medium, mundus præsens, vel orbis terrarum appellatur. Quorum extrema omnino sibi inuicem sunt contraria, & nulla sibi
M societate coniuncta. Quæ enim societas potest eē lucis ad tenebras, & Christi ad Belial? 2.Co.6.
Medium autem nonnullam habet similitudinem ad extrema. Vnde lucem & tenebras habet, frigus & colorem, dolorem & sanitatem, lætitiam & mœrorem, odium & amorem, bonos & malos, iustos & iniustos, dominos & seruos, & regnum & subiectionē, famem & satietatem, mortem & vitam, & innumera huiusmodi. Quorum omnium pars vna imaginem habet regni Dei pars altera inferni. Commistio nanque simul bonorum & malorum in hoc mundo est. In regno autem Dei nulli mali sunt, sed omnes boni: at in inferno nulli boni, sed omnes mali. Et vterque locus ex medio suppletur: hominum enim huius mundi, alii leuantur ad cœum, alii trahuntur ad infernum. Similes quippe similibus iunguntur, idest, boni bonis, & mali malis. Iusti homines, iustis angelis, & transgressores homines, transgressoribus angelis. Serui Dei, Deo: serui diaboli, diabolo. Benedicti vocantur ad regnum sibi
Mat.25. paratum ab origine mundi: maledicti expelluntur in ignem ęternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Bona autem regni cœ-
A lestis dicere, vel cogitare, vel intelligere vt sunt, nullꝰ potest carne vestitus. Multo enim maiora & meliora sunt, quàm cogitantur & intelliguntur, dum scriptum est, Quod oculus non videt, nec auris audiuit, nec in cor
1.Co.2. hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Regnum nanque Dei omni fama maius, & omni laude melius, omni scientia innumerabilius, omni gloria que putatur excellentius. Mala autem inferni dicere vel cogitare vt sunt, nemo potest, peiora quippe sunt valde quàm cogitantur. Regnum itaque Dei plenum est lucis & pacis & charitatis, & sapientiæ & gloriæ & honestatis, & dulcedinis & melodiæ & lætitiæ, & beatitudinis perennis & omnis boni ineffabilis, qđ nec dici, nec cogitari potest. At lacus inferni plenus est tenebrarum, discordiæ, odii, stultitiæ, miseriæ, turpitudinis, amaritudinis, offensionis, doloris adustionis, sitis famis, ignis extinguibilis, tristitiæ, vindictæ perennis & omnis ineffabilis mali, quod nec dici, nec cogitari potest. Ciues cœli sunt iusti homines & angeli, quorum rex est Deus omnipotens, at contra ciues inferni sunt impii homines & dæmones, quorum princeps est diabolus. Satiat iustos visio sanctorum hominum & angelorum super omnia ipsius Dei. Cruciat impios & peccatores visio hominum damnatorum & dæmonum, & super omnia ipsius diaboli. Nihil in regno Dei desideratur quod non inueniatur: at in inferno nihil inuenitur quod desideratur. In regno Dei nihil inuenitur nisi quod placeat & delectat & satiat, at contra in lacu miseriæ perennis nihil videtur, nihilque sentitur nisi quod displicet, nisi quod offendit, nisi quod cruciat. In regno ęterno erit vita sine morte, veritas sine errore, fœlicitas sine perturbatione, omne bonum in regno Dei abundat, & nullum malum. Omne malum abundat in carcere diaboli, & nullum bonum. Nullus indignus in regno suscipitur Dei: nullus vero dignus, nullus iustus ad infernum trahitur. Principalia duo sunt tormenta in inferno, frigus intollerabile, & calor ignis inextinguibilis: vnde in Euangelio legitur, Illic erit fletus & stridor dentium. Fletus nanque & liquefactio oculorum ex calore nascitur. Stridor vero dentium ex frigore nascitur, hinc etiam beatus Iob, de aquis, inquit, niuium *Iob.24.* transibunt ad calorem nimium. De quibus duobus innumera pendent pœnarum genera, videlicet, sitis intolerabilis, pœna famis pœna fœtoris, pœna horroris, pœna timoris, pœna angustiæ, pœna tenebrarum, seueritas tortoris, presentia dęmonum, ferocitas bestiarum, crudelitas ministrantium, dilaceratio immortalium vermium, vermis conscientiæ, ignitę lachrymę, suspiria miseriæ, dolor sine remedio, vincula sine solutione, mors ęterna, pœna sine fine, absentia Christi quo ad visionem eius, quæ sola omnia supradicta superat, & omnibus pęnis intolerabilior.

B

De pœnis infernali. bus.ca.2. Mat.13. & 22. & 25.

C

bilior. Væ igitur illis qui perenne subire hæc omnia mala etiam sine fine merentur pro delectabili vnius horæ somno. Tanta etenim & talis est omnis huius mundi gloria ad æternam cõparata gloriam. Melius erit eis, quod dictum est de infœlice Iuda, nõ nasci, quàm malis suis meritis plagas inferni sustinere. Quid stultius, quid insanius est, quam vmbra & imagine & similitudine veræ gloriæ & veræ delectionis verę pulchritudinis, veri decoris, veri honoris, amore infantium decipi & superari, & ipsam gloriam non quærere, non desiderare? Quis imaginem auri in aqua ipso auro neglecto eligeret, & non statim a cunctis fatuus & insanus crederetur? Quis orbem solis in speculo redditum, vel in qualibet materia formatum plus diliget quàm ipsum solem, & non ab omnibus deridetur? Sic irridendus, sic ęstimandus est qs quis mundi huius caducam fragilitatem & inutilem carnis voluptatem diligit, quærit, contendit, æterna gloria cõtempta, & neglectis regni cœlesti ineffabilibus gaudiis. Hoc commercium insipientium valde est & miserorum, & cor non habentium sanum, etiam si plagæ inferni non sequerentur, quæ nec dici nec cogitari possunt. Duplex vero plaga est ab æterno regno Dei seperari, & semper in inferno cum diabolo damnari, præsentiã amittere angelorum, & terribilem semper pati dæmonum præsentiam. Quantum cauere, vitari, metui debet, nullo modo dici potest. Quis cum sano sensu pro vnius diei delitiis, centum annorum pœnam eligeret? Et miseri tamen illi qui sine vlla sapientia voluptatem carnis sequentes, non vitant vitia, nõ effugiunt intolerabiles pœnas, non centum annorum, non millies mille, sed omnium sine fine seculorum pro sexaginta vel septuaginta annorum delitiis vel qualibet corruptibili dilectatione. Quantum autem est inter vnum diem & centum annos, non tantum vtique, sed plus inter quadraginta vel sexaginta vel centum annos, & æternitatem siue in bono fine malo futuram. Vnus enim dies aliqua portio est in cẽtum annorum spatio, quanuis modica valde. At vero centum annorum spatium nulla portio est in illa æternitate. Si enim verbi gratia centesima vel millesima pars esset æternitatis, prædictum eius spatium vel centuplum eius spatium vel miluplum æternitatis, quæ si vllo modo, vllo tempore finiretur, æternitas omnino nũ esset. Fortiter ergo carnali resistendum est voluptati, fortiter contra fallaces huius mundi blanditias pugnandum est contraque multimodas satanæ suggestiones vigilandum. Omni studio lata seculi via vitanda est quæ ducit ad mortem, at vero omni cordis desiderio via angusta quæ ducit ad vitam, ædeunda est & appetenda. Via hæc angusta est via abstinentiæ & castitatis, humilitatis & omnis religionis, quam viam ante nos Christus attriuit, qua via ad suum regnum migrauit. Cuius vestigia & nos sequamur, donec post eum eadem via ad vrbem regiam perueniamus, in qua ipse regnat. De qua vrbe quicquid homo dilexerit quasi stella de mari est, vel quasi scintilla de foro. In qua videlicet vrbe fulgebunt iusti sicut sol, vt dominus ait. Vbi summa pax erit, summa quies, nullus labor, nullus dolor, nulla paupertas, nec senectus, nulla mors nec vlla nox, nullum cibi desiderium, nullum fitis incendium: sed cibus & potus omnium erit visio Christi & sanctæ trinitatis, & contemplatio puro cordis oculo ipsius diuinitatis, & assidua lectio, vt ita dicam, libri vitæ, ideſt, æternę veritatis summæ sapientiæ, & verbi Dei, quæ est Christi Iesu visio, vbi quicquid nos nunc latet, manifestum erit. Vbi ratio manifesta est, cur hic electus est, iste reprobatus, cur hic in regnum assumptus, & ille in seruitutem redactus, Cur alius in vtero moritur, alius in infantia: alius in iuuentute, alius in senectute, Cur alius pauper, & alius diues, Cur filius adulteræ baptizatur, & aliquando filius legitimæ coniugis ante baptismum moritur, Cur qui bene incipit viuere aliquando male finit, & qui male incipit sępe bene finit. Hęc omnia & huiusmodi multa in libro vitę plana & aperta omnibus erunt. In eadem vrbe pręmium singulorum omnium, & singulorum per charitatem omnium erit. Ibi omnium bonum omnibus patebit. Ibi omnes inuicẽ suas cogitationes cognoscẽt. Ibi nullus superior superbus erit, nullus inferior inuidus. Quomodo enim qui omnes sicut seipsum diliget alicui inuidere poterit, cum nemo sibiipsi inuideat? Ibi nullus esse melius vel superius concupiscet quàm erit, quia

Mat. 26. De his quos pœne æternitas a mundi luptate nõ deterret. Cap. 3.

D

E

F

Cap. 4.

Mat. 13.

Psal. 8

Psa. 14

G

1. Re. 1

quia aliter esse quam quod meruit, non esset decorũ, nec aliter esse desiderabit q̃ qđ erit, ita esse vt erit pulchrũ erit, nõ sibipsi solum, sed etiã vniuerso corpori Ecclesiæ cœlestis. Qũo enim membrũ in corpore, si superius vel inferius ponatur aliter quàm natura constituit, monstruosum efficit corpus & turpe, sic nimirum si aliquis in regno Dei superius ordinetur quàm postulat ars & voluntas omnipotentis artificis, turpitudinem efficiet, & non solum sibimet, sed etiam omni congregationi, in qua qui erit minimus maiorem si
H ne dubio habebit gloriam, quàm totum habens mundi regnum, etiam si æternum esset. Vile enim est valde elementis frui in comparatione fruendi, & congaudendi ipsi Deo, & visibilib. delectari & corporalibus. Tanta est enim pulchritudo iustitiæ, tanta iocunditas lucis æternæ, hoc est, incommutabilis veritatis & sapientiæ, vt etiã si non liceret amplius manere in ea quàm vnius diei mora, propter hoc solũ innumerabiles anni huius vitę pleni delitiis in circunfluentia temporaliũ bonorum recte meritoq; contemnerentur. Nõ enim falso aut paruo affectu dictũ est, Quoniam melior est dies vna in atriis tuis super milia. Nihil comparãdum dilectioni & gaudio quod nascitur ex inuisibilibus & incor-
Psal. 83. poreis, & ex societate angelorum, & iustorũ omnium, & ex certa scientia & cognitione ipsi⁹ diuinæ naturæ, & ex Dei ipsius facie ad faciem visione: Cuius pulchritudinem mirãtur angeli, cuius imperio suscitantur mortui: cuius sapiẽtię nõ est numerus, cuius regnum finem nescit, cuius gloria nequit variari, cuius lux tam solem obscurat, vt eius compa-
Psa. 146. ratione nullam habeat lucem: cuius dulcedo tam mel superat, vt ei comparatum velut ab finthium sit amarissimum. Cuius faciem si
I omnes carcere inferni inclusi viderent, nullam pœnam, nullum dolorem, nullamque tristitiam sentirẽt. Cuius præsentia si in inferno cum sanctis habitatoribus appareret, cõtinuo infernus in amœnum conuerteretur
1. Re. 12. paradisum. Cuius sine nutu nec folium de arbore cadit. Cuius oculi flammiuomi profundum penetrant inferni. Cuius auris tacitam cordis vocem audit. i. cognitionem. Cuius oculus non minus audit quàm videt. Cuius auris non minus videt quam audit, quia nõ corpus sunt, sed summa sapiẽtia & certa cognitio. Cuius delitiæ sine fastidio satiant, quæ cum a beatis inueniuntur, semper tamẽ desiderantur & esuriem & sitim sine pœna efficiunt, i. ardenti semper desiderio delectant. Cuius secreta mirabilia videntibus ea semper noua sunt & mira, & non plus cum incipiunt videri pariunt stuporem cernentibus, quàm post mille annos & millies mille. Et cum angeli ab initio mũdi ea soliti sint videre, inde hodie non minus mirantur ea quàm primo die, alioquin dudum coram angelis assiduo videndi vsu vilescerent. Cuius cognitioni prẽterita & futura, non præterita & futura, sed præsentia sunt. Vnde non diẽ iudicii videbit, & primum diem seculi non vidit, sed vtrunque videt. Cuius præscientia neminem cogit ad peccandum, vt multi errantes dicunt. Si enim inquiunt, præsciuit Adam peccaturum esse, & non peccare non potuit: Ex quo errore nascitur, Deum causam esse peccati, qđ nefas est dicere, & illi tñ suis verbis alligant. Si enim quod præsciẽtia Dei habet, necesse est fieri, ideo voluntate propria homo peccauit, & non alia necessitate, quia in præscientia Dei fuit, vt voluntate & libero arbitrio, & non necessitate cogente peccaret. St ergo præscientia Dei non potest vitari, non potuit homo aliter peccare nisi voluntate, nulla alia vi cogẽte, quia ita Deus præsciuit peccaturum. Si ergo voluntariè, nõ coactus est. Si enim nõ coactus est ad peccandum, potuit sine dubio nõ peccare si vellet, ideoque pœnam meruit, qa non inuitus peccauit, alioquin a Deo pœnam mortis non susciperet. Cuius locutio est occulta inspiratio, qua mentib. suam volũtatem & suã charitatem inuisibiliter ostendit, q̃ videndo angeli per oĩa Deo obediũt. Cuius laus est, qua electos laudabit, manifestatio qua suorũ electorum bona oĩbus mõstrabit, assidua autẽ laus qua electi eum laudabũt, admiratio eius perennis. Qui miro modo nõ tempore præ-
L cessit mũdum & tps. Nullius enim horę spatio fuit ante mũdum, & tñ semper erat sine initio. Nõ enim erat tps ante tps. Tempus aũt cum mundo cõcreatum est. Si igitur tempus ab initio mũdi cœpit currere, ante mũdum factum nõ erat. Ideoq; nullo tempore, vt prę diximus. præcesit Deus tempora & mũdum eis coæuum, immò paulo eis prior est, eius enim motu cęperũt currere. Quicquid mo-

D. libertate peccantiũ, et beatifica cognitione eiusq; æternitate. cap. 5.

Cap. 4.

Mat. 13.

K

uetur,

uetur, ſuum motum præcedit. Ineffabili ęternitate præceſsit Deus mundum, non tẽpore, cuius tempus ante mundum non erat, cuius lux tenebras depellit ignorantię, cuius aliqua particula hęc omnia quę diximus vera & certa eſſe cognoſcimus. Eadẽ luce melius eſſe verum quam falſum videm⁹, & tñ peius eſſe verum malum, vel verum peccatum, q̃ falſum malum vel falſum peccatum, non q̃a verum eſt, ſed quia malum vel peccatum: ſed ideo malum vel peccatum eſt, quia verũ malum vel peccatum eſt. Aliter enim nõ poſſet eſſe malum vel peccatum, falſum enim malum non eſt malum, vt falſum argentum non eſt argentum. Poteſt aliquis à veritate dicere malum vel peccatum exortum eſſe, vel factum, & quodammodo opus eſſe veritatis malũ quod omnino faſum eſt. Omne enim verum inquantum verum, bonum eſt: à veritate igitur eſt eſſe verũ, vt ſit malum vel peccatum, non ipſum malum vel peccatũ, aliud
M nanque eſt ipſum malum, aliud verum eſſe illud. Quãuis igitur ipſum malũ bonum nõ eſt bonũ eſt tñ verum eſſe vt ſit illud. Niſi. n. bonum eſſet eſſe malum, nullo modo ſineret Deus illud fieri. Multa quippe bona de malis omnipotens facit, vt de adulterio hominum bonos format & facit homines. Si vero quadam lucis particula quaſi per anguſtas rimas infuſa, hæc & alia quæ nouimus vera eſſe cognouimus, quali & quanta luce ſapientiæ, & ſcientiæ illic illuſtrabitur, vbi ipſum ſolem veritatis facie ad faciem videbimus, i. certa & vera ſapientia cognoſcemus? Cuius præſentia ſimiles ei facit prędentes. Qui enim verę ſapientiæ, veræ pulchritudini, veræ ęternitati adhęrebit, ſapiens vtique & pulcher & ęternus erit. Sic enim abſentia eius diſſimiles omnino ei facit. Cuius æternitas ſine initio & ſine fine eſt. Si enim eſſet tempus quando non eſſet, quis eum faceret? Ipſe eſt ſolus Deus, & ante ipſum alius Deus nõ erat, nec eſt nec erit. Non ſeipſum creauit, cum
A nihil ſeipſum creat. Qua enim potentia qui omnino non eſſet ſeipſum faceret? Reſtat igitur quòd omnino non eſt factus Deus. Cum ergo nullo modo Deus factus eſt, ſine initio ante omnia erat. Quicquid enim factum eſt habet initium, & quicquid initium habet ſine dubio factum eſt, non ab alio niſi à Deo non facto, ſed omnia faciente. Cuius ſcientia ſine vlla varietate cognitionis, & ſine vllo viſu huc & illuc innumerabilem varietatem omnium creaturarum, angelorum, hominum, ſtellarum, arenarum, capillorũ, verborum, cogitationum, momentorum oĩum ſimul & ſemel comprehendit & intelligit. Fons igit & origo omnis ſcientię Deus eſt, quem quanto plus quis bibit, tanto plus ſitiet. Incomparabiliter ergo totius mundi regnum, vt ſupra diximus, & ſi ęternum eſſet, præcellit ſocietas angelorum & ſanctorum, & prędenti ipſius Dei adeſſe viſioni, in cuius viſione trina ſciẽtia naſcitur. i. homo qui cernit, & Deus qui cernit, & ęteri omnes omnia videbunt & intelligent. Sicut enim p ſpeculum vitreum trina vobis viſio adminiſtratur, quia noſipſos, & ipſum ſpeculum, & qc quid præſens adeſt uidemus, ſic per ſpeculũ diuinę claritatis, & ipſum Deũ, vt eſt videbimus, quantum poſsibile eſt creaturę, & nos ipſos, & ęteros vera & certa ſcientia cognoſcemus. Túc abdita creaturarum & ipſius in- B
ferni videndo Deum videbimus. Tunc iuſtis manifeſtum erit, qũo Deus eſt inuiſibilis, incomparabilis, ſine initio, & ſine fine ante omnia. Quid intereſt inter naſci quod ad filium pertinet & procedere quod ac ſpiritumſanctum, excepto q̃ vnus ex vno natus ſit, alter ex duob. proceſsit, & quomodo pater, non prędeſsit filium tempore, ſed origine, nec ſpiritumſanctum. Et quomodo oĩa Dei, vnum ſunt in Deo, excepto quod ad relationẽ pertinet. Nam ſapientia & veritas Dei & æternitas nõ diuerſa ſunt inter ſe, ſed vnum ſunt ſicut, & oĩa. Sapientia enim Dei non magis ſapientia quam veritas eſt, & nõ magis veritas eſt q̃ ſapientia, quam æternitas, quã cætera Dei oĩa, vnum. n. ſunt in Deo, & nõ ſolũ hęc inter ſe eadẽ ſunt in Deo, ſed nõ aliud ſunt q̃ ipſe Deus, Et qũo mundus erat in Deo, anteqũ in ſeipſo eſſet nõ mũdus, ſed Deus, & qũo vbiq; totus ſine loco, magnus ſine quantitate, bonus ſine qualitate, & qũo oĩa penetrat mũda & immũda ſine ſui pollutione. Si. i. lux iſta viſibilis oĩa loca illuſtrat, & ſterquilinia C
etiam penetrat ſine ſui fœtore, & ſine ſui pollutione, quanto magis Deus, qui eſt inuiſibilis & incommutabilis lux, omnia penetrat, regit, ſuſtinet, circũdat, illuſtrat, ſine vlla mutatione vel pollutione, non ſolum cœleſtia & terreſtria, ſed infernalia? Tunc erit electis

De tripli ci cognitione bea torũ. c. 6.

Dei

Dei trina visio. i. corporalis, qua corpora cernentur quorūdā splendentia vt Sol, quorundā vt Luna aliorum vt stellæ. Et spiritalis, qua similitudines corporū in spiritu nō fallaci phantasia inspicent, qua visione etiā hodie fruuntur spiritus iustorum post corporum claustra: Et visio intellectualis, qua puro mētis oculo in spiritu Deum videbūt, & suas animas & virtutes intimas & spiritus angelicos. Tunc duplices Deo acturi sunt gratias, videlicet pro sua liberatione a perpetua damnatione, & pro bonorum ineffabili retributione. Tunc communis omniū reus & hostis diabolus in conspectu omnium electorū Dei damnabitur. Cuius damnatio & intolerabilis pęna delectabile spectaculum prębebit electis. Tunc ardētissimo amore liberatorē suum & omniū bonorū datorem amabūt, & sine fine & fastidio clamore cordis laudabunt Deum omnipotentem benignū & misericordē: cui est honor & gloria tunc & per omnia secula seculorum, Amen.

SCALAE PARADISI

LIBER VNVS.

Descrip. 4. gradū exercitationū spiritalium. Cap. 1. Lectio. Meditatio. Oratio. Contemplatio.

QVm die quadam corporali manuū labore occupatus de spiritalis hominis exercitio cogitare cępissem, quatuor spiritales gradus animo cogitanti se subito obtulerunt, scilicet lectio, meditatio, oratio, & contemplatio. Hæc est scala claustralium, qua de terra in cęlum subleuātur, gradibus distincta paucis immensę tamen & incredibilis magnitudinis. Cuius extrema pars terræ innixa est, superior vero nubes penetrat, & secreta cęlorum rimatur. Hi gradus sicut nominibus & numero sunt diuersi, ita ordine & numero sunt distincti. Quorū proprietates & officia quidem singula, quid circa nos efficiant, quomodo inter se inuicē differant & præmineant, si quis diligenter inspiciat, quicquid laboris aut studij impenderit in eis, breue reputabit & facile prę vtilitatis & dulcedinis magnitudine. Est aūt lectio, sedula scripturarum cū animi intentione inspectio. Meditatio est studiosa mentis actio, occultę veritatis notitiā ductu propriq; rationis inuestigans. Oratio est deuota mentis intentio in Deū, pro malis amouendis, & bonis adipiscēdis. Contemplatio est mentis in Deū suspensa quædā eleuatio, æternę dulcedinis gaudia degustans. Assignatis ergo quatuor graduū descriptionibus, restat vt eorū officia videamus. Lectio īquirit, meditatio inuenit, oratio postulat, contēplatio degustat, vnde ipse dns dicit, Quęrite, & & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis, Quærite legendo, & inuenietis meditando. Pulsate orando, & aperietur vobis contemplādo. Lectio quasi solidū cibū ori apponit. Meditatio mastigat & frangit. Oratio saporē acquirit. Contēplatio est ipsa dulcedo quæ iocundat & reficit. Lectio in cortice, meditatio in adipe, oratio in desiderij postulatione, cōtēplatio in ædeptæ dulcedinis delectatione. Quod vt expressius videri possit, vnū de multis supponam exemplū: In lectione audio, Beati mundo corde, quoniā ipsi Deum videbunt. Ecce breue verbum, sed suaue & multiplex sensu. Redeo supra ad pastū animæ, quasi vuę ministralis: quod postquā anima diligenter inspexit, dicit intra se, Potest aliquid boni esse. Redeo ad cor meū & tentabo si forte intelligere & inuenire potero munditiam hanc, pretiosa enim & desiderabilis est res ista, cuius possessores Dei dicūtur. Cui visio Dei, quę est vita ęterna promittitur, quæ tot sacræ scripturę testimonijs collaudatur. Hoc ergo sibi plenius explicari desiderans, incipit hanc vuā masticare & frangere, eāq; in torculari ponit dū excitat rationē ad inquirendū an sit & qūo haberi possit hæc adeo pretiosa & desiderabilis munditia. Accedens ergo sedula meditatio non remanet extra, non habet aliquid in superficie alterius, pedē figit, interiora penetrat, singula rimatus attente considerat quod non dixit, Beati mundo corpore, sed mente: quia non sufficit manus habere, innoxias a malo opere, nisi & a prauis cogitationibus mundemur in mēte: quod authoritate Prophetæ cō firmatur, dicentis, Quis ascendet in montē domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde. Itē cōsiderat hanc cordis munditiā quam optabat idē Propheta, qui orans, inquit, vt supra. Cogita quā solicitus erat in hac custodia beatus Iob, qui dicebat, Pepigi fędus cū oculis meis ne cogitarē quidē de virgine. Ecce quā

De triplici cognitione beatorū. c. 6.

Mat. 5.

Officium meditationis. c. 3.

Iob. 31.

tum arctabat se vir sanctus, qui claudebat oculos suos ne videret vanitatem, ne forte incautus respiceret, quod postea intus desideraret. Postquam & huiusmodi de cordis munditia pertractauit, incipit tractare de eius præmio. Quam glorioſum & delectabile esset videre faciem desideratã domini, speciosam forma præ filijs hominũ. Non iam abiectam & vilem, non habentem speciem, qua vestiuit eũ mater sua, sed stola immortalitatis indutum, & coronatum diademate, quo coronauit eũ pater suus, in die resurrectionis & glorię, die quam fecit dominus. Cogitat q̃ in illa visione erit satietas illa, de qua dicit Propheta, Satiabimur cũ apparuerit gloria tua. Videsne quantum liquoris emanauit ex minima vua, quantus ignis ex hac scintilla ortus est, quantumhęc modica massa, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deũ videbunt, in eadem meditatione excusa est? Sed quantum adhuc posset extendi, si accederet aliquis talia expertus? Sentio enim quod puteus altus est, sed ego ad hęc rudis, vas in quo pauca haurirem, vix inueni. His anima facibus inflammata, his mactata desiderijs facto alabastro suauis vnguenti præsenti re incipit, non de gustu, sed quasi narium odoratu. Ex hoc colligit quam suaue est huius meditationis sentire experientiam, cuius meditationem nouit adeo esse iocundam. Sed quid facit? Habendi desiderio exæstuat: sed inuenit apud se quomodo habere possit, & & quanto plus inquirit, plus sitit, dum apponit meditationem, apponit & dolorẽ, quia non sentit dulcedinem, quam in cordis mũditia meditatio esse monstrat, sed non præstat. Non enim est legentis atque meditantis hanc sentire dulcedinem, nisi data fuerit desuper. Legere enim & meditari tam bonis quam malis commune est. Et ipsi philosophi gentium, in quo summa veri boni consisteret, inuenerunt ductu rationis. Sed quia cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, sed de suis viribus præsumentes, dicebant, linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt, nõ mer uerunt percipere quod potuerunt videre. Euanuerunt in cogitationibus suis, & eorum sapientia deuorata est, quam eis contulerat humanum studium disciplinę, non spiritus sapientiæ, qui solus dat veram sapientiam, sapidam scilicet scientiam, quę cum alicui inest, inęstimabilis sapor iocundat & reficit: & de illa dictũ est, Sapientia non intrat in maleuolam animam. Hoc autem a solo Deo est, & sicut officium baptizandi dominus concessit multis: potestatem vero & authoritatem in baptismo remittendi peccata sibi soli retinuit: vnde Ioannes antonomastice & discretiue de eo dixit. Hic est qui baptizat in spiritusancto: ita de eo possumus dicere, Hic est qui sapientiæ saporem dat, sapidam animæ facit scientiam. Sermo si quidem datur multis, sapientia paucis: quam distribuit dominus cui vult, & quomõ vult. Videns autem anima quod ad desideratam cogitationis & experientię dulcedinem per se non possit attingere, & quanto magis ad ad cor altum accedit, tanto magis exaltetur Deus, humiliat se & fugit ad orationem, dicens, Domine qui non videris nisi a mundis cordibus, inuestigaui, legendo, meditando, quęsiui quomodo haberi possit vera cordis munditia, vt ea mediante vel ex media parte possem te cognoscere. Quęrebam vultum tuum domine, vultum tuum domine quærebam. Diu meditatus sum in corde meo, & in meditatione mea exardescit ignis & desiderium amplius cognoscendi te, dum panem sacræ scripturę mihi frangis, & infractione panis, in quo magis cognitus es, quantum plus te cognosco, plus te cognoscere desidero, non iam in cortice literę, sed in sensu experientię. Nec hoc peto domine propter merita mea sed pro tua misericordia. Fateor enim quia indigna & peccatrix sum, sed catelli edunt de micis, quę cadunt de mensa dominorum suorum. Da mihi domine arram hęreditatis futurę, saltem guttam cœlestis pluuię, qua refrigerem sitim meam, quia amore ardeo. His & huiusmodi ignitis eloquijs suum inflammat desiderium, sicut ostendit suum affectum. His incantationibus aduocat sponsum. Dominus autem cuius oculi super iustos, & aures eius non solum ad preces, sed ipsas præces eorũ non expectat donec sermonem finierint, sed medium orationis cursum interrumpẽs festinus ingerit se & animæ desideranti festinus occurrit cęlestis rore dulcedinis circunfusus, vnguentis optimis delibutus animam fatigatam recreat, esurientem reficit, aridam impin-

Psal. 44. G Tsal. 16. Matt. 5. Ioan. 4. Rom. 1. Psal. 11. H Sap. 1. I Mar. 1. Cato. Officium oratoris. cap. 4. Psal. 16. Ps. 38. Luc. 24. Mat. 15. Officium templationis. c. 4. K

impinguat, facit eam terrenorum obliuiſci immemorem ſui mirabiliter fortificando vi uificans, & inebriando ſobriam reddens. Et ſicut in quibuſdam carnalib. officijs adeo vincitur carnali concupiſcentia ꝙ omnẽ vſum rationis amittit, & fit homo quaſi totus carnalis: ita merito in hac ſuprema contemplatione ita conſumuntur & abſorbentur carnales motus ab anima, vt in nullo caro ſpiritui contradicat, & fiat homo quaſi totus ſpiritalis. O dñe quomodo appares qñ hæc facies, & quod ſignum aduentus tui? Nunquid huius conſolationis & lætitiæ teſtes & nũcij ſunt ſuſpiria & lachrymæ? Si ita eſt, noua eſt antiphraſis iſta, & ſignificatio inuſitata. Quę .n. cõuẽtio cõſolatiõis ad ſuſpiria, lætitiæ ad lachrymas? ſi tñ iſtæ dicendę ſunt lachrymę, & non potius roris interioris ſuperinfuſi ſuperfluens abundantia, & interioris ablutionis indicium, & exterioris purgamentum. Vt ſicut in baptiſmo puerorum per exteriorem ablutionem ſignificatur & figuratur interior animæ ablutio, ita hic exteriorem ablutionẽ interior præcedit purgatio. O fęlices lachrymæ, per quas maculæ interiores purgantur, per quas peccatorum incendia extinguũtur. Beati qui ſic lugetis, quia ridebitis in lachrymis. Agnoſce, ò anima ſponſum tuum, amplectere deſideratum. Nunc torrente te voluptatis inebriat, fuge ab vbere conſolationis eius lac & mel. Hæc ſunt munda munuſcula & ſolatia quæ dedit tibi ſponſus tuus, gemitus ſcilicet & lachrymæ. Adducit tibi potum hs lachrymis in menſura Hæ lachrymæ ſunt tibi panes die ac nocte, panes vtique confirmantes cor hominis, & dulciores ſuper mel & fauum. O dñe ſi adeo ſunt dulces iſtæ lachrymæ, quæ ex memoria & deſiderio tui excitantur, quam dulce erit gaudium ꝙ ex manifeſta tui viſione capietur: ſi adeo dulce eſt flere pro te, quam dulce erit gaudere de te? Sed quid huius ſecreta colloquia proferimus in publicũ? Cur in carnales affectus verbis communibus conamur exprimere? Inexperti talia non intelligunt in libro experientiæ quos ipſa docet vnctio. Aliter autem litera exterior non prodeſt quicquam legenti. Modicum ſapida eſt lectio exterioris literæ, niſi gloſam & interiorem ſenſum ſumat ex corde. O anima diu protraximus ſermonẽ. Bonum enim erat nos hic eſſe cum Petro & Ioanne contemplari gloriam ſponſi, & diu manere cum illo. Sed vellem hic fieri non duo non tria tabernacula, ſed vnum in quo eſſemus ſimul & ſimul delectaremur: ſed vt dicit ſponſus, Dimitte me, iam. n. aſcendit aurora, iam lumen gratiæ & viſitationem quã deſiderabas accepiſti. Data ergo benedictione, mortificato neruo femoris, & mutato nomine de Iacob in Iſrael, pauliſper ſecedit ſponſus diu deſideratus, cito elapſus. Subtrahit ſe tam a prædicta viſione quam a dulcedine contemplationis: manet tamen præſens quantum ad gubernationem, quantum ad gloriam, quantum ad vnionẽ: Sed ne timeas, ò ſponſa, ne deſperes, ne exiſtimes te contẽni ſi pauliſper tibi ſubtrahit ſponſus faciem ſuam. Omnia iſta cooperantur tibi in bonũ, & de acceſſu & receſſu lucrum acquiris, tibi venit, tibi & recedit. Venit ad conſolationem, recedit ad cautelam, ne magnitudo cõſolationis extollat te, ne ſi ſemper apud te ſit ſponſus, incipias contemnere ſodales & hãc continuam viſitationem non iam gratiæ attributas, ſed naturæ. Hanc autem gratiam cui vult & quando vult ſponſus attribuit, non iure hæreditario poſsidetur. Vulgare prouerbium eſt, quod nimia familiaritas parit contemptum. Recedit ergo ne forte nimis aſsiduus contemnatur, & abſens magis deſideretur, deſideratus auidius quæratur, diu quæſitus tandem gratius inueniatur. Præterea quæ eſt præſens vita? Quæ reſpectu futuræ gloriæ, quæ reuelabitur in nobis ænigmatica eſt, quam nunc ex parte cognoſcimus. Nam hic ciuitatem manẽtem non habemus, ſed inquirimus futuram. Ne ergo exilium de putemus pro patria, arram pro pretij ſumma, venit ſponſus & recedit viciſsim, nunc conſolationem afferens, nunc vniuerſum ſtatum noſtrum in infirmitate commutans, pauliſper nos permittit guſtare quam ſuauis eſt, & antequam plene ſentiamus ſe ſubtrahit, & ita quaſi alis expanſis ſupra nos volitans, prouocat nos ad volandum, quaſi dicat. Ecce parum guſtaſtis, ſum dulcis: ſed ſi vultis plenè ſaturari hac dulcedine, currite poſt me in odorem vnguentorum meorum, habẽtes ſurſum corda, vbi ego ſum in dextera Dei patris, vbi videbitis me, non per ſpeculum in ænigmate, ſed facie ad faciem, & vbi plene gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrũ

Sap. 1.

Mar. 1. Cato. Officium orationis. Cap. 4.

Signa ſpiritusſancti ad animã veniẽtis. c. 6.

Pſal. 26. Pſ. 38. Ioan. 14.

Mat. 15.

Officiũ ꝺ̃ templationis. c. 5.

Qũo remanet anima ſpiritus ſancti ſermone diſcedente. c. 7. Gen. 32. Quare ſpiritusſancti ſeruor animam aliquantulum deſerit. c. 8.

1. Co. 13. Heb. 13.

Cura animæ ne a Deo deseratur. Cap. 9.

nemo tollet à vobis. Sed caue tibi, ò sponsa quomodo auertat se sponsus. Non longe abijt: & si non vides eum, ipse tñ videt te plenus oculis ante, & retro, nunquam potes eum latere. Habet etiã circa te nuncios suos spiritus quasi sagacissimos exploratores, vt videant quomodo absente sponso conuerseris, & accusent te coram ipso, si aliqua signa lasciuiæ & scurilitatis in te deprehenderint, zelotypus est sponsus iste, si forte aliũ amatorem acceperis, si alijs placere studueris, sta
B tim discedet a te, & alijs adhærebit adolescẽtulis, delicatus est sponsus iste, nobilis & dines est, speciosus forma præ filijs hominum: & ideo non nisi speciosam dignatur habere sponsam. Si viderit in te maculam siue rugã,
Psal. 44. statim auertet oculos. Nullam. n. immunditiam potest sustinere. Esto ergo casta, esto verecunda & humilis, vt sic à sponso tuo merearis frequenter visitari. Timeo ne diutius
Officia singulorum graduum per repetitionem. Cap. 10. detinuerit nos sermo iste, sed ad hæc compulit me materia sterilis pariter & dulcis, quam ego non protrahebam spõtaneus, sed nescio qua eius dulcedine trahebar inuitus. Vt ergo quæ diffusius dicta sunt simul iuncta vel vnita melius videantur, prædictorũ summam recapitulando colligamus, sicut in prædictis exemplis prænotatum videri pôt, quomodo prædicti gradus cohæreant, & sicut temporaliter & causaliter se præcedant. Lectio. n. quasi fundamentum, prima occurrit: & data materia mittit nos ad meditationem. Meditatio vero quid appetendum sit diligentius inquirit, & quasi effodiens thesaurum inuenit & ostendit. Sed cum per se obtinere non valeat, mittit nos ad orationem. Oratio se totis viribus erigit, vbi reperit thesaurum desiderabilem, contemplationis suauitatem: hæc aduenies prædictorum trium laborem remunerat, cum cœlestis rore dulcedinis animam sitientem inebriat. Lectio ergo est secundum exterius exercitium. Medi-
C tatio secũdum interiorem intellectum: Oratio secundum desiderium: Contemplatio super omnem sensum. Primus gradus est incipientium, Secundus est proficientium, Tertius est deuotorum, Quartus beatorum. Hi aũt gradus incatenati sunt, & vicaria ope sibimuicem deseruiunt, quod præcedentes sine subsequentibus, aut parum, aut nihil prosint: sequentes vero sine præcedentibus, aut raro aut nunquam prosint. Quid enim prodest lectione continua tempus occupare, sanctorum gesta & scripta legendo transcurrere, nisi ea masticando & ruminando, succum bibamus, & transglutiẽdo vsque ad cordis intima transmittamus, vt ex his diligẽter cõsideremus statum nostrum, & studeamus eorum opera agere, quorum facta cupimus
D lectitare? Sed quomodo hæc cogitabimus, aut quomodo cauere poterimus, ne falsa inania quædam meditando, limites a sanctis patribus constitutos transeamus, nisi prius circa huiusmodi aut ex lectione aut ex auditu fuerimus instructi? Auditus enim quodammodo pertinet ad lectionem. Vnde solemus dicere, non solum libros ipsos nos legisse, quos nobisipsis vel alijs legimus, sed etiam illos quos a magistris audiuimus. Item quid prodest homini si per meditationes quæ agenda sunt videat, nisi orationis auxilio, & Dei gratia ad ea obtinenda conualescat? Om
Iac. 1. ne, inquit, datum optimum, & omne donũ perfectum desursum est, descendens a patre luminum, sine quo nihil possumus facere, sed ipse in nobis facit opera, non tamen
1. Cor. 3. omnino sine nobis. Cooperatores quidem Dei sumus, sicut dicit Apostolus. Vult siquidem Deus vt eum oremus, & vt ei aduenienti & præstolanti ad ostium aperiamus sinũ voluntatis nostræ, & ei consentiamus. Hunc consensum exigebat à Samaritana, quando dicebat, Voca virum tuum. Volo tibi infun-
Ioan. 4. dere gratiam, tu applica liberum arbitrium. Orationem exigebat ab ea, cum dicebat, Tum si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, forsitan petisses ab eo aquam viuam. Hoc audito quasi ex lectione mulier instructa, meditata est in corde suo, bonum sibi fore & vtile habere hanc aquam. Accensa ergo habendi desiderio, con uertit se ad orationem, dicens, Domine, da mihi hanc aquam vt non sitiam, neque veniam vnquam haurire aquam. Ecce auditus E verbi domini & sequens super eo meditatio incitauerunt eam ad orandum. Quomodo nanque esset solicita ad postulandum, nisi prius eam accendisset meditatio? Aut quid ei præcedens meditatio contulisset, nisi quæ appetenda monstrabat sequens oratio impetrasset? Ad hoc ergo vt fructuosa sit meditatio, oportet vt sequat orationis deuotio, cuius,

ius, quasi effectus est contemplationis dulce-
Hic ostẽ dũtur oẽs bi gradus ita esse si-mul iuncti vt inseparabiles sint. cap. 11.
do. Ex his possumus colligere, quod lectio sine meditatione arida est: Meditatio sine lectione erronea est. Oratio sine meditatione est tepida, meditatio sine oratione infructuosa. Oratio cũ deuotione contemplationis est acquisitiua. Contemplationis adeptio sine oratione, aut rara, aut miraculosa. Deus.n. cuius potentię non numerus vel terminus, & cuius misericordia super omnia opera eius,
G quandoq; ex lapidibus suscitat filios Abrahæ, dum duros & nolentes acquiescere cogit vt velint: & ita quasi prodigus, vt vulgo dici solet, bouem cornu trahit, quando non vo-
Matt. 7. catus se infundit. Quod & si quando aliqui-
Mat. 11. bus legimus contigisse, vt Paulo & quibusdã alijs, nõ tamen ideo debemus nos quasi Deũ tentando diuina pręsumere, sed facere quod
Ps. 33. ad nos pertinet, legere scilicet & meditari in lege Dei: orare vel amare ipsum, vt adiuuet infirmitatem nostram, vt videat imperfectũ nostrum: quod ipse docet nos facere, dicẽs, Petite & accipietis, q̃rite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Nunc enim regnum cęlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Ecce si gratis distinctionibus perfici possunt prędictorum graduũ proprietates quomodo sibi cohæreant, & quid singuli in nobis efficiant. Beatus homo cuius animus a cęteris negocijs vacuus, in his quatuor gradibus versari semper desiderat, qui venditis vniuersis, quæ habuit emit agrum illum, inquo latet thesaurus delectabilis, scilicet quia notate & & videte quia suauis est dominus: qui in primo gradu excitatus, in secundo circunspectus, in tertio deuotus, in quarto supra se leuatur per has ascensiones, quas in corde suo disposuit, ascendit de virtute in virtutẽ, donec videatur dñs dominorũ in Sion: Beatus cui in hoc supremo gradu modico tempore conceditur manere, quod vere potest dicere. Ecce sentio gratiam domini, ecce cum Petro & Ioanne contemplor, ecce cũ Iacob plerunq; Rachel amplexibus delector. Sed caueat sibi iste ne post contemplationẽ istã, qua
H eleuatus fuerat vsq; ad cęlos, inordinato casu corruat vsq; ad abyssos, ne post factam visitationem ad lasciuos mundi actus & carnis illecebras conuertatur. Cum vero mentis humanæ acies infirma veri luminis illustrationem diutius sustinere non poterit, vt aliquem

trium graduum, per quos ascenderat, leuiter & ordinatę descendat, & alternatim modo in vno, modo in altero, iã in alio fecũdũ motum liberi arbitrij, pro ratione loci & temporis demoretur, tanto iam Deo vicinior, quanto a primo gradu remotior. Sed heu fragilis misera humana conditio: Ecce ductu rationis scripturarum testimonijs aperte videmus in his quatuor gradibus bonæ vitæ perfectionem contineri, & in his spiritalibus bonis hominis exercitiũ debere versari. Sed qs est hic & laudabimus eum? Velle multis adiacet, sed perficere paucis. Et vtinã de istis paucis essemus. Sunt aũt quatuor causę, quę retrahunt nos plerunq; ab istis gradibus scilicet ineuitabilis necessitas, honestę actionis
I vtilitas, humana infirmitas, mundialis vanitas. Prima excusabilis, secunda tolerabilis, tertia miserabilis, quanta culpabilis. Cur culpabilis? Illis enim quos huiusmodi cã a sancto proposito retrahit, melius erat gloriam Dei non cognoscere quam post agnitam retroire. Quam sibi excusationem habebit de peccato? Nam iuste potest dicere dominus. quid debui tibi facere, & non feci? Non eras, & creaui te, peccasti & diaboli seruum te feceras, & redemi te: in mundi circumitu cum impijs currebas, & elegi te: dederam tibi gratiã in conspectu meo & volebam facere apud te mansionem, tu vero despexisti me, & non solũ sermones meos, sed meipsum proiecisti retrorsum, & ambulasti post concupiscentias tuas. Sed ò Deus bone, suauis & mitis, amicus dulcis, consiliarius prudens, adiutor fortis, quã inanis, quã temerarius est qui te abijcit, qui tam humilẽ, mansuetũ hospitem a suo corde repellit? & quam infęlix & damnosa commutatio creatorem suũ abijcere & prauas noxiasq; cogitationes recipere, illud etiam secretũ cubile spiritus sancti, secretũ cordis quod pauloante cęlestibus gaudijs intendebat, tã subito immundis cogitationibus & peccatis tradere cõculcãdũ. Adhuc in eodẽ calent sponsi vestigia, & iã intromittũtur adultera desideria. Male conueniens, in-
K decorum, aures quæ modo audierunt verba quæ non licet homini loqui, tam cito inclinari ad fabulas & detractiones audiendas: oculos qui sacris lachrymis modo baptizati erant, repente conuerti ad videndas vanitates: linguã quæ modo dulce epithalamiũ decan-

Quatuor causæ trahunt nos ab his quatuor gradibus. Cap. 12. 2. Pet. 2.

2. Co. 12.

tauerat, qui ignitis persuasionis eloquijs suis cū sponso reconciliauerat sponsam, & introduxerat eā in cellā vinariā, iterum, conuerti ad vana eloquia, ad scurrilitates, ad concinnandū dolos, ad detractiones. Absit a nobis domine. Sed si forte humana infirmitate ad talia dilabimur, non ideo desperemus, sed recurramus ad clementē medicū, qui suscitat de terra inopē & erigit de stercore pauperē: & qui nō vult mortē peccatoris iterum curabit, & sanabit nos. Iā tēpus est vt epistolę finē imponamus. Oremus ergo Deum vt impedimenta, quæ nos ab eius contemplatione retrahunt, in præsenti nobis mitiget, in futuro nobis penitus auferat, qui ad prædictos gradus de virtute in vitutem nos perducat, donec videamus Deum deorum in Sion. Vbi electi non gutatim, non interpollatim percipient diuinæ contemplationis dulcedinē, sed torrente voluptatis indesinentur repleti habebunt gaudiū, quod nemo tollet ab his, & pacem incommutabilem, pacem in idipsum.

Cant. 2.

L

Psl. 112. Eae. 18.

Psal. 83.

DE DVODECIM ABVSIONum gradibus.

LIBER VNVS.

Sapiēs sine operibus Gradus primus.

PRimus abusionis gradus est, si sine bonis operibus sapiens & prædicator fuerit, qui quod sermone docet, actibus complere negligit. Auditores enim doctrinæ dicta facere contemnunt, cū prędicatoris opera a prędicationis verbis discrepare conspiciunt. Nunquam enim sit efficax prędicātis authoritas, nisi eā effectu operis cordi affixerit audientis, præsertim cū & ipse doctor si in vitiorum amorē delapsus fuerit, alterius doctoris medicamentū suis vulneribus adhibere paruipendit. Vnde & ipse dñs in Euangelio de doctrina pariter & bono opere discipulos instruere volens, qualē in his cautelam haberent admonebat dicens, Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Hoc est, si doctor erra

M

uerit, a quo iterum doctore emēdabitur? Et si lumen quod in te est, tenebrę sunt, ipsæ tenebrę quātæ erūt? Si nanq; oculus a vidēdi officio desuerit, quis a manu, vel a pede, vel a re liquo corpore illud ministerium exiget? Qua propter doctores cogitent ne ampliori vin-

Matt. 5. Marc. 6.

dictę subiaceant, si plurimis morū perditionis occasionē abundantius præstent. Nam & ipse Salomon dū multę sapiētię transgressionem incurrit, totius Israeliticę plebis regni dispersionē solo suo merito prę stitit. Quibus ergo committuntur multa, maiora perdunt, si non recte dispensauerint rectoris sui munera, quę perceperunt. Cui enim plus committitur, plus ab eo exigitur. Et seruus qui volūtatē domini sui intelligens nō facit, acrioribus flagellis grauioribusq; vindictis vapulabit. Secundus abusionis gradus est, si sine religione senex esse inueniatur. Cuius cum membra exterioris hominis veterascunt, vires animæ ideſt interioris hominis membra in cremento roboris non capiunt. Plus enim omnibus religioni operā dare senibus conuenit, quos prę sentis florida ætas transacta deseruit. Sicut nanq; in lignis ipsa rebroba arbor comparet que post flores fructus optimos cultori suo nō exhibet: sic & in hominibus ipse reprobus est, quem flos iuuentutis deseruit, & tamē in sui corporis senectute bonorū operū maturos fructus proferre paruipendit. Quid enim stolidius pōt fieri si mens ad perfectionē festinare non contendat, quando totius corporis habitus senectute confectus ad interitum properat? Dum oculi caligant, aures grauiter audiunt, capilli fluunt, facies in pallorem mutatur, dentes lapsi numero minuuntur, cutis arescit, flatus non suauiter olet, pectus suffocatur, tussis cachinnat, genua trepidant, talos & pedes tumor inflat, etiam homo interior, qui non senescit his omnibus aggrauatur. Et hęc omnia ruituram iam iamque domum corporis cito prænunciant. Quid ergo superest, nisi vt dum huius vitæ defectus appropiat, nihil aliud cogitare, quā quomodo futuræ vitæ aditus propere comprehendatur, quisque senex appetat? Iuuenibus enim incertus huius vitæ terminus instat, senibus vero cunctis maturior ex hac vita exitus breuiter concordat. Cauendę ergo sunt homini duæ particulę, quę & in illius carne non veterascunt, & totum hominem secum ad peccandum pertrahunt, & cor videlicet & lingua: quia cor nouas semper cogitationes machinari nō desinit: lingua impigre loquitur quodcunque cor machinari senserit. Caueat ergo senilis ętas, ne istę iuuenescentes particulæ totam sui harmoniam decipiant,

Luc. 12.

A

&

& per res ineptas reliquam corporis grauitatem illudant. Vnicuique nanque considerandum est, quid ætate eminenti dignum sit, vt hoc agat quod nec vitam, nec ætatem, nec ministerium vile reddat. Tertius abusionis gradus est, si adolescens sine obedientia deprehenditur, quo mundus a recto rationis ordine deprauatur. Qualiter nanque in senectute ille ministrari sibi sperabit, qui in adolescentia senioribus obedientiam exhibere contemnit? Vnde & in Prouerbijs apud ve-
B teres habetur, Quod dominari nequeat, qui prius alicui seruitutē præbere denegat. Propter quod & dominus Iesus in temporibus suæ carnis, dum adhuc ad legitimam ætatem doctoris non peruenire, obedienter ministrationem suis parentibus exhibuit. Sicut ergo in senibus sobrietas, & morum perfectio requiritur: ita etiam in adolescentibus obsequium, subiectio & obedientia rite debetur. Quapropter & in mandatis legis primum in his, quæ ad homines pertinent, patris & matris honor imperatur: quia quamuis carnalis pater non superuixerit, aut indignus fuerit, alicui tamen patri digno & viuenti paternus honor vsque ad dignam ætatem a filijs præbendus esse ostenditur. Quatuor enim modis per scripturas diuinas patres vocantur, hoc est, natura, gente, admonitione, & ætate. De patre nanque naturali Iacob ad Laban loquitur, Nisi timor patris mei Isaac affuisset, tu liisses omnia quæ mea sunt. Gente vero pater dicitur, quando dominus ad Moysen de rubo loquebatur, Ego sum, inquiens, Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Aetate autem & admonitione pater dicitur, cum Moyses in cantico Deuteronomio loquitur, Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. Quod si ergo naturalis pater superstes non fuerit, aut indignus fuerit, admonenti tamen seniori adolescen-
C tis obedientia præbenda erit. Quomodo.n. honoratus in senectute apparebit, qui disciplinæ laborem in adolescentia non sustinuerit? Quodcunque.n. homo laborauerit, hoc & metet. Omnis nanque disciplina in præsenti non videtur esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Sicut enim fructus in arbore non inuenitur in qua pampinus aut flos prius non apparuerit: sic & in senectute honorem legitimum assequi non poterit, qui in adolescentia disciplinæ alicuius exercitationibus non laborauerit. Disciplina igitur absque obedientia qualiter fieri potest? Adolescens ergo sine obedientia, adolescens sine disciplina est: quoniam & ipsa obedientia quæ omnium disciplinarum mater est, magna exercitatione indiget, & sui normam studij a Christo domino sumpsit, qui obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis ignominiam libenter su-
D stinuit. Quartus abusionis gradus est, diues sine eleemosyna, qui superflua vsus sui, quæ custodienda in posterum recondit, indigentibus & nihil habentibus non distribuit: per quod efficitur, vt dum in terra quæsita diligenti cura custodit, cęlestis patrię perennem thesaurum amittat. Ad quem thesaurum dns Iesus adolescentem diuitem, qui illū de perfectione interrogauerat ita respondens inuitauit. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me, & habebis thesaurum in cœlo. Quem thesaurum nullus vnquam hominum habere potest, nisi qui pauperibus solatia præstat, aut qui per suimetipsius voluntatem pauper est. Non ergo dormiat in thesauris suis, qui pauperes dormire non sinit. Diues nanque & si multa congregauerit, his frui solus nequaquam poterit, quia vnius hominis natura multis rebus non succurrit. Quid ergo stultius est, quam propter vnius hominis victum, & vestitum totam regni cœlestis perdere iocunditatem, & æternos inferni cruciatus absque consolationis præstolatione subire? Quod ergo aliquando per necessitatem amittendum est, pro ęterna remuneratione sponte distribuēdum est. Omnia enim quæ videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt. Quamdiu nanque temporales
2. Cor. 4. sumus, temporalibus temporalia deseruiūt: & cum hinc transierimus, æternis æterna
E solatia præstabunt. Idcirco diligere non debemus ea, quæ non semper habebimus, præsertim cum expertem rationis auarum diuitem thesauri sui & agri, & omnia quæ habet, ostendunt: quia toto cordis intuitu illas res amat, quæ nunquam se diligunt. Si enim aurum & argentum, & agros, &

Adolescens sine obedientia Grad. 3

Luc. 12.

Inc. 2.

Pater quatuor modis dicitur. Gen. 31. Deu. 33.

Heb. 12.

Phil. 2.

Diues sine eleemosyna.

Grad. 4.

Mat. 19.

Alias patriprod. essepōs.

vestimenta & cibos & metalla & bruta animalia quis dilexerit, hæc omnia vicem sibi amoris rependere non posse ipsa rerum natura ostẽdit. Quid ergo a ratione longius est, quam diligere quod te amare non valet: & negligere illum, qui tuæ ditioni cũ dilectione omnia præbet? Propter hoc igitur non diligi mundus, sed diligi proximus à domino præcipitur, quia proximus vicem sui amoris potest rependere, quod mundus minime posse non dubitatur. Sic enim inimicum esse diligendum dominus præcepit, vt illa dilectio amicum illũ ex inimico efficiat. Quisquis ergo diues cupidus, qui vult æternas habere diuitias, distribuendo egenis præstet in æternum non mansuras. Si enim quod diligit non vendit, nemo emere potest, quod cupit. Auari nanque in iudicio a rectissimo iudice nuncupantur maledicti, quia qui præteribant eos non dicebant, Benedictio domini super vos, benedicimus vobis in nomine domini. Infœlices ergo sunt auari diuites, qui propter res transitorias in æternam dãnationem dilabuntur: & è contrario beati sunt misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Fœlix est misericors, dum in hac virtute non substantiam, sed affectum dominus requirit. Quintus abusionis gradus est, Fœmina sine pudicitia. Sicut enim omnes mores bonos prouocat & custodit in viris prudentia, sic & in fœminis cunctos honestos actus nutrit, & fouet, & custodit pudicitia. Pudicitia nanque castitatem custodit, auaritiam refrenat, lites deuitat, iram mitigat, libidinem occupat, cupiditatem temperat, lasciuiam castigat, ebrietatem cauet, verba non multiplicat, gulæ concupiscentias oppugnat, furtum * omnino damnat. Quid plura? Omnia vitia restringit, & omnes virtutes, & quicquid coram Deo & hominibus bonis laudabile est, nutrit. Impudica vita nec laudem ab hominib. in præsenti seculo, nec remunerationem à Deo expectat in futuro. Pudica vero vita famam bonam inter homines possidet, & de spe futuræ beatitudinis gaudet. Præsentibus semetipsam imitabilem facit; posteris memoriam amabilem relinquit. Bonis semper moribus delectatur & consentit, & assiduis scripturarum meditationibus & eloquijs animam vegetat. Bonorum præcedentium exempla custodit, & inseparabilia perfectis contubernia nectit. Duobus ergo modis constat veræ pudicitiæ exercitatio, idest, corporis habitu in superficie, & animi affectu interno. Per exteriorem modum iuxta Apostolum, coram hominibus exempla: per interiorem modum coram Deo prouidemus opera bona. Pudicitia nanque corporis est alienas res non appetere, & omnem immunditiam deuitare: ante horam congruam non gustare velle, risum non excitare, verba vana & falsa non loqui: habitum per omnia ordinatum, compositionemq; conuenientem tam capillorum quam vestium sicut decet habere, cum indignis contubernia non inire, supercilioso intuitu neminem aspicere, vagari oculos non permittere, pompatico & illecebroso gressu non incedere, nulli inferior in incepto bono opere apparere, nulli contumeliam aut ruborem incutere, neminem blasphemare, bonis non inuidere, senes non irridere, meliori non controuersari, de his q̃ ignoras non tractare, & ea quæ scis non omnia proferre: hæc enim proximis amabilem hominem reddunt, & Deo acceptabilem faciunt. Pudicitia vero animæ est, plus propter Dei oculos quam hominum omnia bona facere, appetitiones turpium cogitationum compescere, omnes meliores se esse æstimare, nemini inuidere, de semetipso nihil confidere, Dei semper auxilio res omnes committere, ante Dei oculos semetipsum constituere, hæretica prauitate sensum non maculare, catholicis per omnia cõsentire, Deo soli adhærere, castitatem internæ mentis domino Iesu Christo offerre, omnia incepta bona opera mortis tantum termino finire, præsentes tribulationes animi fortitudine paruipendere, in terra præter proximos nihil amare, cuncti amoris sui thesaurum in cœlo constituere, & pro omni bono actu mercedem in cœlestibus à Deo sperare, pudicitia ornamentum nobilium est, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo debilium, prosperitas laborantium, solamen mœstorum, augmentum omnis pulchritudinis, decus religionis, defensio criminum, multiplicatio meritorum, creatoris omnium Dei amica. Sextus abusionis gradus est, Dominus sine virtute. Quia nihil

Mat. 22.

E

Ps. 128.

Mat. 5.

Fœmina sine pudicitia.

Grad. 5.

Alias fraudem.

F

Pudicitia ẽ duplex.

2. Cor. 8

Pudicitia corporis.

H

Pudicitia animæ.

G

Pudicitiæ laus. Dominus sine virtute.

Grad. 6.

nihil proficit dominādi habere potestatem, si dominus ipse nō habeat virtutis rigorem. Sed hic virtutis rigor non tam exteriori fortitudine, quæ & in ipsis secularib. dominis necessaria est, indiget, quam animi interiori fortitudine bonis moribus exerceri debet: Iæpe enim dominandi fortitudo per animi negligentiam perditur, sicut de Heli sacerdote factum fuisse comprobatur. Qui dum per
1. Reg. 2. seueritatem iudicij peccantes filios non coercuit, in eorum vindictam dominus velut consentienti ferociter non pepercit. Tria ergo necessaria hos, qui dominantur, habere oportet, terrorem, scilicet ordinationem & amorem. Nisi enim ametur dominus & metuatur, ordinatio illius minime stare poterit. Per beneficia ergo & affabilitatem procuret vt diligatur: & per iustas vindictas, non propriæ iniuriæ, sed legis Dei studeat vt metuatur. Propterea quoque dum multi pendent in eo, ipse Deo adhærere debet, qui illum in ducatum constituit, qui ad portandum multorum onera ipsum veluti fortiorem solidauit. Paxillus enim nisi bene fixus firmiter alicui fortiori adhæreat, omne quod in eo pendet cito dilabitur, & ipse solutus a rigore suæ firmitatis cum oneribus ad terram delabitur. Sic & Princeps nisi suo conditori pertinaciter adhæserit, & ipse & omne quod continet, cito deperit. Quidam nanque per dominandi officium plus Deo appropinquant, quidam imposito sibi dignitatis honore deteriores fiunt. Moyses e-
Exo. 34. nim accepto populi ducatu, familiarius Dei
1. Re. 15. locutionibus vtebatur. Saul vero filius Cis
1. Reg. 3. postquam sceptrum regni susceppit, per inobedientiæ superbiam Deum offendit. Rex Salomon postquam patris sui Dauid sedem obtinuit, Deus illum vltra omnes mortales velut ad innumerosi populi gubernationem sapientiæ munere ditauit. Econtrario vero
3. Re. 12. Hieroboam seruus Salomonis, postquam regni domus Dauid partem occupauit, ad idolorum culturam, decem tribus Israel, quæ erant in parte Samariæ, diuertit. Per quæ exempla euidenter ostenditur quosdam in sublimiori statu ad maiorem perfectionem crescere, quosdam vero per supercilium dominationis ad deteriora defluere. Per quod vtrunque intelligitur, eos qui ad meliora conscendunt, per virtutem animi & Dei auxilium posse id facere: & eos qui ad deteriora diuertuntur, per mentis imbecillitatem pariter & negligentiam errare. Vnde dominum absq; virtute fieri non decet, quā virtutem sine Dei auxilio nemo habet. Qui enim multa tuetur, si nō habet fortitudinem animi, non valet id agere, quoniam magna magnis infestationibus, vel aduersitatibus solent laborare. Omnis igitur qui præest, hoc primitus tota animi intentione procuret, vt per omnia de Dei adiutorio omnino nō dubitet. Si nanque cœperit in actibus suis auxiliatorem habere dominum dominorum, nullus hominum contemptum potest habere eius dominatum: non enim est potestas nisi a Deo. Ipse enim eleuat de stercore egenum, & sedere facit cum Principibus populi sui: & deponit potentes de sede, & exaltat humiles, vt subditus fiat omnis mundus Deo, & erigatur gloria Dei. Septimus abusionis gradus est, Christianus contentiosus. Qui cum participationem nominis Christi per fidem & baptismum susceperit, contra Christi dicta & propositum, mundi caduca delectamenta diligit. Omne enim de quo contenditur, aut propter propriam eius dilectionem, de qua agitur: aut propter alterius amorem, qui sub odiosa specie latet, appetitur. Quem admodum, verbi gratia, bellum animoso cō pugnantium conflictu cum odiosa res sit, propter amorem victoriæ & libertatis peragitur, & multæ alię dilectę species sub odioso labore vel formidine satis contentiose expetuntur. Vnde patenter intelligitur nihil cō tendi posse nisi propter dilectionē. Qui igitur de mundo præsenti ex quacunque causa contendit, perspicue ostendit quod illum diligit. Quomodo ergo mundum diligi per Ioannem spiritussancti sermones interdicūt: quibus ait, Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt? Mundi enim amor & Dei pariter in vno corde cohabitare nō possunt, quemadmodum ijdem oculi cœlum pariter & terram nequaquam aspiciūt. Sed requirendum est, si vere in mundo aliquid sit q; amari debeat, & quid sit ille mundus quem diligi diuina eloquia vetant. Terra vero cum nascentibus ex ea, & metallum & animantia, & pulchritudo vestium, & oblectationes ciborum, & ea quæ ad hæc pertinent non diligi præcipiuntur: sed proximus,

Rom. 13. L

Christianus contē tiosus. Grad. 7. 1. Ioā. 2.

M

propter

propter quem hæc omnia facta sunt, hic amari iubetur. Hæc enim omnia prædicta, velut non mansura, ad cęlestem patriam per gentes concomitari nequeunt. Proximi vero velut mansuri regis cohæredes, semetipsos licenter inuicē diligunt. Quod ergo sem
B per in mundo non manet, & cum mundo pariter deficiet. Ipse mundus non amari præcipitur, proximus autem qui est pars regni cęlestis in terra & inter ima elementa a regni cęlorum appetitoribus non incongrue amatur, dum in summa illa patria in æternū cohæres habebitur. Propterea vero mundus præsens non diligi imperatur, ne à Dei dilectione alienus seculi dilector quisque efficiatur: Non ergo debet contendi quod non licet amari. Igitur Christianus, qui nominis Christi similitudinem tenet, morum quoq; eius similitudinem habere debet. Christianus enim nemo recte dicitur, nisi qui moribus Christo coęquatur. De Christo vero per
Esa.42. prophetam ita scribitur, Ecce puer meus quem elegi, electus meus, complacuit in illo sibi anima mea, ponam spiritum meum super eum. Non contendet neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Ecce Christus non contendit, neque clamauit, & tu si morum eius similitudinem retinere cupis, ne contendas, ne abusiuus in Ecclesia Christianus existas: suis.n. sectatorib. Chri
Mat.23. stus præcepit, Nolite vocari Rabbi, vnus est enim magister vester, qui est Christus: & patrem nolite vocare super terram, vnus est.n.
Matt. 6. pater vester, qui in cęlis est. Omnes.n. vos fratres estis, quib. ad supplicandum imperauit dicens. Sic aūt orabitis, Pater noster, qui es in cęlis, sanctificetur nomen tuum, &c. Frustra.n. contendit patrem se habere in terra, qui patrem & patriam profitetur se habe-
C re in cęlo. Cuius patriæ possessor nemo efficitur, nisi qui de terrenæ patriæ contentione securus habetur. Octauus abusionis gra-
Pauper superbus. Grad. 8. dus est, Pauper superbus, qui nihil habens, in superbiam extollitur, cum econtrario diuiti
1. Ti. 6. bus seculi non superbè sapere per Apostolū Paulum imperatur. Quid ergo stolidius pōt fieri, quam illum qui per infimam miseriam velut in terram abiectus, extremus & humilis incedere debuerat, supercilioso superbiæ tumore inflatam mentem contra Deum erigere? Per quod vitium lapsi corruerunt, qui in summo cęli conditi erant culmine. Quid ergo vult quasi potēs in terra superbire, qui præ omnibus hominibus debuerat humilis apparere? Sed ne de paupertate sua tristitiam habeant, quid à Deo recepturi sunt pauperes attendant: ipse etenim, inquit, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Recta nanque dispensatione mi-
Mat.5. sericors iudex regnum cœlorum illis com-
D mittit, quibus regni terrarum participationem inter mortales abstulit: vt ipse diues in cœli sede appareat, qui in terra nihil penitus procurat. Cauendum ergo pauperibus est, ne dum per egestatem & necessitatem terre-
Alias per dum. num regnum prætereatur, * per mentis etiam imprudentiam cœlorum regnum amittant. Cum enim Dei dispensatione paupertatem necessariam acceperint, in ipsorum arbitrio pendet, vtrum pauperes spiritu sint. Non enim quibuscunque pauperibus cœli regna promittuntur, sed his tantummodo, in quibus diuitiarum inopiam animorum humilitas comitatur. Pauper enim humilis, pauper spiritu appellatur: qui cum egenus foris cernitur, nunquam in superbiam eleuatur: quoniam ad appetenda cęlorum regna plus valet mentis humilitas, quam præsentium diuitiarum temporalis paupertas. Etenim humiles, qui bene possessas diuitias habent, pos sunt pauperes spiritu appellari: superbos autem nihil habentes haud dubium est, beatitudine paupertatis priuari. De quibus vtrisque
Pro. 13. sancta scriptura ita loquitur, Est quasi diues, cum nihil habeat, & est quasi pauper cum in multis diuitijs sit. Quasi pauper ergo in multis diuitijs, est diues humilis spiritu: & nihil habens quasi diues, est pauper superbæ mentis affectu. Nobilis ergo inopia est mētis humilitas, & ineptæ diuitiæ sunt animorum enormitas. Prouidendū ergo pauperib. est, vt semetipsos quales sint intelligant, & quia reb. consequi q̄ cupiunt non valent, mentis
E tumore superbire desinant. Nonus abusionis gradus est, Rex iniquus. Etenim regē non
Rex iniquus. Grad. 9. iniquum, sed correctorem iniquorum esse oportet. Inde in semetipso nominis sui dignitatem custodire debet: nomen.n. regis intellectualiter hoc retinet, vt subiectis omnibus rectoris officiū procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit, qui proprios mores, si ini qui sint, non corrigit? Q̄m in iustitia regis exal-

exaltatur solium, & in veritate regis solidantur gubernacula populorum. Iustitia vero regis est, neminē iniuste per potentiam opprimere, sine acceptione personarum inter virū & proximum suum iudicare, aduenis & pupillis & viduis defensorem esse, furta, cohibere, adulteria punire, iniquos non exaltare, impudicos & histriones non nutrire, impios de terra perdere, parricidas & peierantes viuere non sinere, Ecclesias defendere, pauperes eleemosynis alere, iustos super regni negocia constituere, senes & sapientes & sobrios cōsiliarios habere, magorum & ariolorum pythonisarumq; superstitionibus nō intendere, iracundiā suā differre, patriā fortiter & iuste contra aduersarios defendere, per omnia in Deo confidere, prosperitatibus nō eleuare animū, cuncta aduersa patienter tolerare, fidem catholicam in Deum habere, filios suos non sinere impie agere, certis horis orationibus insistere, ante horas congruas non gustare cibum. Væ enim terræ cuius rex puer est, & cuius Principes mane comedunt. Hæc regni prosperitatem in præsenti faciūt, & ad cęlestia meliora perducunt. Qui vero regnum secundum hanc legem non dispensat, multas nimirum aduersitates imperij tolerat: idcirco enim pax populorum sępe rūpitur, & offendicula de regno suscitantur, terrarum quoq; fructus diminuuntur, seruitia populorum impediunt, multi & varij dolores prosperitatem regni inficiunt, charorum & liberorum mortes tristitiam conferunt, hostium incursus prouincias vndique vastant, bestię armentorum & pecorum greges dilacerant, tempestates aeris & hemisphęria turbata terrarū fęcunditatem, & maris misteria prohibent, & aliquando fulminum ictus segetes, & arborum flores, & pampinos quosque exurit. Super omnia vero regis iniustitia non solum præsentis imperij faciem offuscat, sed etiam filios suos & nepotes, ne post se regni hæreditatē teneant, obscurat. Propter piaculum enim Salomonis regnū domus Israel dominus de manibus filiorum suorum disperſit. Et propter iustitiā Dauid regis lucernam de semine eius semper Hierusalem reliquit. Ecce quantum iustitia regis seculo valet, intuentibus perspicuè patet. Est enim pax populorum tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aeris, serenitas maris, terręque fęcunditas, solatium pauperū, hęreditas filiorum & semetipsi spes futurę beatitudinis. Attamē sciat rex, quod sicut est, sic & in pęnis, si iustitiam non fecerit, primatum habiturus est. Omnes nanq; quoscunque peccatores sub se in præsenti habuit, supra se modo implacabili in illa futura habebit. Decimus gradus abusionis est, episcopus negligens, qui gradus sui honorem requirit inter homines, sed misterij sui dignitatem coram Deo, pro quo legatione fungitur, non custodit. Primo namq; ab episcopo, quid suis nominis dignitas teneat inquiratur, quoniam cum episcopus Gręcum nomen sit, speculator interpretatur. Quare vero speculator ponitur, & quid a speculatore requiritur dominus ipse denudat cum sub Ezechielis prophetę persona episcopo officij sui rationem denunciat, ita inquiens, Speculatorem dedi te domui Israel. Audiens ergo ex ore meo sermonem, nunciabis eis ex me. Si autem videris gladium venientem, & tu non annunciaueris vt reuertatur impius, a via sua, ipse quidem impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris, & ille non fuerit reuersus, ipse quidem in iniquitate sua morietur, sed tu aiam tuā liberasti. Decet ergo episcopum, qui omnium speculator positus est, peccata diligenter attendere: audiens ergo & postquam attenderit sermonem, si potuerit, & actu corrigere: si non potuerit, iuxta Euangelij regulā scelerum operarios declinare. Si enim, inquit in Euāgelio dominus, peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te & ipsum. Si te audierit, lucratus eris fratrē tuū. Si te nō audierit, adhibe tecū adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum: si illos nō audierit, dic Ecclesię: si Ecclesiam non audierit, sic tibi sicut ethnicus & publicanus. Tali ordine expellendus est quicunq; doctori vel episcopo adhęrere noluerit. Et qui tali ordine expulsus fuerit, ab alio aliquo doctore vel episcopo non debet recipi: de sacerdote namque in lege scribitur, Viduam autem repudiatam, non accipiat vxorem. Qui ergo illum excommunicatum a catholico illo non permittente sibi iungit, iura sacerdotij sancti

E

Mat. 5. D

Alias per duos.

Pro. 13.

E

Rex iniquus. Grad. 9.

F

Ecclesiast. 10.

G Episcopus negligēs. Ezec. 3.

Mat. 18.

H

Leuit. 12.

quod

quod Christianorum genus electum est, excedit. Hac ratione episcopũ ad eos, quibus
1. Ti 3. in speculatione positus est, esse oportet. Cęterum vero qualis in semetipso esse debeat, Paulus Apostolus exponit, vt ad gradũ episcopi veniens sit sobrius, prudens castus, sapiens, modestus, hospitalis, filios habens subditos cũ omni castitate, testimoniũ habens
F bonum ab his qui foris sunt, proferens doctrinę fidelẽ sermonem, ante episcopatũ nõ
Eze. 24. plures habens vxores, quã vnã. Non percussor, non bilingnis, non ebriosus, non neophytus, vt per hęc ipse ostendat in opere, q̃ alios docet in sermone doctrinæ. Caueãt ergo negligentes episcopi, quod in tẽpore vin
Luc. 12. dictę dominus per Prophetã conqueritur dicens, Pastores mei demoliti sunt populũ, & non pascebant gregem meũ pastores, sed pa
Mat. 25. Plebs sine disciplina. scebant semetipsos: sed potius procurent hi, quos constituit dominus super familiã suã, dare illis cibũ in tempore suo mensurã tritiGrad. 9. ci, puram, scilicet, & probatã doctrinã, quaPsal. 2. tenus veniente domino mereantur audire,
Disciplina quid. Euge serue bone & fidelis, quia supra pauca
Heb. 12. fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Vndecimus abusionis gradus est, Plebs sine disciplina, quę cum disciplinæ exercitationibus non seruit, communi se perditionis laqueo constringit, irã enim domini absque disciplinę rigore non euadit. Atque idcirco psalmistæ vocibus indisciplinatæ plebi prędicatur, Apprehendite disciplinam, nequando irascatur dominus. Disciplina vero est morũ ordinata correctio, & maiorum prędecentium regularum obseruatio: de qua disciplina Paulus Apostolus loquitur, dicens, in disciplina perseuarate, tanquam filijs vobis se offert Deus. Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti estis, omnes ergo adulteri & nõ filij estis. Qui ergo adulteri sine disciplina sunt, cęlestis regni hæreditatẽ nõ capiunt: si
G filij autem paternę disciplinæ correctores ferunt, & hęreditatem quandoque recipere posse non desperent. De qua etiam disciplina Esaias quidem indisciplinatæ plebi prædicat dicens. Quiescite agere peruerse, di-
Esaiæ. 1. scite benefacere. Et ad eadem psalmista consona voce psallit dicens. Declina a malo, &
Psal. 36. fac bonum. Infęlix ergo est qui abijcit disciplinam. Audet enim extra milites aliquid, qui dominum crucifigentes non eius sciderunt tunicam, qui ecclesiæ Christi scindit disciplinam. Sicut enim tunica totum corpus præter caput tegitur, ita disciplina omnis ecclesiæ, pręter Christum, qui ecclesię caput est & sub disciplina non est, protegitur & oruatur. Ipsa enim tunica contexta H
desuper fuerat per totum, quia eadem disciplina ecclesię a domino de cęlo tribuitur & integratur. De qua dominus cum ad patrem ascendisset postquam resurrexit a mortuis, ad Apostolus suos loquitur dicens, Vos autem sedete hic in ciuitate quoadusLuc. 24. que induamini virtute exalto. Tunica ergo corporis Christi, disciplina ecclesię est: qui autem extra disciplinam est, alienus est a corpore Christi. Non scindamus igitur illam, sed sortiamur de illa cuius sit, ideſt, non soluamus quicquam de mandatis domini, sed vnusquisque in quo vocatus est, in quo permaneat apud dñm. Duodecimus Populus sine lege.
abusionis gradus est, Populus sine lege, qui Gra. 11.
dum Dei dicta, & legum scita contemnit, Esa. 53.
per diuersas errorum vias præuaricationis laqueum incurrit. De quibus vijs sub persona pręuaricationis populi humanum genus Propheta ita deplangit, Nos autem sicut oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: quibus vijs etiam eadem sapientia loquitur per Salomonem, Multæ vię videntur hominibus rectæ, & nouissima earum deducunt ad mortem. Quæ vtique Prou. 14
multæ perditionis viæ tunc incedũtur, cum vna regalis via, lex Dei videlicet, quę neque ad dexteram, neque ad sinistram declinat, per negligentiam deseritur. De qua via do- Rom. 10.
minus Iesus Christus, qui est finis legis ad iu- Ioan. 14.
stitiam omni credenti denunciat, Ego sum Mat. 11.
via, veritas & vita. Nemo venit ad patrem Colo. 3.
nisi per me. Ad quam viam omnes communiter inuitat dicens. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam. Quia non est personarum acceptio apud Deum, vbi non est Iudęus & Grę-
cus, masculus & fœmina, seruus & liber, C
barbarus & Scytha, sed omnia in omnibus Christus, omnes enim vnum sunt in Christo Iesu. Dum ergo Christus est finis legis, qui sine lege sunt, sine Christo sunt: igitur populus sine lege, populus sine Christo est. Abusiuum euangelij populum sine lege fieri,

fieri, quando Apostolis in cunctas gentes licentia prædicationis data est, qñ tonitruum Euangelij per cunctas seculi partes intonuit, qñ gentes quæ non sectabantur iustitiam apprehenderunt iustitiam, quando qui longe fuerant, facti sunt prope in sanguine Christi: qui aliqñ populus, nunc autem populus Dei in Christo, qñ est tempus acceptabile & dies
M salutis, & tempora refrigerij in conspectu altissimi, qñ vnaquæq; gens habet testem resurrectionis, quando ipse dominus testatur, Ecce ego vobiscum omnibus diebus vsq; ad
Mat. 28. consummationem seculi. Non fiamus ergo sine Christo in hoc tempore transitorio, ne sine nobis Christus esse incipiat in futuro.

DE CONTRITIONE Cordis.

LIBER VNVS.

Quãto nostræ miseriæ & Dei sint memoranda beneficia. c. 1. Eccl. 1.

NIhil certius morte, nihil incertius hora mortis. Cogitemus ergo quam breuis sit vita nostra, quam via lubrica, quam mors certa, & hora mortis incerta. Cogitemus quantis amaritudinib. admistum sit, siquid dulce aut iucundum in medio huius vitæ occursu nobis alludit, quam fallax & suspectum, quam instabile & trãsitorium est quicquid huius vitæ amorem perturbat, quicquid species aut pulchritudo temporalis promittit. Cõsideremus etiam quæ sit patriæ cęlestis suauitas aut dulcedo, & attendamus & perpendamus vnde cecidimus & vbi iaceamus, quid perdidimus & quid inuenimus, & ex vtroque intelligamus quantũ nobis in hoc exilio lugendum sit. hinc enim Salomon ait, Qui apponit scientiam, apponit dolorem. Quia quanto magis quis intelligit mala sua, tãto amplius suspirat & gemit. Meditatio siquidem parit conscientiã, conscientia
A compunctionem, compunctio deuotionem, deuotio cõmendat orationem. Meditatione assidua homo ad cognitionem sui illuminatur, in cõpunctione vero ex consideratione malorum suorũ, cor intenso dolore tãgitur. Miser ego inquantum deberem diligere Deum meum qui me fecit cũ non eram, redemit cum perieram: nõ enim eram, & de nihilo fecit me: non arborem, nõ auem, nec aliquod de animalibus brutis, sed hominem me voluit esse, dedit mihi viuere, sentire & discernere. Perieram, ad mortalem descendit immortalis, suscepit passionem, suscepit mortem, vicit, & sic me restaurauit: sic gratia eius, & misericordia eius semper præuenit me. De multis etiam periculis sæpe liberauit me liberator meus: quando errabam, corripuit me: qñ contristabar, cõsolatus est B me: quando desperabam, cõfortauit me: qñ. cecidi, erexit me: qñ steti, tenuit me: qñ iui, duxit me: qñ ad eum veni, suscepit me. Hæc & multa alia fecit mihi Deus, pro quib. dulce est mihi semper loqui, semper cogitare, semper gratias agere, vt pro omnibus beneficijs suis possim eum laudare & amare. Pro his enim omnibus quæ illi rependam nõ habeo, nisi vt ipsum diligam: non enim melius nec decentius rependi possunt, quam per dilectionem quæ mihi sic data sunt. Considera ò homo quid tibi erat, & quid tibi factũ sit, & pensa quis tibi hæc fecit, quanto amore dignus sit, Intuere necessitatem tuam, & bonitatem eius, & vide quas gratias ei reddas, & quantum debeas honori eius. In tenebris, in lubrico, in descensu semper eras ad horribile chaos inferni. Immensum & quasi plũbi pondus pendens a collo tuo deorsum te trahebat, & onus importabile desuper te premebat. Hostes inuisibiles toto conatu te impellebant. Sic eras sine auxilio, & nesciebas: quia sic conceptus eras & natus: in tenebris, inquam, eram: quia meipsum nesciebam, in lubrico, quia imbecillis ad lapsum peccati eram: in descensu eram, quia super chaos inferni pondus horribilis peccati deorsum me premebat, & inimici mei dęmones vt me alijs peccatis dãnabiliorem facerent vehemẽter insistebant. Sic omni auxilio destitutus, illuxisti mihi Deus meus, proiecisti pondus C trahens, & onus grauans: & hostes impellentes reiecisti, quia pctũ in quo natus & cõceptus fui, & dãnationẽ amouisti, & maligno spiritui, ne vim animæ meæ faceret, prohibuisti, & christianum me vocari fecisti nõie tuo, per q̃ ego confiteor, & tu me cognoscis inter redemptos tuos, erexisti & leuasti me ad notitiã tuam & amorem, fecisti me confidere de salute animæ meę, pro qua dedisti animam tuam & mihi sine sequetur promisisti gloriam. Et certe quamuis te non sequebar

bar ſicut conſuluiſti, ſed inſuper multa peccata feci, meq; prohibuiſti, adhuc expectas vt ſequar, & dones quod promiſiſti. Conſidera anima mea, intẽdite omnia ĩtima mea, quantum illi debeat tota ſubſtantia mea. Certe domine quia me feciſti, debeo tibi meipſum totũ, immo debeo amori tuo plus quã me, quanto tu maior es me pro quo dediſti temetipſum, & promiſiſti teipſum: Fac me peccatorem domine guſtare per amorẽ, ꝙ guſto per agnitionem: ſentiam per affectum, ꝙ ſentio per intellectũ. Plus tibi debeo quã meipſum totũ, ſed nec plus habeo, nec hoc ipſum ꝙ habeo per me totum reddere poſſum. Trahe me ò dñe in amorem tuũ, & hoc ipſum totum quod ſine contradictione tuũ eſt, fac tuum dilectione. Ecce domine corã te eſt cor meum, accedere ad te per ſe non poteſt, admitte me intra cubiculum amoris tui, peto, quæro, pulſo: quod me facis petere, fac me accipere: das quærere, da inuenire: doces pulſare, aperi pulſanti. Cui das, ſi negas petenti? Quis inuenit, ſi quærens fruſtratur? Cui aperis, ſi pulſanti claudis? Quid das non oranti, ſi amorem tuum negas rogãti? A te ſolo habeo impetrare, adhærere animam meam volo ad te. O bone domine ſi amorem tuum negas, quis dabit? fac me participem amoris tui. Languet anima mea, refocilla illam, dilectio tua impinguat eam, affectus tuus impleat eã: amor tuus erigat me totum & poſsideat. Scio domine, ſcio & fateor, ꝙ nõ ſum dignus vt me diligas. Sed certe non es indignus ſeruitio creaturę tuæ. Da igitur mihi dñe vnde es dignus, & ego ero dignus vnde ſum indignus. Fac me quoquo modo vis a peccato ceſſare, vt quoquo modo debeo poſsim tibi ſeruire. Concede mihi ſic cuſtodire, regere, & finire vitam meã, vt in pace dormiam & requieſcam, & præſta mihi in fine, vt me accipiat ſomnus cum requie cum ſecuritate, ſecuritas cum æternitate, Amen. Domine Ieſu Chriſte redemptor meus, vita & ſalus mea, te laudo, tibi gratias ago, tua me domine bonitas creauit, tua miſericordia me a peccato originali mundauit, tua patientia poſt illam emundationem in alijs peccatorum ſordib. hactenus tolerauit, nutriuit, & expectauit. Domine Deus creator meus, adiutor meus, te ſitio, te eſurio, te deſidero, ad te ſuſpiro, te concupiſco benigniſsimum, ſuauiſsimum, ſereniſsimum, te volo, te quæro, & in te ſpero. Renuit conſolari anima mea, niſi de te dulcedo mea, accede ad me dñe, appare mihi & conſolatus ero, oſtẽde mihi faciem tuam, & ſaluus ero, exhibe mihi præſentiam tuam, & implebitur deſiderium meum. Reuela gloriam tuã, & perfectum erit gaudium meum. Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea: Quando venies conſolator meus, quẽ ego expecto? O ſi ego videbo gaudiũ quod deſidero. O ſi ego ſatiabor cum apparuerit gloria tua quam eſurio. O ſi inebriabor ab vbertate domus tuæ ad quam ſuſpiro. O ſi potabis me torrente voluptatis tuæ quem ſitio. Da mihi domine in hoc exilio pœnitentiæ dolorem, & lachrymarum fontem quem eſurio ſuper omnem copiam delitiarũ. Sint mihi domine interim lachrymæ meæ panes die ac nocte, donec dicatur mihi, ecce Deus tuus. Paſce me domine interim ſingultibus meis, refocilla me doloribus meis, donec audiam, ecce ſponſus tuus. Deus meus qualem me feciſti, & qualem iterum me feci? In peccatis eram conceptus & natus, & abluiſti me atque ſanctificaſti me, & ego peioribus ſordidaui me peccatis. Innocens eram tunc natus, ſcilicet in baptiſmo, nunc ſum in voluntarijs volutatus. Heu me miſerum, nimisque miſerum quem torquet conſcientia ſua, quã fugere non poteſt, nimis miſerum quem expectat damnatio ſua, quam vitare nõ poteſt, niſi Deus eripiat. Nimis eſt infęlix, cui mors æterna eſt ſenſibilis: nimis ęrumnoſus, quem terrent continui de ſua infęlicitate horrores: nimis ærumnoſus, quem multum torquebunt æterni pro ſua iniquitate dolores, malum hoc & malum hoc, ſed minus hoc & maius hoc peccare, ò quam amara res eſt, & mala res eſt peccatum. O peccata quam faciles aditus habetis dum ſuadetis, & quam difficiles exitus habebitis: dum ſuadetis, inungitis: ſed poſtquam ſuaſeritis, vſque ad mortẽ animæ pungitis: fętores quos inducitis, vſq; in iniquos vtres includitis. Intelligite intelligite quam amarum & malum eſt relinquere dominum vos qui peccatis: nolite peccare amplius, ſed redite ad cor, nolite peccare, malum eſt enim & amarum: expertus ſum in memetipſo. Aut ergo continui dolores cruciabunt pœnitentem vitam meam, aut etiam

cruciatus

Quid pro beneficijs domino debeamus Cap. 2.

Deſiderij boni excitatiu. præ

Tatio. Cap. 3.

Pſal. 62.
Pſal. 16.
Pſal. 35.

Pſ. 41.

De conſcientiæ peccatricis infœlicitate. c. 4

Phil. 3

Iniquitates animæ interiores

cruciatus æterni vexabunt puniendam animam meam. Malum & amarum est vtrunq; sed libera me ab vtroque. Anima mea, ante omnia te sicut matrem virtutum moneo, ne in recordationibus malorum tuorum alicuius diaboli laqueos incurras, quos multi incauti incurrunt quando de malis suis quasi pro eis plorantes ante mentis oculos reducũt, & per easdẽ recordationes in ipsas malorũ delectationes insipienter incidunt. Sępius etiam cum sine alicuius mali intentione cũ aliquo loqui incipio, statim detractionem incurro, vel pro aliqua re imprudenter loquendo iuro, vel vitio curiositatis in pte succũbo, vel malarũ cogitationũ, vel turpitudinis motus illicitos & impudicos in ipsis interioribus meis sustineo. Heu tantæ infęlicitati & tantæ perditioni, dum enim quæ retro sunt obliuiscens ad ea quę ante sunt me extendere volo, subito nescio qua miseria me relabi ad inania conspicio & noxia, & tanquam mors subito interueniens, vel quemadmodũ canis rabidus, qui nec percussus a laceratione nois separat, carnalis delectatio perforat mentẽ meã, & pro suaui odore virtutũ sentio intolerabilẽ ac teterrimum fętorẽ interiorum vitiorum. Eia dulcissime domine Iesu coram te expando omnes iniquitates meas quas intus sustineo: sunt autem hęc mala decem. Primum impatientia, inimica Deo, & omnibus sanctis odiosa discordia, indignatio, rancor animi, tędiũ mẽtis, voracitas gulæ, murmuratio, desiderium voluptatis delectatio carnis, tempestas libidinis, & multa his similia, quibus laqueatur & deciditur atq; afficitur infęlix anima mea. O quam tolerabilius canis putridus fętet hominibus, quam anima peccatrix Deo, magis infęlix ista Deo quam ille hominibus. Anima peccatrix arbor infructuosa es, vbi sunt fructus tui? Talis aũt arbor digna est securi & igne, digna succidi & incendi. Qui sunt fructus tui? Vtique spinę pungentes, & amara peccata, quę vtinam sic te pęnitendo pungerent vt confoderent, si amarescerent, vt euanescerent. Forsitan parum quid putas qđ peccatum sit. Sed heu non ne peccatum per pręuaricationem personam domini inhonorat? Quam parnum ergo audebit peccator dicere peccatum, quando propter peccatum filius Dei moritur, vltra quem nil aliud potest ęstimari. Iesu domine bone cur de cęlo venisti, quid mundo fecisti, ad quid te mori dedisti? Nisi vt peccatores saluares, quorum maximus ego sum. Respira ergo ò peccator, spera in eo quem times, fuge ad eũ a quo aufugisti, inuoca importune quem superbe prouocasti, dicque ei Iesu propter nomen tuum dulce fac mihi secundum nomen tuum Iesu obliuiscere superbum te prouocantem, respice pie miserum te inuocantem Iesu nomen tuum dulce, nomen delectabile, nomen confortans peccatorem, & nomen beatæ spei. Quid est enim Iesus nisi saluator? Ergo propter temetipsum Iesu esto mihi Iesus, esto mihi saluator benignus. Noli domine, noli attendere sic malum meũ vt obliuiscaris bonum tuum. O bone domine Iesu, etsi ego ad misi vnde me damnare potes, tu non amisisti vnde saluare soles. Si castitatem meam mihi ademi, nunquid misericordiam tuam peremi? Verum, conscientia mea meretur damnationẽ, & pęnitentia mea non sufficit ad satisfactionem: sed certũ est, quod misericordia tua superat omnem offensionẽ. Parce ergo mihi domine qui es salus vera, & qui non vis mortẽ peccatoris, miserere domine peccatrici animæ meę, solue vincula eius, sana vulnera eius. Ecce misericors Deus coram te exhibeo animam meam, virtutum muneribus desolatam, catenis vitiorum ligatam, pondere peccatorum grauatam, dilectorum sordibus fędatam, dissciissam vulneribus dęmonum, putridam & fętidam vlceribus criminũ, his & alijs grauioribus malis, quæ tu melius vides quam ego obstrictã, oppressam, circundatam, obuolutam, bonorum omnium releuamine destitutam. Hæc coarctat me mala vita, coarctat me miseria. Heu miser semper: & vbiq; miser, quãta miseria & captiuitate vita hoīnis circundatur. Si male viuit homo, parata est damnatio. Si recte quidẽ viuere videtur, & nõ sapienter, nec caute se custodiẽs inde gloriatur, iterum certa est mors & æterna dãnatio. Omnia ista quæ sequuntur, sunt inimici miseri hominis. Superbia, inuidia, inanis gloria quæ infęlicẽ hominẽ continue infestant misericordia Dei eum teneat sæpius vsque ad mortẽ vulneratur. Libera me dñe ab his hostibus meis, a quib. me liberare nõ valeo. Peruersum etiam & pessimum est cor meum,

Phil. 3.

Iniquitates animæ interiores.

H

I

Implorat. diuinæ misericordiæ super peccatorum discrimine. c. 5.

K

Ezec. 18.

L

Inimici hominis.

meum, ad deploranda propria peccata mea est lapideum & aridum, ad resistendum insu tantibus molle & luteum: ad inutilia autem & noxia pertractanda velox & infatigabile, ad cogitanda salubria fastidiosum & immo bile. Anima mea distorta & deprauata ad p cipiendum bonum, sed ad voluptatum vitia
M nimis facilis & prompta, ad salutem remini scendam nimis etiam difficilis & pigra. Lõgum est enarrare singula, gastrimargiã, somnolentiam, leuitatem, impatientiam, detractionem, cenodoxiam, idest, vanam gloriã, inobedientiam, & cętera vitia quibus infecta est infęlix anima mea, quotidiano ludibrio distrahitur a tua cultura in perditionẽ. Libera eam domine, exonera mole peccatorum obrutam, solue delictorum funibus ligatam, expedi criminibus irretitã, erige ia centem, sustine nutantem, instrue spiritalibus armis virtutibus inermem, erige & protege pugnantem. Iesu bone vide humilitatẽ meam, & dilue omnia delicta mea, adiutor meus esto, ne derelinquas me: neque despicias me Deus salutaris meus, sed doce me facere voluntatem tuam. Anima mea testetur quod libenter hoc os confitetur. Adiuua me domine pie, benigne, & clemens plusquam possum cogitare aut rogare, non minus hoc sentiam, quam præsumo sperare. O peccata mea magna estis valde, multa estis nimis. Si
De peccatorũ imgẽti periculo. c. 6. a vobis non absoluar, quid erit mihi? Iudex enim terribiliter districtus, inæqualiter seuerus, immoderare offensus, vehementer iratus sententia immutabilis, carcer irremediabilis, tormenta sine interuallo, & sine temperamento terrores horribiles, qui nunquã lassantur, nunquam miserentur. Timor reũ conturbat, conscientia confundit, cogitationes increpant, & fugere non licet. Ecce in quibus periculis cõsisto incessanter. Et quia semper hoc non cogito, ero miserior & mi serabilior, quia obliuisci possum: semper enim videt Deus me & peccata mea, semper incutiũntur mihi districta iudicia, semper
A inuisibiles insidiatores parati sunt, vt capiãt miseram animam meam. Sic sum positus cũ vigilo, sic cum dormio, sic cum rideo, sic cum lętor, sic cum superbio, sic cum detraho, sic cum irascor, sic cũ tristor, sic cũ delitias cordis miserabilis amplector, denique sic sum semper & vbique. Heu me miserum, & vbi non sum, & quia nescio vbi securus sum. Heu mihi misero, quid faciam? Heu quanto tempore angitur mens mea, quanto stupore induratum est cor meum, quanto tempore obduratur anima mea. Quid est quod sic me impedit? quid est quod cer-
De præpedientibus resipiscentiã a peccatis. c. 7. uicem meam sic præmit? Vult domine, vult anima mea ad te erigere faciem suam, & plũ
B beo onere aggauata deprimitur: conatur se expedire & catenis ferreis constringitur: tẽtat exire, & æneo carcere imcluditur: cupit in te dirigere seruitium suum, & caliginosis tenebris obscuratur. Quæ sunt ista Deus meę quę sic animam meam obtenebrant, & grauant, & ligant? Forsitan hæc sunt peccata mea? immo vere hęc sunt peccata mea. Hi sunt affectus carnales, qui inficiunt in me affectionem spiritalem. Intentio inferiorum incuruat animam meam ab intuitu supernorum. Amor terrestrium excęcat in me dilectionem cœlestium. Vsus vitiorum euacuauit in me sensus donorum bonorum. Ab his donis sum elongatus, in his malis sum occupatus: ab illis exclusus, in istis inclusus: ab illis deuolutus, istis obuolutus. Hinc est carcer, & vincula, hinc sunt tenebræ & peccata. Vę mihi quia prope est dies mortis, prope, inquam, & incognita. Subito venit, & forsitan hodie erit: Delicta mea an eratis tunc
De fœditate peccatorũ ingressione. cap. 8. tam noxia futura, cum animam meam vestra dulcedine vngebatis? Cur hoc ante celabatis, & cur me tradebatis? Imo vos non tradidistis me: sed ego tradidi me, quando vobis me tradidi. Non vos me decepistis, sed ego me decepi, quando vos intra me suscepi. Heu cur vobis fidem adhibui & credidi vobis? Sed quodam horribili modo videns, cęcus me tradidi vobis. Videns quidẽ, quia vos cognoscebam, & mala quę pręcipiebatis non adhorrebam, sed eis consentiebam, Cęcus, quia me a vobis non cauebam. Heu peccatum nomen horrẽdũ, res detestabilis, nullo modo comparabilis. Cęcus non videt foueam in quam cadit, insanus putat se debere quod facit qui sponte facit peccatum videns & sciens, præcipitio se tradit. Mors & tormenta quęlibet tantum sunt, & in se fęda non sunt, quia ordinata sunt: peccatum
C autem habet in se fęditatem suam, & cum hoc trahit secum ęternam infęlicitatem. Melius enim erat eligere tormentum, quod per

se

se fęcunditatem ęternam non attrahit, quam peccatum quod sua cum fęditate dolores ęternos iungit. Et certe omnis fęditas peccati ipsa sola plus est. Magis ergo vitanda peccandi fęditas, quam quælibet tormentorũ immanitas: quia ipse homo in peccando fędissima peruersitate pręposuit se creatori suo, H quo nihil iniustius: sed intolerando peccati tormenta ordine prępostero subijcit se creatura factori suo, quo nihil iustius. O homo quo euanuit humanitas tua, quo deuenit ratio tua? didiceras enim quoniã qui facit peccarũ, seruus est peccati, & peccatum fecisti. Inaudita insania hęc scire, & semper peccare. Sciebas enim quod tu es spiritus & vadens & nõ rediens, & in peccati abyssum irremediabilẽ & sine fundo te proiecisti. Vere abyssus peccata mea sunt, quia incõprehensibilia sunt profunditate, & in ęstimabilia sũt numero, & immensitate. O Abyssus abyssum inuocans, o peccata, mea tormenta quibus me seruabitis abyssus sunt, quia infinita & oĩ no incomprehensibilia sunt. Est & tertia abyssus, & est nimis terribilis, iudicia Dei abyssus multa, quia super omnẽ sensum occulta. Hæ omnes abysi terribiles sunt mihi vndiq;, qa timor super timorẽ, & dolor super dolorem. Nã abyssus abyssum in voce cataractarũ tuarum inuocat, quia peccati abyssus abyssum tormentorũ meretur, quia iudicia dei pronũciat. Abyssus ergo iudiciorum Dei super me, abyssus inferni subtus me, abyssus peccatorũ meorũ est intra me. Illam quæ super me est, timeo ne in me irruat, & me cum abysso mea in illam quę subtus me latet, obruat, vbi per tormenta peccata nũquã delebuntur, sed peccata tormenta super me tenebunt. Miser ego peccator, quo abij facto meo, quo fugi a facie tua? Et certe si ego nequiter fugio, & abysso me damnabili abscondo, quo vado vides me, quis enim nisi tu ad renitendũ mouet animam meã? Bone dñe Iesu Christe, tu pulsasti & excitasti eam in abyssо delictornm meorũ I velut in lecto dormientẽ, tu concussisti pigritantẽ, tu solicitasti negligentẽ, tu fecisti pęnitentem vnde lętabatur. Bone domine omnia hęc fecisti in abisso. Exaudi ergo clamantem de abysso ad te benignissimum, pctã mea nõ abscondo, sed pando ea coram te: non defendo, sed ostendo: non excuso, sed accuso. Ego sum reus, ego ipse accusator meus. Non accuses me qui fecisti me. Solus suffeci ad peccandum, solus suficiam ad accusandum, solus ad pęnitendũ. Sed vnde Deus meus tanto rum criminum correctio vnde tibi tantorũ K scelerũ satisfactio. Præcipitare ergo miser homo in profundum immoderatę męstitię qui sponte pręcipitatus es in barathrum horendę nequitię. Obruere infęlix mole terribilis doloris, qui libens corruisti in ęnum infernalis fętoris. Obuoluere ęrumnose in tenebris incõsolabilis luctus, qui volens es in voragine tam sordidi fluctus. Volutare ergo in gurgite amaritudinis, qui volutatus es in volutabro turpitudinis. Terror terribilis, męror inconsolabilis aggregate vos super me, irruite, obstruite, iustum est, posidete me, iustum est, peturbate, obuoluite, torquete reum, vindicate Deum. Pręsentiat fornicator inferni tormenta quę meruit, pręgustet quod prępa rauit, bibat & nutriuit, assuescat, quod perpetuo est passurus. Cõsolatio, sanitas, lętitia, nolo vos, etsi forte pęnitentia reduxerit vos procul estote ante mortẽ, nisi forte indulgentia reuocet vos: qa necessarium est flere peccatorem vel hic, vel in futuro. Sit ergo pęnitentia continua & amara comes ętatis meę. Continuus dolor, insatiabilis terror inhęreat vitę meę. Sit męror acerbus, luctus infatigabilis, torsiones iuuentutis & senectutis meę, vt ita fiat rogo & desidero. Si enim non sum dignus oculos ad cęlum leuare orando coram te domine Deus, certe sum dignus plorãdo eos cęcare. Si confunditur mens mea pudore conscientię, ęquum est vt confundatur turbine luctuoso doloris & tristitię. Si timet exhiberi ante conspectum domini Dei sui, iustũ est vt habeat ante conspectũ suum tormenta sceleris sui. Respira ò peccator, respira aliquando, & fuge ad ipsum Deum, quem offendisti, fuge in quam ab irato ad placatum. Memento iustissime & benignissime Deus, memento quod misericors es & redemptor meus es. Si iudex es ad iudicãdum reum tuũ, & Deus ad defendendum seruum tuum, es & L creator ad conseruandum opus tuum, es & Deus ad saluandum credentem tuum, & baptizatum tuum. Ne ergo memineris domine iustitię tuæ solius aduersus peccatorem tuum, sed memor esto benignitatis tuę erga creaturam tuam. Ne memineris irę tuę aduersus reum tuum, sed memor esto miserationis

Ioan. 8. Psal. 77. De triplici abysi distinctione c. 9. Psal. 35. Psal. 41.

De præpedientibus resipiscentiã a peccatis. c. 7.

De fœditate peccatorũ confessione. cap. 8.

Quid peccatori faciendum. Cap. 10.

Prouocatio spei in cordẽ pctõris. c. 11.

tuę aduersus miserum tuum. Scio quidē & fa
teor, quod conscientia mea meretur dam-
G nationem, & pęnitentia mea non sufficit ad
satisfactionē. Parce ergo mihi bone domine
Ezec. 18. qui es salus mea, qui non vis mortē peccato-
ris, parce ergo peccatrici animæ meæ. Deus
meus es, in te pono spem meam, & tibi com
mitto animam meam. Custodi animam meā
dum dormio, conserua eam dum aliquid fa-
cio, memento eius dum ego obliuiscor tui,
peccator sum & miser, sed peccasse me do-
leo, & miserū me cognosco. Misericors De⁹
miserere mei, miserere & humilis creaturæ
tuę. Peccare est Deum inhonorare, quod ho
mo facere nō debet, etiam si necesse esset pe-
rire, quicquid Deus non est. Heu me pecca-
ui, Deum verum exhonoraui, omnipotentē
prouocaui, peccator quid feci quando mala
feci? vę mala agenti, vę bona negligenti. Vę
vę ira omnipotentis Dei, ne irruas super me.
Ira omnipotentis vbi poteris capi in me? Nō
est quod possit tolerare totam te in toto me.
Deus dūs cuius bonitas nō exhauritur, cuius
scientia non deficit, cuius misericordia non
exinanitur, cuius potentia quicquid vult effi
cit: vnde potero respirare, qui sic ob pecca-
ta mea cogor desperare? Nam si iracaris pec
cantibus, soles tamen benigne dare consiliū
petentibus. Doce me domine vnde debeam
sperare, vt possim saluari: orare volo, sed ne
scio. Secundum ignorantiam meam non pos
sum Dei misericordiam prouocare: ideo co-
gor desperare propter iniquitatem meam.
Scio quidem & fateor, quia peccator sum,
quia peccatum sponte subij, &
H audior, quia non obediui. Vtiq; bone domi
ne peccaui, erraui: veruntamen te non nega-
ui, nec detestor bonitatem tuam. Ideo fac
mecum secundum misericordiam tuam, qui
es benedictus in secula seculorum.

DE COGNITIONE VERAE VITAE.

LIBER VNVS.

Cap. 1. Matt. 9. Nu. 22.

SApientia Dei quæ os muti aperuit & rudibili animali humana verba formare tribuit, me quo que non solū sermone, sed etiā scientia imperiū ad fandum im pellit, atq; per se ac de se intellecta alijs pie in notescere compellit. Huius ergo instinctu ad vtilitatem, vt spero plurimorū, iterum com-mitto me ad corrodendū dentibus inuidorū, & forsitan ad confodiendum cordibus vitæ dilectorum: cum Christus veritas & vita di-cat, Hęc est vita æterna vt te solum verum Ioan. 17. Deum cognoscant. Constat profecto naturā rationalem ad hoc solum factam, vt factorē suum verum intelligat, intelligendo diligat, I diligendo in eo qui est æterna vita æternali-ter beate viuat. Diuinitatis ergo essentiam ra tionabiliter inuestigare, est ad vitam festina-re: hanc vero negligendo ignorare, est vtiq; ad mortem indeficientem properare: quia nimirum hic ab eo ignorabitur, dum quan-doque a beata vita sequestrabitur. Quamobrē cum de hac pręclara materia plurimi sancto rum patrum multa glorioſa conscripserint, ipsamq; rem simplicioribus obscuriorē quo dammodo reddiderint, libet me per hæc cō densa quasi quandam semitam stylo cōplana re, qua infirmis intellectibus relicto erroris deuio, per planum veritatis licet libere am-bulare. Sed hic quilibet inuidus nebulosa fa-cie mihi fortasis occurrit, & virus diu sub li uido corde cōcretū, in me acerbiter euomit: Quid tu, inquiens, tentas ligna syluis impor-tare, aut redundanti mari vndam instillare co naris? Huius tam mordacis mordacem den-tem hæc petra retundat, & venenum malitio se euomitum in viscera ipsius denuo retor- Sapien. 5. quenda refundat. Inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarū, imitantur illum qui sunt ex patre illius. O inuide infęlix, qui alie n a fęlicitate torqueris, alieno damno depa-sceris, ipsis rebus probas te ex parte eius es-sa, qui inuides alijs quod tu ignoras scire, ac mihi ob pium laborem collatum ægris su- K spirijs ingemiscis, quod tibi ob desidiam, immo ob inuidiam denegatum cognoscis. Age miser potius letiferum virus quo tur-ges euome, salubre dilectionis antidotum recipe. Sin autem, parti patris tuis nigro fel-le tabescens faueto. Ego autem cum inui-dia tabescere iter non habeo. Egregiam scri-pturarum syluam alacer ingrediens, non in eam vt tu venenata lingua asseris, ligna de-ferens, sed pretiosum vitę lignum iustitiam esurientibus de ea offerre conabor, & dul-cem vitę haustum vitam sitiētibus de pelago

scripturę

scripturæ haurire non morabor. Omnes ergo fideles ad lignum vitæq; fontem curramus, cuius gustu in æternum beate viuamus. Libellus autem nomen, cognitio veræ vitæ, sortiatur, dum in eo vera vita tardioribus intellectu cognoscibilis reddi videatur. FRA. Gratias Deo persoluimus, cuius dono aperte in rebus dubijs certificari possumus: Quādoquidem ergo nos in hoc ipsum videas cō fluxisse, ne ad patriam tendentes, in via lassabundi deficiamus, pastu potuq; vt soles refice, & tempus irremeabili cursu labile, nexibus quæstionum figens fac stabile, ne sua volubilitas nos otiantes inuoluat, sed tua affabilitas in diuinis laborantes ad semper manens æuum sustollat. MAG. Fructum ligni vitæ in ramis crucis pendulum mecum alacres adite, fontemque vitæ a vita quasi de loco voluptatis manantem paradisum, Ecclesiam videlicet hortum delitiarum irrigantem vnanimes haurite, cuius sapor si palatum cordis vestri indulcorabit, testor vobis, quod vos cum eo in æuum permansuros, de torrente voluptatis suæ quandoque satiabit. FRA. Cum carnalia sapientes spiritalia cogitare nequeamus, regnum cęlorum regionem clarissimam, omni opulentia affluentissimam, in qua cœlestem Hierusalem vrbem præclaram, meritis atque opibus inclytam, & in hac Deum quasi gloriosum regē, angelos velut milites, vario cultu conspicuos mente formamus: idcirco poscimus, vt ratione indagante, argumentis quæq; obstantia comprimens, veritatem quasi in tenebris latitantem, ad lucem nobis perducas, ac Deum aliquando videndum, vt asseris, factum quodammodo visibilem, ante oculos cordis nostri constituas. MAG. Cum Deus omnipotens, solus immortalis, solus inuisibilis, solus incomprehensibilis, lucem habitet inaccessibilem, ego autem tenebris vitiorum obsitus, tetram caliginem inhabitē, luci virtutum inadibilem, qualiter ineffabile lumen saucijs animorum oculis inferre potero, qui cęcutiente cordis oculo, splendorem tantæ maiestatis reuerberatus nullo modo intueri prævaleo? FRA. Tamen nitere pro posse in illam rapi, quatenus discta caligine merearis ab illa illuminari, nosque per te illustrari, sicut sæpe videmus valles a montibus iubare solis irradiari. MAG. Conabor pro uiribus uobis orantibus, ac logica præeunte comitantibus argumentis, sequar ueritatem usque in ipsius inaccessibilis lucis latibulum fugientem, ipsaq; concedente producam eam uobis indagantibus se ostendentem. FRA. Nostra quidem tibi non deerit oratio, tantum sit tibi præuia dux ueritatis ratio: Magnopere quippe a te audire desideramus, qualiter in orationibus de Deo cogitare debeamus, ne forte infirma mens quasi pulchrum hominē imaginetur, & hoc simulachrum pro uero Deo decepta uneneretur. MAG. Fateor, magnitudine altitudinis suscepti negocij victus succumbo qui quæ utcunque mente cōspicio uel concipio, uix uerbis explicare sufficio: excedit enim omne præclarum longe summorum philosophorum ingeniū, quia sublimitas huius rei quæ tractatur exuperat omnem intellectum. Quanto quippe magis omnem creaturam transgressus conor eam diligenti intuitu cōtemplari, tanto magis sentio eam ab aspectu intellectus elongari. Operam tamen dabo inquisitioni uestræ pro modulo meo satisfacere, prout ipse de quo agimus, dignabitur notitiam sui desideranti animo innotescere. Vos autem vbi uires pondere tantæ eminentiæ pressæ succūbunt oportet fragilitati ignoscere. FRA. Nos quanto diligentius huius rei perpendimus altitudinem, tanto ardentius optamus eam nobis vtcunque fieri cognoscibilem, & eius qualicunque modo intueri pulchritudinem, & ideo libenti animo tibi ignoscimus, si ea quæ uerbis non uales, saltem nutibus explices. MAG. Sciendum igitur Deum nullis uerbis proprie exprimi, nulla posse cogitatione cōprehendi. quomodo enim immensus & incomprehensibilis prædicaretur, si humanæ locutioni uel meditationi includeretur? Nunc autem patet quā sit admirabilis, cum omnibus linguis sit indicibilis, omnibus cordib. sit incogitabilis. Dialectica nanque differendi potens, potenter quæq; dubia definiens, cūctas scripturas euibrans & euiscerans, cunctam humanam sapientiam annihilans, cum diuinitatem intendit, tantæ maiestatis luce repercussa, pauidum caput tremefacta reflectit, atq; in abdita mūdanæ sapientiæ fugiens delitescit, dissolutisq; syllogismorum nexibus stulta obmutescit. Nēpe nomine & uerbo cuncta ex-

De vtilitate veræ vitæ & præuia eius dispositione. Cap. 2.

Ioan. 17.

Sapien. 2.

Cap. 3.

1. Ti. 6.

primuntur, quæ sub decem prædicamentis humano corde concipiuntur. Sed quod ex his nullum proprie Deo conueniat, manifeste ratio comprobat: nam si dixerimus quod Deus substantia sit quæ omnibus subsistere tribuat, & per quam omnes res esse habent, mox vniuersalia & indiuidua, de quibus substantia prædicatur, genera & species in quibus versatur, simul & nouem accidentia quę ei necessario inhærent, animo occurrunt, quæ cuncta liquent, quia minime in Deum concurrunt. Si prædicemus quod Deus ipsa magnitudo existat, quæ omnia in mensura & numero & pôdere disponat, protinus paritas huic quantitati se opponit, & sua exiguitate quod est super omnia maximum cõminuit. Quem si ipsam bonitatem vel summum bonum nominemus, qui cuncta valde bona facit, statim malum huic qualitati contrarium obuiat, & tanto bono se opponere non trepidat. Quod si creator vel dominus prædicetur, quod vtrunque ad aliquid scilicet refertur, confestim relatio opponit, ante mundi constitutionem eum hoc vocabulo caruisse, & hoc relatiuum ex mundi creatione ei accidisse, cum ratio astruat nihil Deo accidentale, sed totum quod prædicatur de eo ei esse essentiale. Porro si vbique totus esse dicatur, & simul cuncta replere loca dicatur, mox localitas clandestine irrepens, illum loco includit, qui cuncta pugillo includit. Si autem sempiternus prædicetur, & cuncta tempora disponere affirmetur, cõtinuo præterito præsens, præsenti futurum succedere festinat, & initium atque finem æternitati adscribere non formidat. Si vero dicatur quod omnia possideat, & amictus lumine sicut vestimẽto refulgeat, statim hoc habitu cogitatio eum priuat, dum amictum lucis vel possessionem rerum ab eo separat.

Quod si semper præsens adesse testatur, confestim situs standi vel sedendi imaginatur. Si vero vniuersa regere referatur, actus laboris æternam requiem annullare conatur. Porro si affirmetur patiens, mala nostra sufferens, illico passio se ingerit, & impassibilem pati contendit. His quippe decem cuncta humana conditio includitur, & ab his omnibus proprietas summæ essentiæ euidenti ratione penitus excluditur. Cuncta etenim quæ vel oppositionem vel contrarietatem, vel accidens suscipiunt, nulla ratione Deo proprie conueniunt. Igitur cum ratione repugnante nihil de Deo proprie loqui valemus, saltem improprie & per ænigmata de Deo loqui satagimus. FRA. Euidens ratio quidem docet Deum humanis verbis indicibilem, sed intellectualis mens inhianter desiderat eum sibi vtcunque fieri cognoscibilẽ, quæ mens instar speculi animæ videtur, in quo ipsa imaginem creatoris sui contemplatur. MAG. vniuersa quæ in rebus creatis nouimus, per corporeos sensus cognouimus. Et ea quidem quæ nec visu nec experientia didicimus, per comparationes visorum vel expertorum discimus, vt quæ de bestijs vel ignotis hominibus legimus: quæ autem nobis penitus incognita per comparationes notas non signantur, nũquam prorsus scientię nostrę notificantur. Et ideo quia spiritalia nobis sunt inuisibilia, atq; corporeis sensibus incomparabilia, nunquam erunt aliqua ratione nobis probabilia. Quia vero hæc constat esse, sed per similia edoceri nequeunt, fidem tantum credentium exigunt. FRA. Quæ ratio argumentis probat, quanquam in cõparatione deficiat, necesse est vt rationalis quisq; credere non renuat: tu tñ profer quid de spiritibus sciẽdum tibi ratio innuat. MAG. Sex modis in scripturis spiritus substantialiter dici non nescio a vobis sciri. Primo summus omnium Deus spiritus appellatur, vt ibi, Spiritus est Deus, & qui adorant eum in spiritu oportet adorare. Secundo angeli spiritus dicuntur, vt ibi, Qui fecit angelos suos spiritus. Tertio animæ spiritus nuncupantur, vt ibi, Exibit spiritus eius, & caro reuertetur in terram. Quarto vita brutorum animalium spiritus vocatur, vt ibi, Quis scit si spiritus iumentorum descendat deorsum. Quinto venti dicuntur spiritus, vt ibi, Spiritus procellarum. Sexto aer scribitur spiritus, vt ibi, Os meum aperui & attraxi spiritum. Quorum definitio talis est, Aer est spiritus sensibilis, quem nos attrahendo sentimus, ipse nihil sentiens, cunctis tamen sub cęlo viuentibus spiramen exhibens. Ventus spiritus est aer, Dei nutu aliquo modo agitatus, procellis aquarum augumentatus, per angelica ministeria excitatus, per eadem tranquillatus. Vita brutorũ animaliũ est spiritus vitalis, constans de aere & sanguine animalis,

Cap. 4.

Ioan. 4. 1. Cor. 3. Ps. 103. Ps. 145. Eccl. 3. Psal. 10. Ps. 118. Definitio spiritus. Aer ẽ spiritus ventilis. Spiritus exeuentes malis. Anima intellectiua quid sit. Cap. 5.

lis inuisibilis, sed sensibilis, memoriam habens, intellectu carens, cum carne moriens, in aera euanescens. Anima vero spiritus est substantia incorporea, corporis sui vitalis: inuisibilis, sensibilis, mutabilis, illocalis, pas-
G sibilis, nec quantitatē mensurę, nec qualitatē formę vel coloris susceptilis, memorialis, rationalis, intellectualis immortalis. Et ne hæc vacillet definitio, ratio eam probationibus roboret. Anima est spiritalis substantia. Omne enim quod alij vitam submini-strat, ipsum est necesse vt subsistat: sed anima vitam corpori tribuit, igit̄ anima realiter subsistit. Hāc vero vitam esse ipsamet probat, dum præsentia sua corpus viuificat, absentia sua idē mortificat. Hæc nobis quidem est inuisibilis, sed spiritus visibilis. Hanc etiam sensibilem esse constat, dum oculis colores, auribus sonos, naribus odores, palato sapores, manibus aspera vel lenia sentire prēstat. Est quoq; mutabilis omne enim quod melioratur & peioratur mutabile est: sed anima vitijs peioratur, & virtutibus melioratur, igitur mutabilis est. Est ēt illocalis, omne.n.q̄ loco includitur altitudine, latitudine, longitudine aeris circunscribitur corpus est: sed ratio docuit animam in corpoream esse, ideſt, nec corpus nec aliq̄d membrum habere, igitur constat eam esse illocalem: non enim spacium aeris vt corpus occupat, nec corpus ut aqua vtrem implet: sed vt calor toti igni illocaliter inest, ita anima totum corpus illocaliter possidet. Ignis quidem est visibilis, sed calor inuisibilis & sensibilis, & quodammodo ignem viuificās: ita anima inuisibilis, sed sensibilis, visibile corpus quadam occulta vi sensificat & viuificat. Hęc est quoque passibilis: Omne enim quod mœrore afficitur passibile est: sed anima dum suę uoluntatis compos non efficitur, dolore męstitiæ afficitur, igitur passibilis esse conuincitur. Ab hac quantitas excluditur, dum nec altitudine aut latitudine aut
H lōgitudine metitur, nec sex circunstantijs scilicet ante & retro, dextrum & sinistrum, sursum & deorsum se includere patitur. Qualitas etiam formæ uel coloris ab hac secernitur dum nulla forma uel humani corporis, uel ullius coloratæ rei illi ascribitur. Hæc est memorialis, quia præterita recolit. Est etiam rationalis, quia præsentia discernit. Et intellectualis, quia futura intelligit. Hanc immortalem hinc esse constat, quod memoriam sui apud posteros perenniter durare laborat. Angelus autem spiritus est substantia incorporea, inuisibilis, sensibilis, rationalis, intellectualis, immortalis, bonorum lucida & impassibilis, malorum terta & passibilis. Sed uidendum est, utrum aliqua substantia talis in rebus creatis esse credatur, cum a nobis minime uideatur. Angelos esse ipsa insensibilia probant, quæ tam certam sui motus legem obseruant. Omne quippe quod mouetur, aut I
motum a se habet aut aliunde: sed omne qd̄ motum a se habet est sensibile, ut anima: qd̄ aliunde, insensibile, ut corpus. Quod si Sol, Luna, & sydera per se mouentur, sensu uel ratione uigere uidentur, quę tam certa tempora, tam certa cęli spacia custodiunt, & quodammodo suum intellectum huic mundo lumine uel signis innuūt. Sed q̄ ea rationabilia corpora arbitrantur, iure sensu carentes, inter irrationabilia computantur. Cum autem uere sint corpora uisibilia, sed motu carentia, ut puta insensibilia, & tamen moueantur, constat profecto quod aliunde moueantur. Restat igitur ea per angelica ministeria moueri: similiter uentos, pluuias, grandines, fulgura, tonitrua, tempestates, auras, iussu Dei per illos regi. Qui dubitat, & ea sensibilia putat, hunc ratio stultum cum insensibilibus ꝓbat. Bruta quoque animalia usibus humanis per illos obsecundare uel aduersari qui non credunt, aut illa per rationalem intellectum hæc facere credunt, longe a ratione recedunt. Sed cuncta quæ in rebus insensibilibus uel creaturis sensibilibus geruntur, per illos administrari qui ambigit, multum a luce veritatis desipit. Igitur constat angelos uere esse, & cūcta nobis occulta patenter nosse. Sed hoc differt inter illorum & nostram scientiam, quod ipsi omnes causas rerum antequam eueniant prēsciunt, nos autem uix & K
cum magno labore inuestigamus eas postquam res in actu constant. Porro summus spiritus sicut a nullo intellectu ualet propriè cogitari, ita nulla definitione poterit proprie definiri uel determinari. Sed quia intellectualis mens eum utcunque agnoscere anhelat, hęc ænigmatica definitio ei interim sufficiat. Deus spiritus est essentia inuisibilis, omni creaturę incomprehensibilis, totam uitam, totam sapientiam, totam ęternitatem

Angeli de finitio, et an sint, et de eorū notitia. Cap. 6.

Quod Deus sit, & quid sit ænigmatica q; descriptionis eius pulchra deductio. cap. 7.

simul essentialiter posidens, idem ipsa vita, ipsa sapientia, ipsa veritas, ipsa iustitia, ipsa æternitas existens, omnem creaturam instar puncti in se continens. Si autē aliquis insipiēs tantum desipiat, vt Deum esse diffidat, hunc solum vere esse, & alia omnia ab ipso habere
L esse hac ratione colligat: Omnis substātia aut per se subsistit aut per aliud, sed hunc mundū non subsistere qui contendit, hic fatuus in nihilum tendit. Mundum autem non per se subsistere cōstat, dum eum ratio cępisse docear, partibus enim constat. Omne autem quod partibus coniungitur vel in partes resoluitur ab aliquo vtique coniunctionem vel resolutionem patitur. Mundus ergo non per se subsistit, & ideo sequitur quod creatura sit, Creatura autem ad aliquid scilicet, ad creatorem refertur. Solus ergo creato per seipsum & in seipso existit, omnis autem creatura per ipsum subsistit. Si enim ab alio esse habet, tunc Deo maius est a quo hoc habet: quod Deo inconueniēs. Et nihil prēter creatorem & creaturam existat, si Deus per seipsum non habet esse, necessario consequitur vt per creaturam existat: quod inconuenientissimum est. Amplius, Substantia mundi in in diuersa genera & in differentes species diuiditur, & in his singulis bonū inuenitur. Omne enim vtile bonum: vniuersa quippe vtilia considerantur, & ideo singula bona comprobantur. Omne autem bonum, aut per se bonum est, aut per aliud. Sed diuersa bona participatione vnius boni bona esse necesse est. Diuersitas quippe recipit maius & minus: nā quantum ad genus, lapis est minus bonum, qui tantum est, & nō viuit: lignum maius bonum, quod crescendo viuit: equus illo melius, qui viuit & sentit: homo illo prēstantius, qui viuit, sentit, & ratione discernit. Restat igitur hic maximum & summum bonum, de quo omnib. inferioribus profluat bonum: &
M & hoc bonum Deus est, de quo quasi de fonte cuncta bona profluunt, & in eum cuncta refluunt. Hic solus vere est, & ideo veritas est. Omne enim q̄ est, verū est. Quod vero nō est, falsum est: sed Deus vere est, igitur veritas est. Creatura autem ei collata quasi non est, & idcirco quasi falsitas ad veritatem est. Omne enim quod ex nihilo esse cēpit, in nihilum redigi poterit: sed omnis creatura ex nihilo a Deo producta, ad aliquid esse est p-

Creatura comparatiōe ad Deum nihil est.

ducta, igitur si ei comparatur, nihil esse probatur. Nulla ergo mens Deum esse dubitat, p quem alia cuncta esse considerat, huius essentia est vita, omne enim quod est, aut viuit, aut A
vita caret: omne autem quod viuit, aut per se viuit, aut per aliud: sed Deus per seipsum & in seipso viuit, & alijs omnibus viuere tribuit igitur vera est, vita & vitalis vita: seipsum quoque, & totam facturam suam sapit & intelligit, cui nihil aliud est sapere, quam viuere & esse, igitur sapientia est. Seipsum etiam & omnem creaturam diligit, quia iustitia est, & hanc creatam iustitiam non aliunde accipit, igitur iustitia & dilectio existit. Initio & fine caret, prēteritum & futurum non habet, igitur ęternitas est. Cum itaque ratio Deum veraciter esse probauerit, & hunc vitam, sapientiam veritatem, iustitiam & ęternitatem veris assertionibus essentialiter esse docuerit, restat nunc vt ad hunc quoq; videndum aliquam fenestram aperiat, per quam mens per quosdam gradus scandens prospiciat, quatenus regem gloriæ in decore suo videre prǫualeat. Pedetentim autem ratio per corporalia gradiatur, ne infirmus intellectus per ardua nitens, difficultate confractus relabatur. In primis igitur hunc corporeum Solem mente consideremus, cuius claritune totum mundi orbem illuminari videmus. Post hunc Solem milia milium angelorum Deo ministrantium attendamus, quos singulos ratione monstrante septies, immo centies Sole splendidiores scimus, nam hic Sol est minister mundi, angeli autem templa Dei. Quantum ergo differt templum Dei a seruo mundi, tantum differt claritas angelorum a claritate solis. Deinde decies milies centena milia sublimium angelorum Deo astantium perpendamus, quos singulos centies, immo milies prę Sole clariores pro certo noscamus. Sicut enim Luna stellas, Sol Luna in claritate excellere cernitur: sic quilibet superior ordo angelorum inferiorem ab angelis vsque ad Seraphin gloria, dignitate, claritate prǫcellere creditur, Post hos innumerabilia milia sanctarum animarum inspiciamus, quas singulas longe Sole luciores, angelis beatitudine, & claritate coęquandas non dubitamus. Tot & tantis luminibus singulariter consideratis, singulorum etiam magnitudinem contemplemur,

De cognitione diuinæ claritatis, c. 8.

B

quatenus

quatenus ad id ꝙ intueri anhelamus, facilius subleuemur. Cogitemus itaque animam splē didum ignem, cuius minima scintilla ratione instruente vincat hunc Solem. Omne.n. quod ab alio includitur, minus eo quod se includit, esse necessitate conuincitur: sed cogitatio animæ quæ eius scintilla est, non solum hunc Solem, sed & totum mundi ambitum breui spatio includit, & totus orbis eam minime circunscribit: igitur constat quanq; animam toto mundo longe maiorem fore. Angeli autem sicut ab animabus beatitudine, ita etiam differunt magnitudine. Hic nemo magnitudinem corporalis quantitatis intelligat, sed illam potius intellectualem, quæ hunc mundum corporeum, & cuncta in eo corpora ad paruitatem redigat. Hinc iam mens se in alta eleuet, cor suum quantum potest dilatet, tot luces inæstimabili claritate, incomparabili magnitudine resplendentes sub se prospiciat: super se vero quandam admirabilem lucem, quæ omnium illarum lucium lux sit, intendat, quæ sic super tot & tantas luces longe refulgeat, sicut Sol super omnes stellas luceat: cuius lucis ineffabilem magnitudinem & admirabilem pulchritudinem illæ tot & tantæ luces iugiter admirentur, & in cuius affluentissimam dulcedinem indefessè prospicere delectentur. Hæc profecto est lux inaccessibilis, quā inhabitat essentia Dei, solis mundis cordibus visibilis. Nullus hic cogitet lucem Deum, quasi tabernaculo hominem circundatum, quasi aliud sit Deus qui lucem inhabitet, sed potius illam lucem essentiam Dei sciat, in qua vniuersa bona simul locata sciat. Hæc est lux quæ angelos & animas in cœlis sua visione satiat. Hæc est quæ mundi cordes per contemplationem illuminat. Hæc est quæ Solis lucernam in mundo commorantibus, vt candelæ lumen in carcere positis præstitit, qua de tenebris ad lucem, de morte ad vitam, de exilio ad patriam remeare possint. Ergo in oratione taliter mens nostra Deum meditetur, taliter intentio nostra imaginem eius contempletur, scilicet, talem lucem, quæ sic super Solem, vt Sol super candelam resplendeat, imo talem quæ sic super innumera angelorum & animarum milia præ Sole centies splendida, vt Sol super sydera refulgeat. Vnde dicitur pater luminum in canonica Iacobi, Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum. Non multū quippe à veritate aberrat qui talem Dei imaginē ante oculos cordis in oratione versat. Hæc præsens visio Dei facie ad faciem regnum cęlorum vocatur, quia extra hoc corporeū cęlum, imo extra omnem locum, angeli & iusti qui cœli nominantur, hac visione fruūtur. Idcirco etiam quamuis Deus in omnibus creaturis essentialiter manere credatur, proprie in cœlis, idest iustis habitare prædicatur: quia ipsi inhabitationem eius fruēdo sentiunt, & eum omnibus rebus inesse gaudentes conspiciunt, quem sibi minime adesse cognoscunt, qui terrena diligunt. Sicut enim videns & cęcus in Sole stantes, videns claritate Solis videndo fruitur, cœcus lumine eius priuatur, & quanuis præsentia Solis vtrique æque asit, tñ eius præsentiam non æqualiter vterque sentit: sic Deus hos tantum inhabitare dicitur, qui eius præsentia facie ad faciem uidēdo ut angeli, aut per cō templationem speculando ut iusti in hac uita fruuntur: in his autem non esse dicitur, qui eius uisione priuantur. Vnde & intra nos regnum cęlorum esse prædicatur, quia visio Dei omnipotentis, quæ regnum cęlorum, idest, iustorum nominatur, in angelis & iustis contemplatur. Hæc etiam uita æterna appellatur, quia beati in præsentia deficientis uitæ plene perfruuntur, & nunquā nec morti, nec ullis doloribus ministris mortis subiacere permittuntur. Ad hoc nanque creati sunt ut æternaliter uiuant, & æternam uitam æternaliter aspiciant. Hæc quoq; cęlestis ciuitas nuncupatur, quia unanimitas illorum ciuium ad uidendum regem gloriæ in decore suo congregatur. Hæc nihilominus Hierusalem cognominatur, quia uisione semper manentis pacis satiatur. Hæc paradisus vocitatur, quia omnimoda omnium delitiarū abundantia iocundatur. Hæc quoque superna patria nominatur, quia omnes iusti hanc visionem, vtputa filij Dei, hæreditare non dubitantur. Cū ergo sanctos in oratione inuocatis, sic oportet de eis cogitare cōstitutis in gloria æternæ claritatis, ſ. splendidissima lumina longe præ solis fulgore lucentia, qui omnia bona pleniter in Dei uisione habeant, & cunctis se inuocantibus potenter subue-

Magnitudo intellectualis.

De cognitione illuminationis.c.8.

1.Tim.6.

De variis noīb. bīē visionis, qua iusti Deū vident.c.9.

Iac. 1.

niant. FRA. Sol æternus ad quem videndum nos tua dulcis oratio perduxit, & cuius sere na lux in cordibus nostris per tua verba illuxit, ipse te de tenebris exemptum in lucis regione constituat, & inter luces quas prædicas, te lucentem præsentia suæ visionis perenniter frui tribuat. MAG. Siquid per me probabile profertur, nolo vt inde mihi, sed Deo, cuius donum est, gratia referatur, qui sæpe per abiectos seruos ad hæreditatem suę visionis filios suos cõuocat, & per hostes de exilio ad patriam iter salutis amicis prænotat. Et bene nostis aliqñ deformem formoso speculum, imo cęcum videntibus lumen tenuisse, ac claudum sanis gressu viam ostendisse. FRA. Nos quoq; propter ea quæ audiuimus, perenni Deo grates referimus, cuius visio per te nobis innotuit, & qui talem thesaurum carnalibus abscõdit, eũ per te nobis protulit. Sed quia pondus carnis animam agrauat, ecce iterum carnalis cogitatio mentem diuina contemplantem pulsat. Cum.n. superius ratio vnum Deum verissime esse demonstrauerit, & ipsum solum cuncta ex nihilo fecisse probauerit, qũo quasi tres deos adorare docemur, dum patrem perfectum Deum, filium perfectum Deum, spiritumsanctum perfectum Deum, confiteri monemur? Dum enim subdistinctæ tres personę distinguuntur, quid aliud quam tres dij a nobis intelligũtur? MAG. In ipsa veritate se demonstrante & ratione probante, citius videbitis necessariã in vna essentia personarum Trinitatẽ, itẽ per omnia necessariã in tribus personis indiuiduæ substãtiæ vnitatem cum iam superius ænigmatice de Deo loquerer, quia non poterã proprie, quid dixi essentiã Dei esse? FRA. Lucem. MAG. De luce quid gignitur? FRA. Splendor. MAG. Quid in luce & splendore consideratur? FRA. Calor. MAG. Num in substantia lucis, splendoris, & caloris inuenitur diuersitas? FRA. Non, sed identitas. MAG. Num in vocabulis vel officijs p̃dicatur identitas? FRA. Minime, sed diuersitas: nam lucis vocabulum ipsam substantiam, splendoris vocabulũ lucis gratiam, caloris vero vocabulum videtur exprimere lucis efficaciã. MAG. Igitur patet tria vocabula diuersa vnam constare indiuiduã essentiam. FRA. Per omnia patet. MAG. Sũmum spiritum patrem lucem appellari habetis in Ioanne Apostolo. Deus lux est, & in eo tenebræ non sunt vllæ. Summum quoq; spiritum filium splendorem nuncupari habetis in alio Apostolo, Qui est splendor substantiæ eius. Sumũ nihilominus spm̃ sanctum calorem nominari apud Moysen, Deus noster ignis est. Cum itaq; lux, splendor, calor vna sit natura & indiuidua substantia, vocabula vero diuersa, constat profecto patris & filij & spiritussancti vnã naturã indiuiduãq; essentiam esse, dũ in eo quod significat quid sit, substantialiter spiritus nominatur: & item in personis diuersitatem necessariam, dum pater gignens, filius nascens, spiritussanctus ab vtroq; procedens prædicatur. FRA. Planè Trinitatẽ in personis perspicue videmus, & necessariam in substantia vnitatem euidenter tenemus. MAG. Ideo vigilantissime hæc duo nomina, s. substantia & persona diuinæ essentiæ coaptantur, quia semper substantia de indiuiduis prædicatur in pluralitate consistentibus: persona aũt de indiuidua rationali natura prædicatur, cum nos soleamus personis pluralitatem, substantiæ aũt designare essentię vnitatem. FRA. Qua similitudine vocatur æterna lux pater? MAG. Quia ex se ꝑplem genuit æqualem. FRA. Nonne si magis matris nomen cõuenire videretur? MAG. In patre est semper principalis causa prolis, & ideo à principali sexu debuit iure hoc nomine appellari. FRA. Qua similitudine dr̃ gignens? MAG. Certum est ꝙ mens gignit cogitationem. Cum aũt mens seipsam cogitat, quasi aliam sibi similẽ generat. Sic summus Deus cũ seipsum talem qualis est cogitauit, proculdubio similem sibi per omnia imaginem generauit. Et sicut gignẽs iure pater vocatur, ita rectissime genitus filius nominat. FRA. Si Deus filium genuit, vr̃ aliqñ fuisse, ꝙ filium non habuerit, & hoc nomen ex accidenti possederit. Quod si hoc ita est, superior probatio labefactatur, qua Deo nihil accidentale, sed totũ essentiale prædicabatur. MAG. Iam docuit ratio, Dei essentiam esse æternam vitam, initij & finis nesciam. Quod si hæc singularis vera vita absque initio semper fuit, constat ꝙ & absque initio semper se viuere intellexit. Quod si se viuere non intellexit, sapiens non fuit, ꝙ nefas est de Deo dicere. Quod si aliqñ sapientiam aliunde accepit, qua prius caruit, tunc id a quo tantum

bonum

De necessaria per sonarum Trinitate in essẽtiæ vnitate. Cap. 10.

Vnde substantiæ & personæ noia adhibita trãsferantur, & vnum pater dicatur vel gignens. Cap. 11.

De coeternitate filij ch̃pa tre. c. 11.

1. Ioã. 1. Heb. 1. Deut. 4.

bonum accepit Deo melius extitit, ꝙ absurdisimum est. Sed si sempiterna vita semper se viuere intellexit, hæc intelligentiæ sapientia non aliunde ei accidit, sed semper ei coessentialis fuit, quanquam hanc ex se ut prolem suam ineffabiliter genuerit: igitur pater nunquam fine filio extitit. FRA. Qua similitudine splendor æternæ lucis filius uocatur, non filia? MAG. Quia per omnia similitudo patris in eo exprimitur, unde & similitudo eius dicitur. Nihil.n. in rebus creatis ad integrum eius similitudinem seruat a quo nascitur. Capilli nanque a capite nati sunt capiti dissimiles, poma ab arboribus nata sunt illis dissimilia, lana dissimilis ouibus. Fętus animalium, vel ipsi filij hominum, non per omnia similes quantitati genitorum. Hic autem per omnia gignenti est simillimus, & ideo uerissime non filia, sed filius uocatur. FRA. Qua aũt habitudine filius uerbum uocatur? MAG. Tripliciter uerbum intelligitur: uerbi gratia, Cum hoc uerbum homo, homo profert ore, aut cum idẽ uerbum homo, absque motu linguę in corde suo format, aut cum res ipsa quam significat illud uerbũ homo, qualis sit intellectu cogitatur. Hoc tertio modo Deus uerbum sum genuit, cum seipsum cogitando dixit. Et quia totam mundi formam eadem cogitatione creauit, ideo dicitur, ꝙ omnia in uerbo suo fecerit: unde & de creatione mundi legitur. Ipse dixit & facta sunt. Nihil.n. aliud est filius uel uerbum Dei, quã cogitatio uel ars uel sapientia eius. Nẽpe cum nos aliquam rem cogitamus, ipsius rei imaginem in cogitatione nostra formamus: sic Deus cum seipsum cogitauit, similẽ sui per omnia imaginem formauit: ideo hoc uerbũ imago uel similitudo Dei dicitur, sed nihil aliud nisi eadẽ essentia exprimitur: unde & hoc uerbum dicitur quasi uere bonũ. FRA. Quare dicitur, Omne quod factũ est, in ipso uita erat? Num lapides qui stolidi sunt, in uerbo Dei uiuunt? MAG. Omnis creatura trifarie subsistere dicitur, In Deo, in seipsa, in nobis. In Deo uita immutabilis, in seipsa substantia commutabilis, in nobis similitudo rerum imaginabilis: uerbi gratia, Lapis in se ipso est substantia mutabilis, quia in calce cõmutabilis, in nostra cogitatione similitudo lapidis, in arte Dei essentia interminabilis, uitæ durabilis. Cum.n. artifex domum facere cogitat, iam domus in ipsa arte uiuit, quam postmodum manus ędificat. Sed illa quam manus erigit, corruet: illa uero q̃ in arte uiuit, permanet. Nihil quippe aliud est ars quam anima, & anima nihil aliud quã ars eius: & ars eius nihil aliud est quam ipsa uita: sic uerbum Dei nihil aliud est quam ars eius, & ars nihil aliud est quam ipsa uita, & in hac cuncta immutabiliter permanebunt, q̃ in substantia sui mutabilia deficiunt. FRA. Cum euidens ratio idem uerbum cum patre & spiritu sancto, unam & individuã substantiam inexpugnabiliter probauerit, quomodo solum incarnari potuit? Si enim a patris & spiritussancti essentia est separatum, & sic singulariter in humanitate, constat profecto quod patris & filij & spiritussancti substantia non est individua, quæ potuit pati separationis discrimina. MAG. Sicut sempiterna uirtus diuinitatis per ea quæ facta conspiciuntur, potest intelligi, sic hoc profundum mysterium & occultum, per ea quę in nobis geruntur ratione perscrutante poterit inspici. Notum est enim quod humana mens uerbum cõmunis locutionis ex se cogitando gignit, & idem uerbũ in mente & in memoria simul una essentia existit. Cum uero mens uerbum suum alijs innotescere cupit, cum eadem cogitatione quæ nihil aliud est, quam uerbũ suum, & cum memoria disponit, ꝙ idem uerbũ corpus uocis induit, & auribus audibile, & cordibus audientium uisibile procedit, & etiam literis corpus suũ ligari & uideri permittit, & tñ inuisibile manens, de essentia mentis & memoriæ non recedit. Non ergo mens neque memoria, sed solum uerbũ singulariter sonuit per corpus uocis sensibile, & tñ inseparabiliter mãsit in essentia mẽtis & memoriæ inuisibile. Sic sũmus pater uerbũ suum seipsum cogitando genuit, ꝙ in patris & spiritussancti essentia simul coessentiale subsistit: sed tñ nec pater nec spiritussanctus, sed solũ uerbũ ꝙ est patris filius singulariter humanũ corpus iduit, se hominibus sensibile exhibuit corpus sumptũ indigna pati permisit, & ipsum inseparabiliter in essentia patris & spiritussancti inuisibile & impassibile permansit. FRA. Qua aũt similitudine amor Dei spũssanctus nominatur? MAG. Dei essentiam dixi esse uitam, uera aũt uita se uiuere intelligit, & si se uitã intelligit,

Vnde filius dicatur splendor æternæ lucis, & non filia. c. 13.

K

Quare verbũ dicatur filius, & de triplici verbo. Cap. 14.

Psal. 32.

De creaturarum trifaria subsistentia. c. 15.

L

M

Quõ solũ verbũ incarnari potuit. cap. 16. Rom. 8.

A

Quare amor Dei spũs nõ natur & sã etus. c. 17

intelligit, se vtiq; diligit, Dei aũt viuere, intelligere diligere, nihil est aliud quam existere. Dilectio ergo Dei est vita, & vita est spũs. Et quia Deus per dilectionem cũctis esse vel viuere tribuit, idcirco spũs nũcupatur. Ideo aũt sanctus additur, quia cuncta per eum sanctificantur. FRA. Qualiter probatur hic spũs à patre & filio procedere? MAG. Nihil aliud spirituſſanctus, quam amor Dei intelligitur, vnde & Deus charitas dicitur. Constat aũt quia pater filium vt seipsum diligit, & itẽ filius patrem tanquam seipsum diligit. Vita nanque diligit se sapere, & iterũ sapientia diligit se viuere: vitæ aũt & sapientiæ probata est vna essentia esse. Igitur dilectio vel amor vel charitas, ꝙ est spirituſſanctus, in substantia patris & filij coessentialis exiſtit, & ideo ab vtroq; æqualiter procedit. FRA. Si spirituſſanctus patri & filio coessentialis exiſtit, qũo ab indiuidua substantia separari potuit cum in specie columbæ super dñm, vel in forma ignis sup Apostolos apparuit? MAG. Sanctiſpiritus substantia non in columbam vel ignem est transmutata, ſicut nec verbi in carnem est transformata: sed spirituſſanctus columbæ corpus condidit, in quo se ad horam super corpus sibi inseparabiliter vnitũ, ad testimoniũ hominibus visibilem prębuit, ipse vero inuisibilis in essentia patris & verbi inseparabiliter permansit. Animas quoq; discipulorũ interius possidens, foris speciẽ ignis vel luminis oculis hominum pro signo exhibuit, & tñ à substantia patris & filij non recesſit. Profecto insinuans ꝙ pater & filius per eũ pctã consumunt, & in eorũ amorem hominum corda per ipsum accendũt, & ꝙ impios per eũ iudicabunt, iustos vero lumine vitæ in ipso glorificabunt. FRA. Qũo cõstat has personas esse coæquales? MAG. Deus est summa vita, summa sapientia, summa dilectio. Quantũ ergo vita viuit, tñ se intelligit, & tñ se diligit. Si n. non tñ se intelligit, quantum viuit, nequaq; summa sapiẽtia erit: & si non tñ se diligit quantum se intelligit, summa dilectio minime exiſtit. Sed cũ ipsius substantia veriſime summũ bonũ sit, summa aũt vita & summa sapientia, & summa dilectio, non nisi in summo bono inueniri possint, necessario sequitur tres personas, patris gignẽtis, filij geniti, spiritusſanctí procedẽtis, per omnia esse æquales, & in vna eademque indiuidua substantia summum bonum exiſtentes. FRA. Cur in his vocabulis magis deitas veneratur, quam aliarum virtutum, cum misericordia & iustitia, & cęteræ virtutes eius essentiæ assignantur? MAG. Quia illa sunt ei proprie secundum se substantialia, ista vero secundum nos ei accidentalia. Misericors nanque inde dicitur, non quod miserum cor habeat, sed omnem miseriã longe à Deo esse ratio probat, Iustum autem humana locutio nominat, qui bonis bona, malis mala recompensat. Verũ, quia Deus misereris in miserijs subuenit, nomen misericordis & misericordiæ accipit, quamuis si nunquã aliquis miser fuisset, cui misericordiam impenderet, non minus tñ in substantia sui ipsa misericordia existeret. Quia vero iustis largitur præmia, iniustis irrogat supplicia, iustè vocatur iustus vel iustitia, tamen si nullus foret, cui vel gloriam vel pęnam impenderet, non minus ipse iustitia existeret. Sic de cęteris virtutib. sentiendum est. FRA. Hinc maxima videtur quæstio suboriri, si misericordia Dei non potuit dinosci nisi per miseros, & iustitia eius sciri nisi per damnatos, videtur ineuitabiliter sequi, quodã necessario miseros factos, p quos misericordia Dei manifestaretur: ꝙ si ita est, tunc frustra prædicabitur malum nihil esse, cum nihil possit peius excogitari, quam miseria & damnatio: & si hoc per validissima rationis argumenta nõ infirmabitur, iam Deus summum bonum minimè cognoscitur, imo author esse tanti mali conuincitur. Porro si noluit vel non potuit ostendere suam misericordiam, nisi in miseris, iustitiam, nisi in damnandis, quis non videat sequi eum maleuolum vel impotentem, in vno ꝙ bonum nisi per malum ostendere noluerit, in altero quod aliter facere non potuerit? MAG. Quis demens hæc præsumat dicere misericordiam & iustitiam Dei, nisi per miseros, & damnandos manifestari non potuisse, cum manifeste constet nos occultas diuitias, non solum per egentes, sed etiam per abundantes, demõstrari posse? Si enim occultam habuero pecuniam non ideo necesse erit quenquam pauperem exisſtere, cui largiendo eam manifestã faciam, cum idipsum diuiti tribuendo facere queam: sed potius si quilibet pauper exisſtẽs ad me venerit, de occulta pecunia ei misericordiam

De spũsã Io. c. 18. 1. Ioan. 4 Mat. 3. Act. 2.

Cur æqualitas personarum deitatis notæ potiss. bono reſ. c. 19.

Si malum esse nihil ſer vellã natu, ad hoc Deus suã miſericordiã vel iuſtitiã poſſe videre. Cap. 20.

Malum quid ſit, & quod in regno Dei nihil inordinatũ relinquitur.

sericordiam impendi oportebit: Sicque eius experientia me largum & locupletem comprobat, quod idem in diuite posse fieri constat, quanuis diuitis aut pauperis scientia vel experientia nihil mihi vtilitatis, vt puta omnia bona habenti conferat, ipsis autem vtilia, immo necessaria me habere eis scire & experiri multum expediat. In hunc quippe modum si nullus aliquando miser vel damnabilis fuisset, Deus omnipotens misericordiam
G & iustitiam in angelis & hominibus, non minus manifestare potuisset, de sua videlicet abundantia eis misericorditer largiendo, qđ minime haberent, presertim cum omnis creatura à se nihil omnino habeat, sed omnia ab ipso fonte omnium bonorum accipiat, ac dona sua in suis iuste conseruãdo, quę ab eo accepissent. Et ideo non erat necesse vt vel angelus damnationẽ ad manifestandam Dei iustitiã, vel homo miseriã ad declarandã Dei misericordiam inciderent, cum vtrumque instantibus angelis declarauit, misericordiã videlicet, eos a lapsu conseruando: iustitiam, eis prẽmia dando. Quia aũt libera voluntate angelus vel homo à Deo apostauerunt, misericordiam & iustitiam quasi prius occultam, manifesteexperti sunt, dum illum iustitia manifeste damnauit, istum misericordia misericorditer de miseria liberauit. Et cum in hac experiẽtia nihil Deo vtilitatis accreuerit, in quo plenitudo omnium bonorũ ante omnem creatam creaturam fuerit, sequitur qđ nulla necessitas, sed sola volũtas eos ad miseriam compulit. Deum aũt authorẽ mali non esse hinc aperte constat, ꝙ ipse omne malũ damnat. Porro ꝙ malum non subsistat, euidens ratio probat. Omnis enim substantia bona est, sed malum bonum non est, igitur malum substantia non est, sed priuatio boni est. Videtur autem malum quoddam agendi vel patiendi accidens. In actu quidẽ, dum inordinate agitur: in passione autem, dum inordinata actio bene ordinabitur. In regno quippe cuncta ordinantis nihil inordinatum relinquitur. Est aũt rectus rationalis creaturę ordo, vt caduca respuat, mansura appetat, ho-
H mines in anima immortales diligat, Deũ summam bonum prę omnibus amans, eius volũtati obediat. Sed qui summum bonum contemnunt, caducum mundi bonum diligunt, suas animas despiciunt, sicq; malum faciunt. Hoc vero malum ordinabitur, dum hæc actio in passionẽ mutabitur: nam dum tales & summo & caduco bono priuantur, necesse est vt asperis, quę blanditijs contraria sunt, afficiantur, quę tñ in seipsis nõ sunt mala, sed à patientibus videntur amara: igitur per naturam nihil est malũ. Deũ aũt summum bonũ hinc constat, ꝙ malis & reis quasi contra iustitiã misericordiam suam prerogat. Nempe a fonte summi boni talis iustitia manat, quia iure Deus indignis misereri debeat: qui etiã in hoc beneuolus comprobatur, quia solus tot bonis frui noluit, sed ex nihilo tot substantias protulit, quibus bonę glorię distribuit. Omnipotens vero, immo ipsa hęc omnipotentia hinc determinatur, ꝙ tantam machinã rerum cum omnibus quæ sunt, potuit ex nihilo formare, & omnis creatura cũ ad inconueniens nõ flectit, sed quicquid est nutui suo paret. Hęc est tota munitio nostrę propositionis, subruta arce manifesti erroris. FRA. Vtile est munimen erroris subrui, & arcem I
veritatis cõstrui, cuius fundamentũ qa super omnia creantem stabiliter locasti, superest vt machinã super originẽ creaturę consolides, ac finẽ mũdi initio cõtinuando ędifices, culmenq; in alto regni cęlorũ cõsummes. Itaq; rõne probãte nobis insinua, vtrũ vniuersitas creaturæ ex creatoris substantia, an ex aliqua præexistente materia, an ex nihilo sit condita. MAG. Huius structurę cõgeriẽ hic artifex corroborabit: cuius opus nullius argumenti molimẽ cõquassabit. Ex substãtia creatoris se eẽ ipsa creatura negat, & euidens rõ totis armis suis repugnat. Deus nãq; est immutabilis oĩs aũt creatura mutabilis, quę si ex immutabili natura processisset, consequenter & ipsa immutabilis perdurasset. Porro si corruptibilis natura ex substantia Dei prodijt, sequitur ꝙ Dei essentia corrumpi possit: quam cęce mentis insaniã iacula rationis confodiunt, & a psentia veritatis lõge reijciũt. Quod aũt ex nulla substãtia materia cõdita sit, hinc cõstat, ꝙ nihil præter Deũ fuerit. Restat ergo ꝙ vniuersitas creaturę ex nihilo creata sit, non qđ nihil aliquid sit, sed quod nõ aliquid fuit, hoc aliquid creator esse fecit. Tamen ante creationem totius creaturę, imago in verbo, ideſt, in arce Dei fuit, ad cuius exemplar vniuersitas in creatione prorupit. Sicut enim pictor varietatem picturæ prius in mente fingit, ad

cuius

Si malum esset misericordiã vel iustitiã posse. Cap. 20.

Malum quid sit, & quod in regno Dei nihil inordinatũ relinquitur.

Vnde creatura sit condita. Cap. 22.

cuius similitudinem postmodũ visibilẽ pictu
ram pingit: ita Deus vniuersitatem creaturę
prius sapientia sua formauerat, secundũ quã
formam cuncta per multimodas species crea
K uerat. Sed pictor picturam mente cõceptam
in re non existentem, per colores & per in-
strumenta extrinseca ad esse producit: Deus
autem vniuersitatem creaturę in sapientia sua
nullam quidem substantiã existẽtem, per nul-
la instrumenta in tot substantias produxit, &
ideo ex nihilo omnia fecit, & tamen quasi nõ
ex nihilo sed ex aliquo visibilis mundus pro-
cesserit, dum instar archetypi mundi formas in
Propositio quinque difficiliũ quæstionum. Cap. 23. duit. FRA. Iam egregia turre in altum surgen
te disceta ratio tenebras erroris vndiq; verũ
eliminet, præclaram structuram serena verita
tis luce clarificet, ac nobis inclytę ædis opus
mirantibus aperiat. Vtrum creator in crea-
ra, an creatura in creatore, an vterq; vtroq;
consistat: an potius creator extra creaturam
alicubi in aliqua gloria substãtialiter maneat,
an creaturam per se existentẽ potentialiter re
pleat, an dimidius in mun-
do: an aliquando totus in cęlo, aliquando to
tus in mundo subsistat: an per singula loca di
uisus, an in omnibus locis totus existat: an a-
liquando in hoc loco, aliquando in alio lo-
co sit: verbi gratia, heri Hierosolymis, hodie
Carthagini, cras Romę morari credẽdus sit,
an extra omnem locum & extra omne tem-
pus semper vbique sit. MAG. Sicut Sol exo-
riẽs quasi suis innumeras rerũ formas tenebris
obsitas cunctas sua præsentia irradiat, ita po-
tens ratio, licet multiplices nimiumque per-
plexas vestras propositiones perspicaci intui
tu singulas disterminat, resq; profundissimas
de obscurissimis latebris protractas perspi-
Responsio ad primã & quod creator in tota creatura consistat. Cap. 14. cue elucidat. Quod creator in tota creatura
existat, omnis creatura probat, quę se nihil
a se, a Deo autem esse & bonum habere cla-
mat. Deus namq; & summa essentia & sum-
mum bonum, omnis autem creatura per eũ
subsistit: omnis vero substãtia bona est, quia
ex summo bono est. Vbi autem Deus nõ est,
L ibi nihil est: vbi autem aliquid substantiale
est, ibi Deus est, ergo in omni creatura Deus
existit. Hic fortasis infirmus animus dicit a-
pud se, Si Deus in omni creatura est, tunc est
in cęlo, & in inferno, & in brutis animalibus
& in dęmonibus, quæ vtique creaturę sunt.
Hic nullam inconuenientiam ratio aperta
probat, quę in his omnibus bonum probat
& considerat. Cęnum quippe res aliqua est
permista cũ alia, vtpote terra cum aqua, vel
cum alia huiusmodi terra autem bona est,
quia substantia est: & aqua bona est, quia
substantia est. Infernus quoque dicitur es-
se igneus, & ignis est bonus, quia substantia M
est. Bruta etiã animalia singula in genere suo
ad aliquid vtilia sunt, & ideo bona sunt. Dę-
mones nihilominus in eo quod angelica sũt
natura, boni sunt, igitur cum constet hæc sin
gula in bono subsistere, necessario sequitur
Deum, qui solus bonitas est, in omnibus es-
se. Sed & omnis creatura Deum sibi ines-
se per aliquid sentit. Angeli enim & vniuer-
sa viuentia Deum sibi inesse sentiunt. Deus
quippe vita est, & omne quod viuit ita viuit,
Non enim angelus magis viuit quam vermis
licet ille sit immortalis, iste mortalis. Nec an
gelus magis subsistit quam vermis, quamuis
illius substantia sit æterna, istius autem cadu-
ca. Corpora autem cęlestia, sicut Sol, Luna, *Quod omnis creatura Deũ sibi inesse sentiat.*
sydera Deum in se sentiunt, dum per eum lu-
cent, & subsistunt. Arbores & herbę Deum in
se sentiunt, dum per eum crescunt & subsi-
stunt. Lapides vero Deum sibi inesse sentiũt,
dum per eum subsistunt. Dęmones sibi Deũ
adesse sentiunt, dum per eum viuunt, & sen-
tiunt quod iudicio Dei iusta mala in pęnis
luunt. Deus enim iustitia est, & vbicunque
iustitia exercetur, Deus ibi esse creditur. Sic
denique adest Imperator latroni dum eum
damnat, sicut militi dum eum remunerat. Et
nemo opinetur Deum sordes mundi abomi-
nari, sed solum peccatorum sordes nouer-
it eũ execrari, nec eũ vllo modo posse vlla
re commaculari, sicut nec radiũ solis vlla im
munditia sordidari. Ois aũt creatura in crea- *Quod in creatura in creatore existere reprobatur. c. 25* A
tore hinc existere cognoscitur, q̃ extra Deũ
nihil esse creditur: sed tñ non sic est in eo, vt
sit eius substantia vel pars eius essentiæ, vt cor
est in animali vel pars aãlis, sed vt lucernæ
lumen in Sole non est eius substantia, neque
pars eius essentię. At aliquis stultus hic pro-
rũpit & dicit, Si lapis est in Deo, & Deus est
in lapide, ergo lapis est Deus. Non vtiq; sequi
tur, vt oẽ quod est in altero sit illud in quo
est: nã vinũ est in vtre, non tñ vinum est vter.
Sol quoq; in speculo, & speculum in Sole,
& tamen neutrum est illud quod aliud. Sicut
aliquis Romę positus, si cognitione totam

ciuita-

ciuitatem illuminaret, totã vrbem cũ populo imaginando menti ſuæ includeret, rectè diceretur Roma in eius anima & eius aĩa in Roma eſſe, nec tñ eius ſubſtantia eſſe: ſic profecto Deus in omni creatura, & oĩs creatura in eo rectiſsime affirmatur, & tñ neuter eſt ꝙ eſt aliud, ſed hic creator Deus immutabilis veriſsime prædicatur. Sed quia nos in tenebris nati ſumus, lumen veritatis videre nõ poſſumus. Mundũ hunc ſuper abyſſum fundatũ: Deum aũt in cęlis cũ angelis locatũ cogitamus, & extra hunc mundũ nihil niſi tenebras eſſe putamus, ſed potius viſus mentis noſtræ veræ lucis magnitudine hebetatur: ſicut corporeus oculus fulgore Solis reuerberat, & tenebræ noſtræ tantam claritatem cõprehendere, & ſua caligine cordis intuitu eam nos contẽplari præpediũt. Nempe totus hic mũdus inſtar breuiſsimi puncti intra Deum collocat: ſereniſsima aũt lux maieſtatis eius extra vndiq; verſum in immenſum diffunditur. Deus quippe vniuerſa ſupra & infra, interius & exterius, & in circuitu eſſentialiter replet, & nullius creaturę intellectus intermi nabilem eius ſubſtãtiam vlla cogitatione excedit. Hoc iterũ infirmum intellectũ ſcandalizat, & tacitus apud ſe volutat, Si cuncta in Deo ſunt, ergo & lupi & ſerpentes & dęmones in eo ſunt. Hic vt ſupra nulla inconuenientia cõprobatur, dum in his omnibus bonum reperiatur: Omne aũt bonũ in Deo eſt, extra quem nihil. Sed quæritur, cur aliqua creatura quicq̃ mali patiatur, & non potius tota æqualiter bono fruatur, ſi Deus qui eſt ſummum bonum, in omni creatura eſſe declaratur. Sed ſciendum eſt, ſicut anima per totũ corpus diffuſa, in ſingulis membris tota conſiſtit, non tñ tota ſingulis membris adminiſtrationis ſuæ munera tribuit, ſed oculo tãtum videre & non audire, auri aũt audire & non videre, & cęteris in hunc modũ: mẽbrũ aũt cui donum vegetationis ſubtrahit, ſtolidũ & inutile remanebit, & hoc malum pati, vel nihil pati affirmatur, quia bono priuat: ſic Deus per omnia diffuſus in ſingulis totus conſiſtit, non tñ ſingulis cuncta dona gratiæ ſuæ tribuit: ſed ſingulis, prout ſibi placuerit, lapidi tñ eſſe & non viuere, arbori creſcendo viuere, non ſentire, beſtijs ſentire, nõ diſcernere, angelis & animabus diſcernere, & immortales exiſtere. Cui aũt aliquid horum ſubtraxerit, protinus in corpore vniuerſitatis inutile erit. Et cum ei bonum ꝙ naturæ blandum eſt, ſubtrahitur, mox ex neceſsitate amaro, ꝙ ei contrarium eſt afficitur, vt homines in mũdo, dęmones in inferno: ſicq; malũm pati prędicatur, dum bono priuatur: ſicut cęcus in Sole poſitus tenebras pati dicitur dum luce non fruitur. Cur autẽ Deus vni creaturæ dulcedinẽ ſuæ præſentiæ perfruendã exhibeat, alteri ſubtrahat, ratio nullo acumine penetrare valet, ſed terribilem Deum in iudicijs ſuis ſtupet. Item quæritur, ſi Deus in omni creatura, & omnis creatura in eo eſt, qũo aliquid deficiat & non potius totum in vno ſtatu permaneat, præſertim cũ immutabilis Deus cuncta contineat. Sed ſciẽdum eſt, ꝙ in hoc creator a creatura diſcernitur, dum hic immutabilis, hæc aũt multũ inſtabilis cernitur: cuncta autem æternitate imitantur, dum deficiendo, & iterum recreſcendo, & iterum quaſi in circulis exiſtentię ſemper rotantur. Quia.n de nihilo originem ſimpliciter ſumunt, in nihilum recurrere, & quaſi extra Deum exire cupiunt, ſed quia exitum non inueniunt, quaſi in circulos reuoluta rurſum ineſſe redeunt. Cœli quippe & ſydera ſemper in circulos ſuos reuoluũtur: aquæ iugiter fluendo quaſi peracto circulo in fontes ſuos reuertuntur. Arbores, herbæ animalia creſcendo, ſeneſcendo, putreſcendo, iterum recreſcendo, quodãmodo circulo circumaguntur. Hoc quoq; modo cuncta per ſe in nihilum tendunt, ſed per continentiã Dei ſemper in datam naturam reuerti contendunt. Item quæritur, ſi homo in paradiſo perſtitiſſet, vtrum hæc cuncta vt nunc mutabilia fuiſſent. Proculdubio cuncta cum labili tẽpore vt nunc vices ſuas creſcendo, deficiendo, naſcendo, moriendo ſeruaretur, ipſe in vno ſtatu ſtabilis, & dñs omniũ perduraret: quia vero peccando inſtabilis extitit, ipſe cũ tempore & caducis rebus labi cępit. Fugatis tenebris de ſtructura ſacræ ædis, iam ad diſſoluendas machinas contra eam erectas attingamus. Deum alicubi eſſe ſubſtãtialiter & vbiq; potentialiter, repugnat firmitati totius iã elaboratæ diſputationis, & ſubruitur impulſu euidentiſsimæ rationis. Si.n. alicubi & non vbiq; ſubſtantialiter eſt, tunc circunſcriptus eſt & localis: & ſi localis eſt, tunc corpus eſt: & ſi corpus eſt, concluditur non

Quodnis creatura Deũ ſibi ineſſe ſentiat.

Cur non tota creatura æqualiter bono fruatur. c. 25.

Quod in creatura in creatore exiſtit, re probatur. c. 25.

Cur non tota creatura in vno ſtatu permaneat, eum in Deo ſit quiimmutabilis &. Cap. 27.

Reſponſio ad reliquas q̃ſtiones ſuperius propoſitas cap. 28.

non esse Deus. Amplius, si Deus loco continetur, tunc locus qui eum continet, maior & melior est illo: maior, quia Deum includit: melior, quia tantum bonum continet. Porro si in cælo est substantialiter, in mundo autem potentialiter, tunc eius essentia est aliud quã potentia, & sequitur quod hæc potentia & ex accidenti aduenerit, q̃ superius ratio a facie veritatis repulit. Si autem dimidius est in cælo, & dimidius in mundo, tunc
E creatura continet creatorem, & includit in se suum factorem. Si autem aliqñ est in cœlo, aliqñ in mundo, tunc mutabilis conuincitur, quia de loco ad locum mouetur. Amplius, si Deus aliqñ est in cælo, & non in mũdo, tunc ibi tantum aliquid est, vbi ipse, alibi autem nihil est: vbi.n. Deus non est, ibi nihil est. Si. n. per singula loca est diuisus, tunc cõstat ex partibus, & sequitur quod sit pasibilis, qui per loca est diuisibilis, & etiam solubilis. Omne.n. quod partibus constat, dissolui poterit. Si autem in singulis locis est totus, tunc tot sunt tota quot loca: omne.n. q̃ vno loco totum includitur, eius nulla pars in alio loco esse conuincitur: & sequitur, q̃ Deus loco concludatur, qui cuncta pugillo concludere prædicatur. Quod si secundũ vices temporũ mutatur, & heri in vno, & hodie in alio, cras in tertio loco commoratur, tunc temporalis est, & iam præteritum amisit, futurum adhuc non habet, sed & cuncta accidentia in eũ concurrunt. Huius falsissimæ opinionis machinamẽta facile dissoluũt huius sacræ turris instra. Dei potentia nihil aliud est quam eius essentia, ideo Deus non alicubi est determinate, sed vbique essentialiter est. Deus quoque immensus est, locus autem, s. spatium q̃ quodlibet corpus occupat, altitudine, latitudine, longitudine mensuratur. Et quicquid est locale, per anterius & posterius, per dextrorsum & sinistrorsũ, per sursum & deorsum circũscribitur. Deus
F ergo nec partim in mundo, nec aliqñ totus in cælo, nec aliqñ in mundo, nec per singula loca diuisus, nec in singulis disiuncte totus: sed extra omnem locum replens, & in se continens cunctam creaturam penetrans, & vniuersa per substantiam cõtinuans vbiq;, s. in omnibus & extra omnia est totus, sicut lumen lucernæ in oculis omnium astantiũ totum lucet, & in seipso totũ manet, non a seipso recedit vt ad p̃sentes perueniat, nec vnũ relinquit vt alij luceat, sed potius singulis & omnibus simul totũ lucet, & in seipso totum manet: sic Deus vbique & in omnibus est totus, & in seipso permanet totus, & a se non recedit, sed cuncta in se colligit. Hic quæritur, cũ Deus loco non includatur, qũo Christus totus in virginis vtero, totus in cælo prę dicetur, cum vterus virginis locus non dubitetur. In cœlo totus fuit in patris essentia, vt in anima tota sapientia. In virginis vtero totus, vt verbum totum in voce. Deus enim initio & fine caret, & ideo omnino æternus manet. Igitur nihil ei fuit præteritum, nec futu- G rum recipit, sed extra omne tempus præsens & semper vbique existit, vnde & est, cognominatur, quia æternitas existens, omnia tempora disponens, nullo tempore variatur. En machina vestræ multiplicis ꝓpositionis currit, nullum accidens cadit in Deum. F R A. Huius ruinam non molestе ferimus, sed ad fragorẽ eius potius fautores applaudimus, quia per huius casum turris introitum speramus. Sed cum hæc machina sit disiecta, ecce alia structura contra turrim stat erecta. Superius dictum est, q̃ solus Deus sit immortalis, solus inuisibilis: Num angeli vel animæ mortales sũt, aut dus est angelis inuisibilis, de quibus dicitur, q̃ semper vident faciem patris? MAG. Mutabilitas est quædam mortalitas, dum.n. quid de præterito in futurum mouetur, quasi præterito moritur. Deus solus est immutabilitas, quia nihil præteriti ei decidit, nihil futuri accedit, sed quicquid est vel fuit, vel erit, totum sibi præsens adest: & sicut non potest cogitari q̃ aliquando initiũ habuerit, ita quoque non potest cogitari q̃ vnquam finiri possit. Angeli autem mutabiles sunt, quia de præterito in præsens, de præsenti in futurũ mouentur. Præteritũ quippe habent, futurum nondũ habent. Constat.n. q̃ socios angelicos olim admissos non habent, & q̃ adhuc cõsortio sanctorũ in terra H peregrinantiũ carent, ꝑterita memoria recolligunt, futurũ præsciendo intelligũt. Et sicut potest cogitari q̃ aliqñ cęperunt, ita ét pót cogitari q̃ finiri possint. Sed cũ & ipsi creaturam in se mutabilem considerant, quodãmodo a statu immutabilitatis degenerant: talis mutabilitas est eis quædã mortalitas. Animæ vero sicut sunt per omnia mutabiles, ita

quoque

Declaratio specialis, quod Deus sit illocalis. Cap. 29.

Qũo Xps totus in cælo tunc in virginis vtero. Cap. 30.

Quomodo Deus ꝑ solus immortalis solus inuisibilis. Cap. 31.

quoque pene ꝑ omnia mortales. Deus quip pe eſt vita animæ, ſicut ipſa eſt vita corporis. Sed ſicut mortuũ eſt corpus qñ animam non habet, ita anima mortua ẽ qñ Deo caret. Vel ſicut cęcus oculis mortuus dr̃ cũ luce priua tur, ſic anima mortua cũ beata vita quę Deus eſt nõ fruitur: Solus ergo Deus hẽt immortalitatẽ, qa nullã recipit mutabilitatem. Hic ẽt ſolus eſt inuiſibilis, quia nulli creaturę ad plenũ intelligibilis: nẽpe animę beatorũ & angeli ſuo more, nõ nr̃o eũ ſemꝑ videt, non ꝑ interualla ſpatiorũ ſicut nos corporea videmus ſed intra ſe & extra ſe in omni creatura, & extra oẽm creaturã eũ conſpiciũt, nec vllo intellectus intuitu amplitudinem ſuæ claritatis excedũt: & qa nõ pleniter ab ipſis vt à ſeipſo cõſpicitur vel intelligitur, iõ ſolus inuiſibilis dr̃. FRA. Iam diuina natura cũ angelica in hac turba tenẽte ſceptra, ecce humana natura legionẽ adducit, & ad impugnãdã eã machinã erigit. Quæritur nãq; qũo hõ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ Dei formatus dicatur, cũ nulla cõuenientia ſimilitudinis Dei in homine cõſpiciatur. MAG. Impugnantia a repugnãtibus expugnanr̃, dũ prędecedentia a ſubſequentibus inexpugnabiliter roborãtur. Duo homines ſcribũtur, interior & exterior. Interior anima, exterior corpus: interior inuiſibilis, exterior viſibilis. Interior & inuiſibilis ad imaginẽ & ſimilitudinẽ inuiſibilis Dei creatur, viſibilis aũt ſcd̃m viſibilẽ mundũ eſt formatus Deus inuiſibilis eſt, in ſubſtãtia vnitas, in perſonis Trinitas. Interior ergo homo. i. anima, ad imaginem vnitatis eſt creata, quia nõ ex partibus vt corpus cõpoſita, ſed eſt ſimplex natura & immortalis eſſentia. Eſt quoque Deus memoria, q̃ ſui & omniũ quę ſunt meminit, quæ pater nominat: ex qua intelligẽ naſcit, q̃ ſe & cũcta q̃ ſunt intelligit, quæ filius nuncupatur, ex vtraq; dilectio procedit, quæ ſe & vniuerſa quæ ſunt diligit, quę ſpiritus vocatur. Ad huius Trinitatis imaginẽ anima cõdit̃, dũ ei memoria, intellectus, rõ dilectionis indicit̃: pręteritorũ nãq; memi nit. inuiſibilia intelligit, mala reſpuẽs bona diligit. Dei quoq; eſſentia, eſt lux, vita, iuſtitia, bonitas, beatitudo. Ad hãc ſimilitudinẽ anima facta eſt, vt ſit lucida, vitalis iuſta, bona, beata. Exterior vero hõ. i. corpus quodãmõ ad exẽplar mũdi formatus dũ ex quatuor elemẽtis cõpaginatur, vnde & microcoſmus cognominatur. i. minor mundus. In hoc anima habet ſimilitudinẽ Dei, dũ ipſa ſic minorem mundum gubernat vt Deus maiorẽ. Omnis quoq; creatura per aliquid ſimilitudinẽ Dei habet, quãtũ cuiq; alteri & excellẽtior, tãto illi ſimilior. Ipſe qppe eſt, viuit, ſentit, per rõ nẽ diſcernit, lapides ergo eius ſimilitudini ſe adiungunt, quia ſunt. Arbores magis eius ſimilitudini appropinquãt, quia ſunt, & creſcẽ do viuunt. Quæq; animantia multo magis eius ſimilitudinẽ exprimunt, quia ſunt, viuũt, ſentiunt. Porro in hominib. & angelis ſimilitudo Dei maxime reſulget, quia ſunt, viuunt, ſentiũt, & rõne diſcernunt: Animas autẽ conſtat eſſe ęternas: ſi. n. ad videndum Deum, facta prędicantur, neceſſario ſequitur, vt ſicut Deus ſinẽ non habere creditur: ita animæ illũ viſuræ, ſine fine viuere non dubitentur. Sed quęritur vtrum illæ animę immortales ſint, quæ Deum viſuræ non ſunt. Oẽs animas vnius conſtat eſſe naturę, & ſi quędã animæ immortales ſunt, igitur oẽs animę Deum viſurę ſp erũt beatę, & eum non viſurę miſeræ. FRA. Vñ anima tanta videt in ſomnis? MAG. Anima inſatiabili cupiditate ſciendi veritatem captat, & ideo ſemper in cogitationib. vagatur: ideoque ſenſibus corporeis ſopitis ęnigmata quędã futura Deo reuelante prędidet. Interdum circa veriſimilia diabolo fallente languet anxia. Aliqñ angelis vel animabus confabulatur, aliquando a dęmonibus ludificatur. Hęc in modum oculi cętera omnia videt, ſeipſam videre nõ poteſt. FRA. Cur a nobis non videtur? MAG. Quia tã ſubtilis eius natura dr̃, ꝙ ſe a corporeis oculis videri non patitur. Quãto. n. aqua tenuior eſt terra, quanto aer ſubtilior eſt aqua, & quanto ęthereus ignis aerem tenuitate, tãto vincit anima ignẽ ęleſtẽ tenuitate & ſubtilitate. Hęc. n. eſt cauſa quod nullus ſpũs a nobis cernitur, qa ſubtilitas illorum naturę noſtrum viſum excedere creditur. FRA. Qualiter perhibetur anima per totũ corpus eſſe diffuſa, & tamen non magis in maximis, nec minus eſſe in minimis membris, ſed in ſingulis tota. Num tot ſunt tota quot membra. MAG. Sicut ſuperius dictũ eſt. Si lumen ponatur in medio, nõ minus in meis, & non magis lucet in alterius oculis, ſed in ſingulis totum, & in ſeipſo manet totum: ſic anima vbiq; in corpore, & ſingulis membris eſt tota. Vñ tacto vno mẽbro

Qũo xp̃s fuerit in cœlo tanto in virgine vter. Cap. 30.

Qũo hõ ad Dei imaginẽ et ſimilitudinẽ ſit creatus. c. 32

Quomodo Deus ſit ſolus immortalis ſolus inuiſibilis. Cap. 31.

Vnde anima tam multa videat in ſomnis. cap. 33.

Qũo anima in ſingulis mẽbris dicatur eſſe tota. c. 34.

bro dolet tota, non tamen tot tota: sicut vox in auribus omnium non particulariter, sed sonat tota, & in ipsa remanet tota. FRA. Si omnes animæ vnius naturę sunt, quid nam est quædã habilior, & quædam tardior est ad discendũ? MAG. Anima habet formam cęræ vel candelę. Cera habilis est ad exprimendã imaginẽ, si ei sigillum imprimatur: sic candela ad lucendum si incendatur. In hunc mundum recipit anima imaginem scientię, si ei imprimitur sigillum doctrinæ, lumenq; veritatis recipit, si igne sapientiæ accensa fuerit: quę si per studiũ vel exercitium se neglexerit habilẽ prębere, sicut cera sine imagine, & sicut candela inaccensa sine lumine sic in tenebris ignorantię sine scientia & veritate remanebit. Quanto magis aũt quęq; anima doctrinę se adoptauerit, tãto magis capax scientiæ erit. Cur aũt ignis spiritussanctus quasdam animas se habiles non prębentes, immo negligentes, lumine scientiæ magis accendat quasdam non accendat, imo quibusdam laborantibus scientiã subtrahat, alijs similibus similis ratio penetrare non valens mirando clamat, O quã incõprehensibilia sunt iudicia Dei, & inuestigabiles viæ eius. FRA. Cum cuncta à magistris discantur, qũo vnus magister in cęlis esse scribitur, à quo quasi specialiter quæque docẽtur? MAG. Si recte perpenditur, nihil prorsus per hominẽ discitur, magistri tãtũ commemorando foris plantant & rigant, veritas autem quę in anima habitat, intus docendo incrementũ dat: sed stultus non intelligit hęc. Ratio aũt quę cũcta discernit, facile hæc ita esse cõprobabit: Nempe quicquid discitur, melius per visum quam per auditum capitur: nam quantum cęco de Sole narraueris, ipse tñ nescit quid sit Sol, quẽ nunquam vidit, tantũ verbis meis credit aliquid esse q̃ vocetur, aut fortasse dubitat quicquam esse in re quod sic nominetur: qui si repente videat, ipso visu Solẽ esse probat, quem auditu scire non poterat. Sic pleriq; cęci scripturas nouerunt, sed tamen quid sit litera vel liber nesciunt, quorũ oculi si subito aperiantur, & & libro coram se posito quid sit viderint, mirantur, & visu discernunt, quod auditu non poterant. Porro si alicui illorum dixero, talis litera docetur a, & talis b, nominat: mox introrsus recurrit, veritatẽ consulit, & verũ esse probat quod audit. Quid ergo hunc docui, qui nec prius auditu, nec postea visu scire potuit quid sit litera, nisi veritate intus docente, visu foris probante hoc ediscere? Ego tantum sonos verborũ protuli, ipse vero res per verba signatas veritate intus examinante cognouit: sic vos quoq; si multa vobis de elephante dixero, nescitis quid sit elephas, nisi eũ videritis: sic multa de Deo legimus, & qua si rufum hominẽ & pulchrũ aspectu eũ nouimus, qui si ad præsens intraret, num illum agnoscеremus? Puto minime. Quare? Quia à magistris discere nequiuimus, quod veritate visus non probauimus. Doctores ergo tantũ, sonos verborũ proferunt, auditores aũt veritate visus docente, verba mente, res visu discunt. Sic literas, sic ignotas linguas, sic varias artes discimus, dum sonos verborum a pręceptoribus præcipimus, res ipsas veritate docente intus consideremus. Sed quid de cantu est dicendum, qui non videtur, sed tantum auditu discitur? Nonne dum vox canentis sonat, veritas intus quasi quosdam ascensus vocis in anima format? Igitur omnino nihil per hominẽ nisi sonus discitur, verba aũt & res per veritatẽ in interiori homine habitantem discernuntur. Et sic verisime vnus magister prædicatur, a quo quisque interius instruitur. Ea autem quę a nobis non videntur, vt Deus & angeli, tantum esse creduntur. FRA. Differt aliquid, credere Deum, & credere in Deum? MAG. Multum. Dęmones Deum, & Pagani credunt, sed non credunt in Deum. Credunt nanque quod Deus sit qui omnia creauit, ac super omnia potens sit. In Deum autem tantum credunt, qui eũ diligendo in eum credunt. Vera autem fides est credere, quod Deus in essentia sit vnitas, & in personis Trinitas, & hic cuncta ex nihilo verbo suo creauerit, ac collapsa eodem verbo inçarnato restauraverit, & in vltimo die vniuersa per spiritumsanctum innouabit: & hoc credentibus summum bonum: scilicet seipsum in pręmio dabit. Hęc fides vita animæ existit, & per hanc iustus viuit. Hęc fides spe nutritur, vt corpus cibo reficitur. Dilectione animatur, vt corpus anima viuificatur. Dilectio autem operatione comprobatur: vnde fides sine operibus mortua esse affirmatur. Ergo fide anima declinat à malo & facit bonum, cuncta transitoria respuit, inuisibilia sicut visibilia

Cur vna anima sit docilior quam alia. c. 35.

Rom. 11.

Quid magistri foris & veritas intus in anima operetur. c. 36.

Quid sit credere Deũ, & quid, credere in Deum. Cap. 37. Iacob in

bilia appetit, dilectione quæq; dura tolerat, carnis impetus refrenat, necessaria proximis erogat, summo bono semper anhelat. Igitur aïa quæ sic credendo & sperando in Deũ tendit, ipsum summum bonum fine fine hẽbit.

Vtrũ lux diei aut caligo noctis aïæ qd conferat autno ceat. c. 38

FRA. Si aïæ naturaliter sint lucidæ, q̃rit, vtrũ animab. corpore exutis lux diei aliquid conferat, vel rursus caligo noctis quicquam ad videndum noceat. MAG. Sicut corpus sine aïa nihil sentire cernit, sic vtiq; aïa sine corpore nihil corporeum sentire creditur. Corpori quippe admista per oculos sentit colores, per aures voces, per nares odores, per palatum sapores, per tactũ vel incessum res tangibiles, mollitie vel duritia differẽtes. A corpore vero separata nihil corporeum corporaliter sentit, quasq; res in proprietate substãtiæ, abstractis accidentib. colorum cõspicit, spiritalia quæq; suo more sentit. Ergo sicut lumen candelæ nihil cõfert soli ad lucendũ, sic profecto lux solis nihil omnino confert aïæ ad videndum. Et sicut nox iubar solis nõ impedit, sed potius fugit, sic nec aïæ aliquatenus obsistit, vtputa quam nec aïa sentit, Porrò aïa, aut spiritali luce ipsa nimis præsole fulgida fruit, aut horrida peccatorum caligine obscurata, nõ noctis, sed propriis vt cęc⁹ tenebris inuoluit. Quod autem aïa carne soluta corporaliter lucem nõ videat, hinc constat, ꝙ cum aliqua dictare volumus. vel ęcquam facturi disponimus, mox aïa exteriores sensus fugit, introrsus se colligit, in seipsa intus considerat ea de quib. tractat, & solis lumẽ ei nihil prodest, sed etiam ei ad hoc negocium obest, & dum aliàs attendit, clamosas voces iuxta se non audit. Igitur aïa extra corpus nihil corporeum videt vel audit. Qđ si facit, tunc vtiq; aereũ corpus induit. FRA. Si aïæ corporeas voces nõ audiunt, qũo aïas sanctorum, s. Petri & Martini vel alterius iusti preces suas exaudisse multi experti sunt? MAG. Oratio cordis, nõ oris ascendit in cęlum. Animæ enim non clamorem vocis, sed cordis audiunt, & se fideliter inuocantibus subueniunt. Neq; magis clamosas preces audiunt, quam eas quæ sine voce, vel in lingua, vel in corde tantum fiunt, quia neque à nobis verba, sed voces cordis tantum audiunt. Cum ergo animæ nostræ aliquid secundum Deum desiderant, & hoc sibi à Deo per sanctos dari, siue corde, siue lingua, siue voce postulant, aïæ sanctorum, quib. est idem audire quod videre, & econuerso, non voces, sed verba intuentes, desiderata eis à Deo impetrant; vt habetis scriptũ. Desideriũ pauperum exaudiuit dñs. FRA. Nonne legitur, qđ sæpe multę aïæ ductæ de corpore, multa loca pœnalia, & itẽ multa amœna & florida, & in vtrisq; multas aïas in humana forma viderint, atq; ad corpus reuersæ, plurima se audisse ab eis retulerint? MAG. Sciendum est, ꝙ hæ aïæ non penitus corpus reliquerãt, sed sensus tantum corporeos suis officiis destituerãt, corpus autem non ex toto spũ vitali carebat. Vnde ea quæ audierant, non res corporeæ, sed similes corporearum rerũ erant, quas reuersę aliis in corpore cõstitutis, ꝑ ędificatione referre poterãt. Postquã vero corpus funditus exuerant, longe res aliter erat, q̃ prius videri non valebat. Sicuti nos aliqñ iuxta parietem positis, vmbra venientis hoïs, nõ ipsum videmus: remoto aũt obstaculo muri, ipsum vt est cernimus. Animæ etiam defunctorum cum viuentib. apparent, corpus aereũ induũt, in quo corporeã vocẽ vel verba audibilia exprimunt. Hinc colligit, quod infernus sit incorporeus, substantia spiritalis, corpori similis, cuius pœna tanto sit intolerabilior, quanto spũs corpore est subtilior. Oẽ enim corp⁹ vetustate deficit, ac diuturnitate dissolutum interibit. Vnde si infernalis ignis est corporeus, restat, vt corporalibus instrumentis nutriatur, & sequitur vt illis cõsumptis ipse intereat. Sed constat ignem gehennæ, non deficere, ergo spiritalis est. Si autem est corporeus, sed indeficiens creatus est, necesse est vt animæ, & spiritus qualecunque corpus induant, in quo ignem corporeum sentiant. FRA. Poteritne probari resurrectio mortuorum? MAG. Si ea inconcussa manebunt vel constabunt, quæ superius verisimis argumentis probata sunt, tunc omni repugnantia submota, omnique necessitate admota, resurrectio erit futura. Constitit enim Deum esse veritatem, veritatis autem verba necesse est adimpleri: quod si non implebuntur, sequitur quod aut Deus mutabilis sit, aut veritas non. Quod si impleri non poterunt, iam Deus omnipotens non est, quæ cuncta liquet quam absurdissima Deo sunt. Incommutabilis itaque veritas Deus, ꝑmisit suis dilectoribus plenum gaudiũ, suis

Quõ resurrectio mortuorũ sit probabilis. Cap. 41.

contem ptoribus plenum supplicium, quod vtrun q; erit impossibile, nisi sit in aia & corpore. Necesse est ergo vt corpora resurgãt, aias recipiãt, quatenus sm promissa veritatis hi plenũ gaudiũ in aia & corpore habeant, illi eodẽ modo plenũ supplicii recipiãt. Amplius si corpora nõ resurgant, tũc aiæ ęternæ factę non sunt: sed superius probatũ est aias ęternas factas, ad hoc videlicet, vt Deũ cum angelis sp videant, & in hac visione sine fine beate viuãt. Beate aũt nõ viuunt, si indumẽta K sua. s. corpora in sordib. cõputrescere absq; spe recuperationis cõspiciunt. Sequit nanq; vt necessario vestimẽta sanctarũ aiarũ, quæ stolæ nominant, p resurrectionẽ innouent, & incorruptibilẽ gloriã immutent, quib. aię reindutæ sp beatè Deum cõtemplent, & ecõtra vt infęlices vestes sordidas reinduant, de quarũ fęditate sp doleant. Igit non solũ corpora innouari, sed ét oẽm naturã, quę. s. seruiuit, necesse est in melio cõmutari, vnde hẽtis scriptũ, Ecce noua facio omnia. FRA. Cum Deus ab initio mundi nihil noui creauerit, qũo nouam creaturam tunc esse constabit? MAG. Trifarie noua creatura dr, quæ per trinitatem ita disponit, Deus pater oẽm creaturã ex nihilo condidit, & hæc noua creatura nominat. Item Deus filius, vnde habemus in Apostolo, Si qua in Christo noua creatura, & alio loco, Vt simus initium aliquid creaturæ eius. Deus quoq; spũssanctus corpora viuificabit, & hunc totũ mundum innouabit. Et hæc nihilominus noua creatura appellat: vnde habemus, Cęlũ nouũ & terrã nouã faciet dns. FRA. Iã turri in summum nobiliter perducta, restat nunc vt propugnaculis cingat, & sic cacumen in summo cœlorũ consummet. Legimus de dño q eleuatis manib. ferebat in cœlum, & quia sedet ad dexteram Dei. Et Stephanus in concione vidit eũ stantem a dextris Dei. Qui fert de loco ad locũ, mouet: & qui sedet vel stat, loco continet. Et cum dns corporaliter cœlum ascendit, qualiter nunc credendus sit, vel qualiter receptis corporib. ibi futuri sint summopere scire desideramus. Si n. aliquis locus Christum, vel sanctos sedentes, vel stantes continet ne cadant, tũc iste locus eis melior probat a quo tot bona continentur, & sic sancti de aliqua creatura visibili gaudentes gloriantur, vt nos de hac visibili & sensibili luce delectamur, tunc iterum ea res melior rõnali creatura indicatur, de cuius possessione ipsa iocundat, vt nos de habita pecunia gloriamur, & gratulamur, & miserũ gaudium vr, si intellectualis creatura nõ nisi de stolida re lętat. MAG. Apicem huius turris pariter ascendamus, & rõne indagãte, qualiter se hẽant hæc perspiciamus. Cęlum vsitato nomine appellamus, qđ sup caput nostrũ videmus. Supra nos aũt nihil nisi nubes, vel aerem sole illustratũ conspicimus. Solem verò lunã vel stellas longè a nobis remotas sic videbim, sicut in lato mari positi a longè mõtes cõspicimus, in circu M mitu verò nihil nisi confusum aerem videmus. Vnde liquet q nullius hoĩs visus totũ huius aeris spatiũ penetret, qui vix ãt orizontem attingere valet. Vnde cũ Apostoli dñm Act. 1. sublatum vlterius videre non possent, dr, Nubes suscepit eum ab oculis eorum. Stephanus quoq; non corporeis oculis dñm in cęlo vltra firmamentum vidit, cum nullius hoĩs visus vllo modo vsq; ad cœlũ pertingere possit. Sed & concio illa in qua Stephanus stans Christum conspexit, in domo aliqua fuit, cuius tecti culmen ipsius corporeus oculus penetrare minime potuit. Constat igit quod nõ oculo corporis, sed intuitu interioris hoĩs Christũ nõ in corporeo, sed intellectuali cęlo viderit. Sed hic fortè aliquib. calumniosis obiicit, stellas esse in firmamẽto infixas, & visum nostrũ firmamẽtũ attingere dũ eas videmus. Nũ iõ oculi nostri firmamẽtũ atttingũt, qa stellas aspiciũt? Nũ iõ totũ aeris spatiũ in mari penetrant, qa mõtes vtputa solida corpora considerãt? Sicut. n. in mari remotis ab aspectib. montib. nihil nisi aer conspicit vndique: ita quoque syderib. solidis videlicet A corporibus sublatis, nihil nisi aer cernitur. Quicquid aũt ab aere est vsque ad firmamentum, & ipsum firmamentum a nobis nequaquam videt propter ipsius spatii longinquitatem, & ob naturæ suæ subtilitatem. Quòd si forte obiicitur, quod Apostolus ad tertiũ cœlum raptus describitur, Sciendum est tres cœlos historialiter appellari, & iterum tres significatiue nuncupari. Hic quippe aer primum cœlum historialiter vocatur, sicut habetis, Volucres cœli, quia in cœlo, idest, in aere volare vident. Secundum cœlum ether vocatur, vt habetis, Stellę cęli, quia in eo planetę vago cursu feruntur. Tertium cœlum firma-

Apo. 21. *Noua creatura triplicitèr dicit.* 2 Co. 5. Iacob. 1. Esa. 65. *Qũo dominus, & aiæ sanctorum nunc in cœlo, aut sancti receptis corporib. ibi futuri cẽ credãtur Cap. 42.* L

De tripli cœlo historialiter, & significatiue dicto. Cap. 43.

Quid sit regnũ cœlorũ, & vbi esse credatur Cap. 44.

Luc. 17.

firmamentum appellatur, sicut habetis, Astra cœli qa in eo sydera fixa traduñ. Significatiue quoq; tres cęli leguñ, qa tres visiones, s. sensualis, spiritalis & intellectualis a sapientibus non nesciuñ. Sensualis quippe visio est, cum colores & formas rerum exterius cernimus, sed interius aliquid cęlari intelligimus, vt in literis intelligimus significantiam. Hęc ergo visio primum, & substantiale cœlũ nominaț, quia in scripturis intelligentia cęlaț. Cęlum etenim a cęlando nominaț. Secũda visio spiritalis est, qua non res, sed imagines reb. similes spiritaliter videmus, sicut in somniis solemus, & sicut Ioãnes in Apocalypsi, & Prophetas multa nouimus vidisse, & hæc visio secundum cœlum nuncupaț, quia res in his similitudinib. cœlanț. Tertia verò visio intellectualis est, cum neq; res exterius, neq; imagines rerum interius, sed ipsas substãtias prout veræ sunt, abstractis colorib intellectu conspicimus, & vniuscuiusq; qualitatem inter se differentem rõne discernimus, & hæc visio tertium cęlum vocatur, quia veritas rerum in hac quasi a stultis cœlaț. Igit si Apostolus in corpore est raptus, tunc ad corporeum cœlum, s. firmamentum, est perductus. Si autem extra corpus, quod magis vr, tunc vtiq; ad intellectuale cœlum raptus creditț, in quo essentiam deitatis sicut est, & angelicas substantias prout sunt, nõ sensualiter, qđ nequit fieri nisi per corpus, nec spiritaliter, quod nõ fit nisi per imagines reb. similes, sed veraciter, qđ non fit nisi ipso intellectu, vidisse cognoscit. Angeli vel iusti quadam similitudine cœli nuncupantur, qa in secreto Dei humanis visib. cœlanț: & econtra dæmones vel impii tenebræ appellanț, quia in tormentis a nobis occultanț. Regnum autem cęlorum, i. iustorum, non vrbium mœnia, non possessionum prædia, non auri vel gemmarũ copia, non suppelex varia, sed iustitia, pax & oĩmoda gloria in pleno gaudio creditur, qđ de visione ęternę claritatis, & de societate angelorum & sanctorũ habet. Deus æterna lux probatus est esse in mundo & extra mundũ, infra & supra, & in circumitu vndiq;, & vbique. Igitur si regnum talium cœlorum rõne demõstrante nihil aliud est, quàm visio Dei, quæ est fons omnium bonorum, necessario sequitur qp regnum cœlorum sit in hoc mũdo, & extra mũdum, & in omni creatura, & extra omnem creaturam: vnde habetis, Regnum cœlorum intra vos est, quia nimirum in Deo consistentes, eum in nobisipsis, & in omni creatura, & extra omnem creaturã sicut est cernimus. Idcirco aũt nũc extra Deũ, vel extra regnum cœlorum dicimur, qa hac visione priuamur. Eodem modo, & miseri tunc a regno cœlorum excludi referuntur, quia eadem visione vt cęci sole priuabuntur. Hoc regnum cœlorum vel hoc gaudium iusti intrare scribuntur, quia ineffabile gaudiũ non capientes, in eo quodammodo obuoluunț. Quòd autem aĩæ sursum ad cęlum ferri affirmanț, vel etiam inferri putanț, ad visũ nostrum dr, quib. superiora splendore solis lucidiora nascuntur, & qp aliter res non põt cognosci ab his, qui sunt adhuc in carne. Solutæ aũt non loco mouentur, nec ad aliquẽ locum corporeum ducuntur, vt inde Deum contemplenț, sed mox a corpore sequestratę, angelis & sanctis associantur, & regno cęlorum, qđ est visio Dei, intra mundum, & extra, & vndiq; sine mora fruũtur, sicuti cęcus in sole positus, si eius oculi aperirentur, confestim luce solis frueret. Quòd a quibusdam morientib. lux vel formæ angelorum aut sanctorum ibi videntur, & cõcentus harmoniæ audiuntur, & ad alta duci cernuntur, hoc pp viuentes fieri non dubitetur, vt in Christiana religione corroborentur. Porrò friuolũ vr, si aię illocales de hoc mundo extra firmamẽtum duci asserãtur, quasi ibi sit pulchrius vel ibi magis sit Deus, cum supra, & infra, intra & extra æqualiter esse non dubitetur, & eius visio vbique iustis æqualiter adesse comprobet. Animas vero vel spiritus cum sint incorporei, corporeis locis includi absurdissimũ videtur, præsertim cum omnis locus altitudine, longitudine, latitudine dimetiatur, hisq; omnibus spiritus carere bene sciatur, tũ quippe illocaliter manere, & eis visione frui æstimantur, sicut scientia in anima illocaliter moratur. Corpus autem sanctorum resurget spiritale, quia velocitate, leuitate, perspicuitate spiritibus erit æquale, & omne solidum erit ei penetrabile sicut & corpus domini lapide clauso resurrexit, & ianuis clausis intrauit, sicut igitur spiritus nunc nullo corporali loco sustentatur, ita quoq; non est necesse, vt tunc spiritale corpus aliquo loco fulciatur. Nõ enim intensibile corpus spiri-

A Actor. 1. Actor. 13.

B M

C *Quid sit regniũ cœlorũ, & vbi esse credatur. Cap. 44.*

D

E

De gloria corporum beatorũ. Cap. 45. Ioan. 20

Luc. 17.

tum,sed spiritus corpus vegetat. Igit nullus locus spiritale corpus fulcit qđ omni elemẽ mento subtilius erit,sed vt spūs illocaliter in summo spū Deo subsistit, nisi forte hoc pro loco accipiat,quod substantialiter & perso naliter circunscribitur. Amplius,aut in hoc corporeo mundo sancti manentes Deum vi debunt,aut extra mundum erunt.Si extra mũ dũ fuerint,tũc nulla elemẽtali materia stãtes vel sedentes sustentant,quia nullum elemen tum extra mundum comprobat.Qui.n.terrã vel aquam ibi esse credit, nimis terrenus flui dus desipit.Si aũt aerem vel ignem ibi esse ar bitrat,grauiter à mobilitate aeris & ignis ip se instabilis,irrisus conspicat. Ergo extra mũ dũ nulla re materiali fulciunt, vbi nulla ma teria inuenit.Si autem in hoc mundo erunt, similiter nulli elemento localiter stando vel sedendo inhærebunt, quia æquales angelis
Mat. 22. erunt.Cum igit spiritales sint,in summo spũ spiritaliter,nõ localiter manebunt. Porrò il
F lorum corporum gloria,non rõne, sed sola
1.Co.15. fide est cõtemplanda. Erunt quippe illa cor pora vt aius agilia,vt sol perspicua.Quam ci to.n.nunc aius ab Oriente in Occidentẽ co gitatione peruenit,tã cito tunc illud corpus illuc peruenire poterit.Hoc hinc colligitur, quod resurrectio in ictu oculi fiẽda legitur. Ictus aũt oculi est,non quod oculus aperia tur, sed quod aperto oculo obiectus lucis ra dius conspicit. Sed reuera tantum velocitas illius corporis ab ictu oculi differt,quantum a corpore agilitas animi.Huius etiam corpo ris claritas est tanta,quanta est spūs,nõ enim est hoc corpus aiæ oneri,sed decori, qđ nul la corruptibilis moles aggrauat, sed qđ an gelicæ naturæ æqualitas leniat. Huius quoq; corporis claritas tantum solem excellit,quã tum sol in claritate nostrum corpus præcel lit.Sol.n.est corpus insensibile, & quãuis im
G mutet,tñ núquam viuificabit: corpus autem
De gloria cõi sanctorũ oĩum et differẽti gloria singulorũ Cap. 46. Mat. 13. Esa. 30. Cõclusio, qđ sancti illud erit sensibile & intellectuale. Igit quan tum spūs intellectualis differt ab aere insensi bili,tm differt præclara claritas illius corpo ris à claritate solis.Hinc qõ non minima oc currit:cum.n.dñs dicat,Fulgebunt iusti sicut sol:& Apostol°,Alia claritas solis, alia lunę, alia stellarum:Stella à stella differt in clarita te,sic & resurrectio mortuorum:Vr Apostolus dño contrarium sentire, videlicet quos hic velut solem fulgere asserat ille quosdam velut diuersas stellas,alios velut solem fulge re astruat.Sed sciendum est,qđ dominus glo riam sanctorũ generaliter expresit. Apostolus aũt singulorum gloriam pro meritis di stinxit. Vltimus ergo in regno cœlorũ vt sol fulgebit,qui tunc septies clarior q̃ nunc erit. Et in hac claritate tantum quisq; ab alio pro meritis differt, quantum stella à stella in claritate differt. Alii aũt hos intm diuersæ claritatis gloria ita præcellunt sicut lucifer pleiades, luna luciferũ, sol lunam in claritate ex cellunt. Nos aũt omnes tm corpus Christi in claritate excedit,quantum creator creaturas transcendit. Vnde & in dextera Dei patris se dere scribit, quia in gloria diuinę maiestatis fulgere credit. Igit talis visio & talis gloria regnum cœlorum dr,quia soli cœli, i. iusti hac visione fruuntur, quorum primum sum mum bonum est,in quo habent plenum gau dium de plenitudine omniũ bonorum.Con cluditur itaq; q̃ sancti non de sensibilib.reb. delitient,sed se in summo bono esse, & sum mum bonum in omni creatura,& extra om- H nem creaturam videndi frui glorientur. Si enim quicquam minus, quam summum bo num in præmium acciperent, adhuc plus ap peterent,& consequens esset,q̃ plenum gau dium non haberẽt.Sed cum constet eos ple num gaudiũ hre, necessario sequit eos sum mum bonum Deum habere.i. de eius affluẽ tia & plenitudine omnium bonorum abun dare.Quando autem cœlum cœlorum legi tur,ipse Deus intelligit,vbi iusti in abscõdi to faciei suæ a conturbatione hominum ce lant,vnde scribit.Habebis thesauros in cęlo: hoc est,in Deo.Ad hoc summum bonum iu sti quadam catena trahunt, quæ de virtutib. hoc modo connectit. In primis fides animã quasi quidam circulus complectitur, fides spe nutritur,spes dilectione tenetur,dilectio operatione expletur, operatio ad summum bonum intentione trahit,intentio boni per seuerantia claudit, perseuerantiæ Deus fons omnium bonorum dabitur. Igitur qui hac catena tractus,hanc turrim scandens culmen I eius attingit, non solum se veram vitam co gnoscere,sed se perenniter in ea beate viuere gaudebit,quia in ea huius glorię cõsors erit. FRA. Veræ viræ & omnium beate viuentium faciat te Deus participem,qui nos om nes ad summum bonum perducat.

nõ defendo bilib.reb. sed de rõmo bono delitiẽtur Psal. 30. Mat. 13.

1.Co.6.

Adesto

DE SPECVLO

LIBER.

ADesto mihi verum lumen, Deus pater omnipotens. Adesto mihi verum lumen de lumine vero, filius Dei, Deus omnipotens. Adesto mihi vera illuminatio sancte spiritus, patris & filii vnitas, sanctitas, charitas, Deus omnipotēs. Adesto mihi ò vna trinitas, pater & filius & spiritus sanctus vnus Deus omnipotens. Inuocat te domine fides mea quam dedisti mihi propter bonitatem tuam ad salutem meam. Inuocat te Deus meus casta conscientia mea, & suauis amor fidei meæ, qua me de excussis ignorantiæ tenebris ad veritatis intelligentiam perduxit, quam stulta seculi amaritudine ablata, & tuę charitatis dulcedine adhibita, saporo sam mihi & mellifluam reddidisti. Inuocat te trinitas beata, vox clara & syncer⁹ clamor fidei meæ, quam ab ipsis mihi enutriens cunabulis illuminasti per inspirationē tuę gratię quam adaugens confortasti me per ministerium prędicationis matris Ecclesiæ. Quā dulcis facta est in ore cordis mei, quam suauiter sapit in ipso palato gaudiorum animæ meæ, quàm fortiter, quàm crebo pulsat mentem meam & mouet omnes sensus meos, & interiora spiritus mei, vt te laudare delectet, quia fecisti nos ad laudandum te sed inquieta est mens mea donec requescat in te, & increpitans me meę desidię, ac colligens a dispersione qua frustatim distendor, dum ab vna te auersus in multa euanesco, & reuersus in me & surgens supra me, atque cunctis trā scensis perueniens ad te, exultem tibi cordis iubilo, & laudes promam oris officio, quatenus in meditatione confessionis tuę incalescat cor meum, & inhiet tibi spiritus meus, atque ardeat mens mea in amore tuo oblita vanitatis & miserię, dum tibi soli intendit, dumque stupens adhęret incommutabilitati tuę glorię, oculisque fidei intuetur te solem iustitię, sicut scriptum est, Qui adhęret Deo vnus spiritus est. Fugiam itaque domine, & libenter fugiam obstrepitum tumultus omnium vanitatum. Sed quò fugiam vt illos declinem, illos calcem sub pedibus, & procul pellam à serenitate iocundi intuitus? At te, qui es solum confugium & vnica spes miserorum ad te gloria mea & exaltans caput meū, ad te confugiam de lacu miseriæ & de luto fęcis, tibi inhæream prout ipse dederis, suauitas melliflua, vt indulcescas mihi dulcedo non fallax, dulcedo fœlix & secura. Quæram ergo te domine inuocans te, & inuocabo te credens in te, vt quęrens te inueniam te, & inueniens benedicam te, qui benedixisti nos omni benedictione. Deus meus vnica spes mea, exaudi me, ne fatigatus nolim quęrere te, sed quæram faciem tuam semper ardenter. Tu da quęrendi vires, qui inueniri te fecisti, & magis ac magis inueniendi te spem dedisti. Illumina domine cordis mei oculū intimę visionis perspicua luce, velatus enim est & cęcus tetra caligine peccatorū & ignorantiæ. Illumina eum lumine gratiæ tuæ, vt synceris fidei oculis, & puro lumine cordis inspiciam mysteria regni tui. Verū quia non est pulchra laus in ore peccatoris, & fides sine operibus condignis non laudatur, rogo patrem per filium, rogo filium per patrem, rogo spiritum sanctum per patrem & filiū, vt & omnia vitia elongentur a me, & omnes sanctæ virtutes plantentur in me, quatenus acceptabile tibi fiat sacrificium laudis fidei meę, Deus meus, & ascendat ad te, in odorē suauitatis. Obsecro, & misericordiam tuam supplex imploro, cunctarum fons & origo, largitor & munerator virtutum Deus, adauge mihi spem, fidem sanctam, rectam & immaculatam, fidem eruditam, catholicam & prudentissimam, fidem feruentem, inseparabilem & orthodoxā, quę in me omnia quæ tibi placent per dilectionem & humilitatē operetur, quæ vinci nequeat inter verba altercationis in tempore persecutionis vel in die necessitatis. Scrutās corda & renes Deus, coram te est sanitas & infirmitas mea. Illam precor serua, istam sana. Coram te est scientia & ignorantia mea, vbi mihi aperuisti, suscipe intrantem: vbi clausisti, aperi pulsanti, vt audiens intelligam te, & intelligens diligam te, & diligens laudem te, atque in toto corde meo desiderem pulchritudinem visionis tuæ semper inspicere. Audio quod nobis intimare vult scriptura tua, quam sanctificasti & misisti in mundum. Audio & credo ei. Dicit enim Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum in spiritu & veritate oportet ado-

Pſal. 3. *Pſal. 39.* *Pſal. 30.* *Matt. 19.* *1. Co. 6.* *Eccle. 15.* *Pſal. 7.*

Qd Deus ſpūs eſt & præſēs ubiq; & totus. cap. 2.

rare & credere. Sed ſpiritus incomprehenſibilis, incorporeus, immutabilis, incircunſcriptus, vbique totus nunquam difuſus, ſecundum ipſius ſcripturæ teſtimonium veridicū, hoc modo diſcerneris, creator & creatura, in qua ſunt qui & ſpiritus dicuntur. Si ita eſt, quia ita, quomodo inuocabo Deum meum & dominum meum, quem vtique in memetipſo inuocabo cum inuocabo eum? Et qs locus eſt in me, quo veniat in me Deus meus, quò veniat ille Deus, qui fecit cęlum
H & terram? Itane Deus meus eſt quicquam in me quod capiat te? An vero cœlum & terra quæ feciſti, & in quibus me feciſti capiunt te? An quia ſine te non eſſet quicquid eſt, fit quicquid eſt vt capiat te? Cum itaque ego peto vt venias in me, quia non eſſem niſi eſſes in me: nonne enim ego iam ſum in inferis, & tu tamen ibi es? nam etſi deſcendero ad infernum, ades. Non ergo eſſem Deus meus, non omnino eſſem niſi eſſes in me.
An potius non eſſem, niſi eſſem in te, ex quo
Rom. 11. omnia, per quem omnia, in quo omnia? Etiam ſic domine, etiam ſic. Quò ergo te inuoco cum in te ſim, aut vnde venis in me? quo ergo recedam, quo ibo? Extra cęlum & terram fortaſſe, vt inde veniat in me Deus
Hie. 13. meus, qui dixit, Cęlum & terrā ego impleo. Capiunt ergo ne te cęlum & terra, quoniam tu imples ea? An imples, & reſtat quod te non capiunt? Et quo refundis quicquid impleto cœlo & terra ex te reſtat? An nō opus habes vt a quoquam contineariſ, qui continēs omnia? Quoniam quæ imples, continendo imples: non enim vaſa quæ te plena ſunt, ſtabilem te faciunt, quia etſi frangantur tu
I non effunderis. Et cum effunderis ſuper nos, tu non iaces, ſed erigis nos, nec tu diſpergeris, ſed colligis nos. Sed quæ imples omnia, de toto imples omnia. An quia non poſſunt te totum capere omnia, partem tui capiunt, & eandem partem ſimul omnia capiunt? An ſinguli ſingula, & maiores maiora, an minores capiūt minora? Ergone aliqua pars tui maior aliqua minor? An vbique totus es, & res nulla te totum capit? Quid ergo es domine Deus meus, quid rogo niſi dominus Deus meus? Quis eſt enim Deus prēter domi num, aut quis Deus prēter Deum noſtrum? Nemo, planè nemo: non enim eſt alius præter te trinum & vnum, vnum & trinum, neque in cęlo ſurſum, neque in terra deorſum. Quis tui ſimilis? quis magnificus in ſanctitate, terribilis atque laudabilis in omni virtute ſicut tu Deus noſter, qui facis magna & mirabilia inſcrutabilia, quorum non eſt numerus? Te cuncta magnificant, te omnis ſpiritus laudat, te adorant, te benedicunt omnia illa beatorum ſpirituum & ſupernorum ciuium agmina. Tibi mater Eccleſia in toto orbe offert preces, & inceſſanter dicit laudes. Te ergo vltimus ſeruorum tuorum laudo & benedico. Tibi mens mea iubilat, tibi omnia oſſa mea clamant, quis ſimilis tui domine? Et K merito cūcta, quæ operatus es, tibi ſoli creatori obediunt, ſeruiunt, tremunt, ad nutum tuum facis quæcunque velis. Tu es enim vere dominus, ſolus Deus inuiſibilis, inæſtimabilis, incircunſcriptus, illocalis, immenſus, incomprehenſibilis, vbique totus, vbiq; præſens, ineffabiliter omnia penetrans, omnia cōtinens, omnia ſciens, cuncta proſpiciens. omnia potens, vniuerſa gubernans, totus in cœlo, totus in terra, totus etiam vbique, & non eſt alius præter te Deum noſtrum, in quem credit & adorat mater Eccleſia Apoſtolica & vniuerſalis. Tu es vere colēdus & venerandus, tremēdus & amandus cum omni ſemper deuotione domine Deus noſter. Qui cum non eſſemus, potenter feciſti nos: & cum perditi fuiſſemus culpa noſtra, pietate & bonitate tua mirabiliter recuperaſti nos. Vnde confiteor tibi rex cœli & terrę, & honorifico te ſacrificio laudis. Et quia exteriora munera deſunt, totis medullis cordis, quæ in me ſunt, vota laudationis reddo tibi. Sed quia nihil niſi de tuo acceptabile tibi offerri poteſt, tu Deus in cuius lumine lumē L videmus, da quæſo lumen in corde, da verbum in ore, da menti cœleſtem conſcendere ſedem.

Qd in ſolo nutu oīa fecit Deus, & in omnib. eſt totus. Cap. 3. Sapien. 7

Da fontem luſtrare boni, da luce reperta
In te conſpicuos animi defigere viſus.

Et quoniam altera pars ſumus cœli, altera terræ: vnde corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitātem, Diſcinde quæſo terrenas nebulas & pondera molis, atque tuo quæſo ſplendore illumina obſcuram interioris hominis faciem.

Siſte vagas mentes per deuia multa ruentes.
Subde carnem ſpiritui, appetitū rationi,

vitia

vitia virtutibus, corpus animo, atq; tuæ me intus exteriusq; subde per omnia voluntati, & vniuersis suo bene compositis ordine per gratiam tuam & te perfecte diligere & digne laudare merear labiis & corde, omniq; qua valeo virtute clamans ad te atque ita dicens, Summe, omnipotentissime, misericordissime, iustissime, secretissime, præsentissime, pulcherrime, fortissime, suauissime, inuictissime, verissime domine Deus noster stabilis es & incomprehensibilis. Immutabilis mutãs omnia, inuisibilis videns omnia, immortalis, illocalis, interminatus, incircũscriptus, nusquam finitus, ineffabilis, inexistimabilis, indicibilis, inscrutabilis, immotus, tangens omnia inuestigabilis, metuendus atque terribilis, venerandus atq; verendus, honorandus atque horrendus, nunquàm nouus, nũquam vetus, omnia innouans, in vetustate perducens superbos & nesciunt, semper agens, sẽper quietus, colligens & non agens, omnia portãs sine onere, omnia implens sine inclusione, omnia creans & protegẽs, nutriens & perficiens. Quærens cũ nihil desit tibi, amãs nec æstuans, zelans & securus es, pœnitet te & non doles, irasceris & tranquillus es, opera mutas, sed consilium nunquã recipis. Qui inuenis & nũquam amittis, nunquam inops & gaudes lucris, nunquam auarus & vsuras exigis, supererogatur tibi vt debeas. Et quis habet quicquam non tuum? Reddis debita nulli debens, donans debita nihil perdẽs, qui solus viuificas omnia, quia creasti omnia. Qui es vbique & vbique totus, qui sentiri potes & videri non potes, qui nusquam dees, & ab iniquorum cogitationibus longe es. Qui nec ibi dees, vbi longe es, quia vbi nõ es per gratiam, ades per vindictam. Qui omnia tangis, nec tamen æqualiter omnia tangis. Quædam enim tangis vt sint, nec tamen vt viuant, & sentiant, quædam tãgis, vt sint, viuãt, & sentiant, nec tamen vt discernant, quędam tangis vt sint, viuant, sentiant, atque discernant. Et cum tibimetipsi nunquam dissimilis sis, dissimiliter tangis dissimilia. Qui vbique præsens es, & inueniri vix potes, quem stantẽ sequimur, & apprehendere non valemus. Qui tenes omnia, imples omnia, circumplecteris omnia, superexcellis omnia, subsstines omnia, nec ex alia parte sustines, atq; ex alia superexcedis, neque ex alia parte imples atque ex alia circumplecteris, sed circumplectendo imples, & implẽdo circumplecteris sustinendo, superexcedis, & superexcedẽdo sustines. Qui corda fidelium doces sine strepitu verborum, qui attingis à fine vsque ad finẽ fortiter, & omnia disponis suauiter. Qui locis non distenderis, nec temporibus varia ris, neque habes accessus vel recessus. Qui habitas lucem inaccessibilem, quam nullus vidit hominum, sed nec videre potest, in te manens quietus vbique circumis totum. Non enim scindi vel diuidi poteris, qa vere vnus es, nec in partes efficeris, sed totus totum tenes, totum imples, totum illustras, totũ possides. Hoc mysterium mens humana capere non potest, neque cõcipere, nec oratoria lingua narrare, neq; diffusi sermonis bibliothecarum volumina queunt explicare. Si totũ mundum libri repleant, tua scientia inenarrabilis non potest enarrari. Quoniam vere indicibilis es, nullo modo scribi poteris, neq; concludi qui es fons lucis diuinæ, & sol claritatis æternæ. Magnus enim es sine quantitate, & ideo immensus, bonus sine qualitate, ideo vere & summe bonus, & nemo bonus, nisi tu solus. Voluntas tua opus est, cui velle est posse, qui omnia quę ex nihilo creasti sola voluntate fecisti. Qui omnem creaturam tuam absque indigentia aliqua possides, & sine labore gubernas, & absque tedio regis. Et nihil est quod perturbet ordinẽ imperii tui vel in summis vel in imis. Qui in omni loco haberis, & omnia cõtines sine habitu: & vbique prędens es sine situ & motu. Qui nec mali author es, quod facere non potes, qui nihil non potes, nec vnquam fecisse te quicquam pœnituit, nec vllius commotionis animi tempestate turbaris, nec totius terræ particula regnum tuum est. Nulla flagitia vel scelera probas vel imperas. Nunquam mentiris, quia ęterna veritas es, cuius vnius bonitate facti sumus, & cuius iustitia pœnas luimus & clementia liberamur. Nam nihil cęleste, nihil terrenum, nihil igneum, nihilque quod corporis sensus attingit pro te adorandum est vel colẽdum, qui vere es quod es & nõ mutaris, cui maxime ac specialiter illud cõuenit, quod Græci dicũt τλατὺς ideſt latus, quia semper idem ipse es, anni tui non deficient. Hinc etenim patenter datur intelligi, qp tu Deus noster quẽ colimus Deus verus &

De essẽtia deitatis. Cap. 4.

Qđ insolo nutu oĩa fecit Deus, & in omnib. est totus. Cap. 3. Sapien.7

Quo sit Deus & longè, & in oĩb. totus. ca. 5.

Qđ Deus oĩa tãgit, nec tamẽ mouetur. Cap. 6. Sapien. 7 1. Ti. 6.

Qđ non dimittit Deus in paruibus. Cap. 7.

Luc. 18.

Quod uel le Dei, facere est. Cap. 8.

Qđ nihil sit colendum nisi Deus. c. 9

Opinor fuisse scriptum. τοῦν id est qd est.

verus & omnipotens es sine dubio inuisibilis,& si pro intellectu videaris,incomprehẽsibilis:& si per gratiã representeris, inexistimabilis,& si humanis sensib.pie credaris sanctęq; cogiteris,ineffabilis,& si humanę locutionis vsualib. verbis abusiue vtcũq; dicaris, ideo,verus & tãtus,cęterum qđ sciri, quod comprehẽdi,quod dici de te pôt, minus est. Quod vero comprehensibile est & immensum, indicibile & infinitum tibi soli dũtaxat notum est. Hoc nanq; est quod omnem superat sensum:hoc quoq; est quod te facit existimari & pro certo credi & vniuersalem appellari Deum, dum ad perfectum vsq; reperiri non vales, dum totus intelligi capiue nõ potes, ita te vis magnitudinis & notum nobis obiicit & ignotum.Et hęc est summa delicti spernẽtium te, scire volentium tibi creatori suo seruire, habent quod scientes venerenẽ,& habent quod ignorantes mirenẽ, habent quod timeant,habent quod diligant. Si I enim totus pateres nostræ conditioni Deus vnus & verus,minime potuisses credi, adeo falsi reperti sunt,qui putabantur dii, quoniã sciri per omnia potuerunt,qui & quales q̃tique fuerũt.At tu Deus noster mirabilis & potens,qui totam istius mundi molem cũ omni instrumento elementorum,corporũ,spirituum, verbo, quo iussisti quæ fieri disposuisti,virtute qua potuisti ex nihilo,expressisti ornamentum maiestatis gloriæ tuæ, qui tempore ab ipso tunc æuo ire iubens stabilisque manens das cuncta moueri. Qui terram multiplici germine fructuum,& cęlum pulchro decorasti lumine syderum, quorum tu solus nomina,signa,potestates,cursus,& loca,& tẽpora nosti.Tu mitis & benigne, fortis & zelotes & sabaoth inuictissime,visitans peccata patrum in filios vsque in tertiam & quartam generationem,& faciens misericordiam in mille millia,his qui diligunt te, & timent nomen tuum. Si opera tua ita sunt magna & inscrutabilia, pulcra atque stupenda, dicant qui volunt,quomodo capi poteris tu K pulcherrimus creator eorum? Constat enim opificiem lõge se aliter habere quam ea quæ à se fieri voluit. Expulchritudine tamen circunscriptę naturę & mundialium rerum mirabili specie pulcritudino tua,quę tu ipse es, quia simplex es, & excellentia gloriæ tuæ, quæ circumscribi nõ potest, intelligi aliqua tenus valet, quanquam magnitudinem diuinitatis tuę infinitam & incomprehensibilem nullus possit sensus attingere, neque enim illorum quoque supernorum ciuium, miro tamen modo essentia tua scitur,cum esse creditur.Quotiescunque recolo vel audio duas breues syllabas, vel quatuor literas, quibus scribitur Deus: hoc enim nomẽ tibi soli omnipotens iure debetur, atque cum intueor tuæ virtutis magnalia & mirabilem mundi creationem,idest,cosmopœię considero decorem, simulq; mecum tacitus reputo miserationes tuas, quæ à seculo sunt, miserentur enim qui volũt potẽtiam tuam, sed ego plus stupeo animaduertens misericordias tuas,profecto in his quatuor literis & duabus breuibus syllabis, cum infinitum quid & incomprehensibile,immensum & inenarrabile mẽtis intuitu, & synceris fidei oculis præscire & posse,quod mihi tantillo homini dignaris largiri,contemplor.Nunquid enim duę breues syllabæ tuæ Deus noster es, aut duas breL ues syllabas adoramus, vel ad duas breues syllabas peruenire desideramus, quæ penè ante desinunt sonare quam cœperint, nec in eis secundæ locus est, nisi prima antè tranſierit.Manet quippe magnum aliquid, & magnè summeque est, quod incomparabile & omium præcellentissimum est,quod dicitur Deus, quanuis non maneat sonus cum dicit Deus.Verum qa caro nescit spiritum, & inuisibilia à visibilib.non videnẽ, per fidem.n. ambulamus,& non per speciem,humanę tu Deus noster nimis bonus & pius consulens infirmitati,dignaris te nobis insinuare, non tua proprietate,sed aliqua quadam similitudine.Vnde & nostrorum qualitatem mẽbrorum hñe describeris, volens passionum indigna de teipso ad hęc perferre, vt quia sicut es te nequimus scire in pñti miseria,per nostra nos ad tua trahas, & nos,dum condescẽdis nobis,facilius cõsurgamus tibi. Multis siquidem modis ad significandum te hoĩbus de reb.inferiorib.ad te spẽs ducis,quẽ reuera iuxta propriã naturã inuisibilẽ cõstat esse, M & in totũ incomprehensibilẽ & incircũscriptũ: ac per hoc nunq̃ alicui apparuisse sm essentiam,sed modis quibus voluisti, per assumptam creaturarum speciẽ, & ad efficientias causarum credimus: Falluntur itaq; Anthropomorphitarum hęresis sectatores, qui

dum

De duab. syllabis Dei.c.11.

Qđ solo uerbo Deus oĩa fecit. c.10 Exo. 20. Deut. 5.

Qđ inuisibilis natura sua nos uidet Deus. Cap 12.

De magnitudine Dei in hoĩefactis Cap. 13.

dum legunt hominem ad imaginem & simi
litudinem Dei factum, asserunt stulta temeri
tate speciem humanam te hre, cum illo in lo
co vel dicaris vel credaris mentem, nō car-
nem ad imaginē tuam creasse. Enimuero ni-
hil dignum de te humanus sermo loquit, qa
nec secundum qualitatem aut quantitatē, si-
tum vel habitum seu motum aliquid de te di
De latitudine Dei. Cap. 14. gne dr. Et tñ longitudo, latitudo, altitudo &
profunditas tibi quodāmodo inesse legunt.
Sed latitudo charitatis, qua nos ab errore col
A ligis & contines in veritate. Longitudo vero
qua nos longanimiter malos portas, donec
emendatos futuræ patriæ restituas. Altitudo
aūt, qua omnem sensum & hoīum & angelo
rum immensitate scientiæ superexcellis. Pro
funditas quoque, quò dānandos inferius iux
ta æquitatē disponis, atq; tuo iudicio iudex
iuxtus prædinas. Omnē igit superegrediat
creaturam, & mentis intuitū vltra omnia di-
De cognitione sanctæ trinitatis. Cap. 15. rigat, qui aliqd voluerit de tua prælibare li-
bertate, summa boni deitas. Tūc enim homo
procul positus à vanitate, plenius in veritate
tenet, qūdo in corde eius quicqd est Deus,
reliquis cunctis ab intuitu dimotis, pacificus
pie credit & sācte cogitat. Sed licet nemo sit
qui te in hac valle lachrymarum valeat effi-
caciter comprehēdere & definire, magnum
tñ & mirum valde nostræ ætati datum est sci
re de te summo bono, tua nobis nimirū gra
tia reuelante. Quis ante nos in quos seculorū
fines deuenerunt, talia sic manifesta audire
potuit vel cognoscere de trinitate & vnitate,
de personis & substātia? De te quidem pater
Deus quod sis à nullo, ideo ingenitus dice-
ris, de filio aūt tuo, qa genitus à te sit, nō a se:
de spū quoq; sancto, quia procedens & non
sit à se, sed à te & filio, quorū est spūs. Ita, vt
sicut tu pater nec genitus nec procedēs dici
potes: sic filius nec ingenitus, nec procedēs:
B sic nec spūssanctus ingenitus, nec genitus di-
ci debeat, quatenus proprietas personarum
te vnum patrem simul cum vno filio & vno
spūsancto patenter nobis ostēdat. Quis prio-
rib. seculis in te vnum credere Deum, & cō
fiteri trinum, neq; substantiam separans, ne-
que personas confundens, sic prudenter in-
tellexit, sic palam sapuit, sic vere cognouit?
Filius sanè tuus missus ad publicum nostrū
de sinu tuo, hanc rectæ fidei normam euidē-
tius huic vltimæ patefecit ætati. Priusquam
creaturæ ostēderes creatorem, in sola notus
erat Iudæa Deus, & in Israel magna nominis *Psal. 75.*
tui fama & cultus audiebatur. Sed nunqd sic
liquido, aut tñ quātum apud nos sub gratia
constitutos? De trinitate vero indiuidua pa-
rum quidem tunc perpauci senserunt. Legis-
latorum enim filii quod de vna trinitate, vel
de trina vnitate scire debeant digna percussi
cęcitate adhuc ignorant, aliud præter vnum
Deum miseri nolentes confiteri & garriētes
in nos verbis malignis dum dicimus te pa-
trem habere filium. Nobis autē qui ex genti- C
bus venimus, quā multa & vera de trino vno
que datum sit, probant corda quæ credunt,
nec non & ora, quæ confitentur, atque nihi
lominus flagella ipsa & mors quæ p hac ip-
sa confessione illata sunt, scriptum est enim.
Super senes intellexi. Domine Deus noster *Psa. 118.*
vnus & verus, nisi tu trinitas esses, non dice- *Qd sācta trinitas sit indiui*
retur voce veritatis, Ite baptizate omnes gen *sa. ca. 17.*
tes in nomine patris & filii & spiritussancti. *Deut. 6.*
Neq; enim baptizari iubemur domine Deus *Galat. 4.*
in eius nomine, qui nō esset Deus dominus. *Ioan. 14.*
Et rursum nisi tu trinitas esses vnus Deus, ne- *15. et 10*
quaquam tua voce diceret, Audi Israel, do- *Colo. 2.*
minus Deus tuus vnus est. Ergo nisi tu Deus *Ioan. 7.*
pater ipse esses, & filius tuus verbum tuum *& 14.*
Iesus Christus ipse esset, & donum nostrum
esset ipse spiritussanctus, non legeremus in li
teris veritatis, Misit Deus filium suum, Nec
tu vnigenite diceres de spiritu sancto, Quē
mittet pater in nomine meo: &, Quem ego
mittam vobis à patre. Et alibi? Ego & pater
vnum sumus: &, Qui videt me, videt & pa-
trē, Ego enim in patre, & pater in me est: &,
Pater in me manens ipse facit opera. Quid. n.
his verbis aliud, nisi trinum & vnum Deum
docere nos crederis tu magister veritatis, in
cuius pectore reconditi sunt thesauri sapiē-
tiæ & scientiæ? dicis quoque, Mea doctrina
non est mea: &, Sermonem quem audistis D
non est meus, sed eius qui misit me patris.
Res mira res admiranda, dic ergo, dic ver-
bum patris, respondē quæso virtus & sapien
tia summi principii, sed tu ipse principium
de principio, non tamen duo principia, sed
vnum certe principium. Dic verbum semp
manens, doce seruum humiliter interrogan-
tem. Quid enim tam tuum quam tu? Sed tu,
tuus & non tuus, quia non es à teipso, sicut
in multis sæpe locis testaris, sed a patre, cu-

ius

ius es verbum,nō ſonabile per ſyllabas & vo latile, ſed ſemper immobiliter viuens atque manens. Et ideo verbum nō quod deſinit ꝑ- latum,ſed quod permanet natum:nō trāſito- rium,ſed æternum:nō factum, ſed genitum: nec ſolum genitum,ſed etiam vnigenitū:cui ratio adeſt diſponēti & præſto eſt virtus per ficiēti, vtpote vero Deo & ſummo dño. Te quippe vnigenitum verbum pater genuit de ſeipſo:per quod oīa creauit ex nihilo. Et id- circo indubitāter credimus,qa niſi oīſcium & cunctipotēs verbum Deus eſſes,nullo mo do per te oīa facta fuiſſent. Quomodo crea
E tura creare aliquid poteſt? Creare certe ſolꝰ Deus valet,qui creatus non eſt:nihil enim ex cepto Deo nō creatū eſt. Abſit ab intellectu noſtro, vt aliquid fateamur ex patre naſci ni ſi filiū, & ideo non niſi Deus naſci potuit ex Deo. Vñ te mihi patris verbū cōſiderare vo- lēti,nulla ſufficiūt verba,qb. te valeam expli care. Quid aut abūde vel digne loq potero? Quis de quo? Homo de Deo,opus de opifi- ce creatura de creatore, paruus de immēſo, temporalis de æterno,cuius venerabilis potē tia oīpotentiſsima qua nos gratuita bonitate feciſti: nec minus tñ venerabilis gratia qua nos oīpotētiſsima miſericordia ſaluaſti.Qui & opus creatricis oīpotentiæ gratis feciſti,et opus ſaluatricis gratiæ oīpotenter.impleſti, habēs nimirum perpetem poteſtatem,& cō- dēdi incōdita,& reparandi perdita. Nec igit̄ præcipuus ille theologorū ſumma profun- dius cęteris aquilinis cōtemplatus obtutib. ſcriptitās eructaret,In principio erat verbū, & verbū erat apud Deū, & Deus erat verbū,
Ioan. 1. hoc erat in principio apud Deū:niſi tu Deus verbum,ſemꝑ apud patrem,ſemꝑ cū patre,
F ſemꝑ de patre,ſemꝑ in patre eſſes. Nō ſicut vas in vaſe,vel ciuitas apud vrbem,ſed velu- ti ſapiētia intra ſapiētē,veritas in veraci,bo- nitas in bono,ęternitas in æterno, quia nihil aliud in patris ſubſtātia niſi Deus,& æqualis, & coęternus illi,à quo genitus es,eſſe potes. Obmuteſcat itaq;,& cū ſuis authorib.pereat oīs hęretica prauitas, quę inimica ſemꝑ lite nūc ſubſtantiam diuidit, nūc perſonas con- fundit. Creſcat rogo fide & magis magisque piis fęcūdetur actib.mater Eccleſia,quæ tres Deos colere, trinitatē in ꝑſonis diſtinguere prophanum & nimis impium iudicat. Hæc deniq; cęleſtib.erudita diſciplinis,credit,cō fitetur & docet vnā proculdubio ſubſtātiant & tres perſonas,& ſciens oīa quæ ad fidei re gulam pertinēt.Huius magiſterio, & doctri na cœlitus inſpirata a puero doctus, corde credo,ore cōfiteor te,o ſumma trinitas, vna virtus & indiſcreta maieſtas. Cōfiteor te pa- trem & filium,& ſpiritum ſanctum in perſo nis trinum,in ſubſtātia vnum, verum Deum oīpotētem,viſibilium & inuiſibiliū cōdito- rem,nō corpus aut in corpore poſitū,neque ex diuerſis ſpecieb.admixtum, aut mēbrorū cōpaginib.effigiatū,ſed vnius ſimplicis & in corporeæ naturæ.Te qdem verū patrē ſum- mę bonitatis,& totius deitatis principiū cir- G cūſcriptę & ingenitę maieſtatis Deū, ex nul lo ducētem initiū ſed oīb. initiū dātem cre- do & cōfiteor nō corporali ꝑgenie,nec ex- trinſecus,nō neceſsitate,neque volūtate,ſed natura filiū gnantem. Cōfiteor & verū te fi- liū ex patre ſine initio ineffabiliter natū ve- rū Deū vnigenitū,per quem oīa facta ſunt,& verū patris verbum,nō factū,nō creatū,non adoptiuū, ſed genitū & vnius cū patre ſub- ſtātiæ, atque ita per oīa ęqualem Deo patri, vt nec tpe,nec gradu,nec ptāte eſſe poſsis in ferior. Tm̄q; te eſſe cōfiteor, qui genitus es, q̄tus eſt in ſe qui te genuit.Nō aūt, quia dico genitū a patre filiū, diuinæ & ineffabili gnā- tioni,aliqd̄ tps aſcribo,ſed nec patrem dico aliqn̄ cępiſſe,nec te eiꝰ filiū. Quia ſemꝑ fuit pr̄:nunq̄ igitur nō fuiſti filius.Nō.n.aliter cō fiteri poſſumus æternū patrē,niſi cōfiteamur te coæternū filiū.Ex filio.n.pater dr̄, & quia ſemper pr̄ fuit,ſꝑ habuiſſe filiū dubiū nō eſt. Te quoq; ſpm̄ ſanctum verū Deum,nō factū, nec creatū,nec genitum,neq; ingenitū, ſed ex patre & filio inenarrabiliter procedentē, H & in patre ſimulq; filio ſubſtātialiter perma nētem.Sic igit̄ ab vtroq; procedis,vt inſepa- rabiliter in vtroq; maneas, atque ita per oīa Deo pr̄i & filio ęqualē coęternū, cōſubſtan tialē, vt neq; poteſtate,neq; volūtate, neque ęternitate,neq; ſubſtātia differri poſsis ab eis vel præcidi à qb.procedis. Igit̄ ęternum pa- trem ſine natiuitate,ęternū filium cū natiui- tate, ęternum ſpm̄ ſanctum cū proceſsione, ſine natiuitate,totum patrē in filio & ſpūſan cto,totum filium in patre & ſpūſancto, totū ſpiritum ſanctum in patre & filio permanen tem:patrem & filiū & ſpiritum ſanctum vnū Deum omnipotentem, vna poteſtate,vnoq;

regno,

De cognitione diuinæ eſſentiæ incorporeæ. Cap. 17.

De cōp rōne tr perſona rū c. 1

De proceſſione ſpūſcti a patre, & filio. Cap. 18.

regno, vna maiestate, vna æternitate, ex tunc & nũc & semper vbiq; regnãtẽ corde credo, ore cõfiteor, & mẽte diligo. Ad hanc fidei regulam intẽtionẽ meam q̃tum me posse fecisti, Deus meus q̃ siui te & desideraui intellectu videre qđ credidi. Huius rei gratia ingressus sum multarũ apothecam delitiarum, qb. pascit̃ mater Ecclesia, vbi consideraui plurima, & cępi explorare singula. Et cũ huc illuc que anxius auidusq; discurrerem, tu bonus adiuuare cupiẽs desiderium qđ dedisti, misisti manum pietatis tuæ & soluisti nodũ ambiguitatis meę, & ideo delectat me de te valde cogitare, de te loqui, laudesq; tuas desiderãti corde depromere, vt in præsenti miseria solo qdem corpore, tecum aũt mente & oĩ auiditate tui tenear dñe Deus trine & vne, sciẽtiæ lumẽ accende in me, per qđ te intelligere merear trinum & vnũ Deum, sicut es trinus & vn⁹ Deus, & ignorãtiæ tenebras magis magisq; sicut cępisti remoue a me, vt spiritalia spiritaliter videam q̃tum possibile est humanæ fragilitati. Da mihi in via hac, qua te duce gradior, intellectum, atq; inspira mihi & sp doce gratiam tuam, qualiter in te ir reprehensibiliter sit credendum, vt te vnum Deũ essentialiter sapiam & incõprehensibiliter trinum p̃sonaliter capiam, Patrem ingenitum, de patre vnigenitum, de vtroq; procedẽtem & in vtroq; manẽtem spiritumsanctum, nullum anticipationis trib. vel posteritatis interuenire momẽtum, nec dispertitum hr̃e imperium, non in creandis cõsilium, regẽdis perficiẽdisq; creaturis auxilium opusque diuisum. Quicqd illic naturale est, indiruptum, qcquid personale est, incõfusum. O mysterium inffabile & præ ceteris intellectu difficile: reliqua vero sacra, quæ tenentur in Ecclesia tua dñe, stupẽda sũt & venerãda, sed istud tui sacramẽtum præcellit vniuersa. Hoc nempe tuæ indiuiduæ trinitatis mysterium, & illud cęlestis mensæ sacr̃m, quæ fideles & pias aĩas pascit carne & potat sanguine, vt nõ esuriant neque sitiant in ęternum, fac me Deus meus pura & simplici cõscientia pręcipue inter cętera sentire & credere, tenere & retinere, ne sinas queso dñe fidem in eis meã aliquatenus vacillare, sed ita semper in eis & de eis pro tua tribuas pietate mihi credere ac intelligere, sicut veritas eorum se habeat. Intret in cor meum gratia tua, que sonet fine sono & sine strepitu, loquatur ibi tantorum omnem veritatem mysteriorum, luce & dulcedine intus vbique & foris vndique p̃fundat aĩam meam illa magistra virtutum, & iudex omnium veritatum, & sic irradiando & soporãdo eam in ipso veritatis centro stabiliat atq; cõfirmet, vt nec velim, nec possim de tãtis mysteriis aliter sentire nisi sicut oportet & decet. Omnipotẽs bonitas cuius pietatis aures pauperum tuorũ desideriis patẽt, intellige clamorem cordis mei & faue votis meis. Pręsta dñe vt ipso mẽtis palato sentiã, gustem, & sapiã hęc ineffabilia sacr̃a: magna enim sunt & mira valde, & ego paruulus in eorum cõsideratione deficio, quoties ad intuẽda ea fidei oculos attollo. Sed qa vno modo vtraq; nobis necessaria sunt ad salutem, Deus author omnium, inuisibilis creator, q̃ es subst̃atia summa & vna diuinitas atq; personalis vera & perfecta trinitas, te Deum patrem exoro, ex quo omnia, & filium tuum, p quem omnia, simul & spiritumsanctum in quo omnia, Te dominum meum quem vnũ & verum in trinitate cõfiteor Deum, à quo creati, liberati & illuminati sumus, supplex rogo tãtorum auidus mysteriorũ, lacta me, nutri me, & in mẽsuram ætatis vsq; perfecti viri meam extẽde exiguitatem, vt solidum hunc & perfectum cibum capere valeã. Imperfectum enim meum viderunt oculi tui. Dator omniũ bonorum Deus pater cui nunquam sine spe misericordiæ supplicatur cũ filio tuo ac spiritu sancto, da quod a te desiderat, & a te postulat aĩa mea. Quorũ enim vna est subst̃atia, vnum est & datum, vna & operatio, vnum donum vnaq; potestas, vt in ipsa quoq; personarum proprietate iuxta, p fundiorem intellectum quædam vnitas sentiat̃. Inseparabilis nimirum naturæ tuę vnitas nõ potest separabiles hr̃e personas, quia sicut trinitas es in vnitate, & vnitas in trinitate, sic separationem nõ potes habere personarum. Nominãtur quidem illæ personę aliq̃ singulæ, sed ita voluisti te trinitas Deus in separabilem ostẽdere in personis, vt nullum ibi nomen sit in qualibet persona, quod ad aliam personam secundum relationis regulã nõ referat̃, sicut pater ad filium, & filius ad patrem, vel spiritussanctus ad patrẽ & filium verisime referr̃. Ea vero nomina quæ subst̃atiam vel potẽtiam vel essentiam tuã significant,

De cognitione diuinæ essentiæ incorporeæ. Cap. 17.

De cõparatiõne triũ personarũ c. 19.

De processione spiritussancti a patre, & filio. Cap. 18.

Psa. 138. Qđ diuina subst̃atia in diuidua sit. cap. 20.

ficant,vel quicquid Dei proprium omnibus
personis ęqualiter cõuenit,vt Deus magnus,
bonus,æternus,omnipotens, oĩa naturaliter
de te Deo dicuntur. Nõ est igitur aliquid na
turę nomen, quod sic tibi Deo patri posĩt
conuenire,vt aut filio tuo,aut spũisancto cõ
uenire negeť.Dicimus te Deum patrem natu
raliter esse Deum, sed naturaliter est & filius
Deus,naturaliter est & spiritussanctus Deus:
non tñ tres dii,sed vnus Deus, pater & filius
& spũssanctus.Idcirco insęparabilis es sãcta
B trinitas Deus in personis, sensu, intelligẽtia:
quãuis in voce sęparabilia habeas nomina,
qa pluralem numerum naturæ nominib.nul
latenus recipis. In hoc.n. ostendiť personas
non posse diuidi in sancta trinitate,quę vnus
est verus Deus,qa cuiusĺibet personæ nomẽ
semper ad alteram respicit personam. Si pa
trem dico, filiũ ostẽdo:si filium nomino,pa
trem prædico: si spiritumsanctũ appello,ali
cuius esse spiritum necesse est intelligi, i.pa
tris & filii. Tu vero trinitas deitatis personarũ
pluralitate multiplex, numerabiliter esin
numerabilis,ac idcirco mẽsurabiliter immẽ
surabilis,& ponderabiliter imponderabilis:
non.n.summæ bonitatis,quæ tu ipse es,profi
temur originem,ex quo oĩa, per quem oĩa,
in quo oĩa, sed eius participatione dicimus
Qđ in di bona oĩa.Nam tua diuina substantia semper
uinitate caruit ac caret materia,licet non careat for
nõ est ma ma,q̃ dum imprimis quasi figillum reb. sin
teria.c.21 gulis, eas sine tui augmenti aut detrimenti
mutabilitate,proculdubio a te facis differre.
Quicqd in natura creaturarum est, creatura
tua est,o trinitas vnitas & vna trinitas Deus,
cuius oĩpotentia oĩa gubernat, regit & im-
C plet q̃ creauit. Nec ideo te oĩa implere dici-
Qđ non mus,vt te cõtineant,sed vt ipsa potius a te cõ
est pars tineanť.Nec particulatim imples oĩa, nec vl
Deo, nec latenus ita putandum est, vt vna quæqȝ res ꝑ
Diuisio. magnitudine portionis suę capiat te,i.maxi
Cap. 22. ma maius,vel minima minus,dum potius in
omnib.totus ipse sis,siue oĩa in te.Cuius om
nipotentia oĩa concludit,nec euadendi potẽ
tiam qs aditum inuenire potest.Qui en m te
non het placatum nequaq̃ euadit iratum.Im
mẽsitas quippe diuinę magnitudinis tuę ista
Qđ de cõ est,vt intelligamus te intra oĩa, sed nõ inclu
tinet oĩa. sum,extra omnia,sed non excluśim.Et ideo
Cap. 23. interior es,vt omnia cõtineas: ideo exterior
es es, vt circũscriptæ magnitudinis tuæ im-
mensitate oĩa circumcludẽdo oĩa regas. Per
id ergo ꝙ exterior es,ostẽderis esse creator:
per id vero ꝙ interior es, omnia gubernare
& regere demonstraris. Ac ne ea quæ creata
sunt sine te,essent,tu intra omnia es: verũ ne
extra te essent,tu exterior es, vt oĩa conclu-
dant a te,non locali magnitudine,sed poten
tiali præsentia,qa vbiq; es præsens,& omnia
tibi præsentia, quamuis quidam hoc intelli-
gant,qdam vero non intelligant.Hæc & alia
multa docuit me mater Eccleśia, mater san-
cta vniuersalis,& orthodoxa, cuius me fieri D
membrum voluisti per gratiam tuam, & de
eius cœlesti doctrina me ita certum & secu-
rũ in omnib.pro tua pietate reddere digna-
tus es dñe per assiduam tuę in inspirationis
illuminationem, & si multa quæ clausa my-
steriis latent,non per speculum, sed facie ad
faciem intuerer. Decuit te igitur solũ viuum
& verum Deum non esse corporeum vel pas
sibilem vel palpabilem,nullam tibi partẽ cor
poris oculis posse sentiri, nihil de substantia
tua atq; natura vllo modo esse violabile, aut
compositum,aut fictum,aut maius, aut inse
rius,sed nec omnem modum ex omni parte
sine deformitate perfectum, sine quantitate
magnum,sine qualitate bonum,sine tpe sem
piternum,sine morte vitam, sine infirmitate
fortẽ,sine mendacio veritatẽ,sine loco vbiq;
totum,sine situ vbiq; præsentem, sine exten-
sione oĩa implẽtem, sine contractione vbiq;
occurrentem,sine motu omnia transcenden
tem,sine statu intra oĩa manentem,sine indi-
gentia omnia creantem, sine labore oĩa re-
gentem,sine tui initio omnib.initium dantẽ,
sine tui mutatione oĩa mutabilia facientem,
ac semper & vbique regnãtem,sine fine ma-
nẽtem.Domine Deus vna trinitas Deus, quæ E
incõparabiliter reb. omnib. antecellis, adeo *Qđ de-*
es ineffabilis,infinita & incomprehensibilis, *tinet in*
vt paruissimum sit valde omne quod de te di *corpora.*
ci potest.Multa.n.dicim⁹, sed plane id quod *Cap. 24.*
es dicere non possumus. Et quia vniuersorũ
consummatio sermonum ipse es, cum ergo
peruenerimus ad te,cessabunt, proculdubio
multa ista quæ dicimus,& manebis vnus om
nia in omnibus, & sine te dicemus omnia
vnum,laudantes te etiam vnum,& in te facti
vnum,videntes te iugiter sine fine incorpo-
ralem naturaque immutabilem trinitatem,
& in te omnia sciẽtes, & in te gaudium per-

petuali-

petualiter manſurum habentes, ab omni ſanati languore, & in illam immortalitatis gloriam transformati. Cũ venerit viſio hęc quæ danda facie ad faciem promittitur, quando palam de cunctis annũciabitur myſteriis, & fidei ſpes atque ſpei res ſuccedat, tunc clarius certiusq; ſcientes intuebimur, nihil creatum, aut ſeruiens in te trinitas vna, nihil inæquale, nihil gratia æquale, nihil anterius poſteriusve, nihil maius, nihil extraneũ aut officiale alteri, nihil perſuaſione aut ſurreptione
E inſertum, nihil moribus volũtate diuerſum, nihil officio ſingulare aut alteri communicabile, non confuſum, totum perfectum, qa totum in vno & vnum in toto, non tamen ſolitarium, quoniam ſummum bonum & ſummam ſapientiam, & ſummam benignitatem te ſancte pater vnum omnium principium & veritatem tuam, per quam te intelligimus nulla ex pate tibi diſsimilem, quæ forma es omnium, & quæ ſola imples hoc quod appetunt omnia, ſimulque ipſum vtriuſque donum, quo beata ſunt quæcunque beata ſunt, in te & cum te colimus, & adoramus vnam ſcilicet incommutabilem trinitatem. Cum enim tertio repetitur quod vnum eſt, non numerus coaceruatur, ſed vnum eſſe illud aſſeritur, genitus, gignens, & procedens, tres qdem perſonæ, ſed vna ſubſtantia. Sicut ignis, candor, calor, tria nomina ſunt, res vna, ſic memoria, intellectus voluntas, ſed vna anima, quæ inſeparabiliter demonſtrantur & inſeparabiliter operantur. Si hoc in creaturis inuenitur, quid de te creatore intelligẽdum eſt? Natura quippe diuinitatis tuę immobilis eſt omnino & immutabilis, pſonæ vero mobiles ſunt ſecundum relationem, non iuxta proprietatem, ſed ideo in relatione perſonarum trinitas, in naturæ vero ſubſtantiæ vnitas. Vnitas ſiquidem propter inſeparabilem
F eſſentiam diuinitatis, trinitas autem propter diuerſitatem nominum. Non enim nomina tantum, ſed etiam proprietates nominum, hoc eſt, perſonas, vel vti Græci exprimunt συλλαβὰς ſyllabas, * confitemur. Hæc tamen dicimus de te Deus noſter vt poteſt humana intelligentia capere. Cæterum quis in hac vita poſitus vel chryſtallino pectore, ſufficiat penetrare tuiipſius trinitatis interna myſteria, quomodo pater, filius & ſpirituſſanctus tres perſonæ eſtis & vna natura? Quomodo tu pater ingenitus diceris, filius genitus, ſpirituſſanctus nec genitus nec ingenitus, ſed procedens dicatur? Quomodo filius de te patre natus eſt, ſpirituſſanctus de te procedit & filio? Quomodo filius naſcendo non procedit, ſpirituſſanctus procedendo non naſcitur? Quomodo filius non de ſe, ſed de te eſt, nec tamen tui eſt poſterior de quo eſt? Quomodo ſpirituſſanctus de te procedit & filio, nec tamen à vobis præſcinditur, à quibus procedit? Quomodo tria vnum eſtis, & G
vnum tria? Quomodo inuicem relatiue tria eſtis, eſſentialiter vnum, qũo trinus es & vnus Deus, non localiter, ſed vbique es, & nõ particulatim vbique es, ſed vbique totus es, vbique præſens ſine ſitu & loco & motu? Quis iſta rogo conſideret? Quis hęc comprehendat quantalibet probitate vel ſcientia præditus? Hoc tamen in ſpe promiſionis repoſitum eſt, quia videbimus te domine, & tanto vnuſquiſque perſpicacius, quanto hic vixerit purius. Quia mundi corde, teſte ſcri Mat. 5.
ptura, Deum videbunt. Aperte nanque videbitur cuncta mentis iam deterſa caligine, quomodo filius qui oriendo eſt, tibi ò pater de quo oritur ſubſequens non eſt, & quomodo ſpiritus amborum qui per proceſsionem proditur, à vobis proferentibus non pręitur, quomodo & vnum diuiſibiliter tria, & tria indiuiſibiliter eſtis vnum. Viſa enim claritas ad impatefactam tuç nobis maieſtatis ſpeciem purum amantis intuitum mentis rapiens ſubleuabit. Sed ipſa claritas natura eſt, & ipſa natura claritas eſt. Quæ nimirum viſio nunc fide inchoatur, ſed tunc in ſpecie perficietur, quando ſapientiam tibi coæternam, quam modo per ora doctorum ſumimus, in ipſo fonte bibemus. Omnia ſacramenta & cuncta nobis tunc apparebunt arcana, non doctorum verbis, non enim vlH lis indigebimus myſteriis, cum facie ad faciẽ videbimus te, ſed inde, niſi fallor, vnde angeli te vident. Quid nos tunc latere poterit, quando tu Deus noſter & vita viuentium, cauſa cauſarum, forma formarum informata te nobis clara viſione inſinuabis? Nõ enim indignum tibi videtur cum te formam vocamus. Nam tua eſſentia, & ſpecies dici poteſt forma. Non fruſtra tam pretioſiſsimum quam formoſiſsimum in laude tua ponitur, ſed forma quæ materia caret & motu & tẽ-

pore

*Exẽplum de igne et aĩa. c. 25. De immutabilitate Dei. c. 27

*a. l. ſubſtantias, id. eſt ſubſiãtias.

De viſione Dei. Cap. 25.

Qđ deitas materia caret. Cap. 28.

pore & loco, atque idem vnum est, & est id quod est, reliqua vero non sunt id quod sût. Hæc verissime sola dicere potest, Ego sum qui sum. Hæc tanta ac talis est, vt de eius pulchritudinis visione nihil in hac vita sibi vsurpare mens humana audeat, quod solum electis tuis præmium in sequenti in remuneratione reseruas. Cum ergo ad te peruenerimus fontem vitæ & lumen æternum, & dulcissimam speciem & visionem tuam, erit nobis delectabiliter impressa sitis simulque satietas. Sed longe aberit à siti satietas, longe à satietate fastidium, quia sitientes saturabimur, & satiati sitiemus. Tu denique & æterna nobis vita gaudium & corona eris. Tua beata visio erit nostri laboris præmium, vt post mortalitatis huius tenebras accensa gloriæ tuæ luce gaudeamus. Videbimus itaque tuæ incommutabilitatem essentiæ, vt per hanc & nos efficiamur incommutabiles. Sed non sicut tu vides te: in nobis enim quicquid erimus, poterimus nosse, in te autem qui comprehendi non potes quod es, quicquid illud est quando possumus nosse? etsi poterimus, nondum possumus, & tamen cũ poterimus, nunquid sic te nosse valebimus sicut te nosti Deus? Ipsa quoque rationalis & electa creatura non æqualiter visione tui potietur, vnusquisque enim pro mercede laboris sui, sed plene sibi sufficiet quod singulis dabitur intueri, Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine. Beati qui habitant in domo tua domine. Fœlices qui iam pelagus huius mortalitatis transierunt, & ad portum perpetuæ securitatis peruenerunt. Infœlices nos qui adhuc in salo huius vitæ circumflantib. agitamur, procellis, & inter pericula multa variosque casûs incerti nauem laborãtes trahimus. Domine da nobis te rectore, te duce inter Scyllam & Charybdin ita tenere iter per medium, vt integra naue & saluis mercib. peruenire possimus ad te portum tutissimum. Fœlix anima terreno resoluta carcere, libera cœlum petit, quæ beatis iam admixta spiritibus maiestati tuæ assistit, quæ te incircumscriptũ lumen cernit, quæ nullo metu vel mortis vel hostis afficitur, quæ incorruptionis perpetuæ munere lætatur. O vita vitalis, dulcis & amabilis & semper memorialis, vbi non est hostis impugnans, vbi nulla illecebra, sed summa & certa securitas, & secura tranquillitas, & tranquilla iucunditas, & iucunda fœlicitas, & fœlix æternitas, & æterna beatitudo, & beata sine fine tui visio atque laudatio. Vtinam hæc succedat, & mortale hoc induatur immortalitate. Vtinam desinat & quãcito finiatur ista vita, vita dubia, vita cæca, vita ærumnosa, quam humores tumidant, dolores exterminant, ardores exiccant, aerea morbidant, escæ inflant, ieiunia macerant, ioci soluunt, tristitiæ consumunt, solicitudo coarctat, securitas habetat, diuitiæ iactãt, paupertas deiicit, iuuentus extollit, senectus incuruat, infirmitas frangit, mœror deprimit, & post hæc omnia mors interimit, & vniuersis gaudiis finem imponit, ita vt cum desierint esse, nec fuisse putentur. Iam iamque adueniat domine, aduolet obsecro regnum illud carens morte, vacans fine, cui nulla tempora succedunt per æuum, vbi continuus sine nocte dies nescit habere tempus, vbi illi angelorum hymnidici chori & supernorum ciuium societas, vbi dulcis solennitas à peregrinationis huius tristi labore redeuntium, vbi prouidi Prophetarum chori, vbi iudex Apostolorum numerus, vbi innumerabilium martyrum victor exercitus, simulque confessorum constantia præmii sui perceptione consolata, vbi fideles viri, quos à virilitatis sui robore voluptas huius seculi emollire non potuit, & sanctæ pariter mulieres, quæ cum seculo & sexum vicerunt, vbi pueri, qui dũ essent in carne annos suos moribus transcenderunt, atque senes quos ætas debiles reddidit, & virtus operis nõ reliquit. Ad horum omnium sanctam frequentiam & tuæ inspiciendæ pulchritudinis mansuram sine fine lætitiam, fac me domine Deus toto corde intendere, viriliter currere & fœliciter peruenire. Interim dũ in isto maneo corpore, in his semper meditationib. mentẽ meam bonorum insinuator exerce: Munda ergo cordis intuitum, acue mẽtis intellectũ, accende cœlesti igne animum, vt te solum cogitem, te solum amem, te solum in corde habeam & in ore qui es futurum nobis sine fine præmium. Et, vt põdus mortalitatis meæ leuius feram, da lumen in corde, da verbum in ore, operi sanctarum secreta scripturarũ, & profunda mysteriorum regni tui viscerib. meis propina. Da ex amore tuo lachrymas, da fidei virtutumque pennas, quibus indutus

De siti sine satietate.ca.29.

Psal. 30.
Psal. 83.

De vita æterna. Cap. 30.

I

K

L

M

tus rursum ad te volitem, & perosus terram, cœlum petam. Hanc fidem per te, de te, in te confiteor ò beata & benedicta & gloriosa trinitas, ò vera & summa & sempiterna vnitas, pater & filius & spiritus sanctus, Deus, dominus, paracletus, gratia, consolatio, verum lumen, lumen ex lumine, vera illuminatio, viuens vita, vita a viuente, viuificator viuentium, fons, flumen, irrigatio, vnus a se, vnus ab vno, vnus ab ambob. ab vno omnia, per vnum omnia, in vno omnia. i. à se pater, filius à patre, ab altero. i. ab vtroq; spūs. S. i. à patre & filio, o" à se, o"v ab altero, o"v ab vtro
A que omne autē o" semper in trib. & omne o"v æqualiter in singulis verax genitor, veritas genitus, amor amborum spiritus sanct⁹. Vna virtus, æqualis maiestas, par gloria, vna eademque essentia. Sapiens genitor, sapientia genitus, & charitas spūs sanctus. De⁹ trine & vne, Deus oipotens, apud quem non est transmutatio, & ideo apud te cursus tēporis diei noctisq; alternatione nequaquam variat. Deus lux vera quæ sine accessu ea quæ eligis illustras, & sine recessu ea quę respuis deseris: & ideo in te nullus defectus, nulla mutabilitas venit. Deus qui in tēmetipso manēdo immutabilis es, sic in se transitoria condidisti, vt apud te transire nequaquam possint, & iō in conspectu tuo tempus non defluit qđ apud nos sine decurrit. Deus in cuius ęternitate fixa manent ea quæ nō fixa exterius seculorū volumina emanāt, & ideo ęternitate tua dies est vna, quę nec fine claditur, nec initio aperitur. Deus qui sine mutabilitate tui simul cūcta respicis, sine distensione comprehendis, & bona quæ iuuas, & mala quæ iudicas, & q̄ iuuans remuneras, & quæ iudicans damnas, in his q̄ diuerso disponis ordine diuersus nō
B es. Deus q̄ opera tua extra circundas & intra reples, supra regis, & infra fers, & licet sis superior per potentiā, inferior tñ p sustentatiō nē, exterior p magnitudinē, interior per subtilitatem, causa superior & inferior es sine loco, amplior sine latitudine, subtilis sine extenuatione, & ideo per molem corporis nusquam es, sed per incircunscriptā subst antiā, & immēsibilitatem incommutabilis naturę nusquam dees. Sed quia longe distas creator a creatura, quis valet capere qualiter sis in loco, qui non caperis in loco? Omnino enim in loco esse non potes, quoniam vbiq; es & non in loco. Ipse tibi locus illocalis crederis esse, spiritus incircumscriptus, vnde difficile inuenitur vbi sis, sed multo difficilius, vbi nō sis. Quis sine te subsistere vel esse potest? Et tamen tecum non possunt omnes esse. Omnia enim à te sunt, & per te subsistunt. Deus vera & infinita beatitudo, a quo & per quem in quo viuunt omnia, quæ vere summeque viuunt. Deus bonum & pulchrum, à quo & p quem & in quo bona & pulchra & sunt omnia, quæcūq; bona & vere pulcha sunt. Deus C
supra quem nihil, extra quem nihil. Deus sub quo totum, cum quo totum, in quo totum. Deus à quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Deus cuius nos fides excitat, spes erigit, charitas iūgit. Deus qui petere iubes, & inuenire facis, & pulsantib. aperis. Deus à quo *Cap. 33.* auerti cadere est, in quem cōuerti resurgere, *Mat. 7.*
in quo manere cōsistere. Deus quem nemo amittit, nisi deceptus, nemo q̄rit nisi admonitus, nemo inuenit nisi pur⁹ aut purgatus. De⁹ quem nescire mori est, quē nosse viuere est, quē spernere perire est, cui seruire regnare est. Deus cuius pietatis ope & bene seruit subiectus, & dominatur prælatus, & ideo sine te nemo eorum recto incedit tramite vel ordine. Deus inuisibilis & immense, ineffabilis & ęterne, incōprehensibilis corpore immortalis & perpetue, incōmutabilis & incircumscripte, mirabilis & benedicte, idicibilis, cui esse est viuere, sapere, & intelligere, scire & posse, pulcrescere & clarescere vnum & idē es, qa simplex es et diuidi nō petes. Tu es ipse Deus meus viuus & verus, Deus pius, rex ninis magnus. Te vnum Deum colo, vnū natū rarum principum à quo vniuersitas inchoat & perficitur & cōtinet. Vnum Deum à quo sumus, per quem sum⁹, in quo sumus, à quo
D discessimus, cui dissimiles facti sumus, principium ad quo recurrimus, & formam quā sequimur, & gratiam qua recōciliamur, vnū quo authore viuimus, quem diligentes, & quem fruentes beate viuimus, te laudo, bene dico atq; adoro, tuæ clementiæ & bonitati gratias refero, p vniuersis donis tuis ac datis, & pro omnibus beneficiis misericordię tuę, quę animę corporiq; meo largitus es, & sēper largiris a puero & cunabulis meis propter te & nomē sanctū tuum. Vnde expertus didici, quia tu Deus noster Deus es infinitæ misericordiæ & maiestatis īmensę pietatisq; gratui-

Iacobi. 1. De luce diuina. cap. 31.

Qđ sit immutabilis Deus. Cap. 32.

gratuitę, qui seruos tuos inter aduersa & pro
spera mirabiliter dirigis atque custodis, sicq; moderaris vitam illorum in vtraq; parte, vt aduersa prosperis, & prospera succedant ad-
Psa.144. uersis. Cõfiteant ergo tibi dñe oĩa opera tua, & sancti tui benedicãt tibi, vt cõfitendo resipiscant, non cessant à laudib. tuis ipsi etiam peccatores. Quorum vnus ego licet in pecca
tis pronior, in corde tamen desideranti tuas decanto laudes, si non ea qua debeo laude vel dignitate, facio tamen, qua valeo faculta
E te, respice quæso sereno vultu, ad hoc meæ exiguitatis obsequium, & propitiabili digna tione accipe tantillum sacrificium confessionis fidei meę, vt ad te redeat quod a te ve nit, non respiciens tantum ad id quod deuotus offero, quãtum ad eam qua deuotissime dicere volui & volo. Quicqd enim dedecet vel te offendit adborret aĩa mea. Vtinam pos sem talia qualia illi hymnidici angelorũ cho
Sap. 10. ri. O quam libenter me in laudib. tuis totum effunderem, & luculenter in medio Eccleśię carnem gloriæ tuæ infatigabilis perorarem. Sed quia vt illi nequeo, prorsus tacebo? Væ domine tacentibus de te, qui ora mutorum resoluis, & linguas infantium facis disertas. Verum qua paruulis licet laudes tuas vel bal butire, suscipe sacrificium precor de manu linguę meę, de cordis amore. Sed ignosce ro go dñe indignissimo & infideli tecum de te loquẽti diutius seruo. Ignosce pie, qa non te meritate psumptionis, sed auiditate tui desi derii huic defloratiunculę operã dedi, vt bre ue & manuale verbum mecum de te semper haberẽ, ex cuius lectione quoties tepefio, in tuum reaccendar amorẽ. Sumus enim in me
F dio laqueorum positi, & ideo facile à cęlesti refrigescimus desiderio. Vnde indigemus as siduo munimẽto, quo expergefacti, ad te no strum verum summumq; bonum quum de fluimus, recurramus. Multę deniq; sunt con templationes qb. aĩa deuota tibi exercitatur & pficit, sed nulla earum ita me delectat, vt mẽs mea intẽdit, sicut illa quæ tua agit̃ pro prietate. Idcirco necessarium duxi hunc mi hi solũ decerpere sermunculum, vbi de om-
Rom. 10. nipotentia maiestatis tuæ, sicut corde credo ad iustitiam, ita ore confiterer ad salutem te Deum patrem ingenitũ, te filium vnigenitũ, te spiritumsanctum paracletum, sanctam & indiuiduam trinitatẽ vnum Deum in magni tudine infinitum, in virtute omnipotentem, in bonitate summum, in sapiẽtia inęstimabi lem, in consiliis terribilem, in iudiciis iustũ, in cogitationib. secretissimum, in verbis ve racem, in operib. sanctum, in misericordiis copiosum, erga delinquentes patientissimũ, erga pęnitentes piissimum, semper idipsum æternum ac sempiternum, immortalem, atq; incommutabilem, quem nec spatia dilatant, nec breuitas locorum angustat, nec recepta cula vlla coarctant, nec voluntas variat, nec necessitudo corrumpit, nec mœsta pertur-
G bant, nec læta demulcent, cui nec obliuio tol lit, nec memoria reddit, nec præterita tran seunt, nec futura succedũt, cui nec origo ini tium, nec tempora incremẽtum, nec cursus finem dabit: sed ante secula, & in seculis, & per secula in æternum viuis, & est tibi laus perennis & æterna gloria, summa potestas et singularis honor, perpetuũ regnum & sine fine imperium, per infinita & indefessa & im mortalia secula seculorum. Amen.

DE VITA CHRISTIANA

LIBER VNVS.

VT ego peccator prim⁹ & vltim⁹, insipientiorque cęteris & impe ritor vniuersis, te vt sanctitatis & iustitiæ viam pergas crebrio rib. audeam literis admonere, nõ meę proprię iustitiæ fiducia, nõ sapiẽtiæ peritia, nõ scientiæ gloria, sed sola quã con cepi fm Deum aio & mente, tuę charitatis causa cõpellit, quæ me peccatorem & igna rum pariter ad dicendum, ita hęc hortat & prouocat, vt cum loqui nesciam, tacere non H posim. Vellem itaque, & libenter obtarem te eorum hr̃e notitiam, quorum & sapientia affluentior est, & facundia maior, & scientia vberior, & conscientia ab omni peccatorum cõtagione liberior, qui suis tete verbis iuste instruerãt & exemplis. Nos enim præterquã quod mẽtem nostram ita insipientiæ & igno rantię caligo cęcauit, vt diuiduũ aliquid ne queant sentire vel discernere, adhuc insuper & omnium redarguit conscientia peccato rum, vt etiã siquid luminis posit habere ab scondat, & ita fit vt præterquam quod dice re nõ habemus, hoc etiam qd̃ habemus, nõ

fiducia-

fiducialiter proferre conscientia prohibente posſimus. Tu tamen cum peritior tibi apparere posſit & melior, rudibus admonitionibus nostris interim esto contenta, & charitati da veniam cuius & non considerare quid oferat, nec quod non habet quærit, sed totum quod habet libenter impartitur, ad cuius nõ tam muneris speciem, quam animi respice
Luc. 21. voluntatem & diligenter aduerte quid tibi illa negare poterit, quę totũ dare voluit, quod habebat obtuliſſet etiam, quod non habebat si posſet, quæ totum quod potuit offerebat. Sitit itaque ille sed parum, qui decurrentis interim riui aqua non potest esse contentus, donec ad fontem vberiorem puriorẽq; perueniat. Nec illũ satis esurire credo,
I q cũ cibarios panes habeat nitidos expectat & candidos: ita dulcisima soror quam ego certus sum esurire nimium, & sitire cęlestia, cibarios interim mandepanes, donec similagines candentes inuenias. Exigui & turbulenti riuuli aquam pota, vsque quo fontis affluentioris haurias puriorem. Nec tibi interim panis noster, quamuis rusticus videatur esse displiceat. Rusticus enim panis incultior esse videtur, sed fortior, & celerius esurientẽ stomachũ satiat, fessumq; corroborat, quã qui siligineus videtur & nitidus. Nunc ergo dicam sermone prout valeo, & quid christianum agere conueniat, vt potero explicabo. Cuius rei & vnde prius exordium sumam iustius non inuenio, quam vt primum de Christiano vocabulo disputem, & cur quis Christianus nuncupetur exponam. Christum vnctum interpretati, sapientium & fideliũ nullus ignorat. Vnctos vero non nisi sanctos viros & satis Deo dignos semper fuisse manifestũ est, nec alios quam Prophetas aut sacerdotes aut reges. Et tam magnũ fuit ipsius vnctionis mysterium, vt in Iudaico populo, nõ omnes illud, sed satis pauci de plurimis merentur accipere, & hoc vsq; ad aduentum domini nostri Iesu Christi, quo tempore credentes illi & baptismatis illius sanctificatione purgati, non aliquanti sicut sub lege prius fuerant, sed omnes in Prophetis & sacerdo-
K tibus vnguntur & regibus. Cuius vnctionis quales esse debeamus, admonemur exemplo vt in quibus tam sancta est vnctio, sit non minus sancta conuersatio. Ex sacramento enim vnctionis huius & Christi & Christianorum

Cur quis Christianus nuncupetur. Cap. 1.

omnium, idest, in Christo credentium vocabulum & descendit & nomen. Quod nomen ille frustra sortitur, qui Christũ minime imitatur, Quid enim tibi prodest vocari quod non es, & nomen tibi vsurpare alienũ? Sed si Christianũ te esse delectat, quæ Christi sunt gere & merito tibi Christiani nomen assume. Aut forsitan non esse, sed vocari desideras, hoc satis miserum & fędum est, te velle vocari quod non sis. Nemo enim ita transit ad Christum, vt Christianus appelletur & nõ sit. Qui Christianus dicitur, Christum se habere dominum profitetur. Et vere habet si ei in omnibus obsequatur, & seruiat. Si quo mi L
nus Christi ille non famulus, sed subsannator est & derisor, qui eius se seruum dicit cui seruire dissimulat. Huic ergo iudicium geminum seruatur, & pro Dei subsannatione quẽ sine causa Deum appellauit, & pro qualitate peccati. Sed plerosque incredulos & imprudentes & perfidos misericordia Dei loga patientia peccare finit intrepidos, vt ex hoc peccatorum suorum non arbitrentur vltionem, *Quare peccatores Deus sufferatet nõ illico puniat. Cap. 2.* quia non statim velit punire peccantes. Miseri & ingrati, suę salutis improuidi, quia etiã Deo imputant quod eorum differatur interitus, ignorantes Dei prouidentia duplici ratione seruari, vt humano generi longa eius patientia consulatur, & ne ille iudicetur impatiens si ilico voluerit damnare peccantes. Nam si tam patiens non esset, iam dudum humani generis origo desijsset. Nec iustos de peccatoribus haberemus, si confestim Deus vellet punire qui peccant. Nonnullos enim scimus & legimus qui antea aut ignorantiæ cęcitate, aut causa perfidię, aut adolescentiæ vanitate decepti, & multiplicati & vario peccatorum genere tenebantur obnoxij, & per sustentantis Dei clementiam & patientiam postmodum conuersi ab errore, maiores adhuc operas fecerunt iustitię quam antea peccata commiserant: Deus.n.nõ donat peccata: sed differt: nec perseuerantem peccatorẽ a morte liberat, sed vt vel sero conuertatur & viuat, patienter expectat, sic beatus Petrus M
Apostolus ait, Non tardat dominus promissionẽ, sed patiẽter expectat vel agit propter nos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pęnitentiam conuerti. Ille enim te quasi benignus, pius & clemens, illico idcirco non percutit, vt tu quanta illius erga salutem tuam

pietas, quanta clementia sit recognoscas, qui te peccatorem & impium & expectare magis vult & seruare conuersum quam punire peccantem: sicut per Prophetam ipse dominus loquitur, & quantum uelit homini misericordiæ pietatisq; largiri, proprie voci benignitate depromit dicens, Et iniquus si cõuertat se ab omnibus iniquitatibus suis quas fecerit, & custodiat mandata mea, & faciat iudiciũ & iustitiam in terra & misericordiam, viuet, & non morietur. Omnia delicta eius non erunt in memoria. In iustitia sua quã fecit uiuet. Et nũquid voluntate volo mortem iniusti, dicit Adonai dominus, q̃ vt auertat se a via sua mala, & viuere eum faciam: & alibi, Iniquitas impij nõ nocebit ei, in quacunque die conuerterit se à sua inquitate: & iterũ, Cõuertimini filij conuertẽtes, & ego sanabo cõ tritionẽ vestrã. Ecce quomodo te Deus, vt a peccatis tuis vel sero conuersus saluus esse possis, & mouet & prouocat. Ecce qualiter morti obnoxium vt viuat hortatur, quã leniter, quã clementer inuitat vt etiam peccatori bus patris nõ neget pietatem, & adhuc filios appellat, qui patrem Deum peccando perdiderũt, sicut & ipse se perdidisse peccatores filios alio in loco cũ voce flebili, & miserabili, quadam lamentatione testatur dicens, Sine filijs factus sum, perdidi populũ meũ propter peccata eorũ. Ex hoc ergo cognosce qualiter te te Deus diligat, quẽ maluit viuere quã perire. Et tu eũ contẽnis & despicis, qui amplius quã tuipse te diligit, qui te mori cupientem vult viuere, Nolo, inquit, dominus, mortẽ peccatorũ, sed vt conuertantur & viuant. Tu ergo mori voluisti peccando, ille re viue re vult conuertendo. O stulte, o irreuerens & ingrate, qui nec in hoc Deo, qui tibi vult misereri consentis, qui te magis vult sua pietate saluare quã tuo perire peccato. Nemo ergo sibi ideo blãdiatur, nemo stulta & vana suspitione decipiatur, nemo idcirco securus delinquat & liber, quia super peccatores confestim Dei ira iudiciũq; non venit, vt ex hoc opinetur se impune peccasse, q̃ nõ illico puniatur, sed hoc magis differre Deũ quã disimulare cognoscat, & irã Dei peccatoribus quãuis serã subito & repente venturam: sicut scriptũ est. Ne dixeris peccaui, & quid accidit mihi triste? est. n. altissimus redditur patiens. Ne tardes conuerti ad omniũ, neq; differas de die in diem, subito. n. veniet ira eius. Quod in plerisq; impletur, quibus ob nimia peccata, & in præsenti Dei ira superuenit, & in futuro seruatur. Sed hoc nemo intelligit, nemo cognoscit, nec quisq; aduersa sustinẽs malis suis ęstimat interrogari, sed q̃ p tulerit cõsuetudinis potius putat esse quã criminis. Et idcirco Deus in p̃senti nõ videtur punire peccantes, quia cũ punit nõ cognoscitur, Multi sunt. n. quos nemo intelligit, qui ob multitudinẽ peccatorũ iã ante iudicij diẽ in præsenti ẽt iudicãtur. Aut dicat mihi quis si quẽ sacrilegũ, sanguinarium, rapacem, falsariũ, homicidã, furẽ, fraudulẽtum, adulterũ, cęterorũq; criminum reum, vel in præsenti tpe poterit videre longæuũ. Nos. n. plurimorũ habemus exempla per quæ probare sufficimus sceleratos & impios peccatorũ suorum fine completo, & hoc tpe iudicari, præsentẽ eis vitam negari non minus quã futurã. Sed hoc ille facilius intelligere potest, qui per diuersa tempora diuersorũ iudicũ impie sceleratequ; cõuersantiũ spectauit interitũ. Quorũ quo ptãs sublimior est, eo ad peccãdũ maior audacia, quę totũ sibi licere credit quod C potest. Et dũ alterius iudiciũ non timent qui alios iudicãt, ita ad cadẽdum p̃cipites sunt. ita fit vt qui hominis non timent in delinquẽdo iudiciũ, Deũ sentiant iudicẽ & vltorem. Ex quibus alij qui insontem animarum sanguinẽ frequenter effuderant, ita irã Dei iudiciumq; sensere, vt ipsi postmodũ sanguinem fundere cogerentur suum, qui libenter fundebant alienũ. Alij qui vero similia commiserant sic Dei indignatione prostrati sunt, vt insepulti iacerent, & esca feris & cęli uolucribus fierent. Alij aũt qui innumerabilium hominũ multitudinẽ iniuste peremerãt, mẽbratim particulatimue cõfessi sunt, vt nõ minor fuerit conscissura membrorum numero punitorum quos interimi fecerant. Et quorũ iudicio maritis iniuste peremptis multæ effectæ viduæ, multi orphani patribus occisis derelicti, quib. pręter orbitatem mendicitas inferebatur, & nuditas, nã addebant impietati & crudelitati quod deerat, vt eorũ quos fecissent occisos spoliarent & liberos: nũc vero ipsorum coniuges viduæ & filij orphani alienis quotidie egent panibus. Nonne videtur tibi istud testimonium in ipsis esse completũ cõminãtis Dei dicẽtis, Viduã & orpha

nos

Ezec. 18. & 33. A

Ezec. 33.

Hiere. 3.

Ezec. 18. *Qũo de Dei misericordia nimiũ p̃sumentes plerunq; subito & occulte puniãtur in præsenti. c. 3.*

Eccl. 5. B

nos non uexabitis: quod si uexabitis eos, & uociferantes clamauerint ad me, exaudiam uociferationem eorum, & iraſcar animo, & percutiam uos gladio, & erunt coniuges ueſtræ uiduæ, & filij ueſtri orphani? O indignum nefas, ò ſceleſtiſsimum facinus, ò nimia & non ferenda crudelitas, duo ſequiſsima & atrociſsima vno perpetantur in tempore, homicidum fit ut rapina ſuccedat. Occiduntur mariti, occidunt & patres quo facilius uiduæ ſpolientur & orphani, & ita quiſque in alterius morte congaudet quaſi non ſit & ipſe quandoque moriturus. Merito ergo Deus huiuſmodi crudelitatibus & impietatibus commouetur. Merito iudiciũ ſuum in quibuſdam ante tempus oſtendit. Merito talibus uita nec præſens nec futura conceditur. Quorum nos nec ſceleratum, nec impium, & in præſenti Dei iudicium euadere poſſe æſtimemus, admonemur exemplo. Sed hoc magis ſentire nos conuenit, tamdiu unumquenque Dei patientia ſtentari, quamdiu nondum peccatorum ſuorum terminum finem compleuerit, quo cõſummato eum illico percuti, nec illi ullam ueniam iam reſeruari. Eſſe autem certum peccatorum modum atque menſuram Dei ipſius teſtimonio comprobatur. Et quod unuſquiſq; uel celerius uel tardius prout peccatorum ſuorum modum expleuerit iudicetur, euidentiſsime quidem demonſtratur, quando de Sodomorum & Gomorreorum interitu ac incendio, qui ſua iam peccata repleuerant ad Abraham Deus loquitur, dicens, Clamor Sodomorum & Gomorreorum repletus eſt, & peccata eorum magna nehementer repleta ſunt. De Amorrẽis uero quid dicit, qui ſua nondum peccata finierant, quos poſt multos annos quam ſupradictæ ciuitates crematæ ſunt, conſtat eſſe deletos? Nondum ſunt expleta peccata Amorrẽorum uſque adhuc. Quo exemplo manifeſtiſsime inſtruimur & docemur, ſingulos ſecundum peccatorum ſuorum plenitudinem conſummari, & tamdiu vt conuertantur ſuſtineri, quamdiu cumulum ſuorum non habuerint delictorum conſummatum. Nemo, inquam, ſe fallat, nemo ſe decipiat, malos non amat Deus, peccatores non amat, iniuſtos non amat, rapaces, crudeles & impios non amat. Sed amat iuſtos, bonos, pios, humiles, innocentes, & mites, ſicut ſcriptum eſt, Quoniam non uolens Deus iniquitatem tu es: & item, Non habitabit iuxta te maligaus, neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos, & iterum, Odiſti, ait Dauid, omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. Sed dicit aliquis, Quid eſt quod videmus bonos etiam perire cum malis? Illi non pereunt, ſed euadunt qui de malorum conſortio & perſecutionibus liberantur, & ad requiem transferuntur. Illi & planè mouriuntur & pereunt, quos de hoc mundo recedentes maioris adhuc iudicij ſupplicium expectat & pœna. Vocantur enim ante tempus boni ne diutius uexentur a noxijs: mali uero & impij tolluntur, ne bonos diutius perſequantur. Iuſti de preſſuris, tribulationibus & anguſtijs uocantur ad requiem: iniqui uero de luxurijs opibus, & delitijs rapiuntur ad pœnam. Illi uero uadunt ut iudicent, iſti ut iudicentur. Illi ut uindicentur, iſti ut in eos uindicta celebretur, ut ſcriptum eſt, Iuſtus autem ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit: & iterum, Viuens inter peccatores translatus eſt: & iterum, Placita enim erat Deo anima eius, & ideo properauit de medio iniquitatis eripere eum: & iterum, Cum impij erunt ad mortem, illi autem ſunt in pace. Vides ergo hanc ſolutionem corporis iuſtis & Dei electis requiem eſſe non pœnam, & cum diſſoluuntur liberari eos potius quam perire. Et idcirco ipſam ſolutionẽ qui fideles ſunt, non timent nec uerentur, ſed uenire magis deſiderant & exoptant, per quam requiẽ intelligunt exhiberi, non pœnam, iniqui uero & impij & ſuorum ſcelerum conſcij eam merito naturali prouidentia pertimeſcunt, per quam ſe non neſciunt iudicari. Quapropter hac ratione reddita & accepta, non oportet nos omnino peccare, præſertim cum non ignoremus peccatoribus iudicium, & in præſenti eſſe, & in futuro ſeruari. Nec in hoc nobis quod nomine tantũ Chriſtiani dicimur, blandiamur: ſed propter hoc etiam iudicandos nos credamus, ſi nobis nomen fruſtra uẽdicemus alienum. Aut ſi aliquis tam incredulus eſt, tam infœlix, tam pertinax, tam obſtinatus, tam audax, ut quæ quandoq; uentura eſt, Dei iudi-

Exo. 22.

Pſal. 5.

Qđ Deus certo numero peccatorum completo puniat hominem, exemplo probatur cap. 4.

De bonorũ & malorũ differẽti punitione. Sap. 4.

De uecordia eorũ qui virtutibus carentes.

cis iram indignationemq; non metuat, vel saltem humanam cõsuetudinem erubescat, & id videat quam brutus, quam insipiens ille, quam stultus ab ipsis etiam gentibus iudicetur, cuius tanta est vanitas tantaq; dementia, vt sibi adipiscatur alienum nomen. Quis enim tam vanus & miser est, qui aduocatũ se cum literas nesciat audiat profiteri? Quis tam insanus & excors, vt se profiteatur militem qui nesciat arma gestare? Nemo.n.quod cunque nomen sine causa sortitur. Sutor vt dicatur, necesse est vt calciamenta conficiat: vt vocetur quis faber aut artifex, artis peritia facit: vt negocians nuncupetur quis, cariusq; vilius emerat distrahit. Huiusmodi exemplis cognoscimus nullum sine actu nomen, sed omne nomen ab actu. Tu ergo qũo Christianus diceris, in quo Christiani actus non apparent? Christianus iustitiæ, bonitatis, integritatis, patientiæ, castitatis, prudentiæ, humilitatis, humanitatis, innocentiæ, pietatis est nomen, & tu illud tibi qũo defendis & vẽdicas tibi, cui de tã plurimis rebus nec pauca subsistunt? Christianus ille est qui non nomine tantum, sed & opere est, qui in omnib. Christum imitatur & sequitur, qui sanctus, innocens, incontaminatus, intactus, cuius in pectore malitia non habet locum, cuius in pectore sola pietas consistit & bonitas, qui neminem nouit lædere & nocere, sed omnibus opem ferre. Christianus ille est qui exemplo Christi nec inimicos nouit odire, sed magis aduersantibus sibi benefacere, & pro persecutorib. suis & hostibus exorare. Nã qui aliquem lædere aut nocere paratus est, ille mẽtitur se esse Christianũ. Christianus est qui potest iusta voce dicere, Nemini hominũ nocui iustè vixi cum omnibus. Sed ne me ex sensu proprio loqui quis arbitretur aut credat, aut cum putet se facile debere cõtẽnere, qui sua potius voluntate quam legis authoritate loquatur, iam nunc ipsius legis, cuius præceptis nobis vitæ aditus aperitur, tam veteris q̃ nouæ incipiam exempla proferre, & ostendere quid Deus ab initio statim mũdi huma no géneri obseruare præceperit, in quo semper placatus fuerit vel offensus. Lego.n. post Adã, qui à Deo primus formatus est, de cuius causa nunc dicendũ non est: in exordio mũdi Cain & Abel fratres fuisse germanos, è quib. vnus Deo placuit, eo q̃ iustus esset & innocens: alter vero quia iniustus & nocẽs, Deo placere non potuit. Deinde interueniẽte tẽpore, Enoch satis iustum fuisse scriptura designat. Cui tm̃ iustitia contulit, vt nec præsentem mortẽ sciret, sed & ad immortalitatẽ de medio omnium mortalium figuraliter raperetur. Cuius monstratur exemplo, vnum Deo iustum plurimis peccatorib. charioré. Noe quoq; & ille iustus, cui iustitiæ meritũ quid præstiterit nouimus, vt ipsi cum suis vita daretur per diluuium toto mundo damnato. Abraham quid per fidei merita & iustitiæ consecutus sit scriptura testatur, vt illo in tẽpore solus amicus Dei esset in terris, qui solus fuerat iustus inuentus. Loth vero vt pereuntibus cunctis de Sodomitarum liberaretur incendio, quid aliud quam iustitiæ meritum fuit? Longum est nos ire per singulos, & omnium merita recensere. Populum Iudaicum, quem ad se Deus primum de semine Abrahæ præ cęteris gentibus pertinere optauit, quomodo erudierit, quid eum vt sibi placeret facere, quid obseruare præceperit, scire nos conuenit. Primo in loco q̃ derelicta regione, in qua semper habitare optauerat patriaq; deserta, in alienam prouinciã, hoc est, in Aegyptum migrare fecit, non sine causa, nec sine Dei prouidentia factũ esse reor. Sed hanc fuisse puto rationem, quia Deus populum suum quem elegerat, præceptis misericordiæ, pietatis, iustitiæ, cęterisque bonis operibus cupiens erudire, voluit eum in externa patria pro tempore peregrinum esse & captiuum, vt captiuitatis & peregrinationis miseriã disceret & labores, quo facilius post modum misereri peregrinantibus & laborantibus nosceret, si ipse ante peregrinationis miserias didicisset. Nemo.n.tam libenter peregrino & aduenæ miseretur, quã qui peregrinationis exitus nouit. Nemo libentius hospitem sine tecto, suo introducit hospitio nisi qui ante indiguerit alieno. Nemo ita esũriẽtem cibat, nemo sic sitientẽ potat, nisi qui sitim esuriemq; perpessus est. Nemo tã facile nudum operit suis vestimentis, quam qui nuditatis & frigoris nouit iniuriam. Nemo sic tribulato & misero & laboranti succurrit, q̃ qui tribulationũ & miseriarum casus expertus est & laborum. Merito ergo Deus miseri cordiæ & pietatis magister, qui legẽ postmodũ erat ęditurus, per quã populo suo miseri-

cordiæ

Christiani nõis sibi honorẽ arrogãt. Cap. 6.

Quale nomen Christiani.

Quis dicãt Christianus.

Qđ Deus præcepti sui obseruatione placetur, transgressione offendatur. cap. 7.

Gen. 2.
Gen. 4.
Gen. 5.
Gen. 6.

Gen. 18.
Gen. 19.

Deus populum suum diuitiis in Aegypto inducere & tandẽ afflictum misericors. cap. 8.

Gen. 46.

Occasio cũ patiẽtia proximo succurrit proprio periculo.

Exo. 2
Deu. 1

Sap. 1

Deut.

Mat. 2

cordiæ & pietatis omniumq; bonorum operum præcepta erat traditurus, voluit eũ prius omnes passiones, præsuras & tribulationes & angustias in terra perpeti aliena, quo facilius postea posset talia patientibus misereri, & sic suis obtemperare mandatis. Vt putas eum bonum fuisse agricolam, qui priusquã semen mittat, diu terram aratris & rastris domat, ne quod illi traditurus est semen pereat: ita & Deus populum suum diu ante macerat & domat, quam ei salutarium mandatorũ
M semen impartiat. Deniq; vt ob hanc causam hęc eũ pertulisse euidentius clareat, ipsius do
Exo. 22. mini intuamur mandata, dicentis, Aduenam
Deu. 10. non vexabitis nec tribulabitis, fuistis etenim & vos aduenę in terra Aegypti, & iterum legimus, Deus magnus, qui non accipit personam nec munera, faciens iudicium proselytis, & orphano, & viduę date panem & vestimentum, diligite proselytum, quia & ipsi fuistis in terra Aegypti peregrini, & alibi dicit,
Deu. 24. Si autẽ messus fueris messem in agro tuo, & obliuisceris manipulũ, non reuertatis accipere illũ, proselyto & orphano & viduę erit, & benedicet te dominus in operibus manuum tuarũ, & memor eris quia famulus eras in terra Aegypti, ideo præcipio tibi verbum hoc. Vnde facile videtur atq; dignoscitur eum populum ob hanc causam cunctis afflictũ fuisse miserijs, vt misereri alteri suo doceretur
Sap. 12. exemplo: sicut scriptum est Docuisti enim populum tuum per talia opera, quoniã oportet iustos esse & humanos. Qualem populũ suũ esse velit late, vt arbitror, patet, & quibus possit operibus promereri plurimis probatur exẽplis. Sed ne ad manifestãdã eius voluntatem parum videatur esse quod diximus, legis & prophetarũ præcepta iungamus, & qd Deo placeat semperq; placuerit, & quid crebrius fieri & obseruari præceperit, tam veteris, quam nouę legis testimonijs comprobe-
Deut. 6. mus. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua & ex tota mẽte tua, & ex totis viribus tuis, & diliges pro-
A ximum tuũ sicut teipsum, Legis & Prophetarũ præcipuũ hoc mandatũ esse, domini & saluatoris nostri testimonio comprobatur dicẽtis. In his duobus mandatis vniuersa lex pen-
Mat. 22. det & Prophetę. Quod rescindi non potest, nec mutari in duobus istis mandatis omne tã legis quã Prophetarũ cõstare præceptum, & illum legem implesse qui hęc potuerit implere. Nihil enim à te aliud in lege veteri quęritur, quam vt Deum & proximum diligas. Et vere ille legis & consummator & factor est, qui nec in Deum, nec in proximum peccat. Sed quid Deum, quid proximum sit diligere præterire minime vel dissimulare conuenit. Deum diligit, qui suis in omnibus mandatis obtemperat. Deum diligit qui leges eius & præcepta custodit. Deum diligit, qui vt ille sanctus est, & ipse se sanctificat: sicut scriptũ est, Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum dominus Deus vester. Deum qui illud Prophetæ dicentis implet eloquium. Qui diligitis dominũ, odite malum. Deum diligit, qui non alia quam cęlestia cogitat & diuina. Deus enim non nisi sanctitatis, iustitię & pietatis amator est. Et ille Deum diligit, qui non aliud quam quod Deus amare videtur operatur. Quid sit enim Deum diligere, domini saluatoris doctrina declarat, dicentis. Qui audit verba mea & facit ea, hic est qui diligit me. Si ergo ille Deum diligit qui quicquid Deus præcepit facit, qui non facit, ille non diligit, omnis vero qui non diligit, odit. Vnde clarũ atq; manifestũ est, ab eis Deum odiri, qui sua mandata non seruant: de quibus per Prophe
B tam dixisse puto. Nonne qui oderunt te domine, oderam illos, & super inimicos tuos
Ps. 138. tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Odit Propheta iustus peccatores & adulteros & iniustos, & Deimã data spernentes: sicut ipse Propheta alio in loco dicit. Vidi præuaricantes & tabescebã:
Ps. 118. & iterũ. Iniquos odio habui, & legem tuam
1. Cor. 5. dilexi. Vide ergo quam iusti, quam integri esse debeamus & sancti, quibus nec male conuersari licet, sed nec male conuersantes agnoscere. Hoc etiam beatus Apostolus euidenter ostendit, quia nec panes cum peccatoribus frangi præcepit, dicens. Siquis frater cognominatur inter uos, & est fornicator, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere quidem. Sanctum esse populum suũ Deus uoluit, & ab omni contagione iniustitiæ & & iniquitatis alienũ: talem eum esse uoluit, tam iustum, tam purum, tam immaculatum, tam simplicem, vt nihil quod in eo gentes redarguerent inuenirent, sed quod admirarentur, & diceret, Beata gens cuius est dominus

Quid sit Deo diligere c. 9. Leui. 10. Psal. 96.

Ioan. 14.

Psal. 32.

Deus eius, populus quem elegit in hęreditatem sibi. Tales conuenit esse Dei cultores, & seruos, mansuetos, graues, prudentes, pios, irreprehensibiles, immaculatos, vt quisquis viderit eos stupeat & admiretur, & dicat, Hi homines sunt dij, quorum talis est conuersatio. Ita se homo Dei exhibere debet & agere,
C vt nemo sit qui eum videre non velit, qui eũ non audire desideret, nemo eum cum viderit non Dei esse filium credat, vt vere in eo propheticum illud impleatur. Fauces plenę dulcedinis, & totus desiderabilis. Nã si se talẽ exhibeat Christianus, si se talem exhibeat Dei seruus, vt ijs qui dęmonijs idolisq; deseruiũt conuersando fiat æqualis, incipiet Deus per
Esa. 52. illũ blasphemari, & dici, O Christianum, ò Dei seruum, cuius tam nequam conuersatio est, cuius tam mali actus, tam turpia opera, cuius vita tam impia, tam sceleſta, tam luxuriosa, tam sordida, & erit illius prophetiæ
Psal. 49. reus. Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes. Sed vę illis per quos nomen
De proximi dilectione & Christianorũ vita. c. 10. Tab. 4. dñi fuerit blasphematum. Deus enim a nobis nihil magis desiderat & requirit, quã vt per actus nostros nomen suum significetur ab omnibus, sicut scriptum est. Sacrificium laudis honorificauit me. Hoc est sacrificium ꝙ
Matt. 7. Deus super omnes hostias quærit, & diligit vt per iustitiæ nostræ opera nomen suũ vbiq; laudetur & Deus verus esse seruorum suorũ actu & opere comprobetur. Illi vero Deum diligunt, qui non aliud quam vnde nomen Dei glorificetur exercent. Quomodo Deus diligi debeat, vt potuimus breuiter diximus: nunc vero quid sit proximum tanquam seipsum diligere, vt possumus explicemus, quæ ipsius causę expositio alio loco breuiter differetur, cũ dicitur. Quod tibi nõ vis fieri, alij ne feceris: dominus quoq; & saluator noster, inquit. Omnia quę vultis ut faciant vobis homines, ita & vos facite illis similiter. Nemo
D est, enim qui sibi malum optet ab aliquo fieri. Ille ergo proximum sum tanquam seipsum diligit, qui ei, non mali aliquid facit, qđ nec sibi vult fieri, sed siquid boni prout ipse ab omnibus recipere optat & consequi, libẽter impertitur: quia non solũ hoc a Christiano quæritur, vt malo careat, sed vt exerceat
Mat. 25. bonum: qui etiam si nec quid boni fecerit, tamen ad ęternę vitæ præmium non admittitur, sed gehennæ ignibus mancipatur: sicut in Euangelio dominum dixisse legimus de ijs qui mali faciunt nihil, nec boni tamen aliquid operantur, Discedite a me maledicti in ignem ęternũ, quę præparauit pater meus diabolo & angelis eius. Esuriui, & non dedistis mihi mãducare: Sitiui, & non dedistis mihi bibere: Hospes fui, & non suscepistis me: Nudus, & non vestistis me: Infirmus, & non
E visitastis me: In carcere, & nõ venistis ad me. Non quia malum gesserunt, sed quia bonum non fecerunt condemnantur. Ex hoc, enim quisque prudens, & sapiens recognoscat quã spem illi habere possunt qui versantur in malis, aliquando etiam illis vita negatur qui mali nihil fecerunt, nisi quia non aliquid gesserunt boni. Neque enim Deus hoc tantũ quęrit a nobis vt mali non simus, sed vt efficiamur boni, Ex malis enim operibus vocantur mali, ita e contrario ex bonis expellantur boni. Et duo sunt quibus boni seruire videntur & mali: bonus Deus, cui omnes bene conuersantes deseruiunt diabolus autem malus, cuius quisq; qui male operatur famulus est. Nõ enim a nobis hoc solum poscitur, vt non viuendo male serui esse diaboli desinamus, sed etiam vt viuendo bene Deo seruire videamur. Nam quisque qui nec malum videtur operari nec bonũ, cuius seruus videatur esse ignoro. Et qũo a Deo vitam poterit sperare perpetuam, quam benefaciendo nõ meruit? Nemo se inquam, sensu proprio decipiat, & illudat. Nemo se vana existimatione seducat. Quisquis bonus fuerit, vitã habet. Quisquis iustitiæ & misericordię opera non fecerit, non potest regnare cum Christo. Quisquis non fuerit humanus, pius, hospitalis, benignus, clemens, gehennę non euadet incendium. Deus malos non amat, non diligit peccatores. Quisquis malum fecerit, inimicus est Dei. Quisquis sine dolo non fuerit,
F partem non potest habere cum Christo. Nihil enim amplius est Christiano quærendum, nihil desiderandam magis, nihilque totis viribus enitendum, quam vt malitiam suo excludat ex corde, quam vt nequitiam intra pectoris sui conscientiam non admittat, quam vt bonitatem teneat, iustitiam seruet, puritatem mentis custodiat. Esto igitur innocens, si vis cum Deo viuere. Esto simplex si vix regnare cum Christo. Quid tibi prodest malitia quę in mortem trahit, quid

nequitia

nequitia quæ prohibet regnare cum Chri-
Eccl. 6. sto, quæ se habentem exterminat? ſicut ſcri-
ptum eſt, Anima, enim nequam diſperdet eũ
qui ſe habet. Si viuere vis, audi Prophetam
quid loquitur: ſi regnum Chriſti diligis, au-
di quomodo illud merearis adipiſci. Quis
eſt homo, inquit, qui vult vitam, & cupit vi-
Pſal. 33. dere dies bonos? Cohibe linguã tuam a ma-
lo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte
G a malo & fac bonum, inquire pacem, &
perſequere eam. Huiuſmodi homines Deus
honorat & diligit, qui malum neſciunt, qui
mentiri non norunt, quorum labia dolũ nõ
loquuntur, in quibus non niſi bonitas eſſe vi
detur & puritas. Innocentia eſt quæ nos cõ-
mendat Deo, ſimplicitas eſt quæ nos regnare
Pſal. 24. facit cum Chriſto. Quod Deus non niſi inno
Pſal. 36. centes diligat, & ſibi velit eſſe coniunctos,
teſtimonijs plurimis declaratur, ſicut in Pſal
mo ſcriptum eſt, Innocentes & recti adhæſe
runt mihi, & alibi dicitur, Cuſtodi innocen-
tiã, & vide æquitatem, qm̃ ſunt reliquiæ ho-
mini pacifico. Quantum innocentia homini
præſtet & conferat etiã ſi ſero ſeruetur, pro-
phetæ Dauid teſtimonio comprobatur, qui
cum gratuito ante peccaſſet, poſtea ſe iudica
ri non timuit, ex quo innocentiam noſſe cę
pit, ſicut ipſe dixit, Iudica me Deus, qm̃ ego
in innocentia mea ingreſſus ſum. Sciebat er-
go ſibi iam non metuendum iudicium eſſe,
quia innocentiam vel ſero cognouerat. Et in
alio loco dicit, Me autem propter innocen-
Pſal. 25. tiam ſuſcepiſti. Suſcepit poſtmodũ propter
innocentiam illum Deus, quem propter ma
litiam ante repulerat. Innocentes non cõſun
di coram Deo poſſe manifeſtũ eſt, cum dici
Pſ. 40. tur, Quanto tempore innocentes cuſtodiunt
iuſtitiam, non confundentur. Nihil.n. Deo di
gnius, nihil charius eſſe poteſt, quam vt inno
centia tota obſeruatione teneatur. Licet quis
in alijs operibus deuotus appareat, ſi illam
non habuerit, fruſtra ſibi blanditur de ſua de
uotione. Si illã Iudęis etiam ſub veteri lege
diligentibus, quoniam adhuc illis inimicum
licebat odire, obſeruare præceptum eſt, quid
H te nunc agere conuenit Chriſtiane, quia ini
Mat. 5. micum tuum iuberis amare? Quando enim
innocens nõ eris, vel cui poteris eſſe malus,
quum inimicis præciperis eſſe bonus? Sed tu
forſitan & proximum odis, cui nec extraneũ
odiſſe cõceditur: & fratrem perſequeris, cui
pręcipitur amare inimicum, & Chriſtianum
te eſſe credis, qui nec noui nec veteris teſta-
menti præcepta cuſtodis? Sed ne ſine cauſa
te Chriſtianum æſtimes, & de ſolo tibi nomi
ne blandiaris, qualem te eſſe oporteat, Apo-
ſtolum audi dicentem, Qui furabatur, iam Ephe. 4.
non furetur: magis aũt laboret operando ma
nibus ſuis q̃ bonum eſt, vt habeat vnde tri-
buat neceſsitatem patienti. Omnis ſermo ma I
lus de ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bo
nus ad ædificationem fidei vt det gratiam au
dientibus. Et nolite contriſtare ſpiritum ſan-
ctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redem-
ptionis. Omnis amaritudo & ira & indigna-
tio & clamor & blaſphemia auferatur a vo-
bis cum omni malitia. Eſtote autem benigni
inuicem, miſericordes, donantes inuicem,
ſicut in Chriſto Deus donauit vobis. Eſtote
autem imitatores Dei, ſicut filij chariſsimi,
& ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus
dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro no-
bis oblationem & hoſtiam Deo in odorem
ſuauitatis. Impudicitia aũt & omnis immun
ditia & auaritia nec nominetur inter vos, ſi-
cut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultilo-
quium, aut ſcurilitas, quæ ad rem non perti-
net, ſed magis gratiarum actio: ẽt ſcitote, q̃
omnis impudicus aut immundus, aut auarus
quod eſt idolorum ſeruitus, non hæres erit
in regno Chriſti & Dei. Ille ſe merito Chri-
ſtianum iudicet, qui hæc præcepta cuſtodit,
qui ſanctus, humilis & pudicus & iuſtus eſt,
qui in miſericordiæ & iuſtitiæ operibus con
uerſatur. Num tu illum Chriſtianum putas,
in quo nullus Chriſtianitatis actus eſt, ĩ quo Ephe. 5.
nulla conuerſatio iuſtitiæ eſt ſed nequitiæ, Quorum
impietatis & ſceleris? An illum Chriſtianum pces Deus
putas, qui opprimit miſerum qui pauperem non exau
grauat, & res alienas concupiſcit, qui ſe vt diat. c. 9.
diuitem faciat plures efficit indigentes, lu-
cris gaudet iniuſtis, qui de alienis laboribus
cibum capit, qui miſerorum ditatur interi-
tu, cuius os aſsidue violatur mendacio, cu-
ius labia non niſi indigna & obſcœna & ſce
leſta loquuntur & turpia, cui cum iubeatur
diſtribuere ſua, inuadit aliena? Et talis ad Ec- K
cleſiã audẽter accedit, & temere & importu
ne expandit in cęlum impias manus, illicito
raptu & innocẽtiũ cruore violatas, & ore il-
lo luteo atq; ſacrilego, quo fuerat pauloante
aut falſa locutus aut turpia, preces ad Deũ,

quasi sibi nihil conscius mali, fundit. Quid agis impudens & miser? Quid te maiorum onere grauas? Quid Deo præter contemptũ iniurias irrogas? Quid ad prouocandum celerius eius iram in testimonium pœnæ tuæ sceleratas ad Deum porrigis manus, ad quas ille non respicit qui non nisi sanctas & immaculatas sibi manus iussit offerri? Quid o-
L re illo Deum rogas, quo pauloante locutus es male, cuius quamuis multiplicentur preces, abominatur, sicut scriptum est, Cum extenderitis manus vestras, auertam faciẽ meã à vobis, & si multiplicaueritis preces, non exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Lauamini, mundi estote, auferte nequitias ab animis vestris. Bene ergo ille sibi conscius esse debet & certus, & suæ innocentiæ fidus, qui ad Deum manus extendit & porrigit innoxias, cum Apostolus dicit, Vo-
1. Tim. 2. lo autem viros orare in omni loco, leuantes manus sanctas. Ille enim merito ad Deum extollit manus: ille preces bonæ conscientiæ fundit, qui potest dicere, Tu nosti dñe, quam sanctæ, quam innocẽtes, quam puræ sunt ab omni fraude, & iniuria & rapina quas ad te expando manus, quam immaculata labia & ab omni mendacio libera, cuius tibi vt mihi miserearis, preces fundo. Talis. n. cito meretur audiri & antequam penitus preces fundat, potest impetrare q̃ postulat. Scio enim esse quos ita nequitiæ & auaritiæ profunda caligo cęcauit, vt cum illis prospere cesserit q̃ aut pauperem per potentiam vinxerint, aut innocentem testimonijs falsis obruerint, aut furtum fecerint per rapinã, Deo gratias agant, quo opitulante talia se perpetrasse credunt, & tam iniquum Deum iudicent, vt putent eum scelerum suorum fuisse participẽ.
De iniustis eleemosynis. Cap. 12. Stulti & miseri vsqueadeo suis iniquitatibus obcęcati, vt non intelligant Deo non posse placere q̃ prohibet, & quia vnum crimen satis non sit, nisi adhuc male sentiẽdo de Deo adijciatur & aliud. Alij vero in hoc se iustificari æstimant, q̃ de substantia pauperum exiguam eleemosynam faciant, & de eo quod
M plurimis abstulerunt, vni quiddam minimũ largiũtur. Cibatur vnus vnde plures esuriũt, & de multorum spolijs vix pauci teguntur. Non talem eleemosynam Deus quærit, nec vult pietatem vni de alterius crudelitate præstari. Melius est enim te non facere eleemosynam, quam vnde paucos tegis inde plurimos denudare: & vt vnum vestias, plurimos spoliare vestitos. Illam eleemosynam Deus comprobat quæ de iustis laboribus ministratur, sicut scriptum est, Honora Deum de tuis Prou. 3.
iustis laboribus, & deliba ei de tuæ iustitiæ fructibus. Nam illam abominatur eleemosynam & reprobat, quæ de lachrymis præstatur alienis. Quid enim prodest si te benedicat vnus vnde plures maledicunt? vel quid
A confert tibi eleemosyna, quæ de substantia præstatur alterius? Reuera tenendum nõ est, q̃ Deus non habeat vnde pauperes suos pascat, nisi tu aliena diripias. Alios autem noui Quod sine iustitiæ operib. fides nõ prosit. c. 23. Mat. 15.
quos ita insipientiæ & imprudentiæ tenebrosa caligo & ignorantia fallit & decipit, vt fidem quã se habere simulant sine iustitiæ operibus apud Deum sibi censeant profuturam, & hoc erroris genere decepti, sine metu crimina nefanda committunt, dum credũt Deũ non criminum, sed perfidiæ tantum vltorẽ. Et huiusmodi non solum seipsos periisse cõtenti sunt, sed etiam alios, in quibus nullum diuinæ scientiæ lumen est, suis nituntur laqueis implicare. Et impletur in illis Saluatoris nostri sententia dicentis, Cęcus si cęco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Nã si nullum crimen, sed sola perfidia condemnatur, ergo securi peccamus & liberi, & sine causa dedit Deus mandata iustitiæ, si sola sine iustitiæ operibus fides prodest. Vnde hic tam impius, tam sceleatus, tam perfidus ignorantiæ error obrepserit, scire non possumus, nisi forte ex illis qui hoc exemplo in lege veteri populum seducebant, & secum simul æternæ morti & perpetuo tradebant interitui, de quibus scriptum est. Nolite audire ser- Hie. 23.
mones prophetarum qui prophetant vobis, quoniam vani sunt ipsi, & visiones a corde suo loquuntur, & non ab ore domini: Dicũt enim his qui repulerunt verba domini, Pax erit vobis & omnibus qui vadunt in voluntatibus suis. Omnis qui vadit in errore cordis sui dicunt, non venient super te mala. Multa quidem nobis imo totius legis testi-
B monia aderant, quibus tam pernitiosum destruere errorem ac sepelire poteramus, sed ne legentem diutius fatigemus, sufficiãt pauca de pluribus. Respondeat ille mihi cuius Gen. 2.
talis est sensus, Adam à Deo factus est homo Gen. 3.
primus statim in principio mundi, perfidiæ Gen. 4.

an

an peccati causa damnatus est? In quo nihil fuisse incredulitatis inuenio præter solã inobedientiam, cuius causa ille damnatus est, & omnes suo dãnantur exemplo. Cain quoque non perfidiæ causa, sed quia fratrem interemerat condemnatus est. Quid plura? vniuersus hic mundus vt diluuio interiret, non perfidiæ causa lego factum fuisse, sed criminum. Sodoma & Gomora, vt repentino cremarentur incendio, nullam causam incredulitatis inuenio, nisi peccatorum & scelerum, quod scriptura euidenter demõstrat, & dicit, Homines Sodomitæ mali & peccatores erant in conspectu Dei valde. Populus ille Iudaicus vt tam frequenter interire videretur & corripi, nonne peccatorũ causa præstabat? Sed dicet aliquis, Veteris legis testimonia tantum non accipio, nisi mihi & noui testamenti exemplaproferas. Accipe Saphiram & Ananiam, quos Apostolica sententia non perfidiæ crimine, sed furti & mendacij causa damnauit. forsitan dicturus es mihi, Quid enim Apostolus dicit, Arbitramur.n. iustificari hominem per fidem sine operibus legis? Ipsum qui hoc dicit lego hominem absentem etiam condemnasse, quia vxorem patris acceperit. Intelligenda est scriptura quæ scientibus conuenire videtur in omnibus, & non nisi solis, a quibus minime intelligitur discrepare. Iustificari hominem, inquit Apostolus per fidem, sine operib. legis dicit, sed non sine illis operibus, de quib. alterũ Apostolum audio dicentem, Fides sine operibus mortua est. Paulus enim Apostolus de operibus legis locutus est, hoc est de circuncisione carnali, & neomenia, & sabbato & huiusmodi cęteris, quæ lex fieri ante præceperat, & iam Christi tempore nõ erant necessaria. Iste vero Iacobus de operibus iustitiæ loquitur, quæ qui non fecerit vere mortuus est, quamuis se simulet esse fidelem. Sed dicet aliquis illud Apostoli dicentis, Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutẽ. Stulte hoc baptisma impletur in tempore quo vt baptizetur quis, sola confessio defideratur, & fides. Nam quid tibi ipsius baptismi lauacrum prodest, si sola sine iustitia fides quęritur? baptismo.n. peccata ablui fides omnium tenet. Si deinceps peccandum est, quid abluisse prodest? Audi quid dicat dñs homini semel sanato, Ecce sanus factus es, iã noli peccare, ne tibi quid deterius eueniat. Hoc & beatus Petrus Apostolus manifestissime docet, ei deterius aliquid qui post agnitam viam iustitiæ peccauerit euenire, cum dicit, Si enim refugientes coinquinationes mũdi, in cognitione domini nostri Saluatoris Iesu Christi, his rursum implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim esset illis, viam non cognoscere iustitiæ, quam post cognitã retrorsum cõuerti ab eo q̃ illis traditum est a sancto mandato. Contingit.n. eis illud veri prouerbij. Canis reuersus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti. Hoc & beatus Paulus Apostolus testatur & loquitur hominẽ post baptismi sanctificationẽ pristino errore peccantem non sine ingenti pœnitentia conseruari, dicens, impossibile est enim eos qui postquam semel illuminati sunt, gustauerũt etiam donum cęleste, & participes sunt facti spiritussancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesq; seculi venturi, & prolapsi sunt, renouari rursus ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei & ostentui habentes. Quendam etiam ad Saluatorem accessisse, & quid faciendo vitam æternam perciperet interrogasse Euangelista testatur, cui ita a domino responsum est, Si uis vitam habere, serua mandata, Non dixit, serua tantum fidem. Nam si sola fides quæritur, superflue iubentur mandata seruari. Sed absit vt ego Deum meum aliquid dicam præcepisse superfluum. Sed dicunt hoc illi qui peccando iam filij perditionis effecti sunt, & in hoc tantum solatium se debere credunt, si alios secum potuerint morti perpetuæ mancipare. Nam si Deus peccatorem non punit, vbi est illud propheticum, Si iustus vix saluus erit, peccator & impius vbi parebunt? Et alibi, Quia peccatores peribũt. Et iterum, Deficient peccatores a terra, & iniqui ita ut non sint. Et iterum, Sicut deficit fumus, ita deficiant, sicut fluit cera a facie ignis sic pereant peccatores a facie Dei. Nullum hic tantum incredulũ & infidelem, sed peccatores audio condemnari. Et Saluatorẽ nostrum quodam loco dixisse lego, Non omnes qui dicunt mihi dñe dñe, intrabunt in regnum cęlorum, sed qui faciunt voluntatem patris mei qui in cęlis est. Vtique isti Christum credebant, qui eum etiam dñm nuncupabant.

Prou. 3.
A
Quod sine iustitia operib. fides nõ prof. c. 23. Mat. 15.
Act. 5. Rom. 3.
1. Cor. 5.
Rom. 3. Iac. 2.
Hie. 23.
B
Rom. 10.
C
D
Ioan. 5. 2. Pet. 2.
Gen. 2. Gen. 3. Gen. 4.
Pro 26 2. Pet. 2.
E
Heb. 6.
Mat. 29.
Pro. 11. 1. Pet. 4. Psal. 103. Psal. 67.
F
Matt. 7.

pabant. Nec idcirco illis cœlestis regni ianua panditur, quia illum ore quem factis abnegant confitentur. Negari autem Deum factis non minus quam verbis Apostolus dixit, Deum confitentur se nosse, factis autem
Ad Ti. 1. negant. Et dominus in Euangelio, Multi mihi dicent in illa die, Domine domine nonne in nomine tuo eiecimus dæmonia, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et dicam
G illis, Nunquam vos cognoui. Discedite a me
Mat. 7. omnes qui operamini iniquitatem. Vsque adeo isti credidisse dicuntur, vt in nomine domini virtutes etiam operentur, nec tamen eis proderit fides, qua iustitiæ opera non fecerunt. Itaque si sola fides prodest, cur illi cum angelis satanæ in perpetuum gehennæ ignibus mancipantur, qui non perfidiæ causa, sed quia boni nihil fecerunt, iudicantur? sicut scriptum est, Et dicet eis rex qui ad sinistram sunt, Discedite à me maligni in gehen-
Mat. 25. nam æternam, quam parauit pater meus diabolo & angelis eius. Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. Non dixit vtique, quia non credidistis mihi. Vnde intelligi datur, non eos incredulitatis causa, sed propter bonorum operum sterilitatem esse damnandos. Nemo igitur alterum decipiat: nemo se
Quis sit verus Christianus. c. 14 ducat, nisi qui iustus fuerit vitam non habebit: nisi quis in omnibus Christi mandata seruauerit, partem non potest habere cũ Christo: nisi quis terrena despexerit, diuina non capiet: nisi humana contempserit, nõ potest habere cœlestia. Nec quisquam se Christianum iudicet, nisi qui Christi & doctrinam sequitur, & imitatur exemplum. Sed tu Christianum illum putas, cuius nunquam pane vllus saturatur esuriens, cuius potu nullius sitis extinguitur, cuius mensam nemo pauper cognouit, sub cuius tecto nec aduena, nec peregrinus aliquando succedit, cuius nemo nudus tegitur vestimentis, cuius pauper nullus fouetur auxilio, cuius bonum nemo sentit, cuius misericordiam nemo cognoscit, qui in nullo imitatur bonos, sed deridet potius subsannat, & pauperes persequi non ces-
H sat. Absit vt huiusmodi Christianus dicatur, absit vt Dei filius possit appellari qui talis est. Christianus ille est, qui viam Christi sequitur, qui Christum in omnibus imita-
1. Ioan. 2 tur: sicut scriptum est, Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Christianus ille est, qui misericordiam facit, qui omnino non mouetur iniuria, qui opprimi pauperem se presente non patitur, qui miseris subuenit, qui indigentibus succurrit, qui cum mœrentibus mœret, qui dolorem alterius sicut proprium sentit, qui ad fletum fletibus alienis prouocatur, cuius omnibus communis est domus, cuius ianua nemini clauditur, cuius I
mensam pauper nullus ignorat, cuius donũ panis cunctis offertur, cuius bonum omnes norunt, à quo nemo sentit iniuriam, qui Deo die noctuque deseruit, qui eius præcepta indesinenter meditatur & cogitat, qui pauper mundo efficitur, vt Deo locuples fiat, qui inter homines habetur inglorius, vt coram Deo & angelis eius gloriosus appareat qui in corde suo nihil videtur habere simulatum, vel fictum, cuius simplex & immaculata est anima, cuius conscientia fidelis & pura est, cuius tota mens in Deo est, cuius omnis spes in Christo est, qui cœlestia potius quã terrena desiderat, qui humana spernit vt possit habere diuina. Nam his qui hoc seculum diligunt, & qui in præsenti tempore gloriantur & complacent: audi quid dicitur, Nescitis quia amicitia huius mun-
Iac. 4. di inimica est Deo. Et quicunque voluerit fieri amicus huius seculi, inimicus Dei constituetur. Hic tibi soror dilectissima quid Christianum agere conueniat, prout potui explicui. Si ergo omnes generaliter q̃ Christiani nuncupantur, esse tales oportet, nunc tuæ prudentiæ est æstimare, qualem tu te viduam debeas exhibere, quam cunctis bene conuersantibus esse oportet exemplum. Tria autem esse viduarum genera non ignorare te credo. Vnum quod perfectissimum est, cœlestique prẽmio destinatum, quod ritu illius de Euangelio viduæ de orationibus & ieiunijs die noctuque deseruit. Aliud vero quod filiorum curam habere dicitur & domus, non tamen tanto præmio dignum, nec tamen peccatis obnoxium. Tertium autem genus est in epulis & delitijs, æternæ
K morti seruatur & pœnæ, sicut scriptum est, Viduas honora q̃ veræ viduæ sunt. Istæ sunt primæ, quæ dicuntur & veræ, & quæ iubentur a tanto sacerdote, hoc est a Timotheo honorari. Secundæ sunt illæ, quibus iam nõ iubetur exhiberi honor, nec tamen vita negat,

Quales viduæ exhibere debeant, & de triplici genere viduarũ. cap. 15.
1. Ti. 5.
Luc. 10.

de

de quibus dicitur, Quæ autem filios habent aut nepotes, discant primum domum suam pie tractare, & parem reddere parentibus vicem. Ille vero tertiæ sunt, de quibus scriptū est, Vidua autem quæ in delitijs est viuens mortua est. Vnde intelligi datur non omnes viduas esse æquales, nec eas Deo placere, quę corpore tantum viduæ videntur esse, nō opere. Qualis autē Christi vidua debet esse, Apostolus dicit, Quę verè vidua est, sperat in domino, & instat orationibus die ac nocte. Nec illud te prętierire volo, quod quando veras viduas Apostolus nominat, esse demonstrat & falsas, hoc est, actu, mente, conuersatione, & corpore. Et alibi viduę verę electę actum cōuersationemque scribit idem Apostolus dicens, vidua eligatur quę fuerit vnius
L viri vxor, in operibus bonis testimonium habens, Si filios educauerit: & subintelligitur Deo: si hospitem recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus ministrauit, si omne opus bonum subsecuta est. Hanc esse veram viduam indicauit, cuius talia sunt opera. Illa vero quomodo se Christi viduā dicit esse, quæ nihil tale aliquando operata est? Sed sunt aliquę viduę diuites, nobiles & potētes quib. forsitan uidetur indignū, vt aut filios Deo, & nō seculo educēt, aut hospitio recipiant aduenā, aut sanctorū pedes laborioſos, luculentos & horridos delicatis & nitidis manib. tāgant. Sed nec dignę erunt cum tales in futuro tempore & sanctorum esse consortes, quos ita hic spreuerunt: nec partem habere poterunt cum Christo, quem suscipere noluerunt, & cuius plantas suis cōtractare
Luc. 10. manibus horruerunt, quia Christum spernit quicūq; eius famulos spernit, sicut ipse dicit, Qui vos spernit, me spernit. Mariæ lachrymę unde Christi lauarentur pedes abundarunt. nostri autem temporis fęminis aut viduis, peregrinorum vnde pedes lauentur ipsa aqua deficit. Tu ergo sanctissima & prudentissima fęmina, ne velis imitari huiusmodi, quę cum
M audenter malefecerunt, & benefacere erubescunt: & confunduntur iuste viuere, quę non sunt peccare confusę: & quę se morti vltro obtulerunt, nec inuitatę reuertuntur ad vitā: quæ hominū magis risus & subsannationes & fabulas quam Dei iudicium pertimescunt & quibus charius est miseris hominibus placere quā Deo. Sed esto talis, qualem te dominus esse prȩcepit, qualē Apostolus iubet exhiberi Christo viduam. Esto sancta humilis & quieta, misericordię & iustitię opera indesinenter semper exerce. Et quisque te in opprobrium habeat quisq; te subsannet & irrideat, vt tantum Deo placeas, & quę Christi sunt geras. Ante omnia inceſſabiliter domini meditare mandata, orationibus & psalmis instanter incumbe, vt si possibile est, nemo te aliquando nisi aut legentē inueniat aut orantem. Et cum fueris talis, nostri memento, qui te tantum diligimus, vt quod prȩsentes prȩstare non possumus, conferamus absentes. A

DE ASSVMPTIONE BEATAE Marię virginis.

LIBER VNVS.

AD interrogata de virginis & matris domini resolutione temporali, & assumptione perenni, quid intelligam respōsurus, te Deus omnipotens pater voto supplici exoro, vt qui mandas nubibus & pluunt imbres, qui tangis montes, & fumigant, qui aperis terram & geminat, quid dicam iubeas, ad quid sermonem dirigam aperias. Venerabile est enim mihi domine, & prȩcordijs meis reuerendissimum, de matre filij tui loqui, & de sanctissimo corpore eius linguam sermonibus occupare, quę sola meruit Deum & hominem paritura suscipere, facta thronus Dei & aula regis ętęrni, secundū q̄ nos docuisti per sanctos tuos Patriarchas Prophetas & Apostolos, figuris & sermonibus quibus credimus & certi sumus, quia nunquam fefellisti, qui nec fallere nec falli nouisti, ostendens filium tuum coętternum tibi & consubstantialem incarnandum, & B
incarnatum per uirginis uterum, de qua carnem assumpsit qui corporalia cuncta tecum creauit author, administrator & Deus, ab homine factus est homo, ab ea naturam sumens non originem, sanctificante spiritu sancto tuo in ea vterum humanum & purificante atque mundante conceptionem filij tui, cuius dignitatis & gratię effectum nec cor concipere: nec lingua valet exprimere. Non enim talis conceprus, talisque partus,

nisi

nisi Deum decuerat, qui venerat redimere quos voluit creare profecto potestate, redimere humilitate: humilitatis naturā sumens sanctam de sactificato corpore, & immaculatam de immaculato. Ineffabilem enim sanctificationis gratiam quam concipiendus
C prębuit, conceptus & natus nō abstulit. Quę quantum in corpore valuerit virgini, illi soli notissimum est, qui de eius natura naturam susceptit quam cōdidit: Per quem te quę so domine, quia per illum bona cuncta tribuis, quæ vt tribuas eligis, vt me inoffense de
De scripturarū veritate, & differēdi modo exponēdi eas. c. 1. tancta sanctitate loqui tribuas. Et si non totū vt est, quod impossibile omni linguæ humanę est, tamen ipsum ex parte quod est, dicatur vt est. Sonet ergo pretiosissimum sui pretiositate, sanctissimum certa sanctitate, inęstimabilissimum fidelissima veritate. Quę quia humanam rationem excedunt, spiritus tuus assit, qui suo sacro spiramine inducat nos in omnem dicendorum veritatem. Et quia de eius corpore & anima loquendum est, quod ipse pręter naturalem vsum sanctificauit & gratiam contulit, non aliena nos dicere patiatur, sed propria ad laudē, & gloriam tuam Deus omnipotens pater, & ad honorem filij tui per virginem nati, & eiusdem spiritussancti Dei & domini nostri, cum quo est tibi regnum & imperium in omnia secula seculorum, Amen. Quia profundissimę & sua dignitate altissimę sum responsurus quęstioni, lectorem meum obsecro, vt pro me deprecetur, & si quæ a me pleniter dicta cognouerit, donis Dei gratus existat: sin autem minus, nostrę compatiatur humilitati, quia licet minus valeamus, vera tamen proculdubio volumus. De sanctissimo igitur
Ioan. 19. Actio. 1. corpore perpetuę virginis Mariç eiusque sacræ animę assumptione quantum dominus donauerit loqui suscipientes, hoc primum dicimus, quod in diuinis scripturis, postquā
D dominus in cruce matrem discipulo commēdauit, vt castitas castis tueretur obsequijs, nihil de ea reperitur pręter id quod Lucas commemorat in Actibus apostolorum, commemoratis eisdem apostolis nominatim dicens, Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu & fratribus eius. Hoc dicimus, quia tanto quæ magna existunt cautius tractanda sunt, quanto specialibus authoritatū testimonijs non possunt ad liquidum roborari. Sed qualem scriptura sancta veris indagationem studijs quęrenda reliquit, quæ non sunt superflua ęstimanda dum vera indagatione fuerint patefacta. Fęcunda est enim veritatis authoritas: & dum diligenter discutitur, de se gignere quod ipsa est cognoscitur.
E Sępe enim discussa veram conuenientiam parit, quam manifestis sermonibus abscondit, sępe apertis sermonibus insinuat, in quibus nihil pręter id quod sonat quęrendum inuitat: vt est illud, quod Abraham genuit Isaac, *De veritate textus Bibliæ cō tentorū. Cap. 2.* Isaac genuit Iacob, Iacob genuit Iudam & fratres eius, & cętera talia in quibus sola tenenda est litera: quædam autem sic commendat, vt pariter literam & mysticum intellectum insinuet, vt in transitu maris rubri, manna cœlesti, & tabernaculo Dei, atque arca testamēti, vbi futurorum figura, baptismi scilicet Christi & Eccle się ostensa est pręrogatiua. Quędam tantum mystice, vt cum Deum dicit insufflasse in faciem Adæ spiraculum vitę, qui tamen os ad spirandum non habet, nec manus ad operandum, licet dicat Propheta, Manus tuæ domine fecerunt me & plasmauerunt me. Sunt & quędam quę quanuis commemorari ex toto omissa sint, vera tamen ratione creduntur, atque ipsa conuenientia rei quodammodo, quemadmodum dux & prędia creditur. Nihil enim de Melchisedech sacerdotis Dei excelsi iustitia loquitur, cum ipsa præcessisse tantę laudis merita cognoscatur. Nihil de Helię & Enoch postquam rapti sunt, vitę fœlicitate commendat, cunctis liquide scientibus eos beate viuere, quos dominus hinc in futurum saluandos voluit rapere. Quid ergo de Marię morte, quid de eius assumptione dicendum est, vnde diuina scriptura nihil commemorat, nisi quęrendum ratione quod conueniat veritati? Fiatque ipsa veritas authoritas, sine qua nec est, nec valet authoritas. Memores enim conditionis humanæ mortem illam subijsse temporalem
F dicere non metuimus, quam idem certe eius filius qui & Deus & homo est, lege sortis humanæ sustinuit, & hoc, quia homo de eius susceptus & profusus est vtero. Sed si dicimus eam mortis teneri vinculis, & resolutam in cōmunem putredinem, vermes ac cinerem: deliberandum est si hoc conueniat

Qđ Adæ maledicto christus non subiacuerit. Cap. 3. Gen. 3. Psal. 15. Luc. 1.

Dan. 9.

Qđ Mariam fœminarum maledictio non tetigerit. Cap. 4. Gen. 3. Luc. 2.

F

G

H

I

ueniat tantæ sanctitati, tantæ aulæ Dei præro gatiuæ. Scimus. n. dictũ primo parenti, Quia puluis es, & in puluerẽ ibis. Quod si de mor te dicitur, generalis est sententia: si de resolu tione in puluerem, hanc conditionem Chri sti caro euasit, de carne Mariæ sumpta, quæ corruptionem non sustinuit. De hac. n. scri- ptum est per Prophetam dicentem, Qm̃ nõ derelinques animam meã in inferno, nec da bis sanctum tuum videre corruptionem. De quo aũt sancto dictum sit, archangelus pro- didit, qui ad Mariam ait, Et ꝙ nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et vere sanctũ sanctorum, vnde & illa sancta sanctorum di- cuntur quæ illa seruabant, quibus ille figura batur qui veraciter solus sanctus sanctorum dr̃. Hic. n. est de quo idem archangelus Ga- briel Danieli loquitur inter cętera quæ futu- ra ostendit dicens, Et impleatur visio & pro phetia, & vngatur sanctus sanctorum. Hic. n. sanctus corruptionem non vidit, qui tertia die cum triumpho de inferis rediens resurre xit Caro eius quæ de Maria sumpta est, & si mortua est ex infirmitate, reuixit ex Dei vir- tute. Sed hoc ille qui qñ voluit mori, qñ vo luit resurgere potuit. Excipitur ergo ab illa generali sententia de virgine sumpta natura. Quod si non Mariæ congruit, congruit tñ fi- lio quem genuit Iesu. Vocabulum Iesu glo- riosum, omni ornatu cultuq; digniss imum, nomen ꝙ est super omne nomen, nõ decuit ab hominib. appellari, neq; ab eis efferri in mundũ, sed ab excellentiori quadam melio- riq; natura. Post hæc quæ Adæ dicta sunt, de quib. excipitur Mariæ filius, contuenda sunt quæ etiam Euæ dicta sunt, si cunctis fœminis sint generalia, & si in aliquo excipiatur Ma- ria. Scriptum quippe est, Mulieri quoq; di- xit Deus, Multiplicabo ærumnas tuas & con ceptus tuos, in dolore paries filios, & sub vi ri potestate eris, & ipse dñabitur tui. Aerum- nam Maria sustinuit, cuius animam gladius passionis Christi pertransiuit. Sed cõceptus non multiplicauit, nec sub viri, idest, mariti potestate degu it, quæ integerrimis viscerib. de spiritu sancto Christum suscepit, & virgi- nitatis integritate manente virgo permansit. Quem quia sine peccati colluuione, & sine virilis admixtionis detrimento suscepit, sine dolore genuit, & sine integritatis violatio- ne, pudore virginitatis integro permansit. Hoc enim potuit efficere de matre, quia sic Deus elegit nasci de homine. Maria ergo & si communicat ærumnis Euæ, non commu- nicat parturiendo cum dolore. Promeruit enim hoc singularis sanctitas eius & singula- ris gratia, qua susceptione Dei singulariter existimanda est digna. Non immerito ergo excipitur a quibusdam generalibus vera æsti matione, quam tanta seruat gratia & attollit dignitatis prærogatiua. Quantum enim Chri sti potestas posit, mundi ostendit vniuersi- tas: quantum gratia, Mariæ monstrat integri- tas: quæ sicut diuersa est a natura, ita diuersa est ab vsu. Quid ergo si in tanta diuersitate eam dicimus humanæ sortis mortem subijs- se, nec tamen eius vinculis retineri, per quã Deus voluit nasci, & carnis substantiæ com- municare? nunquid impium erit? Scimus enim Iesum omnia posse, qui de seipso ait, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Si ergo voluit integrum Mariæ virgi- nitatis seruare pudorem, cur non uelit incor ruptam a putredinis seruare fœtore? Dicat ergo qui cognouit sensum domini, & qui consiliarius eius fuit: nunquid non pertinet ad benignitatem domini, matris seruare ho- norem, qui legem non soluere venerat, sed adimplere? Lex enim sicut honorem matris præcipit, ita inhonorationem damnat. Qui enim in vita præ cęteris illam gratia sui con ceptus honorauit, pium est credere singula- ri saluatione eam in morte & speciali gratia honorasse. Potuit enim eam a putredine & puluere alienam facere, qui ex ea nascens po tuit uirginem relinquere. Putredo nanq; & vermis humanæ est opprobrium conditio- nis, a quo opprobrio cum Iesus sit alienus, natura Mariæ excipitur, quam Iesus de ea su scepisse probatur. Caro enim Iesu caro est Mariæ, & multo specialius, quam Ioseph Iu dæ cęterorumque fratrum eius quibus dice- bat, Frater enim & caro nostra est. Caro. n. Christi quamuis gloria resurrectionis fuerit magnificata, & potenter super omnes cęlos ascensione glorificata, eadem tñ carnis man sit & manet natura, quæ suscepta est de Ma- ria. Ipse enim est qui conceptus, genitus, atq; a mortuis suscitatus est per gloriam patris, sicut profecto ipse testatur post resurrectio- nẽ, qñ Apostolus dicit, Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Quid. n. est,

Mat. 28. Matrem Christus honora- uit. c. 5.

Gen. 37.

Luc. 24.

est, ego ipse sum? nisi quia alter non sum quã qui tunc eram quando passus sum. Et hoc siquidem cognoscere potestis, qui in manibus & pedibus meis clauorum signa clare videtis. Ipse ergo idemq; cęlos ascendit, & carnem quam de matre susceptit super astra transuexit, honorans omnem humanam naturam, sed multo magis maternam. Si igitur K natura matris est filius, conueniens est vt sit & filij mater, non quãtum pertinet ad æquã administrationem, sed quantum pertinet ad eandem reciprocam substantiam, vt homo de homine, caro de carne, mater a filio, filius a matre, nõ ad vnitatem personæ, sed ad vnitatem corporalis naturæ & substantię. Si enim vnitatem potest facere gratia sine proprietate specialis naturæ, quanto magis vbi gratiæ vnitas & corporis est specialis natiuitas. Vnitas nanque gratiæ est, vt discipulorũ Ioan. 17. in Christo, de quibus i pse dixit, Pater sancte serua eos in nomine tuo: quos dedisti mihi, volo vt sint vnum sicut & nos. Et iterum de omnibus iustis, Non pro his autem rogo tãtum, sed & pro his qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint sicut & tu pater in me: & ego in te: hoc est, vt ipsi sint per gratiam quod nos sumus per diuinitatem. Hæc quippe gratiæ vnitas, quæ cũctis in Christum credentibus seruatur, si Mariæ etiam minus sapientium æstimatione nõ tollitur, quanto magis cum gratiæ vnitate ipsa specialitas naturæ vnum efficit matrem & filium, & filium & matrem? Videndum est etiam quid de his quos secum per gratiam vnum esse voluit consequenter adiunxit: Ait enim Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum, vt videant claritatem quam dedisti mihi. O magnã & in- Cap. 6. æstimabilem bonitatem Dei, qui habere secum suos in gloria vult, vt sua claritate fruãtur, qui hic sua fide iuncti, vnum cum eo esse digni iudicantur. Si igitur eos secum habere vult, & hoc potest qui omnia potest, L quid æstimandum est de matre vbi digna sit haberi, nisi in præsentia filij? Quantum igitur contueor, quantum intelligo, quantum credo, Mariæ anima claritate fruitur Christi, & glorioſis conspectibus eum semper videre sitiens, & semper conspiciens, dum in æstimabiliter pascitur, excellentiori quadam specialique prærogatiua a filio honoratur, possidens in Christo corpus suum quod genuit, clarificatum, in dextera patris, & si non suũ per quod genuit, tamen suum q̃ genuit. Et quare non suum per quod genuit? Si enim non obuiauerit, necdum perspecta authoritas, vere credo, & per quod genuit, quia tanta sanctificatio dignior cœlo est quam terra, quoniam thronum Dei, thalamum domini, domum atque tabernaculum Christi dignũ est ibi esse vbi ipse est. Tam pretiosum enim M thesaurum dignius est cœlo seruari quam terra. Tantam integritatem merito incorruptibilitas, non putredinis aliqua resolutio sequitur. Istud ergo sacratissimum corpus, de quo Christus carnem assumpsit, & diuinam naturam humanæ vniuit, non amittens quod erat, sed assumens quod non erat, vt verbum caro, hoc est, Deus homo fieret, escam vermibus traditum, in communi sorte putredinis & futurum de vermibus puluerem, quia sentire nõ valeo, dicere pertimesco. De quo si nihil altius sentirem quam de proprio, nihil dicerem nisi quemadmodũ de proprio. Quod absque vlla ambiguitate soluendum est in mortem, post mortem est futurum putredo, post putredinem vermis, post vermẽ, vt dignum est abiectissimus puluis. Quod de Maria credendum non videtur, nec æstima- Cap. 7. bile, quia æstimationem procul pellit incõ- Ioan. 12. parabilis gratiæ munus. Quod me dicere multarum consideratio rerum inuitat, quarum & quædam illa est, quam suis alibi ministris ipsa veritas ait, Qui mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, ibi & minister meus erit. Si enim hæc est generalis sententia omnium per fidem & bonam operationem Christo ministrantium, quanto magis quodam modo & specialius est Mariæ? Mariam nanque operis exhibitione & fidei ridigissima veritate ministram Christi fuisse omnis qui sane sapit intelligit. Absque dubio enim omni operi ministratrix extitit, quę hũc in vtero gessit, partuque profusum aluit & fouit, atque vt Euangelium ait in præsepio A reclinauit, & a facie Herodis in Aegyptum fugiens abscondit, & omnem infantiam eius pro matris affectu ita prosecuta est, vt vsque ad crucem, in qua filium iam virum perfectum uidit pendentẽ, ab eius indubitanter ministerio non recesit, consecuta eũ nõ solum gressibus pedum tanquã pro reuerentia

Cap. 8. Act. 17. Luce 2. Matt. 2.

tia Dei, verumetiam imitationis affectu. Maria ergo ministratrix Christi spiritalium operum quantitatibus sicut deuotissima extitit, ita absq; dubio religionis fide, ideoq; vere dulitatis charitate secutrix fuit. Non enim potuit nisi diuinitatis eius esse credula quæ se nouerat hunc non virili semine secundum ordinē naturæ, sed diuino spiramine nunciāte archangelo concepisse, videns semper famulātium angelorum ei adesse frequentiā vt concepto & nato, quando videlicet facta est cum angelo multitudo cœlestis exercitus clamantium & dicentium, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis: & in Aegyptū fugituro, atq; inde iterū redituro, quibus liquido cognoscere potuit, quia talia obsequia non nisi Deū decuerant. Vnde & stellę demonstratio, & Magorum de longinquis partibus inspirata adductio, quam maxime illi extiterit iudicium veritatis. Similiter Simeonis atq; Annæ prophetali dignitate insolitus cęteris & huic specialis occursus. Quæ oia profecto Maria conseruans, his cunctis altius ad fidē roborata pio, corde conferebat in tantum, vt omnino non nutabunda, sed certa de filij potestate, tanquā de Dei vera, virtute deficiente in nuptijs vino dixerit. Vinum non habent, sciens plane hoc illum potuisse, quod eū mox contigit diuino miraculo compleuisse. Ecce igitur Maria fide & opere Christi administratrix, & deuota vsq; ad eius mortē secutrix, non plus gressu quam imitationis affectu, vt credendū est, si ibi non fuerit vbi Christus ministros suos vult esse, vbi ergo erit? Et si ibi erit, num quid æquali gratia? Et si æquali gratia, ubi æqua Dei censura, quæ vnicuique reddit secundum sua merita? Si ergo merito Marię viuenti, prę omnibus donata est gratia mortuæ erit minuenda? Absit. Quia si omniū sanctorum mors est pretiosa, Marię sanè est pretiosissima, quam tanta comitata est gratia, vt mater Dei dicatur, & sit. Consideratis igitur his vniuersis, vera ratione confitendū censeo, Mariam in Christo, & apud Christū esse: In Christo, quia in ipso viuimus mouemur & sumus: apud Christum glorioſe ad ęternitatis gaudia assumptā, benignitate Christi honoratius susceptam cęteris, quam hic gratia honorauit prę cęteris nec vsq; ad communem humilitatem esse adductā post mortē, putredinis videlicet & vermis & pulueris, quæ suum & omnium genuit saluatorem, in cuius si potestate est, sanctorum de capite capillum non perire, est & illam anima & corpore integrā posse seruare. De cuius potestate si nullus dubitet ecclesiasticorum, quin possit matrem sine corruptione in perpetuū seruare, cur dubitandū est, voluisse quod attinet ad tantæ benignitatis gratiā? Si elegit diuina voluntas sola gratia inter crepitantes vehementium ignium flammas, non solum puerorum corpora seruare illæsa uestimenta seruare inusta, cur abnuat in matre propria quod elegit in veste aliena? Ionam seruare in uentre cęti præter naturalem usum uoluit incorruptū sola misericordia, Mariam incorruptam prçter naturalem non seruabit gratia? Seruatus est Daniel ab intemperatissima fame leonum, nō seruanda est Maria tantis dotata meritis dignitatum? Hæc cuncta quæ diximus, quia naturam non seruasse cognoscimus, in Mariæ integritate plus potuisse gratiam quā naturam non dubitamus. Diuinitatis enim sunt opera quæ dicimus, & ideo posibilia, quia sunt ab omnipotentia. Christus autem Dei virtus est & Dei sapientia, cuius omnia q̄ patris sunt, sua sunt & velle: velle autē omnia quę sunt iusta & digna. Sic per hoc digne videtur lętitia inenarrabili anima & corpore, In proprio filio, per proprium filium, nec vllam sequi debere corruptionis ærumnam, quam nulla secuta est, tantum filium pariendo integritatis corruptio, vt semper incorruptam quam tanta perfudit gratia, sit integraliter viuens, quę omnium integram perfectamque genuit uitam, sit cum illo quem in suo gesit vtero, sit apud illum illa quæ genuit, fouit & aluit illum Maria Dei genitrix, Dei nutrix, Dei ministratrix, & Dei secutrix. De qua vt iam dixi, quia aliter sentire non audeo, aliter dicere non præsumo. Suscipiat igitur hunc sensum fraterna charitas vestra, quem sanctus spiritus per me vobis inspirauit. Offensa sunt ex parte quæ taliter hortata sunt me dicere. Si quis autem refragari & his contradicere elegerit, quum dicere non velit, hoc non posse Christum proferat quare non cōueniat velle, ac per hoc non esse. Et quum se ueraciter consilium Dei de his nosse manifestauerit, incipiam credere, de quibus alter

Luc. 21.

Dan. 3. Ionæ. 6.

1. Cor. 1.

Cap. 9.

Cap. 7. Ioan. 12.

Cap. 8. Act. 17. Luc. 1. Matt. 1.

ter non possum sentire. Mirabor illum altitu
rom. 11. dinem consilij diuini inuestigasse, quam me
cum Apostolo digna reuerentia videor debe
re admirari dicente. O altitudo diuitiarum
sapientię & scientię Dei, quam incomprehē
sibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vię
eius. Et secundum eundem Apostolū, ex par-
1.Co.13. te cognoscimus, & ex parte prophetamus',
dixi de his: & si non quantum est, tamen quē
F admodum me dicere debuisse credidi. Si er-
go vera sunt quę scripsi, tibi gratias ago Chri
ste, quia de sancta virgine matre tua, nisi qđ
pium est ac dignum visum sentire non potui.
Si ergo dixi vt debui approba Christe tu &
tui. Si aūt nō vt debui, ignosce obsecro tu &
tui: Qui cū patre & spiritusancto viuis & re-
gnas per omnia secula seculorum, Amen.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi.

De disciplina Christiana, vel de domo dsciplinæ.

LIBER VNVS.

LOcutus est ad nos sermo Dei, & depromptus est ad exhortatio-
nem nostram, dicente scriptu-
ra, Accipite disciplinam in do-
mo disciplinę. Disciplina a di-
scendo dicta est, disciplinæ domus est Eccle
sia Christi. Quid ergo hic discitur vel quare
discit? Qui discunt, vel a quo discūt? Discit
bene viuere. Propter hoc discit bene viuere,
vt pueniat ad sēper viuere. Discūt Chriani,
Docet Christus. Primo ergo quid sit bene vi-
uere: deinde quę sit merces bonę vitæ: tertio
qui sint veri Christiani: quarto quid sit verus
magister, pauca loquentibus nobis sicut do-
minus donat audire dignemini. Omnes in do
mo disciplinæ sumus, sed multi nolunt ha-
bere disciplinam, & quod est peruersius, nec
in domo disciplinę volunt habere disciplī-
nam. Cum propterea debeant in domo disci
næ accipere disciplinā, vt seruēt illam in do
mibus suis: ipsi econtra disciplinationem nō
G solum in domibus suis habere nolunt, sed
Mat.13. nec ferre illam secum etiam ad domum di-
sciplinę. Ideo apud quos non vacat verbum
Dei, qui cor auro coniungunt, qui sunt via
vbi semen cum ceciderit ab auibus colligi-
tur, qui sunt petrosa loca, vbi semen altam
radicem habere non potest, & ad horā exit,
in æstu arescit: qui sunt ager spinosus, vbi se-
men cum germinauerit & in auras surgere
cęperit, spinarum densitate suffocatur nō hi,
sed qui sunt terra bona parata semen accipe-
re, & fructum reddere, vel centum vel sexa-
genum vel tricenum, recordentur non sine
causa intrasse disciplinæ scholam, & has me
similitudines ex Euangelio commemorasse.
Qui igitur tales sunt, accipiant quod per me
dominus dicere dignatur. Ego enim quo-
niam ille seminat, quid sum? Vix cophinus
seminantis: Ipse in me dignetur ponere quod
vobis spargat. Nolite ergo attendere ad vi-
litatem cophini, sed ad charitatem seminis
& potestatem seminatoris. Quid est ergo be-
ne viuere? Quid hic dicitur? Præcepta mul-
ta sunt in lege, quibus ipsa bona vita conti-
netur, imperatur, & discitur. Multa omnino
præcepta sunt & innumerabilia. Præceptо-
rum ipsorum paginas vix quisquam enume-
rat, quanto magis ipsa quę voluit? Tamen H
Deus propter eos qui se possent excusare, *Esa.10.*
vel quia eis non vacat legere, vel qui non no
runt legere, vel quia non possunt facile intel-
ligere, vt excusationem nemo habeat in die
iudicij, voluit, sic vt scriptum est, consum-
mare & breuiare verbum super terram, sicut
de illo Propheta prædixerat, Verbum enim
cosummans & breuians faciet dominus su-
per terram. Hoc ipsum verbum comsum-
matum & breuiatum, nec obscurum Deus
esse voluit. Ideo breue, ne non vacaret le-
gere: ideo apertum, ne dicat, non mihi licuit
intelligere: Thesaurus ergo est magnus diui-
narum scripturarum, habens in se mirabilia
præcepta multa, tanquam multas gemmas,
& prætiosa monilia, & vasa ingentia, & ma-
gni metalli. Sed quis potest scrutari thesau-
rum istum, & vti eo, & peruenire ad om-
nia quæ ibi sunt? Quando hanc similitudi-
nem dominus dedit in Euangelio suo, & di-
xit, simile est regnum cęlorum thesauro in-
uento in agro: ne quis se minus idoneum di
ceret ad perscrutandum thesaurum: conti-
nuo dedit aliam similitudinem, simile est,
inquiens, regnum cęlorum homini nego-
ciatori quærenti bonas margaritas, qui inue-
nit vnam pretiosam margaritam, & vendi-
dit

dit omnia quę habuit & emit illam: vt si piger eras ad perscrutandum thesaurum, non sis piger vnam margaritam sub lingua ferre, & quo vis securius ambulare. Quid est ergo verbum consummans & breuians? Diliges
I dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, &
Mat. 22. ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & diliges proximum tuum tanquam teipsum: In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Ecce quid dicitur in domo disciplinę: Diligere proximum tanquam seipsum: Deũ tanquam Deum, proximum sicut teipsum. Non enim inuenis parem Deo, vt possit tibi dici, Dilige Deum sicut diligis illum. De proximo inuenta est tibi regula, quia inuentus es proximo tuo par tuipse. Quęris quomodo diligas proximum attende teipsum: & quomodo te diligis, sic dilige proximum. Nõ est vbi erres. Volo ergo iam & tibi committere proximum tuum, vt diligas eum tanquam te ipsum. Volo, sed adhuc timeo: Volo tibi dicere, Dilige proximũ tuum sicut teipsum, & timeo: Adhuc enim discutere volo quomodo diligas teipsum. Noli ergo ægre ferre. Nõ es tuipse facile dimittendus, cui est proximus committendus, Non transitorie tecum agendũ est. Tu vnus homo es, proximi tui multi sunt. Non enim proximo sic debes intelligere proximum, vel fratrẽ, vel cognatum, vel affinem. Proximus esto homini omnis homo. Proximi sibi dicuntur pater & filius, socer & gener. Nihil tam proximum, quam homo & homo. Sed si putamus non esse proximos, nisi qui de ijsdem parentibus nascuntur, Adam & Euam attendamus, & omnes fratres sumus. Et quidem fratres secundum quod homines sumus, quanto magis secundum quod Christiani sumus? Ad id quod homo es, vnus
K pater fuit Adam, vna mater Eua. Ad id quod Christianus es, vnus pater est Deus, vna mater Ecclesia. Videte ergo quantos proximos habeat vnus homo. Omnes homines, in quos incurrerit, quibus iungi potuerit, proximi eius sunt. Quomodo discutiendus est, vtrum diligat se, cui committendi sunt tot proximi, vt sic eos diligat tanquam se? Non ergo irascatur vnusquisque, si discutio quomodo se diligat. Certe ego discutio, ipse se inueniat. Vt quid enim discutio, quia ego inuenturus sum? Ideo discutio, ipse se interroget, ipse sibi appareat, ipse se non lateat, ipse se sibi non abscondat, ipse sibi se ante oculos suos, non post dorsum ponat. Me loquente faciat hoc, me nesciẽte faciat hoc. Quomodo te diligis? Quisquis me audis, immo quisquis Deũ per me audis in hac domo disciplinę, attende te quomodo te diligis. Profecto enim si te interrogem vtrum diligas te, respondebis quia diligis. Quis enim se odit? Hoc dicturus es: quis enim se odit? Ergo non diligis. Nam si *Psal. 10.*
diligis iniquitatem, non ego dico, psalmum audi, Qui diligit iniquitatem, odit animam L
suam. Ergo si diligis iniquitatem, audi veritatem, veritatem non te palpantem, sed aperte tibi dicentem: Odis te. Quanto magis dicis, quia amas te, odis te. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Quid dicam de carne, quę pars est vilior hominis? Si animam odit, quomodo carnem diligit? Deniq; qui amant iniquitatẽ, odiunt animam suã omnẽ turpitudinem exercẽt de carne sua. Iam ergo qui diligis iniquitatem, quomodo tibi volebas committi proximum, vt diligeres eum tã quam te? Homo quid perdis te? Si enim tuipse sic te diligis, vt perdas te, sic profecto perditurus es & eum quem diligis sicut te. Nolo ergo quenquã diligas, vel solus peri. Aut cor ripe dilectionẽ, aut respue societatẽ. Dicturus es mihi, Diligo proximũ tanquã meipsũ audio, planè audio inebriari vis cũ illo quẽ diligis tanquam teipsum. Bene nobis faciamus hodie, quantum possumus bibamus. Vide quia sic te diligis, & illum ad te trahis, & ad quod amas vocas. Necesse est vt quem diligis tanquam teipsum, illuc illum trahas ad quod tu te amas. Humanus homo, immo bel uinus, amando talia qualia beluæ. Beluas enim Deus prostratas in faciem fecit pastum quærentes de terra, te in duos pedes erexit de terra. Tuam faciem sursum attendere voluit. Non discordet cor tuum a facie tua, non habeas faciem sursum, & cor deorsum, immo M
verum audi, & verum fac sursum cor, ne mẽ tiaris in domo disciplinę. Quando enim audis, respondes, sed sit verum quod respondes: Sic te dilige, & diliges proximum tuum tanquam teipsum. Quid est enim sursum habere cor, nisi quod dictum est prius, Diliges dominum Deũ tuũ ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua? Quia ergo duo prȩcepta sunt, si vnum diceret, nõ sufficeret. Sufficit & vnum si intelligatur. Nam ali

quando sic loquitur scriptura sicut Paulus Apostolus, Non adulterabis, non homicidiũ facies, non concupisces: & si quod aliud mãdatum, in hoc sermone recapitulatur, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Dilectio proximi malũ non operatur. Plenitudo autem legis est charitas. Quid est charitas? Dilectio. Nihil videt dixisse de dilectione Dei, sed solam proximi dilectionem dixit sufficere ad implendam legem. Quicquid est aliud mãdatum, in hoc sermone impletur. In quo? *Mat.22.* Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Ecce vnum est. Certe duo præcepta sunt, in quibus prçceptis tota lex pendet & prophetç. Videte quomodo plus breuiatum est, & adhuc pigri sumus. Ecce quæ duo erant, vnũ factum est. Prorsus proximum dilige, & sufficit. Sed dilige quomodo teipsum diligis, nõ quomodo teipsum odisti. Dilige proximum tuum tanquam teipsum: sed prius est vt diligas teipsum. Quçrere habes quomodo diligas teipsum, & audire habes. Diliges dominum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota anima tua. Homo enim quomodo a se fieri nõ potuit, sic nec beatus a se fieri potest. Alia res fecit enim hominem, q̃ non est in ipse homo, alia res eum factura est beatum, quod non est ipse homo. Denique errans videt ipse, quia per se non potest beatus esse, & amat aliud vnde sit beatus. Vnde se fieri putat beatum, hoc amat. Quid putamus, amat, vnde putat se fieri beatum? Pecuniam, aurum, argentum, possessiones? Breuiter dico pecuniam. Totum enim quicquid homines possident in terra, omnia quorum domini sunt, pecunia vocatur. Seruus sit, vas, ager, arbor, pecus, quicquid horum est pecunia dicitur. Et vnde est primum vocata pecunia? Ideo pecunia, quia antiqui totum quod habebant in pecoribus habebant. A pecore pecunia vocatur. Legimus antiquos patres fuisse diuites pastores. Ergo pecuniam diligis, ò homo, vnde putas te fieri beatum. Pecunia est, & multum eam diligis. Volebas diligere proximum tanquam teipsum, diuide cum illo pecuniam tuam. Quid esses discutiebam. Inuentus es, apparuisti tibi, vidisti te, considerasti te, Non es paratus diuidere pecuniam tuam cum proximo tuo. Sed quid mihi respondet benigna auaritia? Quid mihi respondet? Si diuisero cum illo, minus erit, & mihi & illi minuetur q̃ amo, nec totum habebit ille, nec totum habebo ego. Sed quia diligo eum tanquam meipsum, opto illi vt tantum habeat, vt nec meum minuatur, & ipse mihi coæquetur. Optas vnde nihil perdas, atque vtinam hoc verum dicas vel possis: Timeo enim ne inuideas. Quomodo socialis erit fçlicitas tua, quam torquet fçlicitas aliena? Nonne cum cçperit ditescere vicinus tuus, & incipere quasi surgere & ire post te, times ne sequatur te times ne transeat te? Certe diligis proximum tuum tanquam teipsum. Sed non loquar de inuidis. Aduertat enim Deus hanc pestem ab animis omnium hominum, nedum Christianorum, vitium diaboli, cum quo solus diabolus reus est: & inexpiabiliter reus. Non enim dicitur diabolo vt damnetur, adulterium commisisti, furtum fecisti, villam alienam rapuisti, sed homini stanti lapsus inuidisti. Inuidentia diaboli conuicium est, sed habet matrem suam. Superbia vocatur mater inuidiç. Superbia inuidos facit. Suffoca matrem, & non erit filia. Ideo humilitatem docuit Christus. Non ergo loquor inuidis, bene optantibus loquor. Illis loquor qui optant bene amicis, vt habeant tantum quantum habent & ipsi. Optant bene agentibus, vt habeant quantum & ipsi, sed nolunt illis dare ex eo quod habent. Inde te iactas homo Christiane, quia optas bene, Melior te est mendicus, qui plura tibi optat & nihil habet. Bene vis optare nihil a te accipienti? Da aliquid bene optanti. Si bonum est bene optare, redde mercedem. Optat tibi bene pauper, quid trepidas? Addo aliquid. In domo disciplinæ es. Addo aliud quod dixi. Da bene optanti. Christus est. Ipse a te petit qui tibi dedit. Erubesce, Ille diues pauper esse voluit, vt haberes pauperes quibus dares. Da aliquid fratri tuo, da aliquid proximo tuo, da aliquid comiti tuo. Tu diues es, ille pauper est. Vita ista via est, simul ambulatis. Sed forte dicis, Ego diues ille pauper. Simul ambulatis, an non? Quid est quod dicis, ego diues, ille pauper nisi ego oneratus, ille leuis? Ego diues, ille pauper. Sarcinam tuam commemoras, pondus tum laudas. Et quod grauius est, constrixisti ad te sarcinam tuam, ideo non potes porrigere manum. Onera te, liga te: quid te iactas? quid te laudas?

Pecunia.

Solue

Solue vincula tua, minue sarcinam tuam. Da comiti, & illum adiuuas, & te releuas. Inter has voces tuas laudantes sarcinam tuam adhuc Christus petit & non accipit, & obtendis nomen pietatis crudelibus vocibus & dicis: Et quid seruo filijs meis? Christum illis oppono, filios suos mihi reponit. Ista vero iustitia magna, vt habeat vnde luxurietur filius tuus, egeat dominus tuus. Cum enim vni ex minimis meis feciſti, mihi feciſtis, Non legiſti? non aduertiſti? Cum vni ex minimis meis non feciſtis, nec mihi feciſtis. Non legiſti? non timuiſti. Ecce quis
Mat. 25. eget, & filios tuos numeras? Poſtremo numera filios tuos, adde vnum illum inter illos dominum Deum tuum. Vnum habes, ſit ille ſecundus, duos habes, ſit ille tertius: tres habes, ſit ille quartus: nihil horum vis: Ecce quomodo diligis proximum tuum, quem tibi facis ſocium ad iſtam perditionem. Quid tibi dicturus ſum: Diliges proximum tuum? Quid illi in aures inſuſurrabis homo auare, niſi fili aut frater aut pater bonum eſt nobis, vt cum hic viuimus, bene ſit nobis? Quantum habebis, tantus eris: Frange Lunam, fac fortunam. Iſta ſuſurrabis proximo tuo, quæ non didiciſti in domo diſciplinæ, nec audiſti hic. Nolo ſic diligas proximum tuum. O ſi poſſem facere, ut nulli iungereris. Corrumpunt enim
1. Co. 15 mores bonos colloquia mala. Sed non poſſum facere vt nemini iungaris, cui mala iſta quæ non vis dediſcere inſuſurres, & non ſolum nobis dedoceri, ſed affectes etiam docere: Nolo, imo volo, ſed non poſſum te diſiungere ab auribus aliorum. Alios admoneam, ad quorum aures ambis, quorum aures penetrare moliris, ad quorum corda per aures intrare diſponis. O qui accipis verbum ſanum in domo diſciplinæ, ſepi aures tuas ſpinis. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Sepi aures tuas ſpinis. Sepi, & ſpinis ſepi, vt ille qui importune intrare auſus fuerit, non ſolum repellatur, ſed etiam compungatur. Repelle illum a te: Dic
Eccl. 28. Chriſtianus es Chriſtianus ſum, non hoc accepimus in domo diſciplinæ, non hoc didicimus in illa ſchola, quam gratis intrauimus, non hoc didicimus ſub illo magiſtro, cuius cathedra in cælo eſt: Noli mihi iſta dicere, aut noli ad me accedere. Hoc eſt enim Sepi aures tuas ſpinis. Conuertam me ad illum: Auarus es, pecuniam amas. Beatus eſſe vis, Deum tuum ama. Pecunia te non facit beatum: Tu eam facis ornatam, non illa te beatum. Sed quia multum amas pecuniam, & uideo quia pergis, quò iuſſerit cupiditas, piger perge quò iubet charitas. Reſpice & uide quam multum interſit inter pecuniam tuam & Deum tuum. Pulchrior eſt iſte Sol, quam pecunia tua, & tamen iſte Sol non eſt Deus tuus. Porro ſi pulchrior eſt lux iſta quã pecunia tua, quantum eſt pulchrior qui fecit hanc lucem? An forte comparare uis pecuniam tuam luci? Ecce occidit Sol: oſtende mihi pecuniam tuam. Nitet & nocte, ſubtraho lucernam. Ecce diues es, Oſtende mihi diuitias tuas. Iam ſi lumine priueris, iam ſi non habeas vnde quod habes uideas, ubi ſunt diuitiæ tuæ? Et ſic tamen horrenda profunditas auaritiæ non patet oculis, & ſcatet animis. Vidimus & cęcos auaros. Dicatur mihi vnde auari ſunt cœci qui non vident? Quod habet non habet, & tñ auarus eſt cęcus: Quare? Quia credit ſe habere, auarus eſt: Fides eum facit diuitem: Credendo diues eſt, non videndo. Quanto melius cum fidem conuertit ad Deum. Non uides quod poſsides, & Deum tibi ſic prædico. Nõdum uides, ama & uidebis. Ama pecuniam ò cęce, quam nunquam videbis. Cęcus poſsides, cęcus moriturus es, quod poſsides hic relicturus es. Non tenebas & quando uidebas, quanto magis perdis, quia non videbas quod habebas? De Deo quid tibi dicitur? Ecce hoc tibi dicit ipſa ſapientia, Ama illam tanquam pecuniam. Indignum eſt, iniuriioſum eſt, ut ſapientia pecuniæ comparetur, ſed amori comparatur. Video.n.hic uos ſic amare pecuniam, ut iubente amore pecuniæ labores ſuſcipiatis, ieiunia toleretis, mare tranſeatis, uentis & fluctib.uos cõmittatis. Habeo vnde eligam q̃ ametis, ſed non habeo q̃ addam ad amorẽ quo amatis. Sic me ama te, plus nolo me amari dicit dominus. Improbis loquor, auaris loquor. Pecuniã diligi tis tantũ me diligite. Certe melior ſum incõparabiliter. Nolo a uobis ampliorem amorem. Quantũ diligitis pecuniam, tantum me amate. Erubeſcamus ſaltem, confiteamur & pectora tundamus, non vt ſemper peccata noſtra pauimentum ſolidemus. Nã qui tun-

Quæ sit merces bonæ vitæ. Cap. 2.

dit pectus,& non corrigitur, solidat peccata & non tollit. Tundamus pectus & cędamus nos,& corrigamur à nobis, ne ille post ea nos cędat,qui magister est, diximus enim iam quid hic discatur, quare discatur. Quare iuisti in scholam, & vapulasti, & à parentibus ductus, & fugitans quæsitus, & inuentus attractus es, & adductus extensus es? Quare vapulasti? quare tanta mala in pueritia pertulisti? vt discceres? Quid discceres? Literas. Quare? vt haberetur pecunia, aut
H vt compararetur honor, & teneretur sublimitas dignitatis. Vide quia periturus es propter perituram rem. Perituram rem cum tanto labore didicisti in tantis pœnis, & amabat te qui te ad pœnas trahebat. Ipse qui te amabat, ipse te ad pœnas trahebat vt vapulares,amando faciebat vt discceres.Quid? Literas. Bonum sunt literæ? Bonæ. Noui dicturus es mihi, Quare & vos episcopi literas non legistis? Quare non diuinas scripturas in ipsa literatura tractastis? Ita vero: sed non ad hoc discimus literas. Non enim parentes nostri, quando nos in scholam mittebant: hoc nobis dicebant, discite literas vt habeatis vnde legere possitis codices dominicos. Nec ipsi Christiani filijs suis hoc dicunt. Sed quid? Discite literas. Quare? Vt sis homo. Quid enim? Modo pecus sum? Quod dico vt sis homo, hoc est, vt sis eminens inter homines. Vnde & illud prouerbium: Quantum habebis,tantus eris: vt habeas quãtum cęteri,aut quantum pauci, aut plusquã pauci,habeas inde honores, habeas inde dignitatem. Et vbi erunt ista omnia cum mors venerit? Quomodo stimulat, quomodo metus iste interpellat? Quomodo nomen ipsum a me commemoratum omnium corda percussit? Quomodo timorem vestrum ex gemitu declarastis? Audiui, audiui, gemuistis, mortem timetis. Si timetis, quare non cauetis? Mortem timetis. Quid timetis? Ventura est. Timeam an non timeam, venire habet: sero an cito, ventura est. Si timeas, non
I efficies vt non sit quod times. Illud potius time, quod si nolis, non erit. Quid? Peccare. Peccare time, quia si amaueris peccata, in aliam mortem irrues, quo posses non venire,si non amares peccata. Modo autem peruersus, plus amas mortem, quam vitam? Forte conuinco te, quia plus amas mortem quam vitam. Ecce vnde te conuinco, Amas tunicam tuam,bonam eam vis. Amas filium tuum, bonum eũ vis. Amas amicum tuum, bonum eum vis. Amas domum tuã, bonam eam vis. Quid est q̃ etiam bonam vis habere mortem? Quotidie.n.rogas, vt qm̃ mors ventura est, bonam mortem tibi det Deus, & dicis: Deus auertat a me malam mortem. plus ergo amas mortem tuam quam vitam tuã. Mori male times, & male viuere non times. K
Corrige male viuere, time male mori, sed noli timere. Non potest male mori qui bene *Ps. 115.* vixerit. Prorsus confirmo,audeo dicere,Credidi propter q̃ locutus sum: non potest male mori, qui bene vixerit. Iam tu dicis tibi: num multi iusti naufragio perierunt? Certe nõ potest male mori,qui bene vixerit. Num multos iustos gladius peremit hostilis? Certe non potest male mori, qui bene vixerit. Num multos iustos latrones occiderunt? Nũ multos iustos bestiæ laniauerunt? Certe non potest male mori,qui bene vixerit. Et ego respondeo. Hæc enim tibi videtur mala mors naufragio perire,gladio percuti, a bestijs laniari, mors mala tibi esse videtur. Nonne has mortes martyres subierunt, quorum natalitia celebramus? Quod genus mortis non subierunt? Et tamen si Christiani sumus, si in domo disciplinæ nos esse meminimus, vel cum hic sumus, vel cum hic audimus, si exeuntes hinc non obliuiscimur, si meminimus q̃ hic audimus,nonne martyres beatificamus? Quære mortes martyrum,oculos carnis interroga. Male mortui sunt,oculos fidei interroga: Pretiosa in conspectu domini, mors sanctorum eius. Quicquid ergo est quod exhorres in morte,omnino nõ exhorreas, si eos imitaris. Id age vt bonam vitam habeas, & quæcunque occasio fuerit, vt exeas de hoc corpore,exis ad requiem, exis ad beatitudinem, quæ non habet timorem nec *Luc. 16* finem. Nam quasi bona mors diuitis in purpura & byssо, sed mala mors sitiẽtis & inter L tormenta guttam aquæ desiderantis. Quasi mala mors iacentis pauperis ante ianuam diuitis, inter linguas canum, in fame & siti micas de mensa desiderantis. Mala mors, auersa mors, finẽ respice: Christianus es, fidei oculum intende. Contigit mori inopem illũ, & deferri ab angelis in sinũ Abrahæ. Quid proderat diuiti sepulchrum marmoreũ sitienti

apud

apud inferos? Quid oberant pauperi panni cum sanie vulcerum eius requiescéti in sinu Abrahæ? Longe vidit eum requiescentem, quem contempserat iacentem. Modo elige mortem. Dic mihi, Quis bene mortuus est, quis male? Puto quia melius ille pauper quã ille dives. An vis aromatibus sepeliri, & apud inferos sitire? Respondes: Absit a me. Puto quod disces. Disce ergo bene mori, si

M *Qui sint veri Christiani. Cap. 3. Mat. 13.* didiceris bene viuere: Merces enim bonę vitę æternę est. Qui discunt, Christiani sunt: qui audiunt & non discunt, quid ad seminãtem? Seminantis manum non terret via, non terrent lapides, non spinę, iactat ille quod suum est. Qui timuerit ne cadat in terram malam, non peruenit ad terram bonam. Et nos dicimus, spargimus semina iactamus. Sunt qui contemnunt, sunt qui reprehendunt, sunt qui irrident. Istos si nos timuerimus, nihil habemus seminare, & in messe habemus esurire. Ergo veniat semen ad terram bonam. Scio quod qui audit & bene audit, deficit & proficit Deo. Quis est enim magister qui docet? Non qualiscunque homo, sed Apostolus, plane Apostolus, & ta-

Cap. 4. 1. Co. 13. Luc. 2. Matt. 4. Ioan. 8. Mat. 8. men non Apostolus: An vultis, inquit, experimentum eius accipere qui in me loquitur Christus? Christus est qui docet, chatedram in cęlo habet, vt paulo ante dixi: Schola ipsius in terra est, & schola ipsius corpus ipsius est. Caput docet membra sua, lingua loquitur pedibus suis. Christus est qui docet. Audiamus, timeamus, faciamus. Et ne contemnas ipsum Christum, quia propter te in carne natus est, pannis mortalitatis circundatus propter te esuriuit & sitiuit propter te lassatus ad puteum sedit: propter te fatigatus in naui dormiuit, propter te contumelias indignas audiuit: propter te a facie sua sputa hominum non abegit: propter te alapas in faciem suam accepit: propter te in ligno pependit: propter te animam effudit: propter te in sepulchro positus est. Hæc omnia forte contemnis in Christo? vis nosse

A *Mat. 26. 27. Ioan. 10.* quis sit? Recole Euangelium quod audisti. Ego & pater vnum sumus. Nos conuersi ad Deum prȩcepta eius custodiamus, vt æterna præmia ab ipso percipiamus, præstante eodem domino nostro Iesu Christo, Qui cũ patre & spiritusancto viuit & regnat in sęcula sęculorum, Amen.

D. AVRELII AVGVSTINI
Hipponensis Episcopi,

DE DECEM CHORDIS.

LIBER VNVS.

B *De timendo diuino iudicio. Cap. 1. Ps. 102.*

DOminus & Deus noster misericors & miserator, longanimis, & multum misericors, & verax, quam largiter prærogat misericordiam in præsenti sęculo, tam seuere minatur iudicium in futuro sęculo. Verba quę dixi scripta sunt, & diuinis authoritatibus continentur, quia misericors & miserator dominus, longanimis & & multum misericors & verax, multum delectat omnes peccatores & amatores huius sęculi, quia misericors & miserator dominus, quia longanimis & multum misericors. Sed si amas tam multa mitia, time tibi & vltimũ quod ait, & verax. Si enim nihil aliud diceret, nisi misericors & miserator dñs, longanimis, & multũ misericors, quasi iã conuerteres te ad securitatẽ & impunitatẽ, & ad licentiã peccatorum, & faceres quod velles, vtereris sęculo, vel quantum tibi permitteretur, vel quantũ tibi libido iussisset. Et si quis te bene monendo obiurgaret, atq; terreret, vt cohibere te ab immoderato fluxu eũdo post cõcupiscentias tuas, & deserẽdo Deum tuũ, inter medias voces obiurgãtis obsisteres, impudenti quidẽ fronte, veluti audita diuina authoritate, & legeres ḋ libro dominico. Quid me terres de Deo nostro? Ille misericors est, & miserator, & multum misericors. Ne talia hoies dicerent, vnũ verbũ addidit in fine, q; ait, & verax: & excussit lętitiã male prȩsumẽ

Esa. 32. De cõponenda eã cũ aduersario in hac breui vita. Cap. 2. tiũ, & induxit timorẽ dolentiũ. Gaudeamus ad misericordiã dñi, sed timeamus ad iudiciũ domini. Parcit dũ tacet, sed non semper tacebit. Audi dum non tacet in verbo ne non tibi vacet audire dum non tacebit in iudicio. Modo enim licet tibi causam tuã cõponere. Ante vltimum iudicium Dei tui cõpone causam tuã. Non est vnde præsumas cũ ille venerit, nec falsos testes adduces quibus ille falla

C tur, nec patronos fraudulentis circunuentionibus & linguosis artibus adhibebis, nec ambies aliquo modo, vt iudicẽ possis corrũpere. Quid ergo ages apud talẽ iudicẽ, quẽ nec

fallere nec corrumpere poteris? & tamen est quod agas. Tunc enim ipse erit iudex causæ tuæ, qui modo ē testis vitę tuę, Clamauimus & laudauimus, componamus causam nostrā.
D Qui testis est operum nostrorū, ipse testis est vocum istarum. Non sint inanes, conuertantur ad gemitum. Tempus est concordandi cū aduersario tuo cito. Tā longanimis est Deus videndo iniqua & non puniendo, vt tamen cito sit futurum iudicium. More quippe humanę vitæ prolixū est, quod Deo breue est. & ipsi seculo & humano generi quod longe videtur, quid consolatur? Nunquid si totius generis humani vltimus dies longe est, vniuscuiusq; dies vltimus longe est? Hoc dico, ex Adam multi anni euoluti sunt, multi anni fluxerunt & deinceps fluent, non quidē tā multi, sed tamen vsque in finem seculi transibunt anni sicut & illi transierunt. Longum videtur quod restat, quanquam non erit tantum quā tum transactum est, & tamē ex transacto prę terito tempore sperandus est finis reliqui tē poris. Fuit nunc quidē dies qui diceretur hodiernus, ex illo vsque ad nunc hodiernum, nonne quicquid fuit futurum, præteritum fa ctū est? tale habetur ac si non fuerit. Sic erit quicquid restat extremum. Sed si hoc longū sit prolixum, quantum putaueris, quantum dixeris, quantum cogitaueris, quantum tibi non format scriptura, sed fingit cogitatio, quantumuis diem iudicij prolonga, nunquid vltimum diem tuum, idest, vitæ tuę quo exiturus es de hoc corpore productus es in longum? Sit tibi senectus certa si potest, cui
Mat.5. autem potest? Nonne ex quo homo incipit viuere, iam potest & mori? Possibilitatem mortis initium vitę facit. In hac terra & in genere humano ille solus mori nondum po
Quare sermo Dei sit aduersarius nosser.c.3. test, qui nondum cępit viuere. Incertus ergo dies tanquam quotidianus sperandus est. Si autem tanquam quotidianus est incertus dies componatur cum aduersario dum est tecum in via. Via enim vocatur hęc vita, per quam
E omnes transeunt, & non recedit iste aduersarius. Quis autem est iste aduersarius? Aduersarius iste non est diabolus: nam nunquam te hortaretur scriptura vt cum diabolo concordares: Est ergo alius aduersarius, quem sibi homo facit aduersarium, nam ille si aduersarius esset, tecum in via non esset. At hic est tecum in via, vt concordet tecum. Scit enim quia nisi in via secum concordaueris, iam tradet te iudici, iudex autem ministro, ministet in carcerem. Eloquia ista euangelica sunt, recordantur uobiscum, vel qui legerunt, vel qui audierunt. Ergo quis est aduersarius? Sermo Dei. Sermo Dei aduersarius tuus est? Quia contraria iubet quam tu facis.
F Dicit tibi, Vnus est Deus tuus, vnum Deum *Exo. 20.* cole: Tu vis dimisso vno Deo tuo tanquam legitimo viro animæ, fornicari per multa dęmonia, & quod est grauius, non quasi aperte deserens & repudians sicut apostatæ faciunt: sed tanquam manens in domo viri tui admittis adulteros, idest, tanquam Christianus dimittis Ecclesiam, consulis mathematicos, aut haruspices, aut augures, aut maleficos, quasi de viri domo non recedens adultera anima, & manens in eius coniugio fornicaris. Dicitur tibi, Ne accipias ī vanum nomen Dei tui. Ne existimes creaturam esse Christum, quia pro te susceptit creaturam, & tu contemnis eum cui æqualis est patri, & vnus cum patre. Dicitur tibi vt spiritaliter ob serues sabbatum, non quomodo Iudęi obseruant sabbatum, carnali ocio: Vacare enim volunt ad nugas atque luxurias suas. Melius enim faceret Iudæus in agro suo aliquid vtile: quam in theatro seditiosus existeret. Et melius fęminæ eorum die sabbati lanam facerent, quem tota die in Neomenijs suis impudice saltarent. Tibi autem dicitur vt obserues spiritaliter sabbatum in spe futuræ quietis, quam tibi promittit dominus. Quisquis autem propter illā quietem futuram agit quicquid potest, quanuis laboriosum videatur quod agit, tamen si ad fidem promissæ quie-
G tis id refert, nondum quidem sabbatum habet in re, sed habet in spe. Tu autem ad hoc vis requiescere vt labores, cum ad hoc debeas laborare, vt requiescas. Dicitur tibi, Honora patrem tuum & matrem tuam: contumeliam irrogas parentibus quam non vis pati a filijs tuis. Dicitur tibi, Non occides. Tu autem occidere vis inimicum tuum. Et ideo forte non facis, quia times iudicem homi- *32. q. 6. Nō mechaberis.* nem, non quia cogitas Deum. Ignoras quia ille testis est cogitationum? Illo viuo quem vis mori, te homicidiam tenet in corde. Dicitur tibi, Non męchaberis, idest, non ibis ad aliquam aliam præter vxorem tuam: Tu autem exigis hoc ab vxore, & non vis redde-

re

re hoc vxori. Et cum debeas in virtute præcedere vxorem, quoniam castitas virtus est, & tu sub vno impetu libidinis cadis, & vis vxorem tuam victricem esse, tu victus iaces. Et cum tu caput sis vxoris tuæ, præcedet te ad Deum, cuius caput es. Vis domum tuam capite deorsum pendere: Caput.n. mulieris est vir. Vbi autem melius viuit mulier quã vir, capite deorsum pendet domus. Si caput est vir, melius debet viuere vir, & præcedere in omnibus bonis factis vxorem suam, vt illa imitetur virum & sequatur caput suum. Quo caput Ecclesiæ Christus est, & hoc iubetur Ecclesiæ ut sequatur caput suum, & ut per uestigia ambulet capitis sui, sic uniuscuiusq; domus habet caput uirum, & tãquã carnem fœminam. Quò caput ducit, illuc debet sequi corpus. Quare ergo vult caput ire, quo non vult ut corpus sequatur? Quare vult ire uir, quo non vult ut sequatur uxor? Hæc iubendo sermo Dei, aduersarius est. Nolunt enim homines facere q̃ uult sermo Dei. Et quid dicam? Quia aduersarius est sermo Dei, qm̃ iubet. Timeo ne ego ipse aduersarius sim qui busdam, quia hæc loquor. Quid ad me pertinet? Fortem me faciat qui terret ut loquar, ut nõ timeam querelas hominum. Nam qui nolunt castitatem seruare uxoribus suis & abundant, tales nolunt me ista dicere. Sed uelint nolint, dicturus sum. Si.n. uos non exhortor ut cum aduersario concordetis, ego cũ illo in lite remanebo. Qui uobis iubet ut faciatis, ipse nobis iubet ut loquamur. Si non faciendo q̃ iubet ut faciatis, aduersarij eius estis: non dicendo q̃ iubet ut dicamus aduersarij eius remanebimus. Nunquid irrçteris quæ supra dixi multis immoratus sum? Hoc enim præsumimus de charitate uera, quia unum Deũ colitis, hoc præsumimus de fide catholica quæ in uobis est, quia filium Dei æqualem patri creditis, nec in uanũ accipitis nomen dñi Dei uestri, ut putetis creaturam esse filium Dei, Qm̃ omnis creatura vanitati subiecta est. Sed creditis eum æqualem patri esse, Deum de Deo, uerbum apud Deum, uerbum Deum per q̃ facta sunt omnia, lumen de lumine, coæternum illi qui genuit, unum cũ illo qui genuit: & hoc uerbum creditis assumpsisse creaturã de uirgine Maria, assumpsisse mortalitatem, & passum fuisse pro nobis: ea legimus & credimus ut saluemur, nec in eo immoratus sum, ut quicquid facitis, pro spe futura faciatis. Noui.n. omniũ Christianorum mentes de futuro seculo cogitare. Qui.n. de futuro seculo non cogitat, nec propterea Christianus est, ut id q̃ in fine Deus promittit accipiat, nondum Christianus est. Neq; in eo immoratus sum, ut dicit sermo Dei: Honora patrem tuũ & matrẽ tuam. Multi.n. honorant parẽtes, & raro inuenimus parentes conquerentes de improbitate filiorũ, quamuis non desint: sed tñ quam raro fit, tã breuiter monendum fuit. Neq; in eo ubi dictum est: Non occides, immorari uolui, non enim credo hic turbam esse homicidarum. Illud uero malum late serpens plus occupauit, & in eo uehemẽtius irritatur aduersarius ille qui ideo clamat, ut sit aliq̃ amicus. Quæ relæ quotidianæ sunt, quanquam ipsę fœminæ nec iam audent conqueri de uiris suis. Ita inuadens omnia consuetudo, pro lege obseruatur, ut iam & mulieribus forte persuasum fit, licere hoc uiris, non licere mulieribus. Solent.n. audire adductas esse mulieres ad forum quæ forte cum seruis inuentæ sunt: adductum uirum ad forum, quia inuentus est cum ancilla sua, nunquam audierunt, cum sit par peccatum. In peccato pari innocentiorem facit uideri uirũ, non diuina ueritas, sed humana puersitas. Et si forte hodie acrioren quisquam passus fuerit uxorem suã, & liberius murmurantem, cui iam uidebatur, quia licebat uiro, & audiuit in Ecclesia quia non licet uiro, Si ergo passus fuerit uxorem suam liberius iam ut dixi murmurantem & dicentem sibi non licet q̃ facis simul audiuimus, Christiani sumus, q̃ a me exigis, redde mihi: Fidem tibi debeo, fidẽ mihi debes, fidẽ Christo ambo debemus: & si me fallis, eum non fallis cuius sumus, non fallis eũ qui nos emit. Hæc atq; huiusmodi audiens ille quæ non solet, dum non vult in se fieri sanus, in me fit insanus, irascitur, maledicit: fortasis etiam qũo factum est ut huc ille ueniret, aut uxor mea ipso die in Ecclesiam procederet? Et hoc credo q̃ in cogitatione sua dicat: nã libere erumpere in uocem non audet, nec ante solam uxorem suam. Fortasis.n. si sic eruperit & hoc dixerit, potest illa respondere & dicere: Quare maledicis, cui paulo ante acclamabas? Certe coniuges sumus, cum lingua tua discordas mecum, concorditer qũo

Ephes. 5.

Exo. 20.

Quæreſermonis Dei vexitator aduerſarius iudicet. c. 4. Rom. 8.

32. q. 6. Nõ matrimonium.

viuere poteris? Nos fratres pericula vestra intuemur, non voluntates vestras attẽdimus: nam & medicus si voluntatem ægri attendat nunquam illum curat. Quod non est faciendum, non fiat, quod prohibet Deus, non fiat. Qui Deo credit ab ipso audit quod dicimus. Certe melius erat quibusdam nolentibus cor
M rigi, vt vel huc non veniremus, si ista dicturi eramus, vel quia iam venimus non ea dicere mus. Nudiustertiano die memini me dixisse sanctitati vestræ, quia si citharędi essemus, aut huiusmodi aliquid populariter exhibentes pro studijs nugacitatis vestræ, quæ iam quæsumus vt relinquatis, tenuissetis non vt daremus vobis diem, & quisquis pro modulo suo conferret mercedem. Quare ambularemus delectati vanis canticis, nulli rei pro futuris, ad tempus dulcibus, in posterũ amaris? Talibus etenim turpitudinibus cantionem animi humani illecti eneruantur & decidunt à virtute, defluentes in turpitudinem, & propter ipsas turpitudines postea sentiunt dolores, & cum magna amaritudine digerũt quod cum dulcedine temporali biberunt. Melius ergo nos amara vobis cantamus ad tempus, quæ postea dulcescant in vobis, nec mercedem aliquam exigimus, nisi vt faciatis q̃ dicimus, imo non faciatis, si dicimus nos. Si autem omnibus ille dicit qui neminem timet, & per quem fit nomine ipsius, & in gloria misericordiæ ipsius, vt & nos neminem timeamus, omnes audiuimus, omnes faciamus, omnes cũ nostro aduersario concordemus. Putate me citharędum esse, quid vobis possum amplius canere? Ecce psalterium ferro, decem chordas habet hoc vos pauloante cantastis antequam inciperem loqui, chorus
A meus vos fuistis. Nonne pauloante cantastis: *De diuisione decalogi, & de præceptis ad Deũ pertinentib. cap. 5.* Deus canticum nouum cantabo tibi, in psalterio decem chordarum psallam tibi? Ipsius autem decem chordas modo percutio. Quare amara est vox psalterij Dei? Psallam tibi in psalterio decem chordarum? Non vobis hoc canto q̃ vos non faciatis. Decalogus.n. legis decem præcepta sunt sic distributa, vt tria pertineant ad Deum, septem pertineant ad homines. Tria ad Deum, quæ iam dixi, Vnus est Deus noster, ei nullam similitudinẽ debemus facere, & non fornicari post Deũ, qui vnus est, qui Deus, & Christus filius Dei vnum est cum patre. Et ideo nõ debet a nobis accipi in vanum, vt putemus eum factũ, idest, creaturam aliquam per quem facta sũt omnia, quia ipse est vnus Deus pater & filius & spiritussanctus. In spiritusancto, hoc est, in dono Dei, requies nobis sempiterna promittitur. In dono pignus accipimus. Sic.n. dicit Apostolus, Qui dedit nobis pignus spi
Ioan.1. 2. Cor.1. & 5. ritus. Si pignus accipimus vt accipiamus in domino & in Deo nostro esse tranquilli, vt simus in Deo nostro mites, simus in Deo patientes, erimus etiam in illo vnde pignus ac- B cipimus, in æternum quieti, quod erit sabbatum sabbatorum propter ipsam requiẽ pertinentem ad donum spiritussancti. Tertium itaq; præceptum de sabbato, quod diximus, quod carnaliter Iudęi celebrãt, nos spiritualiter agnoscamus. Nam quia spiritussanctus septiformis dicitur, propterea septimum diẽ sanctificauit quando fecit omnia opera sua, sicut in Genesi scriptum legimus, non ibi ha
Gen.2. bes nominatam sanctificationẽ, nisi illo die vbi dicitur, Requieuit Deus ab omnib. operibus suis. Non.n. fatigatus erat Deus vt diceretur, requieuit ab omnibus operibus suis, sed in illo verbo tibi laboranti requiem promisit: vt quia fecit omnia bona valde, & sic dicitur, requieuit Deus, vt intelligas etiam te post bona opera requieturum, & sine fine requieturum. Nam omnia superiora quæ dicta sunt, idest, dies superiores, habent vesperam, septimus iste dies non habet vesperam, vbi Deus sanctificauit requiem. Dicitur ibi, factum est mane, vt inciperet ipse dies, non dictum est, factum est vespera: vt finiretur dies: sed dictum est, Factum est mane: vt fieret dies sine fine. Sic incipit ergo requies nostra quasi mane, sed non finitur, quia in æternum viuemus. Ad hanc spem quicquid facimus, si facimus, sabbatum obseruamus. Ipsa tertia chorda huius ad Deum pertinent præcepta. Si diceretur nobis, Diliges dñm Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, C & ex tota mente tua: & de proximo nostro nihil diceretur, non esset decachordum, sed trichordũ. Quia vero addidit, Et diliges proximum tuum tãquam teipsum: & contexuit *De septẽ decalogi chordis ad proximum spectantibus. Cap. 6.* dicens, In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Tota lex in duobus præceptis est, dilectione Dei, & dilectione proximi. Ad duo itaque præcepta, idest, ad dilectionem Dei & proximi pertinet decalogus.

Ad

Ad primum præceptum tres chordæ perti-
Mat.22. nent, quia Deus Trinitas. Ad alterum vero
Exo. 20. præceptum, i. ad dilectionem proximi, septē chordæ, quomodo uiuatur inter homines. Nam ipse numerus septenarius tanquam septem chordarum incipit ab honore parentum, Honora patrem tuū & matrem tuam. Ad parentes. n. suos homo aperit oculos, & hæc uita ab eorum amicitia sumit exordiū. Quisquis autem suis parentibus non defert honorem, quib. parcere poterit? Et dicit Apostolus, Honora patrem tuum & matrem tuā,
Ephe. 6. hoc est primum mandatum. Quō primum, qñ quartum mandatum est, nisi quia in septenario numero est primum? Ad dilectionem proximi primum est in secunda tabula: nam ideo duæ tabulæ legis datæ sunt. Deus. n. famulo suo Moysi in monte duas tabulas dedit, in quibus duabus tabulis lapideis cōscripta erant decem præcepta legis, ꝙ est psalterium decem chordarum. Tria in una tabula ad Deum pertinentia, septem in altera tabula ad proximum. In altera ergo tabula primum est: Honora patrem tuum & matrem tuam. Secundum, Non mœchaberis. Tertium, Non occides: Quartum, Non furaberis. Quintū, Non falsum testimonium dices. Sextū, Non concupisces uxorem proximi tui. Septimū, Non concupisces rem proximi tui. Hæc iungamus illis tribus ad dilectionem Dei pertinentibus, si in psalterio decem chordarū uolumus cantare canticum nouum. Audiat. n. charitas uestra ut dicam uel quod Deus fugesserit. Accepit legem populus Iudęorum: Ista in decalogo nō obseruauit: Et quicunq; obtemperabant, timore obtemperabant pœnæ, non amore iustitiæ: portabant psalteriū, non cantabant. Cantanti. n. uoluptas, timenti onus est. Ideo uetus homo, aut non facit, aut timore facit, non amore sanctitatis, non delectatione castitatis, non temperantiæ, non charitatis, sed timore. Vetus. n. homo est, & uetus homo uetus canticum cantare potest, non nouum. Vt autem cantet canticum nouum, fit nouus homo. Quomodo autem possit esse nouus homo: audi non me sed Apostolum dicentem, Exuite uōs ueterem hominem, & induite nouum. Et ne quis putaret, cum dixit, Exuite uos ueterem hominem & induite nouum: aliquid deponendum esse, & aliquid accipiendum, cum de mutando prę-

Ioan. 1. 2. Cor. 1. & 5.

Gen. 1.

De cantantibus in decachordo, portātib. eū & proficientibus. Cap. 7. Ephe. 4.

De septē decalogi chordis ad proximum spectantibus. Cap. 6.

ciperet homine: subiecit & ait, Quapropter deponentes mendacium, loquimini ueritatem. Hoc est ꝙ ait, Exuite ueterem hominē & induite nouum: hoc dixit, mutate mores. seculum diligebatis, Deum diligite. Nugatoria iniquitatis, temporales uoluptates diligebatis, proximum diligite. Si dilectione facitis, nouum canticum cantatis. Si timore faci tis, facitis tñ, portatis quidem psalteriū, sed nondum cantatis. Si autem nec faciatis, proijcitis ipsum psalterium. Melius est tñ portare, quam proijcere. Sed rursus melius est cū uoluptate cantare, quam cum onere portare. Nec peruenit ad canticum nouum, nisi iā cum uoluptate cantans. Nam qui portat cū timore, adhuc in uetustate est. Et quid est fratres? quod dico, attendite. Non concordauit cum aduersario suo, qui cum timore adhuc facit: Timet enim ne ueniat Deus & damnet illum. Nam nondum delectat castitas, nondum illum delectat iustitia, sed iudiciū Dei formidans a factis temperat: nondum concupiscentiam ipsam damnat, quæ sęuit in eo: nondum illum delectat ꝙ bonum est: nondum ibi habet suauitatem ut cantet canticū nouum, sed de uetustate pœnas timet, nondū concordauit cum aduersario. Tales enim homines plerunque supplantantur tali cogitatione, ut dicant sibi: si fieri posset, non nobis minaretur Deus, nō talia per prophetas suos diceret quæ homines deterrent, sed antequā ueniret, daret omnibus indulgentiam, ignosceret omnibus, postea ueniret, neminē mitteret in gehennam. Iam quia iniquus est, iniquum vult esse Deum. Vult te Deus facere similem sui, & tu conaris Deum facere similem tui? Placeat tibi ergo Deus qualis est, nō qualem illum esse uis. Peruersus enim es, & talem uis esse Deum qualis es, nō qualis est. Si autem placeat tibi qualis est, corrigeris, & diriges in eam regulam cor tuum, a qua nunc alienus distortus es. Placeat tibi Deus qualis est: ama qualis est, non te amat qualis es, sed odit te qualis es. Ideo tui miseretur, quia odit te qualis es, ut faciat te qualis non dū es. Faciat te dixi qualis nondum es: nā illud tibi non promittit, quia faciet te qualis est. Nam eris qualis est, sed ad quendam modū, i. imitator Dei uelut imago, sed non qualis imago est filius: nam etiam imagines in hominibus diuersæ sunt. Filius hominis habet

Matt. 5. De hoīs cum Deo concordia & de duplici imagine. c. 8.

bet imaginem patris sui, & hoc est q̃ pater eius, quia homo est sicut pater eius. In speculo autẽ imago tua, in filio, aliter in speculo. In filio est imago tua secundũ æqualitatem substantiæ, in speculo aũt quam longe est a substantia, & tñ est quædam imago tua, quãuis non talis, qualis in filio tuo secundũ substantiam: sic in creatura non hoc est imago Dei q̃ est in filio, qui hoc est q̃ pater, i. verbum Dei, per q̃ facta sunt omnia. Recipe ergo similitudinem Dei quam per mala facta amisisti. Sicut.n. imago in nummo Imperatoris aliter est, & aliter in filio: nam imago & imago est, sed aliter impressa est in nummo, aliter in filio, aliter in solido aureo imago Imperatoris. Sic & tu nummus Dei es, ex hoc melior, quia cũ intellectu, & cum quadã vita nummus Dei es, vt scias etiam cuius imaginem geras, & ad cuius imaginẽ factus sis: nam nummus nescit se habere imaginem Imperatoris. Ergo vt dicere cęperam, odit te Deus qualis es, sed amat te talem qualem te esse vult, & ideo ille te vt muteris hortatur. Concorda cũ illo, & incipe primo bene velle, & odisse te qualis es: hoc sit tibi initium concordiæ cũ sermone Dei, vt incipias primo tu odisse te qualis es. Cum cęperis & tu odisse te talem qualis es, sicut te talem odit Deus, incipis iam ipsum diligere Deũ qualis est. Aegrum attendite. Aeger ægrotantem se odit qualis est, inde incipit concordare cũ medico, quia & medicus odit eũ qualis est. Nam ideo vult sanum esse, quia odit eum febrientem, & est medicus febris persecutor, vt sit hominis liberator. Sic auaritia, sic libido, sic odiũ, concupiscentia, luxuria, sic nugacitas spectaculorũ, febres sunt animæ tuę, debes odisse cum medico tuo: ita concordas cum medico, niteris cum medico, & libẽter audis q̃ iubet medicus, libenter facis q̃ iubet medicus, & proficiente iam sanitate inci
I piunt etiam iam delectare præcepta. Quam onerosus est cibus ægris quãdo reficiuntur, & peiorem horam reputant ægri refectionis suæ quam suæ accensionis, & cogunt se concordantes cum medico, & quamuis inuiti & obluctantes vincunt se vt aliquid accipiant. quanta auiditate sani maiora percepturi sũt, vnde ægri minora vix accipiunt? Sed vnde hoc factum est? Quia oderant febrem suam, & cum medico concordauerunt, & simul persequebantur febrem & ægrotum. Cum ergo & nos talia dicimus, non odimus nisi febres vestras, imo in nobisipsis sermo Dei febres nostras odit, cũ quo concordare debetis. Nam nos quid sumus nisi liberandi vobiscum, sanandi vobiscum? Modo non me intueamini, sed sermonẽ Dei. Nolite irasci me dicamento vestro, non inueni.n. aliud qua K
transirem. Veni ad quintam chordã homo: De quinta chorda, sideris mæchando, & de virtute adulteris. s. q.
qui tango psalterium decem chordarũ, nun quid prætermissurus eram quintã? Imo assidue percussurus. In illa.n. video iacere penè totum genus humanũ, in illa video plus laborare. Ipsam percutiendo quid dico? Nolite mœchari post vxores vestras, quia nõ vultis vt męchentur post vos vxores vestræ. Nolite ire vos quò eas sequi non vultis, Sine causa vos excusari conamini, quando dicitis, Nunquid eo ad vxorem alienam? ad ancillam meam eo. Vis vt dicat vxor tua tibi: nũquid eo ad virum alienum? ad seruũ meũ eo. Dicis, non est vxor aliena ad quam vado. Nunquid vis dicatur tibi, non est vir alienus ad quẽ vado? Absit vt dicat hoc illa. Melius n. dolet te quã imitetur te. Illa.n. casta & sancta fœmina & vere Christiana, quę dolet fornicantem virum, & nõ dolet propter carnem, sed propter charitatem: non ideo vult vt nõ facias, quia & ipsa non facit, sed quia tibi nõ expedit. Nam si propterea non facit vt tu nõ facias, si feceris, faciet. Si autem Deo illud debeat, si Christo illud debeat q̃ tu exigis, & ideo reddit, quia iubet Christus, & si fornicatur vir, castitatẽ fęmina illa Deo exhibet. Christus.n. loquitur in cordibus bonarum fęminarum, loquitur intus vbi nõ audit vir, quia nec dignus est si talis est. Loquitur ergo ille interius & dicit, & filiam suam consolatur huiusmodi verbis: De iniurijs viri tui torqueris: quod tibi enim fecit, dole, sed ipsum noli imitari vt male facias, sed ipse te imitetur in bono. Nam in eo quod male facit, no- L
li eum putare caput tuum, sed time me Deũ tuum. Nam & si in eo quod male facit caput est, & secuturum est corpus caput suum, eũt ambo per præceps. Vt autem non sequatur malum caput suum, teneat se ad caput Ecclesiæ Christum, huic debẽs castitatem suã, huic deferens honorem suum, absens sit vir, præsens sit vir, non peccet illa, quia nunquam est absens cui debet vt nõ peccet. Hæc

ergo

ergo fratres mei facite, vt posſitis concorda re cum aduersario: nec amara sunt quæ dico aut si amara sunt, curant. Potio ista si amara est accipiatur: quia in periculo sunt viscera, amara est, bibatur. Melius est modica amaritudo in facibus, quam æternum tormentum
M in viscеribus. Mutate ergo vos: Quicunq; nō faciebatis hoc bonum castitatis, iam facite. Nolite dicere, non potest fieri. Fędum est fratres mei, turpe est, vt vir dicat, non posse fieri quod facit fęmina. Scelus est vir dicat; non possum. Quod potest fęmina, vir non potest? Quid enim illa, carnem non portat? Prior a serpente decepta est. Castæ vxores vestræ ostendunt vobis, fieri posse quod non vultis facere & dicitis fieri nō posse. Sed forte dices, ideo illam facilius facere posse, quia multa illi custodia est, legis præceptum diligentia maritalis, terror etiam legum publicarum, est etiam verecūdiæ & pudoris illius magnū munimentum. Multæ custodię faciunt fęminam castam, virum castum facit ipsa virilitas. Nam ideo mulieri maior custodia, quia maior infirmitas. Illa erubescit viro, tu non erubescis Christo? Tu liberior quia fortior? facile vincis, ideo tibi commissus es. Super illam & diligentia viri, & terror legum, & consuetudo morum, & verecundia maior, & Deus super te tantum Deus: Inuenis enim facile pares viros, quibus non timeas erubescere, quia faciunt id multi. Et tāta est peruersitas generis humani, vt aliquando metuendum sit ne castus erubescat inter impudicos. Ideo non cesso tangere istam quintam chordam propter ipsam peruersam consuetudinem & labem totius, vt dixi, generis humani. Siquis inter vos faciat homicidium, quod a-
A uertat Deus, pellere eum vultis de patria, & continuo si fieri potest excludere. Siquis faciat furtum, odistis illum, nec videre vultis. Siquis dicat falsum testimoniū, abominamini, nec vobis homo videtur. Siquis concupiscat alienas res, raptor, & iniustus deputatur, si quis uolutatur cum ancillis suis, amatur, blande accipitur, conuertuntur vulnera in ioca. Siquis autem existat qui dicat se castum, non facere adulterium, notum autem sit ꝙ non faciat, erubescit accedere ad illos non sui similes, ne insultent, ne irrideant, ne dicant non esse virum. Ad hoc delapsa est humana peruersitas, vt vir habeatur a libidine victus, & vir non habeatur victor libidinis. Triumphantes exultant, & non sunt viri, iaceant prostrati & viri sunt. Si spectares, ille tibi videretur fortior, qui iam iaceret sub bestia, quam si perimeret bestiam? Sed quia dissimulatis a pugna interiore, & delectant uos pugnę exteriores, ideo nō vultis pertinere ad canticum nouū, ubi dicitur, Qui docet manus meas ad prȩlium, & digitos meos ad bellum. *Psal. 17.* Est enim bellum quod secum agit homo dimicans, contra concupiscentias malas E frænans auaritiam, elidens superbiam suffocans ambitionē, trucidans libidinem. Has pugnas facis in occulto, & non vinceris in aperto: Ad hoc docentur manus uestrę ad prȩliū & digiti uestri ad bellum. Non est hoc in spectaculis vestris. In illis spectaculis non idem est uenator quod citharista: aliud agit uenator aliud citharista. In spectaculo Dei unum est. Tange easdem decem chordas & feras occides, utrunq; simul facis. Tangis primā chordam, qua colitur vnus Deus, cecidit bestia superstitionis. Tangis secundam, qua non accipis nomen Dei tui in vanum, cecidit bestia erroris nefandarum hęresum, quę id putauerunt. Tangis tertiam chordam, ubi pro spe futuræ quietis facis quicquid facis, interficitur crudelior cęteris bestijs, amor seculi huius. Propter enim amorem seculi huius laborant homines in omnibus negocijs: Tu autem in omnibus operibus tuis labora, non propter amorē seculi huius, sed propter requiē sempiternā, quam promittit Deus. Vide qūo utrunq; simul facis, & chordas tangis, & bestias occidis, ideſt, & citharista es & venator. Non nos delectant talia spectacula, ubi non promeremur oculos editoris, sed oculos redemptoris. Honora patrem tuum & matrem tuam, tangis quartam chordam, vt honorem parentibus deferas, cecidit bestia impietatis. Nō mȩchaberis, tangis quintā chor- C dam, cecidit bestia libidinis, Non occides, tangis sextā chordā, cecidit bestia crudelitatis. Non furtum facies, tangis septimam chordam, cecidit bestia rapacitatis. Non falsum testimoniū dicas, tangis octauam chordam, cecidit bestia falsitatis. Non concupisces uxorē proximi tui, tangis nonam chordā, decidit bestia adulterinę cogitationis. Aliud.n. est non facere aliquid tale prȩter uxorem: aliud non appetere alienam uxorem. Ideo

duo

duo precepta sunt, non mechaberis, & non concupisces vxorem proximi tui. Non concupisces rem proximi tui, tangis decimam chordã, cecidit bestia cupiditatis. Ita cadentibus omnibus bestijs, securus & innocens in Dei dilectione humana societate versaris, tãgenschordas decem quot bestias occidis? Nã multa capita sunt sub istis capitibus. In singulis chordis non singulas bestias, sed greges interficis bestiarum. Sic ergo canticũ nouum cum amore, non cum timore cantabis. Noli D dicere tibi quando forte aliquid luxurianter vis agere, vxorem non habeo, facere possum quod volo: non enim post vxorem meã pecco. Iam nosti pretium tuum, iam nosti quo accedis, quid manduces, quid bibas, immo quem mãduces, quem bibas. Abstine te a fornicationibus. Ne forte mihi dicas, ad fornicem vado, ad meretricem pergo, ad prostitutam eo, nec illud preceptum violo ꝙ dictũ est. Non mechaberis: quia vxorem nondum habeo, nec post illã aliquid facio, nec illud Exo. 20. preceptum violo, vbi dictũ est, Non concupisces vxorẽ proximi tui. Qui ad publicã vado, in quod præceptum incurro? Non inuenimus chordã quam tangamus, non inuenimus chordam? quo neruo ligemus fugitiuũ istum? Non fugit, habet vnde ligetur, sed amet te. Non enim ligamentum, sed ornamentum in ipsis decem chordis inuenimus. Decẽ enim precepta ad duo illa referuntur, sicuti audiuimus, vt diligamus Deum & proximũ, & duo illa ad vnum illud: Vnũ est autẽ. Tob. 4. Quod tibi fieri non vis, alij ne feceris: Ibi cõtinentur decẽ, ibi continentur duo. Sed dicis furtũ si faciam, id facio quod pati nolo. Si occidam, id facio quod ab altero pati nolo. Si E parentibus meis honorem nõ deferam, quando volo vt deferat mihi a filijs meis, id facio quod pati nolo. Si sim mechus & aliquid tale moriar, id facio quod pati nolo. Nam siqs interrogetur, Nolo vt vxor mea tale aliquid faciat. Si concupisco vxorem proximi mei, nolo quisquam concupiscat meam, id facio quod pati nolo. Si concupisco rem proximi mei, nolo vt auferatur mea, id facio quod pati nolo. Cum vero ad meretricem eo, cui facio quod pati nolo? qđ grauius est ipsi Deo. Tob. 4. Intelligat sanctitas vestra. Etenim quod fieri tibi non vis, alij ne feceris, ad duo precepta pertinet quomodo pertinet ad duo præcepta, si homini non feceris quod pati nõ vis ab homine? Ad proximi præceptum pertinet, ad dilectionem proximi ad septem chordas. Si autem quod non vis pati ab homine, ipsi Deo vis facere, quid est hoc, non facis alteri quod pati non vis? Charior factus est tibi homo quàm Deus? Ergo quomodo facio, inquis, ipsi Deo? Corrumpis teipsum. Et vn- F de iniuriam faciam Deo, quia corrumpo me ipsum? Vnde tibi facit iniuriam qui voluerit forte lapidare tuam tabulam pictam, in qua tabula imago tua est in domo tua inaniter posita ad vanum honorem tuum, nec sentiens, nec loquens, nec videns? Si quia illam lapidet, nonne in te esse contumeliam factam attendis? Cum vero imaginem Dei, quod tu es, corrumpis in te per fornicationes & per diffluentias libidinis, attendis quis ad nullius vxorem accesisti, attendis quia post vxorem tuam nihil fecisti, quia vxorem non habes, & non attendis per libidines illicitas fornicationis, cuius imaginem violasti. Postremo Deus qui scit quid tibi vtile sit, qui vere sic suos seruos gubernat ad vtilitatem illorum, non ad suam: non enim indiget seruis quasi ad adiutorium, sed tu indiges domini auxilio, Ipse ergo dominus qui scit quid tibi sit vtile, vxorem cõcesit, nihil amplius. Hoc iussit, hoc precepit, ne per illicitas voluptates corruat templum eius, quod esse cępisti. Nunquid hoc ego dico? Apostolum 1. Cor. 3. audite, Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei corruperit, corrumpet illũ Deus. Videtis quomodo minatur. Non vis corrumpi domum tuam, quare corrumpis domum Dei? Certe non facis alicui quod pati nõ vis. Non est ergo qua euadatur. Tenetur ille qui se teneri non putabat. Omnia enim peccata hominum aut ad corruptelam pertinent flagitiorũ, aut ad faciniora nocendi. Quia Deo nocere non potes in facinioribus, in flagitijs eum offendis, in corruptelis illum offendis, in te illi facis iniuriam. Facis enim iniuriam G gratiæ ipsius domui ipsius. Seruum si haberes velles vt seruiret tibi seruus tuus. Serui tu meliori domino Deo. Seruum tuum non tu fecisti, at te & seruum tuum ille fecit. Vis vt tibi seruiat cum quo factus es, & non vis seruire ei a quo factus es? Ergo cum vis vt seruiat tibi seruus tuus homo, & tu nõ vis domino

De peccato fornicationis. Cap. 10.

Tab. 4.

Mat. 5.

mino

mino Deo, facis Deo quod tu pati non vis. Ergo illud vnum præceptum continet duo, illa duo continent decem, illa decem continent omnia. Cãtate ergo in psalterio decem chordarum canticum nouum. Vtaũt cantetis canticum nouum, estote homines noui.
H Diligite iustitiam, quia habet pulchritudinẽ suam. Ideo nõ vultis illam videre, quia aliud amatis. Nam si aliud non amaretis, eam vtiq; videretis. Quare illam videtis quando illam exigitis? Illam exigis, quare laudas fidem, qñ illam exigis de seruo tuo? Quam pulchra res est fides, sed tunc pulchra est, quando de seruo exigitur: tunc videtur quando ab altero expetitur: quando de te exigitur, non videtur. Aurum vides, fidem non vides. Sicut lucet fides ad oculos cordis, aperis ad illam oculos cordis, quando vis vt exhibeat illam tibi seruus tuus. Si tibi illam exhibuerit, laudas seruum tuum, & prædicas eum & dicis, Præclarum seruum habeo, magnum seruum habeo, fidelem seruum habeo. Quod laudas in seruo, non exhibes domino, & eo scelerati-
1. Cor. 3. us, quia vis vt meliorem tu habeas seruum quã te Deus. Iubet Deus seruo tuo, vt bonus sit erga te: quomodo iubet vxori tuæ, vt & si tu mœchaberis, non mœchetur: sic iubet seruo tuo, ut & si tu nõ seruis Deo, seruiat tibi. Sed hoc totum uide, ut ad monitionẽ tuam ualeat, non ad perniciem tuam. Etenim seruus ille q̃ tibi seruit indigno digne, ideſt, q̃ indigno tibi bene seruit, & fideliter seruit, & pure te diligit, Deo debet non tibi. Iustum est ergo ut tu attendas, quia sub domino es
Tab. 4. ad quem & ille attendit, ut seruiat tibi. Imple ergo quod dictum est. Quod tibi fieri non vis, alij ne feceris. Sed ipsum alij cum dicis, vtrunq; attende, & proximum & Deũ, Canta in psalterio decem chordarum, canta canticum nouum, concorda cum sermone
Matt. 5. Dei, cum est tecum in via. Concorda cum aduersario tuo cito, ne cum discordia venias
I ante iudicem. Si facis quod audis, concorda sti cum eo: si autem non facis, rixaris cum eo, & nondum composuisti quousq; facias. Vt autem concordetis, abstinete uos a detestabilibus corruptelis, & a detestabilibus inquisitionibus, a mathematicis, ab haruspicib. a sortilegis, ab auguribus, a sacrilegis: abstinete uos quantum potestis a nugatorijs spectaculis: Si quæ delectationes seculi subrepunt in anima, exercete uos in misericordia, exercete uos in eleemosynis, in ieiunijs, in orationibus. His enim purgantur quotidiana peccata, quæ non possunt nisi surripere in animam, propter fragilitatem humanam. Noli illa contemnere, quia minora sunt, sed time, quia plura sunt. Attendite fratres mei, minuta sunt, non sunt magna. Non est bestia quasi leo ut uno morsu guttur frangat, sed bestiæ plerunque minutæ multæ necant. Si proijciatur quisque in locum pulicibus plenum, nunquid non moritur ibi? Non sunt quidem maiores, sed infirma est natura humana, quæ etiam minutissimis bestijs interimi potest. Sic & modica peccata attendite, quia modica sunt: & cauete, quia plura K sunt. Quam minutissima sunt grana arenæ, si arenæ amplius in naui mittatur, mergit illam ut pereat. Quam minutæ sunt pluuiæ, nonne flumina implent, & domos deijciũt? Ergo ista nolite contemnere. Sed dicturi estis, & quis potest sine istis? Ne hoc diceres quæ habere nemo potest, Deus misericors uidens nostram fragilitatem, posuit contra remedia. Quæ sunt remedia? Eleemosynarum, ieiuniorum, & orationum, ipsa sunt tria. Vt autem uerum dicas in oratione, perfectæ implendæ sunt eleemosynæ. Quæ sunt perfectæ eleemosynæ? Vt ex quo tibi abundat, des ei qui non habet: & cum te læsit aliquis, ignoscas illi. Sed ne putetis fratres, quia facienda sunt quotidie adulteria, & eleemosynis quotidianis mundanda sunt: ad illa scelera maiora non sufficiunt quotidianæ eleemosynæ, ut ea mundent. Aliud est ubi mutes uitam. Illa mutanda est. Si mœchus eras, noli esse mœchus. Si fornicator eras, noli fornicari. Si homicida, noli homicida esse. Si ibas ad mathematicum, & ad cęteras pestes sacrilegas, iam desine. Arbitraris hæc, nisi fieri desinant, quotidianis eleemosynis posse mundari? Illa dico quotidiana *Peccata quotidiana quæ sunt.* peccata quæ aut per linguam facile committuntur, ut est uerbum durum, aut cum labitur aliquis in risum immoderatum, aut in huiusmodi nugas quotidianas. In ipsis concessis peccata sunt: Cum ipsa vxore si exceditur L concũbendi modus procreandis liberis debitus, iam peccatum est. Ad hoc enim ducitur uxor: nam id etiam tabulæ indicant, ubi scribitur liberorum tantum procreandorum

De non contemnẽdis peccatis minimis & de eorum triplicireme dio. c. 11.

causa,

causa, qñ tu vti vxore tua amplius quam necessitas procreandorũ liberorum cogit, volueris, iam peccatum est: & ipsa talia peccata quotidianæ eleemosynæ mundant. In ipsis alimentis, quæ vtiq; cõcessa sunt, si forte excedis modum, & amplius accipis quam necesse est, peccas. Quotidiana sunt ista quæ dico, sed tñ peccata sunt, & non leuia quã plura. Quia vero quotidiana & plurima, timenda est ruina multitudinis etsi non magnitudinis. Talia peccata dicimus fratres quotidianis eleemosynis posse mundari. Sed facite eleemosynas, & nolite cessare. Attendite vitã vestram quotidianã ipsis peccatis scaturientem, minutis ipsis dico. Et cum facis eleemosynam, non superbe facias, nec si ores quem admodũ ille pharisęus. Sed tñ quid ibi dixit: Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæcunque possideo, & nondum fusus erat sanguis dñi. Tantum pro nobis pretium accepimus, & saltem nec tantum erogamus, quantum pharisęus. Et habes alio loco aperte dicentem dñm, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & pharisęorũ, non intrabitis in regnum cęlorum. Ergo illi dant decimas, tu si centesimam dederis, aliquid magnum te feciſſe gloriaris. Attẽdis. n. quid alius non faciat, non quid te iubeat facere Deus. Metiris te de comparatione peioris, non de iusione melioris. Non quia ille nihil facit, ideo tu magnũ aliquid facis, sed quia gaudetis ad quædam minima opera vestra, quia tanta est sterilitas vestra, vt ad modica gaudeat. Quasi securi vobis blandimini de minimis eleemosynarum granis, & acernos obliuiscimini peccatorũ. Protulisti forte nescio quid paruum, ꝙ alius non habuit, aut non protulit cum haberet. Noli attendere post te quis non faciat, sed quid te iubeat Deus facere. Postremo, quare in istis affectionibus secularibus non vobis sufficiunt quos præcessistis: sed vultis esse diuites, æquales ditioribus vobis? Non attenditis quãtos pauperiores transcenditis? Vincere vultis ditiores, Sed in eleemosynis habetur modus. Hic dicitur, Iam quousq; & illic non dicitur quantis diuitib. ditior sum. Non attenduntur egestates innumerabilium mendicorũ, non respiciuntur posteriores multitudines pauperum, sed paucitas præcedentium diuitum ante oculos ponitur. Cur in opere bono nõ attẽditur ille Zachęus, qui dimidium suarum rerum dedit pauperibus? Sed optare cogimur, vt attendatur saltem ille Pharisęus, qui omnium qui possidebat decimas dabat. Noli parcere thesauris caducis, thesauris vanis. Noli sub imagine pietatis augere pecuniam. Filius, inquis, meis seruo. Magna exultatio, filijs meis seruo. Videamus, seruat tibi pater tuus, seruas tu filijs tuis, filij tui filijs suis, & sic per omnes, & nullus facturus est præcepta Dei. Quare non illi potius impendis omnia qui te fecit ex nihilo? Qui te fecit, ipse te pascit, ex his quæ fecit ipse pascit & filios tuos. Neq; enim melius committis filio tuo patrimonium tuum quam creatori tuo. Et mentiuntur quidem homines, mala est inquiunt, auaritia. Palliare se volunt nomine pietatis & dealbare, vt quasi propter filios videantur seruare homines, ꝙ propter auaritiam seruant. Nam vt noueritis, quia sic plerunque contingit, dicitur de quodam, Quare non facit eleemosynam? quia seruat filijs suis. Contingit vt amittat vnum. Si propter filios seruabat, mittat post illum partem suã. Quare illam tenet in sacculo, & illum relinquit ab animo? Redde illi ꝙ suum est, redde ꝙ illi seruabas. Mortuus est, inquit, sed præcessit ad Deum, pars ipsius debetur pauperibus. Illi debetur ad quem perrexit, Christo debetur, ad ipsũ. n. perrexit. Et ille dixit. Qui vni ex minimis fecit, mihi fecit, Et qui vni ex minimis istis non fecit, mihi non fecit. Sed quid dicis? Seruo fratribus ipsius. Si viueret ille, non erat cũ suis fratrib. diuisurus? O fides mortua, mortuus est. n. filius tuus. Quicquid dicas, mortuo debes ꝙ viuo seruabas. Mortuus est filius meus, sed tamen partem filij mei seruo fratribus ipsius. Si credis quia mortuus est, si pro illo Christus mortuus non est, mortuus est ipse. si autem in te fides est, viuit filius tuus. Viuit prorsus, non decessit, sed præcessit. Qua fronte venturus es ad filium tuũ qui præcessit, cui præcedenti non mittis partem suam in cœlum? An non potest mitti in cęlum? Potest prorsus. Audi ipsum dominũ dicentem, Thesaurizate vobis thesauros in cœlo. Si ergo ille thesaurus melius est custoditus in cęlo, nunquid tunc mittendus non est filio, quando si missus fuerit non peribit? Tenebitur hic vbi potest perire, non mittitur illuc vbi Christus est custos

De faciẽdis eleemosynis in Ecclesia, & cũ diuitiæ proli seruandæ sint.

Luc. 19.

Mat. 25.

Mat. 25.

Mat. 6.

Certe

Certe ea quæ hic tenes,& nō vis mittere post filiū tuū, quibus commendas actoribus tuis, commendas illius partem qui præcesit, & Christo nō commendas ad quem prȩcesit? An idoneus est tibi procurator tuus,& minus idoneus est Christus? Videtis fratres,quia mē dacium est fratres mei,mendacium est,auari sunt homines:vel sic certe cogantur,confiteri quod nolunt,cum erubescunt tacere quod sunt, vomant in confessione quod portant. Pectus premitur crapula iniquitatis,euomat ea confessio, sed non canino more redeatur ad vomitum. Estote Christiani. Valde parū est vocari Christianus. Quanta donatis venatoribus,quanta turpibus personis, quanta donatis eis,qui vos occidunt? Per istas enim exhibitiones voluptatum interficiunt animas vestras,& insanitis quis plus donet. Si insaniretis quis plus seruet,nō essetis ferendi. Quis plus seruet insanire,auaritiç est,quis plus dones insanire, profusionis est. Nec auarum te Deus, nec profusum vult,collocare te vult quę habes non proijcere. Certatis quis vincat in peius, non datis operam quis sit melior, atq; vtinam non daretis, quis sit peior. Et dicitis,Christiani sumus,ad fauorem proijcitis res vestras, contra iussa tenetis res vestras. Ecce nō iubet Christus, rogat Christus, eget Christus. Esuriui,dicit Christus, & non dedisti mihi manducare, egere voluit propter te,vt haberes vbi seminares, qui dedit vt meteres vitam ȩternam. Nolite pigri esse & male securi, mores emēdate,peccata redimite,& cum hæc feceritis, Deo gratias agite, a quo accepistis bene viuere. Et sic gratias agite vt non insultetis his qui nondum bene viuūt sed eosipsos moribus vestris hortemini. Hęc faciendo habetis perfectam,quantum in hac vita potest,iustitiam. Conseruantes in bonis operibus orationibus,in ieiunijs & eleemosynis propter minuta peccata,& abstinendo vos ab illis magnis peccatis concordatis cum aduersario,& securi dicitis in oratione. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Habemus. n. quod quotidie vobis dimittatur, qui habetis quod quotidie dimittatis. Si ambulando securi in via non timebitis latrocinia diaboli, quia Christus viam stratam magnā seipsum fecit,perducet ad patriam. Omnis ibi securitas,omnis quies, vbi & ipsa misericordiæ opera cessabunt, quia nulla ibi erit indigentia miserorū. Erit ergo illud sabbatū sabbatorū, vt ęp hic desideramus,ibi inueniamus,Amen.

Luc. 19.
Mat.25.
Mat.6.

DE CANTICO Nouo.

LIBER VNVS.

OMnis qui baptismum Christi desiderat, vitam nouam concupiscit. Transeat ergo a vetustate,vt perueniat ad nouitatem. Prius enim fuit testamentum vetus, canticum vetus,homo vetus nunc autem testamentum nouum canticum nouum propter hominem nouum. Demonstremus hoc quod dicimus testimonijs sanctarum scripturarum. Hieremias Propheta, Ecce, inquit, dies veniūt, dicit dominus consummabo super domū Iuda testamentum nouum: Dauid quoq; Propheta Deus canticum nouum cantabo:& iterum,Cantate dominum canticum nouum:Apostolusautem Paulus,Expoliātes, inquit,vos veterem hominem,induite nouū. & alibi,Vetera trāsierunt,ecce facta sunt omnia noua. Quę vetera transierunt? Quę facta sunt noua? Si adsit spiritalis auditor,non solū intelligit,verumetiam videt quę facta sunt noua. Si autem carnalis adsit,qui totum per oculos carnis nihil per aciem mentis intelligit,irridens respondet: Rogo te, dic quę facta sunt noua. Nūquid aliud cęlum respicio quam antea, aut sydera in nouum splendorē micantia? Nonne ijsdem cursibus Sol peragit diem eisdemque curriculis Luna peragit noctem? Nunquid mare terminos suos finesque transgressum est, aut terræ facies immutata, alia insolita germina procreauit? Nunquid sicut ex initio horis duodecim peragit dies, eisdemque crementis ętatis tempus,quibus detrimentis hyems peragitur. Progenies quoque ipsę mortalium alijs decedentibus, alijs succedentibus terminatos finiunt dies? Cum ergo omnia sicut ex initio constituta sunt,ita concurrunt suos motus finesque seruantia, quod est quod nobis prędicatur, Vetera transierunt,ecce facta sunt noua? Responde ò Paule talia de nobis requirenti, & quia minus valeo ad respondendum, te obsecro responde pro me. Ecce audi Apostolum,

Quales nobis Christus nouitates attulerit, & quib. vetustatibus successerit. Cap. 1.
Iere. 31. Psal. 95. Dol. 3. 1. Cor. 5.

Quid

Quid quæris carnalis auditor per oculos carnis respicere? erige mentis aciem, vt quod dicitur possis intelligere, Vetera transierunt, ecce facta sunt noua. Quę vetera transierunt, quæ facta sunt noua? Primus homo, inquit, de terra terrenus, secūdus homo de cęlo cęlestis. Transit Adam homo vetus, factus ex limo, venit Christus Deus homo missus e cęlo. Transit vetustas mentium, accessit nouitas credentium, transit vita carnalis, succesit spiritalis. An parua est hæc nouitas ita demō strata per hominem Deum, vt moriendo susciperet vetustatem tuam, resurgendo ostenderet nouitatem tuam, ascendendo firmaret claritatem tuam? Vetera transierunt. Quæ vetera transierunt? Quod eratis filij Adam, filij carnales. Noua acceſſerūt. Quæ noua? Quod efficimini filij Dei filij spiritales. Vetera transierunt: terra eratis, Ecce facta sunt noua, cęli iam pene estis. Cęli enim enarrant gloriam Dei. Non vobis impossibile videtur, quod cū sitis terrestres, efficiamini cęlestes. De terra non fecit cęlum, qui de nihilo fecit terram & cęlū. Vetera transierunt, lapides colebatis. Noua acceſſerunt, Deum verum adoratis. Vetera transierunt, transijt mortalitas: Noua acceſſerunt, promissa est immortalitas. Vetera transierunt, perierat omnis caro per mulierem simul cum viro peccante. Noua acceſſerunt, reparata est caro sine viro virgine pariente. Vetera transierunt, transijt regio vetustatis. Noua acceſſerunt, succesit Hierusalē ciuitas cęlestis nouitatis. Ad hanc ciuitatem nouam peruenire cupitis, qui nomina vestra conscribenda dedistis. Eia fratres mei, ardenter desideremus propriam patriam: peregrinationem istam, quę nos ab ea adhuc detinet, toleranius, non amemus, festinemus tamen. Non est quare hic stare, nec inuenis in seculo quod tam possis amare, Ipse enim amor parentum, coniugis, filiorum, facultatum, aut maguum quibusdam inceſſerunt laborem, aut magnum pariunt timorem, non est quare hic stare. Melius enim festinando appetimus sempiterna, quam hic remanendo seculi nos apprehēdat ruina. Pręparemus sistarcias * apprehendamus & ascendamus nauem fidei simul & crucem nec desit ancora spes nostræ salutis, extēdamus funes diuersas virtutes, vela charitatis colligamus, inuocemus ventum prosperum verbum Dei, exhauriamus sentinam a peccatis, per eleemosynas mundetur conscientia. Non impediatur huius nostri cursus nauigij, operemur manibus vt possumus. Manibus suis sentinam exhauriebat, qui dicebat, Manib. meis coram eo nocte, & non sum deceptus. Non negligamus nostra peccata, minuta sunt, sed multa sunt. Fluctus vnus validus irruens obruit nauem, minaturque naufragium. Humor autē per rimas influens & in sentinam veniens nisi subinde siccetur hoc idē facit. Ergo exhauriatur sentina, ne negligatur misericordia, quia eleemosyna a morte liberat, & ipsa purgat peccata. Asit nostra tutela Christi gratia, celeuma nostrum dulce cantemus halleluia, vt lęti ac securi ingrediamur sempiternam ac fęliciſsimam patriam. Non metuat anima mare hoc magnum, seculum, scilicet, cuius fluctus ac turbines sentimus inimicas seculi potestates. In Deo sperantes multi iam sancti hos fluctus spreuerunt, multi calcauerunt, multi super eius aquas ambulantes securi ad patriam peruenerunt. Sed exurgit ventus validus & magna tempestas, sua cuiusque cupiditas, titubat fides in mari: Clamet in te Petrus, Domine, pereo, dabit manum mergenti, nec sinit perire ille qui propter nos dignatus est super aquas ambulare. Vide Apostolum Paulum, hoc nauigium non solum demonstrantem verumetiam ascendentem, & quam plurimos inuitantem quando dicebat, Habentes victum & tegumentum, his contenti simus. Quid aliud quam competentem sistarciam * imponendam esse monstrabat, quando dicebat, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mū do? Nauem ascendebat, quando dicebat, induite vos sicut electi Dei, benignitate, humilitate, longanimitate, mansuetudine. Quid aliud quam funes extendebat quando dicebat, Manet fides, spes, charitas, maior horum charitas, Vela colligebat quando dicebat, Verbum Dei habitet in vobis abundanter. Ventum prosperum inuocabat quando dicebat, Infatigabiles itaque dum tempus habemus optemus bonum ad omnes. Et, Operantes proprijs manibus nostris. Quid aliud quam sentinam exhauriri prœcipiebat, quando dicebat, Gratia, salui facti estis? Tutelam exorabat quando dicebat, In psalmis

1.Co.15. G

1.Co.15.

Pſ. 18.

Quibus nauiū in structionibus ad patriā redire debeamus. Cap. 2.



H

Alias sar cinam.

Pſal. 76. I

Tob. 4

Mat. 14. 1. Tim. Alias sar cinam. Col. 3. 1. Co. 13. Col. 3. Galat. 6. 1. Th. 4 Ephe. 2.

K

mis & hymnis cantantes in cordibus vestris domino. Celeuma sanctum docebat quando dicebat, Spe salui facti sumus. Anchoram in cordibus credentium figebat, quando docebat, Hierusalem quæ sursum est libera est, quæ est mater nostra. Ipsam patriam demonstrabat, quando dicebat, Vbi est mors contētio tua? Gratias Deo, qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christū. Non adhuc in mari periclitabatur, sed iam in propria patria lętabatur. Optime gubernator, ò pulcherrime magister & doctor, do cuisti & fecisti, & ideo celeriter peruenisti, Eph. 5. Rom. 8. Gal. 4. 1. Co. 15. Psal. 76.

De uia pedestri ad patriā nauigare uolentib. & iumento opportuno. ca. 3.

Lqa quæ docuisti, prior ipse fecisti. Siquis forte vt assolet refugit naufragium, & insolitos fluctus maris horrescit, desideratq; iter confice re quo etsi tardius ad patriam valeat peruenire, demonstrabo viam, immò ipsa demonstrat via. Ecce in Euangelio clamat saluator, Ego sum via. Habes viam, ambula solicitus. tamen doma iumētum tuum, carnem tuam, ipsi enim insidet aīa tua. Quomodo si in hac via mortali iumento insideres, qđ te gestiendo vellet præcipitare, nonne vt securus iter ageres, cibaria ferocienti subtraheres, & fame domares, quod fręno non posses? Caro nostra iumentum nostrum est, iter agimus in Hierusalem. Plerunque nos rapit caro, & de via conatur excludere. Tale ergo iumentum cohibeamus ieiuniis. Vide illum gubernatorem eūdemq; viatorem Apostolum Paulū, vide illum iumentum suum domantem, In fame, inquit, & siti, in ieiuniis sępius castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Ita ergo & tu qui ambulare desideras, doma carnem tuam, & ambula. Ambulas enim si amas. Non enim ad Deum pasib. sed affectib. currimus. Via ergo ista nostra ambulantes quęris: tria sunt hominū genera quæ odit, remanentem, retro redeuntem, aberrantē. Ab his trib. generib. malis domino adiuuante mundificeť & defendaī gressus noster. Iam vero cum ambulantes sumus, alius tardius ambulat, alius celerius, ambo tamen ambulant. Excitandi sunt ergo remanentes, retro redeūtes reuocandi, errantes in viam ducendi, tardi exhortandi, cęleres imitandi. Qui non profecit remansit in via: forte à meliore proposito declinat ad id quod deterius reliquerat, reuersus est retro: qui fidē deserit, à via errauit. Cum tardis sit nobis & cū celeriorib. ratio, Mat. 4. 1. Tim. Alius sententiam. Col. 1. 1. Co. 13. Col. 3. Gal. 6. 1. Th. 4. Ephe. 2.

De ambulantiū sextuplici genere. c. 4.

cum ambulantib. tamen. Quis est qui nō proficit? Qui se putauerit esse sapientem, qui dixerit, sufficit mihi quod sum. Qui non attenderit eum qui dicit, Quę retro oblitus, in ea quę ante sunt extentus secundum intentionē sequor ad palmā vocationis Dei in Christo Iesu. Currentem se dixit, sequentem se dixit, non remansit, nō retrospexit, absit vt errauerit, qui viam ipsam docebat, qui & tenebat & ostendebat. Celeritatem autem eius vt imitaremur ait, imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Arbitramur ergo vos dilectissimi in viam nobiscum ambulare, si tardi sumus prævenite nos, nō inuidemus, quęrimus quod sequamur. Si autem nos putatis celeriter ingredi, currite nobiscū, vnum est ad qđ omnes festinamus, & qui tardius, & qui celerius ambulamus. Qui sunt & retro redeūtes? Qui ex continentia reuertuntur in immunditiam, qui ex sancto & singulari bono proposito virginitatis diuertuntur, in turpitudines voluptatis, & corrupta mēte corrumpunt simul & carnem. Hos increpat Apostolus Petrus dicens: Melius illis erat non cognoscere viam salutis, quam cognoscentes retro respicere. O malum, retro respicere. Vxor enim Loth, quæ liberata est à Sodomis contra prę ceptū retro aspexit, q̄ euaserat perdidit, nec immerito in statuam salis repente conuersa est, nisi vt fatuos suo etiam exemplo condiret. Qui sunt & aberrantes? Omnes hæretici, qui relicta veritatis via errando per desertū latrocinantur, & animas captant in peccatis, præpediuntque nequis ad patriam valeat peruenire, effecti lupi semitarii induti ouina pelle, cum intus lupi rapaces prædicantes Christum viam, & qui eos sequuntur ducentes ad mortem. Hic si aliquis dicat, Quid ego faciam non inuenio. Ecce homo Christum viam prædicat, Christi se dicit esse discipulum, veritatem se dicit annuncia re, quare non sequar talia prædicantem? Respondeo, quia aliud eius lingua habet, aliud cōscientia. Vnde noui, inquis? Nunquid ego conscientias discutere possum? Christum ab eo audio: quod audio hoc credo, hoc teneo. Non te seducat filius falsitatis, si filius es veritatis. Disce iam Christiane, qui Christum desideras & audire & videre. Siquis tibi Christum prędicat, attende & considera, qualem prædicet, vbi prędicet. Christus enim veritas Phil. 3. 1. Co. 4. A 2. Pe. 2. Gen. 19.

De iudicatione falsæ prædicationis a uera. Cap. 5. B

est, per scripturas sanctas prædicatur, non
Psal. 18. in angulis, non occulte, sed palam, publice. in sole posuit tabernaculum suum, hoc est, in manifesto collocauit Ecclesiam suam. Iã hic respice illum, qui tibi Christũ prædicat, dicat quale Christum prædicet. Ecce hæreticus Manichęus, qui per suam doctrinam ꝓmittit introducere te in veritatem, ipsũ Christum dicit esse fallacem, Non habuit, inquit, verum corpus, phantasma fuit, spiritus fuit. Et hoc in illo fuisse negat nequissimus Manichæus. O pessime hæretice Manichæe, si credere non vis veritatem dicentem discipulis suis, Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habentem, si credere non vis, vt dixi, veritati, Iudęo crede crucifigenti. Nam cum tu dicis, Christus Deus fuit, non homo: Iudæus dicit, non fuit Deus sed homo. Catholica vtrosque conuincens, ego ait verũ teneo ꝙ Christus & Deus est & homo. Tu autem Manichęe, vnde probas Christum spiritum fuisse? Spiritus alapas accepit? spiritus spineam coronam portauit? spiritus sibi crucem baiulauit? Si spiritus fuit, cuius vestimenta milites diuiserunt? Si spiritus fuit, qui cum traheret spiritum, corpus eius propè dimidium diẽ exanime pependit in cruce? Si spiritus fuit, quomodo latus eius proforatum est lancea? Quomodo susceptus est à Ioseph sepeliendus, quomodo sepulchro est conditus? Omnia ista spiritus pati nõ potest. Sicut de eo antea per Prophetas prædictum est, ita & factum est. Erras tu nimis, falsitas in omnibus te superat. Ergone hæretice vt doces, veritas mentita est, & tu verum prædicas? Et vbi hoc prædicas? In absconso, in oculto. Si veritati fulcitur prædicatio tua, publica fit doctrina tua'. Demonstra mihi Ecclesiam tuam,
Ephe. 5. Sed nouimus quid agatis & decepti & deceptores, Apostolus Paulus vos prodidit dicens, Quæ enim occulte fiunt ab eis, turpe est etiam dicere. Nobis est turpe dicere, sed vos non quiescitis agere. Manifesta est ignominia vestra, nudata est turpitudo vestra: Ex confessione simul & scriptura vestra omnibus palam facta est turpis doctrina vestra: vtinam aliquando corrigantur corda vestra.
De errore Arrianorũ, & eorũ improbitate Cap. 7. Ioan. 10. Alii hæretici Arriani ipsam viam Christum, per quam itur ad patrem, secundum diuinitatem nolunt esse æqualem patri. Etiam cum ipse dicat. Ego & pater vnum sumus, illi dicunt, Si missus est Christus: minor est: maior est vtique qui mittit illo qui mittitur. Hæc argumentatio est humana, non authoritas diuina. Alia est operatio trinitatis, quam tu hæretice non assequeris, quia carnaliter sapis. Mundum enim cor non habes, nec ad Deũ. Christus enim inquantum hominem suscepit, missus dicitur, inquantum Deus est, ęqualis est patri. Nam quò eum pater mitteret, vbi ipse cum filio non esset? Aut quo filius venisset, vbi non simul cum patre esset ille qui di- E
Ioan. 14. cit, Ego in patre, & pater in me, Et, Philippe
Iere. 23. qui videt me, videt & patrem? Et qui per Pro
Sapien. 8 phetam dicit, Cœlum & terram ego impleo. Et de quo Salomon dicit, Attingit à fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter? Attingit vbique propter suam mundiciam. Sed tu hæretice, ideo dicis maiorem esse qui mittit, minorem qui mittitur, quia temporum spatia cogitas. Sed multum erras, illi assignare tempora, per quem facta sunt tempora. Si patrem confiteris Deum, Deum filium, æternumque credis & patrem & filium, noli minorem facere filiũ in eo quod fecit te, quia ideo minor factus est, vt redimeret te. Sed ipse, inquis, dixit, Pater maior me est: Intellige secundum susceptum hominem, & depones errorem. Secũdum hoc ait,
Ioan. 14. Psal. 8. Ioan. 5. Ioan. 1. Pater maior me est: secundum quod de Deo ait Propheta, Minorasti eum paulominus ab angelis. Tu autem dic, secundum quid eum minorem asseris? Si secundum opera, omnia per filium facta sunt. Si secundum tempus, hoc credis de Deo tuo, quia sicut tu maior es filio tuo, ita ipse filio suo. Auertat hoc De' ab aurib. fidelium. Indigna sunt ista credere de Deo. Si enim filius secundum deitatẽ Dei F
Ioan. 1. verbum est, sicut Euangelista Ioãnes narrat, In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum, fuit aliquod tẽpus quando pater fuit sine verbo, aut fuit aliquod principium ante ipsum principium.
Ioan. 8. Quoniam ipse filius dixit se esse principium. Interrogantibus quippe Iudæis, Tu quis es? Respondit, Principium. Ergo & illud quod
Gen. 1. in Genesi scriptũ est, In principio fecit Deus cœlum & terram, intelligitur in filio, qui est principium. Si ergo semper Deus pater, semper Deus filius, quia nec ille aliquando non pater, nec iste aliquando non fuit filius. Non

enim

Psal. 85.

Ioan. 4. Esa. 61. Luc. 1. Psa. 18 Iere. 23 Gen. 1.

enim vt pater generaret filium, minuit seipsum, sed ita genuit de se alterum quale se, vt totus maneret in se. Spiritus autē sanctus non præcedit vnde procedit, sed integer de integro, nec minuit eum procedendo, nec auget hærendo. Et hæc tria vnus Deus de quo Propheta dicit, Tu es Deus solus magnus. Tu aūt hæretice, compone gradus, separa trinitatē, fac patrem maiorem, filium minorem, spiritumsanctum sequētem. Sed & iam de filio q̄ æqualis sit patri aliqua diximus, & quod occurrit diximus, audi & de spiritusancto, quē minorem vis esse patre & filio. Nempe spiritussanctus ipse spiritus est Dei. Audi, & ipse quod simul sit cum patre & filio, & vbiq; sit totus, Deus, inquit Ioannes Apostolus, spiritus est. Et ipse filius per Prophetam ait, Spiritus domini super me, non ait post me, vt sequentem eum faceret, vel minorem, sed ait, super me. Vñ & angelus Gabriel ad Mariā, Spiritussanctus, inquit, superuenit in te. Dauit quoque Propheta, Quò ibo a spū tuo, & à facie tua quò fugiam? Si ascendero in cælū, tu illic es, si descendero in abyssum, tu ades. Ergo si spūs Dei & in cælo & in terra & in inferno adest cum illo qui dicit, Cœlum & terram ego impleo: ergo trinitas vnus est Deus. Sed audi adhuc hæretice vnde conuincaris, quod trinitas vnus sit Deꝰ. In ipso principio libri Geneseos, quod diximus, scriptum est, In principio fecit Deus cælum & terrā. Ecce Deus pater, & principium filius secundum quod se dixit esse principium. Si autē & spiritumsanctum quæris, Spūs, inquit, Dei super ferebatur super aquas. Cum ergo in sequentib. legitur, Dixit Deus, fiat lux, &, finxit Deꝰ de terra: &, fecit Deus, hoc demonstrat q̄ in separabilia sunt opera trinitatis. Euidentius hoc in consequentib. demonstratur. Nam cū ventum esset ad id vt homo formaretur, ait scriptura, Et dixit Deus, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: nō dixit, faciam ad imaginem & similitudinem meam, vt solus pater intelligeret, nec dixit, fiat, vt filio veluti iuberet facere per quem facta sunt oīa, nec dictum est, fecerūt, vt singuli singula in eo cōferrent opera sua, sed cum diceret faciamus hoīem ad imaginem & similitudinem nostram, vt trinitas vnus Deus intelligeretur, statim subiunctum est, Et fecit Deus hoīem, ad imaginem suam fecit illum.

Psal. 85.

Ioan. 4. Esa. 61. Luc. 1. Psa. 183. Iere. 23. Gen. 1.

Ecce p̄ scripturas sanctas, trinitas vnus Deus prædicatur, vt Arrianus cōuictus, aliqñ confundat. Sed audi adhuc hæretice Apostolum Paulum cōuincentem te, & docentē me, audi q̄d de filio dicat: Cū inquit, in forma Dei esset, nō rapinam arbitratus est esse æqualis Deo. Ille eum prædicat æqualem, tu eū asseris minorem? Cui credendū est, Apostolo an tibi? Tibi quē totus orbis abiecit, an illi, quē totus mundus suscepit? Cedat igit vel serò cō iucta peruersitas tua, quia iam totū mundum possedit Euangelica & Apostolica doctrina. Alia quo q; spelūca latronū non bonorum, hæreticorum Pelagianorū & demonstranda est & cauenda: hæc est. n. eorum peruersa doctrina. Cū scriptura dicat, Maledictus homo qui spē suam ponit in hoīe, & qui gloriat, in domino glorietur, isti contra hoc maledictū hominem non incurrere promittunt, si de se præsumpserit, vel in seipso gloriatus fuerit. Sed quid contra hos multa dicamus? Hoc p̄misit & pater illorū diabolus illi primo homini, Non morte, inquit, morieris, eritis sicut dii, Deum contempsit, serpenti credidit, & quod acceperat, perdidit. Si tunc ille homo non fuit cautus, nunc homo caueat vel expertus. Odit Deus præsumptores de virib. suis. Quid enim valeat liberum arbitrium nō adiutum, in ipso Adam demonstratum est. Ad malum sufficit sibi, ad bonū non, nisi adiuuetur à Deo. Primus enim ille homo accepit liberum arbitriū rectum, & posuit Deus ante eum, sicut scriptura dicit, ignem & aq̄, ad quod volueris, inquit, porrige manum tuā. Elegit ignem, reliquit aquam, videte iustum iudicem. Quod elegit homo, liber accepit: malum voluit, hoc illum secutum est. Videte rursum illum iustum iudicem miseri cordiam facientem. Cum enim videret q̄ homo totam stirpem suā, male vsus libero voluntatis arbitrio, in se tanquam in radice dānasset, ipse non rogatus de cælo humilitate sanauit, errantes perduxit ad viā, peregrinos perduxit ad patriam. Non ergo glorietur humana natura de se, sed in eo glorietur qui fecit se. Iam vero cęteræ sectæ hęreticorū Christi viam prædicantium, sed lōge à via errantium, vna voce ipsius veræ vię cōuincuntur atque confunduntur dicentis, Multi mihi dicent in illo die, dñe dñe, nonne in tuo nomine prophetauimus, & in tuo noīe dæmonia

Phil. 2.

De errore Pelagianorū, & eorū improbitate. c. 8. Iere. 17. & 9. Gen. 3. Eccl. 15.

Ioan. 14. Psal. 8. Ioan. 5. Ioan. 1.

Ioan. 1.

Ioan. 8.

Gen. 1.

Cap. 9. Mat. 7.

eiecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc dicã eis: Non noui vos, Recedite a me omnes qui operati estis iniquitatem. Ideo operati estis inquitatem, quia Ecclesiæ meæ perturbastis vnitatem. Vos autem fidelia germina sanctæ matris Ecclesiæ catholicæ per vniuersum mundum diffusæ, fugite omnes hæreses, Siquis aliud euangelizauerit vobis anathema sit. Rectos cursus facile pedibus vestris, nõ declinetis nec ad dexteram præsumendo, nec ad sinistram desperando.

Cap. 10. Gala. 1.

K Currite velociter rectam viã, ipsa enim vos perducit ad patriam: ad patriam illam cuius ciues angeli sunt, cuius templum Deus cuius splẽdor filius, cuius charitas spiritussanctus, ciuitas sancta, ciuitas beata, ciuitas vbi null⁹ perit amicus, quò nullus admittit inimicus, vbi nullus moritur, quia nullus oritur, null⁹ infirmat, quia incorrupta salute lętatur. Cũ illuc venerimus, non ibi esuriemus aut sitiemus, Visio ipsa satietas nostra erit, Non ibi dormiemus, quia non ibi laborabimus. Nulla cuiuslibet rei necessaria erit refectio, vbi nulla erit defectio. Viuemus, regnabimus, lætabimur. Si tantum delectat cum de ea loquimur, quid erit & videre? Videre Deum, viuere cum Deo, viuere de Deo. Vita enim erit nostra laudare Deum, & fine defectu amare. Beati enim, ait Propheta, qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Fratres dilectissimi, si cum nauiganti bus laborauimus, & viatoribus ducatum prę buimus, si deuias fauces latronum, hoc est, hęreticorum solicite demonstrauimus, si ipsam patriam cœlestem declaratam atque demonstratam iã cernitis oculis cordis vestri, reddite nobis fructum laboris nostri, reddite fratres reddite, exigimus a vobis. Talis est enim merces nostra, quam à vobis exigim⁹, vt nec nos pudeat petere, nec vos pigeat erogare. Hoc quod exigimus, erogando cumulabitis magis quàm detrimentum patiamini. Si non erogaueritis, quæ est ergo nostra merces? Non quærimus aurum vestrum, non argentum vestrum, non nummum vestrũ, nec quicquam de rebus vestris, sed merces nostra est, vt in illo sancto fonte adiuuetis nos orationibus vestris.

Psal. 83.

L

DE CONTEMPTV Mundi.

LIBER VNVS.

AVdite fratres charissimi salutiferam patris nostri doctrinã, qui non terrenam, sed ęternã cõcupiscitis hæreditatem, qui non vultis sortem accipere in terra morientium, sed cum Psalmista decantare. Portio mea in terra viuentiũ: qui Aegyptum reliquistis, & ad promissionis terram festinatis. Audite itaq; habentes aures audiẽdi pium patrem, ad hæreditatem ęlorũ nos vocantem & dicẽtem, Venite filii audite me timorem domini docebo vos, Quis est enim homo qui vult vitam? Quis es ą ad vitam vis ingredi, serua mandata Dei. Quorum mandatorum alia sunt specialia, alia vere communia. Specialia sũt proprie canonicorum siue clericorum & monachorum, communia autem omniũ catholicorum. Specialia igit sũt hæc, Si vis perfectus esse, vade & vende oĩa quę habes, & da pauperib. & sequere me. Et iterum, Omnis qui reliquerit domum, aut agrum, aut patrem, aut matrem, aut fratres, aut sorores, aut filios, aut agros pp me, centuplum accipiet, & vitam æternã possidebit. Et ad discipulos, Vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos super sedes duodecim trib. Israel. Hæc itaque fratres q̃to singularia tanto pręcipua, quanto acriora, tanto Deo gratiora. Dicit iterum saluator noster inter cętera, Qui non renunciauerit omnib. quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Qui dixit, omnib. nihil proprium a suis discipulis possideri voluit, Qui quicquã possidet in terra, remotus est à Christi disciplina: Qui autem non est discipulus Christi, quomodo pręsumit sibi ligandi atque soluẽdi potestatem? Intendite fratres verba Euãgelii dicentis, intrauit Iesus ianuis clausis ad discipulos, & insufflãs dixit eis, Accipite spiritum sanctũ, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retẽta sunt. Nunquid illi habebant proprium quibus magister indixerat, Nihil tuleritis in via? De quibus Lucas Euangelista refert, Erant eis omnia cõmunia. Videte q̃d Petrus dixerit

De duplici mandatorum genere. c.1. Psa. 141 Psal. 33. Mat. 19.

M

Ibidem.

Mat. 19. De non possidẽdo proprium clerici. Cap. 2. Luc. 14 Ioan. 20. Act. 4. Mat. 19. Psal. 36.

A

rit ad Iesum, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Qui omnia reliquerant, nihil sibi penitus retinuerant. Vnde ergo sibi arrogant ligandi atque soluendi potestatem, qui in terra præsumunt possidere facultatē? Quomodo non erubescūt dicere, Dominus pars hæreditatis meę? Vbi est illud apostolicum, *Psal. 15.* Quæ conuentio Christi ad Belial? Qui terrenas possessiones relinquere nolunt, cur peccata populi comedunt? Si decimas cum filiis Leui accipiunt, quomodo inter cæteras trib. C partem accipient? Si nominis sui etymologiam attendunt, cur clerici à sorte dicti sunt? nisi quia dominus eorum sors vel hęreditas sit? Cur saltem clericatus sui signa, quibus a *Cap. 3. Clerici quare radantur.* laicis discernuntur, non perpendunt? Non. n. sine causa capita eorum raduntur & tonden tur, sed perspicacissima & euidentissima ratione. Nam his signis secernuntur à laicorū conuersatione. Quod vt multis Deo propitiante proficiat, admonitioni vtilissimæ duximus inserere. Dicimus multorum patrum authoritate cerebrum esse sedē sapientię: Chri *1.Co.1.* stum vero, Paulo attestante, Dei virtutem & sapientiam esse. Cum itaque cerebrum sit in capite, sapientia vero iuxta patrum authoritatem in cerebro habeat sedem, & sic per sapientiam sibi infusam cuncta membra regan tur a capite, quod per cerebrū est, quod est sedes sapientię, sic inter nos & veram sapiētiam, quæ vt diximus Christus est, qui etiam iuxta Apostolum caput nostrum est, Dicit. n. Caput mulieris est vir, caput vero viri est *1.Co.11.* Christus, Christi autem caput est Deus, vt ostendamus, nullum obstaculum interesse, in ea parte pilos capitis incidim⁹, in qua no D uam sapientiam, idest, Christū inesse cognoscimus, per hoc signātes malam terrenarum rerum solicitudinem nostræ mentis oculos ad Deum contemplandū impedire. Scimus enim ꝙ quisq; quanto magis terrenis occupationib. implicat, tanto magis à sui conditoris visione impedit. Vnde Apostol⁹, nemo militans Deo implicat se negociis secularib. *2.Ti.2. 1.Co.7. Num. 8.* Item, qui sine vxore est, cogitat quę Dei sūt. Hinc moyses ait, Leuitæ radant pilos carnis suæ. Leuita interpretatur assumptus. Quisque nanque in officiis diuinis assumptus est, pilos carnis, idest, superfluas cogitationes cordis radere debet. Caput igitur radere signat cogitationes terrenas & superfluas à mente resecare. Nec incōgrue per pilos & capillos significantur cogitationes superfluæ. Sicut enim pili non sunt pars corporis, sed quædā superfluitas procedens à corporis humore, sic bona temporalia non sunt nobis naturalia, sed aliena & superflua. Hinc itaq; fideles Christi, qui ad æternam vitam medullitus suspirant, qui mūdum cum suis oblectationib. *Phil. 3.* sub pedib. conculcant, qui in terra nihil possidere volunt, sed cum Apostolo dicunt, Nostra conuersatio in cœlestis est, capillorum minimam partem in capitibus retinent, vt ꝙ E eorum abrasionem se minimam terrenorum solicitudinem habere designēt. Quapropter etiam illam minimam particulam capillorū retinent, quia dum in hoc mundo sunt, à terrenis cogitationibus omnino vacui esse non possunt. Quisquis igit clericus ad sortem domini vocatus, qui comam nutrit, & capillos radere vel tondere erubescit, profecto se nō de Dei, sed de mundi sorte esse testatur. Quā to enim quisq; carnis crines diligit, fouet & nutrit, tāto cor suum non in cęlis, sed in terra fixum esse ostendit, quāto aūt radit & edomat, tanto se non terrena sed æterna diligere cōprobat. Si vero vt prędixim⁹, crines idcirco radimus, vt inter nos & Deū nihil interesse approbemus profecto patet, ꝙ cū in oratione persistimus, aliena velamina capitibus nostris apponere nō debemus, præsertim cū Apostolus dicat, Vir non debet orare velato capite, imago enim Dei est. Cessent itaq; cle rici psalmodiæ hymnis q; spiritalib. insistentes, capillos, mitras, cæteraq; velamina in ca *1.Co.11.* pitib. portare, ne dum cum Deo loquimur, famulatus sui signa occultantes, eius indigni iudicemur ꝑpitiatione, cuius salubri doctri næ præsumimus non obedire. Qui enim nō F obedit Apostolo, contradicit Euangelio. Et *2.Co.13. Gala. 1.* iuxta eius Apostoli vocem dicentis, An quę ritis experimentum eius qui in me loquitur Christus? Item, Si angelus venerit de cœlo, *De bonis mūdanis pro eorū nanitate & Christi exēplo cōtēnēdis* & aliud Euangelium nunciauerit vobis, ana thema sit. Extirpetur ergo penitus de clero talis præsumptio, ne, quod absit, a Deo expellatur eius oratio. His igitur signis clerica lib. prę libatis, ꝙb. a laicis discerni debem⁹, ad ꝑpositam admonitionē redeamus. Audiam⁹ *Cap. 4 Psal. 4. Eccl. 1.* Apostolū Ioannē dicentem, Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mūdo sunt. Audiamus & psalmistam mundi amatores increpan-

panem, Filii hominum vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mẽdaciũ? Salomon quoque subsequitur dicẽs, Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Libet intueri quàm bene consonant organa spiritussancti: Monet Apostolus vt non diligamus mundum: inuehit psalmographus in eius amatores: clamat Salomon, cuncta subiacere vanitati. Quare nõ diligamus mũdum, nec sequamur mendaciũ, Ecclesiastes declarat, ac si diceret, ideo non sunt amanda ima, quia trãsitoria mendacia, quia quæ promittunt non conferunt, bona igitur non sunt. Cum enim bonorum oĩum
H author sit Deus, & a fidelibus suis quæri & diligi quæq; bona præcipiat, si mundana vera bona essent, nec ipse quidem cõtemneret, nec suis sequacib. cõtemni præciperet. Quid igitur veritas de se testet, audiamus, Vulpes foueas habent, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Itẽ si mundi gloria vana non esset non se abscondisset, cũ turbæ eum regem facere voluissent. Item si mundi gloria vana non esset, si diuitiæ terrenę vera bona essent, non earum possessoribus im-
properaret dominus dicens, Vę vobis diuitibus, &c. Et alibi, Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem introire in regnum cœlorum. Audiamus etiam quid suis dicat imitatoribus, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus. Item, Nisi quis renũciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Item, Nemo potest duobus dominis seruire, idest, Deo & Mammonæ. Vidit peritus magister suos discipulos luctaturos cum mũdo, qui si haberent vnde tenerentur, leuius deiicerentur. Tulit igitur arma suis & nostris
I hostibus, dum nos priuauit terrenis possessionibus. Nudus nanque latrones non solet timere, qui vero se mundanis implicat, tela parat, quibus fodiatur. Qui ergo non vult con
fodi, nudus procedat per viam huius exilii. Fortasis quæret aliquis. Cum Deus sequaces suos mundana iubeat postponere, quæ sunt quæ iubet appetere? Audi ipsum dicentem, Quærite regnum Dei. Item, Thesaurizate vobis thesauros in cœlis. Quæret iterum aliqs, Si Deus, vult homines terrena odire, quæ debent diligere? Ista sunt quæ præcepit diligere, cum per Moysen respondit, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum tanquam teipsum. Proximus in terra tantum diligi præcipitur, quia cœlestis regni hæreditatem nobiscum sortitur. In quo charitate diuina perfusi, scriptura testante, quę ait, vt ciues nostros sicut nos ipsos diligamus, propitiante Deo ibi futuri sumus per quem & redempti sine fine viuemus, qui etiam cum propter opera nostra mala inimici eius essemus, prior dilexit nos, & cum esse mus serui inutiles, in filios suos nos adoptauit & hæredes: filium suum vnigenitum tradens pro nobis, vt nos eriperet a perpetuæ mortis laqueo. Quisnam puer tam benignũ patrem digne potest diligere? Quid eius tantis beneficiis aliquid dignum potest retribue
K re? Hæc tanta beneficia admirans Psalmista ait, Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Cui ipse inquisitioni deinde subiungit, Calicem salutaris accipiam &c. Quantulacunque sit hæc retributio, calicem. s. domini accipere, nulla tamen alia ita digne vr̃ passioni dominicę conguere. Hac itaq; ratione, vt quemadmodum sanguinem suum dedit pro nostra redẽptione, sic & nos nostrum fundamus pro sui nominis confessione. Sed quomodo ꝓ Christo suum dabit sanguinem, qui pro eo non vult abiicere mũdi vanitatem, cum nos non minus quam nostra diligamus? Qũo pro Christo vitam tradet, qui contra eius præcepta hęc vana & falsa possidet? Ipse.n. dicit, si diligitis me, mandata mea seruate. Loquitur & Ioannes Apo-
L stolus, Qui dicit se diligere Deum, & mãdata eius nõ custodit, mendax est. Conuincitur itaque se, & nõ Deum diligere, qui mandata eius nõ vult custodire. Cũ Christus ꝓ nobis pauper factus sit & egenus, nos pro ipso cur pauperes esse erubescimus? Nũquid eius pauperes non facit diuites, veritate attestãte, Regnum cœlorum non diuitum, sed pauperũ est? Dicit nanq; pauperibus, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Si est regnum cœlorum pauperum, restat vt infernus sit diuitum. Hoc quoque declarat nobis Euangelium dicens: Homo quidam erat diues. Et post pauca subiungit, Erat autem & quidam mendicus, Lazarus nomine, qui iacebat ad ianuam eius, vlcerib. plenus, & cætera. Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahę. Mortuus est autem & diues, & sepultus

Mat. 8. *Mat. 19.* *Luc. 14.* *Mat. 6.* *Quid mãdanis contemptis sit requirendum. Cap. 6. Mat. 6. Deut. 6.* *Psal. 15.* *Ioan. 14.* *1. Ioan. 2* *De paupertate. Mat. 5.* *Lud. 16.*

Act. 10. *Mat. 20.* *cap. 8.* *Mat. 16*

sepultus est in inferno. Non reputet quisquã hæc verba esse Augustini, non sunt hominis, sed veritatis, quæ nec fallere potest, nec falli. Quisquis ergo vis regnare cum Christo elige pauperiem cum ipso, vt requiescas cum Lazaro mendico. Nemo enim potest gaudere cum seculo, & regnare cum Christo. Audi Apostolum dicentem, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorũ. Et iuxta veritatis vocem, primo nos oportet bibere calicem domini, vt sic pertingamus ad regni confessionem. Qui autem vult epulari cum diuite, præparet se epulas vermibus gehennæ, in qua pro gaudio momentaneo ardebit perpetuè cum capite suo diabolo. Infœlix commercium, pro tam breui gaudio cœlesti priuari regno. Fœlix paupertas, per quam cœlestis acquiritur hæreditas. Fœlix commercium, pro peritutis ęterna recipere, & quod ineffabile bonum est, cũ Christo sine fine regnare. Econtrario ineffabilis miseria, perpetua cum diabolo pati supplicia. Quapropter fratres charissimi, nos illud Euangelicum ruminantes, Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animę vero suæ detrimẽtum patiatur, vel quam cõmutationem dabit homo pro anima sua, voluntarie nũc pro Christo ponamus quando que dimittenda, ne quod absit pro transitoriis amittamus ęterna. Hauriamus antidotũ momentaneę amaritudinis, vt quandoq; percipiamus immensę gaudia salutis. Sic modo curramus, vt in futuro comprehẽdamus, vbi inueniemur, ibi iudicabimur. Nõ perdamus tempus acceptabile. Non enim erit apud inferos locus pœnitentiæ. Dum igitur vacat, dum sum⁹ in via, aduersario nostro legi Dei cõsentiamus. Lex quippe diuina noster ideo dicitur aduersarius, quia nostris carnalibus omnino cõtradicit voluptatibus. Aduersario itaq; nostro, ideſt Euangelio, dum rex expectat, dũ nos adhuc ad pacem inuitat, nuncios mittamus, cum eo pacis fœdus ineamus, vt cũ venerit ille magnus paterfamilias, non vt seruos inutiles puniendos, sed vt filios hæreditandos inueniat, secumque introducat ad nuptias, vt de suis beneficiis sibi perennes reddamus gratias Iesu Christo domino nostro, qui cũ patre & spiritusancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Affo. 14. Mat. 20.

L

Psal. 15.

cap. 8. Mat. 16.

M

DE VANITATE Seculi.

LIBER VNVS.

IN hac vita positi fratres, ita agite, vt cum hinc migraueritis, et caro vestra à vermibus cęperit deuorari in sepulchro, anima ornata bonis operibus cum sãctis omnibus lętetur in cœlis. Retrahat vos a malis operibus vel peccatis interitus eorũ quos præmisistis. Attendite calamitates, cõsiderate diuitum sepulchra, vel eorum qui ante pauca tempora vobiscum erant, quid sũt, vel quid fuerunt, vel quid ei diuitiæ & cupiditates seculi, pfuerint, ecce nihil ex eis nisi soli cineres remanserunt, qui si modo loqui possent, hęc vobis dicerẽt. Vt quid infelices tantum pro seculi vanitate discurritis? Vt qd vos criminibus & vitiis repletis? considerate ossa nostra, & vel sic vobis horreat cupiditas & miseria vestra. Quod vos estis nos fuimus, & quod nos sumus, vos eritis. Itaq; omnia fratres charissimi, solicita consideratione pensate, & hęc considerantes expauescite, diem mortis ante oculos semper ponite, ad emendationem quantum potestis festinate. Nolite negligere quod vos pius Deus peccantes sustineat, quia quanto diutius expectat vt emendetis, tanto grauius iudicabit si neglexeritis. Si forte putetis quia finis mundi tardius veniat, vel suum vnusquisque cõsideret finem. Ecce dum libenter ac iucundissime moratur homo in mundo, multaque in longa tempora disponit agenda repente rapitur à morte, & ex improuiso aufertur à corpore. Sed ille est beatus qui semper illam habuerit ante oculos, & festinauerit in illa hora mortis paratus inueniri. Quòd si vultis scire, charissimi, quam magno metu magnisque doloribus anima separatur a corpore, diligenter aduertite. Veniunt enim angeli assumere eam ante Deum, vt perducant illam ante tribunal iudicis metuẽdi, & tunc illa memorans opera sua mala & peruersa quæ die nocteque gessit, contremiscit, & quærit ea fugere inducias q; petere dicẽs, Date mihi vel vnius horæ spatium. Tunc quasi loquentia simul opera eius dicent, Tu nos egisti, opera tua sumus, nõ te desere-

A *De miseria huius uitæ, ex timore mortis, et laqueis diaboli, & pœnarum inferni recordatione. Cap. 1.*

B

mus,sed tecum semper erimus,tecumq; per
gemus ad iudicium. Hæc quidem cum pec-
catoris anima aguntur, quæ cum horrendo
timore separatur à corpore, & pergit plena
peccatis & ingenti confusione:iusti vero ani
ma cum separatur à corpore non timet, nec
expauescit,sed magis cũ magno gaudio egre
ditur,& cum exultatione pergit ad Deũ, de-
ducentibus se sanctis angelis.Illam horã fra-
tres modo timete,vt non túc timeatis: illam
nunc præcauete, vt tunc securi esse possitis.
Mementote iugiter quod in medio laqueo-
C rum diaboli ambulatis,& ideo semper para-
ti estote,vt quando domini præceptum fue-
rit missum,libere ab omni labe peccati ad re
quiem transire possitis.Non arbitremini vos
in hoc mundo diu mansuros,quia nimirum
prouenit,vt post dominicum missum præce
ptum,nec vnius horæ momentum concedat
in hac vita consistere.Cauere igitur ne in exi
tu vestro tristitiam faciatis angelis,& gaudiũ
inimicis.Scitote vero,q; cum anima a corpo
re euellitur, statim aut in paradiso pro meri
tis bonis collocatur,aut certe pro peccatis in
inferni tartara præcipitatur.Eligite modo qđ
vultis,& hoc iam in vita vestra disponite,aut
perpetualiter gaudere cum sanctis,aut sine fi
ne cruciari cum impiis.Itaq; fratres, saltem
pœnæ vos terreant, si præmia non inuitant,
& præsens seculum si despicere non valetis,
saltem cum iustitia possidete. Qui in adole-
scentia errauit, saltem iam in senectute resi-
piscat,& mala quæ peccando commisit,pœ
nitendo iam expurget. Ecce paulatim deficit
mundus, & cuncta quæ videntur, velociter
tanquam nebula, aut tanquã vespertina vm-
bra transcendunt. Ecce quod olim prænun-
ciabatur, præsenti iam tempore perspicue
cernitur.Subtrahuntur,vt ipsi videtis,omnia
D bona,& crescunt quotidie mala. Nolite er-
go fratres iam mundum diligere, quem tan-
ta cernitis cum velocitate trãsire.Nolite eius
in amore ancoram cordis iam figere, quem
sic ad finem conspicitis declinare,præsertim
cum Apostolus Iacobus clamet, quod ami-
Iacob. 4. citia huius mundi inimicitia sit Deo.Si enim
De felici tate pa- triæ.c. 2. ipse mundus nos diligeret, diligendus vtiq;
non esset,quanto magis nunc dum ipse nos
odire probatur,quos tantis malis insequitur,
a nobis omnino spernendus atque fugiẽdus
est.Vitam ergo ęternam ex omnibus pręcor
diis vestris amate, quam nunquam in secula
finiatis. Illuc festinate vbi semper viuatis,&
vbi iam mori nunquam timeatis. Si enim sic
amatis istam vitam miseram fluidamque,vbi
cum tanto labore viuitis, & vbi vix curren-
do,satagendo,sudando, suspirando necessa-
riis corporis satis facitis, quanto magis ama
re debetis æternam vitam,vbi nullum labo-
rem sustinebitis, vbi semper summa securi-
tas,summa fœlicitas,summa libertas, fœlix
beatitudo, vbi etiam implebitur illud quod
dominus in Euangelio dicit, Erunt homines
similes angelis? Et illud,Fulgebunt iusti sicut E
sol in regno patris mei? Qualis putatis, tunc
erit splendor animarum, quãdo solis clarita
tem habet lux corporum? bi iam non erit vl
la tristitia,nullus ibi labor, nullus dolor,nul
lus timor, nulla mors, sed perpetua semper
sanitas perseuerat, nulla ibi consurgit mali-
tia,nulla carnis miseria,nulla ægritudo,nul-
la omnino necessitas,Non erit ibi fames,nõ
sitis,non frigus,non æstus, non lassitudo ie-
iunii,nec vlla tentatio inimici, non peccan-
di voluntas,nec delinquendi possibilitas,sed
totum lætitia,totum exultatio possidebit,ho
minesque sociati angelis, sine vlla carnis in-
firmitate vernabunt. Erit ibi iucunditas infi-
nita,beatitudo sempiterna, quam qui semel
adipiscitur,semper tenet Nihil hoc loco ma
gnificentius, nihil glorioſius, nihil clarius,
nihil pulchrius, nihil verius, nihil illa bo-
nitate syncerius, nihil illa abundantia copio
sius. Ibi iam non formidabitur fortissimus
hostis, qui cupit iugiter animas iugulare,
nec facies omnino turbulenta tortoris. Non
incutiet timorem barbarorum immanitas,
nec vlla vlterius timebitur aduersitas. Ne-
mo in illo loco glorioſo indigebit vestimen
to, non est illic frigus, non æstus, nec vlla
aetatis inæqualitas. Nullus ibi esurit, nullus F
tristatur, nullus est ibi peregrinus, sed om-
nes qui illuc venire meruerunt securi in pro
pria patria viuent. Non vltra aduersabitur
caro spiritui, sed cum angelis inenarrabilia
sempiterna à Christo premia tribuentur, &
quod oculus non vidit, sicut dicit Apoſto-
lus, nec auris audiuit, nec in cor hominis
ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus *1.Cor.2.*
se. Ecce qualem beatitudinem perditurus
est,qui modo sedum licet, emendare nolue
rit.Idcirco nos, fratres, domino auxiliante
dedi-

dedígnemur vltra ſeruire peccato, quibus tanta beatitudo prę̃paratur in cœlo. Dum ergo tempus eſt, feſtinemus ꝓpicium nobis habere dominum, deſpiciamus quæ terrena ſunt, vt adipiſcamur cœleſtia, cogitemus peregrinos nos eſſe in hoc ſeculo, vt liberius feſtinemus ad cœlos. Velociter enim tranſeunt, & cito tanquam vmbra pereunt cuncta quæ hic videntur. Perpendamus, chariſſimi fratres, quales erimus in die iudicii, Dei & angelorum eius conſpectui præſentandi, quando opera noſtra erunt nobis ante oculos noſtros ponenda. Qualis erit tunc iſta cõfuſio, cui contigerit pro peccatis ſuis in cõſpectu Dei omniumq; hominum & angelorum erubeſcere, qui hic ne vnũ quidem hominem in ſe peccantem vult nunc inſpicere? Qui pauor erit, Deum iratum videre, quem placatum valet vniuerſitas comprehendere? Illum ergo diem ſemper timeamus, quem modo prę̃uidere nullatenus poſſumus. Illũ diem iugiter paueſcamus, & vel ſic actus noſtros reuocemus. Conſideremus quis terror in die illo erit, cum dñs de cœlis ad iudicandum ſeculum venerit, qui metus erit, Deum videre, ad cuius aduentum vniuerſa elemẽta quatient̃, & cœlum cum terra cõtremiſcet, virtutesq; cœlorum commouebuntur. Tũc nimirum prę̃cinentib. angelorum tubis, omnes gentes quæcunq; ſub cęlo fuerint, & omnis homo tam viri q̃ fęminę, in eo ſexu vnuſquiſq; quo natus fuerat in mũdo, boni & mali, ſancti & peccatores, vel quicũq; ab initio nati & mortui fuerint, ſiue à beſtiis deuorati, ſiue ab igne conſumpti, ſiue etiam ab aqs abſorpti, omnes ſimul in momento tpis, in ictu oculi reſurgent, in ipſis ſine dubio corporib. atq; in ipſa carne quam hic habuerũt. i. in virum perfectum, in menſuram ętatis plenitudinis Chriſti, in qua & ipſe dñs reſurrexit à mortuis. Et oẽs ante iudiciũ Chriſti veniẽt, pariterq; eum electi & reprobi oculis ſuis videbũt, ſicut & ipſe dñs in Euangelio dicit, Tunc videbunt filium hois venientem in nubib. cœli cum virtute magna & maieſtate, cõſtipatum agminib. angelorum, & congregabuntur ante eum omnes trib. terræ, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis, & ſtatuet quidem iuſtos à dextris, impios autem a ſiniſtris. Tunc dicet ad eos qui à dextris erunt, Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à cõſtitutione mundi, Eſuriui enim & dediſtis mihi mãducare, ſitiui, & dediſtis mihi potũ, & cętera quæ auditis in Euangelio. Tunc omnibus aſpicientib. oſtendet liuores fixurasq; clauorum, in ipſo ſine dubio corpore quod pro noſtris peccatis vulneratũ eſt, & ita peccatores compellans dicet, Ego te homo de limo terræ manibus meis formaui, & in paradiſum meum quem non merebaris, colloca ui, ſed tu me meaq; iuſſa contemnens, deceptorem ſequi maluiſti, vnde & iuſta pęna dãnatus, inferni ſuppliciis deputat⁹ eras: poſtea miſertus tui, carnem aſſumpſi in terris: inter peccatores habitaui, contumelias & verbera pro te ſuſtinui, vt te eriperẽ colaphos & ſputa ſuſcepi, & ſuſtuli patienter, vt tibi dulcedinem paradiſi redderem, acetum cum felle bibi. Propter te veprib. coronatus, cruci affixus, lancea vulneratus ſum propter te mortuus in ſepulchro poſitus ſum, ad inferna deſcendi, vt te ad paradiſum reducerem, tartara adii, vt in cęlo regnares. Agnoſce ergo impietas humana quæ pro te pertuli. Ecce liuores quos pro te ſuſcepi. Ecce clauorum foramina, quibus affixus in cruce pendendi. Suſcepi dolores tuos, vt te ſanarem, ſuſcepi cõtumeliam vt tibi gloriam darẽ, ſuſcepi mortem vt tu haberes vitam immortalem, cõditus iacui in ſepulchro, vt tu regnares in cęlo. Hæc omnia pro vobis ſuſtinui. Ampliora horum quid vobis debui facere & non feci? Dicite mihi nunc, vel oſtendite quid paſsi eſtis propter me dominatorem veſtrum, vel quid boni egiſtis pro vobis? Ego cum eſſem inuiſibilis & impaſsibilis, propter vos dignatus ſum ſpõte pati, ꝓp vos incarnatus ſum, cum eſſem diues, propter vos egenus factus ſum. Sed vos humilitatem meã & prę̃cepta mea ſemper renuentes, ſeductorem magis quàm me ſecuti eſtis. Ecce modo nõ poteſt iuſtitia mea aliud iudicare, niſi quod merent̃ opera veſtra. Ergo quod ipſi elegiſtis, tenete. Contẽ pſiſtis lucẽ, poſsidete tenebras. A maſtis mortem, ite in perditionem. Secuti eſtis diabolũ, ite cum illo in ignẽ æternum. Quis putas tũc erit mœror, quis luctus, quæ triſtitia, quæ anguſtia, cum hæc fuerit aduerſus impios, plata ſententia? Tunc erit malis dura ſeparatio à dulcedine conſortii ſanctorum. Et tunc impii traditi in poteſtatem dæmonum,

ibunt

De terrore extremi iudicij cap. 3.

E

F

G

Ephe. 4.

Mat. 26.

Mat. 25.

1. Co. 2.

H

2. Co. 8.

I

ibunt in ipſis corporibus ſuis cum diabolo in ſupplicium æternum, & permanebũt ſemper ſine fine in luctu & genitu. Procul quippe exulati a beata paradiſi patria cruciabuntur in gehenna perpetua, nunquam lucem viſuri, nunquam refrigerium adepturi, ſed milia milium annorum in inferno cruciandi, nec inde in ſecula liberandi, vbi nec qui torquet aliquando fatigatur, nec qui torquetur aliquando morietur. Sic enim ibi ignis conſumit, vt ſemper reſeruet, ſic tormenta agun
K tur, vt ſemper renouentur. Iuxta qualitatem vero culpę pœnam vnuſquiſque ſuſtinebit gehennę, & ſimilis culpę rei, ſuis ſimilibus iungentur cruciandi. Non ibi audietur aliud niſi fletus, & planctus & ſtridores dentium. Non ibi erit aliud conſolamentum, niſi flammæ & terrores pœnarum, ardebuntque miſeri in igne ęterno ſemper in ſecula ſeculorũ. Iuſti autem ibunt in vitam æternam, in ipſa ſine dubio carne quam hic habuerunt, & ſociabuntur angelis ſanctis in gloria ſempiterna, nunquam iam vlterius morituri, nunquã
Mat. 13. corruptionem viſuri, ſed ſemper læti ac alacres, ac dulcedine Chriſti iugiter ſatiati, fulgebunt ſicut ſol in gloria & claritate, quam præparauit Deus diligentibus ſe. Et erit tũc, quanto quis amplius alio hic obediens Deo fuit, tanto amplioremillic mercedem accipiet, quantoq; hic amplius quis Deum amauit, tanto propius eum videbit. Benedicamus igitur dominum Deum noſtrum, fratres, qui ad lætitiam ſpiritalem cõgregauit nos, ſimus in humilitate cordis ſemper, & gaudium noſtrum penes ipſum ſit. Non igitur de proſperitate aliqua huius ſeculi inflemur, ſed noueri mus fœlicitatem noſtram nõ eſſe niſi cum iſta tranſierint. Modo gaudium noſtrum, fratres, in ſpe futura ſit, totum deſiderium vita
L æterna ſit, omnia ſuſpiria noſtra, Chriſto anhelent. Ille vnus pulcherrimus, qui fœdos di
Ezech. 35. lexit vt pulchros faceret, deſideretur, ad illum vnum curratur, illi ingemiſcatur, & dicant ſemper magnificetur dominus, qui volunt pacem ſerui eius. Amen.

DE OBEDIENTIA
Et humanitate

SERMO VNVS.

De laude & præmiis obedientię Cap. 1.

NIhil ſic Deo placet quemadmodum obedientia. Cham maledictus fuit, & poſt multa ſecula manet quod dicitur, Semen Chanaã, & non Iuda, quia patri non eſt obſequutus. Cæterũ Sem, qui obſequutus eſt patri, benedictionem habuit in omnia ſecula. Hoc itaq; dico, non eſt filiorũ iudicare de patrib. Nemo vadit ad magiſtrũ M
& docet magiſtrum ſuum. Veniſti ad me vt docerem te literas, ſi tibi ſcripſero & dixero tibi, ſcribe quomodo ego ſcribo, vtiq; imitari debes quem magiſtrũ elegiſti. Ab aliquo doctus es, & vadis ad peritiorem magiſtrũ. Hoc totum quare dico? Vt obedientiam exhibeamus patrib. noſtris. Qui patrib. non obſequitur, Deo non obſequitur. Dicit enim dominus, Qui vos contemnit, me contemnit. Qui ergo contemnit Apoſtolos, contemnit Chriſtum. Qui contemnit patres, contemnit Chriſtum qui in patrib. eſt. Hoc dico qa hæc *Luc. 10.* in nobis ſumma & ſola eſt virtus obediẽtię. Si ieiunaueris dieb. ac noctib. orationemque feceris, ſi in ſacco fueris vel cinere, ſi nihil aliud feceris, niſi quodcunq; præceptum eſt in lege, & tibi vis⁹ fueris quaſi ſapiẽs, & obediens patri nõ fueris, omnes virtutes perdidiſti. Vna obedientia, niſi te diligenter attenderis, ſuperbiam tibi facit, ſuperbia aũt inimica eſt Deo. Nihil ſic odio habet De⁹, ſicut ſuperbiam. Quicunq; non obedit, non facit de ſanctitate, ſed de ſuperbia. Ideo. n. non obedit, quia ſe meliorem putat illo, cui non obedit. Simpliciter dico vobis, omnia peccata
A odio habet Deus, mẽdacium, periurium, ſurtum, & cętera, in quibus ſiquis deprehenſus fuerit, non poteſt oculos leuare, ſed ſic eum habemus quaſi execrabilem. Siquis ſuperbus eſt, multo peius facit quam adulterium, & tamen loquimur cum eo. Qui fornicator eſt, poteſt aliquid dicere: Vicit me caro mea, ſuperauit me adoleſcentia mea. Non dico qꝫ ſibi hoc facere liceat, aut qꝫ ſe excuſare dẽat, ſi quidem & hoc odio habet Deus, ſed in comparatione mali dico. Quicunque aliud peccatum fecerit, verbi gratia, ſi furtũ fecerit,

De mala ſuperbia. Cap. 2.

ſe

se excusare pōt. Quid enim dicit? Propterea furtum feci quia algebam, quia fame morie bar, quia ægrotabam. Superbus quid dicere potest? Ideo superbia maius malum est, quia excusationem non habet. Cętera vitia eis no cent, qui ea committunt, cętera superbia plus omnibus nocet. Hoc ergo dico, ne cogi
1. Ti. 3. tetis peccatum non esse superbiam. Quid. n. dicit Apostolus? Ne quis incidat in iudicium diaboli. Videtis ergo quomodo quicunque inflatur, in iudicium diaboli incidit. Hoc er-
Iacob. 4. go dico secundum quod scriptū est, Deus su
A perbis resistit, humilibus autem dat gratiam, vt omnia, inquit, peccata fugiamus maxime superbiam. Dico vobis quid agat qui per superbiam sibi sapiens videtur. Si quis vni de fratribus dederit consilium & dixerit ei: Frater non debes sic agere, non eum dignaē audire, quia se magis sapientem putat quam illum qui dat cōsilium. Et quid dicit in corde suo qui tibi videtur esse sapientior? Ego igitur non habeo consilium? Nun tu es sapientior me? Licet non dicat, tamen ex eo quòd contemnit consilium fratris, in corde hoc loquitur. Ergo hoc dico, Qui superbiam hēt, si ne causa habet alias virtutes. Habet virtutes, immo eas non habet, sed videtur habere. Qui enim hoc habet quod Deo contrarius est, quomodo potest habere aliquid quod Deo amicum sit? Superbia in monasterio fit. Si ieiunamus, erigimur, si orationem facimus, p peccatis, in superbiam erigimur. Aliquis ieiu nat pro peccatis suis, & pro peccatis suis pœ nitētiam agens in superbiam extollitur. Ideo
De mona sticorum & solitariorum superbia. c. 2. ieiunas, ideo oras, ideo præcepta facis, vt cō tra Deum facias? Monachus si superbus est, multum ei melius fuerat si vxorem duxisset. Ego simpliciter dico, & libera fronte hoc di co, quia quicūque superbus est, melius esset ei, & hoc ad comparationem mali dico, vt omnia alia vitia haberet, & ex malis suis in-
B clinaretur ad pœnitentiam, & non omnes de spiceret. Si autem post peccata ageret pœnitē tiam, vtique Dei misericordiam mereretur. Qui autem superbus est, omnium malorum habet principium, & non agit pœnitentiam, quasi iustus sit. Propterea superbia contraria est Deo, quia Deo non subiicitur. Sic enim se habet quasi iustus. Superbus non agit pœni tentiam pro malis, & gloriatur quasi pro bo nis. Hęc quare dixerim, & vos ipsi intelligitis, & aliorum ruinæ nostra debent esse exē pla. Propterea venim⁹ in monasterium, liber tatem seculi perdidimus, vt seruitutem Chri sti accipiam⁹. Deinde ista de fratrib. loquor, qui solent longius sedere a monasterio, non eis debet nasci superbia de exemplo. In cœno bio vixisti, placuit tibi vt maneres in decimo meliario, non propterea debes synaxim sanctorum fratrum contemnere, nec te ideo vilioré putes, si ad fratres veneris in ciuitates. Si necessitatem haberes, ires & videres mulieres, & si necesse habuisses, ires in plateas, rectęq; non ires, ad synaxim sanctorum fra- C
trum non vadis? O tu qui manes in secreto, aut melior es fratribus qui sunt in cœnobiis, aut peior es. Si melior es, veni vt eis exemplum vitæ tuæ tribuas, si aūt deterior es, veni vt discas quæ non scis. Superbia nascit, quando aliqs dicit se in secreto sedere, & fratres non dignatur videre, & visitare, & in superbiam erigitur. Hoc ꝓpterea loquor presente sancto fratre qui facit opera, vt hoc quod ego loquor, hūc sciatis opus facere. Deniq; multi sancti patres, qui vere patres sunt, qui regunt animas sanctorum, quando aliquos viderint iuuenes ire ad secreta, & ad cœnobium non venire, & in superbia esse, vadunt & vim eis faciunt, & adducunt eos, nō vt eis noceāt, sed vt tollatur eis superbia. Nec hoc propterea dico, vt illi qui manēt in secretis, & veniunt ad cœnobium, fratres visitant, ab his qui sunt in cœnobiis arguantur quasi sint impatiētes, nec quasi humiles. Nemo dicat de vobis: Ecce ille qui in eremo sedet, quia non patitur, venit: propterea venit vt superbiam deponat, propterea venit vt te ędificet, & non destruat: Videte qualis vitæ. Sic viuit in deserto, & tamen gloriam non habet eorum qui in deserto sunt. Deus itaque omnipotens omnia quę loquuti sumus orationibus sanctorum nos quoque implere fa
ciat. Nihil enim grande est dicere, sed facere: D
& si quid facere non possum & loquor, ideo loquor, vt qui potest facere, faciat. Qui habes aures audiendi, audiat in Christo
Apoc. 2. Iesu domino nostro, cui est honor, virtus & potestas in secula seculorum.
Amen.

DE BO-

DE BONO DISCIPLINAE.

LIBER VNVS.

De laude disciplinæ cap. 1.

MVlti sunt qui sanæ doctrinæ adversantur, iustitiam culpant, & disciplinam imperiū esse iudicant, ac rōnabilem castigationē superbiæ assignant, cum non sit imperium, nisi vbi aliquid iubet iniustū, nec sit superbia nisi vbi negligit disciplina. Disci
E plina igit magista est religionis, magistra verę pietatis, q̄ nec ideo increpat vt lædat, nec ideo castigat vt noceat. Deniq; mores hoīum
Prou. 3. irata corrigit, inflammata custodit, ita Salomone dicēte, Fili, ne deficias a disciplina domini, neque fatigeris cum ab eo increparis: Quem.n. diligit dominus, increpat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. Nihil ꝑ fecto est quod non disciplina aut emendet, aut saluum faciat. Quam si quis sapiēs apprehenderit, nec gratiam amicitiarū perdit, nec periculum damnationis incurrit. Nemo disciplinam irrationabilem putet, sub qua videt vniuersis quæ in cœlo, & sub cœlo sunt,
Prou. 8. verbo cooperante compositis omnipotētis Dei stare consilium. In principio enim operis suis, Deus nihil prius quam disciplinam fecit. Nam cum assistente sapientia, cœlū suspenderet terram pararet, maria cōcluderet, & suis locis, suisq; temporib. cursum solis luneq; globum disponeret, omnia sub disciplina constituit. Quid autem non esset tenebrosum, quid non incompositum, quod non haberetur absurdum, nisi constitutis legib. cuncta starent elementa? Nunquid sine disciplina agitur solis cursus? qui quanuis diurni itineris necessitatem infatigatus impleuerit, officium tamen suum matutinus occurrit, & se in parte cœli quotidie terrarum spa
F tia lustraturus ostendit. Tanta est disciplinę ratio, vt intra temporum metas lege conscriptas ita indefessi itineris alternis vicibus syderum cursus agitetur, vt nec luna defectionis suę damna effugiat, nec solem diurni luminis flamma restituat. Nunquid sine disciplina est, quòd tanti maris fluctus humili terrarum littore continentur, & in suo sinu frequenter incitata ventis altior aggere vnda concluditur? Omnia profecto insipiens natura confunderet, nisi mundum disciplinæ ratio gubernaret. Hæc ideo proposuimus dicere, vt discretis obedire euangelicis præceptis, & cœlestibus obtemperare mandatis. Quid autem rationalem animam, & ad Dei imaginem factam expediat, facile potest homo intelligere cum videt sacratis per voluntatem Dei constitutionibus disciplinę etiam elementa seruire. Audite Prophetam dicentem: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus, & pereatis de via iusta. Bene in G omnibus causis timor obtemperat disciplinæ, qui pro hoc ipso, quòd imminentes periculorum casus aut iras iudicum cauere nouit, potestatem cōseruandæ salutis obtinuit. Quid igitur adultero castum? quid furi esset tutum? quid latroni non peruium? Quis non expaueſceret concaua littorum, secreta syluarum? Quid non præsumptio possideret, nisi furorem animorum sub metu pœnæ disciplina compesceret? Ac nisi constitutus esset ordo viuendi, nunquam profecto finem poneret natura peccandi. Nihil est quod non gula suadeat, si gulæ disciplina consentiat. Nihil est quod non perdat luxuria, si amore vitiorum à te disciplina discedat. Nihil est quod non habendi cupiditate animus occupet, nisi auaritiæ vitium disciplina condemnet. Omnia sub metu disciplinæ vitia iacent. Iam non est in quo fides vnquam erubescat, si homo futurum Dei iudicium respiciat, & causam reddendę rationis intendat: nec est in quo vindex scelerum flāma desęuiat, si intuitu disciplinę, aut quæ sunt honesta cogites, aut quæ sunt pudēda castiges. Multi ibi nomen crudelitatis imponūt, vbi pro amore disciplinæ crimen admissi sceleris supplicio vindicatur latronis, cum sententia vindicantis iustis legibus seruiat, & non solum præsentibus, sed etiam futuris manum porrigat. Quis igitur non licite crederet se dēre peccare, si impudicis & impiis actib. iudex non prȩscriberet disciplinā? Videamus quid lex loquatur, Non occides, non adulterabis, non falsum testimonium dices. Hæ sunt disciplinæ legis, quibus etiam districtio sententiæ secularis obsequitur, impugnando turpia, resecando criminosa. Nam adiicit scriptura, iudex nō est vindex positus boni operis, sed mali, ita vt ēt vicariū pœnæ

Quod timor obtemperet disciplinæ Cap. 3. Phil. 2.

De disciplinis diuinis & humanis. Cap. 4. Rom. 13. Luc. 24. Rom. 13.

genus

genus exigat cum dicit, Oculum pro oculo, dentem pro dente. Sed istam antiquam sententiæ seueritatem facile vitare possumus, si flammas futuri iudicii cogitemus. Absolute autem docet Paulus Apostolus posse contẽni secularis arma iudicii, qui dicit, Si vis potestatem nõ timere, quod bonum est fac. Sed hæc non ocioſe tractanda sunt: nam cum de his terrenis potestatib. Apostoli doctrina cõmemorat, sensib. nostris cęlestis iudicii partes insinuat. Nam cum docet seruiendum seculi legib. admonet necessario hominem fu
I turis cauere temporib. Si vis, inquit, nõ time re potestatem, quod bonum est fac: Hoc est dicere, si vis futurum non timere iudicium, Declina a malo, & fac bonum. Ergo hãc primam constitutionis formã, quæ seculi legib. caret, cauere dẽmus, & vincere, vt possimus a nobis illud præiudicium perpetuæ mortis excludere. Quia quos ista temporalis nõ affligit pęna, hos illa in ęternum insatiabili tormentorum persequitur dolore. Nemo autẽ illum homicidii crimen euasisse ęstimet, quẽ excusatum secularis iudicii corrupti sententia absoluerit. Nec ille adulterii facin⁹ prętermissum putet, qa indulgentię lege deprehensus euasit. Nemo cũ sanam dexterã videt falsitatis reo debita iure supplicia iudicet fuisse cõcessa Defunctis corporib. salua sunt crimina, nisi fuerint prius apud Deũ lachrymarũ intercessione purgata. Expectat. n. reum suũ gehenna debitis armata suppliciis. Ad cõfusionem magis prętentis vitę, non ad absolutionem criminis pertinet authoritas sententiæ secularis. Illa ergo nobis sunt ante omnia cogitanda supplicia, vbi homo viuet durante pęna, vbi nec tormenta corpori, nec desunt membra tortori. Quæ tñ facile vitare possumus, si habenas disciplinæ teneamus, dicẽte Apostolo. Si vis non timere potestatem, bonum fac, & hẽbis laudem ex ea. Quis sapiens non ad hæc disciplinæ bona animum lætus apponat, vbi potest homo non solum criminis pęnam vitare, sed & gratiam laudationis acquirere? Audite Prophetam dicentem: Apprehendite disciplinam, ne quãdo irascatur dominus, & pereatis de via iusta. In hoc loco ad illos puto pertinet ista sẽtẽtia, ad quos nondum disciplina peruenit, qui adhuc in deuiis morantur, capti antiquo superstitionis errore. Probantur enim sub lege nunquã vixisse, qui admonentur vt apprehendant studium disciplinæ. Sequitur in hoc psalmo, Ne quando irascatur dominus & pereatis de via iusta. Igitur si illos Propheta statuit reos, ad quos disciplina nunquam peruenit, quid de illis iudicandum putamus, quos disciplina destituit? Inter vtrorumque actus authoritas propheticæ lectionis incusat minorẽ plane culpam, non peruenisse ad disciplinam, quam legem disciplinæ respuisse. Ecce dicit Propheta, Qui spernit disciplinam, odit animam suam. Et vere vt dixit ita est: nam hostis est & inimicus animę suę qui spretis disciplinę monitis, diabolis occupatur officiis. Dicunt aliquãti disciplinam satis duris legibus constitutam. Loquãtur ista satis miseri, quos ad omne facinus ille diabolus author mortis inuitat, quorum mentes insatiabiles gula possidet, super quos regnat ebrietas, quos turpis luxuria captiuos tenet, & à quib. nunquam superbia ingrata discedit. Illis autem quibus est studium honeste fidem seruare cõtinentiæ, humilitati pietatique seruire, dulce disciplinæ onus est, & leue iugum domini, quod non grauat, nisi aut perditos, aut perituros. Erubesco dicere in confusionem humanæ negligentiæ, quare apud aliquantos parum proficiat disciplina, cum videamus pastorale magisterium etiam apud muta animalia non perire. Doceant nos & seruare ordinem disciplinæ tam dociles equorum animi cum in gyrum ducti fluxuosis gressibus membra componunt, & sub vnius habenæ retinaculo ita laxari se consentiunt, vt & curendi & standi modus sub quadam legum dispositione seruetur. Ita quos natura numero diuidit, studio disciplinæ coniungit. Videte quam fortia boum corpora plaustro subiaceant, quæ intantum imperio animum parant, vt tumentia naturaliter leui iugo colla supponant. Ita disciplinæ constitutionibus seruiunt, etiam quæ in feritate nascunt. Vnde miror aliquoties hominem, cui inest sapientia & intellectus prudentiæ, passim præcepta disciplinę negligere, cum videamus, mutum animal vitia cauere, iussis obtemperare, imperio deseruire, atq; ita ad omnem obedientiam aĩam aptare, vt cum opus fuerit, armatis legionib. occurrat, & hostilib. se telis iussum obiiciat. Audite in hoc loco Prophetam dicẽtẽ: Cognouit bos possessorem suum, &

asinus

Q. timore obtẽperet disciplinæ. Cap. 3. Phil. 2.

De utilitate disciplinæ, & quib. nel

K leuis exilitas nel dura. Cap. 5. Rom. 13. Psal. 2. Sapien. 3

De diuina & humana. Cap. 4. Rom. 13. Luc. 24. Rom. 13.

De disciplina in brutis, qua hoĩes non nulli carẽt. c. 6.

Esa. 1. asinus præsepe domini sui, Israel autem me
Quōdomi non cognouit. Vereor dicere, ne nostram ne
nus uel in gligentiam pulset ista sententia. Non autē co
ueniri pos gnoscit dominum, qui conditionis suæ non
sit vel cognoscit officium. Ostendam sane quomo
agnosci. do dominus possit aut inueniri, aut cogno-
cap. 7. sci, si tamen est animus videntis. Si vis videre
Mat. 25. dominum require mēdicum, respice ad pau
Mat. 2. perem suscipe peregrinum, visita infirmum,
curre ad carcerem. Si vis videre Deum vin-
cula captiuitatis absolue, nodos iniquitatis
incide. Audi de hoc dominum dicētem, Esu-
A riui, & dedisti mihi manducare: sitiui, & de-
disti mihi bibere, hospes fui, & suscepistis
me, nud⁹ fui, & cooperuistis me: infirm⁹ fui,
& visitastis me: in carcere erā, & venistis ad
me: moneo itaq; ne despicias nudum, ne cæ
co manum subtrahas, ne inuolutum pannis
contemnas. In hac enim veste primum do-
minus cum a Magis quęreretur inuentus est.
Et quia de disciplina fecimus mentionē, sub
qua fides Christiana viget, necesse est vt om-
nia in aures vestras vitæ ornamenta deferan-
tur, vt intelligat vnusquisque parum sibi pro
desse conuersationis famam, nisi in contem-
De uita ptu mundi amauerit disciplinam. Ergo cui
religiosa studium est Christum colere, prius cordis et
& bona corporis suscipiat indumenta. Omnis igitur
fama. c. 8. vita religionis professa integritatis debet fa-
mam sentire, ne quem expectat corona vir-
tutis pudoris damno feriat. Corporis integri
tas vitam muniat, integritatatem fides incon
taminata, custodiat, vt manente vtriusq; par
tis beneficio, immaculatum hominem faciat
regnare cum Christo. Sed in hoc solum con
stat cōuersationis nostræ ratio, vt boni sim⁹:
Laborādum igitur illi ante omnia est, vt qui
bonitatem sequitur, bonus esse iudicet. Nam
quamuis homo purum corpus immaculatū
B que custodit, laceratam vitā ad Deum por-
tat, cuius actus vultum infamat, licet sciam⁹
conscientiam solam bonis actibus posse suffi
cere. Sed quanto melius est vt semper de te
bene sentiat qui circa ianuam tuam vanis su
spitionibus frequenter ægrotat? Insitum est
enim naturaliter vulgo, vt de bonis semper
male iudicet. Sed tu qui curam bonæ famæ
colis, studio tuo gratiam integræ opinionis
acquire. Vita ergo nostra ita sit lucida, vt sit
omnibus nota. Integritas religioni, pudor
seruiat humilitati. Quem amor tenet seruan
dæ integritatis, ante omnia falsi ad se famam
nō admittat erroris. Magnum est quidem &
glorioſum, & vsque ad cęlum omnium ore
proferendum, nunquam actibus locum de-
disse, sed multo fortius est nunquam falsis su
spitionib. laborasse. Quid enim tibi prodest
sobrietas, si vitia ebrietatis exerceas? Quis te
non ebrium iudicet, si inter effluentes vino
calices saltantium gyros imiteris? Quis te ca
stum putabit, si te viderit meretricum fabu-
lis mixtum senico sermone compositis, aut
loquentem turpia, aut inhonesta resonantē?
Laudo quidem conscientiam castitatis in te,
C sed odi colloquium meretricis. In quo loco
Quōbona fortasse dicat tibi aliquis: Sufficit mihi pura
sufficiat cōscientia conscientia. Quantum ad innocentiam perti
Cap. 9. net tibi soli sufficit. Sed prouidendum est, ne
Mat. 18. facilitate tua alter peccet, & alienum pecca-
tum in te redūdet, iuxta illud quod dicit scri
ptura, Væ illi per quem scādalum venit. Quā
uis autem pretioso serico corpus vestias &
niueo vellere membra componas, non sine
macula diem transigis, si camini ardētis ore
contigeris. In omni igitur actu tuo vitam
tuam disciplina comitet. Si vis placere Chri
sto, elabora vt professionem tuam fides adiu
uet, fama commendet. Præcedat vos patien-
tia humilitatis socia, assistat pudicitia inte-
gritatis magistra, fugiat cupiditas, erubescat
ebrietas, luxuria actus suos lugeat, superbia
confusa discedat. Quicunque igitur est qui
festinat Deum agnoscere, sub hoc disciplinę
ordine Christum poterit inuenire. Multa
quidem erant adhuc dilectissimi, quæ
disciplinæ ratio suadebat aperire,
quæ interim putauim⁹ dif-
ferēda, ne ociosis auri
bus fastidium pa
reret longa
nar-
D ratio. Sane ne quid in
hoc opere
sub
traxisse videamur, elaborauimus
vt ea quæ religiosis actibus
competunt sequen-
ti tempore
desidere
mus.

DIVI

DIVI AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi De visitatione infirmorum.

LIBER PRIMVS.

De lacrymarũ ꝛperantia. Cap. 1.

VIsitationis gratia nepoti meo charissimo morienti extremum vale dicturus hesterna die processi, sed tactus dolore cordis intrinsecus, non sine quantulacunque oculorum humectatione, vix in verbum aliquod tandem ora singultuosa resolui, vnde nec digna me, nec digna se satis proferre potui. Si enim quod omnium est casus, animus dolore non minimo affectus, verba attemperaret, ipsa verborum attẽtatio lachrymarum esset augmentatio. Parcebã itaque verbis, vt pacerem lachrymis. Nõ consolatorias siquidem effundere lachrymas, effœminatorum est: porro nullas, cum gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus iubeamur, & inobediẽtia & inhumanitas est: Nam & lachrymatus est Iesus. Plorabo igitur mi nepos dilectissime, ne si inobediens & inhumanus sum, nõ sim imitator saluatoris mei Iesu, temperabo quoque mea lachrymis, ne nimis videar effœminatus. Tu quoque quia viam vniuersæ carnis nepos amantissime ingredi festinas, quò visurus es patentes tuos, Patriarchas sanctos, omnium etiam summam beatitudinẽ. Ad tanti igitur itineris ne deficiat in via subsidium, grãde viaticum tibi est necessarium. In muro ciuitatis supernæ opponendus es lapis viuus, in cuius ædificatione non auditur strepitus aut malleus. Hic perferẽdus est strepitus, hic adiiciendus est lapidi malleus, hic conterendum est totũ lapidis quadrandi superuacaneum, strepitus sit peccatorum tuorum recordatio, super quib. superstrepet in aure sacerdotis humillima tua cõfessio, iuxta illud Apostoli Iacobi, Confitemini alterutrum peccata vestra. Malleus sit pœnitentia cordis plus quam pectoris percussio, quę vtraque dum adhuc aliquantulum in hac vita præuales, ita modificentur, vt in ædificii Dei appositione necessaria habeantur. Nam quo vadis? Ad vitam. Per quam viam? Audi Deum dicentem, Ego sum via, veritas & vita. Non potes errare, Christus via est. Nõ potes falli, Christus veritas est. Non potes non viuere, Christus vita est. Per Christum viam vadis ad Christum veram vitam: Christus via est, tu viator: Christum viaticum porta, conducet te ad seipsum via, veritas & vita. Sed quomodo inuenies viam istam, quomodo inuenies viaticum? Christus Deus est, Deus autem vbique est. Si Deus vbique est, & in te est, post te est, ante est, & in circuitu tuo est, Dei omnia plena sunt: ne longe Deum arbitreris, vbicunq; quæsieris, ipsum inuenies. Si ascenderis in cęlum, illic est, si descẽderis in infernum adest. Si assumpseris pẽnas tuas diluculo, vt habites in extremis maris, etenim illic manus sua deducet te, & tenebit te dextera sua. Deus igitur vbique est. Hospitem Deũ habes, hospitium acceptum fac hospiti tãto, & tunc securus dices hospiti tuo, vt in eundo deducat te, & in deducendo conducat te, in conducendo perducat te, & in perducendo hospitetur te. Dico tibi, si sibi gratum exhibueris hospitium, gratum & gratius exhibebit tibi hospitium suum. O quam beatus eris si hospes Dei fueris, si in ciuitate sua cęlesti, s. Hierusalem, mansionem acceperis. Si Deus in die aliqua tibi gratias agens dixerit: Hospes fui, & collegisti me, & quandiu fecisti vni ex minimis meis, mihi fecisti? Veni benedicte patris mei, percipe regnum. Erraueram equidem, quoniam pro hospitio tuo hospitium Dei promiseram, ciuem iam cõscriptum, immo iam conregnantem hospitem vocaueram. Non promittit tibi Deus hospitium, promittit regnum, regnabis cum Christo, eris hæres De, cohæres aũt Christi. Sed ad tantam fęlicitatem adipiscendam prępara-tio multifaria tibi charissime est necessaria. De confessione & pęnitẽtia superius breuiter notatũ est, Cõfiteri & pęnitere, à malo est declinare. A malo declinare, quodammodo bonum est. Sed audisti. Declina a malo, & fac bonũ. Bona est a malo declinatio. Sed necessaria est ad bonum faciẽdum festina & efficax exhilatio. Hilarem enim datorem diligit Deus. Et quid est bonũ facere? In publico est boni faciẽdi regula. Enarrat sibi bona impẽsa doctor docturum ita dicens: Hospes fui, nudus, & in carcere sitiens & esuriens, & ministrastis mihi. Et id mihi fecistis quã diu ex minimis fecisti. Grãde bonum quod cum fit

C Quãbona sufficiãs cõscientia Cap. 9. Mat. 18.

cap. 2.

Iacob. 5.

Ioan. 14.

De operũ misericordiæ meritis. ca. 3. Mat. 25.

2. Co. 9. Mat. 25.

fit in pauperes, redũdat in Deum. Sed in pauperes largitio non est totius boni exhibitio,
1.Co.13. Dicit apostolus, Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatẽ autem non habuero, nihil mihi prodest. Ergo totius boni summa est charitas. Distributio facultatum tuarum in pauperes, nisi ex radice charitatis procedat, in Deum non redundat. Deus charitas est, quod ex Deo procedit,
1.Ioan.4 in Deum redundat, quod in Deum non redundat ex charitate non procedit. Ex Deo igitur processio, & in Deum redũdatio, Dei
Tob.4. dona sunt. Distribue igitur tua, sic in pauperes, vt in Deum distributio redundet. Sed qd
H distribues? Forsitã deest quid distribuas. Audi Tobiam, Fili, si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si autem exiguum, etiam illud exiguum impertiri stude. Si dederis alicui calicem aquæ saltem frigidæ, non perdes mercedem tuam. Sed forsitan & aqua deest, sed habes quod distribuas, habes teipsum, da teipsum Deo, & habebis ipsum Deum. Quomo
Esa.38. do dabis te Deo? Dispone domui tuæ, quia morieris tu & non viues. Fositan domũ non habes, dispone tibi, si non disponis domui. Qualis erit illa dispositio? Dilige Deum, & diliget te Deus. Assume pennas cum quibus ad
De Dei dilectiõe, & correptionis utilitate. cap.4. Deum euoles. Pennæ quibus euoles sunt dilectio Dei & proximi. Dei & proximi dilectio, apta tui ipsius est dispositio. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. De dilectione Dei quid dicam? Diliges dominum Deum tuum
Leui.19. Rom.13. Deut.6. ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis. Diligat Deum oculus tuus, os tuum, manus tua, pes tuus, omnis sẽsus tuus. Quicquid dilectionis in te est, tu totus dili-
I gas Deum. Hæ sunt duæ alæ, quibus euoles ad cœlos, transueharis ad sanctos, inseraris inter angelos. Si ociosa sit manus ab opere, pes a deambulatione, sed nunquam sancta anima vel mens timens Deum, vacare poterit a dilectione. Sed dicis, Diligo Deum. Bene, vtinam sit in re quod ꝓmisisti sermone. Dilectionis Dei probatio, mandatorũ ipsius est completio. Operum suorum voluntaria completio, amare quod amat Deus, ardenti desiderio amplecti quod facit Deus. Si igitur Deum diligis, quod facit Deus diligis. Et si quod facit Deus diligis, disciplinam Dei flagellantem te diligis, flagellum Dei sustinet, tusi laboras, pulmone deficis, cibum stomachus respuit, phtisi decoqueris, vinum fastidis, dysẽteria sauciaris, multimodo morborum genere afficeris. Sed & hæc, si oculũ habes, si cordatus es, Dei tota sunt. Disciplinam patris ne abiicias fili, Nemo filius quem non corripit pater, sed noli deficere a disciplina domini, & ne fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Vis
Pro.13. Heb.12. Co.2.12. scire, quia infirmitas corporis salutem animæ parturit? audi dominum Apostolo respondentem: Virtus in infirmitate perficitur: ac si dicat, Complectere quam pateris infir-
K mitatem, quoniam ita proficies de virtute in virtutem, si in infirmitate virtus augmentatur. Virtus autem est salus animæ, infirmitas corporis: quandoquidem per virtutem animę paritur salutem. Donum Dei est: Non enim est aliunde nisi ex Deo salus animę. Flagellum ergo Dei ne contemnas, sed flagellatus dic Deo gratias. Dilige corripientem, dilige corrigentem, dilige arguentem. Non in furore, non in ira, sed in misericordia aperi pulsanti, deuotus est vocanti, gratias age miseranti, redi ad te, cogita parumper, cogita de Deo, pensa si potes, quoniam super omnia opera sua ipsius miserationes, ipse Deus est, ipse iudex est, nec te vult dãnari, nec vult te male iudicari, vult tui misereri, flagellat in
De misericordia Dei exultatio. c.5. te misericorditer qui in eum deliquisti pertinaciter. Deus meus, Deus meus audebo dicere, pace tua dicam, quoniam magno repletus gaudio: In quodam ecstasis tripudio de te præsumendo dicam, nisi quia Deus es, iniustus esses, quia peccauimus grauiter, inhæremus peccato pertinaciter, gaudemus de
L peccato, post peccatum ambulamus, extẽso collo peccatum nostrum prædicamus, nec abscondimus, & tu placatus es: nos te prouocamus ad iram, tu autem conducis nos ad misericordiam. Nos irritamus te ad furorem, tu autem differs vindictam. Iuxto exterminio punire poteras peccantes, subuertere negligentes, & patientia tua expectat vt corrigamur pœnitentes. Deus meus misericordia mea. Nunquid non hæc est iniustitia?
Rom.9. Sed nunquid iniustitia apud Deum? Absit. Quòd enim sustinet Deus, iudex iustus patiẽter, ꝙ iusta seuerias flectitur misericorditer, totum Deus est. Neque enim aliter Deus esses

esses nisi flectereris, nisi patereris, nisi misereris, nisi Deus esses. Quodcunque igitur facis, tuum est. Fac igitur Deus quod facis, quia quod facis tuum est: quod tuum est, bonum est: quod igitur facis bonum est, Deus meus misericordia mea. Tu igitur chare mi, ad modicum migraturus de mundo, tantam & tam ineffabilem benignitatem domini Dei tui ne spernas, flagellum ipsius gaudenter suscipe: Flagellat in te quod nescis, nec iniuste: iusta enim sunt ipsius iudicia morbus hic corporis, medicina est spiritalis. Porro recognita quod morbus tuus, vt aiunt medici, est incurrabilis, & tecum reuolue, quoniam si contra Deum præsumpseris murmurate, & morbum velis nolis, sustinebis, nec murmurando sanaberis, imo anima debilitaberis, dū contra Deum tuum, patrem tuum, medicum tuum, magistrum tuum mansuetissimū & tranquillissimum, in ipso flagello pacatissimum, qui nunquam iratus est cum iratus est misericordię recordabitur, murmuraueris. Meis igitur acquiesce consilijs, & quandoquidem murmurando duo mala sustineres, pacificus esto, & grauamen corpora le fac tibi antidotum spiritale: Non enim si in flagello vis Deū recognoscere, corpore & anima flagellaberis, non enim flagellat Deus bis in idipsum. O quam iucundo pectore, quam lęto corde, visitationē diuinam debes prœoptare. Certe si corpore totus prævaleres, infirmitatē medicinalē a Deo debueras votis omnibus expetere, ne sanitas corporis infirmitas esset animę metuere. Nihil aliud scio, sed quia infirmaris, vtiliter debes gaudere, quia iuxta est vocatio diuina: Debes ei totis nisibus lętus adhęrere. Eia si episcopatū aut honorem alium, aut sanitatem infirmis optabilē tibi concesit Deus, nonne oī gaudio illud donū Dei susciperes? Certe maiori exultatione & affectuosiori voluntate, cum gratiarum etiam actione hāc Dei animaduersio nē debes tibi vnicam habere, quia & hoc vtilissimum donum Dei est. Porro si de vitæ istius naufragio, deque compendiosę mortis comparando commercio cogitares, quā inenarrabiliter viuere fastidires, quam festinanter mori in domino concupisceres, Beati enim mortui qui in domino moriuntur. Nā ut collationem quandam breuiter faciamus, conferamus si placet de vita præsenti, quę inium dolorum est, & quasi per amicum litigium quid potius appetēdū sit, male uiuere, an bene mori, discutiamus: nam bene uiuere præsenti: aliter nemo potest Omnis. n. hō mendax: Et Apostolus homo prę cęteris hominibus uidens aliam legem in membris suis legi mētis suę repugnantem, cupit dissolui & esse cum Christo. Et scimus quia oīs creatura ingemiscit & parturit, vsquequo liberetur à seruitute corruptionis per eū qui subiecit eā in spe. Deniq; quis numerare pōt præsentis vitę molestias? Esurire, sitire, calere, lassari, & innumerabilia ex ipsa consuetudine nobis domestica sunt: tamen initium dolorum hęc. Sed ut altius reuoluamus q̄ intra nos sunt, cupere, amare, odire, fornicari, adulterari, occidere vel occidi, rapere, furari, non ne inimicę passiones nobis sunt, tamen quis immunis, quis liber est ab his omnibus? Et quis tot & tantarum obnoxius passionum, immunis, a peccato? Et quis viuens sub peccato, bene viuit? Ergo male viuit omnis homo, & peccatum malum est. Denique audenter pronuncior, quia principium vitæ hominis initium dolorum est. Fuere philosophi hoc non ignorantes, qui in ortu puerorū lugebant, in morte autē gaudebāt: hoc significantes, quia hō ad laborē nascitur, ad requiē autē moritur. Sanctus etiā Dauid & de ortu & de vita filij, quam de Bersabee susceperat, intantum est contristatus, vt dum puer adhuc viueret, lugens & incęnatus maneret, mortuo autē puerulo & gauderet & cęnaret. O mors desiderabilis, ò mors omnium malorum præsentium finis, ò mors laboris clausula, quietis principium, quis excogitare queat tuarum utilitates beatitudinum? Nā male mori, Christianorum non est: bene autem mori, cum Christo uiuere est. Et quis ipsius beneficia sufficienter expediat, qua hominem Christo cōglutinat, quę ut dictum est, finis malorum est, nutrix initiumque securæ fœlicitatis est. Valeas mors mi dilectissima, confiteor si possem libenter te complecterer, libenter te gustarem, ultro subirem: & testor, quia omnis mea cogitatio, & Epistolę præsentis frequentata lectio instigat me ad tui dilectionem, tā tum ne intempestiua uenias. Tu autem caro mea & os meum, & quem Epistola mea uisitat, quam & extremam moriturus accipis, de hac eadem Epistola, & de alijs quæ in te

M Consolatio morituri ex mortalis vitæ miseria, & mortis multimoda vtilitate. c 6.

Pro. 13. Heb. 12. Co. 2. 12. K

De misericordia Dei exulcera. c. 5.

L

A

Rom. 9.

Apo. 15.

Ps 115.

Rom 7. Phil. 1. Rom. 8.

B

2. Re. 12.

C

Quod infirmo oratio sit necessaria.

sunt exemplaribus, cõsolationem accipe, ne in extremo positus, tanquam desolatus ad curiam Dei tui venias. His omnibus expletis oratio tibi est necessaria, ergo Deum alloquere, & nihil secus egeris de ipso securus ita affare: Deus meus, misericordia mea, refugiũ meum, te desidero, ad te venire festino, ne despicias me sub tremendo discrimine positũ, adesto mihi propitius in meis magnis necessitatibus: non possum me redimere meis operationibus, sed tu redime me & miserere mei. Diffido de meis meritis, sed confido de miserationibus tuis, & plus confido de tuis miserationibus, quam diffidam de malis
D actibus meis. Tu es spes mea Deus meus, tibi soli peccaui, mea culpa: Qui fui tibi charus ad redimendum, non sim vilis ad perdendum, & nunc ad te venio qui nulli dees: cupio dissolui & esse tecum. In manus tuas cõmendo spiritum meum domine: Respice in me domine Deus veritatis, & præsta mihi Deus meus, in pace dormiam & requiescã: Qui in Trinitate perfecta viuis & regnas Deꝰ per omnia secula seculorum, Amen.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

DE VISITATIONE infirmorum.

LIBER SECVNDVS.

Cap. 1.

SVperioris tractatus cursum me clausisse putaueram, cum quidam de fratribus illum accipiẽtes, ipsi attentius inhęrẽtes, accurate collaudauerunt, & sicuti testabant pro alia vtilitate sui gratanter relegerunt, & eum communi decedentium a seculo consolationi necessarium iudicauerunt: ego autem fraternum gaudium meum existimans, ita illud complexatus sum, vt in ipsorum lętitia mihi meum complaceret opusculum, & quod ipse impræmeditatus dictaueram, solitario peragerem scrutinio. Erant autem quæ scripta fuerant, simpliciter, sed vt reor catholice dicta. Vnde & dictorum simplicitati propter fratrum beneuolentiam qui iam ita laudauerunt, peperci, Ipsi autem licet volumen esset paruulum, Visitationem
E illud firmorum appellauerunt: ego autem superiora vti erãt, manere passus sum. Sed quo niam Epistolari studueram breuitati, quædam prętermiseram quæ ad eandem infirmi visitationem necessaria fuissent. Ea ergo quæ compendij gratia prętermiseram, nec non & ea quę super idem negocium a me postea requisita sunt, stylo subsequenti commendaui. Erant quoque ordine præcedentia, sed ipsa præpostauerit ad alia tendendi non inutilis velocitas, Mi charissime recessurus a nobis, te etenim compellit dies vltima, fidelis esto fine fide. n. nõ potes placere Deo: neque enim infidelis Deo est acceptabilis. Sunt ergo de Deo multa credenda, ad salutem animę necessaria. Sacramentis igitur diuinis fi-
F de, plusquam verborum argumentatio adhibenda est: Neq; etenim singillatim de Deo credenda per rationis argumenta possumus comprehendere, possumus autem & debemus credere: nã neq; de Deo loquimur, quin a nobismetipsis aliquantulum mente exceda mus. Vbi igitur est mentis excessio, idonea est fidei successio. Mirabile ergo illud de Trinitatis vnitate, de vnitatis deifica Trinitate, sacramentum magis est credendũ quã exponendum. Enimuero credatur sacrę scripturæ testimonijs. Sunt & alia de Deo filio, quasi nobis propinqua & contigua, & ex ipsa sui propinquitate & contiguitate nobis familiaria, & ex ipsa familiaritate delectabilia. Delectabile quippe est homini & salutare mortẽ ti, loqui & satiari & humanitate Christi. *Ioan. 1.* Quod enim verbum caro factum est, & habitauit in nobis, hominis est: q̃ homo Deus factus est, hominis est: vtrunq; igitur hoc ineffabile sacramentum hominis sit. Quoniam ergo infirmus hois intellectus ex sui ipsius humanitate ponderosa hebetatus, videns nunc per speculum in ęnigmate, Dei non potest diuinitatem vt dignum est comprehendere, ad illam quę est, Christi humanitatem, oculum suum intellectualem reflectat. In illa delectetur, ex illa quoque satietur, ad ipsam faciem suam conuertat, sicut de Ezechia dictũ G est. Conuertit Ezechias faciẽ suam cũ lachrymis ad parietem. Paries Christi humanitas est. Vnde ita Salomon. En ipse stat post parietem nostrum. Diuinitas ipsius videlicet ad nullum deflexa vel deflectenda peccatum, sub carne nostra latitabat: Nam & in terris

De credibilitate fidei faciẽda habenda ab infirmo, & de spe reponenda in Christo. Cap. 2.

Gen. 32.

Act. 9.

Esa. 9.

4. Reg. 20. Cant. 1. Psal. 8. Rom. 8.

visus est, & cum hominibus conuersatus est. Ad hunc reuera patientē Ezechias sub mortis articulo, quem ei Prophēta per spiritum
Gen. 32. prædixerat, faciem conuertit & ita cōualuit. Hac valetudinis expectatione tandem securus Iacob ita tripudiat: Vidi dñm facie diuinitatis, in qua erat Deus, ad faciem humanitatis, quā erat assumpturus, & sic salua facta est anima mea. Huius incarnationis desiderio flagrabant omnes sancti. Quippe quibus
G erat manifestum non aliter posse saluari genus humanum, nisi per filium Dei incarna-
Actor. 4. tum. Non.n. est in aliquo alio salus, nec est nomen aliud sub cęlo datum hominibus, in quo oporteat hominem saluū fieri. Ad hunc igitur parietem nostrum mediatorem nostrum conuerte faciem tuam familiarius, ꝙ
F tium est, aggredere securius, scit compati tuis infirmitatibus, qui factus est tuæ infirmitatis participando consocius, prērogatiuam nostræ carnis in cęlos euexit superius, quia exaltatus est super cęlos homo Deus, participatus est nostræ humanitatis, vt nos participemur suæ diuinitatis. Aude igitur fili mi de homine tuo Deo facere quoddam participiū, quia prior fecit Deus de homine tuo pūro sibi participium: ex diuinitate processit saluatio, & ex humanitate redēptio, vtrunque tñ ex vtroque. Sed quod meum est, & ꝙ ex me mihi quadam agnatione & cognatione, & quadam secreta affectione conglutino, quodam proprio iure consanguinitatis mihi vendico. Tutius & iucundius loquor ad meum Iesum quam ad aliquem sanctorū spirituum Dei: plus debet mihi Christus quā
Esa. 9. alicui cœlestium spirituum. Quod tu es, fieri dignatus est Deus, non factus est quod est angelus: & si sit magni consilij angelus, te exaltauit super angelos, tu etenim iudicabis angelos. Nollem habere locū angeli, si possem habere locum debitum homini. Ad cu-
H riam Dei sui, Dei tui, præcesit Deus tuus, homo tuus, tunica tua, tunica polymita, quam sibi decentissime coaptauit, indutus illa, assiduus interpellat pro nobis non iam ab angelis minoratus, imo gloria & honore coronatus, & super opera manuū Dei constitutus.
Psal. 8. Rom. 8. Quę igitur habes intercessorē habes mediatorē, constitue tibi propitiū adiutorem. Et si Deus pro te, quis contra te? Firmiter igitur & fideliter credenda est Dei incarnatio, passio & resurrectio, & super cęlos ascēsio, nec non & tuiipsius futura reformatio. Hæc fili mi fides tua habeat, perscrutetur & teneat cor tuum, nihil dulcius sapiat, os tuum auda cter confiteatur & concinat. Corde etenim creditur ad iustitiā, ore aūt confessio fit ad salutem. Et licet hæc sufficere valeant ad salutem, tñ sunt quædam exteriora signa pigritantis & fidei aliqñ excitatoria, & quasi quādam compunctionem penetralibus suis figentia, quæ & Christianitatis religio vult ob seruari, & amicorum ad infirmos conuenię tium deuotio gaudet adimpleri. Hęc & tu fili mi non negligas, erunt siquidem & tibiipsi salubria, & mihi charisq; tuis consolatoria. I
Habent siquidem Christianorum arcana illius dominicæ crucis quasi quoddam venerabile monimentum, ꝙ de crucis ipsius imaginatione crucem cognominant, ꝙ & nos omni veneratione dignissimum fatemur, & ad recordationē crucifixi nostri veneramur. Adijcitur etenim super crucē quædam hominis imbi patientis imago, per ꝙ salutifera Iesu Christi nobis renouatur passio: hanc complectere humiliter, venerare suppliciter tamen hæc ad memoriam tibi reduces.

Nec Deus est, nec homo, præsens quam
cerno figura:
Sed Deus est & homo, quem signat sacra figura,
Verus homo, verusque Deus, tamen vnus
vterque:
Probra crucis patitur, mortem subit & sepelitur:
Viuit idem, crucis hæc per signa triumphat
ab hoste:
Id notum vobis crucis huius litera reddit:
Scilicet ipsius nota sunt crux & crucifixus:
Hanc & ego veneror, Iesum quoque semper adoro.

Tu autem bone Iesu, qui pro me pendens ita passus es, misereri mihi digneris & præsta vt qui mihi mortuus es, & ad hoc mortuus es, vt mundo moriens, tibi viuam bone Iesu. Nec prætermittendum est illud Apostoli Iacobi præceptum. Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, vt orent K
super eum, vngentes eum oleo sancto in nomine Iesu, & oratio fidei saluabit infirmū. Ergo sic roges de te & pro te fieri, sicut dixit Apostolus Iacobus, imo per Apostolū suū,

Rom. 10. De consolatio infirmi ad passionis Xpi memoria lia. c. 3.

De sacramentis in firmo suscipiēdis. Cap. 4.

dominus: Ipsa videlicet olei sacrati delibutio, intelligitur spiritusſãcti typicalis vnctio. Illud etiam viuificũ dominici corporis supplementũ ſuſcipere fili mi non renuas, quin potius illud auidiſsime quæras, fideliter comedas. Cibus ille etenim incomparabilis, ineffabilis, viaticum tibi erit ſaluberrimum, redemptionis tuæ pretium, redemptionis monimentum, & redempti munimentum. De confeſsione ſuperiori tractatu te breuiter cõmonere feci, quod vrgebat me ad alia tendẽdi curioſa neceſsitas. Nunc quoque deeodem confeſsionis capitulo, recapitulationẽ compendioſam facere diſpono. Sunt quidam qui ſufficere ſibi ad ſalutem autumant, ſi ſoli Deo, cui nihil occultum eſt, quem nullius latet conſcientia, ſua confiteantur crimina. Nolunt enim aut erubeſcunt, ſiue dedignantur oſtendere ſe ſacerdotibus, quos tamen inter lepram, & lepram diſcernere per legislatorem conſtituit dominus. Sed nolo vt ipſa decipiaris opinione, quatenus confundaris confiteri coram domini vicario, tabeſcens præ rubore, vel ceruicoſus præ indignatione: nam ipſius humiliter ſubeundum eſt iudicium, quem dominus ſibi non dedignatur vicarium. Ergo ad te venire roges ſacerdotem, & fac ipſum conſcientiarum tuarum penitus participem. Non ſeducat te ſomniantium illa ſuperſtitio quæ in viſitando confirmat, quia ſaluat ſacerdote inconſulto ad Deum peccatorum confeſsio. Pſ. 136. 1. Co. 10 Nos autem non abnegamus quin ſit ad Deũ frequenter referenda confeſsio peccatorũ. Beatus etenim qui tenebit & allidet paruulos vel maximos ſuos ad petram. Petra autem Chriſtus eſt. Sed teſtamur, & teſtatur illud ſana doctrina, ne tibi applaudentium faueas auribus quoniam prius eges ſacerdotis qui mediator ſit ad Deum tuum ſalubri iudicio, alioquin & ſub lege & ſub gratia: Ite & oſtendite vos ſacerdotibus, reſponſum diuinum, quomodo conſummaretur? Confitemini alterutrum peccata veſtra, quomodo compleretur? Ergo cicatricum tuarum arbiter Dei vice, dominus adhibeatur presbyter, & reuela ei vias tuas, & ipſe tibi exhibebit antidotum reconciliationis. Neque quidem, ſicuti quidam faciunt, cum quadam calliditate alloquaris presbyterum, quoniam talis allocutio tuiipſius foret deceptio. Accedunt ſiquidem deceptioſi ad ſacerdotes, ita eis præſentibus confitentes: Ego peccator, domine ſacerdos, peccaui periurando, adulterando, fornicando, hominem occidẽdo, mentiendo, ſacrilegium committendo, furando, rapiendo. Hæc omnia commiſi, mea culpa, vel opere, vel voluntate. Ita iſti Deum irridentes, cum tamen non irridetur, confitentur quę non fecerunt interpolantes, reuelata velantes, vt ſit idem in eodem peccatum denudaſſe, & denudatum obumbraſſe, de quo ſacerdos tunc incertior recedit, cum certa incerte audierit. O quam bene & iuſte huiuſcemodi verſutijs ſacerdos ille cõſuleret, ſi his omnibus quæ audiuit, iudiciũ ſuum apponeret, & quaſi reum de omnibus competenti correctione mulctaret, qui ſe de omnibus nihil excipiens, nihil ex nomine detegens, ſemet infamando aggreſſus eſt, bona quoque inordinate diſpenſauit, & tunc non erat his locus, & temperatior locus eſſet quo generalem morbum medico detegere debuiſſet, ſi prius vulnera, liuores, plagas tumentes ſibi ſingillatim, prout grauius viſceribus inſtabant, euiſceraſſet. Tu vero fili mi, non ita facies, quoniam ſaniori conſilio crediturus es. Aſtantem coram te ſacerdotem angelum Dei exiſtima. Labia quidem Malac. 3 ſacerdotis, ait Malachias, cuſtodiunt ſcientiam, & lege requirunt ex ore eius: Angelus enim domini exercituum eſt. Et cum qua & Deum & angelum eius decet reuerẽtia, Dei miniſtrum affari. Aperi ei penetralium tuorum abditiſsima latibula, conſcientiarum verecundarum penitiora reuela repagula. Non te pudeat coram vno dicere, q̃ te non puduit forſitan coram multis & cum multis facere: nam humanum eſt peccare, Chriſtianũ eſt a peccato deſiſtere, diabolicum eſt perſeuerare. Ergo quæ mentem grauius exacerbãt facinora, Dei angelo manifeſta, nihil obſcurum dicens culpam nullis ambagibus inuoluens, nullis circumitionibus quod verũ eſt operiens. Deſignanda etiam ſunt in quibus peccaſti loca, ſi recordaris & tempora, cũ quibus peccaſti perſonis, non nomina ipſarum, etiam vt a peccato deſiſtant ſecreto corrigenda familiaritas, in qua peccaſti labilis ætas, quo gradu iam Eccleſiæ inſeruiebas, vtrum ſemel an ex conſuetudine, vtrum neceſsitate, an ex voluptate cecidiſti. His enim

omnibus

L

M

A

B

Iac. 5.

Qualis debeat eſſe fructuoſa confeſsio. Cap. 5.

omnibus sua instant iudicia: si enim in iudicijs secularibus in locis loca discernuntur, alia censura vindicatur homicidium in regis curia, alia in via publica, alia in agresti villa: aliquãdo pro tempore temporibus ignoscitur infantiæ, defertur aliquando senectuti, quæ media deseruet ætas, seuera cohibetur habena. In solẽnibus, præcipue *natalitijs perpetrata, feroci plectuntur exterminio facinora, sic & cętera quanto districtiorib. eliminãda sunt animaduersionibus, in locis Deo sacratis, in temporibus festis Deo dicatis, in ęta te discretiori, in personis proprie Deo delegatis, in gradibus commissa sublimioribus: nonne cui plus cõmittitur, plus ab eo exigitur? Nonne minus est hominem occidisse quam homines? Nonne leuius est semel deliquisse quam centies? Nonne celeriorem consequitur veniam ex necessitate cecidisse, quã ex voluntate? Et quamuis vbicunq; peccetur, peccatum semper sit peccatum, & nullum tẽpus, nulla ætas, nulla persona, nullus locus muniat peccantem a peccato, tñ hæc omnia modo sua discutienda, quoniam hæc omnia corripienda & corrigenda sunt. Hęc aũt omnia si taceantur, vel dicta callide palientur, animam iugulant. Si denudẽtur, cũ pœnitentia euanescunt, in nihilum redigenda ordine cõpetenti prosequere, sine circumlocutione edissere peccata pro viribus imo viriliter extirpare contende, Heu cui erubescis confiteri quod facere nequaquam erubuisti: Melius est coram vno aliquantulum ruboris tolerare, quam in die iudicij coram tot milibus hominum graui repulsa denotatum tabescere. Cõfessionem tuam pœnitentia comitetur. quoniã ita tibi remittetur iniquitas tua. Et, Beati quorum remissę sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata. Peccati quoq; confessio, peccatoris est damnatio, pœnitentia vero confessionẽ parit vtilem. Odium quoq; peccatis adhibendum est, qñ peccatorum amicus, animę suę est inimicus. Et perfecto odio odienda sunt peccata, quoniã facta sunt nobis inimica. Momentaneas autẽ ipsorum illecebras, que ad momẽtaneam cordis persecutionẽ possunt annullari, pro quorum annullatione æternã possidebis requiem, per thesaurizationẽ in cruciatum ibis infernalem: nolle destruere cum possis, extremę est dementię. Cõfitere igitur, chare mi, nominetenus, quę te remordent flagitia, detege specialiter quæ scis specialia, quotidiana de quibus non fuisti mundus, saltẽ cogitatione in collecta generali oppone, sicq; ex indulgentia confide. Iam vero sacerdote consulto ad Deũ referenda sunt tua delicta, ipsi iam tunc erunt prœsentanda. Non. n. talis prœsentatio vltra erit infructuosa. Et quod forsitan oblitus prætermiseras, debitoribus tuis ex corde dimitte debita sua & oẽs homines in Deũ propter Deum dilige. Paginulæ nostrę quasi documenta vilia, videntur & despicabilia, quia non sunt rhetorico flatu & fastu cothurnata: videntur & superflua, qm̃ eruditioribus hęc omnia erant peruia. Sed est aliqñ vt multa nouerint eruditi, de quibus nõ dubitauerunt, & cogitant vt in eodem discendi genere eadẽ didicerunt oẽs. Sed nos de minus capacium numero fuimus, & quo lassus bos calcet, perspicue nouimus. Accesseruut etiã ad uos ai abus suis consuli concupiscentium copiosa frequẽtia, & quidã ex simplicitate, quidã ita loquebantur ex industria. Illis aũt prout nobis collibuit cõsuluimus, tibi vero cui cor nostrũ arctius inuigilat, & quẽ Epistolę respectus visitat, qm̃ dolor impatientissimus tollit colloquẽdi gratiã, ex his quę ex ipsis hausimus peritiores, hunc tractatũ direximus. Tuum est igitur, tuũ est, tibi quoq; perneccssarium est, qui sub mortis articulo positus es. Iamq; si videri posset, mortem videres, quatenus ex nostra eruditione vigilantior, vel exitus ipsius necessitate circumspectior tibi inuigiles, tibi prouideas, tibi consulas. Si autem in nostris tractatibus quę nescias indicaui, vel quę sciebas iterum inculcaui, tibi tamen in vtroque summa erga te diligentia nostrum desudauit exercitium. Et si tibi non proderit, quoniam hęc omnia sciebas, harum dictionum commemoratoria connexio, quibusdam sal tẽ minus sciolis prodesse habebit, mihi quoque cui te cõmouisse voluptuosum est, quoniam mihi satisfeci, valebit. Sed ne quędam quorundam superstitio presbyterorum a nobis intacta quasi ignota transigatur, nunc aliquantulum nostri sermonis consummatio, quoniam coram illis confitendum est, respicere presbyteros. Esset autẽ id scribere superuacaneum, nisi errori cuidam iam in multos serpenti prętenderetur obuium. Melius est quoque ignorantiæ presbyterorum con-

ad principium. *Quod grauius sit peccare voluptatẽ quã ne cessitate.* *Psal. 31.* *Malus* *Cap. 6* *Quibus sit Sacerdotibus faciendа cõfessio. c. 2.*

sulere, quam ignorantes in ignorantia sua in
castigatos remanere. Posset autē & tibi, quo-
niam nocuit multis, nocere, prout superius
intimatum est, coram sacerdote confiteri ha
bes, ipsiusq; iudicium subire debes. Sed sicut
1.Co. 15 stella differt a stella in claritate, sic sacerdos
differt a sacerdote in sua conuersatione. Mul
torum siquidem est vocari sacerdotes, sed nō
est omnium esse sacerdotes. Siquidem mul-
tis presbyteratus committitur dispensatio,
sed non omnes pariter commissę dispensa-
H tionis inseruiunt ministerio. Alius equidem
commodis presentibus, quę sua sunt, nō quę
Phil.2. Iesu Christi exquirens, inexplebiliter inhiat:
alius præpeditur ex incuria: alius suffocatur
ex ignorantia, & tamen ignorans ignorabi-
tur, alius vero concreditæ custodię compe-
tenter locum & tempus explorat, respondet-
que probati vita ministri necessitatibus in-
1.Co.14. iunctι ministerij. Ex his vocandi sunt si noue
ris peritiores & curiosiores. Si enim morbis
corporum medici probatiores exquiruntur,
quanto magis spiritalibus animarum putre-
dinibus adhibendi sunt medici subtiliores,
& si dici liceat spiritaliores? Non dico tamen
vt damnes vel reprehendas domini sacerdo-
tes, Nouit enim dominus qui sunt eius. Sed
2.Tim.2. dico, si recipis prophetam in nomine Pro-
phetę, vel iustum in nomine iusti, mercedem
vel prophetæ vel iusti recipies. Ergo tales vo
cādi sunt. Iam vide quid de ignorantia igno-
Mat.19. Cap.8. rantium proueniat. Audiuit quidam ex mi-
nus eruditis sacerdotibus confessionem tuā,
videt infirmitatem tuam, nescit tamē res hu-
iusmodi æqua lance pensare: ignorat quia
velox medicina subitaneis infirmitatibus vel
in extremis positis sit necessaria, respondet
ægroto, Frater, si superuixeris ita ieiuna, ita
fac eleemosynam, ita ora: hęc omnia bene
dixit, sed errorem impium animaduerte. Si
autem ex hac infirmitate morieris, ne anima
tua Deo videatur impęnitens, per obedien-
tiam iniūgo tibi, quatenus anima tua vel to-
tam septimanam, vel annum integrum, vel
G tantum temporis patiendo pęnam quam
meruisti, in pęnitentia post mortem tuam sit.
O exterminanda cordis cęcatio, ad conso-
landum venerat infirmum, & cui maior &
& properea incumbit absoluendi necessitas,
absolutione interdicta ligationis adijcit par-
ticulam. O perditionis animarum occasio.
Vtrum autem hæc sacerdotis allocutio con-
fitenti noceat? Certum est autem quod non
iuuat, Dei iudicio reseruetur. Sed quid huic
consolatori, vel potius desolatori respon-
dendū sit, si forte requiris, Absolute dico, q̄
docendus est iste, non sequendus, nec ibi e-
rit inobedientia, vbi est eruditionis humilis
officiositas. Si autem huiusmodi putredini
bus quod apponendum sit cataplasma scire
desideras, vt saltem sub occasione tui doceā-
tur presbyteri, & hoc etiam proficiet salu-
ti, quod in extremo positis & tñ confitentib. I
responderem subtexo, Nemini imponendū
est quod aut impossibilitas ei abdicat, aut tē-
pus euanescens adimplere prohibeat. Si au-
tem aliquid q̄ pauperibus prodesse habeat,
manus eius inuenerit, aut amici sui de suo
dare voluerint, legale est vt peccata sua elee-
mosynis redimantur, orationes etiam ami-
corum ei profuturas credimus. Si autem quā
tulacunque pecuniæ summa deerit, aut qui
orent pro eo amicorum religiositas defue-
rit, & ex toto nihil nisi confiteri pęnitere va-
lebit, enormitas, quoque culparum esse ag-
grauabit, quid isti faciam? Deducam eum aut
ego etiam de Deo in desperationem dedu-
car? Sed quis, ò bone Iesu, de misericordia
tua desperet? Ardenter pronuncio, quoniam
cumulatius delictū est, a te desperatio, q̄ qua
liscunq; humanę fragilitatis offensio. Quare
Apostolorum primicerio lachrymę profue-
runt nisi profint & mihi? Latronis illius in
Euangelio memoria quare nobis tam vene-
rabiliter recensita est? Quibus eleemosynis
quibusve operibus, vel orationibus respōdi-
sti, mi Iesu benignissime, dulcissime, miseri-
cordissime, quasi sub iureiurando, Amen di-
co tibi, hodie mecum eris in paradiso: nisi fi-
dei suę orationique breuissimæ, Memento
mei domine dum veneris in regnum tuum?
Dico itaque omnibus, dico tandem confiten
tibus, dico confessis consulentibus ne con-
fessi desperarent, ne sacerdotes post mortem K
aliquos ligent, imo cum suo Iesu dicant, Sol
uite eum & finite abire. Melius est enim vt
talis profit, vel non noceat absolutio, quam
obsit indiscreta ligatio. Nec prętendant sacer
dotes de fallaci securitate occasionem, quo-
niam melius est vt moriēte in manus miseri-
cordissimi Dei commendent quam desper-
ātem cum quibusdam induciarum fabulis à

regno

regno Dei eliminent. Nam quomodo dicet sacerdos pro defuncto quē ipse ligauit, Absolue domine animam famuli tui, vel cæteras solutionū eulogias? Absoluēdi sunt itaque oēs absolutionē dūtaxat rogātes, nec suspēdendi sunt a fidelium cōmunione quibus mors timetur sine dilatione, & quos peccatorū amara recordatio vel ciet in lacrymas, vel metus mortis ducit ad veniam, I sicut scriptura testatur, Et territi purgabuntur. Si tamen tales conualuerint, canonum diuturnam non negligant subire censurā. Subitaneum ergo dum diutius licuerit, hoc in extremo positis adhibeatur consiliū: hoc etiam charissime do tibi amice, ascēde oraturus in templum domini corde, si non potes corpore. Dic iustificandus cum illo iam iustificato peccatore, Deus propitius esto Luc. 18. mihi peccatori, vt ascendas iustius ad Deū, iustificatus ab ipso, qui viuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

DE CONSOLATIONE Mortuorum.

SERMO PRIMVS.

PRæbete silentium, fratres, ne vos prætereat sermo vtilis, & in tempore necessarius. Nam tunc vel maxime opus est medicina, quādo grauis nascitur ægritudo. Et tūc solicite collyriū adhibēdū est, cū fuerit oculus dolore turbatus. Quicunque ergo non habent hunc dolorē, nō extrepent, sed potius audiant, quia non impedit sanam scire medicinam quæ prosit. K Qui vero per hunc casum turbatum habēt oculum mentis, & doloribus cruciantur, magis intenti sint vt aperiant oculum ad suscipiendum salutaris verbi collyrium, quo non solum consolationem, sed ēt remediū cōsequantur. Certum est, quia is qui dolet, oculum si non medico infundenti collyriū aperire voluerit, collyrium quidem foras extra pupillam fundetur, oculus vero remanet in dolore. Sic & mens dolētis, si propter nimiam tristitiam oculos clauserit, & nō recipiat saluberrimam admonitionem, incipiet plus dolere, & forsitan pati illud quod in scriptura continetur, Quia tristitia huius mūdi mortē operatur. Beatus ille Paulus doctor gētiū & medicus salutaris, duas esse dixit tristitias, vnā bonā & alterā malā, vnam 2. Cor. 7. vtilē, & alterā inutilē, vnā quę saluat, & alterā quę perdit. Et ne dubiū alicui videatur id qđ dicitur, ipsa eius verba recitabo. Ait n. Quę secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur, hæc est bona tristitia. Sequitur deinde, Nam huius L mundi tristitia mortem operatur: hęc est illa non bona. Videamus ergo fratres, ista tristitia, quę nūc habetur in manibus, quę nūc agitur in pectore, & auditur in voce, an vtilis sit, an inutilis, prodesse videatur aut nocere. Iacet ergo corpus exanime, iacet in tabula homo sine hoie, mēbra vtique sine spiritu: clamatur, nec respōdet: vocatur, & nō exaudit, iacet facies pallida, forma mutata, per quę mors ipsa cernitur & horretur: cogitatur pterea perpetuū silentiū eius, cogitatur aut delectatio quæ fuit, aut futura quæ erat vtilitas, cogitātur necessitates, veniunt in mentē verba dulcissima, longa consuetudo requiritur. Hæc sunt sine dubio quæ mouent lachrymas, incitant vlulatum, & totū animum in tristitiam mergunt profundā. Contra hæc tam valida, tam fortia doloris arma, spiritalibus debemus armari præsidiis. Illud ergo primum omnium opponendū est, quia omne quod nascitur in hoc mundo, necesse erit mori. Hæc est lex Dei & sententia immutabilis, quam post delictū princeps generis humani accepit, dicēte domino. Terra es, & in terram ibis. Quid ergo noui contingit, si homo ad hoc natus, diuinæ legi ac sententiæ satisfecit? Quid noui ac Gen. 3. M cidit, si ex mortalibus natus naturę, pprię, quia nec poterat excusare, respondit? Nō est inusitatum quod antiquum est: non est inauditum quod continuum est: non est proprium quod commune est. Si auos & proauos nouimus per hanc viam mortis profectos, & ipsos denique Patriarchas & Prophetas, ab Adā protoplasto, nō sine hoc casu audiuimus migrasse de seculo, eleuemus animum de profundo tristitiæ, quia quod debebat hic reddit. Et vtique debitum cum redditur, quam potest habere tristitiam? Hoc est vere debitū, quod nec sapientia, nec virtus excusat, nec potestas, nec ipsi deniq; reges potuerunt declinare. Plane hortarer &

ego, vt augeres tristitiam, si fuisset talis res, quæ cum posset tua substãtia redimi, vel differri, aut negligentia tua, aut parcitate prouenisset. At cum Dei decretum firmum sit & immutabile, frustra dolemus, & de nobis q̃rimus quare sit mortuus, cum scriptum sit. *Psal.67.* Domini domini exitus mortis. Ista ergo cõmunis vitæ conditio si recipiatur in animo, incipiet grauatus cordis oculus, quasi prima infusione releuari. Sed dicis. Scio communem esse hunc casum: scio quia is qui mortuus est, debitum soluit, sed delectationẽ cogito, necessitates reputo, consuetudinem requiro. Si propter hæc tristitia afficeris, errore duceris, non ratione gubernaris. Scire. n. debes, quia dominus qui hanc dederat dilectionem dare potest & aliam portionem: & qui tibi hanc intulit necessitatem, sufficiens est per alium occasionem supplere. Vtilitatẽ vero sicut tuam videre debes, & eius qui defunctus est cogitare, quia sic ei forsitan expediebat, sicut scriptum est. Raptus est ne malitia mutaret eius intellectum. Placita enim erat Deo anima eius, ideoq; properauit de media corruptione educere eum. De consuetudine autem quid fuisse videtur? Quod ergo tempus præstat & dies, multo magis debet & ratio, & bona præstare cogitatio. Et illud maxime cogitandũ est, quod diuina sententia per Apostolum definit. Quia tristitia huius mũdi mortem operatur. Quod si tam oblectatio qua vtilitas præsens, siue consuetudo, res mundi sunt & gaudia seculi transitoria, propter hæc animum deijcere, & spiritum contristari, vide quam sit mortifera valetudo. Repetens autem iterum atque iterum dicam, Tristitia mundi mortem operatur. Quare autem mortem operatur? Quia solet nimia tristitia aut ad dubitationem, aut periculosam perducere ad blasphemiam. Sed dicet aliquis: Prohibes lugere mortuos, cum & Patriarchæ plorati sunt? Moyses ille famulus Dei, & multi inde prophetæ, præsertim cum Iob quoque iustissimus suam plagam super filiorum consciderit necem. Non ego prohibeo lugere mortuos, sed gentium illuminator Paulus, qui sic ait, Nolo vos ignorare fratres de dormientibus, vt non tristes sitis, sicut & cæteri qui spem non habent. Nõ potest Euangelij claritas obscurari, siue quia hi qui ante legem, aut sub legis vmbra posi-

Consolatio super mortuis. Cap. 3.

Sap. 4.

2. Cor. 7.

Ibidem. Quare in veteri testamento mortuos flere licuerit. Cap. 4. 1. Th. 4

ti fuerant, suos mortuos flebant. Merito flebant, quia nondum de cœlis venerat Christus, qui fontem illum lachrymarum, sua resurrectione siccaret. Merito flebant, quia adhuc sententia permanebat. Merito lamentabantur, quia nondum resurrectio prædicabatur. Sperabant quidem sancti aduentum domini, sed mortuos flebant, quia nondum viderant, quem sperabant. Denique Simeon vnus de veteribus sanctis, qui prius fuerat de sua morte solicitus, postquam Iesum dominum adhuc puerum in manibus attrectare promeruit, de suo exitu gratulatur & dicit, Nunc dimittis seruum tuũ in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. O beatus ille Simeon, qui quod sperauerat vidit, Iam mortem suam pacem & requiem meam cõputabat. Sed dices, In Euangelio ecce legitur, archisynagogi deploratam filiam, & lorores Lazari Lazarum fleuisse. Sed & illi adhuc secundum veterem legem sapiebant, quia necdum a mortuis Christum resurrexisse conspexerant. Fleuit plane & ipse dominus Lazarum iam sepultum, non vtique vt flendi mortuos formã daret, sed vt se per lachrymas verum corpus assumpsisse monstraret. Vel certe fleuit amore humano Iudeos, qui nec Dei signo monstrato, erant in eum credituri. Neque enim mors Lazari causa esse poterat lachrymarum, quem ipse Iesus & dormijsse dixerat, & resurrecturum se promiserat, sicut & fecit. Habuerunt ergo veteres suum morem, suamque fragilitatem, Christi aduentum præcedentes. Iam ex quo verbum factum est, & habitauit in nobis: ex quo primi Adæ datam sententiam, Adam nouissimus soluit, ex quo nostram mortem sua morte destruxit, & ab inferis die tertia dominus resurrexit, iam nõ est terribilis mors fidelibus, non timetur occasus, quia oriens venit ex alto. Clamat ipse dominus qui mentiri nescit, Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit viuet: & omnis viuens & credens in me, mortem non videbit in æternum. Manifesta autem fratres charissimi, vox diuina: Quia qui credit in Christo, & eius mandata custodit, etiã si mortuus fuerit, viuet. Hanc vocem beatus Apostolus accipiens, & totis fidei viribus retinens, instruebat dicens, Nolo vos ignorare fratres de dormientibus, vt non tristes sitis.

Luc. 2.

Mar. 5. Ioan. 11.

Quare obrem sanctis mortuis flendum non sit. Cap. 5.

Ioan. 2. 1. Th. 4. Phil. 2.

1. Th. 4

Mat. 14. 4. Reg. 2.

sitis. O mira pronunciatio Apostoli, vno ser-
Iam.2. mone vt vtranque doctrinam proferat, re-
1.Th.4. surrectionem commendat. Dormientes nan-
Phil.2. que appellat illos qui moriuntur, vt dormi-
entes eos dicens, resurrecturos sine dubio con-
signet. Vt non inquit, de dormientibus, sicut
& cęteri qui spem non habent, contristen-
tur: nos autem qui spei filij sumus, collę-
temur. Quæ autem omnibus spes sit, ipse com-
memorat, Si inquit, credimus, quia Iesus
mortuus est & resurrexit, ita & Deus eos qui
F dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Ie-
sus nobis & hic viuentibus salus est, & hinc
recedentib. vita est. Mihi, inquit, viuere Chri
stus est, & mori lucrum. Lucrum planè, quia
angustiat & cogitationes quas habet lõgior
vita, mors accelerans lucrifacit. Iam vero or
dinem & habitum spei nostræ describit Apo
1.Th.4. stolus. Hoc, inquit, dicimus vobis in verbo
domini, quia nos, qui viuimus, qui residui
sumus, in aduentu eius nõ præuenremus eos
qui dormierunt, sed ipse dominus in iussu &
in voce archangeli, & in tuba Dei descendet
de cœlo, & mortui qui in Christo sunt, re-
surgent primi, deinde & nos qui viuimus, si-
mul rapiemur cum illis in nubibus obuiam
Christo in aera, & sic semper cum domino
erimus. Quod dixit Apostolus est, quia cum
venerit dominus, inueniet multos in corpo-
re Christianos, qui nõdum experti sunt mor
tem, & tamen non ante rapientur ad cęlum,
quam mortui sancti de monumentis resurre
xerint in tuba Dei & voce angeli suscitati.
Cum autem fuerint suscitati sancti, pariter
cum viuentibus rapientur in nubibus obuiã
Christo in aera, & sic semper cum Christo
regnabunt. Nec sanè potest dubitari, quod
possint corpora grauia in aera alleuari, cum
G iubente domino Petrus ipsum corpus habẽs
super vndas ambulauerit maris, & Elias per
huius spei confirmationem, per hunc aerem
curru flammeo sit raptus per aera ad cęlos.
Sed quæris forte, quales erunt qui à mortuis
surrexerint? Audi ipsum dominum dicen-
Mat.13. tem. Tunc iusti fulgebunt in regno patris eo-
4.Reg.2. rum sicut Sol. Quid speciem decoremq; cõ-
memorem Solis cum eos figurari necesse est
ad ipsius claritatem domini, vt testatur Pau-
lus, Nostra, inquit, conuersatio in cęlis est?
Vnde & Saluatorem expectamus dominum
Iesum, qui transfigurabit corpus humilitatis

nostræ ad conformitatem corporis gloriæ
suæ, & transfigurabitur sine dubio caro ista
mortalis, ad conformationem Christi clari-
tatis, induet mortale immortalitatem. Quia
quod seminatum fuerat in infirmitate, pro-
tinus surget in virtute. Non timebit caro am
plius corruptionem, non patietur famẽ, non
sitim, non ægritudines, non casus aduersos. H
Pax erit tota, & firma securitas. Vita vtique
cęlestis gloria ibi & gaudium sine defectio-
ne præstabitur. Hæc in sensu & oculis gerens
beatus Paulus dicebat. Optabam dissolui, &
cum Christo esse. Multo.n. melius & adhuc
aperte docens, Dum sumus, ait, in corpore,
peregrinamur a domino, Per fidẽ enim am-
bulamus, & non per speciem. Habemus au-
tem magis bonam voluntatem peregrinari
a corpore, & præsentes esse ad dñm. Quid
agimus nos paruæ fidei homines, qui anxia- Mat.13.
mus & deficimus, si aliquis de charis nostris Phil.3.
migret ad dñm? Quid agimus, quos peregri 1.Co.15.
natio ad Christi conspectum seperat? Vere Phil.1.
vere peregrinatio est omne quod viuimus. 2.Cor.5.
Nam sicut peregrini in seculo sedes habe-
mus incertas, laboramus, desudamus, vias
ambulantes difficiles, periculis plenas, vndi
que insidiæ, a spiritualibus, a corporalib. mi
micis, vbiq; errorũ calliculi sunt præparati.
Et cum tantis periculis vrgeamur, non solũ
ipsi cupimus liberari, sed etiam liberatos, tã-
quã pereuntes lugemus & plangimus. Quid
nobis præstitit Deus per suum vnigenitum,
si adhuc mortis timemus occasũ? Quid nos
renatos ex aqua & spiritu gloriamur, quos
profectio de hoc mundo, quæ optabilis de-
bet esse, cõtristat? ipse dñs clamat, Si quis mi- Ioan.2.
hi ministrat, sequatur me, & vbi ego sum, &
minister meus erit. Putas si rex terrestris ad
suum palatium uel conuiuium aliquem vo-
cet, nonne libens & congratulans properabit? quanto magis ad cęlestem currendũ est
regem, qui quos receperit, non solum con- I
uiuas, sed etiam conregnatores efficiet, sicut
scriptum est, Si commortui sumus, & conui
uemus: si sustinebimus & conregnabimus.
Nec ego dico, vt quis manus sibi inferat, aut
se interficiat contra voluntatem Dei creato- 2.Ti.2.
ris, aut animam de corporis sui expellat ho-
spitio, sed hoc dico vt lętus sit & gaudẽs, cũ
aut ipse vocatur aut proximi sui vadunt, vt
euntibus gratuletur. Hæc est.n. Christianæ

fidei

Quales futuri sint qui amor tui resurrexerint. Cap.6.

fidei ſumma, vitã verã expectare poſt mor-
K tem, reditum ſperare poſt exitum. Accepta igitur voce Apoſtoli, cum fiducia iam dicamus gratias Deo, qui nobis contra mortem victoriam dedit, per Chriſtum dominũ noſtrum. Cui eſt gloria & poteſtas nunc & in ſecula ſeculorum. Amen.

DE CONSOLATIONE Mortuorum.

SERMO SECVNDVS.

Quid ſit mori. cap. 1.

SVperiori quidẽ libello perſtrinximus breuiter de conſolatione mortuorũ, de ſpe reſurrectionis, nunc planius ac validius de eiſdẽ aliquid proferamus. Siquidẽ hęc quę locutus ſum, fidelibus quidẽ certa ſunt, infidelibus aũt & dubiis videntur eſſe fabuloſa, ad quos pauca ſtrictius proferamus. Certe quicunque eſtis incredu li, omnẽ dubitationem de ſubſtantia corporis ſuſtinetis. Diſcreditur enim a quibuſdã, carnẽ conuerſam in puluerẽ, iterũ poſſe reſurgere, iterũ reuiuiſcere. Cęterũ de anima nullũ hominẽ poſſe dubitare. Siquidẽ de animę immortalitate nec philoſophi ipſi, cũ ſint Pagani diſſentiũt. Nã quid eſt mors, niſi ſeparatio corporis animęq;? Recedente. n. anima quę ſemper viuit, quę mori neſcit, quia de flatu Dei eſt inſpirata, ſolũ corpus emoritur, quia aliud ĩ nobis mortale, aliud immortale eſt. Sed recedẽs anima quę carnalibus oculis videri non põt, ab angelis ſuſcipitur & collocatur aut in ſinu Abrahę, ſi fidelis eſt: aut in carceris inferni cuſtodia, ſi peccatrix ẽ, donec veniat ſtatutus dies, quo ſuũ recipiat corpus, & apud tribunal Chriſti iudicis veri reddat ſuorũ operum rõnẽ.
L Ergo quia de carne tota contradictio eſt, huius eſt & infirmitas defendenda, & reſurrectio conſideranda. Quod ſiquis requirat a me dubius, & incredulus, quomodo mortui reſurgent, quo aut corpore veniẽt, reſpõdebo ei ore ac verbis Apoſtoli, Inſipiens, tu quod ſeminas nõ viuificatur, niſi prius moriatur, & quod ſeminas granũ tritici, aut alterius cuiuſq; ſeminis, mortuũ & aridũ ſine humore cũ putrefactũ fuerit, fœcundũ, ſurgit, fitq; veſtitũ folliculis, ariſtis armatum. Qui ergo granũ tritici reſuſcitat, & lunam quaſi de interitu reparat, & tẽpora receden tia reuocat, ad vtilitatẽ, ſ. noſtrã noſipſos, p- M pter quos omnia reparat, nõ requiret, & cineres patietur extingui, quos ſuo flatu accẽdit, quos ſuo ſpiritu animauit, vt nõ perpetuę iã viuat homo, qui illũ pie & agnouit & coluit? Si iterũ dubitas quomodo poſsis reparari poſt mortem, reſtitui poſt cineres & oſſa cõſumpta. O homo, ſi dicere velimus, quid fuiſti antequã in vtero matris cõcipereris, nihil vtique. Deus ergo qui te creauit ex nihilo, nonne facilius põt facere qđ ante iam fuit, qui potuit creare qđ non fuit? Qui te ex gutta informis liquoris in tuæ matris vtero, in neruos, venas & oſſa iuſsit excreſcere, poterit, mihi crede, de vtero terræ iterũ generare. Sed times ne forte oſſa tua arrida priſtina carne veſtiri non poſsint. Noli ſecũdum tuã fragilitatẽm Dei exiſtimare maieſtatẽ, Deus ille omniũ creator qui veſtit arbores foliis, & arua floribus, poterit & tua oſſa illo certo veris tẽpore in reſurrectione veſtire. Dubitauerat de hoc ipſo Propheta Ezechiel, & interrogatus a domino vtrũ viuerent oſſa arida quę videbat aſperſa p cãpum, reſpõdebat, Tu ſcis domine. Sed poſtquam Deo iubente, & ipſo propheţante vi- A
dit oſſa ad ſua loca & ad iũcturas currentia, poſtquã vidit oſſa arida neruis ligari, venis Ezec. 37.
intexi, carne contegi, cute veſtiri, poſtea p- phetauit de ſpiritu, & veniẽs ſpiritus vniuſcuiuſq; & introiuit in corpora illa iacẽtia, & ſurrexerũt, & mox ſteterũt. Sic confirmatus de reſurrectione Propheta, ſcripſit viſionẽ vt ad poſteros tãtę rei cognitio peruenī ret. Merito ergo clamat Eſaias, Exurgẽt mor Eſa. 26.
tui, & reſurgẽt qui in monumẽtis ſunt, & lętabũtur q ſunt in terra. Ros. n. qui abs te eſt, ſanitas eſt illis. Vere enim ſicut rore madefacta ſemina germinant & exurgunt, ſic rore ſancti ſpiritus oſſa fidelium viſitata, cũ ſuo corpore in ęternam gloriam germinabunt. Sed dubitas, quomodo de paruis oſsibus totus poſsit homo reſtitui. Reuera tu ex modica ſcintilla ignis ingẽtẽ ſuſcitas flãmã. Deus non poterit ex modico cineris fermento totum corpuſculi tui reintegrare conſpectum? Sed & iam dicis, Nuſquam comparẽt carnis ipſius reliquiæ. Forſitan enim aut igne combuſtę ſunt, aut a beſtiis deuoratæ,

Quõ de paruis oſsibus poſsit homo reſtitui.

Hoc

Hoc primo scito, qua quicquid consumitur in terrę viscerib⁹ continetur, vnde rursus poterit Deo præcipiente produci, Nam & tu cum non appareat semen ignis, adhibes lapillum & modicum ferri, & excutis de vi- B sceribus lapilli quantum opus est ignis. Qui ergo per tuam industriam sapientiam quam ipse Deus concesit, tu facis vt producas qđ aparet, maiestas illa diuina facere sua virtute non poterit, vt quę interim non videntur, excutiat? Mihi crede, potest omnia Deus. Hoc enim require, vtrum promiserit se facere resurrectionem, & cum promissam tantis diceris testimonijs immo cum ipsius domini Iesu Christi certissimā teneas cautionem, confirmatus fide, mortem desine iam timere. Qui enim timet, adhuc non credit, peccatum contrahit insanabile, quasi sua incredulitate dominum aut impotentem, aut certe asseuerat mendacem. Sed non ita beati Apostoli, non ita sancti martyres probant. Apostoli propter hanc prędicationem resurrectionis, dum Christum resurrexisse prædicant, & ipsos mortuos suscitaturos annunciant, nec mortem nec tormenta recusauere, nec cruces. Si ergo in ore duorum vel trium testium stat omne verbum, resurrectio mortuorum, cui tot & tam idonei testes existunt, cui cum effusione sanguinis testimonium dicunt, quomodo potest in dubium reuocari? Quid autem sancti martyres putas habuerunt, certam ipsius resurrectionis spē, an dubiam? Si non habuissent certam, non vtique per tantos cruciatus & pœnas mortem pro lucro maximo suscepissent: non cogitabant supplicia prędentia, sed præmia se- 2. Cor. 4. cutura. Sciebant dictum, Quę videntur, ad 2. Mac. 7 tempus sunt. Audite fratres virtutis exemplum, Mater septem filios hortabatur, & non lugebat, sed potius lętabatur: videbat fi- C lios vngulis tradi, ferro concidi, sartagine assari, & non lachrymas fundebat, non vlulatus tollebat, sed solicite ad tolerantiam hortabatur filios. Non erat crudelis illa, sed fidelis: amabat filios, non delicate, sed fortiter. Hortabatur filios ad passionem, quam gaudens ipsa quoque suscepit. Erat enim de sua & suorum filiorū resurrectione secura. Quid loquar viros, quid fęminas, quid pueros, quid puellas? Quomodo se de ista morte luxerunt, quomodo de summa celeritate ad cęlestem militiam transtulerunt? Poterant vtique ad prędens viuere si voluissent, quia in in ipsis erat positum, an Christum negando, viuerent, aut confitendo morerentur: sed magis elegerunt vitam proijcere temporalem, & viram sumere sempiternam, excludi terra, incolere cœlum. In hoc fratres quis dubitationis est locus, vbi potest adhuc residere mortis formido? Si martyrum sumus filij, si eorum socij inueniri volumus, nec contriste mur morte, non lugeamus charos, qui nos prędcedunt ad dominum. Si plangere voluerimus, ipsis nobis insultant beati martyres, & dicunt, O fideles, ò regnum Dei cupientes, vos qui charos vestros felicitate morientis in lectulis vtique & plumis, tanto merore plangitis & lugetis, si eos a gentibus propter nomen domini cruciari & interfici videretis, quid facturi essetis? Aut non vos præcesit exemplum? Abraham Patriarcha filiū vnicum offerens sacrificium gladio obedientiæ iugulauit, nec ei quem tanto amore dilexit, pepercit, ne domino inobediens videretur. Quod si dicatis, illum propter Dei hoc feciſſe prędeptum, & vos habetis prędeptum, vt non tristes sitis de dormientibus. Qui ergo minora non seruat, maioraquomodo seruabit? An nescis quia animus qui in terribilibus frangitur, ad fortiora reprobus inuenitur? Timens quis riuū, mare, quando ingreditur? Sic qui plangunt impatienter amissum, quando poterunt ad martyrij peruenire certamen? Nam qui in his constans & magnanimus existit, iam sibi gratiam ad potiora substernit. Sufficiunt hęc fratres ad mortis cōtēptum, & ad spei futurę confirmationē: superest vt vnum de veteribus exemplum proferā, quod omnem consolationem faciat, quod etiam patentibus cordis auribus volo omnes audire. Dauid ille rex magnus filium dilectū quem sicut animam propriam diligebat, infirmitate percussum impatientissime flebat: & cum humana auxilia iam nihil prodessent semetipsum conuertit ad dominum: depositā regali gloria, sedit in terra, iacuit in cilicio, non manducauit neque bibit, septē diebus continuis orans Deum si forte sibi filius E donaret. Accesserunt seniores domus eius, consolantes rogauerunt eū vt panē sumeret, veriti ne dum filium velit viuere, ipse ante deficeret. Non potuerunt torquere, non cogere,

De morte non timēda exēplo martyrū & maxime matris 7 lib. Machabeorū. 7. filiorum.

Ezec. 37.

Esa. 26.

Thes. 4.

De nō lugēdo mortuo exemplo Dauid. c 5. 1. Re. 12.

gere,amor enim impatiens solet pericula ipsa contemnere. Iacet rex in squalore cilicij
E egrotante filio, nec verba faciunt consolatio
tionem,nec ipsa escarũ necessitas auocauit. Mens tristitiam patitur, pectus dolore reficitur, oculi lachrymis perpetibus fluunt. Inter hęc factũ est quod decreuerat Deus. Moritur puer,vxor in luctu tanto, domus in planctu, famuli pauidi,quid facerent çstuantes:nemo enim audebat domino filium mortuum nunciare, timentes vtique, ne ille qui sic adhuc impatienter viuum lugebat, si audisset mortuum,vitę faceret finem, dum strepunt famuli inter se, dum eum tristes, & alter ad alterum occulta susurratione loquuntur,intellexit Dauid, prœuenit nuncios an vitam eius exhalescerit,interrogat,negare nõ possũt,factum fletibus indicant. Fit concursus insolitus expectatio & metus,ne quid sibi periculi pius pater inferet. Surgit mox Dauid rex de terra, exuit se cilicio, surgit hilaris,quasi filium suum audisset incolumen, vadit ad balneas, lauat corpusculum vadit ad templum, adorat Deum,epulatur cum amicis, cõpressit suspira, gemitu omni depositio,vultu iam lęto,Mirantur domestici, stupent amici,nouam & subitam conuersionem, audent denique interrogare, quid sibi velit hoc, vt cum viuente filio sic doluerit, mortuo non doleret.Respondit vir ille magnanimitate prœcipuus, Necesse fuit cum adhuc viueret filius, & humiliari, & ieiunare,& lugere in conspectu domini,Erat enim spes impetrandi commeatus vitæ. At vero postquam voluntas Dei facta est,stultum esse & nimium inutile,lamẽtatione animum inundare, sic dicens, Ego ibo ad illum, non ille reuertetur ad me. Ecce exemplum magnanimitatis atque virtutis. Quod si ille Dauid, qui adhuc sub lege positus erat, sub illa non dico licentia, sed necessitate lementationis sic animum a luctu
F irrationali superauit, sic tristitiam suam suorumque compescuit: nos qui sub gratia sumus,sub certa spe resurrectionis, quibus omnis tristitia interdicta est, qua fronte mortuos nostros gentilium more plangimus, vlulatus insanos tollimus, veluti alio genere bacchantes, cum scissis tunicis pectora nudamus, verba inania & nęnias circa corpus & tumulum defuncti cantamus? Postremo etiam qua ratione vestes nigras tingimus, nisi quos vere infideles & miseros non tantum fletibus sed etiam vestibus approbemus? Aliena sunt ista fratres:extranea sunt non licẽt: & si licerent, non decent. Sed aliquantos de fratribus & sororibus licet fides propria & præceptum domini fratres faciat, parentum tamen & vicinorum opinio debilitat & fran G
git, ne lapidei & crudeles iudicentur, si peperciint vestimento, si non fuerint insanis luctibus debacchati. Et hoc quam vanũ est, & quam ineptum, opiniones hominum errantium cogitare,& non timere ne quid minus de fide faciat quam susceptit. Quare non magis tolerat iam a mendicis ille qui diues est,quare non fidem ille qui dubitus est?Quãuis etiam si dolor eius tantus sit, tacite tamen debet luctum sensu dirigere, & non lenitatem sui animi publicare.

DE QVARTA FERIA SIVE cultura agri dominici.

SERMO VNVS.

Oelesti gratia & spiritali pluuię prœparandus est ager Ecclesiæ, quia imber diuinus in proximo est. Operemur dilectissimi in isto agro quod nobis creditum est, nobis enim datum est plantare, rigare, arare,nouellare, sed Dei est incrementum dare. Apostolus Paulus doctor gentium in fide & veritate, per semetipsum & operãdo & monẽdo, hanc nos docuit dominicam exercere culturam dicens. Ego plãtaui,Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit.Et paulo post. Dei enim sumus cooperarij,Dei agricultura, Dei ędificatio estis. Et alibi.Cooperatores mei estote fratres, & intendite eos qui sic ambulant sicut habetis formam nostram. In ista itaq; fratres dominica agricultura, in qua nos dominus operari prœcepit, sic operemur, vt mercędẽ promissam H
dono gratiæ accipere mereamur. Tempus est, operemur, laboremus, quinq; illa iuga boum, quæ ille inuitatus in Euangelio dũ ad cęnam venire nollet, probare se velle dixit, & propterea a cęna se excusauit,quoniã sibi ea,non agriculturæ dominicę cõparauit:nos ea ipsa quinq; iuga in agro dominico iũgamus,terrã durissimã sulcis spiritalibus exaremus,

mus, semen verbi Dei proijcientes, quascunque spinas malarum cupiditatum inuenerimus, euellamus, eradicemus, diuino igne succendamus, vt in tali opere laborantes, dño Deo nostro fiducialiter dicamus. Dñe pater familias, quoniam te adiuuãte fecimus opus quod iussisti, redde mercedem quam promisisti. Quæ sunt illa iuga boum? Quinque sensus corporis sunt, visus in oculis, auditus in auribus. Et ista iuga sunt. Duo sũt oculi, duo aures, geminæ nares, duæ manus, & in ipso gustu geminum quiddam inuenitur, qñ sapor ipse faucibus atque palato iudicante discernitur. Ista ergo quinq; iuga terram versant, qñ suis officijs deseruientes, animũ carnemq; parant, aut vberes fructus si ros cęlestis infuderit, aut aridas spinas si ficca terra remanserit, & eorum opus in posterum subsequetur. Sed quoniam nos dñs atque paterfamilias noster passim & sine vlla discretione cuiuslibet glebæ semen verbi sui iacere præcepit. Inducit enim in Euangelio huius ministri similitudinem & dicit. Ecce exijt seminans seminare, & dum seminat, aliud ceciditinter spinas, aliud in via, aliud in petrosa, aliud in terram bonam, & cum demonstraret quæ esset spinosa terra, homines videlicet qui verbum Dei spinis cupiditatum præfocant, tantum semen, & non reddũt fructus iustitiæ: similiter de alia terra petrosa, atque conculcata via suæ similitudinis propositæ reddens rationem, ad terram bonam peruenit, & ait. Quod autem cecidit in terram bonam, hi sunt qui cum acceperint verbũ Dei, custodiunt illud & faciunt. Quia non audito res legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Non ergo nos dilectissimi, aut timor spinarum, aut saxa petrarum, aut durissima via perterreat, dum tñ seminantes verbum Dei, ad terram bonam tandẽ aliquando peruenire possimus. Accipe verbũ Dei omnis ager, omnis homo, siue sterilis, siue fęcundus. Ego spargam, tu vide quomodo accipias: ego erogem, tu uide quales fructus reddas. Melius est enim ut de accepto tu pro te rationem reddas, quam nobis nõ erogantibus iuste dicatur. Serue nequam & piger, tu erogares, ego ueniens cum usuris exigerem. Si uero te terram infœcundam aut spinosam uel ficcam sentis, recurre ad creatorem tuum. Hoc enim nunc agitur, ut inno

De varia seminum sparsione & vsuræ requisitione. c. 2.

Mat. 13.

Rom. 2.

Mat. 25.

Psa. 166.

ueris, ut fęcunderis, ut irrigeris, ab illo qui posuit desertum in stagna aquarum, & terrã sine aqua in exitus aquarum, & habitare fecit illic esurientes, & cõstituerunt in ciuitatem habitationis, & seminauerunt agros, & plantauerunt vineas, & fecerunt fructum frumenti. Ex qua terra? Ex illa sterili spinosa, & inaquosa. Et tu vnaquæq; anima quæ accedis ad Christum, terra es spinosa & arida. Vnde probamus, quia talis es? Ecce ecole illam sententiam, quam in primis parentibus accepisti, & inuenies quid inde traxisti, Spinas, inquit, & tribulos pariet tibi. An respõdebis, non te esse terram spinosam? Si spinas non haberes, capiti creatoris tui coronam spineam non imponeres. Quia ergo & tu talis es, spinarũ multitudine, ideſt, peccatorum prægrauata es. Ideo tibi talis cultura impẽditur, propter ea crucis ligno exararis, propterea cœlesti pluuiæ præpararis, vt cum fęcunda effecta fueris, non gratuleris de tuis, quæ nulla sunt meritis, sed reddens bonos fructus Christi prædices gratiam. Vis nosse qualis tibi adhibeatur cultura, qualis te desuper perfundat gratia? Ecce agnosce. Christi cruce exararis, quando eius signo in fronte signaris: eius sanguine rigaris, quando in morte ipsius baptizaris. Quotquot enim ait Apostolus, in Christo baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus. Multum est quod dictum est, eius sãguine rigaris, uideamus quomodo per aliquam similitudinem hoc quod diximus probare possimus. Non enim nostris sermonib. sed documentis diuinis, fides accommodanda est. Ecce dilectissimi intendite, Iudas ille malus & falsus discipulus uenalis & uenditor, fur, & traditor, emptus a Iudęis, ut cum eis mancipium esset diaboli, pretium accipiens de illo qui non habet pretium, uenditor sanguinis Christi, ex ipso pretio, ut scriptura narrat, emit sibi agrum figuli, ut is qui hæreditatem integram Christum nõ habebat in cęlo, partem aliquam habere uellet in seculo, quam nec ipsam possedit, quia sceleris tanti facti sibimet conscius collum sibi alligauit, & prostratus in faciem diruptus est medius. Ager tñ ille qui ab eo comparatus est, uocatus est ager sanguinis, quoniã ex pretio comparatus est tanti sanguinis. Vendidit discipulus sanguinem magistri, & emit exinde agrũ figuli. Quid est hoc? Putamus dilectissimi

Gen. 3. Anima fidelis Christi sanguine irrigatur & de Iudæ tradítione & Cain fratricidio offẽditur Cap. 3.

simi vacare hanc actionem in illa venditione vel emptione, vel in ipsa Christi mystica passione? Comparauit, ait scriptura, Iudas agrum figuli, & vocatus est ager ille, ager sanguinis. Clamat hic terra quali vel quo pretio fuerit cõparata, imo pretium ipsum clamat, sanguis ipse clamat, Abel ille iustus ab impio
A fratre occisus clamat. Nanq; dilectissimi cũ hæc similitudo passionis Christi & nequitia Iudæ ac Iudęorum in illis duobus primis monstraretur fratribus, Cain & Abel, postea quam à maiore fratre minor occisus est, ab inuido innocens peremptus est, a scelerato pius interfectus est, interrogat Deus Cain, quasi nescius, quasi ignarus & dicit ei, Vbi est Abel frater tuus? Quæ vox non est ignorantis, sed peccatũ ante oculos scelerati ponentis, vt inexcusabilis sit omnis homo, qui & admonitus pęnitere non vult in malo. Vbi est Abel frater tuus? hoc fuit dicere ei, Agnosce Cain, non me potuisse latere id ꝙ me putasti posse latere. Agnosce quid feceris, de proximo age pęnitentiam, vt possis accipere indulgentiam. Verum ille sensu durior, in scelere pertinacior, moribus peruersis in anima percussus. Respõdit Deo dicenti. Vbi est frater tuus, & dicit, Nescio, Nunquid ego
Gen.4. custos sum fratris mei? Quid dicis Cain? cui dicis nescio? Cum illo loqueris, qui omnia videt oculis suis. Quid est ꝙ dicis, Nunquid ego custos fratris mei sum? Talia perpetrando repulisti a te in omnibus timorem Dei. Et dominus illi, Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Si enim esses fratris tui custos, eius non esses interfector. Si cognosceres fraternitatem, tantam non committeres immanitatem. Si timeres meum iudicium, in fratrem non committeres parricidium. Vox sanguinis fratris tui clamet ad me de terra. Et nunc ait dominus, Ma
B ledictus tu a terra. Non maledicta terra, sed maledictus tu a terra, quæ accepit sanguinẽ fratris tui de manu tua. Agnosce iam terra, quoniam sanguine rigata es innocentis, conuince vocem negantis, suscipe sanguinem confitentis. Interrogentur & nunc Iudas & Iudęi, imo in Iuda omnes Iudęi. Interroget dominus Iudam, & dicat Iuda, vbi est Christus frater tuus? An forte dicturus es, ò male frater ꝙ Christus tuus non fuit frater? conuincat te prius ipse dominus, ꝙ tuus fuerit frater. Dic nobis dñe Iesu Christe, vtrũ Iudas fuerit frater tuus. Respondet, & si fuit, fuit: non enim est ꝙ fuit: & si fuit, fuit: ego.n. generaliter de omnibus patri dixi. Annunciabo nomen tuum fratribus meis. Ecce Iuda conuictus es ꝙ Christus fuerit frater tuus. Vbi est Psal.21.
frater tuus? responde dic, sequere, dic quod dixit & ille, Nescio. Nunquid ego sum custos fratris mei? Non enim & tu fuisti custos
C qui & proditor factus es & venditor. Dic, Nunquid sum custos fratris mei? vt respondeatur & tibi. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Quid enim dicit, omnis homo terra? Primus enim homo de terra terrenus? & qualis terrenus tales & terreni. Quid dicit? Omnis homo terra, quando accipit sanguinem Christi: amen dicit. Quid est amen? verum est. Quid est verum? Quia fusus est sanguis Christi. Quo faciente? discipulo Iuda tradente, amen dicendo, verum clamando dicit hoc, omnis homo terra. Ecce Iuda, vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: probauimus, quia eius sanguine rigaris. Vide terra quomodo accipias hunc sanguinem, quia qui eum bene accipit, accipit benedictionem: qui vero eũ male accipit, iudicium sibi, bibendo acquirit. Hoc figuratum est & in illo agro Iudæ, de quo dictum est quod esset ager sanguinis, secutum est enim ut diceretur, Fiat villa eius deserta. Si enim ad Iudam pertines, si facta eius imitaris, si sanguinem Christi non cum tremore accipis, eris villa deserta, maledicta reproba & spinosa. Si autem sanguinẽ Christi cum reuerentia percipiens, cognoscis per illum tua tibi dimitti peccata, quoniam ager ille quem comparauit Iudas, figuli dictus est, Habet potestatem figulus luti, ex eadem conspersione aliud quidem vas facere in honorem, aliud in contumeliam. O terra tanto rigata sanguine responde de tanto sanguine, non sicut Cain & Iudas verba excusationis, sed sicut sancti martyres
D verba confessionis. Responde sicut respondit beatus Stephanus, qui in isto agro dominico vt bonus colonus plurimum laborando genuflexit, atque de terra petrosa vulneratus, ex ea lapides in suo corpore tanquã in sinu suo collegit, & sudando in opere, terram sancto sanguine rigando cętenum fructum ex martyrio domino præsentauit.

Respõde-

Respondē sicut respondit Cyprianus Laurē tius, cęteriq; sancti pueri & puellæ. Aetas om nis & vterq; sexus, qui percipientes sanguinē Christi, testimonium dicebant, & non ne gantes nomen Christi, pro sanguine quem biberunt sanguinem suum fundere non dubi tauerunt, simulq; cum perpetua fęlicitate in æternum regnare maluerunt, Hoc in Apoca lypsi reuelante angelo Ioannes vidit turbam multam, quam dinumerare nemo poterat. Hanc requirens quęnam esset, respondsum ta le accepit. Hi sunt dictum est, qui lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in san guine agni. Iam agnoscis anima Christiana, quemadmodum & tu ex illo sanguine effi ciaris candida', vt omnis & corpore & cor de pulchra ascendas. Quid enim manauit ex illo latere crucifixi? Sanguis & aqua ex san guine rubor, ex aqua splendor. In istis duo bus sacramentis decorantur singulæ animę, ex quibus vna pulchra efficitur sponsa Eccle sia, cui dicitur in cantico canticorum, quam speciosa es soror mea, dilecta mea, quam spe ciosæ sunt genæ tuæ. Et cum ipse eam talem fecerit, ipsamque pulchritudinem ei ipse do nauerit, videns eam talē quasi miratus exclamat atque circunstantes interrogans dicit, Quænam est hęc quæ ascendit dealbata? Et illi, Aequitas dilexit te, Ipsa est regina quæ asti tit a dextris tuis in vestitu deaurato, circuma micta varietate linguarum diuersarum gentium varietate decorata. Audiens hæc sponsi sui vocis dicentis, Quæ nam est hæc quæ as cendit dealbata: verecunde etiam ipsa respō dere cogitur, & dicit suo sponso, De me in terrogas quę nam sim quę ascendi dealbata? Ego sum quam fędam inueniſti, pulchram que feciſti. Ego sum cuius precesaudiſti, quā do me in Psalmo cantare feciſti, Lauabis me & super niuem dealbabor. Quid ergo mira ris pulchritudinem meam, cum scias hanc es se opera tua? Quid interrogas, quod ipse feci sti? Vides me dealbatam, tu loram super ni uem feciſti candidam, vt videas me ascen dentem, te cognoui de cęlo descendentem, te amaui in cruce pendentem. Humilitas tua facta est exaltatio mea, fęditas tua est pulchri tudo mea. Nisi enim tu de cruce vulneratus descenderes, ego dealbata de fonte non a scenderem. Vere dictum est, Quia valida est sicut mors dilectio. Quousque se sponsus hic inclinauit, qui quantum amando fędam vt faceret pulchram, vsque ad mortis exi tum venit? Et domini domini, inquit, mor tis exitus. Videmus enim eum, ait propheta, & non habebat speciem, neque decorem. Quid miraris: amando talis factus est. Hanc tamen amissionem decoris huius timuit Pe trus, quando prænuncianti domino passio nem suam, dixit. Absit a te domine, propitius tibi esto, ne fiat illud. Sed ille talia sapientem increpauit, & Apostolum diabolum voca uit dicens, Redi retro satanas, non enim sa pis quę Dei sunt, sed quę sunt hominum. Aestimauit enim Petrus totam illam diuinitatis pulchritudiuem absorberi potuisse in corpo ris humani specie, & nesciebat agi illud magnum sacramentum quod propterea se illā pulchritudinem qudammodo expoliaret, vt sibi coniungere dignabatur sponsam Eccle siam, eandem ipsam pulchritudinem ipse ve stiret. Non enim dando perdebat illud quod erogando crescebat. Ille dedit, hęc accepit, & ista quod non habuit inuenit, & ille dan do quod dedit non amisit, quia cum ipsa pul chritudine a mortuis resurrexit. Quid expaue scis petere quasi perdiderit Christus illā pul chram vestem, quando eum nudum intende bas in ligno pendentem? Noli expauescere, noli timere, noli negare: tunicam illā diuini tatis atq; immortalitatis Christus non perdi dit in cruce, quia sponsę suę eam consigna uit in dote. Vidisti eum ò Petre non haben tem speciem neque decorem, & continuo negasti illum, quem omnibus relictis tuis a masti, & non solum semel, sed stans in atrio sacerdotis ab vna ancilla tertio interrogaris, & negas. At vbi te gallo canēte conuicit prę sumptorem, qui prędixerat antea negatorē, respicit te intus in corde, & vt amare fle res, intus quodammodo tecum tacite loque batur illa ipsa eius diuinitas, & dicebat tibi, Vbi es Petre? Si possides amicum, in tentatio ne posside eum, vbi es in tempore tribula tionis illius permane illi fidelis, vt & in hę reditate illius cohæres sis. Vbi est, Petre, Animam meam pro te ponam, &, tecum sum vsque ad mortem? Quam celeriter negasti quasi hominem mortuum, quem antea confessus fueras viui Dei filium? Hæc dum ille tecum in corde sermocinaretur, respexit diuinitas, & fleuit humanitas. A-

gnitā

Psal. 11. C Apo. 7. Cap. 5. Psal. 44. Psal. 50. D F Cant. 8. E G Esa. 53. Mat. 16. Mat. 26.

gnita est dulcedo,& perijt amaritudo, susce-
pta est charitas, & deleta est iniquitas, redijt
amor, & fugatus est timor. Ecce subito quē
negauerat, quia non habebat speciem neque
decorem agnoscit resurgentem speciosum
forma prę filijs hominum, coniunctamque
illi videt sponsam, tunicam illam immortali
tatis, quam antea Petrus timuerat perituram:
indutam videt,cognoscit,quod tali sit circu-
mamicta veste, & alloquitur illam ipsam spō
sam Petrus, vt seruaret huius tunicę dignita-
I tem,& dicit animę humanę,Christus pro no
2.Pet.2 bis passus est, relinquens nobis exemplum,
vt sequamur vestigia eius. Sequere sponsa,se
quere vestigia sponsi tui, nullus te metus re-
uocet a consortio dilecti tui. Ama amantem,
quia prius ille amauit non amantem: requi-
re requirentem, quia prius ille quæsiuit non
quęrentem. Require & dic sponso tuo, vbi
Ps. 18. pascis,vbi cubas in meridie? Ne forte fiam si-
Cap.6. cut operta super greges sodalium tuorum,
quam sic dilexisti, pro qua sanguinem fudi-
sti,cuius tabernaculum,in Sole posuisti. Non
fiam sicut operta super greges sodalium tuo
rum. Ecce dum te quęro vbi pascas, vbi cu-
bes in meridie, meridies Africa est,quę in so
lis occasu est, & tamen quia ab ortu solis vs-
que ad occasum laudatur nomen tuū,& sunt
qui te prędicant non caste, quęrētes quę sua
sunt,non quę tua sunt dum te quæro in me-
ridie, ideſt,in Africa, ecce greges sodalium
tuorum,scholę pessimæ hęreticorum, fraus
Manichęorū,nequitia Pelagianorum,super-
ba congregatio Arrianorum, insultant velut
opertę, ideſt,velut incognitæ, & dicunt mi-
Mat.24. hi,Quem quęris? Christum quæris? Ecce hic
est,ecce illic est. Tu autem quia me admonui
sti dicens, Si autem dixerint, ecce hic est,ec-
ce illic est,ne abieris post eos, cum te noue-
rim vbique totum esse, nō partes defendere,
vnitatem diligere, facta sum illis incognita
& velut operta, & derident me,quia nesciūt
te. Et quid magnum, quia ego ab eis sustineo
K tale opprobrium,cum tu eorum nunc vsque
ad contumeliosum sustineas verbum, qui te
cum patre nolunt esse vnum, sed diuidendo
inter patrem & filium, inter sponsum & spō
sam, magnum incurrunt sacrilegium, ma-
gnum suæ animę inferunt morbum,quia nec
te vnius vnicum sponsum,nec fidelem atque
integrum habere desiderāt medicum? Tu au-
tem anima Christiana quę ascensura es ex sa-
cratissimo fonte,rubore atque decore perfu-
sa,nimis speciosa & candida,serua decorem
tuum,agnosce quid fueris & quid eris, vide
ne deseras mensam sponsi tui. Vt pulchra per
maneas, carnem eis quotidie manducabis:
vt vitam ęternam habeas, sanguinem eius po
tabis: vide ne deseras hanc mensam. Pluri-
mus apparatus hæreticorum fuge,& si pluri-
ma illic prauis disputationibus apponuntur,
aut fęda sunt semiesa sunt. Non est enim il-
lic quicquam integrum, vbi & pater & filius L
& spirituſsanctus non est vnum. Mensa spon-
si tui panem habet integrum,& calicem san-
ctum,quem panem, & si sanctum comminu
tumque vidimus in passione, integer tamen
manſit in illa sua cum patre indiuidua vnita-
te. De isto pane & de isto calice dicebat ipse Ioan.6.
dominus,Panis quem ego dedero, caro mea
est pro seculi vita,Et calix quem sactifiauero
sanguis meus est, qui pro vobis fundetur in
remissionem peccatorum. Superius enim di-
xerat. Nisi manducaueritis carnem filij homi
nis,& biberitis sanguinem eius, non habebi
tis vitam in vobis. Quod verbum audientes,
nec intelligentes discipuli dixerūt,Durus est
hic sermo, quis eum potest audire? Et multi
ex hoc verbo scandalizati discesserunt. Cum
videret autem Iesus,ait reliquis, Nunquid &
vos vultis ire? Tunc Petrus qui sanctę figurā
portabat Ecclesię, respondit pro omnibus,
Et ad quem ituri sumus? Verbum vitæ habes,
& dimittemus te? Videtis dilectissimi, quid
sit exire,quid permanere. Qui exierunt,quia
verbū Christi nō intellexerunt, non iam di-
scipuli,sed hæretici remanserunt: qui persti-
terunt,verbū vitę tenuerunt. Agnoscite hęre-
tici exitū vestrum, quia minorem prędicatis
Christū nostrū. Et vos cum eo stare noluistis
quia Christum vnum esse cum patre non in-
tellexistis. Ideo foras existis, quia verbū vitæ
reliquistis. Non in vobis manet,qui cum pa-
tre æqualis manet. Audi ipsum,quia simul cū M
patre manet. Siquis,inquit,me diligit,dilige-
tur a patre meo,& ego diligam eū, & venie-
mus ad eū ego & pater, & mansionem apud
eū faciemus dic mihi obsecro, hęretice Ar-
riane, vnā animam tuā simul habitat hęc Tri
nitas,pater & filius & spirituſsanctus? Qm̄ &
spirituſsanctus habitat in vobis. Nescitis, in-
quit Apostolus,qa tēplū Dei estis,& spirituſ-

sanctus

Eccl. 2.

A

Mat.23.

Ioan.2.

Deut. 6.
Mat.22.

B

Admoni-
tio neo-
physiorū
ad amorē
catholicæ
ecclesiæ,
& ad orā
dum pro
ea. 17.

sanctus habitat in vobis? An diuersas mansiones in corde tuo pręparas Trinitati, vt maiorem partem teneat pater maior, minorem filius minor, inferiorem spiritussanctus inferior? Iam ergo non habes vnum cor, sed duplum, aut triplum. Non ergo illic habitat Trinitas. Quare? Quia dictũ est, Vę duplici corde. Insensate, inepte. fatue: ignis, splendor calor simul atque inseparabiter, nec distincte, sed æqualiter habitant vnam lucernam, & A vna Trinitas Deus simul non potest inhabitare animam humanam. Si apud te æqualitas vnitatis indiuiduæ Trinitatis non fuerit digna mansio inuenta, respõdebitur tibi, Ecce Mat. 23. relinquetur vobis domus vestra deserta. Nõ enim de lapidibus viuis construis templum Deo, quos rebaptizando præfocas, exhonoras, reprobas, vastas, dãnas, exterminas. Nec fundamenta Apostolorum sequeris, cũ sint ipsi columnę Dei viui, super quas fabricauit sapientia domum suam, construeretur verũ illud templum, in quo erat pietas magnum sacramẽtum. De quo templo dicebat Iudęis, Ioan. 2. Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. In patribus tuis non habes lapidem angularẽ, quem secundum diuinitatem patri æqualem non credis, nec tecum ex duabus pennis charitatis dilectionẽ Dei & proximi te habere demonstras, quia nec Deũ diligis, sicut diligendus est, nec proximum sicut teipsum. Diliges. n. dominũ Deũ tuũ, dictũ est, ex Deut. 6. Mat. 22. toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Da cor ruũ patri, animam filio, virtutem spiritui sancto. Ecce tria Trinitati, ex quibus vnum hominem vni Trinitati sacrificium obtulisti, hæresim Arianam vicisti, qm Deus dns tuus non tres dij, sed dns vnus est. B Admonitio nec-ployorũ ad amorẽ catholicæ ecclesiæ, & adorãdum pro ea. 17. Hæc est fabrica sancta, hęc est aula vera, in qua sunt oues Christi, non lupi diaboli. Cauete dilectissimi fraudes hęreticorum, oues Christi timete insidias luporũ, videte quia nihil subtractum est vtilitati vestræ inquantum ipse dominus donauit de annunciatione verbi Dei. Quid Christus sit, & quid Ecclesia audistis, approbastis, clamastis; & quare tanta mala patiamur, vel quibus meritis peccatorum in manus tribulantium nos traditi fueri mus, dũ ante pauciss imos dies loqueremur simul & agnouimus, simul fleuimus, nunc etiam quid accepturi estis, vel quid eritis, adhuc in auribus vestris insonat strepitus nostrę vocis, admonemus vos vt fratres, hortamur vt filios: Nolite perdere tantũ bonum, amor Christi in cordib. vestris nõ refrigescat, amor matris huius circa vos nõ torpescat, q̃ vos parturit, q̃ curã magnã pro salute vestræ aię gerit, quę spem vestram dirigit, quę quotidie redeuntes materno sinu excipit, quę vobis spiritales cibos pręparat, quę ad ęternam saturitalem perducere desiderat. Immaculatos filios Deo patri vult assignare, quos tanta cura ac solicitudine dignatur nutrire. Hanc toto corde amate, hanc amando conseruos vestros, fratres vestros, Dei ministros puro amore diligite, atque pro nostra mercede in illo sacratissimo fonte pro uobis. Orate pro pace, orate pro liberatione huius terrę, orate vt misereatur qui iuste indignatur. Noli uelli filij, dum in vestra sancta natiuitate pater exultat, vestris orationibus & fletibus mitigate irascentem, quem sensimus fortiter vindicantem. In summa aũt rei, Apostolorũ sanctorum verbis vetentes commendamus vos Deo in verbo gratię eius, qui potens est custodire in nobis, quod ipse donauit, Ipsi gloria cum spiritusancto in secula seculorũ.

C

D

DE CATACLYSMO.

SERMO VNVS.

QVoniam in proximo est dies redemptionis vestræ, percipite dilectissimi ea quę vos eruditi atque corda vestra enuriant, erigant, corroborent ad timorẽ Dei: & feruor iste tanti amoris nõ pigrescat in cordibus vestris nec putet quis tantũ esse Christianũ, q̃ his imbuitur mysterijs, q̃ renascitur ex aqua & spiritu, & postmodũ dimittat se voluptatibus varijs, securusq; effectus q̃ sacramento baptismatis munierit animam suã, nõ eã custodiat cõtra versutias inimici, immo & ipse quantũ põt custodiat & custodiendã petat, ne tẽpestatibus huius mũdi procellisq; depereat. Baptizatus est quis, nauis ẽ instaurata, subũcta, velificata, missa in mare, indiget gubernaculo, quousq; ad portũ desideratũ perueniat. Mare hoc seculũ, s. non solũ tempestatibus scopulisq; periculosum est, verum etiam bestijs cupiditatum insidiantib. abundans. Omni solicitudine, omnicura, om- *Indicto nouiter baptizato quam sit arduũ Cap. 1.*

ni industria excitati iam vigilent naturę, frequenter etiã Christus inuocetur gubernator,
E vt nauẽ tantis periculis ereptam ad portum securitatis ipse perducat. Baptizatus es, signatus es regio charactere, cępisti cõsequi anno nã de mensa regis tui: noli esse desertor, nec vt miles delicatus diffluas per voluptates, & te hostis diabolus inermen diffluentemq; inueniat, sed vt fortis miles quicquid potes age in hoc bello, vt virtus tua Christus non solũ te tueatur, verumetiam alij proficiant ad salutem. Postula a rege tuo arma spiritalia, bellũ tibi, inquit, indicatur, in quo eniteſcas pugnãdo, vt ad plenam pacem triumphando perue nias. Non contra vnum dimicabis, multi.n. contra te exient aduersarij: pugnabis.n.cum vitijs, & vt beatus martyr Cypianus ait, ſi deprefferis auaritiam, exurget libido, & ſi libidinẽ ſuperabis, ſuccedet ambitio, & ſi ambitio a te fuerit deuicta, ira, zelus, emulatio, inuidentia, ſuperbia, ebrioſitas cum cęteris ſuis peſtiferis ſocijs in vnum contra te dimicantia conſtituent caſtra. Sed non metuas, habes quod agas inuoca dominum virtutum, induat te ex alto virtute, vt illã proferas vocẽ, Si cõſiſtant aduerſus me caſtra, non timebit cor meũ: & ſi exurgat in me prælium, in hoc ſperabo. In illo, in quo, niſi in dño virtutum, qui militẽ ſuũ ita expectat dimicantem, vt adiuuet laborantẽ? Baptizatus es, mundatus es, vnctus es oleo, reſtauratum eſt corpus tuum ad priorem ſtatum primi illius hominis ante peccatum, noli poſtmodũ male ſecurus eſſe. Ad agonem produceris, contra diabolum vitiorum Pincipem dimicabis in arena huius mundi, vtręque partes, Chriſti ſcilicet & diaboli, infinita populi multitudo te expectat luctantem, & quiſnam vincat vide omnẽ turbam nimia intentione pendentem.

Pſal. 26. De adiutorijs Chriſtiani militis. c. 2.

P Non de re triumphet pars diaboli: Si vis vincere, noli de te præſumere, ſed illi aſsigna victorię gloriam qui tibi donat vt victoriæ feras palmã. Vis vincere, caput prius contere inimici, excudendo de corde tuo ſuggeſtiones diaboli. Vis vincere, manus tuæ fortes in ueniantur in bono opere. Vis vincere, fige pedes, non nutent veſtigia tua ſequendo ſpectacula & deſerendo Eccleſiam. Sed vt hanc etiam in tam magno agone & tam grandi luctamine poſitis implere victoriã, mittat tibi dominus auxilium de ſancto, & de Sion tuea

Demyſterijs baptiſmi quid in baptizato efficiant, exẽplo Moyſi, in virgã & aquarũ diminutiõe populum

tur te. Ecce dilectiſsimi, venturi eſtis ad fontem aquę, nõ dicatis in cordibus veſtris, hoc eſt totum quod pro magno deſiderabamus: Fons iſte viſibilis, ſimilitudo eſt æterni fontis. Renaſcemini ex aqua & ſpiritu. Aqua illa non ſolum corporis ſordes mundat, ſed animam a peccatis liberat. Debetis autem noſſe cur virtus illius aquę & animę profit & corpori. Non enim omnis aqua mundat: ſanctificatur hęc per conſecrationem verbi. Tolle enim verbum, & quid eſt aqua niſi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentũ, virtus verbi per aquã mandauit nos, quia per aquas ambulauit. Vt autẽ a tempeſta te huius ſeculi liberet vos, videte potentiam verbi Dei, quemadmodum dominetur cunctæ creaturæ ſuę. Quod dicturus ſum noſtis. In Euangelio legitur, cum quarta noctis vigilia veniret dominus Ieſus ad diſcipulos ſuos ambulans ſuper aquas maris, & inueniret eos piſcantes, quos iam fecerat hominũ piſcatores perterriti diſcipuli putauerunt ſe phantaſma videre. Acceſsit Ieſus, & ait illis. Nolite timere, ego ſum. Tunc vnus illorum Petrus ille præſumptor, & poſtea negator, poſt vero confeſſor & amator: Si tu es, inquit, domine, iube me venire ad te ſuper aquas. Et dominus, Veni, inquit, Deſcendit Petrus & cępit ambulare ſuper mare plenus fiducia. Dum ambulat, trepidauit infirmitas, ſed ſtatim ſubuenit diuinitas. Cępit mergi, clamat, domine pereo, Porrexit manum dominus erexit mergentem, confirmauit diffidentem, & ait illi: Modicę fidei, quare dubitaſti? Videtis dilectiſsimi, quantum adiuuet fides, & quantũ deprimat infidelitas. Siquis enim veniens ad aquas baptiſmi, fide plenus eſt, ſubleuatur: ſiquis infidelis eſt, mergitur. Sed porrigat manum dominus etiam infidebus mergentibus & plenam fidem operetur in cordibus. Audite adhuc, aquę ſacramentũ quid in vobis operabitur: Proponam figuram vt ex ea vobis veritas eluceſcat. Cum Aegyptij duris operibus populum prẽmerent Hebręum, clamor factus eſt populi in auribus Dei, & deprecati ſunt vt eos liberaret a dominatu gentis peſsimæ. Miſſus eſt Moyſes qui eos ex Aegypti educeret ſeruitute. Apud Pharaonem Principem Aegyptiorum fideliſsimus Dei famulus allegat Imperatoris ſui iuſsionem, & quid rex omnium gentium

reliquiarum. c. 3. Mat. 14.

Alias hominum.

Exo. 5.

Exo. 5.

lium præceperit, auribus duriſsimi regis inſinuat. Obdurat Pharao cor ſuum, nec ſcire ſe dicit Deum, atq; eius miniſtros repudians grauioribus pœnis affligit populum. Ex maiori anguſtia populi maior clamor exurgit. Suſcipit certamen famulus Dei Moyſes, congreditur cum Pharaone nullo telo, nullo gladio, nulla viſibilia indutus arma, ſed munitus poteſtate diuina: inferuntur decem plagæ in Aegypto, & vindex ira in populum contumacem ſurgit, ut ex minutiſsimis animantibus, uermiculis, ranis & locuſtis ceruix caderet ſuperborum, in quibus plagis, ultima mors primogenitorum Aegyptiorũ omnium facta eſt, ut ſuos iuſte perderet qui iniuſte alienos detinebãt. Dimittit populum Pharao, non uoluntate, ſed nimia neceſsitate cõſtrictus. Pergit populus erutus ad mare rubrum feſtinans, ut per aquas ſaluarentur, qui a peſsimo hoſte liberabantur. Sequuntur Aegyptij, imminent populo fugienti: uident ſuper ſe Iſraelitæ hoſtes & inimicos ſuos, expectant gladium. Mors in oculis, timor & tremor in manibus ſingulorum, ne in fauces caderent perſequentium. Exurgit Moyſes famulus Dei portans uirgam, quam a domino acceperat, & per quam iam multa ſigna fecerat, percuſsit mare, & diuiſum eſt. Vbi eſt illa potentia, non numinum, *Alias hominum.* ſed dęmoniorum? Vbi eſt uana ſuperſtitio Paganorum? Nunquid ut mare diuideretur ille Neptunus eſt inuocatus, quem regem maris eſſe uolũt qui regem uerum Deũ ſuum agnoſcere nolunt? Virga extenſa manu aquas percutit Moyſes, & ſtatim cogitur fluctus in cumulum, & unda in ſemetipſa repreſſa curuatur, ſoliditatem recipit liquor, & ſolum maris areſcit in pulueres. Ingreſsi ſunt alij ſaluandi, alij damnandi. Vnũ elementum aquarum authore totius creaturæ iubente iudicauit utroſque, ſeparauit enim pios ab impijs: Illos abluit, iſtos obruit, illos mundauit, iſtos occidit. Moyſes figuram habuit domini Chriſti, quoniam dux fuit populi. In uirga agnoſcite crucẽ, in mari rubro agnoſcite baptiſmum Chriſti ſanguine purpuratum. Regem Aegyptiorũ populosque eius, authorem peccatorum diabolum cum omnib. miniſtris eius. Sęuit diabolus quando uos uidet per aquã baptiſmi a ſua oppreſsione liberari. Exclamate ad Moyſen ueſtrum dominum Chriſtum, & uirga crucis percutiat mare baptiſmi, reuertatur aqua & operiat Aegyptios, ut quemadmodũ nullus remanſit Aegyptiorum, nihil remaneat etiam ueſtrorum peccatorum. Totum mundet, qui totum fecit, reparet perdita, qui creauit omnia integra, extinguat Pharaonem diabolum mortis authorem, & ſuum populum liberet per aquam ſalutarem. Audiſtis dilectiſsimi, figuræ illæ quomodo tranſierunt ad ſpeciem ueritatis: illud ſupereſt, ut noueritis quẽadmodum celebrauerit Paſcha. Liberatus populus ex Aegypto, baptizatus, ut ait Apoſtolus, in nube & in mari rubro acceperunt præceptum domini per Moyſen, ut in occiſione agni celebrarent Paſcha, de cuius ſanguine poſtes domus ſuæ unuſquiſque liniret, nec timerent angelum uaſtatorem, qui ſignum ſanguinis agni occiſi in ſuæ fronte domus haberent, Os, inquit, dictum eſt, non comminuetis ex eo, nec relinquetis quicquam in mane, cum picridijs & azymis comedetis agnum. Fecerunt quod præceptum eſt filij Iſrael. Demonſtra & tu Iſrael ſpiritalis fili Abrahæ, ſecundum fidem, non ſecundum carnem, demonſtra & qũo celebras Paſcha, habes agnum occiſum, demonſtra, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Lini ſanguine eius poſtes domus tuæ, demõſtra & dic. Dic cum Paulo, Mihi abſit gloriari, niſi in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti. Os non comminuetis ex eo, dictum eſt, Impletum eſt hoc in ipſa dñi paſsione, ipſius ſancti agni immolatione, quando crucifixus cum duobus latronib. in medio pendebat ipſa ſumma iuſtitia, liberans unum confitentem, alium puniens blaſphemantem. Ita factæ ſunt tres cruces, tres cauſæ. Vnus latronum Chriſto inſultabat, alter ſua merita confeſſus Chriſti ſe miſericordiæ cõmendabat: crux Chriſti in medio non fuit ſupplicium, ſed tribunal. Mox ut peregit omnia quæ de ſe erant ſcripta, accepto felle & aceto, propter illud ꝙ prædictum erat, Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto, inclinato capite tradidit ſpiritũ. Venerunt milites, fregerunt crura latronib. in cruce pendentibus: ad Ieſum aũt cum ueniſſent, non fregerunt eius crura, ut impleretur, ait Euãgeliſta, quod ſcriptum eſt, Os non comminuetis ex eo, ſed unus

De myſterijs paſcha lib. in baptiſmo cõplendis. *1.Co.10.* *Exo. 12.* *1.Co.10.* K

Ioan. 1. *Galat. 6.* *Exo. 12.* *Num. 9.* *Luc. 23.* L *Mat. 27.* *Ioan. 19.* *Pſal. 68.*

ex militibus latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua, quæ sunt matris Ecclesiæ gemina sacramenta. Percussit latus lancea persecutor, & fudit pretium redemptor. Hic sanguis inebriat mentem, ut amore obliuiscatur mundi. Hæc aqua mundat animam, vt corpus sordibus careat diaboli. Nec relinquetis ex eo quicquam vsque in mane. Hoc nũc agitur: Comeditur. n. agnus per noctem huius seculi, vt cũ mane illud venerit quod vesperum non habebit, non iam offeratur sacrificium imaginis agni, sed ipsum agnũ quẽ quotidie immolamus, comedimus, & cuius sanguinẽ bibimus. Inueniamus illic eum sacerdotem perfectum quem constat hic pro nostra salute occisum. Quæ sunt hæ picridiæ olera amaritudinis, quæ comedit Israel spiritalis, nisi vox illa amara ad tempus sanctorũ martyrum emissa per sanctum Dauid ac dicentium, Cibabis nos pane lachrymarum & potum dabis nobis in lachrymis, in mensura. Et per Apostolum Paulum, In omnib. tribulationem patimur, sed non angustiamur. Demonstra & azyma sancte Paule, ex Israelita carnali spiritalis effectus. Celebrasti enim Pascha cum populo vetere, & quemadmodum nouus populus figuras in veritate conuerteret, tu docuisti, tu demonstrasti. Ostende ergo azyma consperſionem nouam, Non in fermento, inquit, veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis. O agne occise, ò Christe sancte pro nobis crucifixe, qui vt lapsa repararesin cruce pependisti. Ipsa est illa virga regni tui, crux ipsa, inquam, qua virtus in infirmitate perficitur, ipsa illa virga crux ipsa, illa virga quæ floruit ex radice Ieſſe, ipsa illa virga quam portabat Moyses, quæ conuersa in serpẽtem, glutiit magorum serpentes doctrina Christi diffusa per omnes gentes hæreticos superans dementes. In illo enim populo fratres in quo multa signa faciebat Moyses per virgam, exurrexerunt magi Pharaonis facientes & ipsi prodigia contra famulum Dei Moysen. Sed ad hoc quędam mira facere permissi sunt vt mirabilibus vincerentur. Magi Pharaonis quid aliud significabant, nisi omnes hæreticos ministros diaboli, qui sub nomine Christi deuorare cupiunt populũ Christi? Scatent nunc hæreses in hanc terram tanquam serpentes magorum, quos deuorauit & deuorat ille serpens exaltatus in ligno. Sed quoniam non est temporis ire per multos singulorum capita conterantur, quomodo exurgunt, sic deuorentur. Fuit hic, vt nostis dilectissimi, viperea doctrina Donatistarũ, contrita est consumpta est. Mox Maxiministarum serpentina fraus pullulauit, cõtrita est, consumpta est. Manichęorum venenum aspidis surrepserat, contritum est, consumptum est. Pelagianorum nouum dogma a ministris diaboli tanquam a Magis Pharaonis excitatum, illi nostro serpenti certamen indixit, conteritur, consumitur. Cum tot serpentum capita catholica doctrina contriuerit, dissipauerit, consumpserit, ecce nobis vnus anguis Arrianus olim mortuus insultat, caput erit veluti viuum se demonstrare conatur quẽ iam olim constat occisum. Redi Moyses noster, redi virga, redi serpens Christe sancte, æqualem potestatem cum patre habens redi contere capita draconum super aquas, confringe caput draconis magni, viuum se profitentis, sed veram vitam non habentis. Dic tu qui es, quoniã ille aliud docet quam es. Dic, dic, audiamus vnde hæreticos conuincamus. Audite quid dicat, Ego sum via veritas & vita, Nemo venit ad patrẽ nisi per me. Secundum humanitatem via, secundum diuinitatem veritas & vita. Tu autem hæretice Arriane, qui minorem vis esse in diuinitate vitam & veritatem, sequitur vt non per eum venias ad patrem. Sed adhuc domine Ieſu contere caput draconis, dic qd sis cum patre, te audiamus docentem, non hæreticum blasphemantem. Dic quid sis cũ patre, Ego, inquit, & pater vnum sumus. Dic adhuc, Ego in patre & pater in me est. Adhuc dic, Qui me videt, videt & patrem. Credis iam hæretice tantæ authoritati? An ipsius testimonium de seipso non admittis, sed alios de eo testes requiris? Ecce introducunt aduersus te, dicant, conuinceris, refutaris, & legis laqueis irretiris. Dic testis Dei Paule, qui vsque ad sanguinem pro isto testimonio accessisti, & ne falsæ doctrinæ succumberes animam posuisti. Dic, audiat qui conuinci formidat: Conuincat qui nec conuictus mutatur. Singuli quiq; ait, Hoc sentite in vobis q; & in Christo Ieſu, qui cum in forma Dei esset, non rapinã arbitratus est esse se æqualẽ Deo. Audis æqualem, audis formam Dei, & tu

Psal. 79.
2. Cor. 4.
1. Cor. 5.
De hæreticorũ deuoratione per ecclesiæ Christi sanam doctrinã, exẽplo virgæ Aarõ Magorũ virga gluttiẽti. c. 5
Ioan. 14.
Ioan. 15.
Ioan. 14.
Phil. 2.

tu audes dicere, minorem filium Dei? Veniat & alius testis, vt in duobus vel tribus cõ
1. Pet. 1. firmetur æquitas veritatis. Dic & tu sancte
act. 1. Petre, quid tibi reuelauerit, non caro & sanguis, sed pater cęlestis: Tu es, inquit, Christus filius Dei viui. Et in epistola sua ad gentes secunda. Notam facimus vobis, inquit, domini nostri Iesu Christi virtutem & præscientiam, & magnitudinem. Audis virtutem, audis magnitudinem, audis præscientiam. In quo hæretice Christum dicis esse minorem?
C Sed audi adhuc quid aduersum te hic testis & de filio & de spiritu sancto dicat: Non voluntate humana allata est, inquit, Prophetia, sed spiritu sancto acti, locuti sunt homines Dei. Fuerunt vero & pseudoprophetæ in populo sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui subinducent sectas perditionis, & qui emit eos dominatorem abnegantes. Vides te vallidis testimonijs & demonstrari & conuinci. Negantes, inquit, dominatorem esse, qui emit eos. Quẽ negas dñatorẽ, nisi filiũ, quẽ dicis esse minorẽ? Et qs est qui vos emit, nisi qui vos suo sanguine redemit? Sed ingrediatur & tertius testis, vt tres unum uerum testimonium dicãt vni trinitati & trinę diuinitati. Dic & tu sancte Ioãnes, q̃ super pectus saluatoris discumbebas, & videbas super cę-
Ioan. 14 lestia mirabilia verbũ domini. Dic & tu q̃ no
1. Ioan. 5 Psal. 10. ueris filium Dei, In principio, inquit, erat verbum, & uerbũ erat apud Deum, & Deus erat uerbũ. Et in epistola sua. Scimus, inquit, qm̃ filius Dei uenit & dedit nobis intellectũ, vt sciamus quid verũ sit, & simus in uero filio eius: Hic est.n. verus Deus & vita æterna. Tu autem minorẽ dicendo filium qui est Deus uerus, non habes uitã æternã. Sed ad cõ
Ioan. 14 futandam contumaciam peruersam hæresis,
D ad deglutiendum te serpens magice factus, non a veritate susceptus, ipse pater testimonium dicat de filio, ut nihil amplius quæras,
& C nihil amplius credas. Per prophetam, in-
Exod. 3. quit, Tecum principium in die uirtutis tuæ. Principium pater, principium filius, ergo pater & filius principium sine ullo principio. Tecum principium in die uirtutis tuæ in splendoribus sanctorũ ex utero genera tei tanquam diceret, vt sancti illuminarentur ,pcessisti ex me. Nec fuit dilectissimi alia causa cur vel ipsa nomina patris & filij & spiritus sancti seiuncta uiderentur, nisi ut sancti homines instruerentur. Cęterum quod dictũ est Moysi ab ipsa substantia Trinitatis, Ego sum qui sum. Et sic dices, Qui est misit me. Ergo ex utero in splendoribus sanctorũ generatus est filius. Sed ne hanc generationem carnaliter uel tẽporaliter acciperes factã, audi quõ eũ genuerit, Eructauit, inqt, cor meũ verbũ, Ioannes testis dicit, In principio erat
F uerbũ, Deus pater dicit, Eructauit cor meum
Psal. 44. verbũ, Propheta Abacuch dicit, Ambulauit
Ioan. 1. uerbũ. Audis dñm uerbũ, & hoc esse in principio apud Deũ, & Deũ esse verbũ. Testimoniũ uox, & ipsius Trinitatis unitas per totum mundũ cõtra te clamat, & tu uelut canis rabibus contra totũ mundũ latras. Sed audi ad huc vnde plenius conuinceris, q̃ Trinitas vnus Deus sit. Patris uox est per Prophetam ad filium, in splendore sanctorũ ex utero genui te. Patris uox est per Esaiam Prophetam de
Ioan. 14. spiritu sancto. Spiritus, inquit, a me exiet. Et filij uox est in Euangelio ostendens in se patrẽ esse & se in ipso ubi ait, Pater in me manens
Ioan. 10 ipse facit opera. Filij uox est de spiritu sancto ostendens, quia quõ procedit ex patre, ita ex seipso, ubi ait discipulis suis post resurrectionẽ. Accipite spiritum sanctũ insufflauit in eis, ait Euangelista, spiritum sanctum dans eis ac dicens, Si cui remiseritis peccata, remittuntur illi. Vnde est & illud Apostoli Pauli:
Rom. 8. Siquis spiritũ Christi non habet, hic non est eius. Si ergo filius in patre, & spiritus sanctus simul est in filio & patre, non est seiũcta Trinitas, ubi est perfecta unitas. Discedat Arrianus confusus reus, quia Trinitas unus est
E Deus. Sed quando tibi peruersa hæresis uerba mea proficiunt, cũ sis aspis surda obturãs aures, ne audias uoces incantantium? Noueris te tamen a uirga serpente esse comedendum, dum oues quas tenes captiuas, ad suũ ouile ille pastor adduxerit, vt sit unus grex, & unus pastor. Ille pastor noster, dilectissimi
De pastore Christe oues suas crucis mysterijs & scripturarũ exemplis ad sanctitatẽ patefcẽte. c. 5. qui uirga ferrea pascit, & regit confringit & & restituit, ipse pastor est, ipse rector, ipse fabricator, ipse architectus noster. Magnum te pastorem uideo domine Iesu oues pascentem, errantes requirentem, inuentas cum gaudio ad gregem tuis humeris reportantem, magnum te architectum uideo uirgam portantem, in uirga pendentem, & de ista uirga mula miracula facientem. Multum expauesco expositionem uirgæ huius dilectissimi,

dum loca diuinarum scripturarum consideIoan. 10. ro. Virga Maria sancta, virga ipse Christus, virga crux. Et de ista virga quam & mira fecit hic architectus, & arborem fecit crucis, vbi angularis pepēdit lapis, & scalas cęli per quas hominem lapsum ad patrem leuauit. Quale miraculum fratres huius architecti, vt
H de virga sua faceret scalas, & tales quarum caput in cęlū poneret, & per eas ipse & ascēderet, & descenderet, & propter confirmationem ipse super eas incumberet. Ascende securus, qui desideras cęlum: non te terreat earum nec angustia, nec longitudo, nec altitudo: nihil timeas, non nutant gradus eius quos ille architectus sic confirmauit, vt in eius ligno manus suas clauis affigi voluerit. Vide has scalas architecti, discipulum Apostolum Paulum, & demonstrantem, & gradus quasi numerantem, & ascendentem, & quā plurimos inuitantem, Flecto, inquit, genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, vt det vobis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit altitudo, longitudo & profundū. Quatuor gradus posuit crucis. Non ergo laborioſæ sunt hæ scalæ. Quatuor gradus habent, & perducunt ad cęlum. In altitudine
Ephe. 3. crucis caput positum est crucifixi. Sursum cor habeat Christianus ad dominum, quod interrogatus quotidie respondet, & ascendit vnum gradum. In altitudine crucis manus affixæ sunt crucifixi. Perseuerent manus Christiani in operibus bonis secundum gradum
I ascendit in longitudine crucis corpus pepēdit crucifixi. Castiget quis corpus suum obseruationibus, ieiunijs illud suspendat, vt seruituti animæ subijciat, & tertium gradum ascendit. In profundo occultum est quod non vides, sed inde exurgit hoc totum qđ vides. Adsit fides Christiana, quod non potest comprehēdere, credat corde, altiora a se non quęrat, spes eum nutriat, & tunc quartum gradum ascendit. Per hos gradus ascenderunt sancti omnes, continentes, coniugati, fideles, euaserunt ruinas mundi, migrauerunt ad loca tutissima, vbi iam nec Barbaros timent, nec frigiles casus humanos exhortent, nec corruptiones metuūt, nec ægritudines patiūtur, nec tribulationibus affligunt, nec ipsam iam mortem timent, sed cum Deo de Deo vi
uunt. Hanc vitam dilectissimi amemus, ac
Gen. 39. petamus, desideremus, ad quam omnis qui currit non graditur via pedum, sed via morū. Boni ergo mores requirantur, ipsi in omnibus inueniantur. Vterque sexus & omnis ætas habet in sanctorum hominum imitationis exemplum. Imitentur senes mores Thobiæ qui cum cęcus esset corpore, viam vitæ filio demonstrabat in corde. Ille eum manu ducebat in terra, & pater monendo eum per
K ducebat ad cęlum. Imitentur adolescentes Ioseph sanctum, puchrum corpore, puchrio rem mente, quem castitas sic possederat, vt irruentes minæ dominæ mulieris impudicæ non possent eum violare nec mente nec corpore, cuius iam Deus possederat mentem. Imitentur virgines sanctæ sanctam domini sui matrem Mariam. Imitentur viduæ religiosam viduam Annam. Imitentur & coniugatæ castam Susannam. Virgo mater quod vouit, impleuit. Anna vidua in orationibus atq; ieiunijs vsq; in finem perseuerantiam tenuit. Susanna casta pro pudicitia vsq; ad periculum mortis accessit. Intendite cōiugatæ, qualis vobis huius a scriptura sancta imitatio proponatur. Non enim prędicat eam, quod fuerit auro, monilibus vel veste pretiosa forinsecus pudore castitas ornata. Omnibus vitam donauit qui bonos mores instituit. Propterea nanque ipse vir de fęmina est nasci dignatus, quia ab ipso vterque sexus est liberatus. Multa diximus intentissime audistis, epulas dominicas libentissime comedistis, rependite vicem ministratori vestro, vt si non verbo, saltem vestris orationibus pascar.

DE TEMPORE BARbarico.

SERMO VNVS.

C
ADmonet dominus Deus noster, non omnes nos debere negligere nostra peccata, qñ talem demonstrat irā suam: ipse quippe iuste punit nocentem, quia nullū inueuit pęnitentē. Quotiens dilectissimi intonuerunt atq; intonant tubę diuinę, Agite pęnitētiā appropinquauit. n. ad vos regnū cętorū: & clausis auribus cordis, magis operamur mala & petimus vt veniant bona? Sed taliū iudiciū iustum dicit Apostolus, In eo enim ipso qꝺ talia sapiūt, qui tales sunt, ex malis

malis operibus posse se bona suscipere obdurati sunt, pœnitentiæ locum non requirunt: Merito iuste iudicati, qui a semetipsis inueniuntur esse damnati, licet non oēs hic noster tangat sermo, omnes astringit sermo diuinus dicens, Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est
A vsque ad vnū. Quomodo omnes & quomodo non omnes? Quia sunt multi qui gemunt
Psal. 13. & dolent ob iniquitates quæ fiunt in medio eorum, volentes resistere, sed timore secularium rerum nō audientes, quas adhuc vel adipisci desiderat humana fragilitas vel admittere formidat infirmitas. Secundum id q̄ dolent non omnes, secundum quod rem nō timendā timent, omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, quia plus existimatur timor hominis, quam timor Dei, & præferunt homines res quas acceperūt a Deo ipsi Deo, ne eas tollat malus homo, cōtemnitur Deus pp quem factus est homo. Vellem vos quidem qui adhuc tales estis, & amore rerum secularium obligati peccantibus, aut parcitis aut fauetis, vellem vos quidem aliquibus exhortationibus admonere, quid cui rei præponere debeatis, nisi nos fluuius lacrymarū cōpelleret plangere eos qui peccant, & nolunt agere pœnitentiam. Si esset in nobis humanus affectus, si esset compassionis sensus vnius hominis mortem flere, dolere ac plangere deberemus. Quib. lachrymis, quo gemitu, quibus planctibus exagitamur, quādo aut maximam partem, aut pene totam plangimus ciuitatem. Aeger est charus, & vena eius malum renunciat, omnes qui eum diligunt ægrotant simul amico. Si eū & in ipsa vicinia mortis ridere viderint, quēadmodū ab eo omnem spem salutis ablatam sentiunt eumq; adhuc viuum tanquam mortuum me
B rito plangunt. Inter tantas angustias, & in ipso fine rerum posita est vniuersa prouincia, & quotidie frequentātur spectacula, sanguis hominum quotidie funditur in mundo, & insanientium voces increpant in circo. O planctus oī tristitia acceptior, o plāctus oī mœstitia affligēs cor, libet flere. Plangimus n. dilectissimi, & illos & nos, quia & nos digni sumus, q cū talibus merito flagellemur. Nos enim cum alios accusamus omnes declinauimus simul inutiles facti sumus, prorsus omnes, nullus est excusatus, quia talis est iudex, vt omnis homo ab illo inueniatur reus. Cum enim rex iustus sederit in throno, quis gloria Prou. 20
bitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? Aduenit tempus illud quod prædixit dominus, Putas cum venerit filius hominis, fidem inueniet in terra? Quis habet fidem? Quis credit verbis diuinis? Audebit aliquis vestrum sibi assignare fidem, quando audit dominum dicen Luc. 18.
rem discipulis, Si haberetis fidem sicut granū Luc. 17.
synapis, diceretis arbori huic, eradicare & plantare in mari & obaudisset vobis? Quis sibi audebit assignare, quod faciat omnia quę præcepit Deus? Nemo, prorsus nemo. Prędicamus, & non facimus: auditis, & facere non curatis. Merito omnes sumus sub flagello, & doctor & factor & auditor & contemptor. Studemus inuicem reprehendere, & non studemus opera nostra discutere. Detrahit proximus proximo, detrahit clericus clerico, detrahit laicus laico. Video quidem scinuicem accusantes, sed neminem video iuste se excusantem: vnusquisque enim dilectissimi, proprium onus portat. Nolite detrahere alterutrum fratres, ait Apostolus Ia- Iacobi 4
cobus. Qui enim detrahit fratri suo, aut iudicat fratrem, detrahit legi, aut iudicat legem. Si autem iudicas legem non es factor legis, sed iudex. Vnus est enim legislator & iudex, qui potest perdere & liberare, Tu autem quis es qui iudices proximum? nec tamen voces detrahentium, silentium possunt impo C
nere verbo Dei. Clamat ille per bonos & per malos: Agite pœnitentiam, appropinquauit ad vos regnum Dei. Nolite esse auditores legis tantum, sed factores: Facite dignos fructus pœnitentiæ. Ecce enim, ait Euangelista: Securis ad radices arborum posita est: Omnis enim arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Video, inquit, omnes homines diuersas arbores, fructus etiam diuersos habentes, sed bonus fructus quęritur qui pascat, non qui pungat. Sunt n. & arbores spinosę igni deputatę merito incendendę, quia in eis nullus fructus est animę. Putatisne, dilectissimi, nos omnes tales sumus, qui in istis malis pro peccatis nostris dimissi sumus? Exacuit agricola ferrum, amputat inutile lignum, abscissum seruat incendio concremandum, hoc nunc agitur a vero agricola. Videtur sibi quidem mali

adhuc ſtare, adhuc florere. Quiſquis talis es, quiſquis malus es, quiſquis corrigi nō vis, nō te conſoletur akitudo tua, quia maior te expectat ruina, amplior ſuſtinet flamma, quia ſecuris hæc ad te nondum venit. Ideo putas te poſſe ſemper ſtare, cum videas vel audias alias arbores te ampliores cecidiſſe. Quod te hic agricola differt, eius eſt patiētię, ne forte intercedat apud eū locus pęnitentię. Colonus enim ille in Euangelio, qui intercedebat
D pro arbore, quam dominus eradicare volebat q; fructum per triennium nō haberet, vi
Luc. 13. dete quid ait, Domine, dimitte illam, & hoc anno, faciam ei foſſam, adhibeam cophinum ſtercoris. Si fecerit fructū, bene: ſin autem, veniens abſcindes eam. Arbor hæc ſterilis: genus huminum eſt non habens fructum pęnitentię, Dñs eius, conditor eius eſt. Interceſſor huius arboris Apoſtolus. Paulus eſt, Vnde probamus? Audi in quadam Epiſtola quē-
Ephe. 3. admodum intercedebat pro talibus, Flecto, inquit, genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, vt det vobis virtutem. Hoc ergo eis petebat, vt acciperent quod non habebāt. Faciam, inquit, ei foſſam, adhibeam cophinum ſtercoris. Foſſa, locus eſt humilitatis: cophinus ſtercoris, lachrymę ſunt pœnitentis. quem locum ſiquis ctemſerit, amplius ſuſtinebit tormentum, quando illius agricolæ acutiſsimum ſenſerit ferramētum. Agite mali pęnitentiam, corrigimini mali, quia vobiſcum flagellantur & boni. Dicet aliquis: Si malis merito flagellantur, boni quare talia a malis & cum malis patiuntur? Quare? quia ſecundum quendam modum dicuntur boni, ſecundum autem rectum uerumq; bonum, nemo bonus niſi ſolus Deus. Ergo & ipſi boni quicunq; ſunt boni, non tales ſunt quales eſſe debent boni: Non.n. ſunt perfectum bonum, proficiunt enim de die in diem. Si profi
Luc. 18. ciunt, vtique exercitationibus proficiunt.
Actō. 5. E Nemo ſe iuſtificet tanquam iam ſit perfectus. Recedat ā medio male iuſtificator Pelagianus, cōfundatur hæreticus Arrianus: Nemo enim bonus, niſi ſolus Deus: Quid ergo? Chriſtus non eſt Deus? Plane Deus. De ipſo quippe dicit ſcriptura diuina: Hic eſt verus Deus, & vita ęterna. Quid ſpirituſſanctus, nō eſt Deus? Planè Deus. Vnde probamus, quoniā & ipſe Deus? Audi in Actibus Apoſtolorū Petrū Ananię fraudatori improperātem.

Quare boni cum malis puniantur, & de inordinato amore quo Deo præferuntur filij. Cap. 3.

Anania, inquit, cur impleuit ſatanas cor tuū, mentiri te apud ſpiritum ſanctū? Non es mentitus hominibus, ſed Deo. Ecce & ſpirituſſanctus Deus. Ergo Trinitas vnus eſt Deus: & verum eſt, quia nemo bonus niſi vnus Deus. Patientes eſtote boni, vt ſitis vere boni: Patiētes eſtote vſque ad aduentum dñi. Tolerate mala, quæ patimini a malis cum malis, quia iſta tentatio, veſtra eſt examinatio. Si aurum es, quid times paleam, quid times ignem? Simul quidem eritis in fornace, ſed ignis paleas in
in cineres vertit, tibi ſordes tollit. Si frumen- F
tum es, quid times tribulum? Non apparebis qualis antea eras in ſpica, niſi tribula conterendo a te ſeparauerit paleas. Si oleū es, quid times preſſuram pręli? Non declarabitur ſpecies tua, niſi etiam pondus lapidis a te ſeparauerit amurcā. Verūtū interroget ſe vna quaq; anima, & videat ſi iniuſte patitur, proferatur ſtatera iuſtitiæ, appendatur amor mundi cū more Dei, vide quemadmodum prępondereret amor mundi: proferatur ſpeculum ſcripturę diuinę: Speculum hoc neminem palpat, qualis es, talem te tibi demonſtrat. Intende, & vide, & ſi eſt aliqd quod offendat, abi confuſus, & redi correctus: an non confunderis, & in malis tuis gloriaberis? Eris enim perfectum malū, nō qualecunq; bonū. Talis non vis flagellari cum mundo, aut flagellatus murmuras ſub flagello? Serue male, feciſti q; dominus iuſsit, qui ne vapulares iſta flagella ante tibi prædixit. Quis iuſsit? Dominus iuſſit, creator tuus iuſsit. Quid iuſsit? Qui amat, inquit, patrē aut matrem pluſquam me, nō eſt me dignus. Ecce quid iuſsit? Ait, qui amat filium aut filiam pluſquam me, non eſt me dignus. Ecce quid iuſsit? Et qui eſt inquit, qui *Matt.*
odiat patrem aut matrem aut filios? nec illos ille odire præcepit, ſed vel quantum illos, tū ſe diligi iuſsit. Plus quidē debueras diligere creatorem quam creaturam. Sed ſi non vales prę ferre, ſaltem vel æquare dignare. Vere filios tuos diligeres, ſi Chriſtum filijs prę-
ferres, ipſosq; filios ipſi committeres. Vere filios tuos diligeres, ſi in ipſo illos diligeres, qui eos tibi dedit vt diligas. An ideo eos vi- *Deu*
deris diligere, quia eorū volupatibus faues? Audis blaſphemantes, & patienter fers Chriſtiane quod rex Nabucodonoſor alienigena non potuit ſuſtinere, dicens. Siquis dixerit blaſpemiam in Deum Sidrach, Miſac, &
Abdenago,

Abdenago, in interitum erit. Vides frequen-
Gen. 22. tare spectacula, & non reuocas: vides luxu-
riantes & non verberas. Nec potes te talem
exhibere patrem, qui paratus sis indisciplinatos filios vel exheredare vel abijcere, cum
paratus esse debueras sicut Abraham etiam
H immolare. Omnis enim qui filiorum trucidat voluptates, sacrificium tale quale Abra-
Esa. 24. ham offert Deo. Sed dum ista nō fiunt, & his moribus deprauatis male nutriūtur, qui isto mundo vtuntur, labefecit mundus, nec immerito ait Propheta, Defluxit terra, & omnes
De laude quorundam patrum in quib. erat fides timor et amor Dei. Cap. 4. inhabitantes in ea. Non quiescunt vsq; nūc murmurare homines, laudare tempora prę-
terita, accusare tempora Christiana. Magna erant tempora patrum nostrorum, dicunt:
O quam bona tempora habuerunt patres no-
stri. Sed videte quid fecerint patres nostri.
Iudi 11. Phinees sacrificantē virum idolis manu pro-
priaperemit, vt placaret iram Dei. Moyses po-
pulum oberrantem, vitulumq; fusilem ado-
Iudi. 16. rantem, ita certa emendatione coercuit, vt vnam tribum ex duodecim ad se deuocans,
quę sequi voluit Deum, pręceptum eis daret vt acceptis gladijs in manibus suis filij per-
cuterēt parentes, & parentes occiderent fi-
lios: nullus eos reuocauit affectus, nullus hu-
manitati reseruatus est locus, qa timor & a-
mor Dei prę oī desideriorū carnaliū amore
ferebatur. Iepte vt hostes dijs ac dęmonibus
immolantes superaret, vnicam filiā in sacri-
ficio dedit. Samson cū gentes dęmonicolas
virtute, quam a Deo in capite acceperat, diu-
tius bellis cōtereret atq; fatigaret, seductusq;
postea per mulierē oculos simulq; virtutem
capitis perdidisset, posteaquā cognouit in
opprobrium suū omnes illos conuenisse ad
templū idolorum suorū, eosq; magnificare
Deos suos, qp eis tradiderant accerrimū inimi
cū suū, cum crescente coma capitis eius ei
creuisset & virtus, a puero qui sibi ducatum
I præbebat, ut sibi manū porrigeret petijt, seq;
ad illud templum deduci popposcit: ad quod
cū venisset, colūmnas duas, super quas totū
illud ædificiū ferebatur, singulis manibus sin-
gulas colūnas apprehendens, ruina se simul
& illos voluit opprimi, ne laudes dęmonū
in contumeliam Dei sui a quoquam libenter
Dan. 14. pateretur audiri. Daniel ne a rege hoie petitionē aliquam poscēret, sed a Deo viuo, qui
pręstat omnia bona suis, leonibus ieiunātib.
in escam datus est vt periret, sed dns fidelem
seruum suū non deserens, & ipsum intactum
reseruauit, & p Abacuch Prophetā simul &
ipsum & leones pauit. Quid dicam de tribus
pueris, qui cum nollent imaginem regiam Dan. 3.
adorare, ignes riserunt? In quibus pueris micans gratia, ita enituit, vt ligati in fornacem
mitterentur, deambulantesq; viderentur, os
K aperientes, dominumq; laudantes flammas
ad se non admitterent, sed fugarent, vt se-
cū filium Dei habere meruissent, antequam
mundo in homine apparuisset, vt esset eorū
vindex flamma. Chaldæorumq; ministros
fornax deuorans consumaret: producti quo-
que de fornace incolumes, populos in se mi-
rabiles redderent, regemq; mutarent, eumq;
facerent Dei sui adoratorem, quē sensērant
ante persecutorē. Sed hæc oīa faciebat fides,
timor & amor Dei. Oderāt isti non solū om-
nia quę habebant propter Deum, verumetiā
animas suas. Et Deus eos hic claros fecit, &
æternę vitæ remuneratione ditauit. Quid ta-
le dilectissimi fecimus, imo econtrario quæ
mala non fecimus? Illi nec minis, nec tormē-
tis conuenti, dęmonijs sacrificauerūt. An nō
sacrificauit qui imagines idolorum per no-
ctem ludentes, quod nocturnum vocant li-
bentissime spectauit? Sacrificauit prorsus sa-
crificąuit, & quod est peius, non tauri vel cu
iuslibet pecoris aliquam victimam, sed ip-
sam animam hominis pretiosam. In hoc tam
nefando sacrificio non vnus vel pauci accu-
santur, tota hoc ciuitas fecit, quæ tota con-
sensit: nec ab hostibus, nec barbaris, sed a se-
ipso omnis homo in anima se intus occi-
dit videndo, consentiendo, nō prohibendo,
omnes remansimus rei. Et dum uoluimus pa-
cem ciuitatis turbari, peruersam pacem quā
desideramus, non accipimus rectam. Con-
temnimus pacem seruare bonorum morum,
& perijt pax temporum nostrorum. Discite L
nunc dilectissimi quid cui rei pręponere de
beatis. Nolite diligere vitia in filijs, in amicis,
in omnibus notis præponatur singularis po-
testas omni potestati, honorem exhibeamus
Cęsari tanquam Cęsari, timorem autē Deo. Mat. 22.
Irę ferat creator creaturæ, diligamus Deū,
quia diligit nos: & in hoc quod flagellat, di-
ligit. Quis est enim filius cui non det disci-
plinam pater eius? Qui sanam considerationem haber, qui credit Dei verbis, metuit plus Heb. 12.

ignem

ignem ęternum quam cuiuslibet truculenti barbari ferrum, plus metuit mortem perpe-
M tuã morte qualibet hic peſsima. Irrideãt hęc infideles irrideant ſtulci, nolunt credere nec rebus expertis. Ecce conteruntur, ecce omnia pereunt, ecce cum ipſis non poteſt ſtare mundus quem amauerunt, ecce ad Deum attrahunt cuius prȩcepta contempſerunt, non enim bona voluntate pergit, qui blaſphemãdo moritur. Ecce itur. Cum illuc ventum fue-
Eſa. 36. rit, quid agitur? Quo itur? Per quem abitur? Quis iterum huc redire cogitur? Finitum eſt & quod male fecerat, & emendare finitũ eſt. Redite filij redite, redite prævaricatores ad cor, facite gaudium ex conuerſatione veſtra, corrigantur corda veſtra, diſpliceant vobis opera veſtra, eſtote fortes, tribulatio mundi non vos frangat, dominus in proximo eſt, nihil ſoliciti ſitis, habetis virorum
Philip. 4. De fortitudine animi ſanctarum Perpetuæ & Fælicitatis. Cap. 5. fortium magna exempla. Vicerunt martyres mundum inter quos martyres mares, etiam fœminę repertæ ſunt fortiores. Ante paucos natalitia celebrauimus matyrum Perpetuę, & Felicitatis, & comitum. Et cum tot tibi ſint viri quare iſtæ duæ prę oĩbus nominanť niſi qa infirmior ſexus, aut ęquauit aut ſuperauit virorum fortitudinem. Vna earum erat prȩgnans, alia lactans. Felicitas parturiebat, Perpetua lactabat. Sed tandiu hęc Perpetua lactauit quandiu acciperet ab illo paſtore ſimul & patre buccellam lactis, qua accepta dulcedo fęlicitatis perpetuę eam fecit contennere filium, ſpernere patrẽ, non inhærere mundo, perdere animam pro Chriſto. Felicitas vero, quæ non ſociam habebat Perpetuam, & parturiebat & dolebat, obiecta beſtijs gaudebat potius quam timebat. Quę virtus in fœminis qualis eſt gratia, quæ cũ ſe infundit nullum indignum iudicat ſexum. Gratias gratiæ Dei, reparauit enim ſexum muliebrem: in opprobrium magnum mulier remã ſerat, quia ab initio per mulierem peccatum & propter hanc omnes morimur. Diabolus vnã Euã deiecit, Chriſtus natus ex virgine,
A multas fœminas exaltauit. Perpetua & Felicitas caput calcauerunt ſerpentis, quod Eua ad cor ſuum intus admiſit. Iſtam ſeduxit falſa promittendo, illas non ualuit ſuperare fę uiendo: illam decepit in paradiſi fęlicitare,
Alias, primatas. has non potuit adire nec ſubſtantiatum depo ſitas poteſtate. Illius inter paradiſi delicias ruinam, harum inter pœnas, fortitudinis conſtantiam ipſe quodammodo diabolus expa- *Galat. 3. Eph. 4.*
uit. Merito ſic ſunt exaltatę, merito viris vel coæquatæ uel prælatę. Quãuis.n. in Chriſto Ieſu nõ ſit ſeruus neque liber, non ſit maſculus neq; fœmina, ſed omnes ſint vnum accurrentes in virum perfectum, deſcendit tamen B
hoc donum ex magna gratia. Perpetua enim & Fęlicitas nomina iſtarum ſanctarũ fœminarum merces eſt ſanctorum omniũ matyrũ. *De patientia Iob. Cap. 6. Iob. 1. & 2.*
Vicit mundum etiam Iob ille omnibus notiſsimus toties tentatus, ſed minime ſuperatus, impleuit dominicum prȩceptum, contempſit filios, ne blaſphemaret qui dederat ſi lios, repulit a ſe vxorem, quæ ei blaſphemiã perſuadebat, quam diabolus propterea ſolam dimiſerat, quia ſibi eam neceſſariam eſſe nouerat. Non enim dimiſerat marito conſolatricem, ſed ſuę tentationis adiutricem fecerat eam nouam Euam, ſed ille non erat vetus Adam. Exiſtimauit etiam iſtum ſicut illum per mulierem poſſe decipi, ſed ipſe ſpernendo vxorem peſsima ſuggerentem, diuinitate adiutus, ẽt ipſum diabolum in illa ualuit ſuperare. Fortior fuit Iob in doloribus quã ille Adam in nemoribus: iſte non ceſsit tormentis, ille ſuperatus eſt in delitijs. Videtis dilectiſsimi quid agat tentatio, quam vtiles ſint huius mundi preſſurę, & quemadmodum corrumpant terrenę delitię. Contempſit Iob vxorem, filios, omnia ſua, poſtea & carnem ſuam: plus amauit eum qui dederat quam id quod dederat, vſus eſt quod acceperat tãquã bonus viator, poſſedit, non poſſeſſus eſt. At vbi ea placuit auferre qui dederat, benedixit, *Heb. 12. De filio prodigo parabola expoſita de tem.*
non blaſphemauit: Dominus, inquit, dedit, & dominus abſtulit, ſicut domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen domi benedictum. Imitamini talem virum, imitamini tales filij eſſe etiam flagellati, vt mereamini recipi: Flagellat enim omnem filium quem recipit, diſciplinam eius ſuſtinete, ſicut filios, ita vos aggreditur Deus. Quod probat ille filius iunior in Euangelio poſitus, qui diſciplinam paternã contempſit, ſubſtantiam ſuam in me C
retricibus erogauit, porcos pauit, fame contritus eſt, filiquis porcorum ventrem ſuum implere non potuit, tandem aliquando reuerſus eſt ad ſe, & inuenit ſe qui perdiderat ſe, & in mentem ei venit quod multi mercenarij patris ſui abundarent panibus, ipſe ve-

ro

ro fame periret. Statim surrexit, ad patrem re
currit, non se filium, sed tanquam vnum ex
seruis computari rogauit. Inclinatur humi-
litas, excitatur misericordia, voces filij pœ-
Luc. 15. nitētis concutiunt paterna viscera. Dicit se fi
lius indignum, vt ille eum iudicet dignum,
rogat vt in numero seruorum iubeatur susci
C pi: & pater ei illam primam stolam iubet af-
ferri, mactat vitulum saginatum, chorū con-
gregat, aduocat amicos, facit epulum ma-
gnum. Quare? Quia hic filius meus, inquit,
mortuus fuerat & reuixit, perierat, & inuen-
tus est. Hanc similitudinem dominus in Euā
gelio proposuit, quam ipse exposuit dicens,
tale gaudium fieri in cœlo super peccatore
pœnitentiam agente. Nunc vero quoniam
tempus est exhortari omnes ad pœnitentiam,
vt filii errantes reuertantur, eisque conuiuiū
a patre saginati vituli præparetur, etiam nos
dilectissimi parati simus huic conuiuio tan-
quā amici domestici interesse, maxime quia
cum isto patre familias ad mensam eius quo
tidie accedentes non nos iam dignatur voca-
re seruos, sed amicos. Percurramus, si pla-
cet, ipsam parabolam a domino in Euange-
lio propositam, in qua nobis & affectum pa
tris demonstrauit pium, & filij perditi indi-
cauit reditum, filijque maioris, qui de pa-
terna domo non discesserat, commotum re-
tulit animū. Hoc quippe habet textus ipsius
lectionis: Veniens, ait, filius eius primogeni-
tus de agro cum audiret symphoniam, inter-
rogauit seruos quid nam illud esset? Eique di
xerunt, Frater tuus reuersus est, & occidit il-
li pater tuus vitulum saginatū, eo quod sal-
D uum illum susceperit. Et indignatus noluit
introire. Egressus est autem ad illum pater
suus vt eum introduceret. Improperauitque
ille patri suo, quòd laborasset semper cum
illo, & nunquam illi talia exhibuisset: at vbi
venisset filius ille qui omnem substantiā pa-
ternam male consumpserat, occidisset illi vi
tulum saginatum. Et reddit pater rationem
facti sui, consolaturque filium suum secum
permanentem, de domo non discedētem, &
dicit illi, Fili, tu meus es, & mecum es sem-
per, & omnia mea tua sunt: verū tamē opor
tuit nos ista facere, quoniam frater tuus mor
tuus fuerat & reuixit, perierat & inuentus
est. Non vacat hæc talis a domino propositio. Donet itaque nobis qui ista proposuit,
vt demonstremus ab ipso fuisse impletū hoc
quod per quandam similitudinē nos quodā-
modo excitauit ad aliquid inquirendū. Affe-
ctum paternum exhibuisse suis dominū nr̄m
Iesum Christū, nullus ambigit Christianus.
Illud magis requiramus, qui sit filius iunior,
qui prodigè viuens substantiam paternā diss-
ipauit, & qui sit filius primogenitus, qui in-
dignatus q̄ filio perdito redeunti vitulus sa- E
ginatus occisus sit, intrare noluerit. Quis est
iste filius perditus, qui oēm substātiā pater-
nam in meretricibus errogauit, nisi ille latro,
qui substantiam animæ a Deo sibi datā p̄ sce
lera diffluendo ēt in cruce pependit? Porcos
pauit, quando dæmonum voluptates suis fa-
ctis impleuit. Fortasse illos porcos pauit,
quos petierat diabolus a domino dicens, Iu- Mat. 8.
be nos introire in gregē porcorū. Fame con
tritus est, quia panē verbi Dei nō inueniebat.
Siliquis cupiebat saturare ventrē suum, quā-
do tortuosis cogitationibus replebat animā
suam. Sed reuertatur ad se, videat se latro in
cruce pendentem, concurrat ad patrē, dicat
pendens in cruce, Domine memento mei dū Luc. 23.
veneris in regnum tuum. Dñe memēto mei,
non sum dignus vocari filius tuus, suscipe
me sicut vnū ex seruis. Dñe memento mei.
Latro.n. sua attendens merita de seipso diffi-
debat, sed dominus tanq̄ pius pater latroni fi
lio, quod desperauerat offerat. Proferat huic
pater stolam illam primam, induat filiū im-
mortalitate, quē secum videt in cruce pendē
tem, introducat eū in domū, dicat Christus
latroni. Amē dico tibi, hodie mecum eris in
paradiso. Mactet vitulum saginatum, homi-
nem illum susceptum etiam pro latronibus Ioan. 15.
crucifixū, aduocet amicos suos discipulos, F
quibus dicebat, Si feceritis quæ mādo vobis,
iam vos non dicam seruos, sed amicos. Præ-
paretur illud conuiuiū cœleste, astet ille cho
rus angelorum suauiter declamās, Gloria in Luc. 2.
excelsis Deo, & in terra pax hominibus bo- Mat. 26.
næ voluntatis. Veniat & primogenitus filius
ille & nolit intrare. Quis est iste filius primo
genitus qui noluit intrare, nisi ille primus
Apostolorū Petrus, qui ad interrogationem
vnius ancillæ, in atrio sacerdotis ter dominū
ausus est negare? Dixisti quidem, ò Petre tan Ioan. 13.
quam patri Christo, ego tecum laboraui,
quando dicebas saluatori, Tecum sum vsque
ad mortem, animam meam pro te ponam.

Vbi

Vbi est quod promisisti? Interrogaris semel, H & negas: secundo interrogaris, & negas: tertio, & negas. Non vis ad conuiuium intrare, ideo ausus es ter dominum negare. Vbi est, Animam meam pro te ponam? Ter negantem nõ terruit vngula, sed vna oppressit mu liercula. Certe tecum sum vsque ad mortem. Vide, vide igitur Petre, quantum de te antea præsumpseris: Ecce nunc ter negando, gallo teste conuinceris. Sed egrediatur pater ad primogenitum filium nolentem intrare, dicat Christus Petro, intra in gaudium domini tui: respiciat negantem, & faciat confessorem: compungat flentem, faciat amatorem, exhortetur eum paterna voce, Fili, inquit, tu meus es, tu es Petrus, & si me negasti meus
Mat. 16. es. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, Tu meus es, & omnia mea tua sunt. Tibi dabo claues regni cęlorum. Apud te Petre sunt claues, dignare iã ad conuiuium intrare, oportebat hæc fieri, quoniam frater tuus latro mortuus erat, & reuixit, perierat & inuentus est. Si Petrus antequam Christus pro omnibus crucifigetur, regni cęlorum claues accepit, quà illuc introiuit latro ille iam non reus, nisi per latus quod aperuit Iudæus? Et nunc veniant omnes quicunque amant paradisum locũ quietis, locum securitatis, locum perpetuę fęlicitatis, locum in quo non pertimescas barbarũ in quo nullum patiaris aduersarium, nullũ habebis inimicum. Venite omnes intrate omnes, est qua posităis intrare, patet latus. Ostendit enim ille latro, quo debeant omnes intrare, neminem suo exemplo docuit desperare. Contendite, ait dominus, intrare per angustam portam. Quid angustius illo foramine, quod vnus e militibus percutiendo latus crucifixi aperuit, & tamen per has angustias pene iam totus mundus intrauit? Venite & vos
De angusta porta & cauenda hæreticorum malitia. Cap. 8. Iuc. 13. Luc. 23. Iudæi, vocat vos quem crucifixistis, filius Dei, contendite intrare per angustam portã, per hanc enim introierunt patres vestri: illi qui vt crucifigeretur clamauerunt, qui in ligno suspensum viderunt, qui irriserunt, qui caput agitauerunt, per istas tamen angustias introierunt. Non enim inaniter clamabat ille pendens in cruce, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Per has ergo, vt dixi angustias, per angustam portam lateris Christi ingressus est latro mutatus, pœnitens Iudæus, conuersus omnis Paganus, ab eo exijt foras malus hæreticus Arrianus. Exijt, quoniam non erat de numero permanentium. K De illis enim erat, de quibus Ioannes dicit, Ex nobis exierunt, sed non erãt ex nobis: si *1. Ioan.* enim ex nobis essent, mansissent vtique nobiscum. O hæretici Arriani, agnoscit latro in cruce pendentem, ipsi inimici Iudæi expauescunt resurgentem, & vos male tractatis in cęlo regnantem? Cauete dilectissimi, Arrianam pestem, non vos separent a Christo terrena promittendo, propter tunicam nõ vos expolient fide, membra Christi seruate vnitatem atq; integritatem vnius tunicæ, quã nec persecutores Christi ausi sunt scindere. Noli te iniurias irrogare capiti vestro, pro vobis ille mortuus est, ne vos moreremini. Quem Christus per baptismum viuificauit quare eum Arrius rebaptizando occidit? Erubesce, erubesce hæretice. Negauit Petrus, & reuersus est, & flendo deleuit quod timore negauit. Christum in suis persecutus est Paulus, sed ad eius vocem cecidit & surrexit. Aliter cecidit, aliter surrexit. Cecidit persecutor, erectus est prædicator. In Christianis Christum persecuti sunt reges, sed multum eis pręstiterunt, quãdo membra ad caput suum velociter transierunt. Nemo talia damna, qualia tu ingeris Christo, animas enim multorum cupis interficere, pro quibus Christus *Mat.* in carne venit occidi. Erubesce, erubesce hæretice. Quid iteras quod simul datur in mẽbris suis? Iam intus est Christus, noli in istis ipsum velle rebaptizare. Semel enim pro omnibus cum Ioanne in aquam dignatus est ipse descendere. Redemit Christus animas, custodite quod ille redemit. Integro Christo in L tegrum assignate prædium. Nemo inuadat, nemo inuasori consentiat, characterem dominicum nullus abstergat, titulos Christi nemo deponat. Reddituri estis rationem domino rei, boni serui, data est vobis occasio bene operandi. Abundant peregrini, captiui, expoliati. Facite vobis amicos ex mamona iniquitatis, vt ipsi recipiant vos in habitacula ętterna.

DE

DE SOBRIETATE & virginitate.

SERMO VNVS.

De laude sobrietatis & multiplici ebrietatis contumelia, & præcipue in sacerdotibus. c. 1.

QVm mortaliũ mutabilis mẽs, vel bonis aliqñ vel malis intẽtionib. delectetur, pleriq; seu pœnitudine malorum ad actus bonos, siue concordia mentis ex bonis ad malos præcipites transferantur, disputandi materias morũ ponderatoribus gignunt, quib. agnitis correcti lętentur, incõuertibiles aũt in suis iniquis morib. confundantur. Difficilius nanq; bonorum appetitores inuenies, quam malorũ desertores: quia quamplurimis & penè cunctis mortalibus dulcia sunt magis ea quæ carnem fouent, q̃ L quæ a vitijs frenant. Et quoniam studij commoda a nobis suggerenda sunt honestatis, admonemus in tali proposito militare uolẽtẽ, segnem, somnolentum atq; temulentum esse non debere, qm̃ ab his vitijs tribus, nisi quis fuerit declinatus, securus nunquam esse potest vel tutus, imo & periculis omnib. & ipsi ẽt morti erit is semper obnoxius. Fortitudo.n. inimicum opprimit: vigilantia tendentibus insidias obstat, sobrietas vero præparatũ cor hominis facit. Propterea.n. dominus Deus noster paterno affectu per Prophetas & Apostolos suos nobis præcipit, ab omnibus vitijs, & maxime ab ebrietate, quæ omnium vitiorũ gurges est, penitus abstinere. De cuius uitij malo uolumus lectori aliquanta proferre, quem tm̃ monitis hortamur, animum intentũ apponere, & sermoni nostro, & si minus lucenti quam auditus exigit eloquentium, veniam dare. Suademus.n. auditores rationem dicti debere aduertere, non fucum spumantis sermonis, aut artificiosam eloquentiam expectare. Vnde primitus propter libelli titulum uel decorẽ, fructus & bona sobrietatis in quantum possumus profera M mus, & postea ebrietatis indecoras molestias publicemus. Sobrietas nanq; castitas est sensus & mentis, membrorum omnium corporisq; tutela, castitatis pudicitiæq; munimen, pudori proxima, amicitiæ pacisq; serua, honestati semper coniuncta, criminũ vitiorũq; omniũ profuga, recti iudicij tenax, memoriæ recordationisq; inseparabilis sapientia, secretorũ custos, arcani uelamen, lectionum & doctrinæ capax, studiorũ & artium bonarum discipula pariter & magistra, ingeniorũ capiendorũ pediſſequa, bonæ famæ semper auida, in cogitationibus salubria atq; vtilia creans, virtutis singulare auxilium, cuncta cũ ratione disponens, in congregatione honestorum seipsam semper ingerens. Sobrietas A temeritatem fugit, pericula cuncta declinat, mutuis officijs obtemperat, superbiam detestatur, domum familiamq; cum moderatione gubernat, fidem sibi cõmittentibus seruat: & vt summatim breuiterq; dicam, sobrietatis perseuerantia inæstimabilis est animi fortitudo: omnes eã uirtutes, & omnes laudum semper tituli concupiscunt, quia sine ipsa ornari aut placere non possunt. Econtra ebrietas ab animæ iniuria incipit, & flagitiorum omniũ mater est, culparũ materia, radix criminum, origo omnium uitiorum, turbatio capitis, subuersio sensus, tempestas linguæ, procella corporis, naufragiũ castitatis. Ebrietas temporis amissio est, insania uoluntaria, ignominiosus languor, mentis sanæ debilitatio, turpitudo morũ, dedecus uitæ, honestatis infamia, animæ corruptela. Ebrietas, ut cernimus, quotidie amplarum familiarum plurimos labefacit, & cura gubernationis destitutos, parentum auorumq; suorum bene diuq; congregata, atq; ingenti pretio cõparata uili nummo distrahere fecit. Ebrietas in vtroq; sexu cuncta mala semper appetit, & nefanda cõmittit. Ebrietas timorẽ Dei aufert futurum Dei iudiciũ de corde se habentium tollit. Ebrietas, ut ait Apostolus, regna cęlestia appetentib. denegat. Ebrietas temulentis tẽpora furatur, dies surripit, depositi sui non reminiscitur, & ante illum posita nec mente nec oculis contuetur. Famulo uero non solũ fidem aufert, sed ẽt fraudum & seruitutis officio inutilem facit, & alia mala quæ comprehendi non possunt. Et qm̃ ab aliquantis uini non tẽperatur usus, sed potius appetitur excessus, habitus corporis & uitæ periculum B & opinionis ac famæ grauissimũ acquiritur damnũ, nam fomẽtis corporalib. prouisum est uini munus: abutentibus penitus interdicitur, & sobrietatis disciplina custodienda sancitur. Est quidem in multis uitæ mortalium uinum necessarium, debilẽ stomachum reficit, uires deficientes reparat, algentem frigore

Sobrietatis conditiones.

Ebrietatis conditiones.

re calefacit, vulneribus infusum medetur, antidotis etiam diuersisq; medicaminib. adiunctum salutem operatur, tristitiam remouet, languores omnes animi delet, lætitiã infundit, conuiuas honesta miscere colloquia facit: paulo amplius vero sumptum potanti quodammodo conuertitur in venenum. Propterea enim vini abstinentiam sacerdotibus primo & leuitis à domino legimus imperatam, quia oportebat vt illi primitus sobrietatis modum obseruandum susciperent, qui cęteris mortalibus non dictis sed factis præcepta diuina obseruanda traderent, & castitatis & sanctitatis moribus adimplerent, Leuitico libro dicente, Et dixit ad Aaron, Vinum & omne quod inebriare potest, non bibes tu & filij tui quando intratis in tabernaculum testimonij, ne moriamini, quia præceptum sempiternum est in generationibus vestris. Ezechiel quoque propheta similiter dicit, Et vinum non bibet omnis sacerdos cũ introire cęperit in atrium interius, Authorum vero secularium quam plurimi sobrietatis præcepta libris plurimis ediderunt, quorum assertiones contra ebrietatis vitia non proferimus, quia humana decet diuinis, non diuina humanis testimonijs confirmari. Quare debet congrua obseruatione sobrietas cũ sacerdotali affectu certare, quia qui non sobrius accesserit ad diuinæ maiestatis altarium, sentiet immaturæ mortis interitum. Quicunque erit honore sacerdotali præditus, & proximus fuerit ebrietati, vicinus est vltioni. Et in eos qui Deo proximant si fuerint temulenti, procul non sunt vindictæ sęuienti. Ergo quisquis diuino munere sacerdos constitutus, vinolentus accesserit ad sacramenti celebrationem, mortis consequendæ non habet dilationem. Contrarius nanque est vnicuique rei semper excessus, & in quocunque sexu nimietas adhibita fuerit, vitium facit. Quare quicquid immoderatum indisciplinatumq; est, proximum ruinæ consequitur casum: quia vbi modus non est, periculum totum est: & quæcunque res non habet temperamentum, præcipitat in exitium. Sic itaque dum quisquis immoderatus conuiuioque medius amisis modestiæ fręnis, insana fuerit ebrietate prostratus, auersos respicit nutantes, quos integros videre nequiuit, aut sermone longo superflua verba emittit, & vana dicta componit, male clamans & bene sibi sonans, vultu deiecto supinus accumbit, vomens & sui omnino nescius, spectaculum conuiuio præbet: & dum nihil consequitur sanum, nullo alio cogente præter vinum, cordis sui arcana patefacit, & amicorum sibi commissa secreta in medium prodit. Ad vniuersa autem vel crudelitatis, vel turpitudinis facinora perpetranda facilis inuenitur, cui nulla sobriæ mentis ratio, sed ebrietas dominatur. Assumit inter pocula iniusta certamina, & nullis stantibus causis asperam excitat rixam, quia interponendo verba vana, aliorum sana dicta non patitur, & in contumeliam erigitur conuiuarum & crimina proximorum. Ista lector vt libenter accipias, admonendum te credidi. Quare lege caute Petri Apostoli epistolam ad gentes, Pauli ad Romanos, ad Corinthios primam, ad Ephesios, ad Thessalonicenses, ad Titum. Præterea ad ebrietatem cauendam dominum nostrum Iesum Christum audi in Euangelio dicentem, Attendite vobis, ait, ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Et dominus seruo irascitur, cui multas plagas in aduentu suo imponere comminatur. Quare abstinete vos talia agentes vel facientes, abstinete vestram insaniam, & homines vos humanos cognoscite, & tantam turpitudinem à vobis abijcite, & ebrietatis crimina totis viribus declinate. Rusticanum quidem, sed sanum dictum aduertite, Vinum medicamentum, plus iusto sumptum venenum esse cognoscitur. Tantam ergo turpitudinem a vobis abijcite, & ebrietatis crimina totis viribus declinate. Iucunditati, non ebrietati creata est vini natura per cuius moderationem sitis extinguatur, non tamen vt vsque ad ebrietatem bibatur. Fugite crapulam, eaq; loquentes aut facientes quibus sobrij non erubescant. Fugite crapulam, quæ solis lugentibus a consolantibus amicis vel proximis in exequijs ingeritur. Dolor enim amissi funeris siue vini quauis nimietate temperari non potest. Tu vero, ò homo incolumis, quotidie uino cogente desideras uomere, & tanto repleris, quanto possent plurimi cum iucunditate lætari & sobrie saturari. Non consideras turpe esse plus sibi uelle inferre hominem quã capit, nec stomachi sui nosse mensuram? Nõ consi-

C *Quare sacerdotib. vsus vini inhibitus fuerit.* *Leui. 10.* *Ezec. 44.*

D

E

Luc. 21.

F

Prou. 31

consideras ebietati deuinctum, suæ potestatis esse non posse? Vt quid potando facis excessus, non vt per prouocationem vini in solescas in peius? Nascitur ex hac potandi infelicitate inter prouocatos & prouocantes
G ignominiosa certatio, & vincenti est turpitudo deterior. Ex hoc enim multorum membra cibos recusant, & uino dedita, præcoqua debilitate & cruda senectute merces cunt, & adhuc ætate virides tremula vibratione quassantur. Inde pulmones vstione vini quotidiana putrescunt, & per ora veluti mortuorum spiritus tetros mittunt. In his ergo talibus non ratio vlla, non vllum gerendę uitę consilium, non gestorum aut lectionum memoria, nec vlla artium aut industrię prouidentia, utpote quem prandio accumbentem solis occidentis uidet occasus, & cęna pernoctantem insperatus occupat dies, & dū iugi amentia die nocteque discumbendo dormitat aut bibit, in hac vita adhuc posi-
Luc. 21. tus quotidie sepelitur. Sed quid iam dicam,
De virginū dominicarū regulis ad morū laudabilē institutionē apprime necessarijs. c. 2. uel quid taceam? Huius igitur ebrietatis si quippiam in fęminis ceciderit, quæ uirilem sexum superius tactis criminum molibus onerauit, nihil tacendum est imo laborandum est, vt & quæ tales sunt fęminę, hęc diuina admonitio corrigat, & sobrietas metu correptionis ab ebrietate compescat. Sed quoniam in admonendis viris a sacerdotibus & leuitis uel ministris huius libelli opusculum inchoauimus, merito conueniente rque in fęminalem sexum admonendum a dominicis sacrisque virginibus sumamus exordium, quo generaliter omnis dignitas, uel sexus ab hac admonitione inexcusabilis habeatur. Dominica virgo debet agnoscere quibus pręceptis conueniat insistere, vela quantis vitijs debeat abstinere, si uult & in seculo posita cum Deo, & cum eodem post huius uitæ resolutionem in claritate cęlesti regnare. Dominica uirgo primitus publicos debet uitare conspectus, & platearum
Prou. 31. frequentiam declinare, atque in domo posita lanificio insistere uel lectioni diuinæ.
H Dominica uirgo in fęminarum laicarum conuentu confidens uel consistens, ne uerbis scurrilibus neque lubricis earum aut canticis præsentię tuæ copiam facias, sed magis fugias, oculos tuos aures que concludas, ne Dei timore priuata, diabolicas cogitationes sensibus tuis immittas, quibus in breui forte discpereas. Dominica uirgo nec ornatu capitis, nec habitu comę, nec oculis erectis aut lętis, sed pronis ad terram cum uultu procedat, ne in seruiles indurata amores: &. si ipsa non pereat, alijs causa perditionis existat. Oculorum enim cupiditas quos animę in-
Matt. 5. teritus faciat, euangelica uox nobis pronunciat. Dominica uirgo ab omni inuerecundo sermone uel risu se debet penitus abstiI nere, & cum silentio & disciplina omnem uitam suam ornare. Dominica uirgo quæ uultum suum ob splendorem genarum aliEsa. 3. quo fuco infecerit, in Esaia propheta de filia 1. Tim. 5. bus Sion promissam sententiam pertimebit. Dominica uirgo, ut de uiduis Apostolus docet, aut sermone garrula, aut loquaciter uerbosa, uel curiositate superflua, casta non potest iudicari, imo prostituta ad luxuriam alios magis accendit. Dominica uirgo nulli te uirorum cuiuslibet ętatis sine grauissimarum mulierum præsentia singulari habitaculo uel colloquio credas: & cum sola in tabernaculo consistis, clausis super te ianuis sedeas, nullique uirorum pulsanti facile ianuam tuam pandas, ne forte in suspicionem turpissimam, aut in pudoris tui naufragium cadas. Dominica uirgo in locis in quibus viri cubant non debet accedere, ne ipsa se uelut scortum credatur suis corruptoribus prębuisse. Dominica uirgo male docentis miserabilisque uitæ fœminę, aut aliquando sinistra opinione uexatę, consortium colloquiumque declina, quoniam corrumpi mores bonos colloquijs malis, Paulus Apostolus docet: Dominica uirgo, ob extinguendas libidinis uel omnis lasciuię flammas ieiunijs & abstinentię debet operam dare, orationibus die noctuque insistere, si cupit & laqueos & insidias diaboli insidiantis euadere, & ad promissa uirginitatis prędmia peruenire. Dominica uirgo omnem fratrem, K
quem uitandum mala fama commendat, ni- 1. Co. 15.
mis fuge, & quantum potes ab eo, uel ab eius cōuiuijs tuos accessus declina. Dominica uirgo nō nesciat, ex conuiuali colloquio inolescere libidinis uitia, & exinde ad fornicationis uenire peccata. Dominica uirgo, ut cito concludam ab omnibus illecebris gulę abstinens esse debet, & parco uictu uel potu debet esse contenta, & honesta taciturnitate

semper

semper ornata. Dominicam virginem, Dei beneficium est, irasci nescire, nosse magis iracundiam cohibere, cunctis benignam existere, oculis non annuere, dolo & malitia linguam nō fabricare, alienę domus secreta nec ascultare, nec prodere, auaritiam cupiditatemque fugere, sibi depositā non negare, in
E vsuris pecuniā non habere, sorori culpam ex corde dimittere, scandalum nulli apponere, tribulatis consolationem præbere, infirmantibus ministrare, detrahenti non consentire,
1. Co. 14. & a detractione se penitus abstinere. Domi-
1. Ti. 2. nicam virginem in Ecclesiam cū silentio stare debere, & nihil legis docere, Apostolum audi loquentem, Mulieres in Ecclesia taceāt, turpe est mulieribus loqui in Ecclesijs. Item ait, Mulieres in silentio discant. Item, Mulieribus docere non permitto. Si ergo mulieribus turpe est docere, aut in Ecclesia loqui, quāto magis virginibus, quas castitatis Deo promissę cura professioq; constringit, vt eas magis alię in bonis operibus imitentur. Dominica virgo nequid prauum aut scurrile aut simulate loquatur, & omne mendacium ex ore suo penitus eradicet. Loquentes enim mendacium dominus perdet, vt in quinto
Sap. 1. Psalmo Dauid, & eius filius in libro sapientiæ docet. Dominica virgo quantam fidem debet in omnibus exhibere, tantum caueat iurare. De his quæ egerit, propter veritatem confirmandam iuramenta persoluere, ne in totum, aut omnino iuret, dominum agnoscat in Euangelio prçmonentem. Dominica virgo furta fraudesque facere, aut falsa testimonia dicere, aut ea facientibus, consentire caueat, quia ea committentes beatus Paulus
2. Cor. 6. obiurgat. Dominica virgo matronalibus cōuiuijs, quibus viri miscentur, interesse declinet, ne concupiscentiæ peccatum secum inter pocula loquentibus viris importet. Dominica virgo contra omnes sonos musica arte prolatos, contra cuncta cantica secularia, contra omnia quæ dulciter delectentur audi re aures, & cor tuum conclude ne diaboli-
F cum melos Christi de corde eius abscindat amorē. Dominica virgo motibus, flexibusque saltantium, cymbalistriarum vel tympanistriarum, omniumque virilium ludicrorum, quantum potes, vultum tuum auerte, ne cuiuslibet eorum repentino amoris telo percussa, grauiter incipias interire. Dominica virgo non tantum ne superbia liliget caueat, sed etiam a superbientibus & litigantibus quantum potest procul abscedat. Superbis nanque Deus resistit, humilibus autem dat gratiam, Salomon in prouerbijs clamat. Dominica virgo ne sermonis iactantia, ne generis nobilitate se debet extollere, sed in humilitate & paupertate spiritus Christo accepta debet quandiu vixerit permanere: In iudicio enim Dei non natales, sed actus proprij pensabuntur, ex quibus singuli mercedem sicut gesserunt non sicut nati sunt reportabunt. Dominica virgo vigilias funebres vel cęteras, quæ in priuatis domibus eueniunt, debet effugere, vbi præcipue sine discretione sexus commisti conueniunt. Dominica virgo quę secundum proprias vires nulli manum porrigit non potest ancilla Dei vel dici vel credi. Sed vt breuiter dicam, dominica virgo quæ pudoris sui domino promisi custodiam gerere nititur, nec incussu notabili, nec nutu aut dicto molli, nec occiositate verbi, nec corpore, nec mente debet omnino peccare. Et quoniam quę in admonendis virginibus sacris dicta sunt, credamus posse sufficere, ex quibus prçceptis etiam Dei seruis vel laicis cunctis conueniat obseruare: iam debemus ad vinolentiæ crimina enumeranda venire, & docere ebrietatem cuncta vitia superare. Ipsis primo virginibus ebrietas castitatis promissa implere non permittit, quia sanctę pollicitationi in vtroque sexu inimica semper extitit, & ideo ebrietas pudori comes esse non potest, quia nec castitas fuit aliquando comes temulentię. Sobrietas in fœminis ad terram deponit aspectum, ebrietas autem amisso pudore inuerecundos erigit vultus. Sobrietas enim cum summa trepidatione irreprehensibile, & cum silentio propinquum emittit verbum: ebrietas impudoratum facit fęminæ & sermonem & vultum. Elicit nanque atque extorquet ebrietas infandam inuerecundiam omnibus se habentibus vocem, & cui surrepserit per auiditatem nimietas vini, nullum potest habere tacendi pudorem: ex qua temulentia membrorum consequitur infirmitatem: & ita fit, sicuti nauis quæ validissimis maris fluctibus scopulo illisa comminuitur, ita fœminæ corpus ac mens grandis vini procella illisa, membris omnibus dissoluatur.

Prou. 3. Iac. 4.

De vanitate mundi & fta vita superantibus, maxime in virginib. vel fœminis. c. 3.

G

tur. Nam quæ naturaliter firma figere non
poteſt gradiendo veſtigia, quomodo incedere valebit, cum vini fuerit ingenti procella percuſſa, laſſabunda greſſu ad innuẽs ſem
per contortis oculis reſupina, aut inclinata ceruice famula regente pediſſequa de temulentiæ ſuæ culpa? Ibi ſanitas & cura domus
nulla, vel familiæ gubernatio, lingua balbutiens ſermonis officio priuatur, aut in vocẽ
prorumpere volens, non tantum non intelligitur, ſed etiam ab audientibus deridetur.
Eſt autem mente alienata, & ſui omnino ne
C ſcia, cui cultus capitis vergit in partem, & ſeminuda monſtrat videntibus ceruicem, & omi ex parte dimiſſa a conſpicientibus erubeſcitur, & quid domi geratur, ignorat. Periclitatur in tali fine dubio pudor, & omne ſecretum quod ſobrietas in fœminis cuſtodit, temulentia publicat. Quæ cum humi fuerit vertigine rapta lectoque proſtrata, circũcurrare ſibi cunctos conſpicit parietes, culminaque domus in imo, & ima in altum putat eſſe correcta, & velut ſepulta ſomno recipitur. Lectiſternia vero quæ ab infantibus contumeliis deformantur, a cunctis fœminis vel ancillis non iam occultis, ſed videntibus cachinnis talis dominæ temulentia deridetur. Sic itaque tranſeunte tempore & ebrietatis vitio permanente de eius corde omnis euolat timor, nec correptionem, nec terrorem ſæpe obiurgantis viri cogitat, aut vigorem. Inde quotidie neglecta domus per illapſum tempus ornatu quotidiano in tantum deſtruitur, vt ſemper ſibi maritus mortem exoptet, cuius labor gubernatioque ſub tali domina quotidie minuitur, & in lapſum venit. Non eſt cũ qua quippiam de cura domus conferatur, vt in melius aliquid diſponatur,
quia ſcilicet vxoris nomen tantum, non mo
D res oſtendit. Nihil ea diſponente, maritalis quotidiana cura non ſine triſtitia fatigatur, quia velut iuncti in vehiculo boues, ſi vnus conari ſub onere ceſſet, alterum conatu dirumpet. Vinolentia igitur dominæ ſubtractis locorum clauibus, omnia tentãtur, cellariorum plenitudo furtis quotidie ſeruilibus inanitur, indiſciplinataque familiæ clamoribus domus omnis perſtrepit. Lanificii vero aut negligens, aut nulla, aut abominabilis efficitur cura. Tali enim dominæ ancilla charior atque amabilior erit, quæ capaciorem poculum porrexerit, quàm quæ penſum integrum ante veſperum aſſignauerit. Catinis enim aut variis perſinisque coloribus in vino, non in tunicis delectatur, & non veſtiũ faciendarum, ſed vini quærit illatam menſuram. Non tuendæ caſtitatis cauſa tales ad texendum exigit, quæ vſum telæ olim de domo per ebrietatem amiſit, & telas quas ancillis ociantibus ſubtraxit, texendas araneis dedit. Hæc cum cibos capit, vix comedendo ſeminuciam panis attingit, & pocula deinceps abſorbet, & propterea pulmentorum ſibi cataplaſmata quærit. Hæc quandiu vi- E
gilauerit, bibit, aut ſi obdormiuerit, ſitis ei ſomnum abrumpit. Sed adhuc quid immoror? Si ebrietatis voluero cuncta vitio enarrare, ante me tempus deficiet, cũ potiora in
Eccleſiaſtico Salomonis Spiritus ſanctus cla Eccle. 26
met. Mulier ebria, ira eſt magna, & contumelia & turpitudo eius non tegetur. Et de vtro que ſexu. Multos, ait, exterminat vinum, & iterum. Prudentiam abſorbet ebrietas, & iterum. Vinum multum potatum, irritationes, & iras & ruinas multas facit. Amaritudo animæ vinum multum potatum. Quare
vt finem libri faciam, ſummatim cuncta per Eccle. 31
ſtringam. Per vinum enim caſtitas ſubmerſa eſt, & plurimę a corruptoribus turbę deceptæ ſunt. Multæ virginum etiam pellente vino thori genitalis oblitæ pudicitiam ſuam adulteris tradiderunt, & cum mœchis de morte pactæ ſunt maritorum. Quamplures implente vino præcipites indicentibus ſe conuentibus polluerunt, & de genitoribus aut genetricibus, de filiis aut filiabus, de fratribus aut ſororibus, de generis aut nuribus per nefandos, vt dictum eſt, cõcubitus ſibi filios genuerunt. Per vinolentiam enim plurimi, plurimæq; a ſancto pioque propoſito exciderunt, & ſui obliti amiſ F
ſis honoribus ignobiles remanſerunt, & ſedibus patriis profugi, vitam non vbi ſumpſerunt finierunt. Per hoc quippe vinum fortes ab infirmis eliſi ſunt, & in mortem quàm plures ictu muliebri proſtrati, & iuncti exercitus vino dominante extincti ſunt, & ſeruitutis iugo ſubacti. Innumerabiles iugum dominationis diu recuſantes, vinolentia in alienum redegit arbitrium. Conſuetudine vini quamplures in inſaniam ſunt conuerſi, ac mentis durante inſania ab humana con-

uersatione seiuncti, ferino sunt plerunque dente consumpti. Quamplures vini immoderatus excessus ex diuitibus pauperes reddidit & egenos. Infiniti numero vino impellẽte iniusta impiaque homicidia commiserũt. Quamplurimæ vrbes diu obsessæ nec captæ, custodibus somno vinoque sepultis, ab hostibus patefactæ sunt & incendiis concrematæ. Sunt quoque alia multa nephanda & innumera, quibus per ebrietatis uitia mundus iste dudum frequenter est vexatus, & nunc vexatur, quarum rerum si de dominicis vel
F seculariibus libris vellem ad singula exempla personasque, per quas res gestæ sunt, pferre, enormitas libri legentibus fastidium afferret. Nos tamen in hoc opere propterea sacerdotibus & leuitis vituperationem simul & admonitionis initium fecimus, ne ab hac inuectione, qua cunctos huic vitio deditos de correptione confundimus, immunes forte clericos, aut Dei ministros facere videremur, quibus magis conuenit, vt qui populum a diuersis culpis abstinere docent, ne in aliquod vitium aut culpam cadant, cauta obseruatione procurent, & eos iusta increpatione Apostolus obiurget dicens. Aestimas autem, ò homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quoniam tu effugies iudicium Dei? Item. Qui alium doces, te ipsum non doces: Qui abominaris idola sacrilegium facis. Et cætera quibus arguit eos qui a vitiis, quibus prohibent, ipsi se non abstinent, & in quo alios iudicant, seipsos condemnant. Quare omnibus clericis, & laicis in diuersis huius mundi dignitatibus constitutis, hunc libellum frequentius lectitandum suademus, vt cum moribus bonis & sobrietate Deo gratus quis ꝓfecerit, de correptione nostra, i do
G mino Deo lætus semper exultet, agens Deo gratias per dominum nostrum Iesum Christum, cui honor & gloria in secula seculorum. Amẽ.

TRACTATVS QVI SPECVLVM Peccatoris Intitulatur.

LIBER VNVS.

Voniam charissimi in via huius vitæ fugacis sumus, dies nostri sicut vmbra prætereunt. Necesse igitur corde solicito sæpius memorari, quod nostra fragilitas, nostra mortalis infirmitas toties cogit obliuisci. Quid est istud quod ipse omnipotens Deus noster in sua gratia volens ꝓfectum, per beatum Moysen nobis consuluit dicens. Vtinã saperent & intelligerẽt, ac nouissima prouiderent? Ita frater mi, ecce feliciter possumus euadere mortis periculũ, si diligenter studeamus sequi diuinum cõsiliũ, quod nobis intimat dominus dicens. Vtinam saperent, & cætera. O fœlix & vtile consiliũ, mortis remedium, salutis antidotum, peccatoris speculum, vtinam saperent, & cætera. O salutifera nostri redemptoris sententia, ex qua nobis instructio sapientiæ, admonitio continentiæ, speculum prouidentiæ, exultatio pœnitentiæ, acquisitio diuinæ gratiæ datur. Ait ergo. Vtinam saperent, & cætera. O admiranda bonitas nostri creatoris, ò ineffabilis charitas nostri redemptoris, ò prædicãda humanitas nostri saluatoris, nos serui nequam sumus, serui negligẽtes, serui inutiles, qui nostris exigentibus meritis mortem meruimus potius quam vitã. Ecce pius author, ipse dator veniæ, ipse largitor gratię, nos inuitat ad salutem dicens. Vtinam saperent, & cætera. Quis nisi periturus homo hæc audiens, ista considerans, non vehementissime gratuletur, & vltra quam fari possit, exultat in gaudio spiritus in vtero eius, ꝙ ipsi omni potenti Deo, ipsi regi cęlorum, ipsi domino angelorum, ipsi creatori omnium creaturarũ cura est de nobis infirmis ac miseris mortalibus? Cura ergo maxima nobis ineſſe dẽt, quatenus præ omnib. & supra omnia sacris eius præceptis diligenter obediamus, & ea deuote diligamus, & studiose eadem impleamus. Væ nobis in perpetuum, quoniam teste Apostolo, Miserabiliores omnibus hominibus erimus ac deteriores, si hæc non fecerimus. Vere ad obsequenda domini mandata ocioſi &

D
a Deo u
bis per
Moysen
dicens.
Vtinã sa
perẽt et
Cap. 1.
Deut. 32
H

I
De specie
lo multi-
plicis con
fideratio-
nis de exẽ
plo Sanso
nis Dauid
& Salo-
monis.
Cap. 2.

I

1. Cor. 15

ocioſi & inanes exiſtimus, niſi in primis om nia odio habeamus, quæ ipſi domino diſplicere cognoſcimus: & illa fideli corde diligamus, quę tremēdæ eius maieſtati placere credimus. Proinde die noctuque exorandus eſt ipſe clemēs & miſericors Deus & dominus, vt nobis largiatur auxilium, qui ſuum tam ſalutare præſtare dignatur conſilium dicens. Vtinam ſaperent. Valde mira & vtilis eſt ſententia illa non ſemel tantum, ſed ſępius repetenda. Vtinam ſaperent, &c. Frater mi charifſime, intellige quæſo quę legis. Conſideratio enim huius ſententiæ, deſtructio eſt ſuperbiæ, extinctio inuidiæ, medela malitiæ, effugatio luxuriæ, euacuatio vanitatis & iactantiæ, conſtructio diſciplinæ, perfectio ſanctimoniæ, præparatio ſalutis æternæ. Ait ergo. Vtinam ſaperent, & cętera. Heu heu quam paucorū eſt iſta virtus. Pauci ſunt qui ſalutarem hanc ſaluatoris noſtri ſapiant ſententiam. Pauci ſunt, quibus eſt ante oculos propriæ fragilitatis cognitio, corruptibilis carnis corruptio, peccatorum recordatio, inſtantis mortis meditatio, ferientis gehennæ putei cōſideratio. Ecce quam vtile ſpeculum peccatorum. Reuera chare frater ſi te ſæpius in humiuſmodi ſpeculo proſpexeris, eris abſque dubio Sanſone fortior, Dauid cautior, Salomone ſapiētior. Illi autem in hoc ſpeculo ſe ſæpius confiderare neglexerunt, ideo in carnis ſuæ deſideriis cęcati corruerunt. Igitur ſi tanti viri tā horribiliter lapſi ſunt in culpam, quibus tanta affuit fortitudo & ſapientia, quanta cautela, quantoque ſtudio nobis eſt vigilandum, quibus ineſt tanta debilitas, tantaque imperitia? Porro iſti tres viri valde ideo leguntur in ſancta eccleſia, vt fidelibus nō ad exemplum R ſint ruinæ, ſed ad ſpeculum cautelæ, quatenꝰ nemo noſtrum in ſua confidat fortitudine, nemo præſumat de ſua ſapientia, immo ſemper reatus noſtri conſcii, ſemper de noſtra ſalute ſimus ſolicii, nunquam noſtræ corruptionis & noſtræ mortalitatis obliti. Qui vero huiuſmodi verba negligenter attendunt, non ſapiunt, nec intelligunt, nec nouiſſima prouident, & ſic in mortem & damnationē vadunt. Vt igitur mens noſtra circa prudentiæ ſtudium eurgilet, dominica nos hortatur ſententia dicens. Vtinam ſaperent, & cętera. Hanc admonitionem omnino ſalutiferam, oculo rationis conſidera chariſsime, non in

I *De ſpeculo multiplicis conſiderationis de exēplo Sanſonis Dauid & Salomonis. Cap. 2.*

tranſitu, ſed cum ſtudio & deliberatione ſæpiſsime reuoluendo, quia ſicut thus non redolet niſi ponatur in igne, ita nulla ſacræ ſcripturę ſententia, niſi cocta ſit in corde. Vtinam ſaperent, & cætera. Ecce hic frater mi, tria in hoc verſu proponuntur, ſcilicet ſcientia, intelligentia prouidentia. Vult ergo Deus vt ſcias & intelligas, inſuper & prouideas. Vult vt ſcias vitam præſentem fugitiuam, periculoſam, breuem, miſeriis tabeſcētem, vniuerſæ vanitati ſubiectam, peccatorum ſordibus pollutam, cupiditate corruptam, in breui perituram, vt quanto infœlicior mundus iſte eſſe conſpicitur, tanto facilius pro amo- L re cęleſtis patriæ contemnatur. Vult itaque Deus vt fragilem tuam conditionem intelligas, ſic meditando videlicet, qa nudus egreſſus es ex vtero matris tuę, & nudꝰ reuerteris illuc, quia terra es, & in terram ibis, in huius vite miſeriam nudus intraſti, lugēs dies tuos in dolore & ęrumna pertranſiſti, cum luctu & labore hinc exiturꝰ es. Intelligas ergo quā tum ſit exitus & ingreſſus tuus flebilis, progreſſus tuus debilis, & egreſſus horribilis. Intelligas ergo quātum ſis in hac valle miſeriæ exul & egenus, virtutibus pauper & mendicus, labilis & infirmus, ac in proximo moriturus. Frater, fœlix eris, & ſi huiuſmodi admonitionē intelligas, & in corde tuo quaſi in libro ſcribas, & hanc vnam quam tibi trado regulā, ſeruare ſtudeas. Viue Deo gratus, toti mundo tumulatus, crimine mundatus, ſemper tranſire paratus. O quàm beatus vir, cuius anima circa huiuſmodi ſtudium euigilat, quàm prudenter ſapit & intelligit, ac nouiſſima prouidet Chariſsime & tu fac ſimiliter. Legiſti iā in hoc ſpeculo peccatoris, qd ſane ſapias, quid intelligas, reſtat vt nouiſſima prouideas. Ora ergo, & dic cum Prophe M ta. Notum fac mihi domine finem meum, & numerum dierum meorum qui eſt, vt ſciam quid deſit mihi. O vtilis oratio, o fœlix contemplatio, o neceſſaria poſtulatio. Non planè tempora vel momenta, quę pater poſuit in ſua poteſtate pręſcire depoſcas, ſed qꝑ ſis aduena & peregrinus in huius peregrinationis ærūnoſę exilio, homo infirmus & exigui temporis ſuper terram, intelligas & cognoſcas. Ergo. Vtinam ſaperent. ſ. pecccata prętcrita quam ſint amara. Vnde Ieremias. Vide quam amarum eſt & malum, dereliquiſſe te

Verſus. Pſal. 38.

Pſal. 38.

Iere. 2.

Deum tuum, malum est in culpa, & amarum est in pœna. Et intelligerent scilicet præsentia quam sint vana. Eccleſiastices. Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Et nouiſsima prouiderent contra ſterilitatem futuram ſicut Ioſeph. Vnde Salomon, in omnibus operibus tuis memorare nouiſsima tua, & in æternum non peccabis. Reuera chariſsime frater, ſi præſentis vitæ tuæ breuitatem attendas, & quid ibi deeſt in agenda Deo codigna pœnitentia, in diſciplina præceptorum eius obſeruanda, in ſanctitate coram ipſo proficienda, ſaperes & intelligeres, & mortẽ ante oculos proſpiceres, proculdubio mox ſine mora, ſpretis pompis, poſtpoſitis mundi curis, deſpectis carnis illecebris, proiectis voluptatibus, contemptis delitiis, in tui cuſtodia vigilares, ac nouiſsima prudenter prouideres. Sapientis enim eſt, non tam cuiuſlibet rei principium proſpicere, quam finem exitum que prouidere. Deinque fœlix eſſe comprobatur, qui ſic cogitat de ſupplicio ante ſupplicium, vt poſtea ſupplicii effugiat periculum. Dicis ergo mihi. Paratus ſum præ omnibus acquieſcere diuino conſilio, vt ſapiam & intelligam, ac nouiſsima prouideam, ſed quæ ſunt mea nouiſsima? illa vtique de quibus Spirituſſanctus tibi per Salomonem loquitur dicens. Fili in operibus tuis memorare nouiſsima tua, & in æternum non peccabis. Non melius poterit caro luxurioſa domari, quam qualis erit poſt mortem præmeditari, & ſi huiuſmodi aſsiduam habueris meditationem, fęlicem te dicent omnes generationes Meditatio enim nihil eſt quam mentis ditatio. Per optime ergo mens tua ditatur, quando contra cuncta aduerſantia prouidentiæ ſcientia illuſtratur. Legitur in poeta, quòd Centum luminibus cinctum caput Argus habebat, quod ex omni parte ita poteſt intelligi quod mentis ſuæ circunſpectionem & prudentiam poſsidebat. Igitur ſi tantæ ſtudio cautelę pollebat poeta paganus, multo fortius puriorem prouidentiæ oculum debet habere clericus Chriſtianus. Eſto ergo alter Argus, immo illo cautior, illo ſtudioſior, illo prouidentior, vt ſapias & intelligas, ac nouiſsima prudenter prouideas. Sed quæ ſunt nouiſsima tua, quæ prouidere ſolicite debes? Summa totius prouidentiæ eſt vtique illa terribiliſ hora, in qua miſera anima tua ex hoc corpuſculo corruptibili timens eſt egreſſura. Frater crede mihi, ad huius rei tremendam conſiderationem maluiſſe debueras prouidentiam poſsidere, quam totius mundi dominationem. Vtinam ergo ſaperes & intelligeres quæ mundi ſunt, & prouideres quæ inferni ſunt, profecto Deum timeres, ſuperna appeteres, mundum contemneres, & infernum horreres. In illa nimis metuenda extrema hora tua, quis amicorum, quis parentum tuorum veniet cum gladiis & armis auxilium ferre? Non enim erit tunc qui coſoletur te ex omnibus charis tuis. Reſpicientibus etiam ad auxilium & adiutorium hominum, ſed refugium tuum tantum modo eſt apud Deum. Cogita igitur tecum, chariſsime, quo timore timendus, quo amore diligendus, quo honore reuerendus ſit ipſe dominus Ieſus Chriſtus Deus noſter, qui ſalutis præſidium ſolus præſtare poterit poſt mortem. Reduc ergo, fili mi, ſedulus in memoriam illum extremum exitus tui diem, & antequam miſera anima tua de carcere carnis exeat, prouideas quo vadat. Iſtiuſmodi recordatio cõtritionem concipit, contritio compunctionem parit, compunctio cõtemplationem. ſ. pium & humilem affectum in pium Deum, videlicet ex fiducia & adiutorio diuinæ bonitatis & clementię humilem cõſiderationem propriæ fragilitatis & miſeriæ. Hic lector attende, quid enim eſt in omni ſciẽtia, quod hominem prouocet facilius ad ſui cuſtodiam & omnem iniuſtitiam expellendam, ad ſanctitatem in timore Dei perficiendam, quam ſuæ corruptionis conſideratio, ſuæ mortalitatis certa cognitio, poſtremo tremendæ mortis ſuæ recordatio? Quando enim homo fit non homo, hoc eſt, quando ægroteſcit, ægrotando ægritudo creſcit, peccator expaueſcit, cor contremiſcit, caput obſtupeſcit, ſenſus euaneſcit, virtꝰ exareſcit, vultus palleſcit, facies nigreſcit, oculus tenebreſcit, auris ſurdeſcit, naſus putreſcit, lingua fateſcit, os obmuteſcit, corpus tabeſcit, caro marceſcit: tunc carnis puchritudo fœtor effici, & putredo tũc ſoluit in cinerem & vertitur in vermen. Poſt hoĩem vermis, poſt vermen fętor & horror: ſic in non hoĩem vertit oĩs homo. Ecce frater mi chariſsime, ecce ſatis horribile ſpectaculũ, quoniam nulla artis medicina, nullaq; doctrina ſic ſuperat ſuperbiam a

Eccl. 7.

C

De nouiſſimorũ recordatione. c. 4

Eccl. 7.

D

De hore mortis terrore. c. 5.

E

F

biam, nec sic vincit malitiã, nec sic extinguit libidinẽ, nec sic mundi calcat vanitatẽ, sicut huiusmodi horrendę mortis recordatio. Vtinam ergo saperent. Et quid huic mundo tm̃ vilescit, sicut homo cuius corpus cũ sit exanime, nõ permittit esse intra domũ triduo prę fętore, sed vt vile stercus foras proiicit, & in profundo terræ absondit? Erubescat ergo, quia vermib. datur: cadauer efficit. Erubescat ergo superb. & infœlix peccator, & timeat, elatione cęcatus, ira inflammatus, impatientiæ vitio fœdatus, scientia inflatus, cui plus placet ars Aristotelis, quàm scientia de Apostolis, plus codex Platonis, q̃ liber diuinus, quem nulla lectio lętificat, nulla scientia ędificat, nullus sermo sapit, nisi fuerit grammatice conceptus, dialecticè imaginatus, rhetoricè purpuratus. Stultus es, qui hæc ignoras, & erras, qm̃ qui talia agunt, & in talib. dies suos consumunt, peccatum sibi generant, & mortem parant, qa ex simili studio similem concipiunt scientiã, hoc est, folia colligunt, non fructus. s. verba, & non virtutes, verba enim in ventum proferunt, & aerem verbis verberant, verbositatem sonant, iactantiam ostentant, de quib. per Psalmistam dr̃. Turbati sunt & moti sicut ebrius, & omnis sapiẽtia eorum deuorata est. Sicut. n. homo ebri⁹ nescit quid agat, aut quò vadat, eo q̃ seipsum ignorat, ita insipientes clerici seculares in habendo huiusmodi sciẽtiam se conturbant, libros deuorant, snĩas multiplicant, sed quid agant penitus ignorant, qa ad quem finẽ miserum tradant, miseri non attendunt. Si enim fugientis vitæ suæ breuitatẽ perpendissent, si dãna dierum suorũ ante oculos conuertissent, si de tremendo iudicio, non tm̃ de mortuis eorũ operib. immò de omni verbo otioso q̃ districte responsuri sunt, præuidissent, mox terrore perterriti, mox diuino amore p cussi vana huius vitæ studia reliquissent, & de studio vanitatis venissent ad studium veritatis, & de studio stultitiæ ad studium sapientiæ, hoc est, de studio curiositatis ad studium sanctæ humilitatis, de schola luxuriæ & prauitatis ad scholã munditiæ & sanctitatis, hoc est de vita fornicationis ad vitam beatæ religionis, ideſt de domo conuersationis mundana ad domum sanctæ disciplinæ. Vnde ipse Spiritussanctus per prophetam peccatoribus præcipit, dicens. Apprehendite disciplinam, ne quãdo irascatur dominus. O quàm terribilis est snĩa & nimis metuenda his qui disciplinã non apprehendũt: ex hac Spũssancti snĩa patet q̃ peribunt. Hinc est quod dominus per Moysen ait. Omnis anima, quę nõ fuerit afflicta die hac ꝑibit de populo meo. Notanda sunt attentius verba ista diuina. Anima, inquit, quæ non fuerit afflicta, subaudi, per disciplinam, per morum correctionem, per pœnitentiæ satisfactionem, per cordis cõtritionem per cõscientiæ purificationem. Et dicebat, die hac, in præsenti tempore gratię, sed die huius vitæ, quoniam qui non suscipit modo tempus pœnitentiæ, post mortem nõ inuenit locum indulgẽtię. Quapropter time tu peccator, tu caro superba, tu vile cadauer, quem adhuc viuentem vermes quotidie corrodunt, qui de tuo corruptibili corpusculo generantur, contremisce superbiam, proiice vanitatem, fuge luxuriam, apprehende disciplinam ne pereas. Vide in hoc speculo qui es, & quid eris, cuius conceptio tabes menstrua, origo lutum, putredo finis. Vtinam ergo saperes, & cętera. Ecce miser, causas mille dolorum habes, & adhuc superbis. Iterum te frater commoneo, vt quicquid agant alii, sis memor ipse tui, vilescat tibi mundus plus quam tu mundo. Huius igitur tantę calamitatis miseriam considera attentius, & cum Propheta ingemiscens dicito. Iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo. Quoniam ego in flagella paratus sũ, & dolor meus in conspectu meo semper. Iterum dic cum Apostolo, qui fragilem humanæ conditionis statum deplorabat dicens. Infęlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hæc salutifera Apostoli sententia exigit prudentem lectorem. Adhuc corpore Apostolus vixit, quando tamẽ corpus mortuum nominauerat, quia qui sapiẽs est, iam mortem ante oculos cõsiderat, iam se mortuum reputat, cum se moriturum pro certo sciat. Attende ergo in illa terribili hora, de qua loquimur, misera peccatoris anima, quando de mũdo exitura & itura es, adrũt mox ministri maligni illi. s. maledicti diaboli: illa vera tartarea mõstra, illi spiritus terribiles & pessimi, velut leones rugientes vt rapiant prędam, sed tuam peccatricẽ & miseram animam, tunc horribilia patebunt loca, pœnarum chaos, & caligo tenebrarũ, hor-

De statu horũ nouorũ nunis infectato rib. ca. 6.

Psa. 106

Leuit. 2.

Psal. 37.

Rom. 7.

De horrore dãnatæ aĩæ tã ex dæmotentia num aspectib. quã iudicis ra proue niẽte. c. 7.

rorũ miseriæ & tribulationis tremor, timor angustiæ & confusionis, dolor horrendę visionis, tremor tremendę mansionis, locus flẽtium, vbi stridor dentiũ, vbi morsus vermiũ, vbi clamor dolentium, vbi luctus gementiũ, vbi est vox clamantium peccatorum, & dicentium. Væ væ nobis filiis Euæ. Cumq; hæc & his similia, immo millesies plus q̃ dici possunt peiora, de corpore egressura misera anima, immò miserrima audierit, viderit, & senserit, qualis quantusque & quam magnus ter
K ror & timor ac tremor erit in ea, quæ lingua potest dicere, quis liber exponere? Quid tũc proderit scientiæ iactãtia, seculi pompa, mũdi vanitas, terrenæ dignitatis cupiditas? Nun quid proderũt luxuriæ, appetitus cibi exquisitus, potus delicatus, vestis curiositas, calciamenti speciositas, carnis mollities, ventris ingluies, ciborũ superfluitas, crapula & ebrietas, domorum constructio, præbendarũ acquisitio diuitiarum aggregatio? nunquid omnia ista poterunt animam miseri hominis eripere de ore horrendi & horribilis leonis, ac de faucibus maledicti draconis? Hanc vtilẽ lectionem legat aliquis, sapiat sanè & intelligat, & in corde suo retineat, qui est implicatus peccatis, amore mundi & carnis inebriatus & cæcatus, cui plus placet luxuriosi cadaueris venenosa voluptas, quàm animę suæ sanitas, qui plus studet circa arcã quam circa Martham, cui plus est de mundo quàm de Christo, cui pl⁹ est de lege bouina, quàm de lege diuina. Legat igitur lectionem insipiens ille qui eiusmodi est, & speculeſ in hoc speculo peccatoris speciem suam, & cõsideret diligẽter, vnde veniat, quid sit, & quò vadat, perpendat ex præmissis, per quam semitam vehementer metuendam, per quod iter tene
L brosum, per quorum horrendas manus misera eius anima transitura est. O stulte peccator, qui ista considerare nescis, siue præmeditari non vis, & quia ista præuidere negligis, ideo sæpe te inuadit superbia, exagitat ira, excruciat malitia, vulnerat inuidia, inflammat luxuria, fatigat pigritia, ligat auaritia. Et quoniã horrenda imminentia tibi tormenta prudenter non prospicis, id circo contumax, iniuriosus, obstinatus sæpe efficeris piger, acidiosus ad opus diuinum accedis, illudnegligenter & desidiose agis. Quare hoc? Quia nõ vis prouidere quò vadis, quia si ille serpẽs venenosus diabolus & satanas ausus fuit cum furore impetum facere in sanctissimam beati Martini animam, qui erat, vt dicitur, gemma sacerdotum, quam fęlicem animam ptę sentibus angelis euntem in cœlum curabat impedire: quomodo timendum est tibi peccatori, & trementer præmeditandum, quam horribiliter occurret miserę animæ tuæ ille doli artifex, ille filius iniquitatis, ille animarum hostis amarissimus: quomodo poteris stare ad horrendum aspectum tremendi vultus eius, ad intolerabilem fętorem oris eius, ad flammas sulfureas oculorum eius? Certus esto, q̃ timor huius horrendæ bestiæ omne M
genus tormentorum superat, plus quam in hoc mundo cogitari queat. Quod Propheta *Psal. 63.* pauidus expaueſcens ad orationem confugit dicens. Exaudi Deus deprecationẽ meam cum deprecor, a timore inimici eripe animam meam. Non dicit, a potestate, sed a timore. Quare? Ad insinuandum quam maxima iam sit pœna, quàm horribilis, quàm intolerabilis sit terror ipsius inimici. Heu heu frater mi, si talis & tantus tremor est animę peccatrici ex solo satanæ visu, quanta confusio, quantusque horror, quanta afflictio, quãta lamentatio erit eius consortium? O stulti filii hominum, vani filii hominum mentien- *Psal. 10.*
tium. Qui enim diligit iniquitatem, odit ani- *Sap. 14.*
mam suam. Et, Odibiles sunt Deo impius & *Psa. 138*
impietas eius. Vnde Psalmus. Nonne qui oderunt te domine, oderam, & cætera. Perfecto *Eccl. 5.*
odio oderam illos. Item. Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus. *De insipientia et perversitate speculum non insipientium.*
Quare tam horrendam tamque horribilem non circunspicitis miseriam? quare non ꝓ- *Psal. 91.*
iicitis superbiam? quare non extinguitis auaritiam? quare non cõtemnitis luxuriam? qua re mores vestros non corrigitis? quare mandatum Dei salutiferumque eius consiliũ ne- *Psal. 48.*
gligenter auditis? quare non sapitis & intelli- *Cap. 8.*
gitis ac nouissima ꝓuidetis? Hinc est q̃ nos *Prou. 1.*
peccatores terribiliter Deus alloquitur, dicens, Ego, inquit, in interitu vestro ridebo & subsannabo vos, cum in vobis quod timebatis aduenerit. O quàm metuenda est illa dominica sententia. Vtinã lector saperet, & in palato cordis ruminaret, quãtum contineat amaritudinis, quantumve formidinis, quia reuera si sciret, omni hora vitam suã cautius custodiret. Si dicis forsã quòd derisio & subsannatio

sannatio non cadunt in ipsum Deum, nec eius reuerenda sanctissimaq; simplex natura huiusmodi passiones siue ironias admittit, cur ergo ab omnipotenti Deo peccatoribus dicitur, Ego in interitu vestro ridebo? Attende qui interrogas, quomodo dicta tibi dēat exponi sententia. Ego in interitu vestro ridebo: hoc est, cum finis vester venerit, vos derisione dignos clamabo, & cum irruerit sup vos repentina calamitas, subsannabo, i. cum amara mors vos momorderit, æterna subsan
A natione dignos damnabo. Audi tu peccator terribilem sententiam, quam si intelligeres, si ne dubio expaueſceres. Sed quare non intelligis? Quia scripturas sacras negligenter legis, actus tuæ vitę malę quos facis, peccataque committis, facta & dicta opera tua mala non sapienter respicis: velox ad mensam, tardus ad Ecclesiam, potens ad potandum, sed ęger ad psallendum, peruigil ad fabulas, somnolentus ad vigilias, procax ad loquēdum, sed tardus & mutus ad canendum, promptus ad iram & detractionem, piger vero ad orationem, inuidiæ amator, pauperum Christi persecutor, festucam in alieno oculo respiciēs, sed trabem in oculo tuo non considerans, cęteros reprehendens, teipsum non considerans, alios vituperans, te collaudans, malitię inuentor, disciplinę destructor, amicus vitiorum, hostis virtutum. Hæc sunt quæ hominem excęcant, & a Deo ipsum separant, hęc sunt quę monachum conuersum efficiunt pertersum, clericum hęreticum, Christianum antichristum. Qui enim Christianus non est, antichristus est. Non est Christianus,
Psal. 91. qui vita & moribus Christo est contrarius.
Psal. 48. Heu heu vir insipiens non cognoscit, & stul
B tus non intelligit. Et ideo dicit Propheta. Simul insipiens & stultus peribunt. Sed quæ distantia est inter insipientem & stultum? Omnis stultus est insipiens. Insipiens enim dicitur quasi non sapiens. Multi enim manent qui sapientes non sunt, tamen stulti nō sunt. Multi iusti sunt, & multi iusti non sunt, & tamen iniqui non sunt. Vis noscere quis sit insipiens, & quis stultus? Respondeo.
Insipiens et stultus quomodo differant. Insipiens est, qui se a paradisi gaudiis peregrinum esse non considerat, & sē exultem in hoc exilio non attendit, stultus est, qui licet ista cognouerit, liberari tamen a mundi miseria per vitæ meritum non intendit. Item insipiens est qui non credit futura supplicia reproborum esse perpetua, & gaudia istorum ęterna, stultus autem est, qui licet credat, tamen vt mortem perpetuam euadat, & gloriam ęternam caste viuendo, pieque conuersando acquirat, non intendit. Iusto igitur Dei iudicio simul insipiens & stultus peribunt. Quod tamen non fieret si saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Ecce frater mi, iam vidisti, in hoc speculo peccatores, quid sapias, quid intelligas, quomodo nouissima prouidere debeas, supereſt igitur vt diligenter discas & in corde firmes, vt sane sapias, & recte intelligas, qūo nouissi C
ma tua prudenter prouideas, vt per hęc ęternā damnationē euadas, & cū domino nostro Iesu Christo vitam æternam possideas. Amē.

DE POENITENTIAE Medicina

LIBER VNVS.

QVam sit vtilis & necessaria pœnitentiæ medicina, facillime homines intelligunt, qui se homines esse meminerunt. Scriptum est enim Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et dominus in euangelio dicit. Qui se exaltat, humiliabitur. Magisq; iustificatus descendit de templo ille publicanus peccatorum confessione solicitus quam pharisæus meritorum enumeratione securus, quāuis etiam gratias egit Deo dicens. Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cęteri hoium raptores, iniusti, adulteri, qūo & publicanus iste, Ieiuno bis in sabbato, decimas do oium q̄ possideo: & tū ei prælatus est ille qui a longe stabat, ne D
que oculos ad cęlum leuare audebat, sed percutiebat pectus suū dicēs. Deus ꝓpitius esto mihi peccatori. Non.n.tam ille pharisæus sanitate, quam morborū alienorum cōparatione gaudebat: Vtilius aūt illi erat, qm̄ ad medicum venerat, ea de quib. ęgrotabat, confitendo monstrare, quam dissimulare vulnera, vt de cicatricib. auderet gloriari. Non ergo mirum si publicanus magis curatus absceſsit, quem non puduit ostendere quid doleat. In rebus quippe visibilib. vt excelsa quisque cō *Psal. 33.* tingat in excelsum erigit̄. Deus aūt cum om- *Psa. 19.*

Quod ad pœnitētiā uia existat humilitas et lacrymæ. Cap. 1. Iac. 4. Luc. 17.

nium sit excellentissimus, non elatione, sed humilitate contingitur. Vnde per Prophetā dr. Prope est dominus omnibus qui obtriue runt cor. Et iterum. Excelsus est dominus, & humilia respicit, & alta a longe cognoscit. Excelsa ipse posuit pro superbis. Illa ergo re spicit vt attollat, ista cognoscit vt deprimat & deiiciat. Cum enim ait, ꝙ a longe excelsa cognoscit, satis eum ostendit humilia de ꝓxi mo attendere. ipsum tñ Deum excelsum esse prædixit. Solus enim Deus arrogans non est,
E quantacunq; se prædicatione laudauerit. Nō igitur arbitretꝰ se ab oculis Dei abscondi quā
) tacunq; superbia. Deus enim excelsa cognoscit. Nec se rursus Deo coniunctam putet, ex celsa enim a longe cognoscit. Quisquis itaque pœnitentiæ humilitatem reculat, Deo ꝓ pinquare non cogitat. Aliud est enim leuare se ad Deum, aliud eleuare se contra Deum. Qui ante il um se proiicit, ab illo erigit, qui aduersus illum se erigit ab illo proiicit. Alia est soliditas magnitudinis, alia est inanitas inflationis. Qui foris tumescit, intus tabescit. qui eligit abiici in domo domini, magis quā habitare in tabernaculis peccatorum, eligit eum Deus vt inhabitet in atriis eius. Vnde in
Psal. 83. Psalmis. Beatus vir cuiꝰ est susceptio eius abs te domine. Ne putes eum qui se humiliat semper iacere, cum dictum sit, exaltabitur. Et ne opineris, eius exaltationem in oculis hominum per sublimitates fieri corporales. Cū enim dixisset, Beatus vir cuius est susceptio eius abs te domine, consequenter annexuit, & ostendit eiusdem susceptionis celsitudiné
Luc. 14. spiritalem. Ascensus inquit, in corde suo dispositt in conualle plorationis, in locum
F quem dispositt. Vbi ergo dispositt ascensus in corde? In conualle plorationis, hoc est, Qui se humiliat, exaltabitur. Sicut enim ascēsus exaltationem indidat, valles humilitatē, & conualles plorationes. Sicut enim comes esse pœnitentiæ dolor creditur, ita lacrymæ sunt testes doloris. Optime autem sequitur & dicit. Etenim benedictionem dabit qui & legem dedit. Ad hoc enim lex data est, vt superbo infirmitatem suam notam faceret, infirmo pœnitentiam suaderet. Ad hoc etiam
Rom. 7. lex data est, vt vulnera ostenderet peccato-
Psal. 45. rum, quæ gratię benedictione sanaret. Ad
De triplici actione hoc etiam lex data est, vt diceremus in conualle plorationis, Video aliam legem in mē bris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Et cum ipso ploratu clamaremus, Infęlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Et succurret nobis exaudiente Deo qui erigit elisos, & soluit compeditos, illuminat cęcos, gratia Dei, per Iesum Christum dominum nostrum. Tres autem sunt actiones pœnitentiæ, quas mecum vestra eruditio recognoscit. Sunt enim vsitatæ in Ecclesia, & diligenter attendentibus notæ. Vna est, quæ nouum hominem per baptismum parturit, donec salutaris omnium pręteritorum peccatorum fiat ablutio vt tanquam nato puero dolores transeant, quibus viscera vrgebantur ad partum, & tristitiam lętitia consequatur. Omnis enim qui iam voluntatis suæ factus est arbiter cum accedit ad sacramenta fidelium, nisi eum pęniteat vitæ veteris, nouam non potest inchoare. Ab hac pœnitentia cum baptizantur, soli pueri immunes sunt. Nondum enim vti possunt libero arbitrio. Quibus tamen ad consecrationem remissionemque originalis peccati prodest eorum fides, a quibus offerunt, vt quascunque maculas delictorum ꝓ alios ex quibus nati sunt contraxerunt, aliorum etiam interrogatione ac responsione purgā tur. Verissime quidem in Psalmis plangitur. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Item scriptum est. Non esse mundum nec infantem in conspectu Dei, cuius est vnius diei vita super terram. Et Apostolus Petrus clamat Iudæis. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine domini nostri Iesu Christi. Et dominus. Pęnitentiā agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. De hac etiam Ioannes baptista plenus spiritu H
sancto, præcursor & præparator viæ domini ita dicit. Generatio viperarum, quis ostendit vobis fugere a vētura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Altera vero pęnitentis est, cuius actio per totam istam vitam, qua in carne mortali degimus, perpetua supplicationis humilitate subeunda est. Primo, quia vitam æternam, incorruptibilem immortalemque, nullus desiderat, nisi eum vitæ huius temporalis corruptibilis mortalisque pœniteat. Non enim sic quisque in vitam nouam per sanctificationem baptismi nascitur, vt

pœnitentiæ. s. pro peccatis originali, & mortali actuali

Psal. 50. Iob. 25. Act. 2. Mat. 4. Mat. 3. Cap. 2. De pœni. dist. 1. c. Tres sunt 4. sen. di. 16. c. præ dictis De consecrā. 4. c. ois qui.

quem-

quemadmodum deponit ibi omnia peccata
preterita, ita etiam statim mortalitate ipsam
carnis corruptionemq; deponat. Quod si ita
non est, restat vt illud quod scriptum est, qđ
etiam quisq; in se sentit adhuc dum in hac vi
Sap. 9. ta est. Corpus quod corrumpit aggrauat ani
mam, & deprimit terrena inhabitatio sēsum
multa cogitantem. Quod tunc in illa beatitu-
Secunda actio pœnitentiæ. dine quia non erit, cum absorbebitur mors
2. Co. 5. in victoria, quis dubitet, in quacunq; tempo
De pœni. rali felicitate versemur, pœnitere tamē huius
I vitæ nos debere, vt ad illam incorruptionem
dist. 1. c. tota auiditate curramus? Inde est illud quod
Tres sunt Apostolus ait. Quandiu sumus in corpore,
Psa. 119 peregrinamur a domino, per fidem quippe
Ibidem. ambulamus & non per speciem. Quis ergo
2. Co. 5. festinat atque optat ad patriam remeare, &
illam per speciem quæ est facie ad faciem cō
templari, nisi quem peregrinationis suæ pœ
nituerit? Ex quo dolore pœnitentis etiam vox
illa miserabilis erumpit & sonat. Heu mihi
quoniam peregrinatio mea longinqua facta
est. Et ne putes nondum fidelem ista loqui, vi
de quid sequatur. Inhabitaui cum habitanti-
bus cedar: Cum eis qui oderunt pacem, erā
pacificus, cū loquebar eis, impugnabant me
valde. Non solum hominis fidelis, sed etiam
euangelistæ firmissimi, & martyris fortissi-
mi hæc verba sunt. Scimus autem quia etsi
terrena domus nostra huius habitationis dis-
soluat, ædificationem habemus ex Deo, do-
Iob. 7. mum non manu factam, sed æternam in cœ-
Ibidem. lis. Quapropter sanctus Iob non ait esse ten-
tationem in hac vita, sed hanc ipsam vitam
tentationem dixit esse, ita loquens. Nunquid
non tentatio est vita humana super terram?
Quo in loco etiam mysterium lapsi hominis
mirabiliter tetigit dicens. Tanquam seruus fu
giens dominū suum, & consecutus est vm-
K bram. Non enim hæc vita dicenda est potius
quam vmbra vitæ. Nec immerito fugitiuus
Adam post offensionem peccati abscondit
se a facie domini, tectus foliis arborum, qui-
bus opacantur vmbracula, tanquam fugiens
dominum suum, & consecutus vmbram, si-
cut dictum est. Quæ vniuersa ad hoc dicta
sunt, nequis per baptismum, quamuis iustifi
catus sit a prioribus peccatis, tamen superbi-
Eccl. 10. re audeat, etiam si nihil committat. Vnde ab
Psal. 103 altaris participatione priuetur, quasi iam de
Iob. 7. plena securitate se iactans, sed potius seruet
humilitatem, quæ pene ima disciplina Chri
stiano est. Nec superbiat terra & cinis, donec
ista nox tota transeat, in qua pertranseūt om
nes bestiæ syluæ, catuli leonum rugiētes, quæ
rentes a Deo escam sibi. In hac esca Iob ipse
petitus est, qui dixit. Tentatio est vita homi-
nis super terram. Quæ quamuis singula non
letali vulnere ferire sentiantur, sicut homici
dium vel adulterium vel cætera huiusmodi,
tamen simul omnia congregata, velut scā-
bies, quo plura sunt necant, aut nostrum de-
cus ita exterminant, vt ab illius sponsi spe-
ciosa forma præ filiis hominum, castissimis L
separent amplexibus, nisi medicamento pœ
nitentiæ quotidianæ deficcent. Quod si fal-
sum est, vnde quotidie tundimus pectora?
Quod nos quoque antistites ad altare assi-
stentes, cum omnibus facimus. Vnde etiam
orantes dicimus, quod in tota vita ista opor
tet vt dicamus. Dimitte nobis debita nostra, Mat. 9.
sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.
Non ea dimitti precamur, quæ iam in baptis
mo dimissa credimus, nisi de ipsa fide du-
bitamus, sed vtique de quotidianis pecca-
tis hoc dicimus, pro quibus etiam sacrificia
eleemosynarum, ieiuniorum & ipsarum sup
plicationum ac orationum quisque pro suis
viribus offerre non cessat. Quisquis itaque
se diligenter attendens, nulla sei ipsum adula-
tione se ducit, satis intelligit cum quanto pe-
riculo morti sempiternæ, & cum quanta pe
nuria perfectæ iustitiæ peregrinetur a domi-
no, quamuis iam in Christo, hoc est, in via
constitutus, redire conetur. Nam si non ha-
bemus peccata & tundentes pectora, dici-
mus, Dimitte nobis debita nostra, ex hoc ip-
so certe & grauiter nullo dubitante pecca-
mus, cum inter sacramenta mentimur.
Quamobrem inquantum Deo nostro fide &
charitate conectimur, & eum inquantum M
possumus imitamur, non peccamus, sed fi-
lii Dei sumus, inquantum autem ex occasio-
ne carnalis infirmitatis, quia nondum mor-
te resoluta, nondū resurrectione mutata est,
motus reprehensibiles improbiq; subrepūt,
peccamus. Quod fateri cōuenit, ne dura cer
uice non languorum nostrorum sanitatem,
sed damnationem superbiæ mereamur. Vn-
de scriptum est. Et qui natus est ex Deo, non
peccat. Et quod in eadem Epistola Ioan. le- 1. Ioan. 3
gimus: Si dixerimus, quia peccatum non ha- 1. Ioan. 1
bemus,

bemus,nosipsos seducimus & veritas in nobis non est.Sed neq; facilius ab inimico deiicimur, quam cum eum superbiendo imitamur:nec vehementius eum prosternimus, q̃ cum humilitate Deum sequimur, nec acriores dolores infigimus,quam cum plagas peccatorum nostrorũ confitendo & pœnitendo sanamus. Tertia actio pœnitẽtiæ est, quę pro illis peccatis subeunda est,quam legis decalogus continet, & de quib. Apostolus dicit: Galat.5. Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebũt. In hac ergo pœnitẽtia maiorem A in se quisq; seueritatem debet exercere vt a seipso iudicatus,nõ iudicet a domino, sicut ipse Apostolus ait:Si enim nosmetipsos iudi- 1.Co.11. caremus,non vtiq; iudicaremur. Ascẽdit ita- 2.Co.5. que homo aduersus se tribunal mentis suæ,si timet illud qđ oportet nos exhiberi ante tribunal Christi, vt illic recipiat vnusquisq; q̃ per corpus gessit,siue bonum seu malũ. Constituat se ante faciem suam,ne hoc ei postea fiat:nam minat̃ Deus hoc peccatori dicens: Psal.49. Arguam te & statuam contra faciem tuam. Atq; ita cõstituto in corde iudicio, assit accusatrix cogitatio,testis cõscientia, carnifex timor,inde qdem sanguis animi cõfitentis p lachrymas profluat, postremo ab ipsa mẽte talis sententia proferatur, vt se indignum homo iudicet participatione corporis & sanguinis domini, vt qui separari a regno cęlorum timet per vltimam sentẽtiam summi iudicis,per Ecclesiasticam disciplinam a sacro cœlestis panis interim separetur. Versẽt ante oculos imago futuri iudicii,vt alii accedant ad altare Dei quo ipse non accedit: cogitet quam sit contremiscenda illa pœna,qua percipientib.aliis vitam æternam, alii in mortẽ præcipitantur ęternam. Ad hoc enim altare quod nunc in Ecclesia est,in terra positũ,terrenis oculis expositũ, ad mysteriorũ diuinorum signacula celebranda, multi etiam scelerati possunt accedere, cum Deus commẽdat B in hoc tempore patientiam suam, vt in futuro exerat seueritatem suam. Accedunt enim Rom. 2. ignorantes,quoniam patientia Dei ad pœnitentiam eos adducit:Illi autem secundũ duritiam cordis sui & cor impœnitens,thesaurizant tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicii Dei, qui reddet vnicuiq; secundum opera sua.Ad illud autem altare quò præcursor pro nobis introiit Iesus, caput Ecclesiæ præcessit,membris secuturis cęteris, nullus eorum accedere poterit. De qb. vt iam commemoraui, dixit Apostolus: Qm̃ qui talia agunt,regnum Dei non possidebũt. Quo ergo interiora veli,& in illa inuisibilia sancta sanctorũ intrare audebit aut poterit,qui medicinam disciplinæ contemnens, noluit paulisper a visibilib. separari? Qui enim noluit humiliari vt exaltaretur, cum exaltari voluerit,deiicietur,& in æternum seiungetur ab æternis sanctis. Quisquis hoc tempore per merita obedientiæ,& per satisfactionem pœnitentiæ non sibi prouidet locum in corde sacerdotis, qua fronte impudentiæ tunc volet C auerti facie Dei a peccatis suis, qui nũc toto corde nõ dicit:Qm̃ facinus meum ego agnosco,& peccatum meum contra me est semp? Psal.50. Quo pacto quæso Deus dignat̃ ignoscere, quod in seipso homo dedignat̃ agnoscere? Aut illud quale est, in quo sibi blandiuntur, qui sua se vanitate seducunt,perseuerantes in malitiis atq; luxuriis suis, cum audiunt Apostolum dicentem: Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt: audent sibi pter regnum Dei,salutem quã desiderant polliceri,atq; ita inter se loquuntur dum recusant agere pœnitentiam pro peccatis suis,& perditos mores suos in melius commutare? Angeli ergo nuncii sunt. Nuncios autem rectissime accepimus omnes, qui salutem cœlestem hominib.nunciant:vnde etiam Euangelistæ boni nuncii interpretantur. Et de beato Ioannebap.dictum est:Ecce mitto angelũ meum ante faciem tuam. His ergo vt dicere cęperam exceptis, cætera omnium multitudo,sicut in ipsius domini verbis manifestum est in duas partes diuidet̃.Ponitur9 est.n.oues ad dexteram,hædos aũt ad sinistram,& dicet̃ Mat.25. ouibus: Venite benedicti patris mei,possidete regnum præparatum vobis a cõstitutione mundi. De hoc regno dicit Apostolus: Quo- D niam qui talia agunt, regnum Dei non consequuntur. Item ad impios: Ite,inquit,in igẽ ęternum, qui paratus est diabolo & angelis Ephe.5. eius. Quapropter q gaudet de nomine Christiano,&nõ cum omni obedientia & timore,audiat Apostolum dicentem. Hoc enim scitote intelligẽtes, quod omnis fornicator, aut auarus,aut immundus, quod est idolorũ seruitus,non habet hereditatẽ in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanib. verbis:

Propte-

Tertia actio pœnitentiæ.

1.Co.6.

Galat.5.

Rom.2.

Mat.7.

Galat.5.

De fugiẽdis peccatis mortalib. adhortatio, et q sint merito a cõmunione suspendẽdi, et de secretoriũ reuelatione. cap.3.

Propterea enim venit ira Dei in filios diffidē
1.Co.6. tiæ: Nolite errare neque fornicatores, neque idolis seruientes, neq; molles, neq; masculorū concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum Dei possidebūt. Sed videte quemadmodum timorem & desperationem salutis abstulerit eis qui hęc in vita veteri cōmisserunt. Et hęc quidem, inquit, fuistis, sed abluti estis, sed sāctificati estis in nomine dñi nostri Iesu Christi, & spū Dei nostri. Quisquis ergo post baptismum aliquorum pristinorum malorum opere obligatus tenet, vsq; nūc sibi inimicus
E est, vt adhuc dubitet vitam mutare cum tps est, cum ita peccat & viuit. Nam vtiq; quod
Rom.2. ita perseueranter peccat, thesaurizat sibi irā in die irę & reuelationis iusti iudicii Dei. Qđ autem adhuc viuit, patientia Dei ad pęnitentiam eum adducit. Implicatus igitur tā mortiferorum vinculis peccatorū, detractat, aut differt, aut dubitat ad ipsas claues Ecclesię confugere, quib. soluat in terra, vt sit solutus in cęlo, & audet post hanc vitam, quia tantū Christianus dr, salutem aliquā polliceri: nec veridico illo dominico tonitruo contremi-
Mat.7. scit. Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Et Apostolus scribens ad Galatas inter cętera dixit: Ma-
Galat.5. nifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornications, immunditia, luxuria, idolorū seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ p̄dico vobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non cōsequentur. Iudicet ergo seipsum homo in istis
F voluntate dum potest, & mores conuertat in melius, ne cum iam non poterit, etiam præ-
De fugiēdis peccatis mortalib. adhortatio, et q̄ sint merito a cōmunione suspendādi, et de secretorū reuelatione. cap. 3. ter voluntatem a domino iudicetur. Et cum ipse protulerit seueriſsimæ medicinæ, sed tamen medicinę sententiam, veniat ad antistites, per quos in Ecclesia claues ministrātur, & tanquam bonus incipiens iam esse filius, maternorum membrorum ordine custodito, a prępositis sacramentorum accipiat satisfactionis suæ modum, vt in offerendo sacrificio cordis contribulati deuotus & supplex, id tñ agat quod non solum illi profit ad recipiendam salutem, sed ēt cæteris ad exemplum. Vt si peccatum eius non solum in gra-
Iac.4. ui eius malo, sed etiam in scādalo est aliorū, atq; hoc expedire vtilitati Ecclesię vr antisti-
2.q.1.c. Multi ti in notitia multorum, vel etiam totius ple-
2.Co.4. bis agere pœnitentiam non recuset, non resistat, non lætali & mortiferæ plagæ per pudorem addat tumorem: meminerit tamen semper quòd superbis Deus resistit humilib. autem dat gratiam. Quid est enim infœlicius, quid perſius, quam de ipso vulnere, quod latere non potest, non erubescere, & de liga-
G tura ei⁹ erubescere? Nemo arbitretur fratres propterea se cōsilium salutiferæ huius debere pęnitentiæ contemnere, quia multos forte aduertit & nouit ad sacramenta altaris accedere, quorum talia crimina non ignorat. Multi enim corriguntur, vt Petrus, multi tolerant vt Iudas, multi nesciunt, donec veniat dominus qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cōsilia cordiū, nam pleriq; propterea nolūt alios accusare, dum per illos cupiunt excusari. Plerique aūt boni Christiani propterea tacent, & sufferūt aliorum peccata, quæ nouerunt, quia documentis sæpe deseruntur, & ea quæ ipsi sciunt, iudicibus Ecclesiasticis probare non possunt. Quamuis enim vera sint quædam, non tamē iudici facile credenda sunt, nisi certis indiciis demonstrentur. Nos vero a communione prohibere quamquam non possumus, quamuis hæc prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo siue seculari, siue Ecclesiastico iudicio nominatum atque conuictum.
2.q.7.c. Plerūq;. Quis enim sibi vtrunque audeat assumere, vt cuiquam ipse sit acusator & iudex? Cuius-
2.q.1.c. Multi. modi regulam etiam Paulus Apostolus in eadem ad Corinthios Epistola breuiter insinuasse intelligitur, cum quibusdam commoratis criminibus, Ecclesiastici iudicii for-
H mam ad omnia similia ex quibusdam daret.
1.Co.5. Ait enim, Scripsi vobis in epistola, non commisceri fornicariis, nō vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut raptoribus, aut idolis seruientibus, alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Non enim possunt homines in hoc mundo viuentes, nisi cum talibus viuere, nec eos possunt lucrifacere Christo, si eorum colloquium conuictumque vitauerint. Vnde & dominus cum publicanis, & peccatoribus cōmedens. Non est opus, inqt,
Mat.9.

sanis

sanis medicus, sed male habentib. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Et ideo se
2. Co. 5. quitur Apostolus & adiungit. Nūc scripsi vobis nō commisceri. Si quis frater nominatur in vobis, aut fornicator, aut idolis seruiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec quidem cibum simul sumere. Quid enim mihi de his q foris sunt iudicare? Nōne de his qui intus sunt vos iudicatis? De his autem qui foris sunt Deus iudicabit. Auferte malum a vobisipsis. Quib. verbis satis ostendit, non temere aut quomodolibet, sed per iudidium auferēdos esse malos ab Ecclesiæ communione, vt si per iudicium auferri non possunt, tolerentur potius,
I ne peruerse malos quisque euitando, ab Ecclesia ipse discedens, eos quos fugere vī vinciat ad gehēnam. Quia ad hoc nobis sunt in
Mat. 3. Mat. 13. scripturis sanctis exempla proposita, vt velut in messe palea, sufferātur vsque ad vltimum ventilabrum, vel intra illa retia vbi pisces boni cum malis vsq; ad segregationem quę futura est in littore, i. in fine seculi, ęquo animo tolerenē. Non enim contrarium est huic
Rom. 14. loco id quod alio loco dicit Apostolus. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat aut cadit. Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis, vel etiam extraordinario vsurpato iudicio, sed potius ex lege Dei secundum ordinē Ecclesiæ, siue vltro confessum, siue accusatum atq; conuictum. Alioquin illud cur dixit: Si quis frater nominat aut fornicator, aut idolis seruiens & cætera, nisi quia eam nominationem intelligi voluit quæ fit in quēquam, cum sua ordine iudiciario atq; integritate
1. Co. 5. profertur? Nā si nominatio sola sufficit, multi damnanti sunt innocentes, quia sępe falso in quoquam crimina nominantur. Non ergo
K illi, quos monemus agere pœnitentiam, quę rant sibi comites ad suppliciū, nec gaudeant
Qđ nōsit in malis multitudo sequēda. ca. 4. qa plures inuenerint: nō enim propterea minus ardebunt qa cum multis ardebunt, non est enim hoc sanitatis certum consilium, sed maleuolentiæ malum solatium. An forte attendunt multos etiam in ipsis honoribus Ecclesiasticis præpositorum & ministrorū, nō congruenter viuere sermonib. & sacramentis, quæ per eos populis ministrantur? O miseros homines, qui hos intuendo Christum obliuiscuntur, qui tāto ante prædixit, vt legi Dei potius obtemperaretur, quam imitandi videantur illi qui ea quæ dicunt non faciūt, & traditorem suum tolerans vsque in finem, etiam ad euangelizandum cum cęteris misit. Tam sunt autem isti absurdi & præposteri & I. q. 1. cū
miseri, qui prępositorum suorum malos mo- gnoscatis
res imitari eligunt, quàm per eos prædicta Mat. 23. & 10.
domini præcepta seruare, quam si quisquam viator remeādum sibi esse existimet in itinere, cū viderit miliaria lapidea literis plena, viam docere & non ambulare. Cur enim nō potius si ꝑuenire desiderat tales comites in- L
tueat & consequat, qui & viam bene demō strant, & in ea perseuerant, atq; alacriter ambulant? Quod si isti desint, vel potius minus appareant: nam deesse non pōt: non enim sic quærunt homines charitate studiosa quod prædicent ad imitationem, quomodo q̄runt iniquitate suspicioſa quod murmurēt ad deceptionem, partim non inueniendo bonos, dum ipsi mali sint, partim timēdo inuenire, dum mali esse semper volunt. Sed tantum cō cedamus nō apparere nūc homines dignos imitatione. Quisquis hoc putas, Deum mēte intuere, qui homo factus est, vt te hominem Ephe. 3.
viuere doceret. Si habitet Christ⁹ in interio- 1. Ioan. 2.
re homine per fidem in corde tuo, recordarisq; illud quod Ioannes ait. Qui dicit se in Christo manere, debet quemadmodum ille ambulauit & ipse ambulare, & ita nō tibi deerit quem sequaris. Et cum te alius viderit, de bonorum inopia conqueri desinet. Si enim nosti quid sit recte viuere, diuina præcepta cognosce. Fortasis enim multi recte viuunt sed propterea tibi nullus vī, quoniam quid sit recte viuere ignoras. Si autem nosti, age quod nosti, vt & tu quod quæris habeas, & aliis quod imitentur ostendas. Christum aīo attende, attende Apostolos, quorum nouissimus est ille qui dicit, imitatores mei estote, si M
cut & ego Christi. Attende animo tot marty- 1. Co. 4.
rum milia. Cur enim te natalitia eorum conuiuis turpib. celebrare delectat, & eorū vitā sequi honestis morib. non delectat? Ibi videbis non solum viros, sed etiam sęminas, postremo pueros & puellas, nec impudentia decipi, nec iniquitate peruerti, nec periculi timore frangi, nec seculi amore corrumpi. Ita te non inuenientem quid excuses, non solum pręceptorum ineuitabilis rectitudo, sed etiam exemplorum innumerabilis multitu-

do

De refugio recidi uãtiũ ad Dei mãe per uerã cordis cõtritionem & remissionis cõfidentiam

do circũdabit. Sed de vtilitate ac salubritate pœnitentiæ, vt quod instituimus aliquando peragamus, si iam de sanitate desperãs, addis peccata peccatis, sicut scriptum est. Peccator cum venerit in profundum malorum, contẽnet. Noli contemnere, noli desperare, clama etiam de profundo ad dominum, & dic ei. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam: Fiant aures tuæ intendentes in vocẽ obsecrationis meę: Si iniquitates obseruaueris dñe, domine quia sustinebit? Quoniam apud te propitiatio est. De tali profundo. Niniuitæ clamauerunt, & hãc propitiationem inuenerunt. Faciliusque est euacuata comminatio Prophetæ quàm humiliatio pœnitentiæ. Hic fortasse dicis: Sed ego iã baptizatus sum in Christo, a quo oĩa mihi peccata præterita dimissa sunt, vilis factus sum, nimis iterãs vias meas, & canis horribilis oculis Dei, conuersus ad vomitũ suũ. Quò abibo a spiritu eius, & a facie eius quò fugiam? Quo frater, nisi ad eius misericordiam pœnitẽdo, cuius potestatem peccando contempseris? Nemo enim recte fugit ab illo nisi ad illum, ab eius seueritate ad eius bonitatem. Quis enim locus te excipiet fugientem, vbi eius præsentia te non inueniat? Si ascenderis in cœlum, ibi est: si descenderis ad infernum, adest. Recipe ergo pennas tuas in directũ, & habita in extremo huiº seculi. Etenim illuc manus tua deducet me, & perducet me dextera tua. Quicquid enim feceris, quæcunque peccaueris, adhuc in hac vita es, vnde te Deº si sanare nollet, auferret. Cur ergo ignoras, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Qui enim clamando tibi persuasit vt non recederes, parcẽdo clamat vt redeas. Intuere Dauid regem, iam vtique & ipse illius temporis sacramenta perceperat, iam circũcisus erat vtique, quod patres nostri pro baptismo habebãt: nã ad hoc dicit Apostolus, sanctum Abraham signaculum iustitiæ fidei recepisse. Iam etiam vnctus erat vnctione venerabili, qua regale sacerdotium præfigurabatur Ecclesię. Repente autem factus est & adulterii & homicidii reus. Nõ frustra tamẽ de tam immani & abrupto profundo scelleris pœnitens clamauit ad dominum dicens, Auerte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Quo tandem merito, nisi qa item dicit. Iniquitatem meam ego agnosco, & peccatum meũ ante me est semper? Quid autem obtulit domino vnde illum propitiaret sibi? Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique, holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatũ Deus nõ spernit. Non solũ ergo deuote obtulisti, sed etiam ista dicendo quid offerri oportebat, ostendis. Non enim sufficit mores in melius commutare, & a factis malis recedere, nisi etiam de his quæ facta sunt, satisfiat Deo per pœnitentiæ dolorẽ, per humilitatis gemitũ, per contriti cordis sacrificium coopetantibus eleemosynis. Beati enim misericordes, quoniã ipsorũ miserebitur Deus. Non enim dictũ est vt tantum abstineãtis à peccatis, sed & de præteritis, inquit, deprecare dominum vt tibi dimittantur. Et Petrus iam erat fidelis, in Christo & alios baptizauerat. Intuere ergo Petrum præsumentem accusatum, tumentem vulneratum, flentem sanatum. Iam etiã post aduentum de cęlo spiritus sancti, quidam Simon pecunia voluit eundem spiritũ emere, sceleratissimũ & impium mercimonium cogitans, iã baptizatus in Christo, & tamẽ pœnitentiæ consiliũ ab ipso Petro correptus accepit. Dicit etiam Apostolus Paulus qui vtiq; fidelibus mittebat Epistolas. Ne iterũ cum venero ad vos, humiliet me Deus, aut lugeã multos ex his qui ante peccauerũt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia & luxuria, & fornicatione quàm gesserunt. Circunstant ergo nos & præcepta recte facientium, sed etiam ad recipiendam salutẽ pœnitentium, quæ fuerat amissa peccando. Sed fac incertum esse vtrum ignoscat Deus, perdit cum supplicat Deo, qui saluté perdere nõ dubitauerit cum offenderet Deũ? Quis enim certus est quod etiam Imperator ignoscat? Et tamen pecunia fundit, maria trãsmeãtur, procellarum incerta subeuntur, & penè vt mors vitetur, mors ipsa suscipitur, suplicatur deinde per homines homini, sine dubitatione fiunt ista, cum sit dubium quo fine proueniant, & tamen certiores sunt claues Ecclesię quam corda regia. Quibus clauib. quodcunque in terra soluitur, etiam in cœlo solutum esse promittitur. Et multo est honestior humilitas, qua se quisque humiliat Ecclesiæ Dei, & labor minor imponit, & nullo temporalis mortis periculo mors ęterna vitatur.

I.q.1.assignificatu Mat.23. & 10.

De pœ. d. 1. c. Non sufficit Mat. 5. Eccl. 21.

2. Co. 12.

Mat. 16.

DE

DE VTILITATE POENITENTIAE

TRACTATVS.

Psal. 50. De pœnitentia ad baptismũ ferme nõ lentiũ & de eiusdẽ figuris. Cap. 1.

VOx Pœnitẽtis in his verbis agnoscitur, Auerte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Vnde cum sermonem ad vestram charitatẽ nos præparemus, hinc nobis esse tractãdum domino cooperante cognoscimus. Volebamus enim hodierna die vos in ruminatione permittere, scientes quam abundãtes epulas
E cœperitis. Sed quia salubriter quod apponit accipitis, quotidie multum esuritis. Præstet ergo dominus ipse Deus noster, & nobis viriũ sufficientiam, & vobis vtilem audientiam. Neque enim ignoramus, esse seruiẽdum bonæ vestrę & vtili voluntati. Adiuuemur ergo a vobis & voto & studio: voto ad Deum, studio ad verbum, vt ea dicamus quę vobis esse vtilia ipse iudicat, q̃ vos pascit per nos. Vox igitur in his verbis pœnitentis agnoscitur.

Psal. 50. Auerte faciem tuam a peccatis meis, & omnia facinora mea dele. Proinde aliquid de pœnitentia dicere diuinitus iubemur. Neq; enim nos istum Psalmum cantandum lectori imperauimus, sed quod ille censuit vobis esse vtile ad audiẽdum, hoc cordi etiam puerili imperauit. Dicamus aliquid de vtilitate pœnitentiæ præsertim, quia & dies iam sanctus anniuersarius imminet, quo propinquãte humiliari animas & domari corpora studiosius decet. Triplex aũt consideratio agendæ pœnitentiæ in sacra scriptura inuenitur. Nam neque ad baptismum Christi, in quo omnia peccata delentur, quisquam bene accedit, nisi agendo pœnitentiam de vita pristi-
F na. Nemo enim eligit vitam nouam, nisi quẽ veteris pœnitet. Hoc autem etiam authoritate diuinorum librorum ꝓbare debemus, vtrum baptizandi egerint pœnitentiam quãdo spiritus sanct⁹ missus est antè promissus, & impleuit dominus fidem pollicitationis

Actо. 2. suæ, Accepto spiritu sancto discipuli, vt nostis, cœperunt loqui omnibus linguis, vt in illis quia derãt linguam suam quisq; cognosceret. Hoc autem miraculo territi, consiliũ

De consec. dist. 2. c. Tunc eis. vitę ab Apostolis petierunt. Tunc eis Petrus annunciauit eum colendum, quem crucifixerunt, vt eius iam sanguinem nossent bibere credentes, quem fuderant sęuientes. Annunciato autem illis domino nostro Iesu Christo, & agnoscentibus reatum suum, vt impleretur in eis quod Propheta ante prædixerat. Conuersus sum in ærumna mea dum configitur spina, Cõuersi enim sunt in ęrumnam doloris, cum figeretur spina peccati recordationis. Nihil enim se mali fecisse putauerunt, nondum infixa erat spina. Loquente au *Psal. 31.*
tem Petro, vt agnoscas infixam spinam, scriptura dixit, Petro loquente compuncti sunt G
corde. Proinde in eodem Psalmo, cum dictum est. Conuersus sum in ærumna mea dũ *Actо. 2.*
configit spina sequit, Peccatum cognoui, & *Psal. 31.*
facinus meum non operui. Dixi, proloquar aduersum me delictum meum domino, & tu dimisisti, impietatem cordis mei. Cũ ergo spina illa recordationis compuncti dicerent Apostolis: Quid ergo faciemus? Ait illis Petrus, agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrũ in nomine domini Iesu Christi, & remittent vobis peccata. Ergo interim nũc si qui forte adsunt ex eo numero, qui baptizari disponunt, credimus enim eos adesse tanto ad verbum studiosius, quanto adindulgentiam vicinius, hos primum paucis alloquimur, vt erigant mentes in spem, ament fieri quod non sunt, oderint quod fuerunt. Nouum hominem nasciturí iam voto cõcipiant, quicquid de vita prętcrita remordebat, quicquid angebat conscientiam, quicqd omnino vel magnum vel paruum, vel dicendum vel non dicendum, non dubitent posse dimitti: ne forte quod vult Dei miseratio dimittere, contra se teneat humana dubitatio. Exemplum etiam in primo illo populo exhibitum, vnusquisque fideliter recordet. Ait enim Apostolus, Omnia hęc figuræ nostræ fuerunt: cum de rebus talibus loquereꝰ. Quid H
enim dixerat? Nolo enim vos ignorare fra- *1. Cor. 10*
tres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eundem cibum spiritalem manducauerunt, & omnes potum eũdem spiritalem biberunt. Bibebant enim de spiritali sequenti petra. Petra autẽ erat Christus. Has figuras nostras fuisse ille dixit, cui nemo fidelis vnquam contradixit. Et cũ multa enumeraret, vnam rem solam soluit, quia dixit. Petra autem erat Christus. Soluendo vnum aliquid, cętera proposuit inquirenda.

Sed

Ioan. 6.

L

Sed ne recedens a Christo inquisitor erraret, vt firmus quærat, in Petra fundatus est. Petra, inqt, erat Christus. Dixit illas figuras nostras fuisse, & obscura erant omnia. Quis reuoluere t inuolucra ista figurarũ? quis aperiret? qs discutere auderet? In qbusdam quasi dumetis densissimis & crassa vmbra lumen accendit. Petra, inquit, erat Christus. Iam ergo lumine illato quæramus qd cętera significent, quid sibi velint, mare, nubes, manna. Hęc. n. non exposuit, sed petra qd esset ostendit. Per K mare transitus. baptismus est. Sed quia baptismus, idest, salutis aqua non est salutis, nisi Christi nomine cõsecrata, qui pro nobis sanguinem fudit, cruce ipsius aqua signatur, & vt hoc significaret ille baptismꝰ, mare rubrũ fuit. Manna de cœlo aperte ab ipso domino exponitur. Patres vestri manducauerunt, inquit, manna in eremo, & mortui sunt. Quando enim viuerent: figura prænunciare vitam posset, vita esse non posset. Manducauerunt, inquit, manna, & mortui sunt, idest, manna, quod manducauerunt, non illos potuit de morte liberare, non quia ipsum mãna mors eis fuit, sed quia a morte non liberauit. Ille enim liberaturus erat a morte, qui per manna figurabatur. De cęlo cerre manna veniebat, attende quem figurabat. Ego sum, inquit, panis viuus qui de cœlo descendi, sicut studiosi autem & bene, vigilantes, verba dominica attendite, vt proficiatis & legere & audire noueritis. Eũdem, inquit, cibũ spiritalem manducauerunt. Quid est eundem, nisi quia eum quem etiam nos? Video aliquãtum esse ad promouendum explicandumque difficile quod dicere instituì, sed adiuuabor beneuolẽtia vestra, hęc mihi a domino impetrat facultatem. Eũdem, inquit, cibum spiritalem L manducauerũt. Suffecerat vt diceret, cibum spiritalem manducauerunt. Eundem, inquit. Eundem nõ inuemo quomodo intelligam, nisi eum quem manducamus & nos. Quid ergo ait aliquis, Hoc erat manna illud quod ego nunc accipio? Ergo nihil modo venit si ante iam fuit? Ergo euacuatum est scãdalum crucis? Quomodo ergo eundem, nisi quia addidit spiritalem? Nam qui manna illud sic acceperunt, vt tantummodo indigentię suę corporali satis fieri putarent, & ventrem suũ pasci, non mentem, nihil magnum manducauerunt: factum satis est eorum indigentię.

Psal. 31. G Actu. 2. Psal. 31. Ioan. 6.

Alios Deus pauit, aliis aliquid nunciauit. Hi tales & cibum corporalem manducauerunt, non cibum spiritalem. Quos ergo dicit patres nostros cibum spiritalem eundem manducauisse? Quos putamus fratres, nisi qui vere patres nostri fuerunt, immo patres nostri non fuerunt, sed sunt? Omnes. n. illi viuunt. Sicut enim quibusdam illis infidelibus dicit dominus. Patres vestri mãducauerunt mãna in eremo, & mortui sunt. Quid est. n. patres vestri, nisi quos infidelitate imitamini, quorum vias non credendo, & Deo resistendo sectamini? Secundum quem intellectum quibusdam dicit, Vos a patre diabolo estis. Ne- M que enim diabolus aliquẽ hominem vel potentia creauit, vel generando procreauit, & tamen dr pater impiorum, non propter generationem, sed propter imitationem. Sicut ecõtra de bonis dr. Ergo semẽ Abrahę estis, cum loquatur Gentib. quę stirpem carnis ex Abrahę genere non ducebant. Filii. n. erant non nascendo, sed imitando. Abrogatur autem & aliis natura perfidis pater Abraham, quando eis dominus dicit. Si filii Abrahę estis, opera Abrahæ faceretis. Et, vt malę arbores de Abrahę paternitate gloriantes eradicarentur, filii Abrahę de lapidibus promittunt. Sicut ergo hoc loco dicit, Patres vestri manducauerunt manna in eremo, & mortui sunt, non. n. intellexerunt quod manducauerunt, itaq; non intelligentes, cibum non nisi corporalẽ acceperũt: sicut & Apostolus dicit, patres nostros, non patres infidelium, nõ patres impiorum, manducantes & morientes, sed patres nostros, patres fidelium, spiritalem cibum manducasse, & ideo eundem: Patres nostri, inquit, eundem cibum spiritalem manducauerunt, & eundem potum spiritalem biberunt: Erant enim ibi quod man- 1.Co.10. ducabant, intelligebant. Erãt ibi quibus plus Christus in corde quàm manna in ore sapiebat. Quid de aliis loquamur? Inde erat primus ipse Moyses famulus Dei fidelis in tota domo eius, sciens quid dispensaret. A Et quia illo tempore ita dispensari debuerunt, causa pręsentium aperta futurorum breuiter ego dixerim: Quicunque in manna Christum intellexerunt, eundem quem nos cibum spiritualem manducauerunt: Quicunque autem de manna solam saturitatem quęsierunt, patres infidelium, manducaue-

Ioan. 6. Ioan. 8. Ibidem. Mat. 3. 1.Co.10.

cauerunt,& mortui sunt. Sic etiam eundem potum: Petra enim Christus. Eundem ergo potum quem nos,sed spiritualem,ideſt, qui fide capiebatur,non qui corpore hauriebat. Audisti eundem potum, petra erat Christus. Non enim alter Christus, altera quidem illa petra, alter lapis quē sibi posuit ad caput Iacob,alter agnus occisus vt manducaretur Pascha,alter aries hærens in vepribus immolā
Exo. 12. dus,quando filio suo pepercit Abraham iuſ-
Gen. 22. sus,quem iussus obtulerat,altera ouis & altera ouis,alter lapis,& alter lapis, idem tamen Christus:ideo eundem cibum,ideo eundem potum.Deniq; percussa est ipsa petra ligno, vt aqua deflueret. Virga enim percussa est. Quare ligno,nō ferro,nisi qa crux ad Christum accesit, vt nobis gratiam propinaret? Eundem ergo cibum,eundem potum,sed in telligentibus & credentibus.Non intelligentibus aūt illud solum manna, illa sola aqua, ille cibus esurienti, potus iste sitiēti,nec ille,
A nec iste credenti, credenti autem idem qui nunc. Tunc enim Christus venturus, modo Christus venit. Venturus & venit, & diuersa verba sūt,sed idem Christus.Aliquid etiā, quoniam res venit in medium, de dubitatione famuli Dei Moysi volo dicere. Figura enim erat veterum etiam ista sanctorum. Dubitauit ad aquam Moyses, quando petram virga percussit, vt aqua flueret dubitauit. Dubitationem autem eius legens quisque fortè transiret,nec intelligeret,quia nec quærere auderet. Domino autem Deo dubitatio illa displicuit,& eam notauit,non solum arguendo, sed etiam vindicando: nam propter hanc dubitationem dicitur Moysi,
Nu. 20. non introduces tu populum in terram promissionis, Ascende in montem & morere. Deus hic vtique apparet iratus. Quid ergo de Moyse, fratres charissimi? Omnis ille la-
B bor eius, omnis pro populo æstus eius, &
Exo. 32. illa charitas dicēs.Si dimittis illis peccatum, dimitte: sin autem, dele me de libro tuo, hac subita & repentina dubitatione damnata est? Et quid est quo conclusit lector cum
2.Co. 13. Apostolum legeret: Charitas nunquam cadit? Cum quædam soluenda proponeret studium vestrum, me fecit & aliud proponere, quod forte non quæreretis. Videamus ergo, & adhuc quantum possumus conemur pene trare mysterium. Irascitur Deus, dicit eum non introducturū populum in terram promissionis:iubet vt ascendat in mōtem & moriatur,& tamē multa iniungit agenda eidem Moysi:iubet quid agat, quomodo populum disponat, quomodo nō relinquat passim & negligenter. Nunquam istam damnationem iniungere dignaretur. Aliud accipe mirabilius, quoniam dictum est Moysi, hoc enim placuit Deo certi mysterii dispēsationisque gratia,quod ipse in terram promissionis nō introduceret populum: eligit alius Iesus Naue,& iste homo nō hoc nomine vocabatur, vocabatur Osee:& cum ei introducendū populum Moyses commendaret,vocauit eum, & mutauit ei nomē, & appellauit eum Iesū, vt non per Moysen,sed per Iesum,ideſt, nō per legem,sed per gratiā populus Dei in terram promissionis intraret.Sicut autem Iesus ille non verus sed figuratus,ita etiam terra ꝓmissionis illa nō vera sed figurata. Illa enim populo primo temporalis fuit,nobis quæ ꝓmissa est,ęterna erit. Sed figuris temporalibus promittebantur & prænunciabant æter C
na. Sicut ergo ille non verus Iesus, nec illa terra promissionis vera,sed figurata,ita manna non cibus vere cœlestis sed figuratus, ita petra illa non vere Christus, sed figuratus,& sic omnia. Quam ergo sibi exigit considerationem dubitatio Moysi? Ne forte & ibi aliqua figura expressa sit & innuerit intelligenti,& ad inquirendum commouerit & ꝓuocauerit animum. Video enim & post illā dubitationem,& post iram Dei, & post minas mortis, & post remotionem ab introductione populi in terram ꝓmissionis, multa Deum sic dicere ad Moysen, tanquā ad amicum quō & antea loquebatur, vsque adeo, vt ipsi Iesu Naue obedientiæ exemplum de Moyse proponat,& hoc eum moneat Deus, vt sic ei seruiat quomodo seruiuit Moyses,& D
sic se pollicetur cum eo futurum quomodo cum Moyse. Euidenter charissimi constringit nos ipse Deus, ōn passim reprehendere, sed intelligere dubitationem Moysi. Figura petra iacens,figura virga percutiens,figura aqua fluens, figura & Moyses dubitans, & ibi dubitauit vbi percussit. Hinc facta est dubitatio Moysi,quando lignum accesit ad petram. Iam veloces prævalent, immo tardos patienter expectent. Dubitauit Moyses quando lignum accesit ad petram: dubita-

uerunt

uerunt discipuli quando viderunt dominũ crucifixum. Horũ figuram gerebat Moyses. Figura erat Petri illius ter negantis. Quare Petrus dubitauit? Quia lignũ petrę propinquauit. Cũ mortis suæ genus, ideſt, crucem ipsam prænunciare Deus, ipse Petrus expauit: Absit a te domine, nõ erit hoc. Dubitas, quia petræ imminere virgam vides. Adeo spẽ suã, quam gerebant de domino discipuli tũc perdiderunt, quodammodo intercepta est quando crucifixum viderunt, quando planxerunt occisum. Inuenit eos post resurrectionem loquentes inter se de hac re, tristi colloquio, & tenens oculos eorum ne ab eis agnosceretur: non se auferens credentibus, sed differens dubitantes, se tanquam tertium collocutorem sermoni commiscuit, quęsiuit ab eis vnde loquerẽtur. Mirãtur illi quia solus ignorat quod in eo factũ fuerat qui quærebat: Tu solus, inquiunt, peregrinaris in Hierusalẽ, & commemorant quæ gesta sint de Iesu. Et cõtinuo iam desperationis suæ medullas aperiũt & vulnus medico licet nescientes ostendunt: Nos aũt inquiũt, sperabamus ꝙ in illo redẽptio esset Israel. Ecce facta est dubitatio, quia lignũ accessit ad petrã, impleta ẽ figura Moysi. Videamus & hanc: Ascende in montem & morere Per mortem corporalem Moysi, figurata est mors ipsius dubitationis, sed i mõte. O mira mysteria. Hoc certe expositum & intellectum, quanto dulcius quam magna ad petram nata est dubitatio. In monte mortua est, quando fuit humilis Christus in passione quasi petra iacebat ante oculos: merito illo dubitabatur, humilitas illa nihil magnũ prętendebat: merito humilitate factus est lapis offensionis resurrectione autem clarificatus magnus apparuit, iam mons est. Iã ergo illa dubitatio quę nata erat ad petram, in monte moriatur. Agnoscant discipuli salutẽ suã, reuocent spem suam. Attende quemadmodũ oriatur illa dubitatio, attende quemadmodum moriatur Moyses in monte, non intret in terram promissionis: nolumus ibi dubitationem moriatur. Ostendat nobis eam. Christus mori trepidauit Petrus & negauit ter. Petra.n.erat Christus, resurrexit, mõs factus est, firmauit & Petrũ, sed morię dubitatio. Quomodo moritur? Petre amas me? Cordis inspector, cordis cognitor, interrogat, & vult audire ꝙ ametur & non parum est. Semel interrogat, hoc audit prope cum tędio ipsius Petri: miratur enim interrogari, a prędscio, sed etiam toties interrogari, cum semel sufficeret respondere etiam nescienti. Sed tanquam tibi diceret dominus. Expecto, numerus legitimus impleatur tertio: confiteatur ter per amorem, qui ter per timorem. Quod ergo dominus toties interrogabat, dubitationem illam in monte occidebat. Quid ergo charissimi, si patent hęc? Non ad fraudem, sed ad iucũditatem clausa erant. Neque enim tam dulciter caperentur, si prompta vilescerent. Respiciat ergo negocium suum competiturus baptismum, quem alloqui cęperam. Mare rubrum baptismus erat, populus transiens baptizabatur: transitus ipse baptismus erat, sed in nube. Adhuc enim nubilabatur quod prænunciabatur: adhuc occultabatur quod promittebatur. Iam modo præcessit nubes manifestę veritatis serenitas facta est, quia recessit & velũ per quod loquebatur Moyses. Hoc velum & in templo pendebat, ne secreta templi viderẽtur, sed in cruce domini velum cõscissum est vt paterent. Veni ergo ad baptismum, ingredere intrepidus viam ꝑ mare rubrũ: noli esse de peccato prętérito tanquã de Aegypto sequente sõlicitus: pręmebant tepec cara tua duro onere seruitutis sed in Aegypto in amore huius seculi, in peregrinatione longinqua: cogebant te sectari opera terrena, tanquam lateres facere, opera lutea operabaris, præmunt te peccata, veni securus ad baptismum vsq; ad aquam hostis sequi potuerit, ibi morietur. Time aliquid de vita prętérita, crede aliquid remansurum tuorum peccatorum, si aliquis remansit Aegyptiorum. Audio vocem pigrorum. Ego, inquit, de prętéritis peccatis non timeo, omnia mihi in aqua sancta per Ecclesiæ etiam charitatem dimitti non dubito, sed timeo futura peccata. Placet ergo in Aegypto remanere: Interim hostem prętentẽ euade qui iam te pręmit, & iam subiugauit. De futuris quid tibi hostes meditaris? Quod iã feciſti, & si nolueris erit: quod futurũ te putas, si volueris nõ erit. Sed periculosa est via: Neque enim cum rubrum mare transiero, iam ero in terra promissionis ductus est ille populus per longa deserta. Interim ab Aegypto liberare. Quid ergo putas defuturũ tibi auxiliorum in via, qui te eruit de vetusta captiuitate? Nouos tuos ini-

Mat.16.

Luc. 24.

Deu.32.

Mat.26. 1.Co.10. Ioan.21.

Mat.27.

micos non compescit, qui te a vetustis hostibus liberauit? Tantum intrepidus transi intrepidus ambula, obediens esto, non amaricare Moysi illi, cuius typum ille portabat, in hac obedientia fateor non desunt hostes. Sicut.n. non deerant qui sequerentur fugientes, ita nō deerant qui impedirent ambulantes. Prorsus, charissimi, figuræ nostræ fuerunt. Interim in te nō sit ꝙ constristet Moysen: noli esse aqua amara, quam post mare rubrum non potuit
I ille populus bibere: Erat.n. & ibi tentatio. Et tñ ista quando eueniunt, quando amaricat populus, ostendimus eis Christū, quę pro eis tulerit, qūo pro eis sanguinem fuderit, & mitescunt, tanquā nobis lignum in aquā mitten
Exo. 17. tibus. Plane hostē aduersantē itineri tuo habebis Amalec. Tunc orabat Moyses, tunc extendebat manus: & vbi deponebat manus, conualescebat Amalec: vbi extendebat manus, deficiebat Amalec. Et tuæ manus extentæ sint, deficiebat Amalec tentator, & huius itineris expeditor, esto vigil & sobrius in orationibus, in operibus bonis, non tamen præ-
Galat. 6. ter Christū, quia extensio illa manuū Christi crux fuit. In illa extenditur Apostolus cum dicit. Mundus mihi crucifixus est, & ego mū do. Ergo deficiat Amalec, vincatur, & nō impediat trāsitū populi Dei. Sed si demittis manus a bono opere, a cruce Christi, prœualebit Amalec. Tamen noli omnimodo aut continuo te fortē futurū putare, aut penitus desperando deficere. Alternatio enim illa defectus & fortitudinis in manibus serui Dei
Psal. 93. Moysi, forte alternatio tua fuit. Aliquando enim in tētationibus deficis, sed nō succūbis. Deponat ille paululū manus, non oīno ruebat. Si dicebam, motus est pes meus, ecce misericordia tua domine adiuuabat me. Noli ergo timere adest in itinere auxiliator, qui in
K Aegypto non defuit liberator. Noli timere, aggredere viam, prœsume securus: aliquando ille deponebat manus, aliquando erigebat, tamen victus est Amalec: debellare potuit superare non potuit. Itaque admonemur iam de altera loquipœnitentia. Triplicē quippe eius considerationē in sancta scriptura esse proposui. Illa prima competentium est, & ad baptismum venire sitientium. Hanc de scripturis sanctis ostendi. Est alia prope quotidiana: & vbi illā ostendimus pœnitentiā quotidianā? Non habeo vbi melius ostendam, quam in oratione dominica, vbi dominus orare nos docuit, & quid ad patrem dicamus ostendit, & in his verbis posuit, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quę debita fratres? Quandoquidem debita hic intelligi non possunt nisi peccata, quæ debita dimisit & in baptismo, iterū vt dimittat oramus? Certe mor-
Matt. 6. tuus est omnis Aegyptius qui sequebatur. Si nihil de sequentibus hostibus residuū factum est, quid oramus vt dimittatur, nisi propter manus deficientes contra Amalec? Dimitte nobis sicut & nos dimittimus. Constituit me
L dicinam, firmauit pactū. Hic prœces constituit, ibi peccaui respondit: nouit quo iure res agatur in cœlo, quomodo impetrari possint desiderata. Dimitti vis, dimitte, ait. Quid enim habes quod Deo prœstes, a quo vis vt prœstetur tibi? Nunquid iā Christus saluator in terra ambulat? Nunquid susceperit illum modo in domū gaudens Zachęus? Nunquid ei hoLuc. 19
spitiū & epulas præparat Maria? Nihil horum Luc. 10
indiget, ad dexteram patris sedet. Sed quan-Matt. 25.
do vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Hęc est extensio manuū, sub qua defecit Amalec. Et erogas quidem pauperi, quando aliquid das esurienti, forte id quod dederis, minus habebis, sed in domo, non in cœlo. Sed hic quoq; in terra, quo iubente pstitisti, ipse supplet quod dedisti. De hac re cū loqueret Apostolus, ait. Qui administrat semen seminanti, & panē in escā subministrabit. Operarius.n. Dei es, qñ das egenti, seminas hyeme quod metas æstate. Quid ergo metuis infidelis, ne in hac magna domo tantus paterfamilias nō pascat operariū suū? Erit & ibi ꝙ sufficiat tibi. Dabit Deus totū necessitati, non cupiditati. Operare ergo intrepidus, extēde manus, deficiat Amalec. Sed hic, vt dixi, aliquid in domo tua cū dederis, vel minus vides: ꝙ ibi videbas, non ibi vides cum dederis donec iterum det Deus. Dic mihi cum agnoscis de corde, quid perdis? Cum ignoscis ei qui peccat in te, quid minus habebis in corde
M tuo? Inde enim dimittis, sed nihil amittis: immo vero vnda quędam charitatis ibat in corde tuo, & tanquam de vena interiore manabat. Tenes odium contra fratrem, obturasti fontem. Non solum ergo nihil perdis cum ignoscis, sed abundantius irrigaberis. Charitas non angustatur. Ponis ibi lapidem of-

fensionis,

fensionis, & tu tibi facis angustias. Vindicabo me, vlciscar me, ego illi ostendã, ego faciã, æstus labores. Cuilibet ignoscendo esse securũ, securũ viuere, securũ orare. Nam ecce quid acturus es, oraturus es? Quid dicam? Qñ hodie oraturus es, an nõ es oraturus ira & odio impletus? Vindictã minaris, non dimittis ex corde. Ecce oras, ecce venit orandi hora, incipis verba illa vel audire vel dicere. Dictis & auditis superioribus venturus es ad hunc versum. At si non venturus, quo iturus? Ne ignoscas inimico, deuiabis a Christo. Plane si oratione deuiabis, vt noueris dicere. Dimitte nobis debita nostra: quare nõ potes dicere, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, Ne tibi cito respondeatur: Sic dimitto qũo & tu dimittis. Ergo quia hoc nõ potes dicere, & non vis dimittere, deuiabis ab hoc versu, & prætermittes, & dices ꝙ sequitur. Ne nos patiaris induci in tentationẽ. Ibi te capiet creditor tuus, cuius quasi faciẽ deuiabas. Qũo quisq; in vico cũ occurrerit ei cui aliquid debet, si ad manũ est diuerticulũ, dimittit quò ibat, & it per aliã partẽ, ne faciẽ uideat creditoris. Hoc tu in isto versu te feciſſe arbitratus es, deuiasti dicere. Dimitte sicut ego dimisi, ne sic dimitteret, i. nõ dimitteret, quia non dimittis, & noluisti dicere deuitans faciẽ creditoris. Quẽ deuitas? quid deuitas? quò ibis, ubi tu esse possis, & ille non esse? Dicturus es. Quò abibo a spiritu tuo, & a facie tua quo fugiã? Si ascendero in cœlũ, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Quantum pôt a Christo debitor fugere, q̃ vt eat in infernum? Adest & iste creditor. Et ibi quid facturus es, nisi ꝙ sequitur. Si assumpsero pennas meas in directũ, & uolauero in extrema maris, i. spe mea finẽ seculi meditabor in præceptis tuis uiuã, duabus alis charitatis attollar. Imple ergo duas alas charitatis. Dilige proximum sicut teipsum, & non teneas odiũ unde fugias creditorẽ. Restat pniæ tertium genus, unde aliquid breuiter dicam, ut adiuuante dño proposita & promissa persoluamus. Est pnia grauior atq; luctuosior, in qua proprie uocantur in Ecclesia pœnitẽtes, remoti etiam a sacramentis altaris participãdi, ne accipiendo indigne, iudiciũ sibi mãducent & bibant. Illa uero pnia luctuosa est, graue vulnus est, adulteriũ forte commissum ẽ, forte homicidiũ, forte aliquod sacrilegiũ.

Mat. 6. M

Mat. 6. L

Luc. 11 Luc. 11 Mat. 5.

Psal. 138.

2. Cor. 3.

De pœnitentia inſtituta & mortalib. Cap. 3. M

A

Grauis res, graue vulnus, letale, mortiferum: sed omnipotens medicus, iã post suggestionem facti, & delectationem, & confessionẽ, & præparationem quasi quatriduanus mortuus putet, sed nec ipsũ dñs deseruit, sed clamauit, Lazare prodi foras. Cessit uoci misericordiæ moles sepulturæ, cessit mors uitæ, cessit infernus superno. Eleuatus est Lazarus processit de tumulo, & ligatus erat, sicut sũt homines in confessione peccati agentes pœnitentiam. Iã processerunt a morte, non confiterentur nisi procederent. Ipsum confiteri, ab occulto & a tenebroso ꝓcedere est. Sed quid ait dñs Deus Ecclesiæ suæ? Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cœlo: Proinde Lazaro procedente, quia impleuit dñs misericordiæ suæ bonum, perducere ad confessionem mortuum latentem, putentem, iam cętera implet Ecclesiæ ministeria: Soluite illum, & sinite abire. Sed charissimi, hoc genus pœnitentiæ nemo sibi proponat, ad hoc genus pœnitentiæ nemo se præparet: tamen si forte contigerit, nemo desperet. Iudam traditorem non tam scelus ꝙ commisit, quam indulgentiæ desperatio fecit penitus interire. Non erat dignus misericordia, ideo ei nõ fulsit lumen in corde, ut ad eius indulgentiã concurreret quem tradiderat, sicut illi qui eum crucifixerant, sed desperando se occidit, & laqueo suspẽdit se, suffocauit se: Quod fecit in corpore suo, hoc factum est in anima ipsius. Spiritus enim dicitur etiam iste uẽtus aeris huius. Qũo ergo qui sibi collum ligant inde se occidunt, quia non ad eos intrat spiritus aeris huius: sic illi qui desperant de indulgentia Dei, ipsa desperatione intus se suffocant, vt eos spiritus sanctus uisitare nõ possit. Solent inde Christianis Pagani insultare de pœnitentia quæ instituta est in Ecclesia, & contra nonnullas hæreses tenuit Ecclesia catholica istã ueritatem de pœnitentia agenda. Fuerunt. n. qui dicerent, quibusdam peccatis non esse dandam pniam, & exclusi sunt de Ecclesia, & hæretici facti sunt. In quibuscunq; peccatis non perdit uiscera pia mater Ecclesia. Ergo solẽt inde etiam pagani quasi insultare nobis, nescientes quid loquantur, quia ad uerbum Dei, quod linguas infantiũ facit disertas, nondum peruenerunt. Vos, inquiunt, facitis ut peccent homines, cum illis promittitis ueniam si egerint pniam. Disso-

B

Ioan. 11.

Mat. 18.

C

lutio est ista, nõ admonitio. In hãc sniam exa
gerãt verba quãta qsq; põt, lingua, vel sonãti
vel titubãti, nõ tacẽt: nõ tñ qñ eis loquimur,
& si vincãtur, nobis cõsentiunt. Tamen qũo
vincantur, breuiter accipiat charitas vestra,
quia dñi misericordia totũ optime cõstituit
in Ecclesia sua Dicũt nos dare peccatis licẽ
tiã, quia portum pœnitentiæ pollicemur. Si
clauderetur aditus pœnitentiæ, nõne ille pec
cator tanto magis adderet peccata peccatis,
D quãto magis sibi desperaret ignosci? Diceret
enim sibi: Ecce peccaui, ecce scelus admisi, iã
mihi veniæ nullus est locus, pœnitentia in-
fructuosa est, damnatus sum. Quare iam non
viuo vt volo? Quia ibi non inuenio charita-
tem, hic saltẽ pascam cupiditatem. Quare. n.
me abstineam? Ibi enim mihi locus oĩs clau
sus est, hic quicquid non fecero perdo: quia
alia vita quæ post hanc futura est, non mihi
dabitur. Quare ergo non seruio libidinibus
meis, vt eas impleam & saturem, & faciam
quicquid nõ licet, sed libet? Diceretur ei for-
tasis, sed miser capieris, accusaberis, torque-
beris, punieris. Sciunt ista homines mali ab
hominibus dici, & inter homines seruare: at
tendunt multos male & scelerate viuentes
impunita habere peccata, occultare possunt,
redimere quæ occultauere non possunt redi
mere vsque in senectutem vitã lasciuia, blas-
phemia, sacrilegio, perditam. Enumerant si-
bi, cur ille qui tanta fecit, non senex mortuus
est? Nunquid attẽdis ideo illum peccatorem
& sceleratum senem mortuum, vt ostenderet
in illo Deus patientiam, expectans pœniten-
Rom.2. tiam? Vnde Apostolus dicit. Ignoras quia pa
tientia Dei ad pœnitẽtiam te adducit? Ille au
tem secundum duritiã cordis sui & cor im-
pœnitens, thesaurizauit sibi iram in die iræ
& reuelationis iusti iudicij Dei qui reddet
vnicuique secundum opera sua. Opus est er-
E go vt hic timor mentes possideat, opus est vt
ille qui peccare non vult, præsentem Deum
sibi cogitet, non in publico solum, sed etiam
in domo: non in domo solum, sed in cubi-
culo, in nocte, in lecto suo, in corde suo. Er-
go si tuleris portum pœnitentiæ, desperatio-
ne augebuntur peccata. Ecce nihil dicũt illi
qui putant ideo augeri peccata, quia portus
pœnitentiæ in Christiana fide proponitur.
Quid ergo? Deus ne p illã spem indulgentiç
rursus augerentur peccata, nõ de hinc proui
dere debuit? Qũo. n. prouidit ne sperãdo au-
geantur sic prouidere debuit ne desperando
augeantur. Qũo enim reuera auget peccata
qui desperauerit, sic põt augere peccata & q
veniam sperauerit, vt dicat sibi, faciam quod
volo: Deus bonus est, quando me conuerte-
ro, ignoscet mihi. Ita planè dic tibi: quando Eccl.5.
me conuertero, ignoscet mihi, si crastinus
dies certus est tibi Nõne ad hoc te admonet
scriptura dicens. Ne tardes conuerti ad dñm,
neq; differas de die in diem, subito. n. veniet
ira eius, & in tẽpore vindictæ disperdet te?
Ecce ad utrunque vigilauit pro nobis pro-
uidentia Dei: ne desperando augeamus pec-
cata propositus est pœnitentiæ portus: rursus
ne sperando augeamus datus est dies mortis F
incertus.

DE CONFLICTV VITIORVM & virtutum.

LIBER VNVS.

De conf. Eccl. militis. Cap. 1. 2. Tim. 3.

APostolica vox clamat per orbẽ, atque in procinctu fidei positis, ne securitate torpeant, dicit. Omnes qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu persecutionẽ patientur. Et ecce quia iam Christianitas in principibus iã religiosa, iamque fidelis est, desunt pie uiuentibus in Christo Iesu uincula, uerbera, flagra, eculei, carceres, cruces, & si qua sunt diuersa genera tormentorum. Quomodo ergo uerum erit quod per apostolum sonuit, ut oẽs pie uiuentes persecutionem patiãtur? An forte pacis tẽpore nemo uult pie uiuere in Christo Iesu, & iõ de- G
sunt ista? Quis modo hoc uel desipiens dixerit? In hac ergo Apostoli sententia, non specialis quorundam, sed & generalis omnium persecutio debet intelligi. Et quidem sunt multi intra sinum matris ecclesiæ constituti, qui pie uiuentes in Christo, contumeliis afficiuntur, opprobriis, iniuriis, derisionibusque lacessuntur: ista nec est illa generalis persecutio quam Apostolus omnes pie uiuẽtes in Christo pati descripsit, cum sint quidam religiosi, quibus nemo prauorum audeat in faciem derogare. Alia ergo intelligenda est, quæ immanior & magis noxia est, quàm *a.l. mate rialit.* non mortalis* intorquet seueritas, sed uitio-

tiorum gignit aduersitas. Dum enim contra humilitatem superbia, contra domini timorem inanis gloria, contra veram religionem simulatio contra subiectionē pugnat contemptus, contra fraternam cōgratulationem inuidia, contra dilectionem odiū, contra libertatem iustę correptionis detractio, cōtra patiē
H tiam ira, contra mansuetudinē proteruia, cōtra satisfationem tumor, contra spiritale gaudium secularis vita, contra virtutis exercitiū torpor vel ignauia, contra firmam stabilitatē dissoluta vagatio, contra spei fiduciam desperatio, contra mundi contemptum cupiditas, contra misericordiam obduratio, contra innocentiam fraus & furtum, contra veritatem fallacia atq; mendacium, contra ciborū parsimoniam ventris ingluuies, contra moderatū mœrorem inepta lętitia, contra discretam taciturnitatem multiloquium, contra carnis integritatem immunditia atq; luxuria, cōtra cordis munditiam spiritalis fornicatio) contra amorem patriæ cęlestis, appetitus huius seculi opponēs semet immergit, qd aliud q̄ pie viuentium crudelis persecutio aduersus conglobatas virtutū acies desęuit? O quā durus, ò quā amarus est superbiæ congressus, qui angelos de cęlo proiecit, homines de paradiso minauit, cuius exercitus atque armorum conflictus vitia sunt, quæ breuiter cō prehensa tetigimus. Sed videamus quemadmodum castra cęli & inferni dimicent, arma Christi & diaboli collisa decertent. (Superbia nanque dicit) Multis, immo penè omnibus melior es, verbo, scientia, diuitijs, honoribus, cunctisque quę carnalibus vel spiritalibus suppetunt charismatibus. Cunctos ergo despice cunctis temetipsum superiorem attende. (Humilitas vera Resp.) Memento quia pulvis es, quia putredo & vermis es qui que & si aliquid es, nisi tantum te humilies quantum magnus es, perdes omnino quod es. Nunquid tu altior es quam primus angelus? Nunquid tu splendidior in terra quā Lucifer in cęlo? Quod si ille de tanta sublimitate cecidit per superbiam, quomodo tu ad tā tam sublimitatem superbiens de imis conscendes, qui illa, quandiu hic viuis, conditione teneris, de qua per quendam sapientem dicitur, Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem? Quam densissimis putamus in terra tenebris superbiæ lutū inuolui, si potuit in cęlo stella quæ mane oriebatur lucis suæ globos amittere? Audi ergo potius lucem veritatis dicentem. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habe
K bit lumen vitę. In quo autem esset sequenda alibi promonuit dicens. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Audi tumor superbiæ, audi dicentem ad hæc humilitatis magistrum. Qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Et iterum. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementē sermones meos? Audi etiam de illo quid Apostolus dicat, qui te adhuc ad sectandam humilitatem inuitat, ait enim. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, serui formam accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu vt homo inuētus, humiliauit semetipsum, factus obediēs vsq; ad mortē, mortē aūt crucis. Si igitur tanta humilitate se deprimit diuina maiestas, superbire debet humana fragilitas? (Inanis gloria dicit:) Age bonū quod vales, ostende cunctis bonum quod agis, vt bonis a cunctis dicaris, vt sanctus & venerabilis ab hominibus prędiceris, vt Dei electus voceris, vt nemo te contemnat, nemo despiciat, sed vniuersi tibi debitum honorem persoluāt (Domini timor Resp.) Si boni aliquid agis, non pro transitorijs, sed pro ęternis honoribus id age. Occulta quod agis inquantum vales: quod si ex toto non vales, sit in animo occultandi voluntas, & non erit de ostētatione vlla temeritas, nec criminis erit aliquando manifestare, quod semper vis celatum habere. Sic has duas denique redemptoris sententias, sibi q; quasi cōtrarias videberis
L adimplesse quibus dicitur. Te faciente eleemosynam, nesciat sinistra quid faciat dextera tua, sed sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Vt videant opera bona vestra, & glorificēt patrem vestrum qui in cęlis est. Caue prorsus ne tibi illa sententia conueniat, quæ de hypocritis dicitur: Omnia opera sua faciunt vt beatificentur ab hominibus: Amen dico vobis receperunt mercedem suam ab hominibus, laudes quas amauerunt. Attende in cunctis quæ agis, ne elatione pulsatus cum his qui-

Eccl. 5.
De humilib. sentire de seipso cōtra iug gestiones superbiæ. Cap. 2. Gen. 3. Eccl. 3. Sap. 9. Isam. 8. Mat. 11. Luc. 14. Esa. 66.
De cons. Eccl. mi. t. iplici. Cap. 1. 2. Tim. 3.
a. l. mat rialis.
Phil. 2.
De inani gloria cō tēnenda. Cap. 3.
Mat. 6.
Mat. 23. Matt. 6.

quidem qui de miraculorum signis gloriabantur, audias. Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem. Timor domini gloria & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium in longitudine dierum. Timenti Deū in extremis bene erit, & in die defunctionis suæ benedicetur. Timor domini scientię religiositas custodiet & iustificabit iucunditatē atq; gaudiū dabit. Plenitudo sciētiæ timere Deum, & plenitudo a fructibus illius. Corona sapientiæ timor domini. Radix sapientiæ est timere Deum: rami enim illius longæui. (Simulatio vera religionis di.) Quia nihil boni in abscondito facis, ne a cūctis cognitus detesteris, fingere te foris esse quod intus non appetis. (Religio vera resp.) Imino magis satage esse quod non es: nam ostendere te hominibus quod non es, quid aliud quam damnatio est? Memor esto igitur quod dicitur. Væ vobis scribę & pharisęi hypocritæ, qui mundatis quod deforis est calicis & paropsidis, intus autem plenę estis rapina & immunditijs. Pharisæe cęce mūda prius quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat id quod foris est mundum. Itemque illud quod inculcando repetitur. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritę, qui similes estis sepulchris dealbatis, (quę a foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia: sic & vos) foris apparetis hominibus iusti, intus autē pleni estis hypochrisi & iniquitate: nec non & illud qđ de talibus legitur scriptū. Veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. (Inobedientia di.) Quis tu es vt pejoribus obtēperes, deterioribus famulatum exhibeas? te magis quā illos decuerat imperare, qui tibi non possunt ingenio vel industria coæquari. Obtempera, igitur magis domini imperio, & non sit tibi cura de aliquo. (Beata subiectio resp.) Si domini obtēperandū est imperio, humano subdi necesse est magisterio. Ipse enim dixit. Qui vos audit me audit, & qui vos spernit, me spernit. Ita, inquis, oportet. Sed si talis qui imperat esset qualis debet esse, non talis est per quem imperat Deus. Sed Apostolus contra ait. Nō est potestas nisi à Deo: quę aūt à Deo sunt, ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Quales enim esse debeant hi qui imperant, nō est à subditis discutiendū. Et quidē prius ecclesię pastoribus dominus dicit. Scitis quia reges gentiū dominantur eorū, & qui potestatē exercent, inter eos benefici vocātur. Vos aūt nō sic, sed qui vult in vobis maior esse, erit omnium seruus. Sicut filius hominis nō venit ministrari, sed ministrare, & animā suam dare pro multis in redemptionē. Sed tamen quia nō oēs tales futuros prędixit esse subiectorū omniū, & in discipulis assumēs pmonuit dicēs. Super cathedrā Moysi sederunt, scribæ & pharisæi, quę dicūt vobis facite: quę aūt aūt faciūt facere nolite. Imponūt n. humeris hominū onera grauia & importabilia, digito aūt suo nolunt mouere ea. (Inuidia di.) in quo illo vel illo minores? Cur ergo eis vel æqualis & superior nō es? Quāta vales ipse q̄ ipsi nō vales? Nō ergo tibi aut superiores aut æquales esse debent. (Congratulatio fraterni profectus resp.) Si cęteros virtutibus antecellis, tutius in loco infimo quā in summo temetipsum conserues. Semper in de alto peior sit ruina. Qđ si tibi, vt asseris quida superiores vel æquales sunt, qđ te lędit? qđ te nocet? Cauę prorsus me dū alij locū celsitudinis inuides, illū imiteris, de quo scriptū retines. Inuidia diaboli mors introiuit in orbē terrarū. Imitantur aūt illū, qui sunt ex parte illius. (Odium di.) Absit vt illū ames, quē in omnibus cōtrariū habes, qui tibi derogat, qui tibi insultat, qui te iniurijs exasperat, qui tibi pēta tua improperat, q te dictis, operibus, honoribus semper præire festinat, nisi. n. tibi inuideret, nequaquā se tibi ita præferret. (Vera charitas resp.) Nunquid quæ hęc quæ narras odio habenda sunt in hoie, pp ea nō est amanda Dei imago in hoie? Sicut Xps qui in cruce positus, inimicos suos dilexit & ante crucis tormenta admonuit dicēs. Diligite inimicos vestros, & benefacite his qui vos oderūt, & orate pro persequentibus & calūniantibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cęlis est. Et sicut p Apostolū & Salomonem dicitur. Si esurierit inimicus tuus, ciba illū: si sitit pota illū, hoc. n. faciens carbones ignis congeres super caput eius. Cui sententiæ idē Apostolus ex proprio subiunxit dicēs. Noli vinci a malo, sed vince in bono malū. Quo cōtra de his qui fratres odisse noscūtur, p Ioānē dr. Qui odit fratrē suū, homicida est. Et scitis, quia ois homicida nō hēt vitā

in

Luc. 10. Eccl. 1.

M De vera iustitia contra phariſaicā religionem. c. 4. Mat. 23. Matt. 7. De humili & spontanea subiectione cuicūque superiori cōtra elationē. c. 5 Luc. 10. Rom. 13. Mat. 20. Luc. 22. Mat. 23. De excellentia inter alios non ambienda contra inuidiam. Cap. 6. Sapien. 2 De dilectione inimicorum contra odiū. c. 7. Matt. 5. Rom. 12.

A

B

C

D

in semetipso æternam manentem? Verum sum: Qui odit fratrem suum, in tenebris ambulat, & in tenebris est usq; adhuc, & nescit quo eat, qm tenebræ obcęcauerunt oculos suos. At inquis. Sufficit mihi q̄ amantes me diligo. Sed dns contra: Si.n. diligitis eos qui vos diligūt, quā mercedē habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Quid tu quoq; ad hoc obijcere vales? Certe qui odit fratrē suum, manet in morte & q̄ diligit, in Deo manet, & Deus in eo. Omnem ergo amaritudinē fellis euome, & quoquo pacto valueris, charitatis dulcedinē sume. Nihil.n. suauius, nihil illa beatius. Ioannes Euangelista hoc affirmans ait. Deus charitas est. Et egregius p̄dicator Paulus, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spm̄sanctum, qui datus est nobis. Vnde nec immerito delictorū facinora tegere dr̄, sicut scriptum est. Vniuersa delicta operit charitas. §Detractio di.? Quis potest sustinere, quis silentio tegere, quanta ille praua cōmittit, nisi forte qui consentit? §Libertas iustæ correptionis resp.? Nec tacenda sunt mala proximi, nec consentienda, sed charitate fraterna in faciem proximus est redarguendus, non aūt occulte detrahendus. Quod si obijcitur, idcirco fratrem coram oculis increpare nolo, ne exasperatus increpatione nō proficiat, sed magis ex correptione scandalū sumat; ō curra scriptura diuina, & vetavice magis scandalū esse denunciet, dicēs. Sedens aduersus fratrem tuū loquebaris, & aduersus filiū matris tuæ ponebas detractionē. Maius.n. scandalū sumit, qui se detrahentem intelligit, quam qui corripientē sustinet. Et quia nonunquā errata delinquentium ad tps silentio tegenda sunt, vt aptiori tempore corrigantur, p ea subiungitur. Hæc feci sti, & tacui. Ne aūt ex hoc discerero silētio detractores sibi applauderent, qui dū semper occulte derogare malunt, nunquā in apertam increpationē prosiliunt, adhuc subinfertur. Existimasti inique, q̄ ero tui similis? ac si diceretur. Iniquū est cogitare vt inde detracto ri similis appareā; vnde ad tps reticens nec derogās, locū apertæ correptionis expecto. Vnde & protinus subditur. Arguā te, & statuā te contra faciē tuā: velut diceretur. Non occulte, vt est tua cōsuetudo, sed in aperto, vt est mea solicitudo, aptū corrigendi tps expectans, pctōrem arguam, vt eius delicta cōtra faciē eius statuā. At inquis. Non odio, sed amo, quē ita in absconditis iudicans reprehendo: imo magis hinc odis & non diligis, vnde detrahis & non corripis. Quam sit autem detestāda detractio proximi, pleriſq; in locis diuina eloquia testantur, ut est illud. Detrahentē aduersum proximum suum occulte, hūc persequebar. Et iterum. Qui detrahit fratri, detrahit legi. Et illud qui detrahit fratri, eradicabitur. Nec non & illud Apostoli. Videte ne dum inuicem mordetis, ab inuicē consumamini. §Ira di.? Quæ erga te agunt, hæc æquaminiter ferri non pnt, imo tolerare pctm̄ est: quia si non eis cum magna exasperatione resistitur, contra te deinceps sine mensura cumulantur. §Patientia resp.? Si passio redēptoris ad mentem reducitur, nihil tā durum q̄ nō æquo animo toleretur. Christus.n. ait, Petrus, passus est pro nobis, nobis relinquens exemplū, ut sequamur uestigia eius. Ipse.n. dicit. Si patrēsfamilias Beelzebub uocauerunt, quanto magis domesticos eius. Si me persecuti sunt, & uos persequentur. Sed quanta sunt in comparatione passionū eius, q̄ patimur? Ille.n. opprobria, irrisiones, contumelias, alapas, sputa, flagella, spineā coronam, crucēq; sustinuit, & nos miseri ad nostrā confusionem uno sermone fatigamur, uno uerbo dejicimur? Et quid agimus de eo q̄ dr̄. Si non cōpatimur, non conregnabimus? Quapropter retūdendi sunt iræ stimuli & eius metuenda dānatio. Vnde scriptum legimus. Qui irascitur fratri suo, reus est iudicio. Qui aūt dixerit fratri suo racha reus erit concilio: Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Vbi tū remedium inuenitur, cum subinfertur. Si offers munus tuum ante altare & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, remitte ibi munus tuū ante altare, & uade prius reconciliare fratri tuo, & tunc ueni offer munus tuum: ac si aperte diceretur, ne in corde tacitam præcem effundas, nisi prius offensum proximū satisfaciendo ad lenitatis mansuetudinem perducas. Munus enim nostrum est oratio nostra, altare uero cor nostrū est. Ille enim qui hoc facere, quoties inter duos ira sine causa fuerit excitata, stu duerit, præmissam damnationem nequaquam incurrit. Sed sunt multi qui petenti sibi ueniam delicta non remittant, contra quos illa sententia

1. Ioan. 2.
Matt. 5.
1. Ioan. 4
Rom. 5. Prou. 10 & 1. Pet. 4
De correctione fraterna sine detractione.
Pſ. 100. Iac. 4. Galat. 5.
De æquanimi indulgentia in fratrē molestiam cōtra exasperationē. c. 9 1. Pet. 2. Mat. 10. Ioan. 15. 2. ad Timoth. 2. Mat. 5.

domini venit qua dicitur. Si non remiseritis hoibus peccata eorũ de cordibus vestris, nec pater vester cœlestis remittet vobis peccata. Plura sunt, inquis, quæ cõmisi, & me sæpius offendit. Ad hoc non ego sed dominus respõdet. Nã cum Petrus ad dominũ diceret. Quoties peccabit in me frater meus, vsq; septies dimittã illi? Et ille ad eũ. Non dico tibi vsq; septies, sed vsque septuagiessepties. Quã multi aũt sunt, qui suas iniurias tarde relaxãt, Dei vero citius indulgent, fitq; nonnunquã, vt occasione domini iniurias vindicandi suas vindicẽt irati. Quid quoq; de illis dicendum est, qui furore cęcitatis vsq; ad verba prorũpunt maledictionis, nisi hoc quod Apostolus ait. Neq; maledici regnũ Dei possunt possidere? Quod Iacobus exaggerando detestãs ait. Linguam nullus hominum domare põt, inquietum malũ, plena veneno mortifero: in ipsa benedicimus Deũ, & patrem, in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinẽ Dei facti sunt, ex qua procedit benedictio & maledictio. Non oportet, fratres mei, hęc ita fieri, nunquid fons de eodẽ foramine manat & dulcem & amaram aquã? Hac de causa etiã alibi dicitur. Mors & vita in manibus linguę. (Propter via di.) Nunquid stultis, nunquid brutis animalibus ac insensatis lenia verba nõ asperrima magis, vt tales decet, dũ deliquerũt obiicienda sunt? (Mansuetudo resp.) Non tua in his persuasio, sed Apostoli sequẽda est pręceptio, qui de hac sententia dilectũ discipulum admonuit dicens. Seniorem ne culpaueris, sed obsecra vt patrem, iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuenculas vt sorores, in omni castitate. Et rursum. Seruũ inquit, domini nõ oportet litigare, sed mansuetũ esse ad oẽs doctorem patiẽtem, cũ modestia corripientẽ eos, qui resistunt. Rursumq;. Argue, obsecra, increpa, in omni patiẽtia & doctrina. Quod videlicet proteruiæ malũ deterius adhuc subditis, quàm pręlatis nocet: sæpius enim contingit, vt leniter ac cum charitatis dulcedine prolatam correptionem spernant & contra humilitatis verba disceptationis *emittunt iacula, vnde scriptum est. Qui arguit derisorem ipse sibi iniuriam facit. Quo contra de illo qui per increpationem proficit, dicitur. Argue sapientem, & amabit te. (Tumor di.) Testem habes Deum in cœlis, non sit tibi curæ, quid de te suspicentur homines ĩ terris. (Humilis satisfactio resp.) Nõ est danda detrahendi occasio, non susurrandi suspicio, sed si adsunt, quæ corrigãtur manifestanda, aut certe si desunt, humili protestatione neganda, quia Apostolus admonet nullam occasionem dare diabolo maledicti gratia. Quod ẽt in illis detestatus est q̃ Christianæ fidei consentientes, in idolio ad comedendum recũbebant. Et quam q̃ ipsi idolium pro nihilo ducentes, immolata quasi innoxios cibos sumerent, infirmas tamen fratrũ conscientias per hoc factum, ad nefandum idolorũ ritum trahebant. (Tristitia di.) Quid habes vnde gaudeas, cum tanta mala de proximis spargas? Perpende cum quo mœrore omnes intuendi sunt, qui in tanto contra te amaritudinis felle versantur. (Spiritale gaudium resp.) Geminam esse tristitiã noui, immo duas esse tristitias noui, vnam, scilicet, quę salutẽ, alteram vero, quę perniciẽ operatur: vnam quæ ad pœnitentiam trahit, alteram, quæ ad desperationẽ perducit. Tu quidẽ vna ex illis esse cognosceris, sed omnino quę mortem operaris. Non est igitur in his contristandum, quę suades, sed econtra magis gaudendum in his quę nondum intelliguntur, quia & dator gaudii perennis dixit. Cum persecuti vos fuerint homines, & dixerint omne malum aduersus vos, mentientes propter nomẽ meum, gaudete in illa die & exultate. Ecce enim merces vestra multa est in cœlis. Memento quia religionis nr̃ę Apostoli ibant gaudentes à conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Nullus ergo locus męroris esse debet: vbi tanta lætitia succedit. (Torpor vel ignauia di.) Si lectioni & continuato studio semper insistis, oculorum caliginem incurris: si indesinenter lachrymas fundis, ipsos etiam oculos amittis, si protelatis vigilijs psalmorũ cẽsum persoluis, insanię capitis acquiris: si quotidiano labore tecõficis, ad opus spiritale qñ cõsurgis? (Virtutis exercitium resp.) Quid tibi ad hoc profecrendũ tam longa temporũ spatia proponis. Nunquid scis si crastinũ viuas? immo etiã si vnã horã in hac vita facias, ignoras. An forte mente excedit quod saluator in Euãgelio dicit. Vigilate itaq;, qa nescitis diem neq; horam? Quapropter discute corporis inertiã, semperque memento, q̃ regnum cœlorum

non

Mat. 18.
G
ibidem.
1. Cor. 6.
Iacobi 3.
Prou. 18.
De mansuetudine in correctionibus seruanda cõtra proximam.
cap. 10.
1. Tim. 5.
2. Tim 2.
2. Tim. 4
G
a. l. de spe elationis.
Prou. 9.
De fama nõ negligẽda cum tra suum rem.
Cap. 11.
I
De spirituali gaudio in aduersis contra animi deiectionem.
Cap. 12.
Mat. 5.
Act. 5.
De vigilia in bonis nõ exercitijs cõtra torporẽ.
Cap. 13.
K
Mat. 25.

Aliarum facientes. De mētis stabilitate contra vagationis lenitatem. c. 14

non tepidi, neque molles, neq; desides, sed violenti atq; feruentes: * diripiūt illud. (Dissoluta vagatio di.) Si Deum vbiq; esse credis, cur vnum locum singulariter quo tanta mala perpetrantur custodis, & nō potius ad alia transis? Stabilitas firma. Resp.) Si ita est, vt asseris, quia vbiq; Deum esse fateris, ergo nec iste locus deserendus est, quem fugere appetis, quia & in ipso Deus est. At, inquis, melio rē inquiro, meliorem inuenio. Sed respondeo. Nunquid meliorem, aut ēt talem inuenies, qualem diabolū & angelos eius, & hominē perdidisse cognoscis? Memor esto itaque, quia primus angelus de cęlo ruit, & primus homo de paradiso expulsus, ad ærumnā huius seculi peruenit: attende quia Loth exercitio malorū probatus, inter Sodomitas sanctus fuit: in montis vero securitate torpens, inebrians cum filiabus suis peccauit. Quod videlicet vagationis tędiū adhuc alteram speciem reddit, dum quosdā in vno loco perseuerantes, a spiritualib. retrahens, vel terrenis negocijs implicare, vel rebus vilissimis satagit occupare, contra dicta Apostoli perpetrans, qui ait. Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus, vt ei placeat cui se probauit Et rursum. Sine intermissione orate, in omnib. gratias agite (Desperatio di.) Quæ & quanta cōmisisti, quam grauia crimina, quam numerosa delicta, & tū in melius vitam nondum mutasti, necdum conuersationem viriliter correxisti: ecce.n.vt cernis, mala semper cōsuetudine obligatus teneris. Conaris exurgere, sed peccatorū oneribus prægrauatus relaberis. Quid ergo agendum est, qñ de præteritis certa dānatio imminet, & de præsentibus emēdatio nulla succurrit, nisi vt non amittantur rerum temporalium voluptates, dum consequi nequeunt futuri seculi delectationes? (Spei fiducia rñ.) Si de criminibus & de delictis agitur, ecce Dauid adulterij simul & homicidij reus, de inferni faucibus dñi misericordia describitur liberatus. Ecce Manasses omniū peccatorū nefandissimus, impurissimus ac sordidissimus, illecebrosissimus quoq; & sceleratissimus, per pnīam ad vitam de morte redijt. Ecce Maria Magdalene innumeris peccatorum sordibus inquinata, ad fontem pietatis anxia currens, dñi vestigia lachrymis rigans, capillis detergens, deosculans quoque & lambens, vngue toq; vngens, ablui promeruit. Ecce Petrus negationis suæ vinculis astrictus, ama issimis lachrymis infidelitatis nodos resoluit. Ecce seditione simul & effusione fraterni sanguinis latro obnoxius, vnius horæ momento vnaq; confessionis voce, de cruce ad paradisum transijt. Ecce Saulus ecclesiam Dei persequens, multos pro Christi nomine perimens, & ita vt dicam, martyrum cruore totū se inficiens, Apostolus factus, in vas electionis est cōmutatus. Vbi ergo tot, tantaq; procedunt exempla, dent locū desperationis mala colloquia, cū & scriptum sit. In quacunq; die peccator conuersus ingemuerit saluus erit. Et rursum. Nolo mortem peccatoris, dicit dñs. De conuersione vero in melius nequaquam mutata, quid aliud respondeam, nisi vt quod heri quisque non egit, agat hodie, dum adhuc viuere licet, nec differat de die in diem, dū nescit si vel vnā diem correctionis habeat, semperq; pro virib. desuper acceptis, prauæ consuetudini resistens, dicat vespere & mane. Nunc cępi, hęc est mutatio dextere excelsi? (Cupiditas di.) Valde sine culpa es, ꝙ quædam habenda concupiscis, quia non multiplicare appetis, sed egere pertimescis, & ꝙ male alius retinet, ipse melius expendis. (Mundi cōtemptus resp.) Ista nec apud homines seculares sine periculo vel offensione procurantur, quia quanto quisque amplius habere cęperit, tāto amplius habere concupiscit, fitq; vt modum in concupiscendo non habeat, dum innumeris huius seculi curis deseruire festinat, vt.n. ait scriptura. Auarus pecunijs non implebitur. Quæ nimirum quā sit detestanda, Paulus indicat dicēs. Et auaritia, quę est idolorum seruitus. Quam sit noxia, idem exponens ait. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueū diaboli, & desideria multa & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. (Quā sit detestanda, quidam sapiens denunciat cum dicit. Auaro nihil est scelestius.) Quā sit noxia, Iacobus aperit dicens. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miserijs, quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, vestimenta vestra a tinea cōmesta sunt: aurum & argentum vestrum erugina uit, & erugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Sed nec redēptor noster præterire voluit,

L

1. ad Timoth. 2. 1. ad Thessal. 5.

M

De spe cō sequenda misericordiæ pro peccatis cōtra desperationem. c. 15 2. Re. 12. 2. Paral. 33. Luc. 5.

Mat. 26. Luc. 23. Act. 9. Ezec. 33. Ezec. 18.

A

Eccl. 5. Ephes. 5. 1. ad Timoth. 6. Eccl. 10. Iac. 5.

B

luit, cupiditatis malū quam noxiū sit. Ait.n.
Mat.19. Difficile qui pecuniam habent in regnum cę
Ibidem. lorum intrabunt. Et rursum. Facilius est camelū per foramen acus transire, q̄ diuitē regnū cęlorū intrare. Si igitur secularibus viris ita est pernitiosa cupiditatis industria, quāto magis illis periculosior, qui habitu & cōuersatione iā seculares esse desierunt, qui totum q̄ viuunt, dño Deo deouerunt: ad quos specialiter redēptoris transeunt verba, quib. destrui possit auaritiæ morbus. Nolite, inquit,
C solliciti esse quid manducetis aut quid bibatis, aut quid induamini. Hæc.n. omnia gentes
Mat.6. inquirunt. Quærite aūt primū regnū Dei & iustitiam eius, & hęc omnia adijcientur vobis. O quā beata, ò quam secura, ò quā amplectenda snīa, nullus in hac vita securus est, ita vt ille qui nihil præter Christum appetit possidere, cūcta quæ necessaria sunt sub hac sponsione probatur habere, sicut Paulus di-
2.Cor.6. tissimus pauper dicebat. Tanquam nihil ha-
1.ad Timoth. 6. bentes & omnia possidentes, omnia itaq; nō superflua, sed necessaria tantū, ipso cōfirmāte & dicente. Habentes victū & vestitum, his contenti simus. Dicis forte. Ideo a sanctis religiosis viris plura habenda sunt, vt melius ab ipsis q̄ a popularibus erogentur pauperibus Christi. Et ego consentio, sed prælatis, non aūt subiectis. Quod maxime illud mulie-
Gen.19. ris Loth exemplū docuit, quæ dū post tergū
Luc. 9. a Sodomis exiens, respexit, in statuā salis cō-
2.Pet.2. uersa spiritum efflauit. Vnde & Christus tale quid præcauendū denunciat dicens. Nemo mittens manū suam ad aratrum & respiciens retro, aptus est regno cęlorum. Hinc Petrus ait. Melius erat illis non cognoscere viā iustiæ, quam post cognitionem retro conuerti ab eo q̄ traditū est illis sancto mandato. Cō-
Prou.26 tingit.n. eis illud veri prouerbij. Canis reuersus ad vomitum suū, & sus lota in volutabro luti. Qui nimirum auaritiæ morbus nunquā melius cōpescitur, nisi cum dies mortis sine fine meditatur, cū qualis post modicū in se-
Iob. 25. pulcro futurus sit homo, cōsiderat. Hoc cer-
Eccl. 7. te fixū manebat in illius corde, qui dicebat.
D Homo putredo, & filius hominis vermis. Hæc ab illius ore non recesserunt, qui dicebat: In omnib. operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternū non peccabis. Quid tunc rogo, quid tunc diuitiæ conseruatę proderunt? Audi quid dicit beatus Iob: Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc. Et Apostolus. Nihil intulimus in
Iob.1. hunc mūdū, sed nec auferre quid possumus.
1.Ti.6. (Obduratio di.) Si ea quę possides indigentibus tribuis, vnde subiectos absque penuria nutris? §Misericordia Resp.§ Si Apostoli modum in hac parte tenueris, vtraq; perficere valebis. Hic.n. idē ipse Corinth. ait. Si voluntas prompta est ex eo q̄ habet, accepta est
2.Cor.8. non secundū id q̄ non habet, non.n. vt alijs sit remissio, vobis aūt tribulatio, sed ex ęqualitate in præsenti tempore vestra abundantia E illorum inopiam suppleat, vt & illorum abūdantia vestræ inopiæ sit supplementum, vt sit æqualitas, sicut scriptum est. Qui multum ha-
Exo.6. buit, non abundauit, & qui modicum non
Tob.4. minorauit. Hinc quidam iustus prolem dile-
Luc.11. ctam admonet dicens. Si multum tibi fuerit
Iac.2. abundanter tribue: si autem exiguum, & hoc
Esa.58. ipsum libenter impertire. Hic quoq; incar-
Luc.16. nata veritas dicit. Verum tñ q̄ supereſt, date eleemosynam, & ecce omnia mūda sunt vobis. Audite obdurata pręcordia. Iudiciū sine misericordia ei qui nō fecerit misericordiā. Quos contra per Propheram dñs admonet dicens. Frange esurienti panē tuū & egenos vagosq; induc in domū tuam, & carnē tuam ne despexeris, cū videris nudum operi eum. memento quid purpurato diuiti contigerit, qui nō ideo dānatus est, q̄ aliena abstulerit, sed q̄ egenti pauperi sua non tribuerit, & in inferno positus ad petenda minima peruenerit, quia hic parua negauit, quid etiam ad si-
Mat.25. nistram positis iudex cęli dicturus sit. Ite ma-
D. *fraudibus declinandis & seruanda innocentia. Cap.18.* ledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Esuriui, & non dedistis mihi manducare: & cętera, quę ibi terribiliter enumerantur. Furtum & fraus quamquam gradus habeant locutionis, vnum tñ dicunt. §Furtum.n.di.§ Si aliena non tollis, ex proprio vel diues vel sufficiens esse non potes. §Fraus di.§ Si cuncta quæ tibi ille seruanda cōmisit, illibata cōsignas, & nec modicū quid reseruandū existimas, vnde vel proprijs vtilitatibus consulis, vel amicis & commilitonibus places? §Innocentia ad vtraque F resp. § Melius est pauperem & insufficientē esse, nullig; ex dato placere, quam aliquem lædere furto vel fraude, qui.n. aliena quomodolibet inuasse præripit, ipse sibi regni cęlestis aditū claudit. Vnde & p̄dicator egregius

quondam

Exec.26. *Luc.21.* *Philip.3.* *1.Cor.6.*

quosdã redarguit dicẽs. Qĩno delictũ est in
1.Cor.6. vobis, q̃ iudicia habetis inter vos quare non magis iniuriã accipitis? quare nõ magis fraudẽ patimini? sed iniuriã facitis & fraudatis, & hoc fratribus, an nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebũt? (atq; inter cętera subiũxit: neq; fures neq; rapaces regnũ Dei possidebunt.) Fallacia atque mendacium & ipsa vnum dicunt, fallacia autem fit ingenio, mendacium vero simplici verbo. (Fallacia igitur di.) Vt ex multis vnũ p̃feramus, fallacia ẽ, cũ in non dando aliquẽ illudere quęrit. Quid in petendo moras innectis? Non habeo quod tibi irridere possim, celans vtique in corde quæ habet, vel quod sibi conseruet quod alijs voluntate tribuat. Mendacium di.) Omnino quod postulas non habeo, ſ. non artificioso ingenio sicut fallacia, sed simplici negationis verbo frustratur poscentẽ. (Sed veritas ad vtraq; Resp.) Nec artificioso ingenio,
Sap.1. nec simplici verbo oportet decipere quẽquã, quia quolibet artis modo mentiatur, os q̃ mẽtitur occidit aĩam. Et omnib. mẽdacib. pars illorũ erit in stagno ignis ardẽtis, & sulphure.) Ventris ingluuies di.) Ad esum Deus oĩa mũda condidit, & qui saturari cibo respuit quid aliud q̃ muneri concesso contradicit? (Ciborũ parsimonia resp.) Vnũ horum q̃ dicis verũ est. Nemo.n. homo fame moreret, oĩa ad esum Deus creauit: sed ne mensurã comedẽdi excederet, & abstinentiã imperaret. Nã inter cętera sua mala, saturitate panis maxime Sodoma perijt, dño attestãte, qui
Ezec.26. ad Hierusalẽ p̃ Prophetã loquit dicẽs. Hæc ẽ iniquitas sororis tuæ Sodomæ, saturitas panis. Qua p̃pter sicut ęger ad medicinã, sic ad sumendas dapes debet quisq; accedere, nequaquã videlicet in illis voluptatẽ appetẽs,
Luc.21. Philip.3. sed necessitati succurrẽs. Hinc veritas p̃ Euãgeliũ dicit. Attẽdite ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Quo contra de in
F satiabili ludæorũ voracitate Apostolus dicit.
1.Cor.6. multi ambulãt, quos sępe dicebã vobis: nunc aũt & flẽs dico, inimicos crucis Christi quorũ finis interitus, quorũ Deus vẽter est, & gloria in pudendis eorũ, q̃ terrena sapiũt. Et rursum: Esca ventri, & venter escis, Deus aũt hũc & has destruet. Ille autẽ plene hoc vitium superat, qui in sumendis dapibus non solum parsimoniã, vt. ſ. refectionẽ semper esuriens
iperet, verũẽt accuratiores & suauiores epulas, excepta corporis infirmitate, & hospitum susceptione contemnit. Inepta lętitia di. Vt quid animi gaudium intus abscõdis? Egredere in publicum lętus, dic aliquid foris vnde vel tu vel proximi rideant, fac eos lętos tua lętitia. (Moderatus mętor resp.) Vnde tibi inest tãta lętitia? Nunquid iam diabolum vicisti? Nunquid iã inferni pœnas euasisti? Nũ G
quid iam de exilio ad patriam venisti? Nunquid iam de tua elatione securitatẽ accepisti? An forte in obliuionẽ venit q̃ dñs dicit. Mundus gaudebit vos aũt contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiũ. An forte memoriã excesit q̃ idẽ alibi dicit. Væ vobis qui nunc ridetis, quia plorabitis & flebitis. Qđ quidẽ p̃ Salomonẽ dicit. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Et e contra p̃ Euangeliũ. Beati qui lugẽt, qm̃ ipsi consolabuntur. Rursum per Salomonẽ. Nescit hõ vtrũ amore, an odio dignus sit, sed oĩa in futurũ reseruantur incerta. Cõprime ergo inanẽ lętitiã, qui necdũ euasisti pœna lẽ ærũnã. Nonne apud oẽs insanus iudicatur is, qui tenebris reclusus carcere gaudere conatur? § Multiloquium di. § Non ille reus tenebitur, qui plura quidem, sed bona loqui, sed ille qui saltẽ rara, sed mala dicere probatur. § Discreta taciturnitas resp. § Verum est quod dicis, sed dum multa bona proferri videntur, sæpe contigit vt a bonis locutio inchoata, ad aliquod prauum deriuetur. Hoc ipsum sancta scriptura denunciat, quare, In multiloquio, inquit, peccatum non deerit. An for Prou.10
te inter innumera verba declinantur criminosa? Sed nunquid declinari poterunt inutilia atque ociosa, de quibus vtique ratio in futurum erit reddenda? Tenẽdus est ergo mo- Ma.12.
dus in loquendo, & ab ipsis nõnunquam vti- Psal.38.
libus verbis parcendum, sicut Psalmistam legitur fecisse: Dicit enim Humiliatus sum & silui à bonis. § Immunditia di. § Non est grande facinus sine concubitu maris & fœminæ, vel proprijs, vel alterius inquinari manibus. § Integritas carnis resp. § Non sic ait Galat.5.
Apostolus. Quid ergo ait? Neque immundi, inquit, regnum Dei possidebunt. § Luxuria di. § Curte in voluptate tua non dilatas modo, cum quid te sequatur ignoras? Acceptum H
ergo tempus in desiderijs perdere non debes, quia quam cito pertranseat, nescis. Si enim misceri Deus hominẽ in voluptate coi-

tus

tus nollet, in ipso humani generis exordio masculũ & fœminam non feciſſet (Caſtitas illibata reſp.) Nolo vt ignoraſe te fingas, qd poſt hanc vitam recipias Si.n. pie & caſte vixeris, ſine fine gaudebis: ſi vero impie & luxurioſe, æternis incendijs ſubiacebis. Inde aũt caſtius magis debes viuere, vnde quam citius tempus acceptũ pertranſeat ignorare te dicis. Quod quia in exordio generis humani ad hoc maſculũ & fęminam Deum creaſſe
E profiteris, vt mutuis ſe amplexibus miſcere deberent, omnino veriſsime dicis. Sed quia nubendi licentia quibuſdam tribuitur, hoc eſt, qui virginalem, vel vidualem caſtimoniã nequaquam profeſsi ſunt: quibuſdam autem non tribuitur, i. qui virgines vel continentes eſſe decreuerunt: fornicatio vero nulli impune conceditur. Non attendis, aut contem
1. Cor. 6. nendum putas, ꝙ Apoſtolus iubens dicit. Fugite fornicationem: omne enim peccatum quodcunq; fecerit homo, extra corpus ſuũ peccat. Quod ſi hoc paruipendendum exiſtimas, audi quid poſtea in ſempiternum gemas & deplores. Neque adulteri, inquit, neque fornicarij, neque maſculorum concubi
Ibidem. tores regnum Dei poſsidebunt. O quam parua eſt concubitus hora, qua perditur vita æterna. Quod ergo emolumentum affert corpori, ꝙ itidem tribuit lucrum, ꝙ tam cito ducit animam ad tartarum? (Spiritalis forni catio dicit.) Nunquid damnandum aliquid agit is, qui in corde libidini conſentit, & ad opus concupitæ libidinis non pertrãſit? (Mũ ditia cordis Reſp.) Omnino delinquit, qui caſtimoniam animæ non cuſtodit. Vnde &
F author munditiæ in Euangelio dicit. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Quo
Iob. 31. contra per beatum Iob dicitur. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Quam enim partem in me haberet Deus deſuper, & hæreditatem omnipotens Deus in excelſis? Niſi enim authori noſtro cogitatio praui conſenſus diſpliceret, nequaquam per Eſaiam diceret. Auferte malum cogitationum ueſtrarum, &cętera. Et in
Eſa. 1. Matt. 9. Rom. 2. Euangelio. Quid cogitatis mala in cordibus ueſtris? Sed nec Paulus Apoſtolus diceret. Cogitationum inter ſe inuicem accuſantiũ, aut etiam defendentium, in die quo iudicabit Deus occulta cordium hominum ſecũdum Euangelium meum per Ieſum Chriſtum. (Amor ſeculi di.) Quid pulchrius, quid honeſtius, quidve poteſt eſſe delectabilius, quã ꝙ in præſenti uita quotidie cernimus? O quã mirabilis cęli camera in aere iucundo, in lu
De amore celeſtis patriæ amore ſeculi communi cente. Cap. 26. mine Solis, in augmento Lunæ atq; defectu, in uarietate ſtellarum & curſu, quã oblectabilis terra in nemorum floribus, in fructuũ ſuauitatibus, in pratorum riuulorumq; amę
G nitatibus, in ſegetum culmis luxuriantibus, in uinearum uitibus & botronib. plenis palmitibus, in ſyluarum umbris & planis exitibus, in equorum & canum curſibus, in ceruorum & caprarum ſaltibus, in accipitrum uolatibus, in pauonum, columbarum, turturumq; pennis & collis, in domo pictis muris & laquearibus, in organorũ omniumq; muſicorum tinnulis cantibus, in mulierum uenuſtis aſpectibus, earumq; ſupercilijs, & crinibus, & oculis, & genis, gutture & labijs naſo & manibus, atque extrinſecus adhibitis & auro & gemmis, diſtinctis monilibus, & ſi qua ſunt alia quæ modo non recolit ſenſus. (Amor patriæ cęleſtis Reſp.) Si te iſta delectant, quæ ſub cęlo ſunt. Si carcer ita pulcher eſt, patria, ciuitas & domus qualis eſt? Si talia ſunt quæ colunt peregrini, qualia sũt quæ poſsident filij? Si mortales & miſeri in hac vita aliter ſunt remunerati, immortales & beati qualiter ſunt in illa uita ditati? Quapropter recedat amor p̃ſentis ſeculi, in quo ſic nullus naſcitur, ut non moriatur, & ſuccedat amor futuri ſeculi, in quo ſic omnes uiuificantur, ut non deinceps moriantur. Vbi
H nulla aduerſitas turbat, nulla neceſsitas angu ſtat, nulla moleſtia inquietat, ſed perennis lętitia regnat. Si quæris quid ibi ſit, ubi talis & tanta beatitudo perſiſtit: aliter dici non põt, niſi quicquid boni eſt, ibi eſt: & qcquid mali eſt, ibi nunquam eſt. Quod inquis, illud *Eſa. 64. 1. Cor. 2.* bonum eſt? Quid me interrogas? A Prophęta & Apoſtolo definitum eſt. Quod oculus, inquit, non uidit, & auris non audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus. diuitijs conſtipatus Dauid anhelabat cum diceret. Quid enim mihi eſt in cœlo, & ate *Pſal. 72.* quid uolui ſuper terram? Dulcib. regalibus dapibus abundans dicebat. Satiabor cum manifeſtabitur gloria tua. Et rurſum. Sitiuit ani- *Pſal. 16.* ma mea ad Deum fontem viuum, qñ ueniã & apparebo ante faciem Dei. Rurſumque.

Heu

De mundicia cordis cõtra ſpiritalẽ fornicationẽ contendente. cap. 25.

Heu me quia incolatus meus prolongatus ē.
Psal. 41. Hinc & Paulus ait. Cupio dissolui & esse cū
Ps. 119. Christo: multo.n. melius. His itaq; decursis,
Phil 1. q̄q̄ multa prætermiserā, tamen vt mihi videtur, hostis nostri fortia castra monstraui, quibus modis pie viuentes in Christo Iesu non desinit impugnare. Sed necdum his contentus diabolus ad alia conuertitur argumenta, dum quibusdam in somnis sæpius vero pronunciat, vt eos quandoq; ad falsitatē pertrahat, dum dormientes ante horam vel ipse exuscitat, vt eos vigilarum tempore, grauissimo somno deprimat, cū psallentes atq; orantes sibi, nel stridoribus atq; latratibus diuersis & incognitis vocibus iactis etiam lapidibus vel stercoribus perturbat, eos quo pacto spiritali opere retrahens, inanes efficiat. Tu autem homo Dei, vigilanti studio attēde quę dico, & mihi magis adhuc stupenda narranti fidem præbeto. Cuiusdam relatione, nuper cognouit quod dico. Vir quidem religiosus atq; in monastico habitu constitutus, nostro nunc tempore antiqui hostis est inaudita tētatione pulsatus: ita vt idē malignus spiritus vestimentorū eius particulas ex illum etiam incōpositas immunda colluuione crebrius fœdaret. Quæ intantum erat horrenda, fœtida, & noxia, vt pars vestium, quam tetigisset, nulli deinceps esset vsui apta, quan quā fuisset abluta. De quo cum interrogatus fuissem, cur omnipotens Deus talem versuto serpenti potestatem in eum dederit, respondi, vt cordis eius immunditiam foris ostenderet, quod nū quam in exteriori habitu feciſſet, nisi interiorem omnino corrupisset, scilicet aut infideli tate & blasphemia, aut certe inani & vana gloria. Sanies quippe intus in corde, foras p vestimenta manauit. Quem quia lōge positus erat, ego quidem non vidi, sed tamen, vt arbitror, hæc in illo vere præuidi. Quod si nō est ita, nunquid tamen factum putatur sine causa? Est ꝓpterea gestū, vt in eo mūdi iā cordis fœditas illa seruaret, ne hanc calidus hostis inanis gloriæ macula fœdaret, sicuti Paulus ne de magnitudine reuelationum tumeret stimulum carnis accepit. Sit itaq; horum quolibet. Aut certe si non fuerit, nunqd tamen quod extremum positurus sum verū non erit? Verum est omnino, verum est quod dico, non esse colluuionem illam extrinsecus animæ noxiam, si ipsa seruare studuerit intus cordis munditiam. Interea, sicut tu ipse iudicare curasti, audio quosdam apud vos discere non posse aliquem in patria suæ natiuitatis perfectum esse: illud in argumentum assumentes quod dominus dixit. Nemo Propheta acceptus est in patria sua. Quos primū oportet ratione veritatis refelli, & sic demū qualiter intelligenda sit prolata sententia demonstrari. Audiant igitur patienter qui & dicunt, qui hæc dicunt, quia dum sensum sacræ scripturæ prudenter non considerant, pene oēs sanctos cōtemnunt. Si enim ita est vt asserunt: ergo quotquot ex Romanis conuersi: apud Romanos degunt, quotquot ex Græcis, apud Græcos, quotquot ex Italis, apud Italos: quotquot ex Iberis: apud Iberos, quot quotex Germanicis, apud Germanicos, quot quot ex Aq̄tanicis, apud Aquinaticos, quotquot ex Britanicis, apud Britanicos, quotquot ex Anglis, apud Anglos religiose viuunt imperfecti erunt. Ecce Paulus & Antonius ex Thebeis, apud Thebeos perfecti sunt ecce Hilarion ex Palæsthinis, apud Paleſthinos ꝓfectus est, ecce Macarius ex Aegyptijs, apud Aegyptios perfectus est, ecce Oxirincus ciuitas, ex proprijs ciuibus tota perfecta est, ecce ad vicinos nostros veniamus. Protasius & Geruasius in propria hac Mediolanēsis ciuitate, propriaq; domo manentes, ac per decē annos monachorū vitā exercentes, ita perfecti sunt, vt martyres fierēt. An forte scola vestra prouincia ex extra hanc regulam erit excepta, vt non de proprijs, sed tantū de extremis habeat monachos? Satagendum igitur magis est, vt vbi quis fuerit iuxta perfectorum regulā viuat non parentū, non propinquorū, non affiniū illecebris, a via perfectionis declinet. Sic certe iuxta saluatoris sententiam, patri matriq; fratribus, sororibus, vxoribus, filijs, domibus, agris, & cūctis quæ possidet renunciare valebit. Hoc autem dico nō quo successores, qui de regno ad regnum, de publico ad eremum tranſeunt, summa laude nō ducā, sed quo illos etiā qui magis affectibus patriam fugiunt quam gressibus fœlices atq; perfectos ostendam. Obsecro itaque illos, qui hæc apud vos fieri posse denegāt, vt vigilanti studio considerent, cur non dixerit dūs, nemo Propheta perfectus est ī patria sua. Sed ibi quia aliud intelligendū est, nisi qa non aceeptum dixit nequaquam receptum?

quodq;

Capite duo sequē tia desci ptura sūt ex veteribus exēplaribus. Cap. 28.

De amore celestis patriæ a more seculi conuincente. Cap. 26.

Luc. 4.

Luc. 14.

quodque de antiquis Prophetis, & seipso dictũ intelligi voluit, qui apud incredulos Iudęos fuerunt spreti, Stephano ad eos dicente. Quem Prophetarum non sunt persequuti patres vestri, qui prænunciabant de aduentu iusti, cuius vos nũc homicidæ & proditores fuistis? Quis aũt non videat quantæ temeritatis, quantæq; sit præsumptionis, aliquem sibi Prophetæ nomen assumere. Tu igitur cũ charitatis affectione tales redargue, & iuxta regulam patrum viuere semper stude, maxime aũt sancti & confessoris Benedicti. Non declines ab ea quippiam, nec illi addas quippiam nec minuas. Totum.n.q̃ sufficit habet, & nusquam minus habet: cuius verba atque imperia, sectatores suos perducunt ad cœli palatia. Ecce frater charissime, inter cęteras meas occupationes, hunc tibi sermonem nocturnis horis, licet inculta venustate dictaui atq; conscripsi, quem quia epistolarẽ modũ transire cognoui, libellum potius de conflictu vitiorum atq; virtutum nuncupare malui, in quo si ædificationis aliquid reperis, hunc legendum & alijs tradere debes.

Acto. 7.

F

DE QVATVOR VIRTVTIBVS Charitatis.

TRACTATVS VNVS.

DEsideriũ charitatis vestræ a nobis exigit debitũ sermonis officiũ, sed tanta sunt quæ terrent & reuocant animum nostrũ, vt si velimus parere desiderio vestro, non sit sine periculo nostro. Primũ, q̃ iuuenis loqui cogor præsentibus senibus, deinde temerarium esse arbitror, loqui velle imperitiã inter eos, quos roborauit antiqua doctrina. Optabã ergo silentio præterire, & illũ locũ tutissimũ eligere, audire potius q̃ aliquid dicere. Sed quid facio? Instat vester amor, reuocat noster pudor, cogit sanctorũ patrũ iussio, a quib. si velim obsecrans veniã petere dicẽs, Ignoscite patres, ignoscite paricite nostræ verecundiæ, parcite nostri ætati, maxime cũ recolam vobis fuisse pręceptum. Loquimini seniores, decet.n. vos. Ipsi sancta charitate qua præualent respondebunt mihi. Loquere iuuenis, delectat enim nos. Quibus si repetã, Sancti patres quid loquar? Rursum mihi respondebunt. Quod a nobis sæpe audisti. Memento fili, quia ab infantia sacras literas didicisti. Sed nec sic vobis excusatus esse potero, quorũ corda ita me sua voce pulsabunt. Quid metuis proferre verbũ? Si ætas reuocat, Paulus Timotheo iuueni præcipiebat dicens. Nemo adolescentiã tuam contẽnat, prædica verbũ. Si sermo deest, pete & accipies. Nõ.n. vos estis qui loquimini, sed qd donatur vobis, hoc ministratis nobis. His coarctatus angustijs, quo me conferam, nisi ad sancta vestigia charitatis, eamq; deprecer vt donet mihi aliquid dignũ de se dicere, quo & meũ suppleam ministeriũ, & vestro satisfaciam desiderio? Inter cęteras virtutes eius quas cõmemorat Apostolus Paulus, q̃ charitas non æmulatur non agit perperã, non irritatur, non inflatur, non cogitat malum, & cętera, in vltimo quatuor eius virtutes breuiter cõprehendit dicens. Omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, charitas nunquã excidit. Ex his igitur quatuor virtutibus sanctæ charitatis loqui conuenit sanctitati vestræ, delectatq; primitus itueri, quẽ admodum velut quatuor cardines orbis cõtinens, totũ possederit mundũ. Requiramus igitur, si placet, aliquorũ exempla sanctorũ, eorum, s. qui his virtutibus sanctæ charitatis possessi sunt, & eis singulis ita singula tribuamus, vt omnes in omnibus esse noscamus. Qm̃ omnis qui pie tolerat, recte credit, & omnis qui recte credit, aliquid sperat, & qui sperat sustinet, ne ab spe cadat. Sed iã quinã isti sint videamus, quorũ fidẽ inquantũ desu per adiuuamur, assequi valeamus. Virtus charitatis quæ omnia tolerat, eminuit in sancto Noe, quæ omnia credit in sancto Abraham, quæ omnia sperat in patribus nostris, i. in populo Israel, vnde ipse Iesu Christo, qui est vera charitas, quæ nunquam cadit. Nec cęteros sanctos ab his virtutibus vestra charitas deputet alienos, quos pro breuitate tẽporis, & pro sermone susceptо, ita prætermissos esse cognoscite, vt tñ certissime noueritis omnes in Christo, & in omnibus Christum. Sed iam videamus quẽadmodũ sanctus Noe possederit vel possessus sit virtute charitatis quę omnia tolerat. Prædixit ei Deus: q̃ in iniquitate hominum crescente diluuio perderet mundum. Statim ille admonitus confugit ad lignum & post camporum amęnorũ faciem, angu-

2. Ti. 3.

1. Ti. 4. Mat. 10.

1. Co. 13.

H

Virtutes charitatis

Prima virtus charitatis.

I

Gen. 6. & 7.

angustijs se recluſit arcę, tolerat cęli fremitū, ſonitum aquarū, fragorē nimborum Et poſt iſta omnia, qui ſolet gaudere conſortio hominum, ſocius quodammodo efficitur ſerpē tium ac ferarum. Nec expaueſcit vir iſte, q̄ K cū eo ſint ferę in arca: immo ibi agnoſcit ordinem ſuum feritas, quia ſe cognouit humanitas, & iubēti homini obediunt, quia homi nem ſuperiori dño obediſſe cognoſcunt: Oſtenſum eſt in Noe, quid adā præceptū contē nendo perdiderit, & demonſtratum eſt, poſſe homines beſtijs etiā dominari ſi ſubdātur obedientia creatori. Expectat & tolerat ſanctus iſte finem diluuij, nec antequā finiatur, cauſa ferarum arca relinquit. Tolerat bonus mala, & donec in fine etiam corpore ſeparētur, intus manens, corde nō corpore ſeparatur. Si qua es aīa, quæ cupis poſſidere virtutē charitatis quæ omnia tolerat, relinque mundū, confuge ad crucis lignū, non metuas procellas & turbines huius diluuij, nō mergeris, ſi ligno portaberis, nouit gubernare, qui dignatus eſt creare, tantū adſit virtus charitatis, quæ omnia tolerat. Nulla res te ab arcæ ſoliditate euellat. Permane bonus, & tolera malos: melius enim eſt vt intus poſitus propter bonos toleres malos, quā foras exiens & periēs, & bonos relīquas & malos. Si ergo ſunt tecū ferę, i. ſi ſunt tecū in Eccleſia praua docētes falſa ſentientes hęretici vel ſchiſmatici, aut ēt ipſi mali catholici, more ferarum animas deuorare quærentiū, tolerentur vſq; ad finē ſeculi, tanquā finē diluuij, rugiant licet, fremant dentibus, atq; ipſam arcam confringere conentur, nō expaueſcas: finito diluuio, illas rapiet manis ac ſpinoſa ſylua, te fertilis ſuſcipiet terra. Poſt finē ſeculi, impij rapientur ad tenebras exteriores, vbi eſt fletus & ſtridor dentium, pios ſuſcipiet terra viuentium. Nā & ipſe ſanctus Noe poſt finē diluuij obtulit ſacrificiū Deo, ſed de animalibus mundis, non de immundis. Simul enim & munda & immunda animalia in arca natare petuerunt, ſed mala ad ſacrificium Dei nō peruenerunt. Sed iam hinc aliquando tranſeamus, vt cętera perſcrutari valeamus. Procedat in medio ſanctus illę Abrahā, & ſuo nos doceat exēplo poſſe ſine virtutē charitatis, quæ omnia credit, qui nō eſt cunctatus ad vnā vocationē relinquere patriā, ſedē, domū, familiā: oīa relinquuntur, vt domino præcipienti pareatur.

Exi, inquit ei Deus, de cognatione tua, & de domo tua, & veni in terra quancunq; tibi oſtendero. Nec apud ſe iſte ſanctus cogitauit aut dixit. Quo eā? cui me cōmittam? in quam terram vadam? ſed ſtatim atq; audit, ſurgit, curit, feſtinat, accelerat. Terrā promiſſam nō videt, ſed credendo eā firmiter retinet, ambulat recto itinere, nec aberrantibus veſtigijs alibi M quā debuit declinauit: quia qui eū ad ignotā terrā mittebat, non dimittebat, nec eū ipſe fellit. Redditur merces credenti, ad terrā per uenit, dilatatur multiplicatur, ex paupere efficitur diues, ex ignobili potens, ditatur omnibus bonis. Et in illo impletur quod dominus in Euangelio ſuis diſcipulis promiſit dicens. Si quis dimiſerit domū, aut agrū, aut parentes cauſa nominis mei in hac vita, centuplū accipiet, & in futuro ſeculo vitā conſequetur æternā. Cumulatur adhuc huius fidei merces, & ſeni promittitur filius. Adeſt virt⁹ charitatis, quæ omnia credit, audit, exultat, amplius diligit, ſuſcipit filiū ex coniuge ſterili, quā ſpe pariendi deſtitutā ſterilitas ætasq; iā fecerat, atq; in illo benedictionē omniū gentiū promiſſam firmiſsime tenet. Sed adhuc eū charitas probat, probatumq; cōmendat, & & quemadmodū nihil Deo prę ferat, poſteris monſtrat. Vocat eū dominus de cęlo dicens. Abrahā, Abrahā. Et ille tāquā ſeruus obediēs. Ecce adſum ait. Et dominus. Accipe filiū tuū illū, quē diligis Iſac, & vade in terram excelſam, & offeres eū holocauſtū in vnū montiū quē tibi dixero. Nec hac quidē iuſsione turbatur aut frangitur ſeruus fidelis, adeſt ei virtus charitatis, quæ omnia credit. Surgit, domum pergit aſinā ſternit, ligna concidit, gladiū & ignē ſumit, puerū ſimul adducit & pergit ad locū. Tūc intentus factus Iſaac, patrē interrogat dicens. Pater ait, Et ille. Quid eſt fili? Et filius. Ecce ait, ignis & ligna, vbi eſt ouis quam immolaturus es ad holocauſtum? Et pater reſpondit. Deus prouidebit ſibi ouē ad ſacrificium fili mi. Magnum & hic grande video ſacramentū. Aliud Abrahā corde gerebat, aliud filio promittebat. Sed neque q̄ promittebat, A filiū fallebāt, neq; aliqua infirmitas cor eius a propoſito immutauerat. Quid pluribus? Pergit viam, videt de longe, & ſtatuens pueros ſuos ibi, eis talia verba profert dicens. Sedete hic cum aſina, ego autem & puer ibimus vſq; illuc, & cū adorauerim⁹, reuertemur ad vos.

Gen. 1.

Gen. 1.

Mat. 19

Gen. 22.

Ibidem.

Ibidem.

Mat. 25. Gen. 8.

Secunda charitatis virtus

vos. O sancte Abraham, quid est quod dicis, cū aliud tibi de puero agendū sit? Nunquid aut te, aut tuos fallis? Non, inquit, sed quod prophetice vel dico vel gero, virtus charitatis in me manens, quæ omnia credit, & facit, & dicit. Audio enim eam sine strepitu vocis intus ad cor loquentem & dicentē mihi. Tu quidē licet resurrecturum credens, pleno & B perfecto voto puerum ducas immolandum, filius tuus in isto sacrificio non crematur, qa resurrectio filio Dei seruatur. Merito huius *Iacob. 2.* viri fidem commemorans Iacobus Apostolus ait. Credit Abraham Deo, & deputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est. Amicos, vt nouimus, cōiunctio animorū facit. Vnde quidam sapiens huius mundi ait. *Aristot. 8. Ethic. Sene. Cice. de amicitia.* Idem velle atq; idem nolle, ea demum firma amicitia est. Ergo amicos, vt nouimus, coniunctio animorum facit. Quemadmodum ille sanctus animū cōiunxerit Deo, vt eius amicus appellaretur, vultis nosse? Sicut enim *Rom. 8.* Deus pater vnico suo filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: ita & ille vnico filio non pepercit, sed iubente vt immolaretur ei qui dederat eū, deuoto corde obtulit eū. Sed quæ sequuntur videamus. Delectat enim nos, adiuuante domino Deo nostro, huius historię plenam vobis reddere notionem. Postquam relictis pueris, ad locum sacrificij pater cum filio venit, aram cōstruit, ligna cōponit, manus filio ligat, imponit eum in aram supra ligna, deponit humana paternę pietatis indicia, induis sacerdotis diram cōstantiā, educit gladiū vt perimat filium. Quid videtis fratres charissimi? Nihil hic sentimus humanū, quia totum cognoscimus diuinum. Sed & ille filius qui pauloante ouem requirebat, sub ingenti silentio talia fieri in se sentiebat, & ita patiens inuenitur, tāquā iam ille esset qui sicut ouis ad immolandū ductus est, & tanquā agnus corā tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. O tu C *Esa. 53.* sancte Isaac, indica nobis silentij huius tā grā de secretū. Pauloante nihil in te fieri sentiebas, & a patre arietem requirebas, nunc autē manibus ligaris, in arā imponeris, ligno quo dammodo suspenderis, & modo taces. Taceo, inquit. Dic quare obsecro, vt nouerim. *Ysa. 10.* Vultis nosse ait, quare modo taceo? Quia figuram illius gesto, qui voluntate ponit animam suam non necessitate. In hoc tam grandi mystico fidei sacramento, & Abraham sanctus apparuit, pbatus, & filius in prę̄senti est liberatus, in quo est Christus prę̄nūciatus. Si quaes anima, quę cupis sequi vestigia fidei patris nostri Abraham, exi de terra tua, & cognatione tua, relinque populum tuum, & domum patris tui, id est, fideliter renūcia diabolo, pōpis & angelis eius & sequere viam rectam, D quę te perducat ad terrā, in qua diteſcas & emineas, & efficiaris socia Abraham. Sed cum ista feceris, si virtus charitatis, quę omnia credit, est in te, adhuc tentabit te, & probatum coronabit te, & expetit a te sacrificium dilecti tui. Quid a te expectit? Quod Abraham illi dictū est. Da mihi vnicum dilectum filiū tuum, tibi dicit sapiētia. Da mihi fili cor tuū. Ipse est dilectus vnicus. Quid metuis offerre cor tuum? Offer sacrificium contritionē cordis domino tuo, & dic cū Propheta. Holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritū & humiliatum Deus non spernit. Nihil metuas tali sacrificio oblato, & tibi acceptū erit, & quod obtuleris integrum permanebit. Aliam virtutem Charitatis, quæ omnia sperat, placet inspicere, hāc superius plebi Israel & patribus nostris assignare cognoscimus. Eius nāq; virtutis vox est in versu illo Prophetico. In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt & liberasti eos. Et ipsi ex Aegypto fugere iubentur, terra eis lac & mel fluens promittitur. Per mare rubrū transeunt, ad eremū veniunt ducebat eos spes charitatis, vt discerent Deum amare gratis. Redditur & in his merces fidei. Non enim potes non reddere qui se donando dignatur facere debitorem. Post eremum mella de petra suxerunt; panem cęli manducauerunt, nō sunt priuati a desiderio suo. Qđ sperauerunt terra etiam promissionis accepe runt, Exurgit anima quæ huius charitatis virtute comprehensa est: effugiat ex Aegypto. i. ex huius seculi desiderio: pergat ad amare rubrū, s. Christi baptismum, ideo rubrum quia Christi sanguine purpuratū, persequātur hostes peccata cū suo authore diabolo tāquam E Aegypti cū suo rege Pharaone, sęquant, sequātur fugientes. Quid metuis? Vsq; ad aquā seuiāt. Ingredieris tu, ingredietur & illi post te sed aqua cōuersa illis erit ī pernicię, tibi pficiet ad salutē, illos obruet, te abluet, illos dānabit, te liberabit. Post hęc suscipies mel đ petra,

1. Co. 10. Ioan. 6. Psa. 33. Psal. 26. 4. virtus charitatis. 1. Co. 13. Dom. 10. Ioan. 1.

Psal. 50. Terra virtus charitas Psal. 21 Exo. 3 Exo. 14

Luc. 23:

Psa. 145.

tra quo sitim tuam saties. Petra.n.erat Chri-
1.Co.10. stus,ex cuius præceptis tanquam ex fontibus
Ioan.6. dulcedinis satieris. Gustabis & panem illũ,s.
Ps.33. qui dixit, Ego sum panis viuus qui de cęlo
Psal.26. descendi. Gustabis, qm̃ suauis est dominus.
4 virtus charitatis. Et si in te eminet virtus charitatis, quæ om-
nia sperat per eremum te necesse est transire
1.Co.13. idest vtaris hoc mundo tanquam non vtens:
Dom.10. & in hac vita peregrinum te noueris esse, si
Ioan.1. terram promissionis cupis intrare. Hæc ter-
ra est,de qua Propheta cantat & dicit: Credo
F videre bona domini, in terra viuentium. Vlti
ma virtus charitatis restat, quę omnia susti-
net & nunquam cadit. Hanc ipsi capiti no-
stro domino Iesu Christo conuenire nouimus. Ideo in vltimo quoniã finis legis Chri-
stus est. Quanta autem ipse pro nobis susti-
nuerit,puto charitatem vestram ignorare nõ
posse:tamen exinde aliquid dicam,si tamen
de tanto aliquid digne dicam. Prius illud, q̃
Deus homo, quod verbum caro factum est,
q̃ multa bona fecit, & mala perpessus est, q̃
mortuos suscitauit,& mortuus est,quod sin-
gularis illa patientia pertulit diabolum tenta
torem, discipulũ traditorem, q̃ ipsum Iudã
priusquam ostenderet traditorem, pertulit
furem, & ante experimentum vinculorum
crucis ac mortis, labijs eius dolosis non ne-
gauit osculum pacis. In ipsa autem morte
quanta sustinuit? Pertulit odiorum flammas,
Luc.23: ministras pessimi cordis linguas. Clamaue-
runt Iudæi, Crucifige, crucifige,vt rei rema-
nerent Iudęi,innocẽs ab eis crucifixus est fi-
lius Dei. Ad crucem ducitur,expalmatur,qui
est vera palma victorię. Spinis coronatur,
qui spinas peccatorum venit confringere. Li
gatur, qui soluit compeditos. Ligno suspen-
Ps.145. ditur qui erigit elisos. Aceto potatur fons vi-
tæ, disciplina cęditur, salus vulneratur, vita
moritur: occidit ad tempus vitam mors, vt
in perpetuum a vita occideretur mors. Quid
hic Iudæi in hac morte Christi exultauerunt
E quasi victores, & cum terrenum & caducum
regnum timuerunt perdere, regem cęli &
terræ non dubitauerunt occidere. Sed nec si-
cut putauerunt victores extiterunt. Si enim
vicerunt,regnum qũo perdiderunt? Quomo
do nunc vsque serui remanserunt? Ista nam-
que causa est qua ab eis Christus occisus est.
Dixerunt apud se Principes Iudęorum, vt
Euangelista narrat, Videtis, inquiunt, quia to-
tus mundus post eum abijt,si dimiserimus eũ
viuere, veniẽt Romani tollent nobis locum Ioan.11.
& gentem. Et Christum occiderunt, locum
& regnum gentemque perdiderunt. Quid
vobis profuit,ò insani Iudæi, quod tantum
G scelus commisistis? Nunquid quia Christo
domino,vt decuit, seruire noluistis, ideo ei-
us dominio caruistis? Dum illi seruiunt re-
ges,quibus vos seruitis, facti estis mali serui
bonorum seruorum Christi. Per ipsos con-
terit contumaciam vestram, per ipsos disi-
pat consilia vestra, per ipsos retribuet scelera
in capita vestra. Ipse autem dominus quem
uos interemistis,non uos seruos,sed liberos
esse cupiebat, quando dicebat. Si uos filius li
berauerit, tunc uere liberi eritis. Vos autem
Deum dominum & regem, & ipsam ueram
libertatem non solum repudiastis,verumetiã
necare cupientes clamastis. Non habemus re Ioan.8.
gem nisi solũ Cęsarem. Sed ne in hoc quidẽ Ioan.19.
gloriemini quod Christum occidistis, actũ Psal.3.
est de vobis potius & nescitis, audite ipsum Psal.40.
dominum dicentem per prophetam, Ego Ioan.10.
dormiui,& somnum cepi: somnum appel-
lans mortem a vobis illatam. Cęterum qua-
lis mors potuit esse triduana, maxime illius
qui per eundem Prophetam alio loco dicit,
Nunquid qui dormit, non adijciet vt re surgat? Ego, inquit,dormiui, Ego qui potestatem habeo ponendi animam meam. Ego dor
miui, non quia fœuistis, non quia insanistis,
ego impleui quod volui: vos autem in scelere remansistis. Qui exigit tanta de Deo nostro,fratres, pro nostra salute ac redemptione, nisi charitas quę nunquam cadit? O charitas, quam magnas uires habes. De cœlo
Deum deposuisti. O chara sanitas, ò sancta
ac uera charitas,quẽ tanta es in terris, quanta eris sanctitas in cęlis? Quæ tantum potes in
H hac pugna mortalitatis adhuc solicita,quantum poteris in illa perfecta pace secura? Eui-
gila itaque omnis anima Christiana, & si in 1.Pet.2.
te eminet virtus charitatis, quæ omnia sustinet, domini tui imitare vestigia. Christus enim ait Apostolus Petrus, pro nobis passus
est, relinquens vobis exemplum vt sequami
ui uestigia eius. Et si ille propter te de cęlesti
sede ad terrena descendit: tu propter te fuge
terrena appete cœlestia. Si dulcis est mundus,dulcior est Christus. Si amarus est mundus, omnia pro te sustinuit Christus. Via tibi

factus est ipse saluator: surge ambula, pigre-
scere noli, habes quo. Sed forte quęris, quo?
Vides enim viam, & quęris quo ducat hæc
ipsa via? Ad veritatem & ad vitam ducit. Si
amas veritatem, si amas vitam, & cupias ad
veritatem & ad vitam venire, a via noli er-
Mat.7. rare. Video, inquis, viam, & cupio ambula-
re, sed amara est, aspera est. Arcta enim & an-
gusta via est, quæ ducit ad vitam. Christus
transiuit, & adhuc aspera est? Caput transi-
uit, & membra dubitant? Sed Christus, in-
I quis, Deus & homo, ego autem homo. Tot
milia martyrum transierunt, & adhuc tibi
aspera est? Transierunt senes, transierunt iu-
uenes, transierunt pueri, puellę transierunt,
Ioan.14. viam quam timebas tritam tibi fecerunt. Am
Psal.85. bula ergo viam, securus ambula. Quid enim
metuis in hac via? Mortem? Et mortem times,
quid ad vitam curris? Si bonus es, bene in
hac via curris, mors tibi ianua erit, quę te re
præsentet, non quę auferat vitę. Ambula er-
go viam, immo ipse qui propter te factus
est vita, ipse te ducet per seipsum ad seipsum.
Ipse enim est via, veritas & vita. Dic ergo do
mino Deo tuo. O anima fidelis & pia, dic,
secura dic, & cum Propheta veraciter ex-
clama. Deduc domine me in via tua & am-
bulabo in veritate tua. Tunc ad te securus
perueniam, si in finem vsque tua gratia
non deserat. Hæc, fratres dilectissimi, quæ
dono ipsius charitatis dicta sunt sanctitati &
charitati vestræ, ita hęreant cordibus & sensi
bus vestris, vt eadem ipsa chatitas fructum in
vobis inueniat operis non folia laudis, Amē.

DE LAVDIBVS CHARITATIS.

TRACTATVS VNVS.

Rom.13. 1.Tim.1. Diuinarum scripturarum multi-
plicem abundātiam, latissimāque doctrinam fratres charis-
simi fine vllo errore compre-
hendit, & fine vllo labore cu-
K stodit, cuius cor plenum est charitate, dicen
te Apostolo. Plenitudo autem legis est cha-
ritas. Et alio loco. Finis autē pręcepti est cha-
ritas de corde puro, Et conscientia bona, &
fide non ficta. Si ergo non vacat omnes pagi
nas scripturarum reuoluere, tene charitatem
& in ea inuenies omnem scientiam. Quid est
autem pręcepti finis, nisi adimpletio? Quid
est præcepti adimpletio, nisi legis plenitudo?
Quod ergo ibi dicit, Plenitudo legis est chari
tas: hoc etiam dixit, Finis præcepti est chari-
tas. Nec dubitari vllo modo potest, quod tē- L
plum Dei sit homo, in quo habitat charitas.
Respice ad munera Ecclesiæ, & vniuersis ex
cellentius charitatis munus cognosces, quæ
vt oleum, non potest premi in imo, sed sem-
per superbullit. Dilige, & fac quod vis. Cha-
ritas causa est & mater omnium virtutum,
quæ si desit, frustra habentur cętera, si autem
adsit, habentur. Omnia fiunt facilia charita- 1. Ioan.4
te. Mandatum Dei non habet graue. Quomo
do enim est graue, cum sit dilectionis man-
datum? Aut enim quis non diligit, & iam gra
ue est, aut diligit & graue non potest. Dicit e-
nim & Ioan. Deus charitas est. Hæc autem di
centes Apostoli, & nobis prælcellentiam cha
ritatis commendantes, non vtique aliud nisi
quod comederant, ructare potuerunt. Ipse Ioan.6.
quidem dominus pascens eos verbo salutis, Ioan.13.
verbo charitatis, quod est ipse panis viuus
qui de cęlo descendit. Mandatum, inquit, no
uum do vobis, vt vos inuicem diligatis sicut
dilexi vos. Et iterum: In hoc scient omnes
quia discipuli mei estis, si vos inuicem dile-
xeritis. Ille ergo qui venit per crucis irrisio-
nem, carnis perimere corruptionem, & ve-
tustatem vinculi mortis nostræ, suæ mortis
nouitate dissoluere, mandato nouo fecit ho-
minem nouū. Res enim vetus, vt homo mo-
reretur: quod ne semper valeret in homine,
res noua facta est, vt Deus moreretur. Sed quia
in carne mortuus est, non in diuinitate per
sempiternam vitam diuinitatis, non permi-
sit esse sempiternum interitum carnis. Itaque
sicut dicit Apostolus, Christus mortuus est Rom.4.
propter delicta nostra, & resurrexit propter
iustificationem nostram. Qui ergo contra
mortis vetustatem attulit vitæ nouitatem, ip-
se contra vetus peccatum opposuit nouum
mandatum: Quapropter quisquis vetus pec-
catum vis extinguere, mandato nouo extin- M
gue cupiditatem, & amplectere charitatem.
Sicut enim radix omnium malorum est cu-
piditas, ita & radix omnium bonorum est
charitas. Totam magnitudinem diuinorum
eloquiorum & latitudinem secura possidet
charitas, qua Deum proximumq; diligimus.

Docet

Docet enim nos cœlestis vnus magister, & dicit. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & diliges proximum tuum tanquam teipsum. In his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. Si ergo non vacat omnes paginas sanctas perscrutari, omnia inuolucra sermonum euoluere, omnia scripturarum secreta penetrare, tene charitatē, ibi pendent omnia, ita tenebis quod ibi didicisti, tenebis etiam quod nondum didicisti. Si enim nosti charitatem, aliquid nosti vnde & illud pendet quod forte non nosti. Et in eo quod in scripturis intelligis, charitas patet, in eo quod non intelligis, charitas latet. Ille itaque tenet & quod patet, & quod latet in diuinis sermonibus, qui charitatem tenet in moribus. Charitas est vt mihi videtur, recta voluntas, ab omnibus terrenis ac præsentibus prorsus auersa, iuncta Deo inseparabiliter, & vnita igne quodam spiritus sancti, à quo est, & in quem refertur incensa, inquinamenti extranea, corruptionis nescia, nulli commutabilitati obnoxia, super omnia quæ carnaliter diliguntur excelsa, affectionum omnium potentissima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus semper inuicta, summa actionum bonarum, salus morum, finis cœlestium præceptorū, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantiū, palma victorum, arma sanctarum mentiū, causa meritorum bonorum, præmium perfectorum, sine qua nullus Deo complacuit, fructuosa in pœnitentibus, læta in proficientibus, gloriosa in perseuerantibus, victoriosa in martyribus, operosa in omnibus omnino fidelibus, ex qua quicquid est boni operis viuit. Quapropter, fratres, sectamini charitatem, dulce ac salubre vinculum mentium, sine qua diues pauper est, & cum qua pauper diues est. Hæc in aduersitatibus tolerat, in prosperitatibus temperat, in duris passionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutissima, in hospitalitate latissima, inter veros fratres lætissima, inter falsos patientissima. In Abel per sacrificium grata, in Noe per diluuium secura, in Abrahæ peregrinatione fidelissima, in Moyse inter iniurias lenissima, in Dauid tribulationibus mansuetissima, in tribus pueris flandos ignes innocenter spectat, in Machabeis sequos ignes fortiter tolerat, casta in Susanna erga virum, in Anna post virum, in Maria præter virum, libera in Paulo ad arguendum, humilis in Petro ad obediendum, humana in Christianis ad confitendū, diuina in Christo ad ignoscendum. Sed ego de charitate quid maius aut vberius possum dicere, quam per os Apostoli laudes eius intonat dominus, supereminentem viam demonstrantis atque dicentis, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æramentum sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Charitas magnanima est, benigna est, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non dehonestatur, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia suffert, charitas nunquam cadit. Quanta est ista vita animarum, prophetiæ virtus, sacramentorum solum, scientiæ solidamentum, fidei fructus, diuitiæ pauperum, vita morientium? Quid tam magnanimum, quam pro impijs mori? Quid tam benignum, quam inimicos diligere? Sola est quam fœlicitas aliena non premit, quia non æmulatur, sola est quam felicitas sua non extollit, quia non inflatur, sola est quam conscientia mala non pungit, quia non agit perperam. Inter opprobria secura est, inter odia benefica est, inter iras placida est, inter insidias innocens, inter iniquitates gemens, in veritate respirās. Quid illa fortius, non ad re tribuendas, sed ad non curandas iniurias? Quid illa fidelius, non vanitati, sed æternitati? Nam ideo tolerat omnia in præsenti vita, quia credit omnia de futura vita, & suffert omnia quæ hic irrogantur, quia sperat omnia quæ ibi promittuntur. Merito nunquam cadit. Ergo sectemini charitatem, & eam sancte cogitantes afferte fructum iustitiæ. Et quicquid vberius quam ego dicere potui, vos inueneritis in eius laudibus, appareat in vestris moribus. Oportet enim vt senilis sermo non solum sit grauis, sed etiam breuis.

A

B

C

D

1. Co. 13

Charitatis descriptio.

DE HONESTATE Mulierum.

LIBER VNVS.

E

NEmo dicat, fratres, q̃ temporibus martyrum certamina esse non possint: Habet enim pax martyres suos: nam sicut diximus, frequenter iracundiam mitigare, libidinem fugere, iustitiam custodire, cupiditatem contemnere, pars magna est martyrij. Contemnenda nanque est cupiditas, quæ quidem velut ignis quãto amplius accipit, tanto amplius requirit. Iracundia vero est mitiganda, quæ prius nocituris nocet quam nocendis. Quod autẽ libidinem fugiẽdam esse diximus, Apostolo doctore, euidenter didicimus, quia cum omnibus vitijs resistendum esse prædixerat, contra libidinẽ nõ dixit, resistite: sed ait, Fugite fornicationem, ac si diceret, reliquis vitiis Deo adiuuante debemus in præsenti resistere, libidinem vero fugiendo superare. Sic & in scripturis alibi legimus. Noli attendere in faciem virginis, ne scandalizet te vultus eius. Nam & beatus Ioseph vt impudicam dominam posset euadere, pallium quo apprehensus erat, reliquit & fugit. Contra libidinis impetum apprehẽde fugam si vis obtinere victoriam. Nec sit tibi verecundũ fugere, si castitatis palmã desideras obtinere. Videte, fratres, quomodo ab omnibus Christianis, præcipue tamen a monachis seu clericis, indigna & inhonesta familiaritas fugienda sit, quia sine vlla dubitatione qui familiaritatẽ mulierũ nõ vult fugere, cito dabitur in ruinam. Sed forte negligens quisque & minus de animę suę salute solicitus respondet & dicit: Ecce ego & familiaritatem habeo mulierũ extranearum, & tamen arma castitatis custodio. Infœlix est & nimium periculosa præsumptio. Multi.n. se putant vincere cum victi sint. Sed adhuc addet aliquis & dicet. Ego inter extraneas mulieres habito, & continentiam seruo, & volo habere quod vincam. Quid est, volo habere quod vincam, nisi hoc volo habere qđ peream? Sed ego, inquit, libidinis impetum tanquam aduersarium meum retinere volo. Vide ergo ne cõtra te incipiat captiuitas ipsa prẽualere, & vnde putabas obtinere triũphum, inde æternum incurras opprobrium. Inter omnia enim Christianorum certamina, sola dura sunt prẽlia castitatis, vbi quotidiana pugna & rara victoria. Grauem namque castitas sortita est inimicum, cui quotidie resistitur, & semper timetur, & ideo, sicut dictum est, nemo se falsa securitate decipiat, vt de suis viribus periculose præsumat: sed audiat Apostolum clamantẽ, Fugite fornicationem. Dauid enim ille sanctissimus in mille passionibus pressus vidit mulierem nudam, & adamauit eam, & statim homicidiũ simul fecit & adulterium. Et qui cum mulieribus habitantes putant se castitatis obtinere triũphũ, ignorant se apud Deũ dupliciter reos existere, dũ seipsos in periculum mittunt, & aliis exemplum peruersæ familiaritatis ostendunt. Quanti enim per illarum inhonestam familiaritatem, castitatis decorẽ perdiderunt? Illorum animę qui pereunt, ab illis in die iudicii requirẽdę sunt, qui illis exẽplum perditionis ostendunt. Et ideo fratres, contra mortifera blandimenta, & cõtra adiutores diaboli, qui familiaritatem suspectam habere non metuunt, nec erubescunt, ne nos suo exemplo decipiant, Dei adiutorium imploremus, vt de laqueo venantium nos liberare dignetur, scientes quòd in his omnibus quę supra diximus bonis & castis quotidiana non desunt martyria. Omnibus Christianis martyria deesse non possunt. Sicut castitas, veritas & iustitia Christus est, sic & ille qui eis infidiatur, persecutor Christi est. Ille vero qui castitatem, veritatem, & iustitiã in fratribus suis defensare, in aliis & in seipso custodire voluerit martyr erit. Et ideo qui hęc tota virtute animi diligit, & vt alii diligant, verbis simul & exemplis ostendit, & vbicunque veritas vel iustitia vel castitas laborat, quantum prẽualet se etiam vltro ingerit, & secundum uires suas defensare contendit non unam sed plures coronas domino remunerante percipiet. Et ut hęc obtinere mereamur, cum Dei adiutorio, non solũ extranearum mulierum, sed ancillarũ nostrarum & quorũcunque uicinorũ aut filię aut ancillę vnusquisque nostrum collocutionẽ uitare procuret: Quia quanto uilior est illarum conditio, tanto ruina facilior. Dũ ali re admonet Salomon omnes dicens. Nu quid alligabit aliquis ignẽ in sinu suo, & ues men ta

De nostri tẽpis multiplicib. martyrib. deque fugiẽda libidine.

Cap. 1. 1. Cor. 6. Eccl. 9.

De periculo tentationib. se exponẽtium. Cap. 2.

De Christianorũ cõib. martyrij. Cap. 3.

ta eius non ardeant? Aut quis ambulabit super pennas, & plãtæ eius non comburentur?
H Et illud pretium meretricis vix est dimidij panis: O quanta iniquitas, ò quanta peruersitas, vt animam, quam Christus suo sacro sanguine redemit, luxuriosus quisq; propter vnius momenti delectationem libidinis diabolo pessimo inimico suo vẽdit ac tradit. Vere nimium miseranda & plangenda conditio est, vbi cito præterit quod delectat & permanet sine fine quod cruciat. Sub momento enim libidinis impetus transit, & permanet sine termino infęlicis opprobrium. Sed dicit aliquis iuuenis homo sum, faciã quod delectat modo, & postea pœnitentiam agam. Quomodo si dicat, percutio me crudeli gladio, & postea vadam ad medicum. Heu miser homo, ne scis, qꝑ vnius horæ puncto vulnus accipitur, sed vix longo tempore ad sanitatem pristinã reuocetur? Qui enim fornicans dicit pœnitentiam se acturum, quare non timet ne eũ subitanea fabricula, vel aliquo casu subita mors superueniens rapiat, & pereat dilatio, & succedat ęterna damnatio? Et quia de infęlici libidine, vnde locuti sumus, credendum est qꝑ dicit Propheta, Confractus est malleus vniuersæ terræ. Quanuis post aduentum domini nostri Iesu Christi per vniuersa monasteria monachorum, & per clericos vel etiam laicos castitatem seruantes, quasi cõfractus malleus ille videatur, tamẽ quod multo peius est adhuc multo plures sunt qui ab illo malleo quotidie confringuntur, quam illi qui de ruina collisionis illius liberantur. Vnde iterum atque iterum rogo, vt diligentius consideremus, & quantum possumus timeamus illud quod dñs in Euangelio dicit. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. Pro qua re, sicut iam
I dictum est, non solum ab extraneis mulieribus, sed etiam à vicinis & domesticis, & ancillis nostris refrenãda est secreta familiaritas & oculorum incauta fragilitas, ne illud eueniat nobis, quod dominus per Prophetã terribiliter clamat dicens. Mors intrauit ad animas nostras per fenestras nostras, Per quas? per visum oculorum, & auditum aurium. Si perlinguam tuam amico tuo aut famulo tuo iuste ris vt ad te meretrix adducat, aut tuipse cum meretrice locutus fueris per os tuum, in animam tuam gladius æternæ mortis ingreditur. Si autem malum vel sordidum consilium libenter auderis, si detrahentem, aut luxurioſe loquentem, aut cantica turpia profe-
K rentem non respuis, per aurium tuarum fenestras mors intrauit ad animam tuam. Et quia dominus dixit, Qui viderit mulierem, & cętera, voluntas prona faciendi, reputatur pro opere facti, ac si dum aliquis mulierem libidinoso oculo considerat, per fenestras corporis sui in secretum mentis venenum mortis instillat. Talis enim cogitatio, & si aliquando impeditur casu vt non impleat voluntatem suam, nihilominus tamen actionis crimine condemnatur a domino, ac si illa casta est, cũ qua libidinis malum voluit exercere, & ille iam adulter tenetur in corde. Ideo audiamus scripturam dicentem illud. Omni custodia serua cor tuum. Et illud, Auerte oculos meos ne videant vanitatem, & cętera. Quomodo si aliquis carbones apprehenderit, si cito eos proiecerit, nihil ei nocebunt, si vero diutius tenere voluerit, sine vulnere abire non poterit: Ita ille qui ad concupiscendum oculorũ defixerit intuitũ, & libidinis malum in corde suscipiens morari in corde suo libere permiserit, excutere a se sine animę plaga non poterit. Ideo iugiter clamamus cum Propheta, Oculi mei semper ad dominũ, quoniam ipse euellet ꝺ laqueo pedes meos: prœstãte dño nostro Iesu Christo mediatore Dei & hominũ, cuius misericordia plena est terra, Amẽ.

De peccatorũ periculosissimo statu. Cap. 4. Hier. 50.

De Christianorũ cõib. mastyrijs. Cap. 3.

Matt. 8.

Hier. 9.

De sensibus mortiferis infectionibus. c. 5. Matt. 5.

Prou. 4. Psal. 12.

Pſ. 24.

Psal. 24. 1. Tim. 2.

DE PASTORIBVS

LIBER VNVS.

De pastoribus nõ omes, sed semetipsos pascẽtib. & de præpositorũ periculoso statu

SPes tota nostra quia in Christo est, & quia omnis vera & salubris gloria nostra ipse est, non nunc dicit primum charitas vestra: Estis enim in eius grege q pastorum nomine gaudere volunt, pastoris autem officium implere nolunt, quid ad eos per prophetam dicat, sicut lectũ audiuimus recenseamus. Audite vos cum intentione, audiamus nos cum tremore. Et factum est ad me verbum domini dicens, Fili hominis prophetiza super pastores Israel. Hanc lectionem, cum legeretur, audiuimus. Hinc cum vestræ sanctitati aliquid loqui decreuimus, adiuuabit ipsa, vt uera dicamus, si non nostra
L

dicamus. Si nos nostra dicamus, pastores eri
Eccl.34. mus pascentes nos, non oues, si autem illius
Cap.1. sunt quæ dicimus, per quęlibet ipse nos pa-
Ezec.34. scet. Hæc dicit dominus Deus, Væ pastoribus
Phil.2. Israel, qui pascunt se solos. Nunquid oues pa
scunt pastores? idest, non se pascunt pastores,
sed oues? Hæc prima causa est, quare arguan
tur pastores isti, quia seipsos pascunt, non o-
M ues: Qui sunt qui seipsos pascunt? De quibus
dicit Apostolus, Omnes.n. quę sua sunt quę-
runt, nō quæ Iesu Christi. Nos enim quos in
loco isto, de quo periculosa ratio reddit, do
minus secundum dignationem suam, non se
cundum meritum nostrum constituit, habe-
mus duo quædam: vnum quod Christiani su-
mus alterum, quod præpositi sumus. Illud
q̄ Christiani sumus, propter nos est: quod au
tem præpositi sumus, propter vos est. In eo
quod Christiani sumus attenditur vtilitas no
stra: in eo, quod præpositi, non nisi vestra.
Sunt autem multi Christiani & non prępositi
qui perueniunt ad Deum faciliore fortasse
itinere, & tanto forte expeditius ambulantes,
quanto minorem sarcinam portant. Nos aūt
excepto q̄ Christiani sumus, vnde rationem
reddemus Deo de vita nostra, sumus etiam
præpositi, vnde rationem reddemus Deo de
dispensatione nostra. Ab hoc istam difficulta
tem proponimus: vt compatientes nobis, ore
tis pro nobis. Veniet enim dies quo cuncta
adducentur in iudicium. Et ille dies in secu-
lo longe est, vnicuique homini vitę suę vlti-
mus prope est. Tamen vtrunque latere Deus
voluit quando veniat finis seculi, & quando
sit in vnoquoque homine huius vitæ finis.
Vis non timere diem occultum? quando ve-
nerit inueniatte paratum. Cum ergo præpo-
siti ad hoc sint, vt his qui subiecti sunt con-
sulant, non in eo q̄ prędsunt, omnino vtilita-
tem suam attendant, sed eorum quibus mini
strant. Quisque ita prępositus est vt in eo qđ
propositus sit gaudeat, & honorem suū quę-
A rat, & commoda sua sola respiciat, se pascit,
Quid sit pastores hac sume re, & qñ fiecat. non oues. Ad uos sermo dirigitur. Audite o-
ues Dei, & videte quemadmodum vos secu-
ros fecerit Deus, qualescunque sunt qui vo-
bis prędsunt, ideſt, qualescunque nos sumus,
vobis Deus securitatē dedit qui pascit Israel.
Nam Deus non deseret oues suas, & mali pa-
stores pęnas debitas luent, & oues promissa
percipient. Videamus ergo quid loquatur
pastoribus seipsos pascentibus, non oues, ser
modiuinus neminem palpans. Ecce lac con- Ezec.34.
summitis, & lanis vos tetigis, & qđ crassum Cap.2.
est interficitis, & oues meas non pascitis, qđ 1.Cor.8.
infirmatum est nō confortastis, & q̄ ęgrotat,
nō corroborastis: & q̄ contribulatum est, nō
colligastis, & quod errabat, non reuocastis,
quod perijt, nō inquisistis, & quod forte fuit
confecistis, & dispersę sunt oues meæ, eo q̄
non sit pastor. Dicitur in pastores pascentes B
semetipsos, non oues, quid diligant. Quid ne
gligant. Quid ergo diligunt? Lac consumitis
& lanis vos tetigitis. Propter quod dicit Apo
stolus, quis plantat vineā, & de fructu eius nō
sumit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis
non percipit? Inuenimus ergo esse lac gregis
quicquid a à plebe distribuitur prępositis ad
eorū sustentandum victum temporalem. In-
de.n. loquebatur Apostolus, cū diceret, quæ
cōmemoraui. Et quidem Apostolus quanquā
elegerit manibus suis laborare, nec ipsum
lac quęrere ab ouibus, tamen lactis potesta-
tem percipiendi habere se dixit, & sic dñm di
spposuisse, vt qui Euangelium annunciant, de
Euangelio viuant. Et dicit alios coapostolos
suos vsos fuisse hac potestate, non vsurpata, *Ibidem.*
sed data. Plus ille fecit, vt nec quod debeba-
tur acciperet. Ipse ergo donauit & debitum,
sed alius non exegit indebitum: ille plus fe-
cit. Fortasis. n. illum significabat, qui ægrum
cum adduceret ad stabularium dixit: Si quid
amplius erogaueris, in redeundo reddam ti- *Luc. 10.*
bi. De his ergo qui non indigent lacte gre-
gis, quid plura dicamus? Misericordiores
sunt, vel potius ipsius misericordiæ officium
largius impendunt. Possunt. n. & quod pos-
sunt faciunt. Laudentur hi, neque damnētur
illi. Nam & ipse Apostolus datum non quæ-
rebat, fructuosas tamen oues esse cupiebat,
non steriles sine lactis vbertate. Itaque cum
esset quodā tempore in magna indigentia vi-
ctus in confessione veritatis, missum est illi
à fratribus vnde necessitati & indigentiæ eius
ministraretur. Respondit autem illis gratias
agens & dixit. Bene fecistis communicare C
necessitatib. meis. Ego. n. didici in quib. sum
sufficiens esse: Scio & abundare, & penuriā
pati, Omnia possum in eo qui me confortat.
Veruntamen vos benefecistis vsibus meis
mittere. Sed vt ostenderet in eo q̄ illi ben[illegible]se
cerunt quod non ipse quæreret, ne inter[illegible]

los

los esset qui seipsos pascunt, non oues, non tam suæ gaudet subuentum esse necessitati, quam illorum gratulabatur fęcũditati. Quid ergo ibi quærebat? Non requiro, inquit, datum, sed requiro fructum. Non ergo, inquit, vt explear, sed ne vos inanes remaneatis. Qui ergo non possunt facere ꝙ Paulus, vt manib. suis se transigant, accipiant de lacte ouium, sustentent suam necessitatem, sed non negligant ouium infirmitatem: non hoc sibi quærant tanquam cõmodum suum, vt ex necessitate suæ penuriæ videantur annũciare Euã gelium, sed hominibus illuminãdis præbeãt lucem verbi veritatis. Sunt. n. tanquam lucernæ, sicut dictum est, Sint lumbi vestri pręcincti, & lucernæ ardentes: &, Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt, Sic luceat lumẽ vestrum coram hominibus, vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cęlis est. Si ergo tibi lucerna accenderetur in domo, nonne adijceres oleũ ne extingueretur? Porro si lucerna accepto oleo non luceret, non erat planè digna quæ in candelabro ponere tur, sed quæ continuo frangeretur. Vnde ergo viuitur, necessitatis est accipere, charitatis est præbere, non tanquã venale sit Euangelium, vt istud pretium eius, ꝙ sumunt qui annunciant vnde viuant. Si enim sic vendũt, magnam rem vili pretio vendunt. Accipiant sustentationem necessitatis a populo, merce dem dispensationis a domino. Non. n. est ido neus populus reddere mercedem illis, qui sibi in charitate Euangelij seruiunt, non expectent illi mercedem, nisi vnde & isti salutem. Quid ergo isti increpantur, vnde arguũ tur? quia cum lac sumerent, & lanis se tege rent, oues negligebant. Sua ergo tan.um quę rebant, non quæ Iesu Christi. Sed quoniam diximus quid sit lac sumere, quæramus quid sit lanis se tegere. Qui præbet lac victum prę bet, qui præbet lanam, honorem præbet. Ista sunt duo quæ a populis quærunt, qui semetipsos pascunt, non oues, commodum supplendæ necessitatis, & fauorem honoris & laudis: Etenim vestimentum propterea bene intel gitur in honore, quia nuditatem tegit. Ete m vnusquisque homo infirmus & quid est quisquis vobis præest, nisi quod vos estis? Carnem portat, mortalis est, manducat, dormit, surgit, natus est, moriturus est. Si ergo cogitatis quid sit secundum seipsum, homo est, tu tamen honorando eum velut angelũ, contegis quod infirmum est. Huiusmodi indumentum acceperat a bona Dei plebe idẽ Paulus cum diceret. Sicut angelum Dei suscepistis me, testimonium vobis perhibeo, quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. Sed cum tantus honor exhibitus esset, nunquid propter ipsum honorem sibi exhibitũ, ne forte cum argueret negaretur, & minus ipse Apostolus laudaretur, pepercit errantibus? Nam si hæc feciſſet, esset inter illos qui seipsos pascunt, non oues, diceret apud seipsum, Quid a me pertinet? Quisque ꝙ velit agat, victus meus saluus erit, & lac & lana, satis est mihi, eat quisque quo potest. Ergo integra sunt omnia, sic eat quisque quo potest. Nolo te præpositum facere, vnum te constituto de ipsa plebe. Si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. Proinde ipse Apostolus cum eos cõmemoraret quales fuerint erga illum, ne quasi oblitus eorum honorificentiæ videretur, & testimonium perhibet, quod sicut angelum Dei susceperint eum, & quod si fieri posset, oculos suos vellent eruere, & illi dare, & tñ accedit ad ouem languidam, ad ouem putridam, secare vulnus, non parcere putredini. Ergo, inquit, inimicus factus sum vobis verum prædicans? Ecce & accepit de lacte ouiũ, sicut pauloante memorauimus, & indumentum ex lanis ouium, sed tamen oues non neglexit: Non enim sua quærebat, sed quæ Iesu Christi. Absit ergo vt dicamus vobis: Viuite vt vultis, securi estote, Deus neminem perdit, tantummodo fidem Christianam tenete: non perdet ille quod redemit, non perdet pro quibus sanguinem suum fudit: & si spectaculis volueritis oblectare animos vestros, ite: quid mali est? Et festa ista quæ celebrantur per vniuersas ciuitates in lętitia conuiuantium & publicis mensis seipsos vt putant iucundantium, reuera magis perdentium, ite, celebrate: Magna est Dei misericordia quæ totum ignoscat. Coronate vos rosis antequam marcescãt. In domo Dei vestri qñ volueritis conuiuamini, impleamini cibo & vino, cum vestris: ad hoc enim data est ista creatura, vt ea perfruamini: non enim impijs & paganis eam dedit Deus, sed

Ezec. 34. Cap. 2. 1. Cor. 9.
Ibidem.
Luc. 12: Mat. 5.
Ibidem.
Luc. 10.
Phil. 2.
Quid sit lanis se tegere. c. 3.
Galat. 4.
1. Co. 12.
Phil. 3.
Sap. 2.

vobis eam dedit. Hæc si dixerimus, forte congregabimus turbas ampliores: & si sint quidam qui nos sentiant hoc dicentes non recte sapere, paucos offendimus, (sed multitudinem conciliamus.) Quod si fecerimus, nō verba Christi dicentes, sed nostra, erimus pastores nosmetipsos pascentes, non oues. Cū autem dixisset quæ diligant isti pastores, dixit, & quæ negligant. Vitia.n.ouium late patent, sanę atque crassæ perpaucæ sunt, ideſt, solidæ in cibo veritatis vtentes pascuis bene de munere Dei. Sed mali illi pastores nō parcunt talibus, parum est ꝙ illas languentes & infirmas & errantes & perditas non curant, sed istas fortes & pingues necant, quantum in ipsis est. Illę viuent de misericordia Dei, tñ quantum ad pastores malos attinet occidunt male viuendo, malum exemplum præbendo. An frustra dictum est seruo Dei eminenti in membris summi pastoris, Circa omnes teipsum bonorum operum præbe exemplū, & forma esto fidelibus? Attendit.n. ouis etiam fortis plerunq; prępositum suum male viuentem, si declinet oculos à regulis domini, & intendens in hominem, incipit dicere in corde suo. Si prępositus meus sic viuit, ego quid sum qui non faciam ꝙ ille facit? Si fortem ergo occidit ouem, iam de cœteris quid faciet, qui illud ꝙ non ipse fortificauerat, sed forte aut robustum inuenerat, male viuendo interfecit? Dico charitati vestræ, iterum dico, & si viuunt oues, & fortes sunt oues in verbo dñi, & tenent istud ꝙ audierūt à dño suo: Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite: tñ qui in conspectu domini * male viuit, quantum in illo est, eum à quo attenditur occidit. Non sibi ergo blandiatur, quia ille nō est mortuus: & ille viuit, & iste homicida est. Quomodo cū lasciuus homo intendit in mulierem ad concupiscendum eam, ecce illa casta est, & mœchus est iste. Domini enim vera & aperta est sententia. Quisquis viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Non peruenit ad illius cubiculum, & in interiore iam suo cubili volutatur. Sic omnis qui male viuit in conspectu eorum quibus prępositus est, quantum in ipso est, occidit & fortes oues. Qui ergo imitatur prępositum malum, moritur: qui non imitatur, viuit: tñ quantum ad illos pertinet, ambos occidit. Et quod crassum est, inquit, interficitis, & oues meas non pascitis. Iam audistis quid diligant, audite quid negligant. Quod infirmum est, non confortastis: & quod contribulatum est, ideſt, confractum, nō colligastis: & quod errabat, non reuocastis: & quod perijt, non inquisistis: & quod forte fuit, confeciſtis, ideſt, interfeciſtis & occidiſtis. Infirmum quippe animum gerit ouis, qñ tentationes sibi profuturas non credit. Pastor negligens, qñ sic credit talis infirmus, non illi dicit. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & prępara animam tuam ad tentationem. Qui.n. hoc loquitur, confortat infirmum, & ex infirmo facit firmum, vt non ille cū crediderit, prospera huius seculi speret. Si autem doctus fuit sperare prospera seculi, ipsa prosperitate corrumpitur. Superueniētibus autem aduersitatibus sauciatur, aut fortasis extinguitur. Non ergo eum ædificat super petram qui sic ædificat, sed super arenam. Petra autem Christus est. Christi autem pasiones imitandæ sunt, non à Christiano delitiæ conquirendæ. Confortatur infirmus cum ei dicitur. Spera quidem tentationes huius seculi, sed ab omnibus eruet te dñs, si ab illo non recedet retro cor tuum. Nam ad cōfortandum cor tuum, venit ille pati, venit ille mori, venit ille sputis liniri, venit spinis coronari, venit opprobria audire, venit postremo ligno configi: omnia hæc ille pro te, tu nihil pro illo sed pro te. Quales autem sunt qui timent eos lędere quibus loquuntur, nō solum non prępparant ad imminentes tentationes, sed ēt promittunt fœlicitatem huius seculi, quam Deus ipsi seculo non promisit. Ille prædicit labores vsq; in finem, venturos ipsi seculo, & tu vis ab istis laboribus exceptum esse Christianum, quia Christianus est? aliquid plus passurus est in seculo. Etenim ait Apostolus, Omnes qui pie volūt in Christo viuere, persecutionem patientur. (Iam si tibi placet pastor tua quærens non quæ Iesu Christi, ille dicit, Omnes qui volūt in Christo pie viuere, persecutionem patientur: (tu dic, Si in Christo pie vixeris, abundabunt tibi omnia bona, & si filios non habes, suscipies, & nutries omnes, & nemo tibi morietur. Hæccine est ædificatio tua? Attende quid facias, vbi ponas, super arenam est ꝙ constituis,

De malis hominibus oues pingues. c. 4.

H

1. Tim. 4

Mat. 23. Alias populi. Mat. 5.

I

Ezec. 34. cap. 5.

K

Eccl. 2.

1. Co. 10.

L

tuis, vēturus est imber, influxurus est fluuius, flaturus est ventus, & impingent in domum istam, & cadet, & fiet ruina eius magna. Leua de arena & pone super petrā, in Christo sit quem vis esse Christianum. Attendat ad passiones Christi indignas, attendat ad illum sine vllo peccato, quæ non rapuit exoluentē attendat scripturam dicentem. Flagellat aūt
M omnem filium quem recipit. Et para te fla-
Heb. 12. gellari, aut certe non quæras recipi. Flagellat autem omnem, inquit, filiū quē recipit. Et tu dicis, forte exceptus eris? Si exceptus a passione flagellorum, exceptus à numero filiorum, itane, inquies, flagellat omnem filium? Prorsus flagellat omnem filium & vnicum. Et vnicus ille de patris substātia natus ęqualis patri in forma Dei, verbum, per ꝙ facta sunt omnia, non habebat vnde flagellaretur, ad hoc carne indutus est vt sine flagello non esset. Qui ergo flagellat vnicum sine peccato, nunquid reliquit adoptiuum non flagellatum cum peccato? In adoptionem vocatos nos esse Apostolus dicit, Adoptionem filiorū accepimus, vt essemus vni cohæredes, essemus etiā hæreditas eius. Postula, inquit, à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Exemplum nobis proposuit in passionibus suis. Sed ne futuris tentationibus deficiat infirmus, nec falsa spe decipiendus sit, nec error frangendus: dic ei, Præpara animā tuā ad tentationem. Sed forte incipit labi, cōtre miscere, nolle accedere: habes aliud, Fidelis Deus qui non vos sinit tentari supra quam ferre potestis. Illud aūt promittere & prædicare futuras passiones, infirmum confirmare est. Timenti autem nimium & ex hoc deterrito cum polliceris misericordiam Dei, non quia tentationes deerunt, sed quia non permittit tentari supra quam potestis ferre,
A fractum colligare est. Sunt enim qui cum audierint venturas tribulationes, armant se magis, & quasi potum suum sitiunt: paruam. n. sibi putant fidelium medicinam, sed quærūt & martyrum gloriam. Sunt alij qui auditis futuris & necessario venientibus tentationibus quas proprie oportet venire Christiano quas nemo sentit, nisi qui voluerit esse vere Christianus: imminentibus ergo sibi aliquib. fra[illegible]guntur & claudicant. Affer consolationi alligamentum, alliga ꝙ fractum est, dic, timeas, non deerit in tentationibus ille in quem credidisti, fidelis Deus, qui non sinit te tentari supra quam potes ferre. Non hoc *Ibidem.* a me audis, Apostolus dicit, qui etiam dicit, *2. Co. 13.* an vultis experimentum eius accipere qui in *Psal. 79.* me loquitur Christus? Hoc ergo cum audis ab ipso Christo, audis & ab illo pastore qui pascit Israel. Illi. n. dictum est, Potabis eos in lachrymis, in mensura. Quod enim ait Apostolus: Non sinit tentari vos supra quam potestis ferre, hoc ait Propheta, in mensura. Tā tum tu noli dimittere corripientem & hortantem, terrentē & consolantem, percutientem & sanātem. Quod infirmum est, inquit, non confortastis: pastoribus malis dicit, pastoribus falsis, pastoribus sua quærentib. non quæ Iesu Christi, ex commodo lactis & lanę gaudentibus, oues omnino non curantibus, & quod male habuit, non corroborantibus. Infirmum, idest, non firmum. Nam dicuntur infirmi etiam ægrotantes: sed inter infirmum & ægrotum, i. male habentem, hoc mihi videtur interesse. Etenim ista fratres quæ distinguere vtcunq; conamur, forte & nos possumus maiore diligētia melius distinguere, & alius peritior vel lumine cordis plenior: interim ne fraudemini, quantum ad verba attinet scripturæ, ꝙ sentio loquor. Infirmo ne accidat tentatio & eum frangat, timendum est: languens autem iam cupiditate aliqua ęgrotat, cupiditate aliqua impeditur ab intranda uia Dei, a subeundo iugo Christi. Attendite illos homines uolentes bene viuere, iā statuētes bene uiuere, & minus idoneos mala pati sicut parati sunt bona facere. Pertinet autem ad Christianam firmitatem, non solū operari quæ bona sunt, sed & tolerare quæ mala sunt. Qui ergo uidentur feruere in operibus bonis, sed imminentes passiones tolerare nolle, aut non posse infirmi sunt. Qui uero aliqua cupiditate mala amatores mūdi ab ipsis bonis operibus reuocantur languidi & ægroti iacent, quippe in ipso languore tanquā fine vllis uiribus nihil boni possunt operari. Talis in anima paralyticus ille fuit, quē C cum ad dōm inferre non possent, qui eum portabant, tectum aperiunt & deposuerunt, idest tanquā si in anima hoc velis facere, ut tectum aperias, & deponas ad dōm animam paralyticam dissolutam omnibus membris, & uacātem ab omni opere bono, grauatam utiq; peccatis suis, & languētem morbo cupiditatis

piditatis suæ. Si ergo dissoluta sunt membra omnia, & est paralysis interior vt peruenias ad medicum. Forte.n.latet medicus & intus est, ideo est, verus intellectus in scripturis occultus est, exponendo ꝙ occultum est, aperi tectum & depone paralyticum. Quod qui non faciunt, & qui facere negligunt, audistis quæ audiant, Quod male habuit, non corroborastis, & ꝙ contribulatum est, non colligastis. Iam hinc diximus: Fractus.n. erat terrore tentationis. Accidit aliquid vnde ꝙ fractū est, colligetur cōsolatione illa, Fidelis Deus qui non vos finit tentari supra quam potestis ferre, sed faciet cum tentatione ēt exitum vt possitis sustinere. Et ꝙ errabat, non reuocastis: Ecce vnde inter hæreticos periclitamur. Et ꝙ errabat, non reuocastis, & ꝙ perijt, nō inquisijstis. Hic inter manus latronum, & dētes luporum furentium vtcunq; versamur. Et pro his periculis nostris vt oretis oramus. Et contumaces sunt oues quia quæruntur errantes, & alienas sese à nobis dicunt. Quid vos vultis? Quid nos quæritis? quasi non ipsa causa sit vt quærere eas velimus. Et quare q̄rimus? Quia errant & pereunt. Si in errore, inquit sum, si in interitu, quid me vis? quid me quæris? Quia in errore es, reuocare volo quia peristi, inuenire volo. Sic volo errare, sic volo perire. Sic vis errare, sic vis perire? quanto melius ego nolo? Prorsus audeo dicere, Importunus sum. Audio enim dicentē Apostolum, Prædica verbum, insta opportune importune. Quibus opportune: quibus importune? Opportune vtique volentibus, importune nolentibus. Prorsus importunus audeo dicere, tu vis errare, tu vis perire? ego nolo. Non vult postremo ille qui me terret. Si voluero, vide quid dicat, vide quid increpet: Quod errabat, non reuocastis, & quod periit, non inquisistis. Te magis timebo quā ipsum? Oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi. Non te timeo, non enim potes euertere tribunal Christi, & constituere tribunal Donati, reuocabo errantem, requiram perditum, velis nolis id agam. Et si me lanient inquirentem vepres syluarum, per omnia angusta me coarctabo, omnes sepes excutiam, quantum mihi virium dominus terrens donat, omnia peragrabo, reuocabo errantem, requiram pereuntem. Si me pati non vis, noli errare, noli perire. Parum est quod doleo te errantem atque pereuntem, timeo ne negligens te, etiam quod forte est occidam. Vide enim ꝙ sequitur, Et ꝙ forte fuit, confecistis. Si neglexero errantem atq; pereuntem, & eū qui fortis est delectabit errare atque perire, cupio lucra exteriora, sed timeo plus damna interiora. Si indifferentem habuero errorem tuum, attendit qui fortis est, putat nihil esse, ire in hæresim, quando aliquod commodum de seculo reluxerit vnde mutetur. Statim mihi dicit fortis ille periturus, cum te perditūnon requiro: & hac & hac Deus est. Quid interest, homines inter se litigantes hoc fecerunt, vbicunque colendus est Deus. Si forte illi dixerit aliquis Donatista, Non tibi do filiam meam nisi fueris de parte mea: Ille opus est vt attendat & dicat, Si nihil mali esset esse de parte eorū, non contra illos dicerēt tanta pastores nostri, nō pro illorum errore satagerent. Si ergo cessemus & taceamus contraria locuturus est, vtique si malum esset esse in parte Donati, loquerentur contra, redarguerent eos, satagerent lucrari illos: si errant, reuocarent illos: (si pereunt, quærerent illos.) Non frustra ergo cum iam dixisset superius, Quod crassum est, interfeciſtis: (hic iterum in nouissimo posuit, & quod forte fuit confregistis:) Ipsa est enim repetita sententia, nisi quia ex his quæ supra dixit nata est. Quod errabat, non reuocastis: & quod perijt, non requisistis: & hoc faciendo, quod forte est interfeciſtis. Proinde audi quid sequitur de ista negligentia malorum, imo falsorum pastorum: Et dispersæ sunt oues meæ, eo quod non sit pastor, & factæ sunt in comesturam omnibus bestijs agri. Furantur lupi insidiantes, rapiunt leones fremētes, cum oues non hærent pastori. Nam præsens est pastor, sed male agentibus non est pastor: & inhærent pastoribus, seipsos, non oues pascentibus, & letalis error consequitur. Eunt in bestias deprędantes se, & de illarum morte se satiari cupientes. Tales enim sunt omnes, qui gaudent de erroribus alienis, bestiæ sunt pastæ morsibus dispersarum. Et dispersæ sunt, & errauerunt oues meæ in omnem montem, & in omnem collem altum. Bestiæ a mon[illegible]bus & collibus, tumor terrenus, & superbia seculi. Extulit se superbia Donati, fecit sibi [illegible]rtem subsequens Parmenianus illius consi[illegible] mauit

Ezec. 34.

1. Co. 10.
Ezec. 34.

Quod sit importune errans ouis reuocanda à pastore bono ne intereat.
2. Ti. 4.
Ezec. 34.
2. Cor. 5.
Cap. 7.

Ezec. 38.

Ibidem.

Ibidem.

1. Cor. 1.

Psal. 82.
Psal. 120.

Apo. 22.

mauit errorem, Ille mons est, ille collis est. Sic omnis cuiusliber author erroris terrena elatione intumescens, promittit ouibus requiem, bona pascua, & aliquando inueniunt ibi oues pascua de pluuia Dei, nō de duritia mōtis: Habent.n. & ipsi scripturas, habent sacramenta: Non sunt ista montium, sed cum inueniuntur in montibus, male remanetur in montibus. Errando enim in montibus & in G collibus deserendo gregem, deserunt vnitatē deserit vnitas cohortes aduersus leones & lupos. Inde ergo reuocet Deus ipse: reuocet, modo, audietis ipsum reuocantem, Errauerunt, inquit, oues meę in omnē montem, & in omnem collem altum: hoc est, in omnem tumorem terrenę superbię. Sunt enim & mōtes boni, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Et vide quia non tibi in montibus spes est: Auxilium, inquit, meum a domino, qui fecit cęlum & terram. Noli putare iniuriam facere te montibus sanctis, quando dixeris, Auxilium meum non a montibus, sed a domino qui fecit cęlum & terram. Ipsi montes hoc tibi clamant. Mons erat qui clamabat: Audio in vobis schismata fieri, vt Vnusquisque vestrum dicat, Ego sum *Ibidem.* *1. Cor. 1.* Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, ego autem Christi. Leua oculos in istum montem, audi quid dicat, & ne in ipso remaneas. Audi etiā quid sequatur: Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? Ergo posteaquam leuaueris oculos tuos in montes, vnde veniet auxilium tibi, ideſt, in authores scripturarum diuinarum, attende omnibus medullis suis, omnibus ossibus clamantem, Domine quis similis tibi? vt securus sine vlla iniuria montium dicas: Auxilium meum à domino qui fecit cęlum & terram. Non solum tunc tibi non succēsebunt montes, sed tunc amabunt, tunc magis fauebunt: si in ipsis spem tuam posueris, contristabuntur. Angelus multa diuina & mi H ra ostendens homini, ab homine adorabatur, tanquam leuante oculos in montem, ait ille sed reuocans ad dominum, Noli, inquit, facere, illum adora: nam ego conseruus tuus sum, & fratrum tuorum. In omnem montem & in omnem collem, & in omnem faciem terrę dispersæ sunt, & in omnem faciem ter *Apo. 22.* ræ lucent. Quid est, in omnem faciem terrę dispersæ sunt? Omnia terrena sectantes, ea quæ faciem terræ lucent, ipsa amant, ipsa diligunt. Nolunt mori, vt abscondatur vita ipsorum in Christo super omnem faciem terræ *Col. 3.* & dilectionem terrenorum. Et quia errantes oues sunt super omnem faciem terræ non omnes hæretici per totam faciem terrę, sed tamen hęretici per totam faciem terræ, alij hic, alij ibi, nusquam tamen desunt, ipsi se nō nouerunt. Alia secta in Aphrica, alia hęresis in Oriente, alia in Aegypto, alia in Me- I sopotamia. Verbi gratia Diuersis locis sunt diuersę, sed vna mater superbia omnes genuit, sicut vna mater nostra catholica omnes Christianos fideles toto orre diffusos. Non ergo mirum si superbia parit dissensionem, charitas vnionem: tamen ipsa catholica mater & ipse pastor in ea vbique quærit errantes, confortat infirmos, curat languidos, alligat confractos alios ab istis alios ab illis non se inuicem scientibus. Sed tamen illa omnes nouit, quia cum omn.b. fusa est. Verbi gratia: Est in Africa pars Donati, Eunomiani sunt in Africa, sed cum parte Donati est hic catholica. Sunt in Oriente Eunomiani, ibi autem nō est pars Donati, sed cum Eunomianis ibi est catholica. Illa sic est tanquam vitis crescendo vbique diffusa, illi sunt tanquam sarmenta inutilia agricolę falce precisa, merito sterilitatis suæ, vt vitis putaretur, non vt amputaretur. Sarmenta ergo illa vbi prętiosa sunt ibi remanserunt. Vitis autem crescens per omnia, sarmenta sua nouit quę in illa manserunt, & iuxta sunt, quæ de illa precisa sunt. Inde tamen reuocat errantes, quia & de ramis fractis dicit Apostolus, Potens est enim Deus iterum inserere illos, siue dicas oues errantes a grege, siue dicas ligna precisa de vitę. Nec ad reuocandas oues, nec rursus ad *Rom. 11.* inserenda ligna minus idoneus est Deus, quia ille summus pastor, ille verus agricola. Et in omnem faciem terrę dispersæ sunt, & non fuit qui reuocaret, sed in malis K illis pastorib. non fuit homo qui requireret. Propterea pastores audite uerbum domini, Viuo ego dicit dominus Deus. Videte vnde cœpit. Tanquam iuratio est Dei testificatio vitę: Viuo ego dicit dominus, mortui sunt pastores, sed securę oues: Viuit dominus. Viuo dicit dominus Deus. Qui autem pastores mortui sunt? Sua quęrentes, non quę Iesu Christi. Erunt ergo & inuenientur pastores, non quę sua sunt quę-

rentes,

rentes, sed quæ Iesu Christi? erunt planè, &
Phil.2. inuenientur planè, nec desunt nec deerunt.
Cap. 9. Videamus ergo quid dicat dominus, qui se dicit viuere, vtrum dicat ablaturum se oues à pastoribus malis, pascentibus se ipsos, non oues, & daturum se eas pastoribus bonis, pascentibus oues non se. Viuo ego dicit dominus Deus, quia pro eo quod factæ sunt oues meę in comesturam omnibus bestijs campi, eo quod nō esset pastor. Rursus pastorem dicit, & paulo ante, & nunc non ait ex eo quod
L non sint pastores. Ouibus enim talibus male
Ezec.34. errantibus male pereuntibus non est pastor, & si præsens est pastor: quia & cum prę sens est lux, non est cęcis? lux. Et non quæsierunt pastores oues meas, & pauerunt pastores se ipsos, oues autem meas non pauerunt. Propter istud pastores audite verbū domini. Sed qui pastores audite? dicit dominus Deus: Ecce ego super pastores, & requirā oues meas de manibus eorū. Audite & discite oues Dei: à malis pastoribus requirit Deus oues suas, & & de manibus eorum inquiret mortem earū. Dicit enim alio loco per eundem Prophetā, Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel, & audies ex ore meo sermonē, & præmonstrabis eis ex me. In eo cum dixero peccatori, Morte morieris, & non fueris locutus
Ezec.3. vt impio caueat a via sua, ille facinorosus in suo facinore morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Tu autem si prænunciaueris facinoroso viam eius vt auertatur ab ea, & non fuerit auersus a via sua, ille in facinore suo morietur, & tu animam tuam liberabis. Quid est fratres? Videtis quam sit tacere periculosum: moritur ille, & recte moritur, in impietate sua & in peccato suo moritur: Negligentia enim eius occidit eum. Nam pastorem inueniet viuentem qui ait, Viuo ego dicit dominus Deus: sed cū fuerit negligens, non admonente illo qui ad
M hoc est præpositus & speculator vt admo-
De ratione reddē da pro ouibus. neat, & ille iuste morietur, & ille iuste damnabitur. Si autē dixeris, inquit, impio, morte morieris: cui ego fuero gladium cōminatus,
Ezec.24. Cap. 10. & ille neglexerit vitare imminentē gladiū, & venerit gladius & interfecerit eū, ille in peccato suo morietur, tu autem animam tuam liberasti: propter hoc ad nos quidem pertinet non tacere: ad vos autem & si taceamus de scripturis sanctis verba pastoris audire. Videamus ergo, quia sic proposueram, vtrū auferat oues a pastoribus malis, & det eas pastoribus bonis. Videō eū auferentē oues pastoribus malis: Hoc.n. dicit dominus, Ecce ego ipse super pastores, & inquirā oues meas de manibus eorum, & auertam ab eis vt non pascant oues meas, ne pascant amplius pa- A
stores semetipsos, Cum enim dico, pascant
Mat.15. oues meas, illi se pascunt nō oues meas. Auertam vt nō pascāt oues meas. Quomodo auertit vt non pascant oues ipsius? Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite: tanquā diceret, mea dicunt, sua faciūt. Si diceret, Facite secuti quod faciunt, ipsos damnabo male viuentes, vobis autem parcam qui secuti estis propositos vestros. Si hoc diceret, dederat malis pastoribus pascendas oues pascenti bus non oues sed se. Sed quoniam terret non solum cęcum ducentem & cęcum sequentē: Neque enim ait, Cadit in foueam ducens, &
Mat.23. Prou.6. non cadit sequens: sed, Cęcus cęcum ducēs, ambo in foueam cadunt, admonuit oues, & ait, Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Cum enim nō facitis quę faciūt pastores, non ipsi pascunt: cum facitis autem quæ dicunt, ego vos pasco: Mea enim dicūt, & non faciunt. Securi inquiunt, sequimur episcopos nostros. Dicunt hoc sæpe hęretici, quando veritate manifestissima conuincuntur. Nonne oues sumus? illi de nobis reddent rationem. Reddent planè malam de morte vestra. De morte ouis malignę reddet malus pastor malam rationem. Nunquid ideo viuit ouis quia designatur pellis ipsius? Increpatur pastor, quia neglexit ouem errantem, & propterea in fauces lupi irruit vt deuoraretur. Quid illi prodest, quia affert pellem signatā? Pater familias vitam ouis inquirit. Sed ecce malus pastor attulit pellem, reddat de
B pelle rationem. Forte mentiturus est. Videat de super qui postea iudicat: Cui verba ille ficta numerat, cogitationes inspicit. Reddat pastor malus rationem de pelle ouis mortuę. Clamaui ei verba tua, & sequi noluit, dedi operam vt a grege non aberraret, & non obtemperauit. Plane si hoc dicat, & verum dicit: nouit autem ille vtrum verum dicat, reddit bonam rationem de oue mala. Si autem inspicit Deus quia neglexerit errantem, quia non quęsiuit pereuntem, quid prodest quod inuenit pellem quam referret? Ipse non reuo-

reuocaret ne pellem mortuæ demonstraret. Si ergo nō bonam rationem reddit, quia nō quæsiuit errantem qualē reddet qui fecit errantem? Hoc est quod dico: Si in catholica constitutus episcopus non bonam rationem reddit de oue, si nō quærierit errantē de grege Dei: qualem rationem redditurus est hæreticus, qui nō solū nō reuocauit ab errore, C sed etiam impulit in errorem? Sed videamus Mat. 23. vt dixi, qūo reuocet Deus oues a pastoribus malis: Iam cōmemorauī: Quę dicunt, facite, quæ aūt faciunt, facere nolite. Et non vos ipsi pascunt, sed Deus, quia velint nolint pastores vt perueniant ad lac & lanam: verba Dei dicturi sunt. Qui prædicas non furandum, Rom. 2. furaris: Dicit Apostolus ad eos qui bona dicunt, & mala faciunt. Tu audi prædicantem: ne fureris, noli imitari furātem. Si furantem imitari volueris, ipse te pascet facto suo, tibi Matt. 7. venenum subministrat, non cibum. Si vero hoc ab illo audis quod non dicit de suo, sed de Deo, non pōt quidem vua de spinis legi: Nam & ipsius dñi sententia est: Nemo colligit de spinis vuam, & de tribulis ficus. Nec ideo tū quasi calumnieris dño tuo & dicas. Domine noluisti me, quia fieri non potest, de spinis legere vuam. Et rursus dixisti mihi de quibusdam: Quæ dicunt, facite: quæ autē faciunt, facere nolite. Nempe mala facientes vtiq; spinæ sunt. Quomodo vis de spinis me colligere vuam verbi? Respondebit, Non est illa vua spinarum, sed aliquando increscens sarmentum implicat se in sepem, & pendet vua inter densa spinarum, sed non surgit de radice spinarum. Tu si esurieris, & aliud non habes vnde sumas, caute manum mitte ne lacereris a spinis, ideſt, ne facta imiteris malorum, & lege vuam inter spinas pendentem, sed de vite nascentem. Ad te perueniet botri alimentum, spinis seruatur ignis tormentū. Extraham, inquit, oues meas de ore eorum D & de manibus eorum, & non erunt eis adhuc in cibum. Hoc & in psalmo dicitur, Nō ne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant populū meum vt cibū panis? Et non erunt eis adhuc in cibum: quoniam hæc dicit dñs Deus, Ecce ego ipse abstuli a malis pastoribus oues monendo, vt di xi, quod faciunt, faciant: ideſt, ne quod fa ciant mali pastores, faciant incaute negligētes oues. Et quid ait? Cui dat quod illis abstulit? Forte bonis pastoribus. Non hoc sequitur. Et quid dicemus fratres, nonne sunt pastores boni? Nonne alio loco scripturarum dicitur, Et constituam eis pastores secundū cor meum & pascent eas scientia & disciplina? Quomodo ergo oues quas malis pastoribus tollit, non dat bonis, sed tanquam omnino nusquam remanserint boni: dicit. Ego pascā? Petro dixerat, Pasce oues meas. Quid ergo facimus? Cum Petro commendantur oues non ibi dixit dñs, Ego pascam oues meas, non tu: sed Petre, amas me, pasce oues meas. An forte quia modo non inuenitur Petrus, iā enim assumptus est in requiem Apostolorum & martyrum, Non est cui dicat se E curus dñs ouium, Pasce oues meas: & quodammodo quasi necessitate descendit ad officium pascendi oues suas, non habens quibus commendet, nec tamen deserens, Hoc enim videtur sequi. Hæc dicit dñs Deus. Ecce ego ipse. Videamus. Qui pascis Israel, intende, qui deducis tanquam oues Ioseph populum in Aegypto constitutum. Iam diffusus in gentibus Israel, ipse est Ioseph. Nostis enim qtia migrauit Ioseph in Aegyptum: vēdentibus fratribus factum est. Vendiderunt Christum Iudei sine causa, & inter Apostolos ipse Iudas venditor fuit. Cępit esse Christus in gentibus, ibi honoratus est, ibi creuit populus eius, non eum deseruit pastor eius. Excita, inquit, potentiam tuam & veni, vt saluos facias nos. Plane facit & faciet. Ait. n. Ecce ego ipse, & inquiram oues meas, & visitabo eas sicut visitat pastor gregem suum. Non curauerunt mali pastores: nō enim suo sanguine redemerunt. Sicut visitat, inquit, pastor gregem suum in die. In qua enim die? Cum fuerit nimbus & nubes, ideſt, in pluuia & nebula. Pluuia & nebula error seculi huius, caligo magna surgens de cupiditatibus hōminum, & nebula valida contegens terram: & difficile est, vt non errent oues in ista nebula, sed pastor non deserit eas, inquirit eas, penetrat nebulam oculis acutissimis, nō impeditur caligine nubium, videt vndique, errantem reuocat, tantum vt fiat quod dicit in Euangelio: Quæ sunt oues meæ, audiunt vocem meam, & sequuntur me. In medio ouium dispersarum, sic inquirā oues meas, & educam eas ab omni loco quo dispersæ sunt. Illic in die nubis & nimbi, quando difficile

mōsibus. Cap. 11. Hier. 3. Ioan. 21. Eccl. 34. Psal. 79.

Ioan. 10. Ibidem.

De sedulitate pastoris vere Christi, in omnium suarūcuſtodiaeat pascentis irriguis

ficile est eas inueniri, tunc ego inueniam. Crassa nebula est, pinguis nimbus est, oculos enim eius nihil latet. Et educam eas de gentibus & colligam eas de regionibus, & inducam eas in terram earũ, & pascã eas super montes Israel. Constituit montes Israel, authores scripturarum diuinarũ: ibi pascit, vt secure pascaris: quicquid inde audiretis, G hoc vobis bene sapiat: quicquid extra est, respuite, ne erretis in nebula. Audite vocem pastoris: Colligite vos ad montes scripturæ sanctæ, ibi sunt delitiæ cordis vestri, ibi nihil venenosum, nihil alienum, vberrima pascua sunt, vos tantũ sane venite sane pascimini, In montibus Israel & in riuis & in omni habita
Psal. 18. tione terræ. A montibus. n. quos ostendimus manauerunt riui prædicationis euangelicæ, cum in omnem terram exiuit sonus eorum. Et facta est omnis habitatio terræ ad pascendas oues læta atque fęcunda. In pascuis bonis pascam eas, & in montibus altis Israel, & erunt stabula earum illic, hoc est, vbi requiescant, vbi dicant: Bene est, verum est, manifestum est, non fallimur. In gloria Dei requiescent tanquam in stabulis illis & dormient, hoc est, requiescent in delitijs bonis, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel: iam dixi, montes Israel, montes bonos, quo leuemus oculos, vt inde nobis veniat auxilium nostrum a dño qui fecit cęlũ & terram. Ideo ne vel in montib. bonis esset spes nostra, cum dixisset, Pascam oues meas super montes Israel, rursus ne tu spem pone
Ps. 141. res in montibus, subiecit statim. Ego pascam oues meas. Leua tu oculos tuos in montes, vnde veniet auxilium tibi: sed attende dicen tẽ: Ego pascam. Auxilium. n. tuum a dño qui fecit cęlum & terram. Et ego requiescere fa-
Ezec. 94. ciam eas, dicit dñs Deus. Sed vt requiescere faciat, quid primo curauit? Quod. n. primo curauit, posterius dicit. Hæc dicit dñs Deus:
H Quod perijt, requiram & errauit, reuocabo: & & cõminutum est, colligabo: & & exanime est, confortabo: & & pingue est & forte custodiam. Quod non faciebant mali pastores, seipsos pascentes, non oues. Nõ ait dñs, constituam alios bonos pastores qui faciãt hæc, sed, ego, inquit, pascam oues meas, nulli cõmittam. Securi vos fratres, securæ vos oues, nobis uidetur timendum, quam desit pastor bonus. Et addit sic, Et pascam eas cũ iudicio. Vide, quia sic solus pascit cum iudicio pascens. Quis. n. homo iudicat de homine? Temerarijs iudicijs plena sũt omnia. De quo desperauimus, subito conuertitur & fit optimus: de quo multum pręsumpsimus, subito deficit & fit pessimus. Nec timor noster certus est, nec amor noster certus est. Quid sit hodie quisq; homo, uix nouit ipse homo, I tñ utcunque ipse quid hodie, quid aũt cras, nec ipse, Pascit ergo ille cũ iudicio, dispertiens propria proprijs: hæc istis, illa illis, debita eis quibus debetur hoc aut illud. Nouit *Hier. 17.* enim quid agat, cum iudicio pascit, quos iudicatus redemit. Pascet ergo ipse cum iudicio. In propheta. n. Hieremia clamauit quidam, Perdix congregauit quæ non peperit, faciens diuitias suas nõ cum iudicio, Cõtra istum perdicem facientem diuitias suas non cum iudicio, pascit iste pastor cum iudicio. Quare ille sine iudicio? Quia congregauit, quæ non peperit. Quare iste cum iudicio? Quia fouet & peperit: De pastore tñ bono loquitur. Pastores boni aut non sunt, aut latent. Si non sunt, quid agimus? Si latent, quare de eis tacetur? Perdix quidem ille a quibus dam maioribus, & ante nos scripturas tractatoribus diabolus intellectus est, congregans quæ non peperit. Non. n. ille creator, sed deceptor est, faciens diuitias suas non cum iudicio. Non. n. ad eum pertinet, quis isto aut illo modo erret: omnes errantes vult quibus libet erroribus. Quam diuersæ sunt hæreses, quam diuersi errores, ille in omnibus vult errare homines. Non dicit diabolus, Donatistæ sint, & nõ Arriani: siue illi sint, siue isti, ad eum pertinent congregantẽ sine iudicio, Idola, inquit, adoret, meus est: in Iudęorum superstitione remaneat, meus est: deserta unitate in illam uel in illã hæresim pergat, meus est. Congregat ergo sine iudicio faciens diuitias suas. Sed quid sequitur? In dimidio K
dierũ eius derelinquet eas, * & in nouissimis suis erit insipiens? Venit ille congregans vndiq; oues suas in dimidio dierũ eius, priusquã sperabat, antequã putabat, derelinquet eas, * & erit insipiẽs in nouissimis eius. Quare in primis suis sapiẽs erat, vt in nouissimis suis sit insipiens? Audite fratres, Dicitur aliquando in scripturis sapientia pro stultitia abusione verbi, non proprietate. Vnde etiam *1. Cor. 1.* dicitur, Vbi sapiens, ubi scriba, ubi conquisitor

Alias derelinquit eũ & fit deinceps. Ibidem. Affutia.

Ezã. 33. 1. Cor. 1.

Gen. 3.

Ioan. 10. Quod veri pastores sint q in uno christo pastores existunt & nõ p-

quisitor huius seculi? Nonne stultam fecit
Esa. 33. Deus sapientiam huius mundi? Et iste perdix
1. Cor. 1. idem draco, idem serpens tanquam sapiens
erat, quando Adã per Heuam decepit: verũ
dicere putatus est, bonum consilium dare exi
stimatus est: contra Deum creditus est. Quod
vero dicitur sapiẽtia abusione uerbi & in ma
lo, consuetudine quidẽ scripturarum nostra-
rum, nam quemadmodum loquantur autho-
res mundi, quid ad nos? Habes in eodem li-
bro, Erat ibi serpens sapientior omnibus be-
stijs. Iste sapientior omnibus bestijs, astutus
Gen. 3. & acutus ad decipiendum agnoscitur, post-
ea nõ ei creditur. Et dicitur ei. Renunciamus
tibi, sufficiat quod incautos primò decepi-
sti. Ergo ita erit in nouissimis suis insipiens:
apertæ erunt fraudes eius, & ideo iam frau-
B des nõ erunt. In nouissimis erit insipiens, qui
congregauit quæ non perperit, & fecit diui-
tias suas non cum iudicio. Pascit contra illũ
redemptor noster cum iudicio. Existat & ali-
quis hæreticus, & si non frater diaboli, certe
adiutor & filius, & ipsum dixerim perdicem
contentiosum animal. Hoc enim animal, ut
aucupes norunt, etiam contendẽdi studio ca
pitur. Contendunt isti contra ueritatem, &
& contenderunt ex quo se diuiserunt, Modo
dicunt, contendere nolumus, quia iam capti
sunt. Nõ habet quod dicat, Nolo contendere
O capte, aliquando tu eras qui primis tem-
poribus seditionis tuæ traditores arguebas,
innocẽtes damnabas, iudicium Imperatoris
quærebas, iudicio episcoporũ non consentie
bas, victus toties appellabas, apud ipsum Im-
peratorem studiosissime litigabas, congrega-
bas, quę non peperisti, ubi est nunc ceruix
tua, ubi lingua tua, ubi sibilus tuus? Certe in
in nouissimis tuis factus es insipiens, pauisti
sine iudicio. Non enim uerum uis, uel de er-
C rore tuo, uel de ueritate iudicare, pascit con
tra te Christus nõ iudicio, discernit oues suas
ab ouibus non suis. Quæ sunt oues meæ, in-
Ioan. 10. quit, audiunt uocem meam & sequuntur me.
Quod ve Hic inuenio omnes pastores bonos in uno
ri pasto- pastore, Nõ. n. vere boni desunt, sed in uno
res sint q̃ sunt. Multi sunt, qui diuisi sunt. Hic unus præ-
in uno dicatur, quia unitas commendatur. Neque. n.
christo uere modo ideo tacentur pastores, & dicitur
pastores pastor, quia nõ inuenit dominus cui commẽ
exissent det oues suas: tunc autem ideo commenda-
& nõ p- ui, quia Petrũ inuenit, immo uero & in ipso
Petro unitatem commendauit. Multi erant
Apostoli, & uni dicitur, Pasce oues meas. Ab
ter Chri sit ut desint modo boni pastores, absit à no-
stum pa- bis ut desint, absit a misericordia ipsius ut nõ
scũt. c. 13 eos gignat atq; constituat. Vtiq; si sunt bonæ
oues, sunt & boni pastores: nã de bonis oui-
bus fiunt boni pastores, Sed omnes boni pa-
stores in in uno sunt, unum sunt. Illi pascunt,
Christus pascit. Non enim uocem suã dicũt D
amici sponsi, sed gaudio gaudent propter uo
cem sponsi. Idem ergo ipse pascit cum ipsi
pascunt: & dicit, Ego pasco: quia in illis uox
ipsius, in illis charitas ipsius. Nam & ipsum
Petrũ cui cõmendauit oues suas, quasi alter
alteri unũ secum facere uolebat, ut sic ei oues Hiere. 9.
cõmendaret, ut esset ille caput, ille figuram
corporis portaret, ideſt, ecclesiæ, & tanquam
sponsus & sponsa essent duo in carne una.
Proinde, ut oues commendaret, quid illi
prius dicit, ne illi tãq̃ alteri cõmẽdaret? Petre
amas me? Et rñdit, Amo. Et iterum, Amas me?
Et respondit, Amo. Et tertio, Amas me? Et re-
spõdit, Amo. Confirmat Trinitatẽ, ut consoli
det unitatem. Ipse ergo pascit unus in is, & hi
in uno, & tacetur de pastoribus: sed nõ tace-
tur, Gloriantur pastores, sed qui gloriatur, in
domino glorietur. Hoc est Christum pascere
hoc est Christo pascere, in Christo pascere, Ioan. 10.
pter Christum sibi non pascere. Neq;. n. uere
inopia pastorum tanquam ista futura mala tẽ
pora Propheta prediceret, dixit, Ego pascam
oues meas, non habeo cui cõmendẽ. Etiã cũ
ipse Petrus erat & cum adhuc ipsi Apostoli
erant in carne & in hac uita, tunc ait ille unus
in quo oẽs unũ, Habeo alias oues quę nõ sũt
de hoc ouili, oportet me & eas adducere, ut
sit unus grex & unus pastor. Sint ergo omnes
in pastore uno, & dicant uocem pastoris
unam, quam audiant oues & sequantur pasto
rem suum, & non illũ, aut illũ, sed unum: & 1. Co. 1.
omnes in illo unam uocẽ dicãt, diuersas uo-
ces non habeant. Obsecro uos fratres, ut id-
ipsum dicatis omnes, & non sint in uobis
schismata. Hanc uocem eliquatam ab omni
schismate, purgatã ab omni hæresi audiant
oues, & sequantur pastotẽ suũ dicentẽ, Quę
sunt oues meæ, uocẽ meã audiũt, & sequũtur
me. Nã uis nosse hæretice quam non habeas E
uocẽ pastoris, & periculose te sequant oues
tectũ indumento ouium, & intus lupum ra-
pacem? audiant uocem tuam. Videamus an
Christi

Christi sit, Ecclesiã quærit infirma ouis a grege aberrans, nesciens vbi sit grex, quærit quo se aggreget, quo intret ædem. Vocem audiamus an Christi sit: audiamus vtrum agni sit, an perdicis. Ouis Dei gregem suum quærit.
C Puta ouem de Oriente venisse in Aphricam, quærit gregem suum, incurrit, in te, incurrit in basilicã tuã, intrare vult, cõmoueris ignota facie, vel tu, vel minister tuus, stans vel sedens ad ostium interrogat ouem quærentem gregem suum, immo gregem Dei cum grege suo intrare vult, vbi eum esse putat, quęris Paganus sit, an Christianus. Respondet, Christianus. Ouis est enim Dei. Quęrisne forte catechumenus sit & irruat sacramentis: Respondet, Fidelis. Quæris cuius communionis sit. Respondet, Catholicus. Christianum fidelẽ catholicũ reprobas, qui sunt intus quos tenes? Ita vero proijce, reproba. A te reprobatus, a Christo probatus. Vtinã & illi qui sunt apud te cognoscant te, & in dimidio dierũ tuorũ derelinquant te. Quidam fratres nostri hesterno die ierunt ad basilicam eorũ, & si ad malos fratres, tamen ad fratres. Attendite fratres mei, quid interfit inter fiduciam veritatis & timorem falsitatis. Quando aliquos eorum in hoc populo agnoscitis, quomodo gaudetis, quia in vobis ille est qui quærit q; perierat? Suggeretur aliqñ vobis. Audiet & discedet. Et vos audiat & discedat. Audiet & irridebit. Audiat & irrideat. Aliquando sapiet, aliquando agnoscet, aliquando relinquitur a populo suo, remanet cum corde suo, renunciat errori suo: gratias agit Deo suo. Illi aũt quid? Quid estis? Christiani sumus. Non, sed exploratores. Et illi, Catholici sumus. Conati sũt iniuriare meliori cõsilio. Pœnitet eos, atq; vtinam sic pœniteat & ibi remanere, quomodo pœnituit eos qui ingressi sunt iniuriare. Tamen quos proiecerunt Christianos, fideles, catholicos, quos tenuerũt, nolo dicere, quos proiecerunt video', quos tenuerunt ipsi dicãt. Dicant ergo vocẽ suã. Videamus an Christi sit vox, an pastoris sit vox, quam sequantur oues: siue per bonum sit vox ista, siue per malum hominem, vtrum pastoris sit vox, attendamus. Quęrit infirmus Ecclesiam, quęrit errans Ecclesiam, tu quid dicis? Partis Donati est ecclesia. Ego vocem pastoris inquiro. Lege hoc mihi de Propheta, lege mihi de Psalmo, recita de lege, recita de Euangelio, recita de Apostolo. Inde ergo recito Ecclesiam toto orbe diffusam & dominum dicentem. Quę sunt oues meę, vocem meam audiunt, & sequuntur me. Quę est vox pastoris? Et prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Ecce vox pastoris, agnosce eam, & sequere si ouis es. Sed illi codices tradiderunt, & illi thus idolis posuerunt, ille & ille. Quid ad me de illo & de illo? Si fecerunt, nõ sunt pastores: tu vocẽ pastoris annuncias. Tu accusas non euangeliũ, tu accusas non propheta, non Apostolus, de
E quo mihi vox ista loquitur, de illo credo, alijs non credo. Sed acta proferes, acta profero, Credamus tuis, crede & tu meis. Nõ credo tuis, noli credere meis. Auferantur chartę humanæ sonent voces diuinę. Ede mihi vnã scripturæ vocem pro parte Donati, audi innumerabiles pro orbe terrarũ. Quis eas numerat? Quis eas terminat? Tamen, vt pauca commemoremus, legem attende, primũ Dei testm̃. In semine tuo benedicentur oẽs gentes. Et in Psalmo, Postula me & dabo tibi gẽtes hęreditatẽ tuã, & possessionẽ tuã terminos terrę. Commemorabuntur & conuertentur ad dñm oẽs fines terræ: & adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentiũ. Quoniam ipsius est regnum, & ipse dominabitur gentiũ. Cantate domino canticum nouum, cantate domino oĩs terra. Et adorabunt cum omnes reges terræ, omnes gẽtes seruient illi. Quis enumerare sufficiat: Propè omnis pagina nihil aliud sonat, quam Christum & ecclesiam toto orbe diffusam. Exeat mihi vna vox pro parte Donati. Quid magnum est quod quæro? Ecclesiam toto orbe diffusam perituram esse dicunt. Peritura, prædicta est tot testimonijs mansura? Nec vna vox ista per legem, per prophetas, per cantica pastoris est. Neque enim illi verum dicere sine verbo Dei potuerũt, quod est Christus, audi vocem verbi, & ex ore verbi: miratus fidem Centurionis, Amen, inquit, dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Propterea dico vobis, quia multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac & Iacob in regno cęlorum. Ab orientę multi & occidente venient: ecce ecclesia Xpi, ecce grex Xpi: tu vide si ouis es. Non te latet grex qui vbiq; est. Non habebis quod respon-

Quod veri pastoris verã vocẽ audiãt oues & sequã tur, & q sit vox ve ra. c. 14. to. 10. Luc. 24. Psal. 24.

Cap. 15.

Can. 1.

Gen. 22. Psal. 2. Psal. 21. Psal. 95. Psal. 71. Matt. 8. Ibidem.

Psal. 2.

Psal. 21

Quod nõ in meridionali tantum Aphrica ecclesia, vt Donatistæ sinistrè scripturas exponendo fingunt, sed in toto mundo impletas aperte quidem catholici, operte autẽ hæretici.

respondeas iudici tuo, quem non vis esse pastorem tuum, non habebis, inquam, quod rũ
Cap. 15. deas iudici tuo, Nescisti, non vidi non audiui. Quid est quod non scisti? Nec est qui se abscondat à calore eius. Qui est quod nõ vidisti? Viderũt omnes fines terrę salutare Dei nostri. Quid est quod nõ audisti? In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ. Sed recte a vobis q̃rit vox Chri vox pastoris, q̃ oues audiant & sequantur. Non inuenitis quid dicatis, vocem pastoris non habetis. Audite & sequimini. Dimittite vocem lupi, sequimini vocem pastoris, aut date vocem pastoris. Damus, inquiunt, Audiamus, Damus, & nos vocem pastoris. Audiamus. In canticis, inquiunt, canticorum loquitur sponsa ad spõsum, ecclesia ad Christum. Nouimus cantica canticorum, sancta cantica, amatoria cantica: sancti amoris, sanG ctæ charitatis, sanctæ dulcedinis. Planè volo inde audire vocem pastoris, vocem dulcissimi spõsi Ecclesiæ. Qui habes? Audiamus. Spõ
Can. 1. sa, inquiunt, dicit ad sponsum, Annuncia mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas? Et ille, inquiunt, respondet, In meridie. Manifesta tibi testimonia proferebam, non erat quemadmodum aliter inter-
Psal. 2. pretareris. Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ.
Psal. 21 Quid est quod mihi de canticis canticorum profers, quod forte non intelligis? Etenim illa cantica canticorum ænigmata sunt, paucis intelligentibus nota sunt, paucis pulsantibus aperiuntur. Tene, & deuote accipe aperta, vt merito tibi pandantur obscura. Quomodo eris penetrator obscurorum, contemptor manifestorum? Ecce tamen, vt possumus, fratres, hęc verba discutiam°, aderit do
H minus, vt videatis ibi sanum intellectum. Primo, quod ab omnibus & imperitis facilime iudicatur, verba ipsa male distinguũt. Nunc audietis, nũc probabitis. Etenim sic se habet textus ipse lectionis. Sponsa loquitur ad spõsum, Annuncia mihi quē dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas? Quod sponsa sponso dicat, quod Ecclesia Christo dicat, nec nos dubitamus nec illi. Sed omnia verba spõsę audi. Qua verbũ quod adhuc sponsę est, vis tribuere iam sponso? Omnia quę dicit sponsa, dicat, tunc respondebit sponsus. Audi euidẽtius hac distinctione q̃ dicturus sum, non inuenies aliqd plus. Annũcia mihi quē dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie? Ipsa adhuc dicit, vbi pascis, vbi cubas in meridie? Et vide quia ipsa adhuc dicit. Sequit̃. n. Ne forte fiam sicut operta sup̃ greges sodalium tuorum. Puto omnes peritos imperitosq; discernere genus masculinum, & fœminum. Operta, quæro cuius generis sit, ab omni homine quęro, masculini est, an fœminini? Annuncia, inquit, mihi quem dilexit anima mea, quem cum dicit, masculum allo quit̃, sponsum, alloquit̃. Quia vero fœmina virũ alloquit̃ cõsequẽtia verba ĩdicãt, Annũcia mihi vbi pascis, vbi cubas in meridie? ne forte fiã sicut operta. Audi tu operta vt fiant tibi hæc aperta. Annũcia mihi quē dilexit aĩa mea, vbi pascis, vbi cubas, in meridie? ne forte fiã sicut operta sup̃ greges sodaliũ tuorũ. Hucusq; verba spõsę. Iã incipiunt verba spõsi de manifesto. Nisi cognoueris temetipsã. Agnosce euidẽter fœminã. Temetipsam o pulI cra inter mulieres. Nisi cognoueris temetipsam. O pulcra inter mulieres, exi tu in vestigiis gregũ, & pasce hædos tuos in tabernaculis pastorũ, nõ in tabernaculo pastoris. Vide qũo comminet̃ sponsus, vide quemadmodũ ĩ periculo, q̃is ille dulcis abstulit de medio blãdimenta. Quam blãde illa, annũcia mihi quē dilexit aĩa mea, vbi pascis, vbi cubas, in meridie? Veniet. n. dies medius qñ ad vmbracula concurrãt pastores, & forte latebit me vbi tu pascis, & vbi cubas in meridie, & volo mihi annuncies ne forte fiam cut operta, i. sicut occulta & non cognita. Ego. n. manifesta sũ, sed ne ficut occulta & ficut celata incidã super greges sodaliũ tuorum. Omnes. n. hęretici a Christo exierũt, oẽs qui facti sunt pastores masi habẽtes greges suos sub nomine Sodales. Christi illius sodales fuerunt, illius conuiuium acceperunt. Sodales enim dicuntur tãquam vnius conuiuii. Latina enim lingua sic K dicti sunt sodales, quasi simul edales, eoq; simul edant. Audi illum in psalmo arguentem sodales malos, ideſt vnius conuiuii. Si Psal. 54. inimicus, inquit, meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique, & si super me magna locutus fuisset, abscondissem me vtiq; ab eo, tu vero vnanimis & notus meus, dux meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos. Ergo

multi ſodales ingrati menſæ dominicæ exie
runt foras, mali ſodales fecerunt ſibi menſas
ſuas, & erexerunt ſibi altaria contra altare, in
eos iſta timet errare. Et ſi putat qa meridies
Aphrica eſt, q̃quam poſſem obtinere magis
mundi meridiem eſſe partes Aegypti, & illas
exuſtas ſole regiones vbi pluuia nõ apparet,
qa ipſe eſt meridies vbi ſeruet medius dies,
ibi aũt eremus plena milib. ſeruorũ Dei. Vñ
ſi ad meridiem locorum velimus aduertere,
quare non ibi paſcat magis ille & ibi requie
K ſcat, qñ ante prędictum eſt, Vbera erunt de-
ſerta eremi? Sed ecce conſentio, Aphrica ſit
Iſaiæ. 5. meridies. Hic ſunt ſodales mali. Eccleſia trã-
marina in aliquo ſuorũ nauigante, in Aphri-
ca ſolicita ne erres, inuocat ſponſum ſuũ, &
dicit ei, Abundare audio hæreticos in Aphri
ca, abundare audio rebaptizatores in Aphri-
ca: eſſe aũt ibi tuos nõ minus audio, & illud,
& hoc audio, ſed qui ſint tui, a te volo audi-
re. Annuncia mihi quem dilexit anima mea,
vbi paſcis, vbi cubas in meridie? Audio duas
partes eſſe, vnam Donati, alteram vniuerſõ
tuo cohęrentem. Tu mihi dic quo eã, ne for
te velut operta, i. ignota fiam ſuper greges ſo
dalium tuorum, & incurram in greges hære
ticorum, conantes ponere lapidem ſuper la
pidem qui deſtruat, ne irruã in rebaptizato-
res, annũcia mihi. Et ille qui commẽdat vni-
tatem paſtoris, qui in hac lectione dixit, ego
paſcam. Paſtores aũt reprobat, qui multi eſſe
voluerũt, vnitatem amiſerũt. Seueriſsime nõ
blande rñdens, ſed pro magnitudine pericu-
li: Niſi cognoueris, inquit, temetipſam o pul
chra inter mulieres. Pulchra es inter mulie
res, ſed agnoſce te. Vbi te agnoſces? In toto
orbe terrarum. Si enim pulchra, vnitas eſt in
te, vbi diuiſio ſęditas eſt, nõ pulchritudo. Ni
ſi cognoueris temetipſam, in me credidiſti,
L agnoſce te in me. Qũo credidiſti? Qũo & illi
mali ſodales conſentiunt, verbum carnem
factum, natum ex virgine, crucifixum, reſur-
rexiſſe, aſcendiſſe in cœlos. Si talem me cre-
didiſti, talem & illi ſonant. Cognoſce & tu
me in cęlo, & in toto orbe terrarum. Vnum-
quemlibet ex Eccleſia tanquam eccleſiam
Chriſtus alloquitur. Nam qũo eccleſia quæ-
rit Eccleſiam? Secundũ ipſos loquor. Annun
cia mihi quem dilexit aĩa mea, vbi paſcis, vbi
cubas? Quid Quęrit? Eccleſiam. Et ille tanquã
oſtẽdẽs Eccleſiam dicit, In meridie, ſicut illi
volunt. Rñdeant mihi, quomodo Eccleſia q̃
rat Eccleſiam: annuncia mihi quem dilexit
aĩa mea. Quæ loquiť? Eccleſia. Quid ſibi vult
annunciari? Vbi paſcis, vbi cubas, i. vbi ſit ec
cleſia. Eccleſia loquiť & interrogat, & rñdet
ille, vt putant, in meridie. Si in ſolo meridie,
eſt vt dicunt, in Aphrica, qũo ipſa interrogat
vbi ipſa ſit? An vero portio Eccleſiæ tranſma
rinę bene interrogat de meridie ne hic erret?
Alloquiť vnumquodq; membrorum eccle-
ſiæ ſuæ Chriſtus tãquam ſuam Eccleſiam, &
dicit, Niſi cognoueris temetipſã ò pulchra
inter mulieres, exi. Exire hæreticorũ eſt. Aut
cognoſce te, aut exi, quia ſi te non cognoue. M
ris, exitura es. Exitura es, quo? In veſtigiis gre
gum, ſequendo malos greges. Ne forte pu-
tes quia oues ſequeris ſi exis, audi quid ſequi
tur, Exitu in veſtigiis gregum, & pãſce hędos
tuos, iam non oues. Noſtis fratres, vbi erunt
hædi. Ad ſiniſtram erunt omnes qui exierũt
ab Eccleſia. Manẽti Petro dicitur, Paſce oues
meas, exeunti hæretico, paſce hædos tuos.
Eſt, inquiunt, & aliud teſtimonium nihilomi Ioan. 21.
nus contra te. Dic, audiamus. Erit ſic contra
te, quomodo hoc quòd putabas pro te. Si
meridiem, inquiũt, interpretaris Aegyptum,
multis quidem modis interpretamur meri-
diem, & Aegyptum poſſumus ad locum mũ
di, & ipſam Aphricam ſic intelligere. Audi
quid intelligam per meridiem, intelligo ſer
uorem ſpiritalium, flagrantem igne charita-
tis, ſplendentem lumine veritatis. Nam dici-
tur in quodam Pſalmo, Dexteram tuam no- Pſal. 89.
tam fac mihi, & eruditos corde in ſapientia.
Dexteram, non hędos, eruditos corde in ſa-
pientia, ipſi ſunt meridies. Vnde dicitur, a
propheta, Et tenebræ tuæ ſicut meridies erũt. Eſa. 58.
Multis ergo modis poſſumus intelligere me
ridiem, ſed prorſus Aphricam intelligo. Ac
cipio a te aliquid forte melius quam ſapere,
niſi a te commemorarer, Aphrica ſit meri- A
dies. Timet eccleſia tranſmarina incidere in
rebaptizatores, timet incidere tãquam igno
ta in greges ſodalium, quærit ab ſponſo ſuo
vt annũciet illi vbi paſcat, vbi cubet in meri
die, qa in ipſo meridie in aliis paſcit, in aliis
non paſcit, in aliis cubat, in aliis non cubat.
Audiat conſilium, veniat ad catholicam ec-
cleſiam, nõ incurrat in greges ſodalium, non
paſcat hędos ſuos. Sed dic aliud quo[illegible]re di
cebas eſſe dicturum. Propheta, inquit, dixit,

Deus

Deus ab Aphrico venit. Et iam vbi Aphric⁹, vtiq; Aphrica. O testimoniũ, Deus ab Aphri co veniet, & ab Aphrica veniet Deus. Alterũ Christum in Aphrica nasci, & ire per mundum hæretici annunciãt. Rogo, qd est, Deus ab Aphrico veniet? Si diceretis, De⁹ in Aphrica remãsit, vtiq; turpiter diceretis: nunc aũt etiã ab Aphrica veniet dicitis Christus. Nouimus vbi sit nat⁹ Christus, vbi sit passus, vbi in cælum ascẽderit, vnde discipulos miserit, vbi eos spũsancto repleuerit, vbi per totum mundum euangelizare iusserit, & obtempe- B rauerunt ei, & adimplet orbis terrarũ Euãgelio, & tu dicis, Deus ab Aphrica veniet. Ergo tu mihi, inqt, expone, qd est, Deus ab Aphrico veniet? Dic totum, & fortasis intelliges. Deus ab Aphrico veniet, & sanctus de monte vmbroso. Tu mihi expone, si nã ab Aphrica, qũo de mõte vmbroso? De Numidia nata est pars Donati, ipsi missi sunt primi in dissensionem & tumultum, & scandalum, quærentes ingens vulnus. Numidę miserunt, Secundus Tigisitanus misit, Vbi sit Tigisi, notũ est. Qui missi sunt clerici, extra congregauerũt ab ecclesia, ad clericos Carthaginis accedere noluerunt, visitatorem posuerunt, a Lucilla susceptí sunt. Author totius huius mali Numidia, hæreticus fuit in Numidia, vnde ventum est huc, cum tanto modo viscarium vix inuenitur, cum incursionib. habitãt, quomodo mons vmbrosus Numidia? Dic mihi ergo, noli mihi hucusq; recitare, De⁹ ab Aphrico, exigo & sequentia, Et sanctus de monte vmbroso. Sed ostende mihi partem Donati a Numidia, de monte vmbroso venire. Inuenis nuda omnia, pingues quidem cãpos, sed frumentarios, non oliuetis fertiles, non cæteris nemorib. amœnos. Vnde ergo mons vmbrosus in Numidiæ partibus? Vnde hoc scandalum venit. Tu mihi, inquit, ergo expone quid est, Deus ab Aphrico veniet, & sanctus C de monte vmbroso. Vide quàm facile exponam. Primo illud audi quod ait dominus, Oportebat Christum pati, & resurgere tertio die, & prædicari in nomine eius pœnitentiã & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Ecce vnde venit, incipientibus cum dicit: inde vtiq; ille in sanctis suis ad alias gentes venturus esse prędixit. Lege diuisionem terræ filiorum Israel in omnibus tribubus in libro

Abac. 3.

Luc. 24.

Iesu Naue, vbi aperte dictum est, Iebus ab Aphrico, quæ est Hierusalem. Lege, quære, & inuenies. Vtinã cum inueneris, credas: vtinam animo sitatem deponas. Iebus ab Aphrico quæ est Hierusalem. Et dominus, incipientibus ab Hierusalem, hoc est Deus ab Aphrico veniet. Quomodo ergo a monte vmbroso? Euangelium iam lege. De monte oliueti Christus ascendit in cælum. Sequere. Et quid lucidius? Audis, ab Aphrico: audisti, de mõte vmbroso. Legẽ recitamus, Euangelium recitamus. Audisti, incipientibus ab Hierusalem, audi, per omnes gentes, in eodem propheta: Sequere verba illa, quæ contempsisti, Verba illa quæ prætermisisti, Deus ab Aphrico ve- D niet, & sanctus de monte vmbroso. Cooperiet mõtem vmbra eius, & gloria eius plena est terra. Per omnes ergo gentes incipientib. ab Ierusalem? Quomodo incipientib. ab Hierusalem? Deus ab Aphrico veniet, & sanctus de monte vmbroso & condenso, ideſt, a mõta oliueti, vnde ascendit in cœlum, vnde misit discipulos suos, vbi etiam ascensurus ait, Non enim vestrum est scire tempora quæ pa- *Act. 1.* ter posuit in sua potestate, sed acccipietis virtutẽ ex alto, & eritis mihi testes. Videte quomodo incipit Euangelium, Et eritis mihi testes in Hierusalem & in Iudæa & Samaria, & in totam terram. Ergo Deo veniẽte Christo, & nomen eius, & prædicatio Euangelii eius ab Hierusalem, ideſt, ab Aphrico & a monte vmbroso, ideſt, a monte oliueti per omnes gentes diffamatum est Euangelium. Operuit montes vmbra eius, ideſt, refrigerium eius, protectio eius, & laudis eius plena est terra. Cãtate ergo cum tota terra canticum nouũ, *Psal. 95.* non caticum vetus cum angulo terrę. Dicũt & aliud, Cyrenęus, inquiunt, quidam Simõ angariatus est vt tolleret crucem domini. Legimus, sed quid te adiuuet volo scire. Cyrenæus, inquit, Apher est, Quare ipse angariatus est qui crucem tolleret? Vbi sit Cyrene, forte nescis, Libyæ Pẽtapolis est, cõtigua est E Aphricæ, ad Orientem magis pertinet, vel in distributione prouinciarum imperatorem cognosce. Imperator orientalis mittit iudicem ad Cyrenẽ. Breuiter respondeo, Vbi est pars Donati, non inuenitur Cyrene, vbi est Cyrene, nõ inuenitur pars Donati. Manifesta veritas conuincit errorẽ. Det mihi Cyrenẽ vbi est pars Donati, det mihi partem Donati

Ioan. 21.

Psal. 83.

Esa. 58.

Ioſue. 15

vbi est Cyrene. Manifestum est enim fratres, in Pentapoli Ecclesiam esse catholicam, partem Donati ibi non esse. Sed securi irrideamus flendos, & fleamus irridendos. Quid dicis? Meritum Cyrenensis huius magnum cõmemoras, qa tulit crucem domini & Aphrũ dicis, Orientalis est. Libya enim duobus modis dicitur, vel ista proprie Aphrica est, vel illa orientis pars, quæ contingua est Aphricæ, & omnino collimitanea. Sed Apher fuerit Cyrenensis beatum putas quòd angariatus crucem tulerit? Quanto melius forte diceret quis in Arimathia remansisse Ecclesiã Christi, quia Ioseph ille diues ab Arimathia, habens ante oculos regnum Dei, non angariatus, non coactus venit ad crucem domini, cum cæteri formidarent, petiit a Pilato sepeliendum corpus domini, de ligno de posuit, obsecutus est funeri, in sepulchro condidit, laudatus est in Euangelio. Quia vero de Arimathia fuit iste pius, tantum exhibens obsequium corpori domini, in Arimathia remansit Ecclesia? At si magis vos delectat, angariatus, idest qui cogitur tollere crucem, recte ergo faciunt imperatores catholici, qui vos cogunt ad vnitatem.

A

Ioan. 19.

DIVI AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi De ouibus.

LIBER SIVE HOMILIA.

Quis sit pastor, et quæ oues Cap. 1.

B

Psal. 94. Ibidem.

VErba q̃ cantauimus continẽt, professionem nostram, quia oues Dei sumus nec importune poscimus cũ lachrymis eius misericordiã, cuius oues sumus. Diximus enim. Ploremus ante dominũ, qui fecit nos, quoniã ipse est dominus Deus noster. Ne quisquam plorans se exaudiri posse desperet, commemorata est necessitudo quę dam exaudiendi nos Deo, quoniam ipse est dominus Deus noster qui fecit nos. Ille Deus noster, nos populus pascuæ eius, & oues manuum eius. Pastores homines, vel etiam patresfamilias domini pecorum: oues quas habent, non ipsi fecerunt: oues quas pascunt, non ipsi creauerunt, noster autem dominus Deus, quia Deus & creator est, fecit sibi oues quas habeat & quas pascat, nec alter instituit quas ipse pascit, nec quas ipse instituit, alter pascit. Ploremus ergo ante illum. Neq; enim in bono sumus, dum in hoc seculo sumus. Cum enim placebimus domino in regione viuorum, tunc detergẽtur lachrymę nostrę, & dicemus ei laudes qui nos exemit de vinculis mortis, pedes nostros a lapsu, oculos nostros a lachrymis, vt placeamus domino in regione viuorum, quia difficile est, vt ei placeatur in regione mortuorum. Est autem & hic vnde illi placeamus, eius misericordiam in his deprecando, a peccatis nos quãtum possumus abstinendo, inquantum autem non possumus confitendo atque plangendo. Ita in hac vita sumus sperantes aliam vitam, plorantes in spe, immò plorantes in re, gaudentes in spe. Professi ergo in hoc cantico, quia sumus oues eius populus pascuæ eius, oues manuum eius, audiamus quid ad nos loquatur, tanquam ad oues suas. Pridem pastoribus loquebatur superiore lectione, præsenti autem & hodierna ouibus loquitur. In illis ergo eius verbis, nos cum tremore audiebamus, vos cum securitate. Quid ergo in istis verbis hodiernis? Nũquid vicissim nos cum securitate, vos tremore? Non vtique. Primo, quia etsi pastores sumus, pastor non solum quod dicitur ad pastores, cum tremore audit, sed etiam quod dicitur ad oues, si enim securus audit quod ad oues dicitur, non est illi cura de ouibus. Deinde iam & tũc diximus charitati vestrę, duo quædam in nobis esse cõsideranda, vnũ quòd Christiani sumus, alterum quòd præpositi sumus. Quod ergo præpositi sumus inter pastores deputamur, si boni sumus. Quòd autem Christiani sumus, & nos vobiscum oues sumus. Siue ergo dominus pastoribus loquatur, siue ouibus, nos omnia cum tremore oportet audire, nec recedat solicitudo de cordib. nostris, vt ploremus ante dominum qui fecit nos. Audiamus itaque, fratres, vnde dominus oues suas improbas corripiat, & quid promittat ouibus suis. Et vos, inquit, oues meæ, hæc dicit dominus Deus. Primo, quãta fœlicitas est esse gregem Dei, si quis etiã cogitet, fratres, etiam in istis lachymis, & in istis tribulationibus magnum gaudium concipit. Neque etiam in istis grege est quem lupi possunt flagellare, [illegible]t cuius somnium possunt captare prædon[illegible]. Illi enim

C

D

Psal. 94. Ezec. 34. Cap. 2.

Psal. 79. enim dictum est, Qui pascit Israel: de quo di
Psal. 51. ctum est, Non dormiet neque dormitabit,
qui custodit Israel. Vigilat ergo super nos il
le vigilantibus nobis, vigilat & dormientibus nobis. Si ergo de pastore homine secu-
rum est pecus hominis, quanta debet esse no
stra securitas pascente Deo, nō tantum quia
pascit nos, sed etiā quia fecit? Vna est nostra
solicitudo, quæ nobis imponitur, audire vo
cem pastoris, & est nunc tempus audiendi
quia ille nondum assumpsit tempus iudican
Isaiæ. 42 di. Qui loquitur modo, tacet. Loquitur enim
modo in præcepto, tacet in iudicio. Ideo di-
cit quodam in loco, Tacui, nunquid semper
tacebo? Quomodo tacuit, cum hoc ipsum lo
quendo dixerit? Qui dicit, tacui, non tacet,
quia & hoc ipsum dicere, tacui, non tacere
est. Audio ergo te loquentē in tot præceptis,
in tot sacramētis, in tot paginis, in tot libris.
M Audio deniq; in hoc ipso quod dicis. Tacui,
Mat. 25. nunquid semper tacebo? Quomodo ergo ta
Ibidem. cuisti? Quia nondum dico, Venite benedicti
patris mei, percipite regnum, & nondū dico
aliis, ite maledicti in ignem ęternū, qui præ-
paratus est diabolo & angelis eius, & nondū
hæc ipsa ita dico vt iam prędicaui. Vltimam
sententiam quam dicturus est iudex, in tabel
la descripturis manu sua, vltra quam senten-
tiam nihil iam iudicaturus est, partes non au
diunt. Illis foras exeuntibus scribitur, attoni
tæ sunt ambæ partes atque suspensæ, contra
quam vel pro qua sententia illius procedat.
Magnum secretum iudicis, vnde secretariū
nominatur. Magnus timor eorum qui in cau
sa sunt, quid ille cogitet, & quid scribat igno
ratur, & homo est, & illi de quibus ille iudi-
Psal. 94. cat, vtique homines sunt. Ille autem Deus no
ster est, & nos populus pascuæ eius & oues
manuum eius. Et cum sit ille creator, nos
creatura, ille immortalis, nos mortales, ille
A inuisibilis, nos visibiles, voluit nos latere in
hac vita, quam vltimam sententiā in fine di-
cturus sit. Nemo ante dicit, damno, qui vult
damnare: nemo ante dicit, ferio, qui vult fe-
rire. Magna ergo lenitas, magna misericor-
dia, magna mansuetudo, sed non abutamur
patientia eius ad nostram nequitiam, & illo
peccata nostra portante, non (quasi facien-
do [illegible] onus) augeamus peccata peccatis, qua-
si [illegible] ille plus portet qui non laborat cū por-
[illegible] peccata nostra, quibus adhuc parcit, quia
adhuc sustinet, & illius ostendunt patien-
tiam, nostram cumulant sarcinam. Ignoras, Rom. 2.
inquit, quia patientia Dei ad pœnitentiam Isa. 42.
te adducit? Patientia Dei illa est, quam taci- Rom. 2.
turnitatem vocat, de qua dicit, Tacui nun-
quid semper tacebo? Ergo cū argueret quos-
dam & diceret, Qui prædicas non furandū,
furaris, qui dicis non adulterandum, adulte-
ras, &c. ait, an diuitias bonitatis eius & longa
nimitatis contemnis? Quia ille bonus est, qa
longanimis, quia videt & tacet, quia videt &
sustinet, putas illum iniquum? Ignoras quia
patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Et
vide si semper tacebit, qui modo tacet. Tu
autem, inquit, secundum duritiam cordis tui Ibidem.
& cor impœnitens thesaurizas tibi iram in Psal. 49.
die irę & reuelationis iusti iudicii Dei, qui
reddet vnicuique secundum opera sua. Ergo
tacet, nūquid semper tacebit? Item dicit post
quędam enumerata peccata, hæc fecisti & B
tacui, ideſt, hæc fecisti & non vindicaui, su-
spicatus es iniquitatem, quòd ero tui similis.
Et reuera hoc cogitant mali, cum multa fece
rint mala, & mali sibi accidere nihil vide-
rint, non tantum placent eis facta sua mala,
sed etiam Deo placere putant, intantum pro
cedit impietas, vt & Deum similem sibi exi-
stimet impius contemptor. Et cum Deus ad-
ducat eum monendo, docendo, hortando,
corripiendo ad similitudinem suam, non so
lum nō sequitur similitudinem Dei, sed Deū
vult ducere ad similitudinem suam. Hæc est
iniquitas maior, dum ipse peccata, a quibus
se non corrigit, Deo placere putat. Suspica-
tus es iniquitatem quòd ero tibi similis. Et
quid sequitur? Arguam te. Quare hoc? Tacui, Psal. 49.
nunquid semper tacebo? Itaque fratres, quo Isaiæ. 42.
niam sermo ille, qui de ore procedit & me
terret & vos: omnes enim vnam spem habe-
mus bonam in illo, & omnes parier timere C
debemus, ne illo offenso non inueniamus Ezec. 34.
quod speramus, sed experiamur quod con- De non
sumpsimus, audiamus omnes tanquam oues euellēdis
Dei, dum loquitur qui tacet, dum monet zizaniis
nos, & non dum iudicat nos qui fecit nos, ante mes-
dum vacat audire, dum licet & legere. Et sē, & nō
vos, inquit, oues meæ, hæc dicit dominus separādis
Deus, Ecce ego iudico inter ouem & ouem, omib. ante
& hircos & arietes. Quid hic faciunt hirci iudicium.
in grege Dei? In iisdem pascuis, in iisdem Cap. 5.
fontibus, & hirci tamē sinistrę destinati, dex- Mat. 13.
Ibidem.

tris miſcentur, & prius tolerantur quàm ſeparabuntur, & hic exercetur ouium patientia ad ſimilitudinem patientiæ Dei. Separatio enim ab illo erit, aliorum ad ſiniſtram, aliorum ad dexteram. Nunc autem ipſe tacet, tu vis loqui? Sed vnde dico, tu vis loqui? Vnde ipſe tacet? A vindicta iudicii, non a verbo correptionis. Ipſe nondum ſeparat, tu vis ſeparare? Ipſe miſta tolerat qui ſeminauit. Si ante ventilationem frumentum vis eſſe purgatum, tuo vento peſsime ventilaberis. Lucuerit dicere ſeruis, Vis, imus & colligimus ea? Stomachi ſunt enim videndo zizania, & doluerunt ſegeti bonæ permiſta zizania, & dixerunt, Nonne bonum ſemen ſeminaſti? Vnde ergo apparuerunt zizania? Ille rationem reddidit vnde apparuerunt, non tamen permiſit, vt ante tempus euellerentur: quamuis & ipſi ſerui ſtomachati aduerſus zizania, conſilium tamen & preceptum a domino expetierunt. Diſplicebant illa inter ſegetem, ſed videbant ſerui, quia ſi vel in ipſis zizaniis euellendis aliquid ſua ſponte facerent, ipſi zizaniis annumerarentur. A domino expectauerunt præceptum, iuſsionem regis ſui quæſierunt, vis, imus, & colligimus? Et ille, Non. Et reddidirit inde cauſam, Ne forte cum vultis colligere zizania, eradicetis ſimul triticum. Sedebat eos ab indignatione nec reliquit in dolore, Graue enim videbatur ſeruis eſſe zizania inter frumentum, & vere graue erat. Sed alia eſt ægri conditio, alia quies horrei. Tolera, ad hoc enim natus es: tolera, quia ſorte toleratus es. Si ſemper bonus fuiſti, habeto miſericordiam, ſi aliquando malus fuiſti, noli perdere memoriam. Et quis eſt ſemper bonus? Facilius ſi te Deus diligenter diſcutiat, inueniet te etiam nunc malum, quàm tu te ſemper bonum. Ergo toleranda ſunt zizania hæc inter frumentum, hirci inter arietes, hædi inter oues. Quid autem ille de frumento? In tempore, inquit, meſsis dicam meſſoribus, Colligite primum zizania, & alligate faſciculos ad cõburendũ ea, triticum autem meo recondite in horreo. Tranſiet ergo agri concretio, veniet meſsis diſcretio. Exigit nũc dominus de nobis patientiam, quam proponit in ſe dicens tibi, Ego certe ſi voluero modo iudicare, nunquid inique iudicabo? Ego certe ſi voluero iudicare, nunquid falli potero? Si ergo qui ſemp recte iudico, & qui falli non poſſum, differo iudicium meum, tu ignoras quemadmodum iudicandus ſis, audes tam præpropere iudicare? Videte fratres quemadmodum illis ſeruis volentibus ante tempus eradicare zizania, hoc opus nec in meſſe cõceſsit. Ait enim in tempore meſsis dicã meſſoribus, non ait, dicam vobis. Sed quid ſi ipſi ſerui meſſores erunt? Non. Nam exponens omnia ſingulatim, meſſores ait angeli ſunt. Homo ergo carne ſeptus carnem portans, aut forte caro totus, ideſt caro corpore, carnalis animo, audes vſurpare officium alienum, quod nec in meſſe erit tuum? Hoc de ſeparandis zizaniis. De hircis autem quid? Cum venerit filius hominis & omnes angeli cum eo, ſedebit in ſede gloriæ ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eas ſicut paſtor ſeparabat oues ab hædis. Et veniet & ſeparabit, veniet meſsis, & ſeparabuntur. Modo ergo tempus ſeparationis non eſt, ſed tolerationis. Nec iõ iſta dicimus fratres, vt corripiendi dormiat diligentia, immo vero ne in illud iudicium incauti veniamus & cæci, negligẽtes cæcitatem noſtram ſubito nos ad ſiniſtram veniamus. Diſciplina exerceatur, iudicium non præcipitetur. Quid ergo dominus? Ecce ego iudico inter ouem & ouem, & hircos & arietes. Ecce ego iudico. Magna ſecuritas, ipſe iudicat, ſe curi ſint boni. Iudicem ipſorum nullus aduerſarius corrumpit, nullus aduocatus circumuenit, nullus teſtis illudit. Sed quantum ſecuri ſunt boni, tantum timeant mali. Non talis iudicat, cui aliquid abſcondetur. Nunquid enim Deus iudicans quæſiturus eſt teſtes, per quos diſcat quis ſis? Vnde poteſt falli qui ſis, qui nouerat quid eſſes futurus? Te interrogat, non alium de te. Dominus, inquit, interrogat iuſtum & impium. Interrogat autem te, non vt diſcat a te, ſed vt confundat te. Habentes vero talem iudicem, quem nemo contra nos fallit, nemo pro nobis, ſic agemus vt eius iudicium venturum non timeamus, ſed expectemus & deſideremus. Nunquid enim frumenta timent ne mittantur in horreum? Immo optant vehementer & deſiderant. Nunquid oues timent ne ponantur ad dexteram? Immo nihil eis tam tardum eſt quam donec fiat. Hi vero animo & tota ſyncritate dicunt cum orant

Aduenias

Ibidem.

Ibidem.

Deut. 32

Mat. 25.

De trepidatione malorum omiũ. c. 6. Pſal. 10.

Mat. 6.

Mat. 6.

Eſai. 94.

Adueniat regnum tuum: Mali vero hominis
Mat. 6. in his verbis & cor trepidet, & lingua titubat. Quomodo enim dicit, Adueniat regnū tuum? Ecce venit. Qualem te inueniet? Sic ergo age vt securus ores. Et si quid forte inest in conscientia erati atque peccati, habes
Mat. 6. in ipsa oratione medicinam, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Voluit enim Deus sic te esse debitorem, vt habeas debitorem. Peccando quippe inimicum te facis Deo, sed attende ne forte tu habeas inimicum. Demitte, & dimittetur tibi. Quod facis qui potes in pecca-
E to inueniri, hoc in te faciet, qui de nullo peccato poterit iudicari. Si autem vt homo in peccato positus, peccatori tuo non parcis, nec tuam in illo conditionem respicis, nec de extero lapsum tuæ fragilitatis horrescis, quid tibi facturus est qui tam securus iudicat quomodo qui nunquam peccat? Danda ergo opera est puræ conscientiæ, & si forte aliquis inest scrupulus, perueniamus faciem eius in confessione. In psalmo autem cum nunc cantaretur, audiuimus: Præueniamus
Esai. 94. faciem eius in confessione. Præueniamus eum, ne ipse nos præueniat. Post confessionem non afferet vltionem, si & tu post confessionem non repetas iniquitatem. Præueni antequam præueniaris. Quia enim venturus est, certum est: perdes, si non desideras quod futurū est. Nam & te nolente venturus est. Nunquid eum dilaturus es recusando, ne veniat? Sicut nouerat horam, quā iudicari debuit, sic nouit & horam quam debeat iudicare. Veniet ille, tu vide qualis futurus sis. Hodie inest scrupulus, hodie sit confessio hodie renuncietur scrupulo, hodie dimittatur, hodie laxetur. Non est vt dicas, differt Deus veniam: tu noli differre medicinam tuam. Habes enim aliquid in animo qđ
F te angat, & si angit, & solicitat. Vtique si in domo tua esset lapis offendens oculos tuos, inberes eum auferri de medio, maxime si aliquem paulo maiorē hospitem in domo tua esses recepturus. Cum ergo Deum inuocas, in te vocas, quomodo veniet ad te, cui locum quo recipias non mundasti? Sed minus ideoneus es auferre de corde tuo, quod tibi feciſ[illegible], ipsum inuoca, vt mundet, ipsum inu[illegible], vt intret dum tamen quod facturus es, [illegible]odo facias, cum loquitur monendo, & tacet indicādo. Dixit hic hircos, dixit & arietes, & iudicat inter eos. Et quid eis dicit? Nūquid non sufficit vobis, quia bona pascua pascebatis, & reliquias pascuæ vestræ conculcabatis pedibus vestris, & potabatis aquam, quæ subsidebat, ideſt quæ pura & tranquilla erat, & reliquam pedibus vestris turbabatis, & oues meę conculcationes pedum vestrorum depascebāt, & conturbatam pedib. vestris aquam potabāt? Quid est hoc? Pascua Dei bona sunt, & fontes Dei puri sunt. Habemus hoc in scripturis sanctis. Qui sunt ergo qui quod tranquillum est inde bibunt, & qđ mundum est inde pascuntur, & conculcant G reliquias & turbant aquam, vt oues alię conculcatas herbas accipiant, & aquam conturbatam bibant? Et hoc vtiq; videtis displicere pastori, qui dicit dum fiunt ista, Ego iudico inter ouem & ouem, ad hoc vtique ne fiant. Sunt multi qui tranquille discunt, perturbate docent, & cum habeant doctorem patientem, sęuiunt in discentem. Quam nos enim tranquille doceat ipsa scriptura, quis nescit? Veniet ergo aliquis & legit præcepta Dei, legit & capit, capit tranquillus de trāquillo bibens, de viridi, & mundo pascens. Velit aliquis audire ab illo aliquid, indignatur, ptur batur: tarditatem aliquando serius intelligentis accusando turbatam facit minus intellige re quod potuit audire tranquillus. Nec hoc ideo dixerim, fratres, quia nō est aliquando corripienda duritia, quam ipsa tanta veritatis tranquillitas corripit dicens, O insensati & tardi corde ad credendum, si ista fiunt ea dilectione qua volumus curam incutere ho Luc. 24. minibus ad incutiendam diligentiam intentionis, & ad serenandam forte nubem mētis suę quam de curis seculi contraxerunt, & forte cogitando alia inutilia, quod vtile est audire non possunt. Deinde etiamsi in se aliquis videat tarditatem, non sine causa ille accusa H tur, vt Deum roget, & soluat tarditatem, donec veritatem. Aut enim si negligētia nostra minus intelligamus quod audiuimus, vtiq; negligentia corripiēda est. Aut si tarditas est, cum fuerit accusata, erit vnde rogetur Deus. Nec doctores ergo tales reprehendendi sūt: sed qui hoc faciunt animo amaro, animo inuido, ipsi conculcant pascua & conturbant fontes, quicquid forte nouerint, ita volunt nosse vt alii non nouerint. Malignę mentis

Mat. 6. De doctrinis non amaro corde cōi candis Cap. 8.

Cōtra præ dicatores nimium seueros.

homines tartareo zelo pleni, liuidi nō in corpore, sed in corde, legerunt & intellexerunt, cum interrogati fuerint, multū est ad te, Ego tibi ista credam, & tu dign⁹ es ista legere vel audire? Quid turbas aquam? Ambobus fons manat. Quid conculcas herbas communes? Non tu pluisti vt nascerentur. Est aliud in his verbis, quod non absurde potest intelligi. Sunt homines qui putant sibi in bene viuendo sufficere conscientiam, & non valde curant quid de illis alter existimet, ignorantes, quia cum homo viderit hominem boræ cō scientiæ negligētius viuentem, passim se cui libet & vbilibet coniungentem, habentem scientiam q̄ nihil sit idolū, & tamen in idolio recumbentem, cōscientia illius cum sit infirma, ædificatur nō ad ea, quæ perscrutatur, sed ad ea, quæ suspicatur. Neque. n. homo pater tuus, frater tuus, intrare potest in cōscientiam tuam, quam nouit Deus. Cōscientia tua coram Deo est, cōuersatio tua coram fratre tuo. Si de te ille aliquid mali suspicans, perturbatus ædificatur ad aliquid sciendum, q̄d te putat facere dum sic viuis, quid prodest, quia venter cōscientiæ tuæ hausit aquam puram, & ille de tua negligentia cōuersatiōne bibit turbatam? Et audis tales, cum corripiuntur, ne ista faciant, respondere nobis & dicere, Apostolus dixit, Si hominib. placere vellem, Christi seruus non essem, Et hic aquam turbas, pascua conculcas. Attende melius, ne & tibi aquam turbet quod ait Apostolus, Si hominibus placere vellem, Christi seruus nō essem. Optime accipio apostolicam sententiam, libenter agnosco. Sed aliud in Apostolo non legisti, Placete omnibus per omnia sicut & ego omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi prodest, sed quod multis, vt salui fiant? Rursus eundem Apostolum nō audisti: Sine offensione estote Iudęis & Græcis & Ecclesiæ Dei? Tertio eundem Apostolum non audisti, Prouidemus enim bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus? Ait ergo ille, Expone itaque mihi, quomodo intelligam diuersa atque cōtraria hæc dicentem Apostolum, Si hominibus placere vellem, Christi seruus non essem, ac dicentem, Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo: ac dicentem, Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, ac dicentem, Prouidemus bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Si tranquillus audias, si tibiipsi aquam tuæ mentis non pturbes, quantum potero fortasis exponā. Sunt homines temerarii iudices, detractores, susurrones, murmuratores, quærentes suspicari quod non vident, quærentes etiam iactare quod nec suspicantur, contra tales quid remanet, nisi testimonium conscientię nostrę? Neq; enim fratres, etiam in illis quibus placere volumus, gloriam nostram q̄rimus, aut gloriam nostram quærere debemus, sed illorum salutem, vt si bene ambulamus, nos sequendo non errent, imitatores nostri sint, sicut & nos Christi: si autem nos non Christi, imitatores sint Christi. Ipse enim pascit gregem suum, & cum omnibus bene pascentib. ipse solus est, quia omnes in illo sunt. Nō ergo vtilitatem nostram quærimus, quando hominib. placere volumus, sed gaudeamus eis placere quod bonum est, propter ipsorum vtilitatem, non propter nostram dignitatem. Contra quos autem dixerit Apostolus, Si hominib. placere vellem, Christi seruus nō essem, manifestum est, & propter quos dixerit, Placete omnib. per omnia, sicut ego placeo omnib. per omnia manifestum est, vtrunque trāquillum, vtrunq; purum, vtrunq; nō perturbatum, tu tantum pasce & bibe, noli conculcare, noli perturbare. Nam & ipsum dominum Iesum Christum magistrum vtiq; audisti, Luceant opera vestra bona coram hominib. vt videant bona facta vestra, & glorificent patrē vestrū qui in cœlis est, i. qui vos fecit tales. Nos enim populus pascuæ eius, & oues manuum eius. Ille ergo laudetur, qui te fecit bonum, si bonus es, non tu, qui per teipsum, non poteris esse nisi malus. Quid autem vis in contrarium ducere veritatem, vt quando boni aliquid facis, te velis laudari, q̄n mali aliquid facis, dominum velis vituperari? Vtiq; enim, qui dixit, Luceant opera vestra bona coram hominib. ipse dixit in eodē sermone, Nolite facere iustitiam vestram coram hominibus. Sed sicut in Apostolo ista tibi contraria videbantur, sic & in Euangelio, Si autem non perturbes aquam cordis tui, & hic agnosces pacem scripturarum, & habebis pacem cum eis & tu. Si autem tu [illegible] eis habere nolueris pacem, tu in te comm[illegible]ris litem tuam, illæ non amittent pacem [illegible]m.

Propte-

Quod nō sufficiat bene uiuere, nisi et q̄q; coram hoib. bene studeat cōuersari Cap. 9.
Galat. 1.
Ibidem.
1. Co. 10.
Ibidem.
Rom. 12.
Galat. 1.
1. Co. 10
2. Co. 1.
Rom. 12.
Galat. 1.
1. Co. 10.
Mat. 5.
Psal. 94.
Mat. 5.
Mat. 6.

Propter illos enim qui se hominibus iactan
do commendant, & ita ventilant opera sua
bona, vt finem bonorum operum suorum in
laude hominum ponant, eademq; laudē ho-
minum quasi pro mercede computent bono
rum operum suorum, de his dī, Amen dico
Mat. 6. vobis, perceperunt mercedem suam. Contra
Ibidem. eos dī, Cauete iustitiam vestram facere corā
hominibus. Proinde sequitur, Vt videamini
ab eis. Vltra non porrexit intentionem, hic
fecit finem, Nolite sic facere coram homini
bus, quicquid boni facitis, vt videamini ab
I eis, vt sit ipse finis operis vestri, videri ab eis.
Nolite ergo sic, vt videamini ab eis, Hic aūt,
non ibi ponit finem, vt videamur ab homini
bus, coram quibus vult esse bona facta no-
stra, sed ait, Luceant opera vestra coram ho-
Mat. 5. minibus, vt videant bona opera vestra. Non
Ibidem. quieuit, neque hic remansit, sed duxit te hinc
1. Co. 1. rursum, & tulit te a te. Caderes enim si esses
Ibidem. in te, & vbi tutus esses, posuit te. Videant, in-
2. Co. 1. quit, bona opera vestra, & glorificēt patrem
vestrum qui in cœlis est. Noli irasci, quia il-
Galat. 1. le glorificat. Apud illum esto, & in illo glo-
1. Co. 10. rificaberis, vt non glorietur, ait Apostolus,
omnis caro coram illo. Ergo sine gloria re-
manebimus? Non, ait enim ipse, Qui gloria-
tur in domino glorietur. Nam & testimo-
monium conscientiæ nostræ in nobis gloria
Mat. 5. est, quia in illo est. Nam si ita est gloria no-
Psal. 94. stra, vt nobis placeamus & efficiamur pla-
centes nobis, valde stulto homini placeat
qui sibi placet. Curemus ergo fratres, nō tan
tum viuere, sed etiam coram hominibus be-
ne conuersari, nec tantum amemus habere
bonā conscientiam, sed quantum potest no-
stra infirmitas, quantum vigilantia fragilita-
tis humanæ, curemus, nihil etiam facere
K quod veniat in malam suspicionem infirmo
fratri, ne forte puras herbas mandendo, &
Mat. 5. puras aquas bibendo conculcemus pascua
Mat. 6. Dei, & oues infirmæ conculcatum mandu-
De eradi cent, & turbatum bibant, vel propter istum
cantib. zi qui dicit, & Ego iudico inter ouem & ouē.
zania an Pro istis hæc dicit dominus Deus ad eos, Ec
te ipsi ex ce ego iudico inter ouē fortem & inter ouē
tra eccle imbecillem. Aliud aliquid dicat. Iam audi-
siæ agūt uimus de his qui conculcant herbas, & qui
sunt hæretici. Exec. 34. co turbant aquas, audiamus aliud genus ma
Cap. 10. li & magnum genus mali. Postea de hircis
Ibidem. illam facit mentionem, semel illos nomi-
nauit, vt sciremus eos esse. Ipse enim illos be
ne nouit. Postea sic loquitur, tanquam om-
nes sint oues. Primo quomodo ipse videt, po
stea vero quomodo nos videmus, locut⁹ est.
Hirci enim quia insunt & quia in fine sepa
buntur, notum sit ouibus, modo tanquam in
ter ouem & ouem discerno. Nam scit præde
stinatione & præscientia oues & hircos, ille
solus prædestinare potuit qui præscire. Mo-
do quia omnes sub iugo Christi sunt, & om
nes ad gratiam Dei accedūt, ouem te putas,
hircum te forte Deus nouit, sed tanquam
ouis audi quod audis, Ecce ego iudico inter L
ouem fortem & inter ouem imbecillē, quo-
niā laterib. & humeris vestris impellebatis,
& cornib. vestris percutiebatis, & omne qđ
deficiebat comprimebatis, quoadusque di-
spergeretis eas foras. Quis hoc nō intelligat?
Quis nō exhorrescat? Si mille oues foris sūt,
nō est factum. Si autem multas oues foris er-
rare plangimus, væ quorum humeris & late
ribus & cornibus factum est. Non enim hæc
facerent nisi fortes oues. Quæ sunt fortes? De
suis virib. præsumentes. Quæ sunt fortes? De
sua iustitia gloriantes. Non diuiserunt oues,
non foras miserunt, nisi qui se iustos esse di-
xerunt, humeris audaces ad impellendum,
quia non portant sarcinam Dei, latera mala,
conspirantes amici, societas pertinaciæ, cor
nua erecta, elata superbia, impelle lateribus
& humeris, ventila cornibus, mitte foras qđ
non emisisti, certe ipsa tota causa est, quia tu
iustus & alii iniusti & indignum erat vt iu-
stus esset cum iniustis, indignum videlicet,
vt frumenta essent inter zizania, indignum vt
oues inter hircos pascerentnr, donec pastor
veniret qui in separando non errat. Itane tu
angelus eradicans zizania? Non te agnosce-
rem angelum eradicantem zizania, nec si iā
messis veniisset. Ante messem non tu, sed quis
quis fuerit non est verus. Qui designauit mes M
sorem, designauit & tempus. Possent & ho-
mines se dicere angelos. Inuenimus fortasse
in scripturis & homines dictos angelos, sed
tamen ego tempus messis attendo. Angeli Malac. 2.
tibi nomen potes imponere, tempus mes-
sis non potes breuiare. Itaque falsum dicis,
qui sis, quia nondum venit quando sis. Pro
inde cum venerit, & veri messores missi fue
rint, nescio vbi te inueniant, vtrum purgan-
dum qui in horreo recondaris, an alligan-
dum

du m qui in ignem proiiciaris. Ideo enim di
co, forte, quia non audeo iudicare. Modo te
foris doleo, vtrum sis futurus intus, ignoro.
Interim audi ex alio scripturæ testimonio de
te scriptum esse, dum viuis, & noli velle zi-
zania eradicare, quando tempus noneſt, sed
tu ipse intro redi cum tempus est. Dicit alia
Dei scriptura, Filius malus ipse seiustum di-
cit, Hi sunt humeri & latera & cornua tua.
Male fortis, quantum melius esset infirmus.
Male fortis phreneticus cædit & medicum.
E Dicis te perfectum, vt facias defectum.
Quanto potius, quanto vtilius esses infir-
mus, vt ille te perficeret qui nouit imper-
fectum tuum. Et apostolus Paulus vas ele-
ctionis, ne extolleretur in reuelationibus,
quod dicere non auderemus, nisi ipsi dicen-
1. Co. 12. ti crederemus, In magnitudine, inquit, re-
uelationum ne extollar, datus est mihi sti-
mulus carnis meę angelus satanæ, qui me
Ibidem. colaphizet. Ne cornua erigeret, colaphiza-
ri se dicebat. Propter quod, inquit, domi-
num te rogaui, vt auferet eum a me, & dixit
mihi. Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in
infirmitate perficitur. Est ergo vtilior infir-
mitas quæ perficitur, quam illa infirmitas
quæ pollit oues, quæ ventilat vt excludat.
Filius ergo malus ipse es, tu te iustum dicis.
Filius malus ipse iustum dicit, exitum autem
suum non abluit. Attendite fratres mei sen-
tentiam quandam breuem numero verbo-
rum, sed ingentem pondere veritatis. Iustum
se dicit, vt exeat & excludat. Iustum se di-
cit, sed malus est, ideo exitum suum non ab
luit. Quid est non abluit? Non purgat, non
defendit, non excusat. Quare enim te sepa-
rasti, quare existi? Quare tibi tremit cor quã
1. Ioan. 2 do audis ex libris diuinis. Ex nobis exie-
F runt, sed non erant ex nobis, si tamen illa
mala fortitudo, qua oues Dei impellis, &
impingis & ventilas, permittit tremorem ad
cor tuum. Nam vtique cum audis: Ex nobis
exierunt, sed non erant ex nobis, ille loque-
batur qui in Ecclesia erat. Ecclesia toto or-
be diffusa est, tu quid facis foris? Neque enim
ego annúcio Ecclesiam toto orbe diffusam,
prophetæ annunciauerunt, Apostoli annun-
ciauerunt, ipse dominus annunciauit Eccle-
Psal. 94. siam toto orbe diffusam. Modo cum Psal-
mus legeretur audiuimus, Non repellit do-
minus plebem suam, tanquam quæreretur
quoniam in manu eius, inquit, omnes fines
terræ, ipse non repellit, & tu impellis. Im-
pellis, ventilas, excludis, iactas, traditor
es, non comprobas. Cornua sunt ista ven-
tilantis, non mansuetudo pascentis. Ecce
plebs Dei in finibus terræ, ecce plebs Dei ge
mens & plorans ante Deum qui eam fecit, Psal. 60.
dicit in Psalmo ipsi domino ante quem plo-
rat, A finibus terræ ad te clamaui, dum ange-
retur cor meum. Vide quemadmodum se
humiliat in angore cordis & quid sibi præ- G
stitum dicit: In petra exaltasti me. In petra
Christo exaltasti, non de monte Donati præ-
cipitasti. Inunc & iacta cornua, extende late
ra, infla humeros tuos, & iniola oues & dic,
Iustus sum. Respondebit tibi scriptura: Ma-
lus, non iustus, filius, malus ipse se iustum di-
cit. Si iustus es, quare exis foras? Quid eiicis
foras? Quid eum his quos eiicis facis foras?
Tanquam ouis inter hircos fuisti, melius ab
istis a pastore ad dexteram separaris, quam
cum ipsis ad sinistram confutaris. Hirci erãt,
tu ouis, pascueris cum hircis. Quid te pascua,
quid te fontes offenderant, qui ad tempus
gregem vtrunque permiscuit, qui etiam sibi
quandolibet hoc bene facienti, tamen sepa-
rationem in finem seruauit? Neque ille etiam
si modo separaret, Ille in finem differt, tu an-
te tempus separas. Non expectas finem ne-
sciens quando tibi sit finis. Vnde hoc, nisi
quia & ipsos quos tanquam hircos accusa-
sti, falso accusasti? Nam si vere accusasses,
non te separasses. Tua separatio illorum est
purgatio. Si zizania erant, quid ea voluisti
ante tempus separare, cum ipsis permistum
triticum esses, & eodem agro radicareris, ea
dem pluuia rigareris? Quare ergo existi? Nũ-
quid inuenis causam? Quos accusas non cõ-
uincis, exeundo autem ante tempus te sepa- H
rando, ipse conuinceris. Vide quia filius ma
lus es, ipse te iustum dicis, exitum autem tuũ
non abluis. Ego non dico tibi, tu es potius
traditor. Quod si etiam dicam, facile pro-
bo, sed ideo nolo dicere, quia tui fecerunt,
non tu fecisti. Non tibi imputo factaaliena,
etiam tuorum, tuum factum attendo, quod
foris es arguo. Exitum tuum arguo, prorsus
certe omnia remoueo quæ in vos dici pos-
sunt. Omitto ebriositates vestras, foen[illegible] &
vsuras, super vsuras, omitto greges & [illegible]-
rias. Circumcellionum, omitto hæc om[illegible]
&

& quæcunque alia quæ enumerare non possum. Non omnes forte apud vos ista faciunt, Ille qui ibi ista non facit, ille displicent ista quæ ibi fiunt, ipse ergo accedat ipse loquatur, non ei obiicio crimen alienũ, abluat exitum suum. Vides quia recte illi dicitur, Filius malus ipse se iustum dicit. Dominus enim dicit, qui verum dicit, Filius malus ipse iustũ dicit: Non ego, sed ipse. Si vult vt ego dicam iustum veniat, bonos fructus in catholica pace afferat, in catholica pace custodiat, qa & fructus non est, vbi non est tolerantia: Et fructum, inquit, afferent cum tolerantia. Vis videre quemadmodum grandinatus es? Audi ex alio loco, Ve his qui perdiderunt tolerantiam. Modo aliquem putate cogitare, quia & sæpe contingit, vbi sit Christianus. Motus est vt sit Christianus, attendit in nomen Christi concurrere genus humanum, nulla temporali proposita commoditate vult esse Christianus, non vt maiorem amicum conciliet, non vt ad concupitam vxorem perueniat, non vt aliquam pressuram huius seculi euadat, quanquam multi etiam sic intrantes corriguntur ingressi. Sed faciamus aliquem cogitantem de anima sua & volentem esse Christianum, attendit vbi duas partes videt, quærit causas quare se illi ab illis separauerint. Respõdent illi: Separauimus nos tanquam iusti a peccatoribus, quasi vero eę co loquantur audienti quid dicant, non videnti quid agant. Si itaque inspiciens morem ipsorum & ea quæ pauloante commemorauimus dicat illis: Rogo vos, iustos vos esse dicitis, & ideo vos recte separasse contenditis, quare apud vos sunt tales & tales? Et illi fortasse, quia negare non audent, quia ea dicuntur quæ oculis obiiciunt, sunt quidem apud nos tales, sed nunquid omnes sumus tales? Optime. Video te foris cum peccatoribus. Quare non intus? Merces enim separationis tuę esse debuit, cum peccatore non viuere. Si foris sic esses, vt quales te fingis fugisse non haberes, quoquomodo ferrem separationem tuam. Attendat ergo iste cupiens esse Christianus, vbi sit Christianus, videt illos separatos qua a peccatoribus, plenos peccatoribus. Rursus attendat ecclesiam Christi secundum probabilem vitam morum generis humani secundum quos mores potest ipse etiam veniens de seculo vtcunque iudicare. Videat & hic aliquos sobrios, aliquos ebrios, aliquos patientes pauperes, aliquos rapinam rerum alienarum appetentes, & cætera talia, videt hic, videt & ibi, attendat iam Deum, quid dicat de ecclesia sua, inuenit Deum dicentem per omnes gẽtes ecclesiam suam, inuenit Deum etiam in ista similitudine zizaniorum dicentem: Ager est hic mundus. Non ager est Aphrica, sed hic mundus. Per totum mundum frumentum, per totum mundum zizania, tamen ager est mundus. Seminator filius hominis messores angeli, non principes Circumcellionum. Sinite crescere vtrumque vsque ad messem, non crescere zizania, & decrescere frumenta, sed vtrunque crescere vsque ad messem. Quam messem? Ipsum audi: messis est finis seculi. Audi hæc plane, & recte iudicans quid dicit? Non ero in illa concisione, in hac ero, & bonus ero in nomine eius cuius ero & bonus ero, non meipsum bonum faciens, sed ab illo fieri expectans, non meipsum bonum & iustũ dicens, sed ab illo dici desiderans. Intrat, fit catholicus, ecce ipse abluit ingressum suum, ablue & tu exitum tuum. Non potes. Filius enim malus ipse se iustum dicit, exitum autẽ suum nõ obluit. Lateribus & humeris vestris impellebatis, & cornibus vestris percutiebatis, & omne quod deficiebat comprimebatis, quoadusque dispergeris eas foras. Et saluabo oues meas. Sicut de testanda illorum iniquitas, & crudelitas, ita laudãda pastoris nostri veri Dei non misericordia, saluauit oues suas. Forte fratres mei quãuis per minimos seruos suos, forte per indignos, hoc facit cũ hoc dicimus, Saluat oues suas, audiant vocẽ pastoris sui, & sequantur eum, non quærant ecclesiam ex ore hominum, ex ore Dei quærant, ex ore Christi quærant. Ille quem dicit impium, impius est, quẽ dicit iustum, iustus est, quem dicit ouem, ouis est, quem dicit hircum, hircus est, Ipse est veritas, ipse loquatur, ab illo ecclesia quæratur. Dic nobis domine, vbi est ecclesia tua? Et ille omnibus: Vbi ego sum, scitis, Respondeant omnes. In cœlo ad dexteram patris. Integra fides. Hanc docui, hanc seminaui, sed per mundum seminaui. Cum mẽ, inquit, confitemini in cœlo, venit nobis certe in mentem ille psalmus, Exaltare super cœlos Deus. Ecclesiam quæritis, legite quod sequitur. Et super omnem

Psal. 60.
Mat. 15.
Ibidem.
Ibidem.
Eccl. 2.
De mũa Dei per pastorem christũ oues suas ab hæreti corũ vastationib. liberãdis.
Cap. 11. Ioan. 14. Ioan. 7. Mar. vlt.
Psal. 107

omnem terram gloria tua. Vbi fratres, vbi dictum est, Exaltare super cęlos Deus: de Christo resurgente & ascendente: ibi statim sequitur, Et super omnem terram gloria tua. Spōsus in cœlo est, sponsa in terra est, ille super omnes cœlos, illa super omnem terram. O hæretice, credis quod in cœlo non vides, negas quod in terra vides. Dicat ergo hęc, dicat & audiatur, saluat oues suas. Et saluabo, inqt, oues meas, & iam non erunt in vastatione, & iudicabo inter ouem & ouem, & excitabo super eas pastorem vnum. Nonne ipse in superiori lectione dixerat: Ego pascam? Modo excitat pastorē vnum ille qui pascit. An forte intra tam paruum interuallum lectionis tędio affectus est pascendo, & excitauit pastorem cui commendaret curam ouium vt ipse esset securus? Audiamus quem pastorem dicit, & ibi intelligimus quare & ipse pastor etiam excitato isto pastore ipse pascat, & solus pascat. Excitabo super eas pastorem vnū, & pascet eas. Seruus meus Dauid ipse pascet eas. Prophetiam esse de Christo veniente ad homines ex semine Dauid itelligitis, fratres, si tempora cognoscatis. Ipse Propheta Ezechiel tempore captiuitatis fuit, quę facta est ex transmigratione populi in Babyloniam. A tempore Dauid vsque ad tēpus huius transmigrationis, generationes, sunt quatuordecim. Ecce quanto post dicit: Et Dauid pascet eas. Si hoc diceretur tempore Noe, aut tempore Abraham, aut tempore Moysi, aut tempore saltem ipsius Saulis, cui succesit in regno Dauid, recte intelligeremus de ipso Dauid filio Iesse dictum esse hoc, quod ipse futurus esset pastor gregis Dei, cui regnāti populus ille commissus est, nunc vero iam regnauerat Dauid, iam de vita ista exierat, iam patrib. appositus erat, iā pro merito suo quescebat. Quid est, qđ dicit, Excitabo Dauid, & faciam eum pastorem vnum, nisi qa Dauid ille est, qui venit ex semine Dauid? Qūo ergo erigit nobis pastorem Deus? Quem pastorem vnum? Et pascet eas seruus meus Dauid. Iādudum ipse pascebat nos, Deus pascebat nos, modo pascit nos seruꝰ eius Dauid. Quare tanquàm alter? Nam vtiq; cum ille pascebat, Deus pascebat, & cum Deus pascebat, pater & filius & spūssanctus pascebat. Modo excitatur & fit tanquàm alter pastor, sed nō alter. Non alter secundum formam Dei, quia in forma Dei ipse & pater vnus Deus: in forma aūt serui tanquam alter excitaū vt pascat, qua maior est pater. Audi vnum pascentē, & Christum pascentem. Ego & pater vnum sumus. Audi excitari Christum pascentem, Pater maior me est. Vnus ergo pascit, quia cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Excitatur autem vt pascat quia semetipsum exinaniuit formam serui accipiēs. Hoc & hic ipsa verba testanē: Pascet eas seruus meus Dauid. Seruus in forma serui seruus, quia semetipsum exinaniuit formā serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu iuuentus vt homo, humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Excitetur ergo vt pascat. Propter quod, inqt, Deus exaltauit eum a mortuis, & donauit ei nomē qđ est super omne nomen. Iam excitato seruo suo Dauid, iam excitata forma serui, quā posuit ad dexteram suam donauit ei nomen qđ est super omne nomen. Vide quemadmodū pascat, quàm late pascat, vt in nomine Iesu omne genꝰ flectatur cęlestium, terrestrium, & infernorum. Ad quam angustam partem latum possessorem vanitas hęretica impingis? An tantum fidis superbis humeris & cornibus tuis, vt non cōgreges ad pastorem, sed & ipsum pastorem a grege coneris excludere? Pascet eas seruꝰ meus Dauid. Audite oues pascētem vos Dauid. Audite vocem pastoris vestri Dauid non vocem latronum, nō vlulatus luporū. Pascet eas seruus meus Dauid. Ipse pascet eas. O commendanda res, Ipse pascet eas. Nemo se dicat pascere prꝛter ipsū, ipse pascet eas. Qui vult pascere, in illo pascat, qa ipse pascit eas. Deus pauloante dicebat. Ego pascam, modo dicit, Ipse pascet eas. Rūdeat filius & dicat vobis, Vtrunq; vere dictum est, Ego & pater vnum sumus. Qui dicit, ego pascam, non mentitur dicendo, ipse pascet, & cū dicit, ipse pascet, non mentit dicendo, ego pascam. Non credis, inquit, quia ego in patre, & pater in me est? Philippe, qui videt me, videt & patrem. Recte dī, Ego pascam: recte dī, Ipse pascet. Distinctio est, nō separatio, ipse pascet eas. Nolite oues expauescere, nō relinquet vos qui dicit, ipse pascet eas. Deus pascit pater & filius & spiritus sanctus, ipse Deus pascit. Sed distinguenda erat forma serui, non separanda & alie[illegible]da

Ezec. 34.
Ibidem.
Ibidem.
Ioan. 10.
Ioan. 14.
Ibidem.
Philip. 2.
A
B
C
D
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.
Ioan. 10.
Ioan. 14.

De deitatis vnitate & personarum distributione. Cap. 12.

da, & in aliam personam constituenda. Accepit in se creator creaturã, non mutatus est creator in creaturam, assumpsit quod non erat, non amisit quod erat. Pascet eas seruus meus Dauid. Ipse pascet eas, & erit eis in pastorem, & ego dominus ero illis in Deũ. Attendite fratres, Videte vnitatem deitatis, & personarum tñ distributionem, ne dicamus eum esse filiũ qui pater est, aut eum esse patrem qui filius est. Ecce dixit, Ipse pascet eas, qui paulo ãte dixerat, Ego pascam eas. Et erit eis, inquit, in pastorem, & ego dominus ero
D illis in Deum. Expone nobis domine. Nemo aquam turbet, quod purum manet de puro fonte potemus. Quid enim quasi singilatim quod dixisti, erit ipse in pastorem, ego ero in Deum tanquam ipse sit pastor noster, tu sis Deus noster? Quare domine tu non es pastor noster, & ille non est Deus noster? Tranquille audi, esto mansuetus ad audiendũ verbum, vt intelligas. Forte enim modo audit me aliqua auris diuersa sentiens & hæretico veneno tabefacta, & irridet me dicentem patrem & filium vnum Deum, cũ non irrideat tot milia fratrum habẽtium animam vnam, & dicit mihi, ecce aperte Deus dicit, Erit eis in pastorem seruus meus Dauid, quem tu ipse Christum intellexisti, nec aliter potest intelligi: Rationem.n. reddidisti: hęc esse dicta: cum iam dormisset Dauid. Christ⁹ ergo erit eis in pastorem, & ego, dñs ait, ero illis in Deum. Ille in pastorem, ille in Deum. Tu ergo mihi expone, quid est, Ego pascam? Quis dicebat, ego pascam? Certe Deus loquens dicebat, ego pascam. Qũo non separauit Christum a pascendo, cum diceret, ego pascã, sic non separauit Christum a deitate, cum diceret, ego Deus. Ecce pastor est Christus, pa-
stor est & pater. Sic Deus est pater, Deus est
E & Christus. Sicut a pastore Christo nõ separas patrem, sic a Deo patre non sapares Christum. Habet cum filio pater pascendi misera rionẽ, habet cũ patre filius diuinitatis ęqualitatem. Sed nisi ita diceret, putares eum esse patrẽ qui est filius. Ergo ad vnitatem deitatis te admonuit, & ad personarum distributionẽ, vt qđ dicit, ipse pascet, & ego ero illis in Deũ, non separans a filio pascẽte, nec filium sep[illegible]ãs a se dñante, & in patre intelligas Deũ fi[illegible]m, & in filio intelligas pastorem patrẽ. [illegible]o, inquit dominus, ero illis in Deũ, & ser-

Ibidem. *Ioan. 1.* *1. Ti. 2.*

uus meus Dauid princeps in medio eorum. Quare in medio eorum? qa verbum caro factũ est & habitauit in nobis. Princeps in medio eorum, inde & mediator Dei, & hoĩum, qa Deus cum patre, homo cum hominibus. Non mediator homo prẽter deitatem, non mediator Deus præter, humanitatẽ. Ecce mediator. Diuinitas sine humanitate non est mediatrix, humanitas sine diuinitate nõ est mediatrix, sed inter diuinitatem solam & humanitatem solam mediatrix est humana diuinitas & diuina humanitas Christus. Et seruus meus Dauid princeps in medio eorum. Ego F
dñs locutus sum. Non nescio quis hæreticus. *Ezec. 34.*
Ego dñs locutus sum, Et disponam ad eos *De testõ*
testm̃ pacis, per ipsum vtique qui ait, Pacem *pacis in*
meam do vobis, pacem meam relinquo vo- *ecclesia*
bis. Hoc est testm̃ patris nostri, testm̃ pacis. *quo carẽt*
Quælibet hęreditas diuidat̃ inter consortes, *hæretici.*
pacis hæreditas diuidi non potest. Pax nostra *Cap. 13.*
Christus est, pax facit vtraq; vnum, non duo *Ioan. 14.*
de vno. Ipse enim pax nostra dixit, qui fecit *Ephe. 2.*
vtraq; vnũ. Testm̃ Dei est, hæreditas pax est. A concordib. consortib. possideat̃, non a litigantib. diuidat̃. Et disponam ad eos testm̃ pacis. Vigilate hæretici, audite a pastore testamentum pacis, venite ad pacem, irascimini Christianis Imperatorib. quia testamenta vestra valere noluerunt in domib. vestris, videte quàm digna sit pœna. Et quid est quod testamentum vestrũ non valet in domo vestra? Quid est? Quantum est? Dolor iste admonitio est, nõdum damnatio: Voluit enim Deus compati testamento pacis suæ. Condoles testamento tuo, si non stet testamentum tuum in domo tua. Certe moriturus es, & quid agatur in illa domo, postea nesciturus. In illa.n.
die peribunt, inqt, omnes cogitationes eius, *Psa. 145*
& non cognoscet amplius locum suum. Nõ *Psa. 102*
ergo sciturus quid postea agat̃ in domo tua
cum mortuus fueris, doles tñ testamentum G
tuum non stare in domo tua. Christus mortuus resurrexit, de cœlo respexit, vt stet testamentum eius. Euigila ex dolore tuo, corrige re ex cruciatu tuo. Ligno male curuo nosti calorẽ solere adhiberi, corrigat te dolor iste: nondum est flamma ignis ęterni, tanquam calor foci est admotus curuo cordi tuo, vt hinc admoneatur, & corrigatur. Dole prorsus. Recte doles, non stare testamentum tuum in domo tua. Domus Dei cor tuũ est.

&

Si vis valere testamẽtum tuum in domo tua, quare non vis valere testamentum Dei in domo sua? Dimittis filiis tuis parietes, & si aliter filios tuos diuisuros noueris quã tu disposueris doles. De vna domo vilissima, de tecto ruituro q̃tam curam habes quam tam solicitudinem cõcipis: quemadmodum ardentib. febrib. prementi morbo, ipsi morti vrgenti q̃tum potes resistis, anhelans verba extrema vt impleas testm̃, quot iurisperitos consulis, q̃tas fraudes, vt stet testamentum tuum contra ipsam legem Imperatoris, inquiris? De ꝓximo tibi rñdet Deus, Noli fraudes quęrere,
H noli calumniosas formulas aucupari. Vis stare testamentum tuum, stet in te meum. Doles, qa acquisitionem tuam tollit alius quem nolebas, quid de hæreditate mea tam lata, tã pia? In semine tuo benedicentur omnes gentes. Dixi ergo seruo meo, dicit tibi Deus, &
Gen. 22. credit cum hæc non videret, tu vides & negas. Ecce ille factum testamentum seruauit, tu apertum discindis. Tunc enim testamentum seruatum est, qñ auditum est, tunc apertum est, quãdo impletum est. Vsq; ad manus tuas seruatum est testamentum. Certe hæres vis esse. Nunqd sic tecum contendit cohęres tuus, vt dicat tibi, tolle istam partem, ego illam, aut tolle tu minorem, & ego maiorem? Non dicit, simul diuidamus, sed simul habeamus, hoc enim voluit, qui testatus est. Aperi & lege, & clamas, ne intenderetur * ego feci, ne intenderetur ergo seruaui, ne intenderetur tu seruasti. Aperi & vide, quia vnde intenderis, * seruasti, quauis te seruasse absit, vt credam, quem video nõ seruare quod iubet. Et ponam ad eos testamentum pacis, & exterminabo bestias malas a terra. Bestias, hostes testamẽti pacis. De illis bestiis dicitur in Psalmo, Increpa feras calami. Quid est feras calami? Bestias aduersarias sacræ scripturę, quia calamo scriptæ sunt. Exterminabo bestias malas a terra, & habitabo in eremo in spe. Quid est in eremo? In solitudine. Quid est in solitudine? Intus in conscientia. Magna solitudo, quia non solum nulus hominũ transit, sed nec videt. Ibi habitamus in spe, qa nondum in re. Etenim totum quod foris est nostrum, fluctuat tempestatib. & tẽtationib. seculi. Est interior eremꝰ, ibi interrogemus, fidem nostram, interrogemus, si est charitas intus, videamus si non labia sonant, sed & pectus cum dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, si verum sonat, si verum dicimus, vbi nemo hominum videt, ibi est eremus, vbi requiescimus in spe, qa trãsit hæc omnis tribulatio, & quæ spes erat, fiet res, & erit totum nostrum in requie, qa iam conspicui nobis erimus, & non erit ouis tanquam abscondita cogitatio, & nõ erit eremus cõscientia, quia omnes sibi noti erunt, & cogitationes suas ignotas non habebũt. cum venerit dominus, & illuminauerit abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis, & tũc laus erit vnicuique a Deo. Nunc vero vides duos K homines in tribulatione, cor ipsorum videre non potes. Forte alius conscientia mordetur, alius in conscientia tanquam in eremo requiescit, & habitabunt in eremo in spe, & & somnum habebunt, i. requiem, tanquam alienatus sensibus ab omni strepitu seculi intus ibi requiescent in riuis. In ipsa intus eremo sunt riui qdam memoriæ manantes, liquores diuinos scaturientes, ex mẽte scripturam tenentis & recolentis. Et enim quod legisti, qꝑ audisti, si purum & liquidũ & sanctũ memoriæ mãdaueris, cũ cęperis in illa interiore eremo, i. in bona conscientia requiescere, eliquaẽ de interiob. mentis tuæ, & manat quodammodo recordatio verbi Dei, & cum cæteris reqiescis in spe & dicis, Verum est, bene mihi est, ipsa est spes mea, hoc mihi promisit Deus, non mentit, securus sum. Et ista securitas somnus est in riuis. Et somnum habebunt in riuis, & dabo eis in circuitu collis mei benedictionem. Mons licet sit, collis licet sit in circuitu eius, bene sit nobis. Collis *Ezec 34* ipse Christus est. Sic. n. ipse in medio nostrũ, *Ibidem.* nos sumus in circumitu eius. Iã. n. dudũ dixerat, Dauid princeps in medio eorũ. Et qa L princeps, ideo collis, lenis nõ arduus & difficilis ascẽdẽt, sed si nõ de alto pedes ponat. Et dabo eis ĩ circuitu collis mei benedictionẽ, & deferã inbrem in tpe suo, pluuiam verbi Dei. Est. n. imber malus, qui deiicit domũ super arenam constitutã cui magnum est vt resistat domus super petrã fundata: tentionis. n. imber est, ruinã quærens, non terram rigãs. Non erit talis imber iste quem se dicit deferre dũs: Quid enim ait? Imbres benedictionis erunt. Suspectum te fecerat nominatus imber. Imbres erunt benedictionis, nõ tẽtationis. Im-

Alias incenderẽ, & sic deinceps. Psal. 67. Alias incẽdereris De cõsciẽ tiæ eremo in qua re qęscamus in spe & de eius de litijs. Mat. 6. Cap. 14.

Esai. 58. Philip. 4. M

De seruitute simplicium sanctorũ ab hæreticis quos liberat dominus & in solitudinem reducit Ecclesiæ. Ezec. 34. Ioel. 2. Cap. 19. Ezec. 38. Ibidem. Ioan. 8.

Ibidem.

A

nis. Imbres erunt benedictionis. Et vide quid profecit ille imber. Et ligna quæ in cãpo sunt dabunt fructum suum. In campo, in planitie quadã, non in arduis, in facilitate quadam vitæ. Facilitatem quandam vitæ huius nihil in se habentem ardui, laborioſi, difficilis, campum dixit, qualis est vita fidelium multorũ in Ecclesia Dei, habentium coniuges, filios, domos suas, velut in campo sũt ligna, arduũ nihil ascendere valuerunt, sed accipiant imbrem, dabunt & hęc ligna fructum suũ. Horum lignorum fructus est: Frange esurienti panem tuum, & egenum sine tecto induc in domum tuam. Talib. lignis dicebat Apostolus, Non qa quæro datum, sed requiro fructum. Et ligna q̃ in campo sunt dabũt fructũ suum, & si non habent maiorem, habent tñ quendam suũ. Et terra dabit gñationem suã, tota terra, & inhabitabunt in terra sua. Iã cãpi colles, montes dabunt generationes suas. Quid potest campus? Quid potest collis? Quid potest mons? Solus agricola agnoscat, & habitabunt in terra sua in spe. Videtis quia ea promittit quæ hoc tempore donat nobis. Quandiu dicit in spe, adhuc in hoc tempore intelligo, cum enim peruenerimus ad promissa, iã nõ erit spes, sed res ipsa erit. Et sciẽt qm̃ ego sum dñs in eo cum confregero furcas iugi eorum. Furcas quib. premit collum eorum. Domine frange furcas eorum, quibus hæretici premunt colla infirmorũ. Quid enim tam angustum & furca compressum, quàm noli audire Christũ, audi me? Remoue furcam, respirare permitte. Nescio quid dicas. Audio vocem pastoris mei per omnes gentes, incipientib. ab Ierusalem, sine me sequi postorem. Quid premis? Tolle furcã de collo meo, tollam iugum leue domini mei, Hæc audit & premit. Domine non vult hęreticus furcam suspendere, tu furcam frange. Crux dñi sursum leuat, furca hęretici deorsum premit. Sed confringentur in eo cũ confregero furcas iugi eorum. Dominationem enim volunt hominibus imponere, volentes eos sub se esse, non sub Deo. In eo cum confregero furcas iugi eorum, & eximam eos de manu eorum, qui eos in seruitutem redigebant. Quid est in seruitutem redigebant? Ad peccatũ eos cogebant. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati. Videte quid eis persuaserint fratres, vt dicant, Illi de nobis reddẽt rationem, nos oues sumus, quò duxerint sequimur. Ouis es, pastorem audi, non lupum. Et non erunt in vastationem gentib. In omnib. enim gentibus nõ desunt alii hic, alii ibi, non illi ibi qui hic, sed tamen non desunt furcis prementes colla fidelium, nec hic nec ibi. Dissentiunt inter se, cõtra vnitatem omnes consentiunt. Vnitas autẽ non dissentit a se, sed contra omnes dissentientes a se vbique pugnat, vbique laborat. Sed est requies in eremo. Et non erunt adhuc in vastationem gentibus, & bestiæ terræ iam non comedent eos. Audientes vocem pastoris seruentur a dentibus luporum, bestię illæ calami non comedent eos, volentes ad sensum suum conuertere scripturas, ab apertis scripturis auertentes aures, volentes se audiri, & scripturas non audire. Et bestiæ terræ non comedent eos, & inhabitabunt in spe. Videte quoties ostendat, quia quod nunc ꝓmittit, hic promittit, de rebus loquitur, quas adhuc hic exhibet. Et nõ erit qui eos terreat. Quomodo non erit qui eos terreat? Non erit prorsus. In domino confido, iam cum cœperit dicere homo, In domino laudabo sermonem, In Deo laudabo verbum, in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo: non in me. Illi laudabant verbum in se dicences, Quod vobis dicimus, credite. Nos laudamus verbum in domino dicentes, quod nobis dicitur a domino, credamus. Non erit qui eos terreat. Et excitabo eis plantarium pacis, testamentum pacis. Plantarium pacis germinet, quod plantat Deus, & exterminetur quod seminauit hęreticus. Quod plantauit Deus de se, de Ecclesia sua, de se in cęlo, de Ecclesia in terra, de se super omnes cœlos, de Ecclesia per omnes terras, hoc plantauit Deus. Veni autem huc, esto in parte Donati, in Aphrica Ecclesia est. Non plantauit Deus, non agnosco plantam Dei, eradicandum est quod loqueris, non rigandum. Et excitabo eis plantarium pacis, & iam non erunt qui exterminentur fame in terra. Vere fratres, quia fames est, quærite & videte quantam famem patiantur, & quod peius est, circum os habent escam, sed non manducant: prorsus quo ægri moriunt̃ sæpe fastidio, non qa deest quod comedat, sed qa comedere nolunt & auersant̃. Nam vtiq; & scripturæ ista loquuntur, & hic vtique, & ibi sonat

Esai. 58. Philip. 4. M

De seruitute simplicium sanctorũ ab hæreticis quos liberat dominus & in vnitatẽ reducit Ecclesiæ. Ezec. 34. Luc. 24. Cap. 15. Ezec. 38. Ibidem. Ioan. 8.

A

Pſal. 10. Pſal. 55.

Ezec. 34.

B

C

Ibidem.

Psal. 21. sonat Psalmus. Commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in cõspectu eius vniuersæ patriæ gentium. Ecce esca posita est in vasculo. Si sanus esses & manducares, nunquid ibi remaneres? Et iã non erunt qui exterminent fame in terra, & iam nõ portabunt maledictũ gentium. Vere, fratres, in tantum culmen in noie Christi erecta est Ecclesia, vt iam confundant omnes maledici, nec audeant maledicere. Hoc solum illis remansit, quod cõtra nos dicant, quare inter vos non consentitis? Gentiles Pagani qui remanserunt nõ habentes qđ dicant cõtra Christi nomen, dissensionem Christianorũ Christianis obiiciunt. Ergo quicunq; ab hæreticis transierunt ad catholicam, non hẽbunt hoc opprobrium gẽtium, nec portabunt maledictũ dissensionis, qa pmanẽt in radice vnitatis, in plantatione charitatis, non reportabunt maledictum. Et scient qa ego sum dominus Deus eorum, & ipsi populus meus domus Israel, dicit dñs Deus. Ecce sunt oues, ecce est & vinea. Qũo cum de vinea loquereꝰ Esaias, arguens quandam vineam malam, ne diceret vitis, non intellexi, exposuit in fine dicens, Vinea autem dñi sabaoth, domus Israel est, ne dicerẽt nõ nobis dictum est, sed vineæ nescio cuius, sic & hic, quum loquutus esset de ouib. ad extremũ ne quis dicat, forte sunt aliquæ oues Dei, nescio vbi, quas curat Deus, & ego illas non noui, quãquam absurdus est nimis humano sensui, qui ista cogitauerit, tñ pastor ille cõpatiẽs infirmis vsq; ad tales cogitationes descendit, & quæ essent oues eius apertissime exposuit. Et vos oues meę, et oues gregis mei hoies estis. Sed qui hoies? Omnes homines? Non Beatus. n. cuius est dñs Deus spes eius: Et quàm bonus Deus Israel rectis corde. Beatus vir cuius dominus Deus est ipsius. Super omnes Deus est: tñ nescio quomodo non facile quisquam audet dicere: Deus meus, nisi qui in eum credit, & qui eum diligit, ipse dicit, Deus meꝰ, tuum feciſti tibi, cuius es. Hoc amat ipse, prorsus dulcedine affectus tui, & secura, & præfidenti dilectione dic, Deus meus. Securus dicis, verum dicis, qa tuus est, & non feciſti vt nõ sit alterius Non. n. sic dicis, Deus meus, qũo, equus meus. Equꝰ enim tuus est, non alterius equus. Deus & tuus est, & eius qui sic dixerit, Deus meus, quomodo tu dicis. Singuli dicunt, Deus meus & Deus meus, ille omnium est, communiter omnib. se ad fruẽdum præbens, in omnib. integer, in singulis integer: non enim qui dicunt, Deus meus, singuli diuidunt inter se. Si sermo iste quem iacto lingua & sono constante literis & syllabis, totus ad singulos peruenit, nec diuidunt illum inter se qui audiunt, si sermo ad aures corporis corporaliter sonans, in propinquo clarius, in longinquo languidius, ab omnib. tñ audientib. totus excipitur, non inter se syllabatim eum diuidentib. sed omnib. totum accipientib. quanto magis ille Deus vbiq; præsens, implens omnia, non propinqua clarius, & longinqua languidius, sed pertendens a fine vsq; ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter, æqualiter possidet ab oĩbus? Lux ista fratres mei, certe corporea de cœlo fulget, oriẽ, occidit, circumit, de loco in locum mutatur, tñ procedunt in ea & dirigunt oculi omnium, & omnium oculi pariter eam possident, non eam diuidunt, nullus in ea dies limitem fixit, nec prior prœoccupãdo vt videret oculos pauperis aut exclusit aut angustauit. Dicat pauper, Deus meus: dicat dies, Deus meus: minus ille habet, plus, hic habet. sed argentũ nõ Deum vt peruenirꝰ ad Deũ zachęus dies, dedit dimidiũ patrimonii sui, vt peruenirꝰ Petrus, retia & nauẽ dimisit, vt peruenirꝰ vidua, duo minuta dedit: vt peruenirꝰ pauperior, calicem aquæ frigidæ porrexit: vt peruenirꝰ penitus pauper & egenus, solam bonam voluntatem tribuit. Diuersa dederunt, sed ad vnum peruenerunt: quia non diuersa amauerunt. Sic & vos homines oues Dei, oues gregis Dei, nolite perturbari temporalibus diuersitatibus vestris: quod alij in honore, alii sine honore, alii cum pecunia, alii præter pecuniam, alii pulchri corpore, alii minus pulchri, alii ætate sesi. alii iuuenes, alii pueri, alii viri, alii fœminæ: Deus omnibus æqualiter adest. Ille apud eum plus habet loci, qui plus attulerit, non argenti, sed fidei. Et vos, inquit, oues meæ & vos greges mei homines estis, & ego Deus vester, dicit dominus Deus. O beatos nos tali possessione, & tali possessore. Nã & possidet nos, vt possideamus illum. Possidet nos, vt colamus illum. Possidemus illum vt colamus illum? Sed nos tanquam Deum colimus, ille colit nos tanquam agrum.

Ezec. 34.

Ibidem. Qui sint oues ueri pastoris.

Isaiæ. 5. Cap. 16.

Ezec. 34. Psal. 39. Psal. 72. Psa. 145

Sap. 8. F

Luc. 19. Mat. 4. Luc. 21. Mat. 10. 1. Re. 16.

G

Ezec. 34.

agrum. Ille colit nos vt fructum afferamus,
Psal. 2. nos eũ colimus vt fructũ demus. Totũ ad nos
recurrit, ille nostri non eget. Dabo, inquit,
G tibi hęreditatẽ tuã, & possessionẽ tuam fines
Psal. 15. terræ. Ecce possessio eius sumus. Dominus,
inquit, pars hæreditatis meę & calicis mei.
Ecce possessio nostra est, sed tñ qua distinctione: vos homines estis, ego dominus Deus
vester, dicit dominus Deus noster, Qui viuit
& regnat Deus in secula seculorum, Amen.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

DE SYMBOLO VEL REGVLA fidei ad cathecumenos.

LIBER PRIMVS.

De omni potentia patris & filij, & creatione verũ visibilium.

ACcipite filij regulam fidei, quod symbolum dicitur, & cum acceperitis, in corde scribite, & quotidie dicite apud vos, antequam dormiatis, antequã procedatis, vẽ symbolo vos munite. Symbolũ
Luc. 15. nemo scribit, vt legi possit, sed ad recensendũ, ne forte deleat obliuio q̃ tradidit diligen
Mat. 4. Luc. 21. Mat. 10. 1. Re. 16. Rom. 10. tia, sit vobis codex vestra memoria. Quod audituri estis, hoc crediturí, & quod credideritis, hoc etiã lingua reddituri. Ait enim Apostolus, Corde creditur ad iustitiam, ore autẽ confessio fit ad salutem. Hoc enim symbolũ, quod retenturi estis & redditurí. Ista verba quę audistis per diuinas scripturas sparsasũt, sed inde collecta & ad vnum redacta, ne tardorum hominum memoria laboraret, vt omnis homo posit dicere, posit tenere quod credit. Nũquid modo audistis, quia Deus omnipotens est? Sed incipitis eum habere spiritum, quando nati fueritis per Ecclesiam matrem. Inde ergo iam accepistis, meditati estis, & meditati tenuistis vt dicatis, Credo in Deũ
H patrem omnipotentem. Deus omnipotens est, & cum sit omnipotens, mori non potest, falli non potest, mentiri non potest, & quod
2. Tim. 2. ait Apostolus, negare seipsum non pot. Quã multa non potest, & omnipotens est. Et ideo omnipotens est, quia ista non potest, nam si mori posset, non esset omnipotens, si mentiri, si falli, si fallere, si inique agere, non esset omnipotens, quia si hoc in eo esset, non fuisset dignus qui esset omnipotens. Prorsus omnipotens pater noster peccare non pot. Facit quicquid vult, ipsa est omnipotentia, facit quicquid bene, quicquid iuste vult, quicq̃d I
aũt male fit, non vult. Nemo resistit omnipotenti, vt nõ q̃ vult faciat. Ipse fecit cęlũ & ter- *Hest. 13. Ps. 166.*
rã, mare & oĩa quæ in eis sunt, inuisibilia & visibilia. Inuisibilia, sicut sunt in cęlis sedes, dominationes, principatus, potestates, archãgeli, angeli, si bene vixerimus ciues nostri. Fecit in cęlo visibilia Solẽ, Lunã, stellas. Suis aĩalibus terrestribus ornauit terrã, impleuit aerem volatilibus, terrã ambulantibus & serpentibus, mare natantibus, oĩa impleuit suis creaturis proprijs. Fecit & hominem & imaginẽ & similitudinem suã in mente, ibi enim *Gen. 1.*
est imago Dei, ideo mens ipsa nõ potest comprehẽdi nec a seipsa, vbi est imago Dei. Ad hoc facti sumus vt creaturis cęteris dominemur, sed p̃ peccatũ in primo hoiẽ lapsi sum⁹ & in mortis hæreditatẽ oes deuenimus. Facti sumus humiles mortales, impleti sumus tumoribus, errorib. hoc merito peccati, cum quo merito & reatu nascit omnis hõ. Ideo sicut vidistis hodie, sicut nostis & paruuli exufflantur & exorcizantur, vt pellatur ab eis diaboli ptãs inimica q̃ decepit hoiem, vt possideret homines. Non ergo creatura Dei in infantibus exorcizatur aut exufflatur, sed ille sub quo sunt oẽs qui cũ peccato nascuntur, est. n. princeps peccatorũ. Ac per hoc p̃p vnũ qui lapsus est, & oẽs misit in mortem, missus est vnus sine peccato, qui omnes in se credẽtes perducat ad vitã, liberans eos a peccato. Ideo credimus & in filiũ eius, id est, in Dei patris omnipotentis vnicum dominum nostrũ. Quando audis vnicum Dei filium agnosce Deũ. Non enim filius Dei vnicus posset esse nõ Deus. Quod est, hoc genuit, etsi non est K
quem genuit. Si verus est autem filius, hoc est *De vnico filio Dei christo Iesu consubstantiali patri & eiusdẽ voluntatis & operationis cũ eo. c. 2.*
quod pater: si hoc non est quod pater, non est verus filius. Mortales & terrenas creaturas attendite: quod est res quęque, hoc generat, non generat homo bouem, non generat ouis canem, nec canis ouẽ. Quicquid est q̃d generat, id quod est generat. Tenete ergo fortiter, firmiter, fideliter, quia hoc genuit Deus pater, quod ipse omnipotens. Creaturæ istæ mortales per corruptionem generant. Nunquid sic Deus generat? Mortalis natus id q̃d est genuerat, immortalis quod est generat,

corruptibilis corruptibilē generat, incorruptibilis incorruptibilem, corruptibilis corruptibiliter, incorruptibilis īcorruptibiliter, vsque adeo hoc quod est, vt vnus vnum, ideo vnicum. Scitis quoniam cum vobis prænunciarem symbolū sic dixi, & sic credere debetis, quia credimus in Deum patrem omnipotentē, & in Iesum Christū filium eius vnicū.
L Iamq; vnicum crede omnipotentem: non enim Deus pater facit quod vult, & Deus filius non facit quod vult, vna voluntas est patris & filij, quia vna natura: nec enim voluntas filij potest patris voluntate aliquantulū segregari. Deus & Deus, ambo vnus Deus: Omnipotens & omnipotens, ambo vnus omnipotens. Non introducimus duos Deos, quo modo quidam introducunt, & dicunt: Deus pater & Deus filius, sed maior Deus pater, mi
Matt. 6. nor Deus filius. Ambo quid? Duo dij? Erubescis dicere, erubesce credere. Dominus Deus pater dicis, & dominus Deus filius, & dicit ipse filius, Nemo potest duobus dominis seruire in familia ipsius sic erimus, vt quo modo in domo magna, vbi est paterfamilias & habet filiū, dicamus & nos dominus maior, dñs minor. Auersamini talem cogitationē, si vobis talia feceritis ī corde, idola ponitis in anima, vana prorsus repellite. Prius credite, postea intelligite. Cui autē donat Deus, vt cū crediderit cito intelligat, Dei donū est, non humana fragilitas. Tamen si nondū intel
Act. 4. ligitis, credite, Deus vnus pater, Deus Christus, filius Dei, ambo q; vnus Deus. Et quomodo ambo vnus Deus dicitur? Quomodo miraris in actibus Apostolorum, Et erat, inquit, credentium anima vna & cor vnū? Multę animę erāt, amauerūt se, & multæ sunt vna, amauerunt Deum in igne charitatis, & ex multitudine ad pulchritudinis vnitatē venerūt. Si tam multas animas fecit aīam vnā charitas, qualis charitas apud Deum, vbi summa bonitas & integra * æqualitas? Si in terris & in hominibus potuit esse tanta charitas, vt de tot animabus faceret vnā animam, vbi semper inseparabilis fuit pater a filio, filius a patre, potuerunt ambo esse nisi Deus vnus? Sed illę animæ, & multę animæ dici potuerūt & anima vna, Deus aūt vbi est ineffabilis & summa coniunctio, vnus Deus dici potest, non dij duo. Facit quod vult pater, facit quod vult filius. Nolite putare omnipotentem patrem

M *Vbi nulla diuersitas, sed integra & cætera.*

& non omnipotentē filium, error est, delete hoc in vobis, non hęreat in memoria vestra, nō bibatur in fide vestra, & si forte aliquis vestrū biberit, vomat. Omnipotens est pater, omnipotens filius. Si omnipotens non genuit omnipotentē, nō verū filium genuit. Quid.n. dicimus fratres? Si pater maior, minorē filiū A genuit, quid.n. dixi genuit? Homo. n. maior generat filiū minorē, verū est, sed quia senescit ille, crescit iste, & ad formā patris sui: vel crescendo peruenit. Filius Dei non crescit, qa nec potest Deus senescere, perfectus natus est. Perfectus quidem natus, si non crescit, & minor nō remāsit, æqualis est. Nā vt sciatis oī potentē de oīpotente natū, ipsum audite q ve *Ioan. 5.* ritas est, de se quid dicat veritas, hoc est verū, quod ait veritas. Quid ait filius, q est veritas? Quæcunq; pater facit, hæc & filius similiter facit. Omnipotens est filius, oīa faciēdo quæ voluerit, nā si facit aliqua pater, quæ non facit filius, falsum dixit filius, credite quęcunq; pater, hæc & filius facit similiter. Sed qa verū dixit filius, credite quęcunq; pater & filius facit similiter, & credidistis in filiū omnipotentē. Quod verbū & si in symbolo non dixistis, tñ hoc est quod expresistis, quando in vnicū ipsum Deū credidistis. Habet aliquid pater q nō habet filius? Hoc Arriani hæretici blasphemi dicunt, nō ego. Sed ego quid dico? Si habet aliquid pater q nō habet filius, menti- *Ioan. 8.* tur filius qui dicit, Omnia quæ habet pater, mea sunt. Multa & innumerabilia sunt testimonia, quibus probatur, qa filius verus Dei patris est filius, & pater Deus verū genuit filiū Deū, & pr & filius vnus est Deus. Sed iste filius vnicus Dei patris omnipotentis videamus quid fecit propter nos, quid passus est propter nos: natus est de spiritu sancto ex Maria virgine. Ille Deus tātus, ęqualis patri, natus de spiritu sancto & virgine Maria, humilis vt de sanaret superbos: exaltauit se homo & cecidit, humiliauit se Deus & erexit. Humilitas Christi quid est? Manum Deus homini iacenti porrexit: nos cecidimus, ille descendit: nos gemebamus, * ille se inclinauit: præuideamus * surgamus, vt nō in pęnā cadamus. Ergo inclinatio ipsius hęc est. Natus est de spiritu sancto & virgine Maria: & ipsa humana natiuitas humilis, & excelsa, vnd humilis? Quia hō natus ē ex hoīb. Vnde excelsa? qa de virgine: virgo cōcepit, virgo peperit, & post partū vir-

B De [illegible] *Dei qui propter nos fecit, qui passus est de matre que eum eterna exemplo patitur ejus ipsius sue. Alius ut cedamus. Alius ut damus.*

virgo permansit. Quid deinde? Passus sub Pō
Ps. 115. tio Pilato, qui præsidē agebat, & iudex erat
ipse Pontius Pilatus, qñ passus est Christus,
iudicis nomine signata sunt tempora, qñ pas
sus est, sub Pontio Pilato, qñ passus est, cru-
cifixus, mortuus, & sepultus. Quis? quid? pro
quibus? Quis? Filius Dei vnicus dñs noster.
C Quid? Crucifixus, mortuus, & sepultus. Pro
quibus? Pro impijs & peccatoribus. Magna
dignatio, magna gratia. Quid retribuā dño
pro omnibus quæ retribuit mihi? Natus est
ante omnia tempora, natus est ante omnia se
cula. Natus ante quid, vbi non est ante? Pror-
sus nolite cogitare aliquod tempus ante na-
tiuitatem Christi, qua natus est de patre, de
ipsa natiuitate loquor: qua est filius Dei om-
nipotentis vnicus dñs noster, de ipsa prius lo
quor. Nolite cogitare in hac natiuitate initiū
temporis, nolite cogitare vllum spatiū æter-
nitatis, qñ erat pater & non erat filius. (Ex
quo pater, ex eo filius.) Et quid est, ex quo,
vbi non est initium? Ergo semper pater sine
initio, semper filius sine initio. Et qūo, in-
quies, natus est, si non habet initium? De æter
no cœternus. Nunquam fuit pater & non
erat filius, & tñ filius a patre est genitus. Vn-
de datur qualiscunq; similitudo? In reb. ter-
renis sumus, in creatura visibili sumus: det
mihi similitudinem terra, non dat: det mihi
aliquam similitudinem vndarum elementū,
non habet vnde: det mihi similitudinem ali-
quod animal, nec hoc potest. Animal quidē
generat, & quod generat, & quod generatur:
sed prior est pater, & posteą nascitur filius.
Inueniamus coęuum & credamus coæter-
num. Si potuerimus inuenire patrem coæuū
filio suo, & filium coæuum patri suo, credā-
mus Deum patrem coæuum filio suo, & fi-
lium Deum coæternum patri suo. In terra
possumus inuenire aliquam generationem
coæuā, non possumus inuenire aliquam co-
æternā. Intendamus coæuā, & credamus co-
æternā. Intentos faciet forte aliquis & dicet,
D Qñ pōt inueniri pater coæuus filio suo, aut
coæuus filius patri suo? Vt generet pater, an-
tecedit ætate, vt nascatur filius, sequitur æta-
te, sed hic coæuus pater filio, uel filius patri
qūo potest esse? Occurrat uobis ignis pater,
splendor filius: ecce inuenimus coæuos. Ex
quo ignis esse cępit, continuo splendorē gi-
gnit. Nec ignis ante splendorē, nec splendor
post ignem. Et si interrogemus. quis quem
generat, ignis splendorē, aut splendor ignē,
continuo uobis occurrit sensu naturali pru-
dentia insita mentibus uestris: omnes clama-
tis, ignis splendorē, non splendor ignem. Ec
ce pater incipiens, ecce filius simul, nec añs,
nec sequens: Ecce ergo pater incipiens, ecce E
filius simul incipiens. Si ostendi uobis patrē
incipientem, & filiū simul incipientem, cre-
dite patrem non incipientem, & cū illo filiū
nec ipsum incipientem, illum æternum, illū
coæternū. Si proficitis, intelligetis, date ope-
ram proficere, nasci habetis, sed & crescere
debetis, quia nemo incipit a perfecto. Dei fi-
lio licuit nasci perfectum, quia natus est sine
tempore, coęternus patri, antecedēs omnia,
non ætate, sed æternitate. Iste ergo natus pa-
tri coæternus, de qua generatione dicit Pro-
pheta, Generationē eius quis enarrabit? Na- Esa. 53.
tus de patre sine tempore, natus ex uirgine
est in plenitudine tēporis, istam natiuitatem
anteceſſerant tēpora: opportunitate tēporis,
qñ uoluit, qñ sciebat tunc natus est: non. n.
nolens natus est. Nemo nostrum quia vult
nascitur, & nemo nostrum qñ vult moritur.
Ille qñ uoluit natus est, qñ uoluit mortuus
est, quomodo uoluit natus est de virgine,
qūo uoluit mortuus est in cruce. Quicquid
uoluit fecit: qa sic erat homo, ut lateret Deus
susceptor Deus, susceptus homo, unus Chri
stus Deus & homo. De cruce ipsius quid lo-
quar, quid dicā? Extremum genus mortis ele
git, ne aliqđ genus mortis eius martyres for-
midarent. Doctrinam ostendit in homine,
exemplum patientiæ demonstrauit in cruce:
ibi opus, quia crucifixus, exemplum operis,
crux, prēmium operis, resurrectio. Ostendit
nobis in cruce quid tolerare, ostendit in re-
surrectione quid sperare debeamus. Prorsus
tanquam agonotheta summus dixit, & fac &
tolle, fac opus & accipe prēmium, certa in F
agone, & coronaberis. Quod est opus? obe-
dientia: quod est prēmium? Resurrectio sine
morte. Quare addidi, sine morte? Quia re- Ioan. 11.
surrexit Lazarus & mortuus est, resurrexit Rom. 6.
Christus, iam non moritur, mors ei ultra nō Iac. 5.
dominabitur. Scriptura dicit, Patiētiam Iob
audistis, & finem domini uidistis, Iob quan-
ta pertulerit, legitur & horretur, expaue-
scitur, contremiscitur. Et quid recepit? Du-
pla quam perdiderat. Ergo ne homo propter

præmia temporalia velit habere patientiam, & dicat, si tolero damnũ, reddet mihi Deus filios duplos, Iob omnia dupla recepit, & tot filios genuit, quot extulerat, non ergo dupla sunt, prorsus dupla sunt, quia & illi viuebãt, nequis dicat, ferã mala & reddet mihi Deus quemadmodũ reddidit Iob, vt iam non sit patientia, sed auaritia: nã si patiẽtiam ille sanctus non haberet, nec ea quæ contingebant fortiter sustineret. testimonium q̃ ei dñs reddidit vnde haberet? Aduertisti, ait dñs, puerũ meum Iob, non enim est illi similis quisquã in terris, homo sine querela, verus Dei cultor. Quale, fratres, testimonium hic sanctus vir à dño meruit? Et tñ eum sua persuasione mala mulier decipere voluit, habens & hæc figuram illius serpentis, qui sicut in paradiso decepit hominem primũ factum a Deo, ita ẽt nunc blasphemiam suggerendo putauit posse decipere placentem hominẽ Deo. Quanta passus est, fratres? Quis potest tanta pati in re sua, in domo sua, in filijs suis, in carne sua, in ipsa quæ remanserat tentatrice vxore sua? Sed etiã ipsam, quæ remanserat, olim auferret, nisi adiutricem sibi seruasset, quia primum hominem per Euam debellauerat, Euam seruauerat. Quanta ergo passus est: perdidit omnia quæ habebat, domus ipsius cecidit, vtinam sola, oppressit & filios. Et quia in illo patientia magnum locum tenuerat, quid responderit, illum audite, Dominus dedit & dñs abstulit: sicut dño placuit, ita factum est, sit nomen dñi benedictum. Abstulit qui dedit, nunquam perijt qui dedit: Abstulit quæ dedit, tanquam diceret, abstuli: omnia, auferat omnia, nudum dimittat me, & seruet mihi se. Quid enim mihi deerit, si Deum habuero? Aut quid mihi alia prosunt, si Deum non habuero? Accessum est ad carnẽ, percussus est vulnere a capite vsq; ad pedes, sanie diffluebat, vermib. scatebat, & se in Deo suo immobilem demonstrabat atq; figebat. Voluit illic mulier, diaboli adiutrix, non mariti consolatrix, persuadere blasphemiam. Quãdiu, inquit, ista & ista pateris? Dic aliquod verbum in dño, & morere. Ergo quia humiliatus erat, exaltandus erat & fecit hoc dñs, vt ostenderet hominibus: nam ipsi seruo suo in cęlo maiora seruauit. Ergo humiliatũ Iob exaltauit, elatum diabolum humiliauit, quia hunc humiliauit, & hunc exaltauit. Ne quis autẽm, fratres charissimi, qñ aliquis eiusmodi patitur tribulationes hic expectet mercedem: verbigratia, si dãna aliqua patiatur, ne forte eo animo dicat: Dñs dedit, dñs abstulit: sicut dño placuit, ita factum est, sit nomẽ dñi benedictum, vt duplum accipiat. Patientia Deum laudat, non auaritia. Si ea quę perdidisti, dupla quæris recipere, & ideo Deum laudas, de cupiditate laudas, non de charitate. Non tibi occurrat ipsius sancti viri exemplum, fallis te. Qñ Iob omnia tolerabat, dupla non sperabat, & in prima eius cõfessione qñ damna pertulit, & filios extulit, & in secunda cũ iam tormenta vulnerum pateretur in carne, potest aduerti q̃ dico. Priorisei ius confessionis hæc verba sunt, Dñs dedit, dñs abstulit: sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen dñi benedictum. Poterat dicere, dominus dedit, dominus abstulit: potest iterum dare qui abstulit, potest plura reuocare quam tulit: non hoc dixit, sed sicut domino placuit, inquit, ita factum est, quia ei placet, placeat mihi. Quod placuit bono dño, non displiceat subdito seruo: quod placuit medico, non displiceat ægroto. Audi ipsius aliam confessionem: Locuta es, inquit vxori suæ, tanquam vna ex insipientibus mulierib. si bona percepimus de manu domini, mala quare non sustinebimus? Non addidit, quod si diceret, verum diceret, potens est dominus & meam carnem in pristinum reuocare, & quod nobis abstulit multiplicare, ne ista spe illa toleraſſe videretur. Ista non dixit, ista non sperauit. Sed vt nos doceremur, non spe rãti dominus præstitit, quo nos doceremur, quia Deus illi affuit, quia si & illa illi non redderet, occultam coronam eius videre minime poteramus. Et ideo quid ait scriptura diuina exhortando ad patientiam & spem futurorum, non mercedem præsentium. Patiẽtiam Iob audistis, & finem domini vidistis. Quare patientiam Iob, & finem ipsius domini vidistis? Fauces si aperires, ad dupla dicerես, Deo gratias, sustineam, duplum recipio, sicut Iob, patientiam Iob, finem domini. Patientiam Iob nouimus, & finem dñi nouimus. Quem finem domini? Deus Deus meus, vt quid me dereliquisti? Verba sunt domini pendentis in ligno: quasi reliquit illum ad præsentem fęlicitatem, sed non eum reliquit ad æternam immortalitatem. Ibi est finis omnium

Iob. 1.
Gen. 3.
Iob. 1.
Iob. 2.
Luc. 14.
Iob. 1.
Ibidem.
Iob. 2.
Iac. 5.
Psal. 21.

ni, tenent Iudæi, insultant Iudæi, ligant Iudei, spinis coronant, sputis dehonestãt, flagellãt, opprobrijs obruunt, ligno suspendunt, lancea fodiunt, postremo sepeliunt, quasi relictus est. Sed quibus? Illis insultãtib. Ideo ergo habeto patientiam, vt resurgas vt non moriaris, id est, nunquam moriaris, sicut Christus. Sic enim legimus, Christus surgens ex mortuis, iã non moritur. Ascendit in cælum credite. Sedet ad dexterã patris, credite: Sedere, intelligite habitare, quomodo dicimus de quocunq; homine: In illa patria sedit per tres annos. Dicit illud & scriptura, sedisse quendã in ciuitate tantum tempus. Nunquid sedit, & nunquã surrexit? Ideo hominum habitationes sedes dicuntur, vbi habitantur sedes nũ quid semper sedetur, non surgitur, non ambulatur, non iacetur, & tamen sedes vocantur? Sic ergo credite, habitare Christũ in dextera Dei patris, vbi est. Ne dicat vobis cor vestrũ, quid agit? Nolite quærere quod nõ licet inuenire, ibi est, sufficit vobis. Beatus est, & a beatitudine, quæ dextera patris vocatur, ipsius beatitudinis nomen est dextera patris. Nam si carnaliter acceperimus, quia sedet ad dexteram patris ille erit ad sinistram, nũquid fas est vt sic illos componamus filium ad dexteram, patrem ad sinistram? Ibi omnis dextera est, quia ibi nulla est miseria. Inde venturus iudicare viuos & mortuos. Viuos, qui superfuerint: mortuos, iustos: mortuos, iniustos. Vtroſq; enim iudicat qui cuique retribuens, iustis dicturus est in iudicio, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ, quod vobis paratũ est ab initio mundi. Ad hoc vos parate, hæc sperare, propterea viuite, propterea credite, propterea baptizamini, vt possit vobis dici, venite benedicti patris mei, percipite regnũ quod vobis paratum est a constitutione mundi. Sinistris quid? Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Sic iudicabuntur a Christo uiui & mortui. Dicta est prima sine tempore natiuitas Christi, dicta est alia in plenitudine temporis de uirgine natiuitas Christi: dicta est passio Christi, dictum est iudicium Christi. Totũ dictum est quod dicendum erat de Christo filio Dei unico domino nostro, sed nondum perfecta est Trinitas. Sequitur in symbolo: & in spiritum sanctum, ista Trinitas vnus Deus, una natura, vna substantia, una potentia, summa æqualitas, nulla diuisio, nulla diuersitas, perpetua charitas. Vultis nosse q̃ est Deus Spũssanctus? Baptizamini, & tẽplũ eius eritis: Apostolus dicit, Nescitis quia corpora uestra templum sunt Spiritus sancti, qui in uobis est, quem habetis à Deo? Templum habet Deus: nam & Salomon rex & Propheta iussus est ędificare templum Deo. Si ædificaret templum Soli, aut Lunæ, aut stellæ alicui, aut alicui angelo, nonne damnaret illum Deus? Quia ergo templum ędificauit Deo, ostendit se colere Deum: Et unde ædificauit? de lignis & lapidibus, quia dignatus est Deus facere sibi per seruum suum domum in terra, ubi rogaretur, ubi moraretur * Vnde dicit beatus Stephanus. Salomon ædificauit illi domum, sed altissimus non in manufactis templis inhabitat. Si ergo corpora nostra templum sunt Spiritus sancti, qualis Deus est, qui ædificauit templum spiritui sancto? Sed Deus. Si enim templum spiritus sancti sunt corpora nostra, ille spiritui sancto ędificauit templum, qui & corpora nostra. Attendite Apostolum dicentem, Deus temperauit corpus ei cui deerat maiorem honorem dans: cum loqueretur de diuersis membris, ut nõ essent scissurę in corpore. Deus creauit corpus nostrum, herbam quis creauit? Vnde probamus quia herbam Deus creat? qui uestit, ipse creat. Euangelium lege, Si ergo fœnum agri, ait, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic uestit, ille ergo creat qui uestit. Et Apostolus, Stulte, quod seminas nõ uiuificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, ut forte triticum, aut alicuius cęterorum. Deus autem illi dat corpus quomodo uoluerit, & unicuique seminum proprium corpus. Si ergo Deus corpora nostra ædificat, & corpora nostra sunt templum spiritus sancti, nolite dubitare, Deũ esse spiritum sanctum, & nolite addere quasi tertium Deum, quia pater & filius & spiritus sanctus unus est Deus. Sic credite. Sequitur post sanctę Trinitatis commendationem, sancta ecclesia. Demonstratus est Deus & templum ipsius. Templum enim Dei sanctum est, ait Apostolus, quod estis uos. Ipsa est Ecclesia sancta, Ecclesia una, Ecclesia uera, Ecclesia catholica, contra omnes hæreses pugnans, pugnare potest, expugnari ta-

Rom.6. Mar.vlt. De ascensione ad cælos, & sessione ad dexterã patris, & aduentu ad iudicium. Cap. 4.

Ibidem.

Mat.25.

Ibidem. Ibidem.

1.Cor.6.

A

Actu.7. Alias me moraretur.

1.Co.12.

Mat.6.

1.Co.15.

B

1.Cor.3.

men non potest. Hæreses omnes de illa exierunt, tanquam sarmenta inutilia de vite præcisa, ipsa autem manet in radice sua, in vite sua, in charitate sua, portæ infernorum non vincent eam. Remissionem peccatorum. Habetis symbolum perfecte in vobis, quando baptizamini. Nemo dicat, illud feci, forte mihi non dimittitur. Quia fecisti, quantum fecisti, dic immane aliquid quod commisisti, graue horrēdū, quod etiam cogitare horres, quicquid vis feceris, nunquid Christum occidisti? Non est isto facto aliquid peius, quia & Christo nihil est melius. Quantum nefas est occidere Christum, Iudęi tamen eum occiderunt, & multi in eum postea crediderūt, & biberunt eius sanguinem, dimissum est illis peccatum quod commiserunt. Cum baptizati fueritis, tenete vitam bonam in præceptis Dei, vt baptismum custodiatis vsque in finem. Non vobis dico, quia sine peccato hic viuetis, sed sunt venialia: sine quibus vita ista non est. Propter omnia peccata baptismus inuentus est? Propter leuia sine quibus esse non possumus, oratio inuenta. Quid habet oratio? Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Semel abluimur baptismate, quotidie abluimur oratione, sed nolite illa committere, pro quibus necesse est, vt a Christi corpore separemur, quod absit a nobis. Illi enim quos videtis agere pœnitentiam, scelera cōmiserunt, aut adulteria, aut aliqua facta immania, inde agunt pœnitentiā: nā si leuia peccata ipsorum essent, hæc quotidiana oratio delendo sufficeret. Ergo tribus modis dimittūtur peccata in Ecclesia, in baptismate, in oratione, in humilitate maioris pœnitentiæ, tamen Deus nō dimittit peccata, nisi baptizatis. Ipsa peccata quæ primum dimittit, nisi baptizatis dimittit, quando baptizātur. Peccata quæ postea orantibus dimittuntur. Nā quomodo dicunt, Pater noster, qui nondum nati sunt? Et pœnitentibus, quibus dimittit, baptizatis dimittit. Cathecumeni quandiu sunt, super illos sunt peccata eorū. Si cathecumeni, quanto magis Pagani? quanto magis hæretici? Sed hæreticis baptismum non mutamus. Quare? Quia sic habent baptismum, quomodo desertor habet characterem: ita & isti habent baptismū: habēt, sed vnde damnentur, non vnde coronentur. Et tamen si desertor ipse correctus incipiat militare, nunquid audet quisquam ei characterem mutare? Credimus etiam resurrectionē carnis, præcessit in (Christo, vt hoc etiā speret corpus, quod præcessit) in capite. Caput Ecclesię Christus, Ecclesia corpus Christi. Caput nostrum surrexit, ascendit in cœlum: vbi caput, illic & membra: quomodo carnis resurrectionem? Ne forte putet aliquis quomodo Lazari, vt scias non sic esse, additum est, in vitam æternam. Regeneret vos Deus, conseruet & tueatur vos Deus, in se, qui est ipsa vita æterna, perducat vos Deus, Amen.

De remissione peccatorum, & carnis resurrectione & & vita æterna. Cap. 5. Mat. 6.

Tribus modis peccata dimittūtur

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

DE SYMBOLO AD CATHECUMENOS.

LIBER ALTER IN ORDINE II.

SAcramentorum rationem, siue transactę noctis siue præsentis sancti symboli exponendū suscepimus sanctitati vestrę, donante illo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Diues est enim in omnibus qui inuocant illum. Ipse quippe potest adiuuare intentionem nostram, acceptabilem pro nobis faciens orationē vestrā. Accipite itaque vos, qui fidem desideratis, verbum Dei tanquam competentem cibum, ex quo vobis dominus operetur incrementū. nondum quidem adhuc per sacrum baptismum renati estis, sed per crucis signum in vtero sanctæ matris Ecclesiæ iā concepti estis. Aget itaq; hęc mater congruis alimētis prius pascere quos portat, vt post partū lętetur se tales suscepisse, quos spiritaliter nutriat. Quid est dilectissimi, quod in vobis celebratū est? Quid est quod hac nocte circa vos actū est, quod præteritis noctibus actū nō est, vt ex locis secretis singulis produceremini in cōspectu totius Ecclesiæ ibiq; ceruice humiliata q̄ male fuerat antea exaltata, in humilitate pedū cilicio substrato in vobis celebraretur examen, atq; ex vobis extirparetur diabolus superbus, dū super vos inubcatus est humilitas altissimus Christus? Omnes itaq; humiliatis, humiliterq; petebatis, orando, psallendo atq; dicēdo, Proba me De⁹ & scito cor meum. Proba-

Epist. 6. De incipientium necessaria humilitate, & armaturis vocātur, & ema diabolica, vitiis & mor. c. 1.

Psal. 123.

Psal. 18.

Psal. 138

Probauit, examinauit corda seruorum, suo timore tetigit, diabolum sua virtute fugauit, atq; ab eius dñio suam familiam liberauit. Non aliter hic exactus est pauper, aliter dives, aliter dñs, aliter seruus, quia vnus est omnibus introitus ad vitam. Et si sic ad hanc fragilem atque caducam, quanto magis ad illã immortalem atq; sempiternã? Purgata itaq; familia redemptoris, posteaquam cantauit canticum salutis, accepit symboli remedium contra antiqui serpentis venenum, vt si qñ voluerit aduersarius diabolus denuo insidiari, noverit redemptus cum symboli sacramẽto & crucis vexillo ei debere occurri, vota lib. armis indutus facile vincat Christianus, de cuius oppressione male antea triumpharat nequissimus diabolus. Ex qua re nobis factus est aduersarius diabolus, nisi ex hac, quia videt liberos, quos tenebat ante captiuos, quia videt sanos quos suis iaculis prostrauerat vulneratos, quia videt vestiri denuo immortalitate quos nudauerat propinãdo iniquitatem, quia muscipula eius comminuta est, & nos eruti sumus? Adiutorium nostrum in nomine dñi. Si adiutorium nostrũ in nomine eius est, renunciemus diabolo, pompis, & angelis eius. Hoc audistis, hoc & vos professi estis renunciare vos diabolo, põpis, & angelis eius. Videte dilectissimi, quia hanc professionem vestram in curiam profertis angelicam, nomina profitentium in libro excripuntur vitæ, non a quolibet homine, sed a superiore cælitus potestate. Optimi iam tyrones Dei fortes milites Christi, dum arma sacramentorum susceperitis, pugnam aduersus diabolum indicitis dum eius operibus renunciatis, vehementius in vos eius furias prouocatis. Sed non metuat miles Christi, induemini enim ipsum Christum, vt per eum velociter superetis aduersarium vestrũ diabolum. Quibus armis pugnat ille? Illecebrosis & subdolis. Duo sunt genera armorum eius valde fortia, contra quem vigilanter ac fortiter stare debet omnis miles Christi qui triumphare cupit & superare virtutem diaboli. Quæ sunt illa duo genera armorum? Voluptas & timor. Alios enim voluptate capit, alios timore frangit. Confirmemur & nostra acies, proferantur arma spiritalia contra timorem diaboli, assit timor dominici castus, permanens in seculum seculi. Contra voluptatem turpissimæ delectationis non desit fides orationis. Et quid metuit Christianus, quando admonetur sic orare, sic præsumere, sic fidere, vt dicat, Dominus mihi adiutor est, & ego despiciam inimicos meos? Plures tamen noueritis, dilectissimi, capere aduersarium per voluptatem quam per timorem. Nam quare quotidie muscipulam spectaculorum, insaniam studiorum ac turpium voluptatum proponit, nisi vt his delectationibus capiat, quos amiserat, ac lætetur denuo se inuenisse quos perdiderat? Quid nobis opus est ire per multa? Breuiter admonendi estis, quid spernere, & quid diligere debeatis. Fugite, dilectissimi spectacula, fugite caueas turpissimas diaboli, ne vos vincula teneant maligni. Sed si oblectandus est animus, & spectare delectat, exhibet vobis sancta mater Ecclesia veneranda, hæc salubria spectacula, quæ & mentes vestras oblectent sua delectatione, & in vobis non corrumpant, sed custodiant fidem. Amator es quispiam circi? Quid delectat in circo? Aurigas videre certantes, populos insana furia anhelantes, quemlibet celerem præcedentem, aduersarij sui equum frangentem. Ista est omnis delectatio, clamare, quia vicit quem diabolus urcit, exultare & insultare, quod aduersa pars perdiderit equum, cum is qui tali spectaculo delectatur, iam perdiderit animum. Vide econtra nostra sancta, sana suauissima spectacula. Intuere in libro Actuum Apostolorum, claudum ex utero matris nunquam ambulantem quem Petrus fecit currentem, uide subito sanum, quẽ antea intuebaris infirmum, & si in te est sanitas mentis, si in te fulget ratio æquitatis ac delectatio salutis, uide quid debeas expectare, uide ubi debeas exclamare, illic ubi equi sani franguntur, an hic ubi homines fracti saluantur? Sed si te põpa illa, figura ea equorum, compositio curruum, ornatus & aurigæ superstantis equos regentis, uincere cupientis: si hæc te, ut dixi, põpa delectat, nec hanc tibi denegauit, qui põpis diaboli renunciare præcepit, habemus & nos spiritalem nostrum aurigam sanctum Prophetam Eliam, qui quadrigæ igneæ superimpositus tantum cucurrit, ut metas prẽderet cœli. Et si aduersarios quos & uera uirtus uicit, & quos ille uolando transijt, atque

Pf. 123.

Pf. 117.

H Quid neophyti in virtutib. & fide debeant vitare, & de spectaculis ecclesiæ suæ uissimis, quib. reficiantur aïæ. c. 3. Act. 3.

I

4. Reg. 2.

ex quorum victoria palmam supernæ celsi-
Exo. 15. tudinis accepit, videre desideras, currus Pha
raonis & omnem virtutē eius proiecit in ma
re. Alius forsasis theatri amator admonen-
dus sit, quid fugiat, & quo delectetur, ac sic
voluntatem spectandi nō perdat, sed mutet:
in theatris labes morum, discere turpia, audi
re inhonesta, videre pernicioſa. Sed adiuuan
te dño ea ex cordibus nostris fortiter repella
mus, singula singulis cōparemus. Illic intuen
tur spectatores propositum nescio quē con-
fictum Deum Iouem, & adulterantem & to-
nantem, hic respiciemus verum Deum Chri
stum, castitatem docentem, immunditiā de-
struentem, salubria prædicantem. Illic fingi-
tur, q̄ idem Iouis Iunonem habeat sororem
& coniugem: hic prædicamus sanctam Ma-
riam matrem simul & virginem. Illic stupor
ingeritur visui, ex vsu hominem in fine am-
bulātem, hic magnum miraculum, Petrum
mare pedibus transeuntem. Illic per inimicā
turpitudinem castitas violatur: hic per castā
Susannam castumq̄; Ioseph libido cōprimi-
tur, mors conteritur, Deus amatur, castitas
exaltatur. Chorus illic & cantico Pantomi-
mi illicit auditū, sed expugnat sanū affectū.
& quid tale nostro cantico cōparandum sit,
in quo dicit qui amat & cantat, Narrauerūt
mihi peccatores delectationes suas, sed non
Psc. 118. ita vt lex tua dūe, Omnia mandata tua verita-
tas. Nā illic vniuersa fingit vanitas. Scandali-
starum illic quis forte peritiam admiretur,
videre paruulos in aerea ludentes, diuersas
historias exhibentes, sed videte nostrorum
Gen. 25. lusus infantum, In vtero Rebeccę duo cer-
tant infantes, procedēte maiore minoris ma
nu emissa ex vtero planta maioris apprehen
sa est. In quorum certamine magni sacramē
ti figura mōstrata est, vt minor supplantaret
maiorem, eiq̄; postmodum primatum atque
benedictionem auferret. In quibus paruulis
quasi ludentibus & sacrm, vt dixi, magnum
exhibentibus, & reprobi in Esau demonstrā
tur ludęi, & prædestinati in Iacob apparent
Christiani. Ille.n. Iacob vnus paruulus sic
garriens multos in se prædestinatos ēt paruu
los demonstrabat. Infantes qui ex vtero ma-
tris susciptuntur manibus fidelium, nec eos
sic excutiunt, vt in aere pendeant, sed vt ten-
tati in cęlo viuant. His igitur oblectamentis
mens delectetur, pascatur anima Christiana,
hanc sobrietatē retinens mentis fugiet ebrie
tatem diaboli. Nec amphiteatri certamina se
ducant, aut pertrahāt Christianum, ad quod
quidē tanto auidius curritur, quanto tardius
exhibetur. Sed ēt ibi quid non periculosum
ingeritur aspectibus, quid non cruentū, vbi,
vt ait beatissimus Cyprianus, volūtas noxia
ad feras homines nullo crimine dānat? Non M
ergo vos, dilectissimi, illud spectaculū cru-
dele inuitet intueri, nouem vrsis duos alter-
cantes venatores, sed delectet videre vnum
Danielem orando superantem septē leones. Dan. 14.
Discerne spiritalis amator certamina, vide
duos noxios voluntate, vide vnum innocen-
tem ac plenū fide: vide illos pro prēmio ter
reno suas animas bestijs obtulisse: vide istum
Psal. 73. in oratione clamantem, Ne tradideris bestijs
animas confitentes tibi. In illo spectaculo cō
tristatur editor, si venator euadat ille ſus, qui
ei plures bestias interemit, in isto nostro si-
ne ferro pugnatur, nec Daniel læditur, nec Dan. 14.
fera occiditur, & sic vincitur, vt rex miretur
atq̄; mutetur & populi pertimescant & ini-
mici dispereant. Admirabile spectaculū no-
strū plane admirabile in quo Deus adiuuat,
fides vires impetrat, innocentia pugnat, san-
ctitas vincit, præmiū consequitur tale, quod
& ille qui vicerit accipiat, & qui donauerit
nihil amittat. Ista spiritalia munera concupi-
scite, ad hæc intuenda & cū omni securi-
tate expectanda alacriter ad Ecclesiam con-
uenite, ab omni cupiditate carnali propositū
cordis reuocate, omnem solicitudinem ve-
stram Deo gubernandā cōmittite, vt aduersa
rius reuereatur, nihil in vobis inueniens suū,
vosq̄; illum repudiantes, eiusq̄; pompis re-
nunciantes posteaquā ab eius insidijs vestra
fuerit eruta libertas, ne vos inueniat vacuos
ille nepharius, quē ostendimus ēt non suos
tenere cupientem. Fideliter credite in Deum
patrem omnipotentem. Omnipotentē Deū A
credimus, quia omnia faciens factus nō est,
& ideo omnipotens est, quia de nihilo fecit De omn.
quæcunq̄; fecit. Non.n. eum aliqua materies potentia
adiuuit, ex qua demonstraret artis suæ potē- Dei pa-
tiā, sed ex nihilo, vt dixi, cuncta creauit. Hoc tris & fi-
est.n. esse omnipotentē, vt non solū fabrica lij & spi-
ipsa, sed ēt materies ab illo inueniatur esse, sancti, &
qui non habuit initiū, vt esset is & qui sempi de natiui-
ternus est, crearet non id q̄ ipse esset, sed ab tate filij
illo vt essent, iam accepisse. Omne.n. q̄ est, aeterna. Phil. 2.
Cap. 1.
ab

ab illo est: ipse aũt à seipso est qui non ab ali quo factus est. Fecit ergo facta non factus, creauit creaturam non creatus, qui etiã ipsi creaturæ cõuenientib. gradibus per diuersas ordinationes constituit potestates. Pôt quippe secundum datã potestatem quilibet angelus vel homo dici potens, sed nũquid potest dici omnipotens? Potest dici Rex vel Imperator, ꝙ multa quæ velit posit, non tñ eum qui sanum sapit audebit dicere omnipotentẽ, nam si voluerit eum adulãdo ita laudare, incipit & illum & seipsum fallendo decipere. Qũo.n. audebit dicere omnipotentẽ, quẽ videt multum velle viuere & vitã succedente morte finire? Si omnipotens est non moriatur, a morte excludatur. Si aũt ei mors terminũ dabit, omnipotentem eũ non fuisse ipsa mors demonstrauit. Non ergo quispiam audebit quãlibet creaturam siue cœlestem siue terrestrẽ dicere omnipotentem, nisi solã Trinitatem patrem, ſ. & filium & ſpm̃ ſanctũ. Non.n. cum dicimus nos credere in Deum patrem omnipotentem, sicut hæretici Arriani, negamus filium omnipotentẽ, aut ſpm̃ ſanctum negamus omnipotentem. Si filium negaueris omnipotentem, negabis & patrẽ omnipotentem. Sed maior est, inquiunt, pater, minor est filius, hoc in hominibus, hoc in omnibus, & tu in omnibus perturbaris. Diuinam naturam considera, Deum attende, sempiternum cogita, nam vane conturbaris. Si sempiternus est pater, sempiternus est vtique & filius. Si.n. fuit filius qñ nõ fuit filius, fuit & pater qñ non fuit pater: quod si aliqñ fuit pater non pater, non fuit omnipotens: minus.n. habuit in eo ꝙ postea effectus est pater. Si das initium filio, das initium & patri, Pater enim a filio appellatus est pater. Si aũtẽ semper fuit pater, semper fuit & filius, & si Deus est pater, Deus est & filius, non.n. aliud potuit procedere de Deo quam Deus. Quod si Deus est pater, Deus est & filius, & si sempiternus est pater, sẽpiternus est filius, quem non præcessit ætate nec dignitate, nõ enim minuit æqualitatem. Apostolum audi quid de Deo filio dicat: Cũ in forma Dei esset, inquit, non rapinã arbitratus est esse æqualis Deo. Non rapuit, quia naturaliter habuit. Omnipotentia itaq; patris in filio, omnipotentia filij in patre, quia neq; aliquãdo pater sine filio, neque aliqñ filius sine patre.

Diuinam illam natiuitatem qua filius processit ex patre, qua natus est Deus de Deo, sine initio, sine tempore, sine matre, sine aliqua fragilitate, sine vlla sui diminutione: nõ possumus explicare, Natiuitatem autẽ eius, ait Propheta, quis enarrabit? Et reuera quis cõprehendere vel dicere potest qũo natus sit, qui semper est in patre, & nunquam recedit a patre? Digne vt dixi, non possumus enarrare, sed debemus corda nostra ipsi filio præparare, vt illuminando & per fidem gubernando perducat nos ad speciẽ veritatis suæ, ne remaneamus in tenebris infidelitatis nostræ, ne aliud æstimando de filio quam ꝙ est pater, ipse filius non docendo, sed increpando nos admoneat sicut Philippũ dicens, Philippe qui videt me, videt & patrem. An non agnoscis, quia ego in patre & pater in me est? Sicut ergo Deus de Deo natus est, & lux de lumine, & dies ex die, ita & omnipotens ex omnipotente. In ista.n. mortali nostra generatione qui est pater, aliqñ non fuit pater, & qui est filius, non semper est filius, quia & ipse filius cum accessu tẽporis patrem amiserit, coniugẽ acceperit, prolemq; suscepe-rit, non erit filius, sed ipse vocabitur pater, & quilibet pater ante quã suscipiat filiũ non vocabitur pater. Accedit ergo aliquid tempore ꝙ præcedat tempore: Non ergo æstimemus hoc in illa diuinitatis esse substantia in illa generatione sempiterna. Non.n. illic deficiendo moritur, vt filius crescendo perueniat ad patris dignitatem: aut sunt ibi tẽpora, quia per ipsum facta sunt tẽpora. In quo aũt tu hæretice audes dicere filium minorẽ quem nos cõfitemur æqualem? In ætate? Nõ ibi sunt tempora. In diuinitate? Deus est pater, Deus est filius. In opere? Omnia per filiũ facta sunt. Dicit quidem scriptura, ꝙ Deus fecerit mundum, sicut & in libro Geneseos, In principio fecit Deus cœlum & terrã. Sed nos audientes Deum patrẽ cognoscimus filium & spiritum sanctum. Tu forsitan dicis, Deus pater fecit mundũ. Sed audi quid Ioannes Euangelista dicat, In principio erat verbũ, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Ecce, sine filio dicit nihil esse factum, qñ omnia per ipsum facta sunt. Sine filio factum est nihil. Quid fecit pater ꝙ non fecit filius, de quo dicit Euangelista,

Esa. 53.
Ioan. 14.
Ioan. 14.
Psal. 7.
Dan. 14.
Phil. 2.
De æqualitate per sonarum diuinarii Cap. 4.
Ioan. 1.
1. Ioan. 5
Gen. 1.
Ioan. 1.

gelista, q̃ sine filio factum est nihil? Si autẽ, sicut vera fides catholica habet, in filio operante constituas patrẽ, & in patre operante constituas filiũ, qm̃ filius in patre est, & pater in filio, omnipotẽs inuenietur filius, si in ipso omnipotens est pater: si aũt non est omnipotens filius, vt prædicat hæreticus Arrianus, non est illo omnipotens pater, falsumq; E erit secundũ ipsos q̃ ipse filius ait, Ego in patre & pater in me est. Absit aũt vt fallsum sit q̃ *Ioan. 14.* veritas dicit. Confundatur Arrianus qui veritati contradicit. Demonstramus ex scripturis, dictũ filium omnipotẽtem sicut & patrẽ, vt non solum ratio vera, sed ẽt diuina testimonia hæreticorũ frontem percutiant impudentem. Dictus est pater omnipotens, Propheta dicente, Hæc dicit dñs omnipotens. *Apoc. 1.* Dictus est & filius omnipotens, Ioanne Apo *Sap. 1.* stolo in Apocalypsi dicente, de Iesu Christo dño nostro, qui est & qui fuit & qui vẽturus est omnipotens. Dictus est spũssanctus o*i*potens, Salomone prophetante, Spiritus dñi repleuit orbem terrarũ, & is qui continet o*i*a *2. Cor. 5.* scientiam habet. An non est omnipotens qui continet omnia? Dicit.n. scriptura, q̃ Deus iudex sit, dicẽte Apostolo, Omnes astabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque secundũ ea quæ per corpus gessit, siue bonũ siue malũ. Sed nos qm̃ audimus Deum iudicẽ, totam intelligimus Trinitatem. Tu aũt hæretice, dic quis sit iste Deus iudex, pater, an filius? Si dixeris, pater est, negas filium iudicẽ, quem in symbolo ẽt tu confiteris venturum viuos mortuosq; iudicaturum. Contradicis ẽt Euangelio dicenti, Cum filius hominis ve- *Mat. 25.* nerit in claritate sua, cõgregabuntur ante eũ omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut separat pastor oues ab hœdis. In quo lo- *Ibidem.* co Euangelistæ, expresse iudex demonstratus est filius, vt ẽt eiusdem iudicis sniа panderetur, dicentis, Ibunt impij in combustio- F nem æternam, iusti aũt in vitam æternã. Si nolens subsistere tantæ authoritati dixeris filiũ iudicem, patrem ergo negabis iudicem. Nõ *Ioan. 5.* inquis, nego patrem iudicem. Quomodo *Ibidem.* non negas? Quia pater, inquis, potestatẽ dedit, filius accepit. Video quidẽ hæretice, quò strabis oculis intendas, quo peruersę mentis aciei intentionẽ dirigas. Recitaturus.n. mihi es ex Euangelio & dicturus, Pater nõ iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. In eo, inquis, q̃ pater dedit, filius accepit, maior est vtiq; qui dat, quam qui accipit, maior est pater, minor est filius. Non ex hac sententia glorietur tua vanitas, quoniam ex ipsa te nunc diuina conuincit authoritas. Pater, inquis, non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Cognoscimus: nouit quippe sana fides qũo hoc intelligat. Homo.n. ille susceptus, qui etiã ipse appellatus est Dei G filius, accepit potestatem, sed dante patre & filio, quoniam filius in patre est, & pater in filio. Cęterum si tu hæretice secundum illam peruersam vestram doctrinam illi hoc volueris assignare diuinitati, qua filius æqualis est patri, quæro abs te diligẽtius, & vt mihi respondeas celeriter insistam, qui sit ille qui in libro Deuteronomij Moysi dicebat, In *Deut. 32.* die iudicij reddam illis. Non potes dicere pater est, quoniam secundum Euangelij sententiam ante prolatam, pater non iudicat quenquam: Ergo filius est qui dicebat, In die iudicij reddam illis, Filius est. Respondę, quid dubitas? Filius dixit hoc, an non? Non est q̃ dicas, nisi filium dixisse, In die iudicij reddã illis, qm̃ pater non iudicat quenquam. Sed vide sequentia huius libri quemadmodum te prouocet, quemadmodum conuincat. Cũ enim dixisset, In die iudicij reddã illis, post paululũ secutus adiunxit, Videte, inquit, quo *Ibidem.* niam ego sum Deus, & non est alius præter me. Quid agis Arriane? nõ est qua exeas. Dic *Ioan. 16.* si audes, filium solum hoc dixisse, & negabis patrem nec Deum esse nec iudicem. Depone vel nunc conuictus animositatem, audi veritatem, intellige Deum iudicem Trinitatẽ, audi q̃ & spiritussanctus iudex sit, ipse dñs in Euangelio ait, Cum venerit paracletus, ipse arguet mundum de peccato, de iustitia, de iudicio. Quid quæris amplius? Item demonstrat scriptura diuina, quod simul habitet pater & filius & spiritussanctus in homine tan- *Ioan. 14.* quam in templo suo. In Euangelio filius, Si- H quis me, inquit, diligit, diligetur a patre meo & veniemus ad eũ, ego & pater: & mansionem apud illum faciemus. Ecce pater, & filius. Quid spiritussanctus? Apostolum audi, *1. Cor. 3.* Nescitis, inquit, quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Item demonstratur q̃ simul deserat impios pater & filius & spiritussanctus. Salomon Propheta, Per- *Sap. 1.* sæ, inquit, cogitationes separant à Deo. Ere

Deus

Deus pater deserens peruersas cogitationes. Quid Deus filius? Sequitur Quoniam in ma-
1. Cor. 1. leuolam animam non introibit sapiētia. Christus est enim Dei virtus & Dei sapientia. Ecce filius deserit maleuolam animam, in qua peruersæ cogitationes, quas deseruit pater. Restat de spiritu sancto. Audi post paululum quid sequatur, Spiritus, inquit, sanctus disciplinę effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Audi, sine intellectu deserere hominem spiritum sanctū. Quando ista idem ipse spiritus sanctus per prophetam dicebat, vos prouidebat. Ecce tā illa inseparabilis Trinitas testimonijs diuinarum scripturarum demóstratur, quod simul
I habiter, simul regnet, simul possideat, simul deserat; quam vos Arriani separando & per diuersos gradus filio & spiritui sancto iniurias irrogando, non in vobis habitare finitis: quoniam & Deus pater aufert se a cogitationibus peruersis, quæ sunt in vobis, & in maleuolam animā non introibit sapientia, quæ per vestræ animæ malitiam sicut filiū a patre, ita gregem separatis a summo pastore, & spiritus sanctus effugiet fictū, id est fictionem peruersæ vestræ doctrinę, in qua demonstratum
2. Ti. 1. est, nec patrem nec filium, neque manere spirium sanctum. Quoniā igitur de vnitate agitur Trinitatis & patris & filij & spiritus sancti quam vnitatē nō audemus dicere tres Deos, nec tres omnipotens, nec tres inuisibiles, nec tres immortales, sed vnum Deum, de quo dicit Apostolus, Immortali, inuisibili, incorruptibili, soli Dei honor & gloria. Non ergo nobis ipsis, dilectissimi, fingamus patris & filij & spiritus sancti diuersas dignitates, separabiles & inę quales ætates, ampliores & infirmas potestates, ne quod ipse dominus saluator noster virtute ac maiestate sua idola eradicauit & templa, rursus in cordibus Chri-
K stianorum diabolus fabricet idola. Fides itaque catholica hęc est, Omnipotentem, immortalē, atq; inuisibilē credere Deum patrē, omnipotentem, immortalem atq; inuisibilē credere filium secundum diuinam natiuitatē: visibilem autem, mortalem, minoremque angelis factum secundum susceptam humanitatem Omnipotentem, immortalem, atque inuisibilem credere spiritum sanctum æqualem diuinitate, visum autem in specie colūbę propter filij attestationem. Et hęc est Trinitas simplex, vnitas inseparabilis inenarrabilis, semper manens, semper præsens, vbiq; regnans vnus Deus, de quo Propheta Dauid dicit, Tu es Deus solus magnus. Credimus in filium eius Iesum Christum, natum de spiritu sancto ex virgine Maria. Hanc natiuitatē incredule quid expauescis? Noli credere, si tantum homo erat qui natus est: si autē Deus homo erat, de qua voluit natus est, (quia sicut voluit natus est.) Illud potius mirare, quia verbū susceipit carnem, nec est mutatum in carnem, quia manens Deus susceipit hominē. Cęterum quid miraris, quia genitrix suum genuit genitorem, quia creauit creatura factorem? Sic voluit nasci excelsus humilis vt in ipsa humilitate ostēderet maiestatem. Portabat filium mater, filium intacta, mirabatur L & ipsa in aspectu suę prolis quam amplexus non strinxerat maritalis. Sed incredule audi, prædictum cognosce impletum, Dauid propheta dicit, Mater Sion dicet homo, & homo factus est in ea & ipse fundauit eam altissimus. Ipse qui fundat eam altissimus, ipse in ea factus est homo altissimus, quia talem matrem creauit altissimus, quia sic se in ea formauit, vt procedens ex eius vtero & filium ei redderet & integritatem nō corrūperet. Quę est gratia matris huius & virginis, quæ est gratia huius fęminæ quę virum nesciens filium portat? Quę est gratia audite Gabrielem angelum eam salutantem, Aue, inquit, gratia plena, dominus tecum. Quando angelus istā virginem sic salutauit, tunc eam spiritus sanctus fecundauit tunc illa fęmina uirum sine viro concepit, tunc est repleta gratia, tunc dominum susceipit, ut esset in ea qui fecerat eam. Neq; enim dilectissimi credendum est quod illo iam præsente ac protegente poterat illi fęminę dominari corruptio, in qua non erat ardoris libido, nouerit tamen quem portauit virgo, mater nouerit, stupor abscedat, fides accedat. Ecce quem portat nascitur nondum loquitur & totum concutit mundum. M
Clamat cęlum noui syderis radians fulgorem, clamat terra turbata per Herodem, ueniunt Magi admoniti, inquirunt Iudęi turbati, quęrunt ubi esset qui ubique totus est, quęritur in mundo fabricator mundi: ad hoc autem quęrebatur, non ut agnosceretur, sed ut occideretur, quia mundus per eum factus Ioan. 1.
est, & mundus eum non cognouit. O mun-

De natiuitate filij tēporali ex Maria virgine & infantia eius. c 5.

de

de immunde, venit qui te redimat, & turbaris, & hunc tu vis perdere, quando ille te disposuit liberare. O Iudęorum terra impia, nō congruis cęlo. Cęlū demōstrat vt adoretur, tu quęris vt infans necetur. Ille tibi annūciat
A Deum hominem suscepisse pro te, & tu vis perdere eū q̄ venit redimere te? Expecta paululū, ad hoc quidē venit, vt tuam etiam pesimam impleat voluntatem, sed sustine vt suā ipse colligat hęreditatē. Collige, collige redēptor, nō glorietur dispersor, vindica in eos qui te paruulū persequūtur, paruuli ipsorum p̄ te morianē. Super se in te crudeles exist ūt, paruuli ipsorū pro te moriātur. Vindica sic, vindica. Insultent filij parentib. nōdū loquētes conuincāt sæuientes, infantes dicant testimoniū de tua innocentia, quia non est in te vlla malitia, & ij qui te volunt innocentem occidi, hoc eis proueniat vt suos paruulos ab eis facias separari. Lugeatis licet Iudęi atque plangatis filios vestros, non illi moriuntur, quia a vita suscipiuntur: vobis irrogatur pęna orbitatis, cęterum illis gloria offertur immortalitatis. Nunciastis Herodi vbi occidendus inueniri potest filius Dei, sed ille filios vestros occidens pro filio Dei, & vos orbitatis pęna nesciens punit tanquā proditores, & filios vestros Dei fecit hæredes. Sic vos irridebat ille, ille q̄ habitās in cęlo, iacebat in terra sic furias vestras, vestriq; regis subsannabat, quando mala vestra in vos retorquebat, & de malis vestris multa ille bona faciebat. Agnouisti virgo mater filij tui infantiam, agnosce
Luc. 2. & pueritiā, Euangeliū loquitur, perrexerunt, ait, cū puero Iesu parentes eius in Hierusalē, vt pro eo offerrent sacrificium secundū legē. Et factū est remeātibus illis, puer Iesus remāsit in templo, & erat disputans cum senio
B bus & Scribis, & mirabantur omnes in sapiē tia quę erat in eo, & turbabat multos. Sed cū reuersi essent quærentes illū, inuenerunt illū sedentes in medio seniorum interrogantem & respondentem illis. Et ait illi mater, Fili, quid feciſti nobis? Ecce n. solliciti & anxij quęrebamus te. Tunc ille, quid solicita eras, inquit, nescis quia oportet me in his, quæ patris mei sunt operari? Quando talia mater a filio puero audiuit, corde expauit. non.n patrem nominabat ille quem nesciebat in terra, sed illum qui fecit cęlum & terrā. Agnosce & eius adolescentiā, videat multa & magna mira cula, conuersionē aquarū in vinum. In quo primo miraculo tentauit illa fęmina iubere *Ioan. 2.* se filio posse tanquam māter, domina quę se *Ibidem.* agnoscebat ancillā, Fili, ait, defecit illis vinū, fac rursus, vt aquæ conuertantur in vinū. Et ille, vt distingueret inter Deū & hominē, quia secundum hominem minor erat, secundum hominem subditus erat, secundum Deum autem supra omnes erat. Quid mihi & tibi est, C
inquit, mulier? Nondū venit hora mea: tāquā *De passione Christi ortu Ecclesiæ & hominis vetusti prima. Cap. 1.* ei diceret, veniet hora quando id quod natū est de te in cruce pendēs, agnoscat te, & discipulo dilecto cōmendet te. In hoc aūt miraculo quid mihi & tibi? Non enim hoc processit ex te, sed in eo qui fecit te, non cōpetit tibi vt iubeas Deo, competit autem vt subdita sis Deo. Sed pia mater, quę non aspere tulit admonitionē filij dicentis, Qui mihi & tibi? videat in cęteris miraculis Deum operantem, quem intuebatur filiū adolescentē, videat cęcorū illuminationem, leprosorū mundationem, claudorū cursus, surdorum auditus, dęmonū fugationes, & quod maius his omnib. mortuorū resurrectionē. Sed adhuc agnoscat hęc mater, expaueſcat filij sui etiam iuuentutē: Quid restat iuueni, nisi vt procedat velut spōsus de thalamo suo, accipiat sponsus spōsam, quęratur, inueniatur quæ ei coniungatur? (Non est solus homo, sed Deus est homo. Quæratur quę coniungatur.) Qualis est *Psal. 2.* de qua natus est, talis inueniatur quæ matrē reddat fęcundā & virginē seruet intactā: filius permanētis virginis virginē permansurā accipiat. Ecce tempus est, Modo Iudæi suā impleant voluntatem, quando dignatur ipse dare potestatem: agite Iudęi nescientes nuptias agni, date præmiū pecuniæ malo Iudę. Agite vt ille qui natus est de virgine, à Pontio Pilato suspendatur in cruce. Ascendat sponsus noster thalami sui lignū. Ascendat sponsus noster thalami sui lectū, dormiat moriēdo, aperiatur eius latus, & Ecclesia prodeat virgo, vt D
quō Heua facta est ex latere Adæ dormientis, ita & Ecclesia formetur ex latere Chri in cruce pēdētis. Percussum est enim eius latus, *Ioan. 19.* vt Euangeliū loquitur, & statim manauit sanguis & aqua, quę sunt Ecclesię gemina sacramēta: Aqua, in qua ē spōsa purificata, sanguis ex quo inuenitur esse dotata. In isto sanguine sancti martyres amici spōsi stolas suas lauerunt, candidas eas fecerunt ad nuptias agni

Psal. 6. Hom. Luc. 2.

uitati

uitati venerunt, a sponso calicem acceperũt, biberunt, eiq; propinauerunt, sanguinẽ eius biberunt, sanguinem suum pro illo fuderũt. Quid egit vesana impietas Iudęorum, quia inuitati non solũ venire noluerunt, sed insuper sponsum occiderunt? Quid egit iniquitas Iudæ qui eum vendidit, a quo redimi debuit? Ecce nec Iudas tenuit pretiũ nec Iudęi
E quem cõparauerant Christum. Illi dico, vbi est ꝙ accepisti? Iudęo dico, vbi est ꝙ emisisti? Illi dico, qñ vendidisti, tunc te decepisti, isti dico, ꝙ emisti, posidere non potuisti. Exulta Christiane in cõmercium inimicorũ tuorũ, tu vicisti: ꝙ Iudas vendidit, & Iudęus emit, tu acquisisti. Exulta, exulta sponsa Ecclesia, quia nisi ista in Christo facta essent, tu ab illo formata non esses: venditus redemit te, occisus dilexit te. Et quia te plurimũ dilexit, mori voluit propter te. O magnum sacrm huius coniugij. O quam magnum mysteriũ huius sponsæ, non explicabitur digne humanis verbis. De sponso sponsa nascitur, & vt nascitur, statim illi coniungitur, & tũc sponsa nubit, qñ sponsus moritur, & tunc ille sponsæ coniungitur, qñ a mortalibus separatur. Qñ ille super cęlos exaltatur, tunc ista in omni terra fœcundat. Quid est hoc? Quis est iste sponsus absens & præsens & latens, quem sponsa Ecclesia fide tantum concipit, & sine vllo amplexu membra eius quotidie
Psal. 23. parit? Quis est iste qui sic natus est, sic creuit, sic mortuus est? Quis est iste qui infans regem terruit, puer Iudęos conuicit, iuuenis Pontium Pilatum turbauit? Quis est iste, vultis nosse? Dñs virtutum ipse est rex gloriæ. Si dominus virtutum ipse est rex gloriæ, ergo nec Iudęos timuit qñ armati venerunt, nec iudicem iniuste iudicantem nec milites irridentes, nec inimicos subsannantes, nec coro
F nam spineam imponentes, nec sua vestimenta diuidẽtes, nec fel, nec acetum, nec crucẽ, nec lanceam, nec mortem. Qñ.n. ista Iudęi potius quam Pilatus faciebant, dñs virtutum negocium nostrum agebat, quæ non rapuerat, tunc exoluebat; non rapuit iniquitatem, & pro iniquis suscepit mortem, ut implere-
Psal. 68. tur ꝙ de eo scriptum est. Quæ non rapuerã,
Hom. 5. tunc exoluebam. Denique ut noueritis pro
Luc. 23. nobis reddidisse ꝙ non debebat. Christus.n. pro impijs mortuus est, mox sæculum carnis suæ in crucis ligno persoluit, & pretium nostrum exactori reddidit. Ibi statim illũ latronem fecit confessorem, ut per eũ impiorum restauraret ruinã, uidete redemptũ quẽ diabolus possederat homicidã. Videte dñm uirtutum & in ipsa morte miracula facientem. Tunc latro confitebatur, qñ Petrus turbabatur: tũc iste agnouit, qñ ille negauit. Sed nunquid quia dñs acquisiuit latronem, Petrum perdidit negatorem? Absit, absit, Age- G
bat mysterium qui fundebãt pretium, in Petro demonstrans, non in se quenquam iustũ debere præsumere: in latrone, nullum impiũ conuersum posse perire. Timeat bonus ne pereat per superbiam, non desperet malus de multa malitia. Colligtãur præsumentes, colligantur desperantes. Magnum pretium pro nobis datũ esse cognoscimus, quia sanguine Christi redempti sumus. Agamus qũo tali dño non displiceamus. Ecce amauit seruos, & quos redemit, saluos fecit liberos. Ecce parum est, quia donat libertatem suam, exhibet fraternitatem, promittit ẽt hæreditatem. Habes amplius ꝙ expectes? Suscepit veniendo mortem tuã, donauit resurgendo vitam suam. Habes amplius ꝙ expectes? Ille ille, qui crucifixus est pro te, die tertio a mor- Ps. 115.
tuis resurgens, super cęlos exaltauit te, filiũ Dei fecit te. Habes amplꝰ ꝙ expectes? Quid retribuemus dño pro omnib. quæ retribuit nobis? Fecit nos antequam essemus, donauit uitam, donauit liberam uoluntatem, donauit substantiam, donauit ingenium, donauit rationẽ, donauit scientiã, donauit oia sua ut essent tua, & his omnib. bonis male vsi sumus, superbi effecti sumus, creatorem tanta bona largientẽ, merito puaricationis offendimus. Periuimus, quæsiuit, capti ducti sumus, subuenit: ad mortẽ perpetuã ducebamur, liberauit. Quid tibi minus exhibuit, qui seipsum pro te tradidit? Et dubitas ꝙ tibi donet vitam suam, qui tecũ cõicauit mortem suam? Quid
retribuemus ei? Si non est ꝙ ei tribuamus, ab H
ipso accipiamus ꝙ ei offeramus. Hoc a te qrit Christus, hoc tibi dicit, Quod feci pro te, hoc & tu fac pro me, animam meam posui pro te, & tu pro fratribus tuis animam tuam pone. Noli timere mortem, quia cũ uincere
non posses, ego sum mortuus uttu uinceres, Ioan. 1
uinceres non per te, sed per me, quia & ego ꝙ sum mortuus, nõ est propter me, sed propter te. Tu.n. mori noueras, resurgere non

noueras,

noueras, suscepi mortem quã noueras, demonstraui resurrectionem quam ignorabas. Credendo resurgentem, vt per illum & tu resurgas. Diximus, & quantum ille donauit exposuimus has tres sententias, ꝙ natus sit de virgine Maria, crucifixus sub Pontio Pilato, & sepultus, tertia die à mortuis resurrexit. Si I enim de singulis, vt dignũ est, loq; possemus, prolixitas sermonis fastidium potius vobis quam delectationẽ incuteret. Quia ergo dixi *De ascensione domini & sessione ad dexterã.* mus, quousq; ille altissimus descenderit propter nos, nunc dicamus quo modo id ꝙ susceptum ex nobis in cœlum leuauerit, ad dexteram patris collocauerit, ac fidei nostræ certũ pignus dederit, vt secura sint membra de tanto capite, fideliterq; sperent ad ipsum se posse peruenire, quem iam credunt ad dexteram patris sedere. Assumptus in cœlos. Sessionem istam, dilectissimi, non accipiatis humanis membris positam, tãquã pater sedeat in sinistra, vt filius sedeat ad dexteram, sed ipsam dexteram intelligite potestatem, quam accepit homo ille susceptus a Deo, vt veniat iudicaturus qui prius venerat iudicãdus. Ad hoc.n. ascendit in cœlum, vt fides suum impleat locum. Prædictum quippe hoc inueni *Psal.7.* tur per Dauid Prophetam. Ait.n. Congrega- *Phil.2.* tio populorum circũdabit te, & propter hãc in altũ regredere, dñs iudicat populos. Hoc quippe ait, Qm̃ humiliatus es in forma serui vsque ad crucis opprobrium, Et hi qui te viderunt crucifixum aliqui crediderunt, multi dubitauerunt. Resurgens a mortuis in altum regredere super cœlos dignare ascendere, ut congregatio populi fidelis congregetur in vnum per fidem, vt fides deducat eos ad speciem, Ipsa est virtus omnipotentiæ tuæ, vt plus possis in ipsis fidelibus: qñ absens ab eis in homine illo suscepto sentiris. Cæterũ præsentia tuæ maiestatis de cordibus fidelium tuorum nunquam discedis. Videte autem, dilectissimi, quid donauerit iste qui ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit K dona hominibus: videte quid donauerit, venit mirabiliter, creuit mirabiliter, exhibuit multa miracula, quæ superius commemorauimus, salus æterna multis præstitit salutẽ qui infirmitates nostras suscepit, multas va- *Psal. 67.* riasq; infirmitates curauit. Circundatus etiã tunc fuit multitudine populorum, quos adduxerat non fides, sed curiositas oculorum. Denique visa miracula multi laudabant, alij detrahebant. Nam vnde est illud detractio- *Luc. 11.* nis verbum dicentium, quod in Beelzebub principe dæmoniorum eiecerit dæmonia? Cum tanta tamen miracula faceret contemptus est, non solum digne habitus nõ est, sed insuper occisus est. Quare tunc non factum est, vt præsentia eius numerus ille colligeretur, nisi quia oportebat impleri omnia quæ de eo erant scripta? Etenim qñ illa agebantur, iam illi ab ipso præparabantur, iam captiuitas eorum capta erat. Expectabatur vt ascenderet saluator, & donaret dona. Quæ dona? Dona quæ acceperunt discipuli, quæ accepit Petrus, vt moreretur pro absẽte, quẽ desperando negauerat præsentem. Videte *1.Pet.1.* quid idem Petrus dicat in epistola sua, quid effundat ex dono illo sancti spiritus, Credentes, inquit, in eum quem non videtis, gaudete inenarrabili gaudio. Gaudeamus & nos credendo in eum quem non videmus, vt securi illum videamus, cum ad ipsum peruenerimus. Veniet autem & ipse, sed non talis *De aduentu Christi ad iudiciũ.* qualis antea venit. Venturus est enim viuos & mortuos iudicare. Veniet vt iudicet, qui stetit sub iudice, veniet in ea forma in qua iudicatus est, vt videant in quem pupugerunt, *Zach.12.* & cognoscant iudęi quem negauerunt, conuincat eos ille homo susceptus, & ab eis crucifixus. Fortasse, dilectissimi, quoniam veritas euangelica non tacuit eum cum cicatricibus resurrexisse, qui posset si vellet de corpore suscitato & clarificato omnem maculã cuiuslibet cicatricis abstergere, sed sciebat quas cicatrices in corpore suo seruaret, vt vulnera dubitationis in cordib. discipulorũ sanaret. Fortasse ergo, vt dixi, sicut demõ- *Ioan.20.* strauit Thomæ non credenti, nisi tangeret & videret: ita ẽt inimicis suis vulnera demõstraturus est sua. Propter ꝙ dictũ est per Prophetam. Viderunt in quem pupugerunt. Non vt *Zach.12.* eis dicat sicut Thomæ, Quia vidisti, credidisti, sed vt conuincens eos veritas dicat, Ecce hominem quem crucifixistis, ecce Deum hominem in quẽ credere noluistis, Videtis M vulnera quæ infixistis, agnoscitis latus quod pupugistis, quoniam & per vos & propter vos apertum est, nec tamen intrare voluistis. Qui non estis redempti pretio mei sanguinis, non estis mei, discedite a me in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.

eius. Sed illorũ mors proficiat ad nostram sa-
Mat. 25. lutẽ. Si illi contempserunt, nos timeamus eũ
qui sic venturus est iudicare. Festinet vnus-
quisq; cũ viuit vt viuat, currat, vt eius pretio
so sanguine redimatur, ne cum non fuerit in
uentus in numero redemptorum, in nume-
ro maneat perditorũ. Hic dum viuitur, me-
lior eligatur locus. Hic est tempus fidei. Cęte
Psal. 6. rũ, in in inferno, ait Propheta, quis confitebi
tur tibi? Qui semper vult viuere, & non time-
re mortẽ, teneat vitam, vt mors superetur a
vita. Qui non vult timere istum iudicem iudi
A cãtem ipsum, nũc sibi adhibeat defensorem.
Credimus in spiritum sanctũ, Spiritum san-
ctum Deum credimus ęqualem patri & filio
quia simul est & in patre & in filio. Quomo-
Ioan. 15. do est in patre? Filium audi, Spiritus, inquit,
qui procedit à patre, ipse introducet vos in
omnem ueritatem. Quomodo est & in filio?
Ipse filius post resurrectionem mittens disci
pulos suos prædicare Euangelium insufflauit
Ioan. 20. in faciem ipsorum, & ait illis, Accipite spi-
Mat. 10. ritum sanctum. Quomodo est spiritus patris?
Rom. 8. Ipse dominus in Euangelio, Non enim vos
Positio hæresis Arrianæ. estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri
qui loquitur in uobis. Quomodo est & spiri
tus filij? Apostolus dicit, Si quis spiritũ Christi
non habet, hic non est eius. Quomodo idem
ipse spiritus patris & filij procedens a patre
& filio, attestatur filium suscepisse carnem.
Ioannes euangelista dicit, Spiritus, inquit,
nõdũ erat datus quia Iesus nondum erat cla-
rificatus. Quãdo desuper clarificatus est filius
ipse dicit, Aperti sunt ei cęli & descendit su-
per baptizatum Iesum spiritus sanctus in spe-
cie columbę, uoxq; facta est dicens, Hic est
filius meus dilectus, in quo complacui. Hoc
tu hęreticæ Arriane cũ audis vel legis, filium
clarificatum, spiritum sanctum in specie co
lumbæ de cęlis esse transmissum, hąc autho-
ritate carnalis cogitatio & phantasia spiritus
mali, qui operatur in filijs diffidentię, patrem
inducis maiorem, quia visus non est: filium
minorem, quia visus est in homine: spiritum
sanctum filio multo inferiorem, quia in spe-
B cie apparuit columbę. Dicis enim tibi, & per
uerse ratiocinaris, quantum distat visibilis ab
inuisibili, tantum distat filius a patre, & quan
tũ distat species hominis ab specie colum-
bæ, tm̃ distat ab honore spiritus sancti. Hęc
cogitans, illi proximus es præcipitio erroris,
neq; enim defuerũt qui hoc sentirent de hu-
mana anima quod tu vis asserere de substãtia
diuina. Introduxerunt enim quidam, pro me
ritis animas dari corporibus, & esse reuolu-
tiones & circulos. Propheta Dauid diuina vo
ce dirumpens, in circuitu, inquit, impij ambu Psal
lant. Qui talia credunt vel prædicant, impij Ibi.
sunt. Et tanquam ei Deus diceret, Quid tu de
propagine hominum sentis? secutus adiũxit,
Secundum altitudinem tuam multiplicasti
filios hominum. Sed hæc alia quæstio est,
in qua nunc non opus est diutius immorari.
Veruntamen quia de specie hominis & co-
lumbæ, nostra tecũ hæreticę est disceptatio, C
In hoc enim filium ampliorem esse a spiritu
sancto dicis, quia pro dignitate gradus sui, si-
cut multum distat inter naturam hominis &
columbæ, tantã distantiam vis esse filij & spi
ritus sancti. Possem quidem tibi respondere,
quia innocentiam quam habet columba, nõ
habet homo, sed non dico, De illo enim ho-
mine agimus qui uenit sine peccato. Sed si
hoc te mouet, filius hoiem suscepit, spiritus
in colũba apparuit, mouere te & hoc debet,
quia & ipse homo a filio Dei susceptus, a scri
ptura diuina dictus est agnus. Nã & Ioannes
Baptista dicit, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit
peccata mundi. & Esaias Prophera dicit, Si- Ioan. 1.
cut ouis ad immolandum ductus est, & sicut Esa. 53.
agnus corã tondente se sic nõ aperuit os suũ. Apoc. 5
Et Ioannes Apostolus in Apocalypsi dicit, Vi Psal. 97.
di agnũ stantẽ quasi occisum, Dic mihi si va-
lueris tu exponere, quare sit dictus agnus fi-
lius Dei, exponã tibi & ego colũbę speciẽ spi
ritus sancti. Si mihi dixeris, agnus filius Dei
propter innocẽtiã, hoc & ego tibi de spũ san
cto referã, iõ colũba spũs sanctus pp inno-
centiã. Si Christus agnus pp innocentiam &
spũs sanctus colũba propter innocentiã. Cu-
stodi & tu innocentiã, & vide ęquitatẽ, Vi-
des ęquitatẽ, si patris & filij & spiritus sancti
intelligis unitatem. Sed adhuc uanas tuas ma
chinas, diuersasq; cõparationes de patris &
spiritus sancti substãtia, catholica doctrina suf
fodiat, ut ædificiũ tuũ, quod super arenã non
super petrã ędificas flatu uentorũ, diuinorũ
scilicet eloquiorũ, & pluuia gratię descendẽ
te subuertat, subuersumq; fiat ruina magna. D
Quãuis nõ inuisibilẽ totã Trinitatẽ noueri-
mus, credamus, teneamus: dic tu nobis hęreti
ce, q̃ sit ille q̃ apparuit Moysi in flãma ignis

in

in monte Sina, cuius posteriora uidit Moyses ipso se demonstrante: nã cũ quęreret faciem Dei videre dicens, Si inueni gratiã ante
Exo 33. te, ostende mihi faciẽ tuã: hoc ei dominus respondit, Ascende in Horeb, & sta super petrã, & transiet claritas mea ante te & posteriora mea videbis, facies autem mea non videbitur tibi. Quis est qui ducatũ præbuit filijs Israel exeuntibus de Aegypto? Deus, ait liber Exodi, præibat illos die quidem in colũ-
Exo. 13. E na nubis, nocte aũt in columna ignis. Quis est iste? Pater est, an filius? Si dixeris: pater est, Vi sus est ergo & pater in aliqua specie, Non autem audes dicere, filius est, ne rursus testimonio Moysi obruaris, Tu es Deus solus, & aliũ non nouimus absq; te. Ergo Deo patri assignabis, quod apparuit in columna ignis vel nubis. Si Deo patri hoc assignabis, redi modo ad illam ratiocinationem tuã, & dic mihi quę sit melior natura, ignis, nubis, aut hominis, & si dixeris, ignis vel nubis irrideris nõ solum ab hominibus, qui certa ratione sunt pręditi, non qui vestra vana seductione decepti, sed etiã ab ipsi pecoribus, quibus et si non sit rationalis intellectus, ineſt tamẽ naturalis sensus, qui non est attributus igni vel nubibus. Si autem dixeris, hominis est melior, filius a te demonstratur patre maior, quia filius apparuit in homine pater apparuit in igne. Hoc Arriani secundum uos dictum sit: secundum rectam autem veramque doctrinam, quemadmodum non est filius patre maior, quia filius apparuit in homine, pater in igne, sic non est spiritussanctus minor filio: quia in specie apparuit columbæ: diuina illa substantia Trinitatis manẽs in seipsa sicuti est, ut innouaret perdita, nostráq; restauraret ruinã pro captu hominũ, & pro congruentia cu
F iuslibet rei se visibiliter demonstrauit, vnitatem æqualitatẽq; suã nõ amisit, in igne Deus, sed nõ est ignis, in hoie filius, sed nõ solum ꝙ videbatur erat, erat & ꝙ latebat. Nã si to-
Ioan. 14. tum ꝙ videbatur erat, quid est ꝙ dicebat discipulis suis, Qui me diligit diligetur a patre meo, & ego diligam eũ, & manifestabo meipsum illi? Quid manifestaturus erat, si totũ quod videbatur erat? Ergo erat & quod latebat. Ita & spiritus in colũbæ apparuit specie, sed non columba erat spiritus. Totũ hoc
De peccatoriũ remissione per Christi.c.10. homo quod factum est, propter te factũ est, Noli iniuriam facere illi, qui te fecit, vt consequaris ab illo quod in isto sancto symbolo sequitur. Remissi onẽ omnium peccatorum. Noli minorem prædicare eũ, qui te perducit ad regnũ cęlorũ in remissionem peccatorũ. Sine ista fide si quis ad baptismum accedit, ipse contra se ianuã indulgentiæ claudit. Nec G propter aliud, dilectissimi, factũ est, vt & pater mitteret filium, & ipse filius susciperet hominem sanandũ, & spiritussanctus hoc effunderet donum, nisi vt nostræ animæ eruerentur a sarcinis peccatorũ. Totum quidem hominem susceperit ille curandum, sed amplioré curam demonstrauit adhibendam esse animę quam corpori. Nam cum ipse saluator inter Mat 9.
cętera quæ præsens faciebat, paralyticum an Mat.13.
tiqua valetudine oppressum videret, prius enim animam censuit esse sanandam, tunc demum etiam eius corpori dignatus est donare salutẽ. Fili, inquit, confide quoniam remissa sunt tibi peccata tua: magna salus nõ est cõtẽnenda. Hanc appetere debet quisquis interius & exterius saluus esse desiderat. Mundate, ait ipse dominus, quæ intus sunt, & quę foris sunt munda erunt. Veruntamen intentio illa peruersa Iudęorũ, qui non fideliter sequebãtur Christũ, sed ad hoc eum frequentabant, qui ei dolosi dolose insidias præparabant, quando audierunt dominum paralytico dicẽtem, Dimissa sunt tibi peccata tua, continuo Matũ.
susurratio illa cogitationis pessimæ, vbi eos audiebat q̃ corda inspiciebat: quis est iste, inquit, qui peccata dimittit? Blasphemat, Nemo enim potest dimittere peccata, nisi solus Deꝰ. Ille aũt, vt eis demonstraret se esse Deũ eorũque nequitiam ostenderet, ac suã demonstraret potentiã, ait illis, Quid cogitatis malũ in Ibidem
cordibus vestris? Quid est amplius dicere, Dimissa sunt peccata tua tibi, aut dicere surge & ambula? Vt autẽ noueritis quia habet potestatẽ filius hominis in terra dimittendi peccata, ait paralytico, Surge, tolle grabatum tuũ, & vade in domum tuam. Et statim surrexit, & tulit grabatum suum, & abijt. O quam melius illi esset, si post acceptam remissionem peccatorum, non de lecto ad peccandum iterũ H
surgeret, sed de sepuchro ad veram vitam liber iecurusq; surgeret. Nõ. n. vacat, dilectissimi, quod ei dictũ est, Tolle grabatum tuũ, & vade in domum tuam. Sic enim eum dominus curari exterius volebat, vt iam interius non laboraret. Tolle autem grabatum tuum,

quid

quid est, nisi porta rursus sarcinam delictorũ
tuorum? Non erunt scapulæ tuæ liberæ, porta
bis quod te premat, curuus eris sub onere, ca
put iam liberum iterum grauabitur seruitute.
Omnis enim ait dominus, qui facit peccatũ,
seruus est peccati. Si post remissionem pecca-
Ioan. 8. torum ille paralyticus ex hac vita migraret,
plenam acciperet libertatem. Quod aũt viue
re postea permissus est, & si non pec cauit, q̃
credere difficile est, multum periclitatus est,
Ib. 7. quia tota hęc vita tentatio est. Quisquis ita-
que, dilectissimi fideliter credit, & hanc pro
I fessionem fidei suæ, in qua remittuntur om-
nia peccata, indubitanter tenet atq; amplecti
tur, prępare voluntatem suam volũtati Dei,
vt si eum post baptismum dignatus fuerit in
hac vita aliquantulum detinere, iste nõ quie-
Psal. 26. scat orare ac dicere, Adiutor esto meus, ne
derelinquas me. Si autẽ dignatus fuerit libe-
rum, atque ab omni fęce peccati mundatum
ad se vocare, incunctanter ac sine tristitia per
gat ad eũ, cum quo & per quem incipiat &
ipse regnare, nec vehiculum mortis timeat,
in quo prior ascẽdit ipse qui vocat. Sicut e-
nim ipsum resurgendo perduxit ad patrem,
ita & te illi per resurrectionẽ representauit,
De resur rectione mortuo rũ. c. 11. Quia vt te inuitaret ad cęlum, ad terram de-
scendit, sed non deseruit cęlum. Carnis resur-
rectionem. Resurrecturam esse omnem car-
nem, rationalem scilicet creaturam fideliter
Gen. 1. teneamus. Hęc est summa fidei nostræ quę
separat ab infidelibus. Neq; enim de pecu-
dibus vel cęteris animantibus, quibus nõ est
attributa imago creatoris, fas est nobis dispu
tare. Ista enim omnia ad vsus nostros creata
esse cognoscimus. Legat quis quid Deus di-
xit homini quando eum formauit atque be-
nedixit, & inueniet ita sciptum in lib. Gene-
seos, Fecit Deus hominem, ad imaginem suã
fecit illũ, masculum & fęminam fecit eos, &
benedixit eos dicens, Crescite & multiplica
mini & replete terram, & dominamini eius,
K & habete potestatem piscium maris, pecо-
rũ terrę, volatiliũ cęli. ista ergo oia propter
vsus nostrę infirmitatis, vt dixi, creata sunt.
Sed quemadmodum nõ resurgit nobiscũ no
stra corruptio, neq. infirmitas, ita nec ea quę
1.Co.15. sunt necessaria nũc nostræ infirmitati. Qualia
futura sunt nostra corpora, Paulus Apostolus
dicit, Seminatur, inquit, in corruptione, re-
surget in ĩcorruptione, seminatur in infirmi-
tate, surget in virtute: seminatur in contume-
lia, surget in gloria, seminatur corpus anima
le, surget corpus spiritale. Incorruptio hęc Mat. 22.
virtus & gloria & spiritus viuificans faciet Ioan. 15.
nos, sicut ipse dominus promittere dignatus
est, ęquales angelis Dei, vt viuamus cum ip-
sis in ęterna vita, in vnam immortalitatem ac
sempiternam patriam, in qua patria vita no-
stra ipse Christus erit. Ipse enim ẽ verus Deus
& vita ęterna. Hoc sequitur etiam in isto san-
cto symbolo quod post resurrectionem car- L
nis credamus. Et vitam ęternam. Non nostri De vita
iam dominabitur corruptio immortaliter vi æterna.
uentibus, & cum ipsa ęterna vita manentib. Cap. 12.
Neque enim indigebimus illic vestimento, Ioan. 6.
vbi erimus immortalitate vestiti: nec cibus no
bis deerit, quando ipse panis viuus, qui pro-
pter nos de cęlo ad terras vsq; descendit sui
pręsentia nostras animas satiabit: nec potus
nobis deerit pręsente fonte vitę. Saturabit
enim nos ab vbertate domus suę, & torrente
delitiarum suarum corda nostra rigabit. Ae- Psal. 35.
stus illic nõ patiemur. Illic enim refrigerium Psal. 17.
nostrum, qui nos sub vmbra alarum suarum
protexit & protegit. Frigus illic non patie-
mur: est enim ibi Sol iustitię, qui suo amore
calefaciẽs corda nostra, radijs diuinitatis suę
illuminat oculos nostros, vt videant diuini-
tem, ęqualitatem patris & filij & spiritus san
cti. Non ibi fatigabimur: nobiscum enim erit
virtus nostra, cui nunc dicimus. Diligam tẽ
domine virtus mea. Non ibi dormiemus,
non enim ibi sunt tenebrę, quę excludere pos
sint permanentem diem. Nulla ibi erit nego-
ciatio, nulla seruitus, nullum opus Et quid il Psal. 45.
lic acturi sumus? Fortasse illud quod scriptũ
est. Vacate & videte quoniam ego sum Deus.
Vacuitas ista contemplationis, erit opus no-
strę actionis, vt contemplantes delectemur,
& delectabiliter cõtemplemur dicere, Quid
videre? Bona domini. Quę bona? Possumus Esa. 64.
exprimere illud quod nec oculus vidit, nec 1.Co.15.
auris audiuit, nec in cor hominis ascendit? M
Possumus explicare quomodo erit Deus om
nia in omnibus? Possumus explicare quomo
do ipse filius cum tradiderit regnum Deo &
patri, idest sanctam congregationem fideliũ,
ita illum hominem susceptum, ampliusque
clarificatum non dimittat, vt tamen claritatẽ
quam habet cum patre antequam mundus
fieret, ipsis iam fidelibus demonstrare non

differat? Possumus explicare quemadmodum
Ioan. 17. sponsa Ecclesia, quę ex viris & fęminis constat omnis conuertatur in virum perfectum, atq; ita dignitatem uirilē accipiat, vt tamen sponsę nomen non perdat? Possumus explicare sanctorum corpora resuscitata, ex qua
A gloria in quam gloriam transeant? Possumus explicare quō Christum sequantur virgines, quō eum sequi nequeant non virgines, atque illas nescio quo vbiq; manens secum ducat,
Sap. 9. ne tamen eas, q̄ nō sunt virgines deserat? Quis
2. Co. 12. audet de his rebus positus in hac mortali car-
De eccle- ne, quæ aggrauat animam, aliquid dicere, cū
siæ catho- Paulus Apostolus hoc non valuit explicare,
lieæ cōio- qui in isto positus corpore, vsq; in tertium
ne & vni- cęlum gratia operante valuit ascendere? Nō
co baptis- simus curiosi ad inuestigandum, quod Apo-
mo. c. 13. stoli exprimere minime potuerunt. Certe ex me nemo scire querat quod nescire scio, nisi forte vt nescire discat, quod scire non posse sciendū est. Sed per fidem & patientiam & sanctā matrem Ecclesiam speremus nos accipere, q̄quid magnis & pusillis dignatus fuerit ille donare. Sancta Ecclesia, in qua omnis huius sacramenti terminatur authoritas, mater & virgo corpore casta, prole fęcunda, sponsa Christi superius declarata, pie nutrit filios, quos Deo patri dignos assignare contendit. Filij boni amate tantam matrem, filij boni nolite deserere quotidie vos requirentem, rependite vicem, amate amantem. Tanta est, talis est, nobilis est, regia prole fęcunda est, non eam patiamini aut filiorū malorum, aut pessimorum seruorum iniurijs atq; insidijs macerari: agite causas matris vestræ, exerite eius amplissimā dignitatem: seruus malus non insultet dominæ. Hæreticus Arrianus non insultet Ecclesię. Lupus est, agnoscite: serpens est, eius capita conquassate. Blanditur, sed fallit: multa promittit, sed decipit. Venite, inquit, defendam: si necessitas est, pascam, si nuditas, vestiam, dabo pecuniam, statuā quid per singulos dies quisq; accipiat. O lupe male, ò serpens inique, ò seruе nequissime, dominam calcas, veram matrē impugnas, Christū exufflas, catholicum rebaptizas, & quod
B est pessimum artis tuæ aliquos potentia premis vt perdas, alios pecunia comparas vt occidas. Ergone hæretice ad hoc vestis nudum, vt expolies intus Christo vestitum? Ad hoc pascis esurientem, vt animæ auferas cibum cęlestem? Ad hoc das pecuniam, vt sic tibi isti vendant Christum rebaptizandum quemadmodum Iudas Iudęis Christum crucifigēdū? Act. 8.
Pecunia tua tecum sit in perditionem. Peiora hæretice facis quam quis fecit Iudęus. Ecce enim Iudęus etsi præmio comparauit Christum occidendum, semel latus in cruce pendentis pupugit, sed totum eius corpus integrum reseruauit, tu vero ad hoc eum quotidie comparas pecunia, vt sedentis in cęlo diuersa laceres membra. Vos autem dilectissimi, qui ab initio vberib. sanctæ matris Ecclesiæ nutriti, vsq; ad solidum cibum estis ab ea perducti manete in ea. Si quis vel disciplinā, vel quālibet admonitionem aspere tulit, & iratus abscessit, agnoscat matrē, redeat ad eā libenter & hęc suscipit quę requirit, gaudebit filium perditum fuisse conuersum. Sed licet multum gaudeat filium perditū fuisse conuersum, stabilitatis dignitatem non quiescit prædicare secum permanentium filiorum.
C

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

DE SYMBOLO AD CAthecumenos.

LIBER ALIVS IN ORDINE III.

SAcramentum symboli quod accepistis, memoriæq; mādatum pro vestra salute retinetis, noueritis hoc esse fidei catholicę fundamentū super quod ædificium surrexit Ecclesię constructum manibus Apostolorum & prophetarum. Aedificium enim domus Dei lapides sunt viui, quod estis vos. Ita enim credentibus scribit Apostolus, Nescitis, inquit, quia templum Dei estis, & spiritus sāctus habitat ī vobis? Sed & Apostolus Petrus alloquens fideles, Vos, inquit, D
tāquā lapides viui ædificamini in domū spiritalē. Quisquis huic ędificio cōiungi desiderat, renūciet diabolo, pōpis & angelis eius. Pōpę diaboli sunt quæq; illicita desideria q̄ turpāt nō quæ exornāt animā, vt sunt desideria carnis, desideria oculorū, ambitiones seculi. Ad cōcupiscentiā carnis pertinēt illecebrę voluptatū. Ad cōcupiscētiā oculorū, nugacitas spectaculorū. Ad ambitionē seculi, i-

Dd mul-
rū exis-
sione nō-
pientium
necessa-
riam l.
1. Cor. 3.
1. Pet. 2.

Gen. 1. Videm.

sam

sana superbia, vbi est fumus inflatus, vt homo positus in aliqua potestate, hominē se esse non agnoscat cū de homine iudicat. Qui ergo vult mūdū vincere, tria ista vincat quę sunt in mundo, & per hæc illum vincit etiā qui suadendo per superbiā decepit mundū. Postquam aūt homo renunciādo diabolo ęx cludit pessimum inuasorē, introducat optimū possessorē, credat in introductū optimū possessorē, credat in Deum patrem omnipotentē, &c. Magnū donum gratiæ credere & intelligere Deum. Sed quid Propheta dicit? Nisi crediderit is, non intelligetis. Credamus D ergo vt intelligamus, sed oremus vt mereamur videre ꝙ credimus. Peccata.n & author peccati diabolus, seperauit animam a Deo: & dum creatura secuta est seductorem suū, deseruit Saluatorē, facta est ruina magna, & errauit anima vt pro vero Deo coleret idola, & adoraret ipsa quæ fecit, deserendo illū a quo facta est, adorando.n. lapidem nullam habentem vitā, ipsa perit deserendo Deum, qui est eius vera & æterna vita. Hinc error omnis & desertio bonorū, hinc cultus Paganorum & peruersitas hæreticorū, & errauerūt animæ per diuersas voluptates & peruersas, vt alij colerent Solem, alij Lunam & stellas, alij montes, alij lapides, & quæq; virgulta, vt sibi quisq; credidit inuenisse, non adiutorē Deum, sed deceptorē diabolū, atque ita per diuersa anima errauit a creatore suo, vt omne ꝙ ei dederat Deus ad seruitiū, hoc illa coleret vt Deū: Nonne omnia propter hominē creata sunt? Legat quis scripturas sanctas, & inueniet Deū dixisse homini, quem de limo terræ formauit, Crescite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini eius, & habete potestatē piscīū maris, & auiū cęli, & pecorum terræ. Et paulo post, Ecce, inquit, dedi vobis omnia in vsum & ad escam. Eos aūt qui scripturas sanctas legere nolūt, ipsa rerū natura, ipseq; mundus operib. famulatus sui, incredulos sua quadā voce conuincit, & animā peruersam increpans dicit, E Quid est misera ꝙ erras in me, & degener facta oblita es, a quo quanta creata sis, cui cęlū & terra tā pulchra domus nullis meritis præcedentib. constructa est? Rūdent & singula quæq; elementa, clamātia, & ipsis suis operib. suū demonstrantia artificē: Clamat cęlū: nō sum Deus, nā si Deus essem, nulla me nubilatio obūbrare potuisset, nec tenebræ succederent luci meæ, sed lux integra, incorrupta, inuiolataq; mansisset sicut manet lux illa vera, quæ istā lucē temporalē creauit in me propter te. Clamat & Sol: quid me homo colis vt Deū, quē vides ortu occasuq; cōcludi? Deus nec ortū habet nec occasum, sed tu F illū deserendo magnū incurristi casum. Sed consideras magnū atq; mirabilē esse me: ego aūt agnosco, habere super me, q & me creauit & te: cum aūt opera & splendores & calores me tibi deseruiant, qūo me pro Deo colendū ducis, nisi quia verū Deum colere nescis? Ita Luna & stellæ istam similē proferunt vocē, non vides, inquiunt, ò homo spatiū nos agere nocturnū, excludi luce, nec terminos transgredi constitutos, quos ad solatiū quietis tuæ omnipotens artifex terminauit? Non sumus Deus: Conuincimus falsitatē tuā seruiēdo tibi ad pęnam tuam. Clamat mare, & omnia quę in eo sunt. Non sumus Deus: Præbeo.n. vt mihi iussum est, famulatū peruiū, iter carinæ suscipiens, motus congruos, flatus ventorū, dirigens gressus, vt ad portū desideratū ēt rapiente te auaritia, nulla interposita tarditate perducam. Animalia vero quæ gignuntur ex me, tibi in escā donata esse cognoscis. Cū ergo per oīa agnoscā modulum meū, tu quare deseris ordinē tuum, deserendo omniū creatorem Deum? Clamat terra: Ergone homo deitatis mihi nomen ascribis? ideo nō agnoscis quid sim, quia oblitus es qui sis. Non agnoscis materiā tuā? Nō agnoscis quia limum meū es, ex me quidem formatum, sed non sicut ego animatum? Non agnoscis quia inter oīa animalia ꝙ ex me procreata sunt, tu solus sub Deo pene mundi dūs constitutus es? Merito non intelligis, quia cū in honore esses, non intellexisti, cōparatus es iumentis insipientibus, & similatus es illis. Nos aūt, dilectissimi, quib. donatum est credere, nec Solem credamus Deum vel regem cęli, nec mare, aut nescio quem regem eius Neptunum, quem fingit vanitas, non veritas, nec terram & Plutonem, sed credamus in Deum patrem omnipotentem, vniuersorum creatorem, regem cœlorum. Qui. n. cuncta quia voluit de nihilo fecit, ipse regit quæ fecit. Immortales isti qui a nobis superius cōmemorati sunt, ideo dij nō sunt, quia & cōprehendi & videri his oculis

De vnitate Dei & paganici erroris inductiua reprobatione. c. 2.

Act. 8.

Gen. 1. Videm.

Ps. 48. De oīpotētia Dei creatoris visibiliū & inuisibiliū. c. 3.

lis possunt: cęteros autē quos vani vane colunt, souem, Saturnum, Martem, Iunonē, Mineruam, Venerem, & cętera portenta nō numina bona, sed numina mala homines mortales fuisse, ēt eorum literæ clamant, quitalibus errorib. delectantur. Nostræ autem sacrę literæ qualem Deum prædicent, Paulum audite Apostolum, Immortali, inquit, inuisibili, incorruptibili, soli Deo honor & gloria. Nō vr Deus noster oculis carnis, sed vr oculis cordis: non videtur ad tempus, sed vr in æternum. Sed dicit Paganus, Ostende mihi quē colis. Respondeo: Ego quidem habeo ēt modo quem tibi ostendā, sed tu non habes oculos vnde videas. Beati. n. ait Saluator noster, mundo corde, qm̄ ipsi Deum videbunt. Cor immundū, & tenebris peccatorū obuolutum, Deū quærit videre? Lux lucet in tenebris, sed tenebræ eam non cōprehenderunt. Nunquid quia cęcus non videt, ideo lux nō lucet? Si nosses, ò infidelis, dicere Deo vero, Illumina oculos meos: videres nobiscū nūc per speculum in ænigmate, vt posses videre facie ad faciem. Si ex operib. intelligeres artificem, ex creatura conijceres creatorē. Si expauescerēs in te, quia non totū capis te, agnoscerēs Deum qui fecit te. Non. n. vides animā tuam, cum oīa videat anima tua per carnem tuam. At si vides animā tuam, dic mihi qualis vel quanta sit, vtrū quadra an rotūda, vtrum lenis an aspera, vtrū calida an frigida, vtrum alicuius coloris an omni colore carens. Video defecisti ostēdere animam tuam qualis sit. Nō potes. Ecce immortalis est anima tua, & viuificat mortalem carnem tuam. Immortalem dico animam tuā ad vtrunque. Si credit immortalis est ad vitam: si non credis, immortalis est ad pęnā. Credimus ergo Deum immortalē & inuisibilem, non illū quē vos infideles Deum fingitis, simul & adulterantē & tonantem, sed Deum verū, totius mundi fabricatorem atq; rectorem. Filium eius Iesum Christum olim promissum per Prophetas tenemus, q̄ iam impletum esse cognoscimus. Sed ideo ēt hoc credere iubemur, quia qm̄ factum est, præsentes non fuimus, aderant tunc Iudęi, ex quorū gēte ipse Saluator Apostolos elegit, per quos ad nos fides ista perue-
nit. In ipsa aūt gente in qua & ex qua nasci dignatus est, longe antea Esaias Propheta prædixerat, Ecce virgo in vtero concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, q̄ interpretatur, nobiscū Deus: Et alio in loco, Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: virgam significans virginem Mariam, & florem virgæ, filium virginis dōm Iesum Christum. Iudęi antequam ista fierent, legebant, & non intelligebant. Cęperunt impleri quæ promissa sunt, & non gaudebant, sed potius inuidebant. Nascitur Christus ex virgine sicut flos ex virga, sine vllo cōposito semine. Nascitur infans paruus, rex magnus. Procedunt certa indicia & signa magna regis, pastoribus nunciant angeli, per stellam velut per nouam linguam clamant cęli. Adducuntur de longinquo Magi, veniūt vt adorent adhuc in præsepi iacentem, sed iā in cęlo & in terra regnantem. Annuncian-
tibus Magis regem natum turbatur Herodes, & ne regnum perdat vult eum occidere, in quem si crederet, & hic securus, & in illa vita fine fine regnaret. Herodes a Iudęis vbi Christus nascatur inquirit. Quærūt simul nō sicut Magi adorandum, sed inuentum necandum. Quid times Herodes quia audis regem natum? Non venit ille vt te excludat, sed vt diabolum vincat. Sed tu hæc non intelligens turbaris & sęuis, & vt perdas vnū quem quęris, per tot infantū mortes magnus efficeris crudelis. Non te vlla pietas plangentium matrū, aut lugentiū patrum funera filiorum, nō mugitus & gemitus reuocat infantum. Necas paruulos corpore, quia te necat timor in corde, & putas si hoc q̄ cupis impleueris, diu te posse viuere, cum ipsam vitam quæras occidere. Ille autem fons gratiæ paruus & magnus, qui in præsepi iacet thronum tuū terret, agit per te nescientem causas suas, & a captiuitate liberat diaboli animas. Suscipit filios inimicorū in numerū adoptatorū. Moriuntur paruuli pro Christo, nescientes parentes plangunt martyres morientes. Ille nō dum loquentes idoneos suos effecit testes. Ecce qūo regnat, qui sic regnare venerat. Ecce iam liberat liberator, & salutē præstat Saluator. Sed tu Herodes nescis hoc, turbaris & sęuis, & dum contra paruulum sęuis, iam illi obsequiū præbes, & nescis. Ille enim rex magnus qui ad hoc uenit, ut per te & per alios, suos congreget, tu illi prior ad regnum cęlorum tot milia candidatorum infantum innumerabilem præmittis exercitum. Hanc

turba

1. Tim. 1.

Matt. 5.

Ioan. 1.

Psal. 12.

1. Co. 19.

Esa. 7.

Esa. 11.

L Luc. 2. Mat. 2.

Ibidem.

M

Apoc. 7

Galat. 6

Rom. 6.

turbam Apocalypsis illa beati Ioānis Apostoli demonstrabat dicens, Vidi turbam multam quam dinumerare nemo poterat ex omni tribu, stantes in conspectu Dei, & induti erant alba veste, & palmæ fuerunt in manibus eorum. O magnum donum gratiæ: quibus eorum meritis præstitum est, vt sic vincerent infantes? Necdū loquuntur, & Christum confitentur. Necdum motibus membrorum valent suscipere pugnam, & victoriæ iam effe-
M rūt palmam. Quomodo regnas Herodes qui sic vinceris? Paruus ille non te armatorum virorū fortium superauit manu, sed innumerabili vicit turba morientium paruulorum. Vis nosse quid infantibus quos trucidasti præstiteris? Ideo acceleraſti ad eorum vitam, ne cū suis parentibus occiderent veram vitam: hoc illo per te agente, qui nouit bene vti etiā malis tuis, illorum animas liberauit a parentum internecionis suę societate, & te solum inanē reliquit in scelere. Egit & agit gratia causas suas, & per inimicos suos, & per seipsos: & in ipsos: nam & ipsi qui moriebantur, natura filij iræ erant sicut & cęteri. Sed quid eis præstitit gratia, nisi vt erueret eos de potestate tenebrarum? Præstitit eis Christus vt pro Christo morerentur, præstitit vt suo sanguine ab originali peccato diluerentur. Nati sunt ad mortem, sed continuo eos mors reddidit vitę. Ijsdem gradibus, dilectissimi, quibus perierat humana natura, a Iesu Christo domino nostro reparata est. Adam superbus, humilis Christus: per fęminam mors, per fęminā vita: per Heuam interitus, per Mariam salus. Illa corrupta secuta est seductorem, hæc integra peperit saluatorem. Illa poculum a serpente propinatum libenter accepit & viro tradidit, ex quo simul mererentur occidi: hęc gratia cęlesti desuper infusa vitam protulit, per quā caro mortua posit resuscitari. Quis est qui hæc operatus est, nisi virginis filius &
A uirginum sponsus qui attulit matri fęcunditatem, sed non abstulit virginitatem? Quod contulit matri suæ, hæc donauit & sponsæ suę. Denique sancta Ecclesia quæ illi integro integra coniuncta est, quotidie parit membra eis & virgo est. Crucifixum sub Pontio Pilato & sepultum. Et hoc credimus, & ita credi-
Galat. 6. Rom. 6. mus, & inde gloriemur, Mihi. n. ait doctor gētium Apostolus Paulus, absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Et nos in hoc gloriemur, in hunc speremus, simul. n. vetus homo noster cum illo crucifixus est cruci. Nisi enim crucifigeretur ille, mundus non redimeretur. Pęna illa salus est nostra. Quod Iudæus & gentilis detestatur, Christianus inde saluatur. (Sed quare Iudęus detestatur?) quia sicut Apostolus dicit. Illorū delicto salus est gentibus. Quod delictum Iudæi commiserunt? Christum tenuerunt, vinctum Pilato tradiderunt, clamauerunt, Cru- B
cifige, crucifige. Quare, quam ob causam? Quoniam suscitauit mortuum. Audit Pilatus inuenit innocēte, videt populum sęuientem, excusat & dicit, Ego in isto causam non inuenio: accipite eū vos & crucifigite. Quando di- Ioan. 19.
cebat Pilatus, Ego in isto non inuenio causam, accipite eum uos: quid aliud dicebat, quam hoc, Ad iudicem quasi cum reo uenistis, sed innocentē legibus tradidistis, in quē nullum crimen probare ualuistis? Non ero iustus si secundum desiderium vestrum innocentem occidero, ero ab hoc facto, a vestra seditione alienus si eum uobis tradidero. Accipite eum, inquit, vos, & secundum legem vestrā iudicate. Et illi: Nos scimus, inquiunt, quia reus est mortis. Quid. scit cęcus corde, non corpore? Clamat quod nescit, & ut impleat quod sęuit, dicit se scire quod nescit. Iterum Pilatus audit Iesum, & responsis eius inmetum missus, consilium inuenit quomodo eum dimitteret. Egressus ad Iudæos dixit, Est consuetudo ut dimittam uobis unum in pascha, uultis ergo dimittam uobis regem Iudęorum? Clamauerunt & dixerunt, Noli ipsum Mat. 15.
dimittere, sed Barrabbam. Fuit autem Barrabas, ut euangelista narrat, insignis latro. O cęcitas Iudęorum, ò furia phreneticorum: Noli ipsum dimittere, sed Barrabbam: quid fuit aliud dicere, quam occidatur Christus saluator, quia suscitauit mortuum: dimittatur latro ut iterum perpetret homicidium? C
Sed clamate. Quid clamatis nescientes? Occidatur a uobis Christus, & redimantur gentes. Medicus autem ille animarum, qui uos uidebat phrenesi laborare, somnū salutis ingerebat, & ideo etiam ipse pro nobis dormire uolebat tanquam diceret, Medicus sum infirmi estis infirmitas uestra magna refugit somnū salutis. Ecce dormio propter uos, ut me uiso dormire delectet & uos, & à pœnali mor-

te liberemini vos. Sed illis & de illis hoc dicebat, quos crediturus in se postmodum nouerat, & pro quibus in cruce pẽdens patrem rogabat dicens, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Inter eos erat ille phrenet icus, prius Saulus, postea Paulus, prius superbus, postea humilis, & ipse phreneſi laborabat, somnum salutis repudiabat. Sed quid ei fecit medicus? Prostrauit sęuientem, erexit credentem prostrauit persecutorem, erexit prędicatorẽm. Prostratus ad terram dormiuit phreneticus, surrexit, & factus est medicus. Cępit in alijs curare morbum, quo ipse laborabat, & effectus discipulus, cęlis archiatri antidotum hibit confectum ex sanguine medici, prior ipse bibit, & bibendum amatoribus propinauit. Hoc antidotum ex sanguine crucifixi confectum, etiam ipsi reges terrę biberũt, & qui erant ecclesię persecutores, eius facti sunt defensores. Sepulturam vero huius crucifixi sanctum indicat euangelium, quod susceptus fit à Ioseph, obuolutusq; linteaminibus, cum aromatibus positus sit in monumento nouo. Homo enim nouus sine vlla corruptione ex virgine procreatus, in monumento nouo positus est, in quo nõdum quisquam positus erat mortuus, vt sanctitas virginalis vteri in omnibus ornaretur ex conuenientia inuiolabilis sepulchri. Tertia die a mortuis resurrexit. Quamuis multi facti multa hinc senserint atque dixerint. Nam quidam volentes tres dies & tres noctes vsque in diẽ dominicum exprimere, a nocte precedente sextę ferię, & ipsam sextam feriam concluserunt in vnum diem, & noctem sabbati & sabbatum, & noctem diminici diei & ipsum diem resurrectionis. Alij autem ab ipsa sexta feria, & nocte, quę medio die facta est, voluerunt tres dies & tres noctes vsque in diem dominicum exponere, propter illam sententiã domini in euangelio positam: Sicut enim Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita oportet esse filium hominis in corde terrę tribus diebus & tribus noctibus. Sed nos neutram eorum vacuantes sententiam, melius tamen, si placet, in his spiritalem requiramus intellectum, quomodo filius hominis fuerit in corde terrę tribus diebus & tribus noctibus: tres dies, tria tempora seculi ponentes, ante legem, sub lege, sub gratia: & tres noctes tres mortes, ideſt, tres mortuos quos suscitauit dominus præsens in carne. Filiam archisynagogi in domo, filium viduę foris in porta, & Lazarum quadriduanum de sepulchro: Vnde enim mors nisi per peccatum? Et quid sunt peccata, nisi magnę tenebrę quę faciunt grauem noctem? Ita ergo conueniunt sibi, vt vnus dies sit ante legem, quando peccatum latebat, & huic accedit nox, illa, quod puella mortua in domo iacebat, tanquam peccatum intra conscientiam latebat. Secundus dies sit sub lege, quando dictum est homini, Non concupisces: & peccatum processit ad publicum: & hinc accedit nox illa, quod filius viduę foris portã, tanquam peccatum animæ quod intus lateat, processit ad publicum. Tertius dies sit sub gratia, quando iam plus peccat anima, quia scit voluntatem domini sui, & facit digna plagis, & supplantat plenitudinem gratię & merito peccatum iam putet: & hinc accedit nox illa mortis Lazari in sepulchro iacentis, tanquam animę peccatis obrutę & extentis. In his tribus diebus & noctibus fuit Christus i corde terræ, hoc est, iacuit fides Christi in cordibus eorum qui habitant in terra. Habent ergo animę in his diebus & noctibus & præcepta legis & voces pœnitentiæ, vt resurgere possint cum Christo. Ad diẽ & noctẽ latentis peccati, lex illa est generalis, Quod tibi fieri non vis alij ne feceris. Et vox pœnitentię eius est, Delicta iuuentutis & ignorantię meæ ne memor fueris. Ad sequentem diem manifestati peccati, lex illa est, Non concupisces. Et vox pœnitentię eius est, Tibi soli peccaui & malum coram te feci. Ad tertium diem & noctem iam sepultæ animæ consuetudine peccati, lex illa est, Ecce sanus factus es, iam noli peccare. Et vox pœnitentię eius est, Domine libera animam meam de morte. Et, Eduxisti ab inferis animam meam. Per ista tria tempora veluti per tres dies resurgunt animę cum Christo, quibus dicitur per prophetam: Resurgunt mortui, & excitabuntur qui in monumentis sunt, & exultabunt omnes qui sunt super terram. Et quibus per Apostolum dicitur, Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Etiam resurgentibus, hoc est, à peccatis liberatis dicit, Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus ad dexteram Dei sedens,

Euc. 23. *Actо. 9.* *Ioan. 19.* *De Christi honorifica sepultura & resurrectione a mortuis tertia die in mysterio. c. 6.* *Mat. 12.* *Mat. 9.* *Luc. 7.* *Ioan. 11.* *Exo. 20.* *Psal. 24.* *Exo. 10.* *Ps. 50.* *Ioan. 5.* *Ps. 114.* *Ps. 29.* *Ephe. 5.* *Psal. 49.*

sedens, quia dominus Iesus resurgens a mortuis, assumptus est in cœlos, & sedet ad dexteram patris. Quis est qui sedet ad dexteram patris? Homo Christus: nam inquantũ Deus, semper cum patre & ex patre, & qñ ad nos processit, a patre non recessit. Hoc est n. esse Deum, vbiq; esse totum. Totus ergo filius ad patrem, totus in cęlo, totus in terra, totus in vtero virginis, totus in cruce, totus in inferno, totus in paradiso quo latronem intro duxit. Non per diuersa tempora vel loca dicimus ubique esse totum, ut modo ibi totus sit, & alio tempore alibi totus, sed ut semper ubiq; sit totus. Si. n. Deus hoc præstitit huic luci, quæ videtur nostris aspectibus, ut simul tota ubiq; sit: Neque. n. qñ hic est in Oriẽte, uel in alijs partibus terrarũ non est, sed ubiq; tota est, & in omnibus tota est, & omnium oculos satiat, & ipsa integra perseverat. Si hoc potest creatura, quãto amplius ipse creator? Sed hoc q̃ filius dicitur sedere ad dexteram patris, demonstratur q̃ ipse homo quẽ suscepit Christus, potestatem acceperit iudicantis. Inde. n. uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Aduẽtum eius liber indicat Actuũ Apostolorum. Postea. n. quã a mortuis resurrexit, conuersatus est cum discipulis suis quadraginta diebus & quadraginta noctibus, intrans & exiens, manducans & bibens, non q̃ haberet infirmitatem, sed ut doceret ueritatem. Quadragesimo die ipsis uidentibus & quodammodo in cęlum oculis deducentib. astiterunt illis duo uiri in veste alba, qui dixerunt eis, Viri Galilęi, quid statis intuentes in cœlum? iste Iesus qui assumptus est in cęlum a uobis, sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum. Veniet ergo, fratres mei, veniet ille qui prius uenit occultus, ueniet in potestate manifestus. Ille, qui iudicatus est, ueniet iudicaturus. Ille, qui stetit ante hominem, iudicaturus est omnem hominem. Deus manifeste ueniet. Quid est Deus manifeste ueniet? Non sicut prius homo humilis, sed sicut Deus homo maiestate sublimis, & iudicabit. Qũo iudicabit? Nõ. n. ut iudex terrenus quæsiturus est testes ut te conuincat, aut ueritatem per tormenta requisiturus est ut confessum puniat, cum sedeat iudex ipsa iustitia, & testis sibi sit mala conscientia. Ille iudex, dilectissimi, nec gratia præuenitur, nec misericordia iam flectitur, nec pecunia corrumpitur, nec satisfactione mitigatur. Hic dũ tempus est, quicquid põt anima agat pro se, ubi locus est misericordiæ: Nam ibi quid pro se agat non habebit, quia iustitiæ solius locus erit. Hic agat anima pniam, ut ille possit mutare sententiam: hic det panem, ut accipiat postmodum salutẽ: hic faciat misericordiã, ut ibi inueniat indulgentiam. Credimus in spũm sanctum. Spiritum sanctum Deum dicimus, nec tñ dicimus patrem & filium & spũm sanctum tres Deos, sed unum: quia una est æternitas, una maiestas, una potestas. Pater non est filius, sed pater est filij: Filius non est pater, sed filius est patris: Spiritus sanctus nec pater est, nec filius, sed spiritus est patris & filij, tres personæ, sed unus Deus. Qũo, inquit, tres nominas & unum dicis? Ostende hoc aut ratione, aut aliqua similitudine, per quam intelligi possit, quidnam illud sit. Quæ ratio, aut quæ similitudo illi rei inuisibili comparari põtest? Det tñ ueniam eiusdẽ maiestas, quia aliquam similitudinem quæ occurrit ex eius creatura ponit nostra infirmitas, per quam intelligere possit uestra charitas. Nisi. n. permitteret, quis nostrum de eius diuinitate loqui auderet? Non uacat, q̃ omnis creatura subiecta sit creatori, in nulla tñ alia specie uoluit apparere Deus noster quam in igne. Nã & sancto Moysi in rubo in flãma apparuit, & filijs Israel ducatum in colũna ignis præbuit, & super discipulos congregatos donũ spũs sancti in linguis igneis effudit. Habet. n. hoc elementum magnum sacrm, per quod exerceat quærentis ingenium. Ecce in igne tria quæda conspicimus, lumen, ignis splendorem & calorẽ, & cum sint tria unum lumen est, simul exurgunt, simulq; consistunt. Nec ignis præcedit splendorem, nec splendor calorẽ, & hæc non confuse unum sunt, nec disiuncte tria, sed cũ unum sint tria sunt, simul operantur, & cũ inseparabiliter operantur, aliud igni tribuitur, aliud splendori, aliud calori: Nam cum ad ignẽ refers uisionem, ibi operantur & splendor & calor: & cũ ad splendorẽ refers illuminationẽ, simul operatur & ignis & calor: cũ uero ad calorẽ refers calefactionem, simul operatur ignis & calor & splendor. Ita cum dicitur, q̃ Deus fecerit mundum, intelligitur pater cũ filio, & per filium, & cũ spiritu sancto. Et cum di-

Col. 3. Mar. vlt. De Christi glorioſa aſcenſione. c. 7.

Mat. 9. Luc. 7. Ioan. 11.

Exo. 20.

De aduẽtu Christi iudicaturi. c. 8. Actu. 1.

Psal. 24. Exo. 10. Ps. 50. Ioan. 5. Ps. 114. Ps. 29. Ephe. 5.

Psal. 49.

De spũs. sancti figuratiuis missionib. Cap. 9.

Exo. 3. Exo. 13. Actu. 2.

cimus filium pro nobis passum, intelligimus passionem filij operatum fuisse & patrem & filium & spm̃ sanctum. Et cũ remissio peccatorũ tribuitur spiritui sancto, intelligimus totam Trinitatem etiam hoc donũ inseparabiliter operari. Hæc propter hæreticos Arrianos, vel alios qui aliter de Deo sentiunt quã dignũ est, dicta sunt vestræ charitati. Cæterũ
M illud q̃ est ineffabile & incõprehẽsibile, nec verbis angelicis explicari potest, quanto magis humanis. Remissionem peccatorũ. Oĩa prorsus delicta delet sanctũ baptisma, & originalia & propria: dicta, facta, cogitata, cognita, incognita oĩa dimittũtur. Innouat hominẽ qui fecit hominẽ, donat delicta qui nõ quærit merita, præuenit gratia ẽt ipsam insantiã, vt sint liberi per Christum liberati, qui in Adam a diabolo tenebãtur ante captiui. Carnis resurrectionem. Omnis spes fidei nostræ hæc est, qm̃ resuscitabimur. Omnes quidem resurgemus, ait Apostolus, sed non oẽs immutabimur. Resurgent boni, resurgent mali, sed boni, vt sempiterna beatitudine perfruantur: mali, vt perpetuo igne puniantur. Ibi discernetur fidelis ab infideli, vt accipiat fides prẽmiũ, & perfidia supplicij obtineat locũ. Nec sibi frustra blandiãtur increduli, qui audiunt in Psalmo, Non resurgunt impij in iudicio. In iudicio dictũ est, i. non vt iudicentur resurgent, quia per infidelitatẽ olim iam dãnati sunt secundũ illã sententiam dñicam, Qui non credit, iam iudicatus est. Apostolus aũt, vt tolleret de cordibus infidelium omnẽ dubitationem, seminantis proposuit similitudinẽ, & ait, Stulte, tu q̃ seminas non viuificabitur nisi prius moriatur. Quid aũt fiat in semine, puto neminem vestrum ignorare, quemadmodũ grana triturata, purgata, recõdita proferantur, proijciantur, obruantur. Nisi. n. esset mesis fertilitas nota, ista crederentur insana. Attamen cum obruuntur & ab oculis dimittuntur, sub terra mortua iacent. Iam si curiositas exigat & videre antequam pluuia descendat, videt putrefactum atq; corruptũ q̃ dimiserat integrũ, ac si spes mesis
A desit, dolor cor vrit, perdidisse se credit q̃ reconditum habuit. Cum aũt pluuia aduenerit, qũo delectat respicere herbam virentem, calamum surgentem, ad nodos peruenientẽ, culmũ producentem, spicas proferentẽ? Delectatne videre q̃ mortuum iacebat sic reuixisse? Sed non sibi assignet terra fertilitatem, qm̃ dñs dat suauitatem. Si. n. pluuia desuper non descendat, ẽt terra bona non spicas, sed profert spinas, quæ igni traduntur, non quæ horreo recondantur. Similiter & terra nostrã, hoc est, caro nostra, siue hic, siue ibi, nõ sibi assignet merita, sed agnoscat etiam illic accepturam se gratiam pro gratia. In vitam
B æternam. Bonum omne illud, q̃ resuscitabimur, q̃ a peccatis liberabimur, sempiternũ erit, & ideo bonũ sempiternum erit, quia in æterna vita manebit. Quod sit autem illud bonum, quod promittit Deus sanctis suis, quis explicet verbis suis? Facilius tamẽ possumus dicere: in illa vita æterna quid ibi nõ sit, quã quid ibi sit. Non est ibi mors, non est ibi luctus, non est ibi lassitudo, non est infirmitas, non est fames, nulla sitis, nullus æstus, nulla corruptio, nulla indigentia, nulla mœstitia, nulla tristitia. Ecce diximus quid ibi non sit. Quid autem ibi sit vultis nosse? Hoc nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Si in cor hominis, non ascendit, cor hoĩs illuc ascendat, mundetur cor ab omni immunditia, vt possit portare Deum, qui est vera sempiternaq; iustitia. Manet. n. Deus in corde credentis, & se diligentis, & manet homo in Deo, ideſt, in æterna vita, quod est prẽmium Deum amantis. Nec amare, nec diligere quis potest, qui in Ecclesia non est: quoniam omnis qui præter illã est, nec cũ Deo est, qui vita æterna est. Ideo sacramẽti huius conclusio per Ecclesiam terminatur, quia ipsa est mater fęcunda, integra & casta, vbiq; diffusa, quæ filios Deo spiritaliter parit, quæ paruulos lacte verborum eius spiritaliter nutrit, quæ pueros sapientiam docet, quæ adolescentes a luxuria atq; impudicitia sua sancta castitate custodit, q̃ iuuenes robore virtutis contra diabolũ armat, quæ senes prudentiã docet, quæ seniores ætate proiectos venerabiles facit. Per hanc iuuenes & virgines, seniores cum iunioribus, ætas omnis & vterq; sexus laudent nomen dñi. Hęc errantes filios reuocat, mortuos grauiter dolet, secum perseuerantes indeficienter pascit. Hanc dilectiC simi, amemus omnes, tali matri sic amanti, sic prospicienti, sic consulenti inseparabiliter inhæreamus, vt simul cum illa & per illã Deo patri coniungi perpetuo mereamur.

D. A V-

De peccatorum remissione & carnis resurrectione.
Cap. 10.
1 *Co.* 15.
Psal. 1.
Ioan. 3.
1. *Co.* 15.

De vita æterna & ecclesiæ cõione.
Cap. 11.
Esa. 64.
1. *Cor.* 2.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi,

DE SYMBOLO AD CATHECUMENOS.

LIBER ALIVS IN ORDINE IIII.

De mysterijs catechismi & diabolicarũ põparũ renunciatione de cætero non resumẽdarum. c. 1. Apoc. 12

DVm per sacratissimũ crucis signum vos susceptit in vtero sancta mater Ecclesia, quę sicut & fratres vestros cũ summa lętitia spiritaliter pariet noua proles futura tantæ matris quousq; per lauacrũ sanctũ regeneratos veræ luci restituat, congruis alimẽtis eos, quos portat, pascat in vtero, & ad diẽ partus sui lætos lęta perducat: qm̃ non tenetur hac snia: Vę quæ in tristitia & gemitu parit filios, nec ipsos gaudentes, sed potius flentes, hæc soluit q̃ illa ligauerat, vt prolẽ, quã per inobedientiã sui morti donauit, hæc per obedientiam restituat vitæ. Omnia sacra, quæ acta sunt & aguntur in vobis per ministeriũ seruorum Dei, exorcismis, orationibus, canticis spiritalibus, insufflationibus, cilicio, inclinatione ceruicũ, humilitate pedũ, pauor ipse omni securitate appetendus, hæc oia, vt dixi, escæ sunt, quę vos reficiunt in vtero vt renatos ex baptismo hilares vos exhibeat mater Christo. Accepistis & symbolũ protectionẽ parturientis contra venena serpẽtis: In Apocalypsi Ioannis Apostoli scriptũ est hoc, q̃ staret draco in cõspectu mulieris quę paritura erat, vt cũ peperisset, natũ eius comederet. Draconem diabolũ esse nullus vestrũ ignorat, Mulierem illã virginem Mariam significasse, quæ caput nostrũ, integra integrũ peperit, quæ ẽt ipsa figuram in se sanctæ Ecclesię demonstrauit, vt qũo filium pariens virgo permansit, ita & hæc omni tẽpore mẽbra eius pariat, & virgi
E nitatem non amittat. Ipsas snias sacratissimi symboli adiuuante dño exponendas susc ipimus, & quid singulæ cõtineant, vestris sensibus intimemus. Parata sunt corda uestra quia excluſus est inimicus de cordib. uestris. Mũdata est domus nõ remaneat inanis, ne cum
Luc. 11. vacuã desertor inuenerit, adducat secũ alios septẽ nequiores se, & efficiantur hominis illius posteriora, vt euangeliũ loquitur, peiora prioribus, mox cum excluſus fuerit pessimus inuasor, introducatur optimus possessor. Quis est inuasor? Diabolus. Quid inuasit? Hominem, quẽ non fecit, insuper decepit. Promisit ei immortalitatẽ, & propinauit iniquitatẽ. Huic vos renunciare professi estis, in qua professione non hominibus, sed Deo & angelis eius conscribentib. dixistis renuncio. Renunciate non solũ vocibus, sed ẽt mo F
ribus, non tm̃ sono linguæ, sed & actu uitæ, nec tm̃ labijs sonantibus, sed operib. pronũciantibus. Scitote, uos cum callido, antiquo & veternoso inimico susc episse certamen, non in uobis post renunciationem inueniat opera sua, non iure uos attrahat in seruitutẽ suã. Deprehenderis.n. & detegeris Christiane, qñ aliud agis & aliud profiteris: fidelis in nomine, aliud demonstras in opere, non tenens promissionis tuæ fidem, modo ingrediens Ecclesiam orationes fundere, post modicũ in spectaculis cũ histrionibus impudice clamare. Quid tibi cum pompis diaboli, *3. Re. 18.*
quib. renunciasti? Vt quid claudicatis ambobus inguinibus? Si Deus est, ite post illum: si mundus est, ite post illũ, si Deus eligitur, seruiatur illi secundũ ipsius voluntatẽ: si mũdus eligitur, vt quid fictũ cor quasi Deo accõmodatur? Quisquis contẽpto Deo sequeris mũdum, & ipse te deserit mundus. Non uis bonus implere uoluntatẽ Dei, & de te malo impletur uoluntas Dei. Sequere adhuc quantũ potes fugitiuũ, & si potes apprehende eum, tene eũ: sed uideo, non potes, fallis te. Ille. n. labiles motus suos torrẽtis ictu percurrens, dum te uidet inhærentẽ sibi & tenentẽ se, ad hoc te rapuit non ut saluet, sed ut perdat te. Quid tibi cũ pompis diaboli amator Chri-
sti? Noli te fallere, odit. n. tales Deus, nec in- G
ter suos deputat professores, quos cernit uię suæ desertores. Ecce ruinosus est mundus, ecce calamitatib. repleuit dñs mundum, ecce amarus est mundus, & sic amatur, quid faceremus si dulcis esset? O munde immunde, teneri uis periẽs, quid faceres si maneres? Quẽ non deciperes dulcis, si amarus alimenta mẽtiris? Vultis dilectissimi, non inhærere mundo? eligite amare creatorem mundi, & renũciate pompis mundanis, quibus Princeps est diabolus cum angelis eius. Credite. Sic credę, vt desideres uidere quod credis. Dicit aliquis: Ecce credo, & desidero uidere quod credo, utinam mihi ostenderetur, ut fides

mea

De fide & fructibus eius, & Dei cognitione qualiter cõsequẽda. c.2.

mea ipsa visione lætaretur. Si nunc videres, non crederes: ideo credis, quia non vides, sed ita crede vt videas. Fides opus est, visio Dei, merces est. Præpostere vis accipere mercedem, qui non laborasti in opere. Nonne omni operanti penes te, recte à te merces nõ datur, nisi opus perficiatur? Quod agis cum seruo tuo, hoc pete à dño Deo tuo. Tibi confert, quod per fidem te exercet differendo visionem suam: cõmendat donum suum, non negat, vt amplius desideres dilatum, ne vilescat cito datum. Nec tamen te deserit, qui vtiliter nunc visionem suam subtrahit. Oculi tui eum non capiunt. Cęterum ipse te omni tempore attendet, adhibe oculos fidei. Non-

I ne faciem respicis eius, cum in eius vnigenito filio credis? Nonne manus eius vides cum vniuersam creaturam attendis? Nonne os eius audis, quando præcepta eius recitari aduertis? Orationem quomodo fundis, nisi scias te ad illum peruenire, de quo dicit Pro-

Psal. 33. pheta, Ecce oculi domini super iustos, & aures eius ad preces eorum? Si autem & pedes eius quæris nosse, audi quos voluit esse pedes suos. Quam specioſi pedes, inquit, eorũ qui annunciant pacem, qui annunciant bo-

Esa. 52. na. Conscripsimus membra, sed non his mẽbris humanis continetur Deus, quoniam nõ est in loco, sed vbique totus est. Diximus secundum modum intelligentiæ humanæ, nõ secundum ineffabilem virtutem maiestatis

2. Par. 6. diuinæ. Vis nosse qualis sit, vide facturam, & intelliges factorem: perscrutare quæ fecit, & intelliges eum, qui omnia creauit, Ecce ait Deo Propheta, Cœli cœlorum non te capiunt. Et quem non capiunt spatia cœlorum, capiunt angustiæ cordis humani, ipso dicente: Inambulabo in illis & inhabitabo?

Ioan. 14. Apoc. 21 Et dominus Iesus, Qui me diligit, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum, & veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Ecce qualem te fecit omnipotens qui te creauit. Agno

K sce te prius quis sis, & cognosces qui te fecit quis sit. Rex terrenus, ideo mortalis, quia visibilis: rex cœlestis immortalis, quia inuisibilis. Rex terrenus cum nihil creauerit, omnia tamen in potestate accepit: & non credis regem qui omnia creauit, ꝙ cuncta gubernet & regat? Quomodo, inquis, cuncta gubernat & regit? ecce tanta mala fiunt in mundo, & non iudicat. O homo, ideo negas eius potentiam, quia magnam ille exhibet patientiam? Peccantem quidem impunitum nõ dimittit, seruat eum, aut pœnitendo corrigendum, aut vltimo iudicio puniendũ. Crede mihi ò tu quisquis es, qui de malis quęreris, quoniam omnes mali sumus. Si vt vis, Deus malis statim retribueret mala, nullus remaneret qui de alio murmuraret. Sed L ideo ille rex magnus, qui nouit quomodo regat quod creauit, non implet voluntates peruersas, sed suam perficit rectam, vt te doceat patientiam suam. Non tu Deum velis conuertere ad furias tuas: regat te, qui fecit te: nam si volueris regi a te, statim cades per te. Tamdiu primus homo ille stetit quamdiu Deo adhæsit, dimisit, & dimissus est: voluit probare vires suas, & inuenit miserias & nostras & suas. Quam bonum illi esset si hoc faceret quod Psalmus admonet, iacta in domino curam tuam, & ipse te enutriet. Si tunc ille homo noluit esse cautus, nunc homo cauet vel expertus. Confiteamur, intelligamus habere nos regem immortalem & inuisibilem, quem nemo hominum vidit, nec videre his oculis potest: Apostoli hæc verba sunt. Si nemo hominum videt, quomodo locutus est cum Moyse ore ad os, sicut quis loquitur ad amicum suũ? Irruit quæstio non parua. Ait enim dominus, Non quomodo cum alijs per ænigmata, ita loquar ad Moysem famulum meum, sed ore ad os loquar illi. Et subiunxit scriptura, quæ supra diximus: quoniam loquebatur Moyses cum Deo ore ad os, sicut quis loquitur ad amicũ suũ. Si ore ad os loquebatur cum eo, & videbat eum, quomodo verum est illud Apostolicũ, quod Deum nemo vidit vnquam, nec videre potest? Si autem videbat cũ Moyses, quid est quod idem ipse post paululum pro magno petit, & dicit, Si inueni gratiam ante te, ostende mihi faciem tuam? Et dñs illi, Facies quidem mea non uidebitur tibi non. n. uidebit quis faciem meam & uiuet. Vbi est illud ꝙ uidebat? & si uidebat, cur desiderabat uidere quod uidebat? (Aut quomodo illi negabatur id quod iam demonstrabatur? Exercet ingenium quærentis. Videbat Moyses Deum non oculis corporeis, sed oculis mentis. Et quia lux illa perpetua, quod Deus est, plus eum quã cęteros illustrauerat, ideo dictum

Psal. 54. 1. Tim. 6 De visione Dei qualis possibilis. c. 3 Exo. 33. Ibidem.

Ioan. 1. Exo. 33.

M

ctum est: Ore ad os loquebatur illi: ac si diceretur plus omnibus manifestatus est illi. In eo autem quod dictum est: non enim quis poterit videre faciem meam & viuere: ostensum est neminem hic oculis corporeis Deum posse videre. Quid autem concessum sit fidelissimo famulo Deo Moysi, ne tam magnum eius desiderium in omnibus frustraretur, debet nosse charitas vestra. Dictum est illi a domino, sicut eadem scriptura narrat: Vade, ascende super petram in Horeb, & sta ibi, & transiet claritas mea ante te, & posteriora mea videbis, facies autem mea non videbitur tibi. Ne forte surrepat peruersus intellectus, aut hæreticus sensus, & putet quis Deum esse corporeum, vigilet pia fides & catholica doctrina. Mysticis enim figuris loquitur scriptura diuina, seruans rebus tempora, quibus recognitis manifesta exerceat veritate: quoniam nec hoc vacat a mysterio, quod in mõte Horeb super petram iussus est ascendere Moyses & stare. Ipsa est illa petra, quæ percussa produxit aquas populo sitienti: de qua dicit sanctus Dauid, Dirupit petrã, & fluxerunt aquę. Apostolus aũt exponens hoc, ait, Patres nostri escam spiritalem manducauerunt, & eundem potum spiritalem biberunt: Bibebant autem de spirituali consequente eos petra: Petra aũt erat Christus. Ipsa sunt illa posteriora Dei, Christus Dei: Hoc vidit Moyses prophetando quod Paulus exponit dicendo, Cũ venit, inquit, plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere. Mulierem hic ponit, consuetudinem seruans locutionis Hebraicæ, quæ omnes fœminas mulieres appellat: Nam scriptum est, Seruate mulieres quę nondum cognouerunt virum. Et de ipsa Heua dictum est, Formauit eam in mulierem antequam illam viro coniungeret, eam mulierem appellauit. Fides autem & veritas hoc prædicat, quod Christus sit natus ex virgine. Sic accepistis, sic vos credere dixistis, Credo, hæc natiuitas Dei & hominis facta est causa hominis, vt sublimis illa maiestas procedens ex corde patris, infunderet se in vtero matris. Causa exegit pietatis, vt homo inueniretur perditus, & Deo patri per mediatorem restitueretur inuentus. Mira tamen hęc natiuitas secunda, fratres dilectissimi. Cęterum illam primam, qua de patre natus est sine aliqua matre, quis enarrabit Si hanc non possumus explicare, illam quando valemus inchoare? Si hęc ita nos exercet, vt fidei det locum, illam quando attingimus, quam nec corda potuerunt comprehendere prophetarum? De hac tamen secunda mira & ineffabili dicamus aliquid quod factum est pro nobis, vt verbum caro fieret, & habitaret in nobis. Quis enim non expauescat cum audit Deum natum? Audis nascentem, vide in ipso ortu miracula facientem, aluus tumescit virginis, claustrum pudoris permanet, impletur vterus matris sine vllo complexu patris, sentit prolem quę se ignorabat coniugem, angelus ad virginem loquitur, a virgine cor præparatur, Christus fide concipitur. Miraris hęc? Adhuc mirare. Parit mater, & virgo fœta & intacta: nascitur filius sine homine patre, qui fecit & ipsam matrem: factor omnium fit inter omnia, portatur manibus matris rector totius orbis, lambit vbera regens sydera, tacet & verbum est. Necdum per linguam se demonstrabat quis esset, & vniuersa creatura suum natum indicat creatorem. Angeli pastoribus annunciant, stella Magos inuitat, rusticitas pastorum admonitione exigitur angelorum, curiositas Magorum instructa est lingua cœlorum, Magi Iudęorum regem prędicant, Iudæi abnegant. Illi quærunt adorare, isti quærunt occidere. Dicunt Magi Herodi regi quem quærunt natum regem, dicunt Iudęi ex qua ciuitate Christus surgat regnare: vtrique prędicant, vtrique confitentur, sed illi aliter, isti aliter. Illi, vt inuentus adoretur, vt isti vt captus necetur. O Iudæi ad hoc ferentes in manibus lucernam legis vt alijs viam demonstraretis, & vobis tenebras ingeratis? Ecce Magi primitiæ gentium Christo offerunt munera, non solum aurum, thus & myrrham, verumetiam animas suas: & vos repudiat iniquitas propria, vt illum qui uos uenit obligatos liberare, dementes effecti eum quęratis occidere. Quid vobis profuit, quod prodidistis Herodi, vbi Christus nascereturr? Nonne vos læsistis, quam Christo aliquid nocuistis? Audiens enim ille a vobis ubi Christus natus posset inueniri, vestræ gentis infantes continuo præcepit occidi. Sæuit Hærodes, vt inter multos perdat unum, & plurimos necando se efficit reum, nec occidit, quem quærit hominem

Ibidem. *Ibidem.* *Ibidem.* *Exo. 17.* *Psa. 104.* *1. Co. 10.* *Galat. 4.* *Appellatione mulieris intelligitur etiam virgo in scripturis.* *Esa. 53.* *Ioan. 1.* *Luc. 2.* *Mat. 2.*

minem Deum, O Herodes, magna tua iniquitas, & infantes necas, & tuę nequitię testes cumulas, & Christus a te non inuenitur, quia nondum venit eius hora vt patiatur. Teneris
C quidem persecutor Christi & reus mortis eius, nihil agendo in ipso. Sed dum multa agis contra ipsum, perdidisti teipsum. Quid metuis talem regem, qui sic venit ragnare, vt te nolit excludere? Quem quęris, rex regum est, si velles securus obtinere tuum regnum, ipsi supplicares, vt ab illo acciperes sempiternum. Regnet Christus quomodo venit regnare, suscipiat credentes, irrideat persequentes, faciat certantes, adiuuet laborantes, coronet vincentes, donet sanctitatem, amet castitatę, remuneret virginitatem. Gaudete virgines sanctæ, virgo peperit Christum: non vos contristet sterilitas, quarum fides magna est fęcunditas. Nec doleatis non vos esse matres, quæ spiritaliter generatis, virgines permanetis, filios suscipitis, integritatem non amittitis. Accepistis ab illis nomen maternum, & decus castitatis in vos permaneat semp ternũ. Amate quod estis, seruate quod accepistis, imitamini fideles matrem capitis vestri, ipõ si vestri: non vobis denegauit pignora qui natus est de virgine Maria. Quod tantæ matri contulit, & in sua carne seruauit, hoc etiam vobis donauit virgo mater sancta caro Christi, ab omni contagione integra. Sed nec ipsa caro eius sterilis fuit, dum per eam prędicando spiritales filios regenerauit ad vitam, & post passionem per totum mundum fructificauit occisa. Crucifixi, ex hoc omni liberrate assumpta, fiduciam sui anima capiat Christiana. Non enim erubescere debet in crucifixum se credidisse Christum. Crux illa fidelibus nõ est opprobrium, sed triumphus: crux illa vexillum nostrum est cõtra aduersarium
D diabolum: pugnauit enim rex noster pro nobis contra aduersarium nostrum. Aduersarius diabolus noster mortem minando terrebat, sed Christus æternam vitam promittebat. Aduersarius diabolus carnem peremptura esse dicebat, rex autem noster, vt doceret quomodo eius exercitus vinceret, in se demonstrauit mortem corporis non esse timendam, dum prior ipse pro omnibus dignatus est mori, ne eius exercitus a diabolo in anima possit occidi. Hoc agebat in illo prędio diabolus, si sibi consentiretur, animas perdere cupiebat, & corporibus salutẽ promittebat, Christus mori docebat ad tempus, & animam & corpus viuere in æternum. Ille dicebat, si mihi consenseris, dabo vitam istam tẽ- E
poralem: Christus dicebat, si a me non discesseritis, nec temporalem perditis, & çternam accipietis. Diabolus dicebat, nolite perdere istam lucem: Christus dicebat, ego qui feci & istam, dabo meliorem, quod ille promittit, ait Christus noster, in potestate dare non habet, & hæc lux mea est, hęc vita a me creata est, sed illa propter quam docendam veni, multo excellẽtior & melior est. Transite a bono ad melius, ne diabolo consentiendo remaneatis in peius. In hoc tam magno certamine dum diabolus captiuat, Christus liberat, diabolus decepit, Christus redemit, diabolus occidit, Christus restituit. Inter hęc omnia ipsum regem nostrum aduersarius diabolus existimauit carne perimendum, tanquam capite prostrato cętera sibi membra facilius subiugaret, falsusq; in hoc quod videbat, Deum latere in carne minime cogitabat inscius tanti sacramenti, quod ille mediator esset, & ita tentare Deum in homine, vt hominem coningeret Deo, occidit quasi potentem hominem defendentem homines, & sensit Deum liberantem omnes, quos creauerat, homines. Denique in passione ipsa videt spectaculum tanti certaminis, armatur Iudas vt pretio vẽdat magistrum, & qui erat in numero discipulorum, fit particeps consilij Iudæorum, *Ioan. 18.*
dat osculum falsum, in quo erat nequitiæ signum, fingit pacẽ plenus malitia in corde, excitantur Iudæi, veniunt cũ facibus, lãternis & armis, q̃runt multi vnũ, & veniũt filij tenebrarũ, ferentes in manib. lucem per quam illam veram alijs demonstrarent, quam ipsi cęcati corde non poterant retinere. Dominus au- *Ibidem.*
tem Iesus sciens omnia quæ ventura erant super se: non enim aliquid ignorabat, qui ad hoc venerat, egressus est ad eos: & ait illis, Quem quæritis? At illi: Iesum Nazarenum. F
Ait illis, Ego sum. Quando autem illis dixit, ego sum, abierunt retro & ceciderunt in terram. Ecce radius verę lucis latens adhuc sub nube carnis, respexit tenebras, & prostrauit ad terram. Quomodo tunc Iudæi audebunt illam respicere claritatem, quando istam infirmitatem tolerare minime potuerunt? Sed, vt impleret propter quod venerat

De cruci fixionis Christi vtilitate, et alijs passionẽ Christi cõmentantibus c. 5.

rat exurgunt rursus tenebræ, dat eis potestatem, capiunt tenebræ lucem, non sequendā, sed occidendam, permittit se lux ab eis teneri, duci, suspendi, occidi, vt expoliatus nube carnis, fulgorem redderet maiestatis. Quæ tandem acta sunt in illo certamine? Quam fortiores sibi esse videbantur ministri diaboli, dum fremerent dentibus, dum irriderent,
H dum caput agitarēt, dum spineam coronam imponerent, dum uestimenta eius conscinderent, dum viderent pendentem illum, quē uiderant miracula facientem, dum fel & acetum darent, dum lancea perfoderent. Qualis
Mat. 27. uox ueluti victoriæ eorum fuit dicentium, Si filius Dei est, descendat de cruce. Sed hoc ille per eos clamabat, qui patientiam Christo auferre cupiebat, ut excitatus insultationibus ludęorum, demonstraret potentiam, sed perderet patientiam. Ille autem rex fortis & singulare consilium, per quod nascitur & regitur omne sanum consilium, utranque aciem respiciebat, utranq; aciem seruabat, & patientiæ & potentiæ, & q̄ seruauit, exhibuit: nam & patientiam seruauit, quia de cruce non descendit: & potentiam demonstrauit, q̄ de sepulchro surrexit: dum in cruce pependit, falsa victoria ludęorum: dum de sepulchro surrexit, uera confusio Iudęorū, & sempiterna victoria Christianorum: dum in cruce pependit, mœsti, contristati; dispersiq; discipuli: dū de sepulchro surrexit gaudentes una in domo sunt congregati: dum in cruce pependit, diffidentia discipulorum: dū de sepulchro surrexit, cōgregatio gentiū. Dū in cruce pepēdit, timore negauit Petrus, dū de sepulchro surrexit, amore totus credit mundus, non solum tunc actum est hoc certamen, sed nunc agitur, pugnatur, laborant membra Christi, urgente aduersario, resisti-
I tur illi, quoniam caput nostrum iam sedet in cœlo. Ad hoc ille pugnare uoluit, ut te doceret quomodo uinceres: Sed si uires tuæ paruæ sunt, ipsum inuoca Saluatorem, ipsum inuoca adiutorem. Cum te perspexerit fideliter inuocantem, qui pro te pependit in ligno, & hic tibi victoriam & coronam victoriæ præparabit in cęlo. Tertia die. Tridua-

De resurrectione Christi die tertia & eius

na mors domini per Prophetas, & prædicta est, & promissa, & impleta. Nam Osee Propheta ait, Post biduum suscitabit nos, die tertio ueniemus, & quasi ante lucem paratum illum inueniemus, ostendens nos in illo resurgere, quoniam dignatus est carnē in qua moreretur a nobis accipere. Quid iam dicā de figura illa Ionæ prophetæ, quem ipse dominus expressius demōstrans, ait ad Iudęos, Generatio hæc, generatio nequam est, signū quærit & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ: sicut enim Ionas fuit in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita oportet esse & filium hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus: ipsam figuram propheticam comparando, breuiter percurramus. Missus Ionas ad ciuitatem Niniuem, ut eius finem prædicaret: missus est Christus a patre, ut finem mundi omnibus demonstraret. Fugit Ionas in Tarsis a facie domini, Fuga Ionæ uelox transitus Christus, de quo dicit Propheta, Exultauit ut gigas ad currendam uiam. Ascendit nauem propheta fugiens, lignum Christus ascendit, per mare huius seculi transiens. Irruit tempestas magna in mari. Perturbatio maris, per fidia Iudęorum. Data est sors, ut Propheta fugitiuus in mare mitteretur, sors data est super Christi uestimenta, ut unitas omni mundo prædicaretur. Proiectus est è naui in mare Ionas, mors Christi in cordibus gentium collocata est. Susceptus est a bestia Propheta custodiendus, non comedendus, audi hic ipsius uocem Christi per sanctum Dauid, Non derelinques animam meam apud infernos, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. In uentre bestiæ marinæ positus orauit Ionas sanctus, in inferno Christus descendēs mortuos suscitauit. Tertio die prophetā littori incolumis est redditus, die tertia Christus de sepulchro surgens, super cœlos est exaltatus. Ad prædicationem Ionæ prophetæ per pœnitentiam saluata est ciuitas, per
L Christi prædicationē sancta Hierusalem redempta est ciuitas. Assumptus in cęlum. Qui descendit, Apostolus ait, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, ut adimpleret omnia. Quis est qui descēdit? Deus homo. Quis est qui ascendit? Idē ipse Deus homo. Agnoscat se omnis homo, quoniam propter hominem Deus factus est homo. Quod pro te susceptt, leuauit in cœlum, terrenumq; corpus fecit cęleste. Si credis & tu q̄ possis resurgere, & in cęlum ascendere, quia certus es de tanto pignore, securus.n. de tanto munere.

præfiguratione.
Osee. 6.
Cap. 6.
Mat. 12.
Ionæ 1.
Ibidem.
Psal. 18.
Ibidem.
Psal. 21.
Ibidem.
Ionæ 2.
Ibidem.
Psal. 15.
Ibidem.
Ionæ 3.
Ephes. 4.

De assumptione in cœlum. & sessione eius ad dexterā, & aduentu ad iudicium. Cap. 7.

nere. Regnat homo iam susceptus a Christo ad dexteram patris sedens, & vt sui ab illo regnum accipiant, vocat, inuitat, hortatur. Festinet ad eũ omnis anima, quæ auida est gloriæ, pergat ad talem regem, à quo vt accipiat potestatem, non ei pretium pecuniæ dabit, sed plenã perfectamq; fidem cum ad eum attulerit, & angelos iudicabit. Inde venturus:

K Quis est iste, qui expectatur venturus mortuos viuosque iudicare, nisi ille homo, qui pro nobis dignatus est in cruce pendere? Homo susceptus expectatur, vt veniat. Cęterum secundum id q̃ Deus est, & patri æqualis est, & semper iudicat, semper prȩsens est. Veniet autem redemptor noster in ea forma in qua assumptus est, vt impleatur illud q̃ de eo ait

Zach. 12. propheta Zacharias, Videbunt in quem pupugerunt. Videbunt ergo Iudęi Deum & hominem semper regnantem, quẽ negando desperauerũt morientẽ. Iudicabit eos in animis mortuos, qui venturus est resuscitare mortuos. Duobus modis. n. hæc sententia accipitur, Viui & mortui in anima, Itẽ viui & mortui in corpore. In corpore secundũ priorem iudicabit viuos in anima credentes, & mortuos in anima fidẽ nullam habẽtes. Secundũ posteriorem, iudicabit viuos in carne, quos præsentes inuenerit eius aduentus: iudicabit & mortuos in carne, quos resuscitaturus est Deus excelsus. Eligamus, dilectissimi, vt viuos nos inueniat eius aduentus in anima, ne peccãdo simul ab illo damnetur caro & anima. Finis mundi in proximo est, & sicut quidã putant, in proximo non est, dies vltimus vniuscuiusq; nostrũ incertus est. Quid differimus si ad beatam vitã tẽdimus? Corrigamur,

De spiritussancti æquali diuinitate cũ patre & filio. Cap. 8. dum tps est emendemur, bonas causas habeamus, vt futuram diem iudicij non timeamus.

1. Cor. 1. L Credo in spm̃ sanctum. Spiritussanctus Deus est a patre filioq;, non minor, sed vna maiestas, vna potestas, inseparabilis Trinitas, indiuisibilis sanctitas, simul vbiq; tota, Deus pater, Deus filius, Deus spiritussanctus, Nõ tres dij, sed Trinitas vnus Deus. Nec tẽpore separatur filius a patre, q̃m æternum verbum patris est: nec maior est filio pater, q̃m æqualẽ genuit Deus Deum sine tempore per quem fecit tempora: nec spiritussanctus minor est patre & filio, cũ sit charitas atq; concordia patris & filij. Qũo. n. filius minor est patre, vt Arrianus hæreticus prędicat, cum Apostolus eum dicat Dei virtutem, & Dei sapientiam? Si virtus & sapiẽtia patris filius est, qui eum minorem dicit, Deo patri contumeliã facit, q̃m eum & minorem sapientiam & infirmam virtutem in se habere cõtendit. Aut quomodo spiritum sanctum minorem prædicat etiam filio, cum membra Christi templum Apostolus ponat spiritussancti? Vos, 1. Cor. 6.
inquit, estis corpus Christi & mẽbra: Et alio 1. Cor. 6.
loco, Nescitis, inquit, quia membra vestra tẽ M plũ sunt spiritussancti qui in vobis est? Quomodo Deus non est, qui templum habet, aut quomodo minor est Christo, cuius membra templum habet? Nõ sunt diuersi gradus, vbi est vna Trinitas & trina æternitas. Qui enim diuersos gradus componit, ipse se ab vnitate prædicit. Quomodo exultas Arriane, q̃ teneas veritatem, cum te malus error a catholica doctrina separans, hæreticumq; protestans a communione totius orbis secernẽs in vno angulo damnauerit? Cauete, fratres, doctrinas hæreticorum tanquam insidias lu porum. Oues Christi audite vocem pastoris Ioan. 10.
vestri, Qui intrat per ostium in ouile ouiũ, ille pastor est, ait: qui autem ascendit per aliam partem, fur est & latro. Cauete fures, *De peccatorum remissione & carnis resurrectione. Cap. 9.*
cauete latrones, nõ quiescit pastor clamare, non sinit etiam suos canes tacere. Non se sequestret ouis a summo pastore, ne ipsa se in depredationem iniquissimi offerat lupi raptoris. In remissionem peccatorum. Fortiter tenetẽ, fideliter sperate, patienter expectate, reddetur vobis nouitas per baptismum vetustate discedente, deonerabitur anima sarcinis peccatorũ, vt libertate nouæ vitæ induta aduersus diabolum cum adiutorio diuino valeat fortiter dimicare, eumq; a quo superata est, ita superet, vt in regno Dei translata de hoste deuicto, secura regnet cũ suo capite Christo. Carnis resurrectionem. Magna fides est necessaria, quoniam magnum prȩmium promittitur. Nec attendatis quid nũc fit, sed quid tunc fiet. Quod enim nunc fit, multos mouet. Quem enim non mouet, cũm vi A
det tantam speciem, tãtam pulchritudinem, tantumq; decorem hominem formatum resolui, in puluerem ossa dispergi, terram terræ mandari? Non te ista Christiane deterreant. Seminatus est homo, non perditus. Anima quidem discedentẽ habitaculũ eius soluitur: non est enim præsto illa domina, quę curam

gerat

gerat luteæ domus atque eius reſtauret ruinas? Vadit enim vt magno prẽmio regnũ cõparet ſempiternum. Quid ergo metuis, ò anima? Chriſto domino dicata es atq; ipſo donãte bene viuis, & ad regnũ Dei peruenire contendis. Vt quid formidas vehiculum mortis? Proficiſceris quidem, & iniuriam patietur ad tempus caro tua, rauerteris cum ſummo rege regnans, & talis tibi reddetur quæ nequeat corrumpi, & tecum maneat ſempiterna. Si ad hoc pergis vt melior efficiaris, non credis, quoniam meliori & in regno cęlorũ quodãmodo adminiſtrãti, melius tibi præparabitur hoſpitium? Si hęc terrena, lutea, fragilis, tantã tibi exhibuit pulchritudinẽ, reſtaurata & cęleſtis effecta qualẽ tibi exhibebit decorem? Si hanc tantũ diligis, quæ paululum manet & tranſit tempore, illam quantum amabis quę decore ſuo nunquam carebit, quoniam in ęternum vita manebit? Hoc ſequitur in ſancto ſymbolo, quod omnia quę credimus & ſperamus i vita ęterna ꝓcipiamus. Vita æterna, dilectiſsimi, nunquam vileſcat ſemperq; dulceſcat. Si amatur vita, quare nõ quæritur vera? Si amatur vita, talis quęratur, quæ nunquã finiatur. Et ſi amatur quare non quęritur? Aut ſi quęritur, quia hic non eſt, ad eum locum vbi eſt quare non feſtinatur? Quid ꝙ etiam vltro ſe nobis ipſa vita ingeſsit? Chriſtus eſt enim Deus verus & vita ęterna, Venit ad nos perditos, & redemit inuentos, venit huc ad regionem mortalium ipſa vera vita, dedit guſtum ſaporis ſui, guſtauimus, vidimus, quoniam ſuauis eſt: prẽceſsit nos, inuitauit, vt ſequamur, & ad tam magnum illud donum, cuius talem ſuſcepimus guſtum, ſequi formidamus? Venit ad te vita, repende vicem, veni & tu ad illam. Suſcepit vehiculũ mortis vt tranſiens liberaret te: ſuſcipe & tu mortem, vt cum ad illum veneris, ita ab illo ſuſcipiaris, vt nunquam moriaris. Per ſanctã Eccleſiam. Propterea huius concluſio ſacramenti per ſanctam Eccleſiã terminatur: quoniam ſi quis abſque ea inuentus fuerit, alienus erit a numero filiorum. Nec habebit Deum patrem, qui Eccleſiam noluerit habere matrem. Nihilque ei valebit quod credidit vel fecit tanta bona ſine fine ſummi boni. Eccleſia mater eſt ſpiritalis, Eccleſia ſponſa Chriſti eſt, gratia eius dealbata, pretioſo ſanguine dotata. Totum poſsidet quod a vero ſuo accepit in dote. Lego tabulas matrimoniales eius, recitabo. Audite hæretici quid ſcriptum ſit, Oportebat Chriſtum pati & reſurgere à mortuis & prędicari in nomine eius pœnitentiam & remiſsionem peccatorum per omnes gentes. Omnes gentes totus mundus eſt. Eccleſia totum poſsidet quod a viro ſuo accepit in dote. Quęcunque congregatio cuiuslibet hæreſis in angulis ſedet, concubina eſt non matrona. O hæreſis Arriana, quid inſultas, quid exufflas, quid etiã ad tempus multa vſurpas? Iniuriam a te patitur domina ab ancilla, multas ei ingeris contumelias: licet hæc doleat, non te magno metuit ſponſa Chriſti ſancta catholica. Cum enim reſpexerit ille ſponſus, eijcieris tu, vt ancilla, cum filijs tuis, quoniam non erunt hæredes filij ancillæ cum filijs liberæ. Cognoſcatur vna ſancta & vera regina catholica, cui Chriſtum regnum tale dedit, quod eam per totum mundum diffudens ab omni macula & ruga mundans, totam pulchram ſuo aduentu præparauit.

De vita æterna dono Dei percipiendo meritis et de vniuerſali eccleſia Cap. 10.

Luc. 24.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi,

DE CONVENIENTIA DECEM præceptorum & decem plagarum.

LIBER VNVS.

De vnius Dei fide, incredulorumq; peruerſitate: primi præcepti cũ prima plaga conuẽtio. Cap. 1.

NOn eſt ſine cauſa, fratres dilectiſsimi, quod præceptorum legis Dei numerus cum plagarum numero, quibus Aegyptus percutitur, exequari videtur. Nam ſicut decem præcepta ſunt legis quibus ad cultum Dei populus admonetur, ita decem plagę leguntur, quibus ſuperbia Aegyptiorũ affligitur. Cõſideremus ergo cur, & ibi decem præcepta & hic decẽ plagæ memorentur. Iõ ſine dubio, qa in illis erãt vulnera, & in iſtis medicamẽta & opus erat vt tã periculoſis decẽ plagarũ vulneribus, decẽ præceptorũ medicamina ſubueniret. Vnde rogo vos, fratres, nolite hoc ociosè accipere, quia ſi auxiliante Deo diligenter attenderitis, poteritis agnoſcere decẽ illa præcepta illis decẽ plagis per ordinẽ cõtra ſe eſſe contraria. Nã de primo prę cepto prima plaga percutitur, de ſecundo ſecunda,

cunda, de tertio tertia, & sic quousq; ad decimum numerum peruenitur. Primum præceptum in lege est de vno Deo: Non erunt, inquit, tibi alij dij præter me. Prima plaga Aegyptiorum, aqua in sanguiné conuersa. Cõpara primum præceptum primæ plagæ, Deũ vnum ex quo sunt omnia, in similitudinem aquę accipe, ex qua generantur vniuersa. Ad quam autem rem pertinet sanguis, nisi ad carnem mortalem? Quid est igitur conuersio aquę in sanguinem, nisi quia illi qui credere in Deum noluerũt: sicut dicit Apostolus Paulus, Obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Aqua ergo in sanguinẽ vertitur quia sensus Aegyptiorum obscurus, & tenebrosus efficitur, & iusto Dei iudicio factum est, vt de illo fluuio sanguinem biberent, in quo Hebræorũ paruulos necare consueuerant. Secundum præceptum est, Non assumes nomẽ Dei tui in vanum. Qui enim acceperit nomen Dei sui in vanum, non mundabitur. Nomen enim domini nostri Iesu Christi veritas est. Ipse enim dicit, Ego sum veritas. Et quia veritas mundat, vanitas inquinat, videamus huic secundo præcepto contrariam plagam. Quę est ista secunda plaga? Ranę in abundantiam. In ranis hęretici colliguntur atq; philosophi. Habes cõgruenter signatam philosophorum vel hæreticorum prauitatem, si consideres ranarum loquacitatem. Philosophi enim vel hæretici, quia in Christo humana omnia esse dicunt, ranę sunt clamantes in paludibus limosis. Per superbiam inanes contentiones strepitum vocum habere possunt, doctrinam uerę sapientiæ non possunt insinuare. Qui enim Christianæ veritati contradicunt, & in sua vanitate decepti decipiunt, ranæ sunt, tędium afferentes auribus, non cibos mentibus. Tertium præceptum est. Memento, inquit diem sabbati sanctificare. In tertio isto præcepto insinuatur quædam vocationis indictio, scilicet, requies cordis, tranquillitas mentis quam fecit bona conscientia. Ibi enim est sanctificatio, quia ipi est spiritus Dei. Deniq; videte vocationem, hoc est, requiem. Super quem, inquit dominus, requiscam, nisi super humilẽ & quietum trementem verba mea? Inquieti ergo resiliunt a spiritu sancto, rixarum amatores, calumniarum seminatores, contentionis magis quã charitatis amatores, inquietudine sua non admittunt ad se quietem sabbati spiritalis. Spiritale enim sabbatum non obseruant, nisi illi qui se ita temperate operibus terrenis accommodãt, vt tam lectioni quam orationi: & si non semper certe vel frequenter insistant: secundum illud Apostoli, Attende lectioni & doctrinę. Et iterum, Sine intermissione orate. Qui enim tales sunt, quotidie spiritaliter sabbatum colunt. Qui vero in quieti sunt, & iugiter terrenis actibus implicantur: de quibus scriptum est, Impedimenta mundi fecerunt eos miseros, sabbatum, ideſt, requiem habere non possunt. Contra istorũ inquietudinem dicitur, vt tanquam sabbatũ habeant in corde & sanctificationem spiritussancti. Esto, inquit, mansuetus ad audiendum verbum vt intelligas. Cessa ab iniquitate tua, nõ sit tumultus quidem in corde tuo per corruptionem volantis phantasmatis ad similitudinẽ muscarum inquietantis vel compungentis te. Deum intellecturus audi dicentem tibi, Vacate & videte quoniã ego sum Deus. Tu per quietudinem vacare non vis, contentionumque tuarum corruptione cæcatus exigis videre quod non potes. Attendite tertiam plagam huic tertio præcepto contrariam. Sciniphes natæ sunt in terra Aegypti de limo, muscæ, minutissimę, inquietissimę, & inordinatè volantes, in oculos irruentes, non permittentes homines quiescere: dum abiguntur, iterum rediunt: quales sunt iste muscæ, tales sunt homines inquieti, qui sabbatum spiritaliter obseruare, ideſt, bonis operibus studere, & lectioni vel orationi insistere nolunt. Talia sine dubio sunt phantasmata in corde contentiosorum. Quomodo enim corpus humanum ab istis muscis affligitur, ita cor istorum diuersis cogitationibus inquietatur atq; compungitur. Tenete præceptum, cauete plagam. Sequitur quartum præceptum, Honora patrem tuum & matrem tuam. Huic contraria est quarta plaga. Aegyptiorum κυνομυῖα, ideſt, musca canina Græcum enim vocabulum est. Qui enim parentes honorare dissimulat, musca eum canina, ideſt, nequitia diaboli, spiritaliter affligit & cruciat, Caninum est enim parentes non cognoscere. Quintum præceptũ est, Non mœchaberis. Quinta plaga, mors in pecora. Omnis enim qui aut vxore propria intemperate, excepto desiderio filiorũ, vtitur:

Exo. 20. Exo. 7. De Dei nõe non in vanum assumendo, & philosophorũ vel hæreticorum prauitate secũdi præcepti cum secunda plaga conuẽtio. c. 2

Homi. 1. Ioan. 14 cap. 1. Ioan. 14

De custodia sabbati, & mysterio requiẽ præpediẽtib. tertij præcepti cũ tertia plaga. Cap. 3.

Esa. 66. 1. Tim. 4 1. The. 5. Eccl. 5.

Psal. 45.

Exo. 8.

Psal. 3 Psal. 4

De nõ cidẽdo, irarũ p stituli, ti cũ ex Cap. 6 De sim & gra ne in fr stib. se mi cum ptima. Cap. 7 De fa testimo nio & custa te nox octani octana Cap. 8 Galat.

vtitur, aut certe, quod est crimẽ grauissimũ, qui vxori aut filiæ alienę, aut ancillæ, aut suæ vel alterius insidiat, victus cupiditate bestiarum, tanquã amisso hois nomine erit pecus, non quasi conuersus in naturam pecoris, sed in forma hois similitudinem pecoris habẽs qui non vult audire Deum dicentem, Nolite fieri sicut equus & mulus, qb. non est intelle
Psal. 31. Psal. 48. ctus. Et illud, Homo cum in honore esset nõ intellexit, comparatus est iumentis insipientib. & similis factus est illis. Si pecus esse non times, vel saltem mori sicut pecus time. Sex-
K tum præceptum est, Non occides. Sexta plaga, pustulę in corpore, & vesicę bullientis & scaturiẽtis incendia vlcerum velut de fauilla
De nõ occidẽdo, & irarũ pustulis, sexti cũ sexta Cap. 6. fornacis. Tales sunt aiæ homicidiales, ardent ira, & per iram homicidii frater petit. Ardẽt homines iracundia, ardent & gratia. Nã qui vult subueuire, feruet, & qui vult occidere, feruet, ille præcepto, iste morbo, ille bonis operib. iste sanios vlcerib. O si possemus
De furto & grãi ne infructib. septimi cum septima. Cap. 7. videre aias homicidarũ, sine dubio plus plã geremus q̃ putrescentia corpora vlceratorũ. Sequit præceptum septimum, Nõ furaberis, Et plaga septima, grando in fructib. Quod p furtum contra Dei præceptum subducis, de cœlo perdis, Nemo. n. habet iniustum lucrũ
De falso testimonio & locusta dẽte noxia, octaui cũ octaua. Cap. 8. sine iusto damno. Verbi gratia, Qui furatur, acquirit vestem, sed cœlesti iudicio perdidit fidem. Vbi lucrum, ibi damnum, visibiliter lucrum, inuisibiliter damnum, lucrum sua cæcitate, damnum quia iam viuit sine æquitate. Ergo qui suo malo desiderio forinsecus furãtur, iusto iudicio Dei intrinsecus grandinan-
Galat. 5. tur. O si possent fures aut latrones vel raptores inspicere agrum cordis sui, profecto lugerent, dum ibi non inuenirent quod in os aiæ mitterent, tametsi in furto suo inuenirẽt, quod gutturis auidi tatesorberent. Maior est
L fames animæ quàm corporis, maior fames & pericolosior plaga, & grauior mors: quod peius est, multi per istam famem animę mortui ambulant, & viuentes portant funera sua. Viuere quidem videntur in corpore, sed malis actib. mortui probantur in corde. Et multi in anima famelici, de vanis delitiis & diuitiis gloriantur. Denique bonum Christianũ scriptura intus esse diuitem dicit: Absconditus, inquit, corde thesaurus, homo qui est ante Deum diues, nõ ante homines, sed ante Deũ diues vbi Deus videt. Quid ergo tibi, p deest, si vbi homo non videt furaris, & vbi Deus videt, iusto iudicio grandinaris? Octauum præceptum est, Falsum testimonium non dices. Octaua plaga, locusta animal dente noxium. Quid autẽ vult falsus testis, nisi nocere mordendo, & consumere mentiẽdo? Et ideo nos admonet Apostolus, ne nos falsis criminibus appetamus: Si, inquit, mordetis & comeditis inuicem, videte ne ab inuicem cõsumamini. Nonum præceptum est, Non concupisces vxorem proximi tui. Nona plaga, densę tenebræ. Si. n. peccatum est vxorẽ propriam excepta causa filiorum agnoscere, quale putas, M
peccatum est, non solum in sua peccare, sed & alienã appetere. Vere densæ sunt tenebræ, nihil enim sic dolet in corde patientis, quàm si vxor illius appetatur, & qui hoc facit alteri, nihil tale voluisset pati. Alia mala solẽt homines patienter excipere, hoc autẽm nescio vtrum vnquam inueniri potuerit qui tolerabiliter patiat. O quam densas tenebras patiũtur, qui talia faciunt & talia cõcupiscũt, vere excæcant furore horribili. Furor enim indomitus est, alienam vxorem commaculare vel le atq; polluere. Decimũ præceptum est, Nõ cõcupisces vllam rem proximi tui. Huic mã dato plaga cõtraria est decima, mors primo genitorum. Omnes res quas habẽt homines, hæredibus seruant, & in hæredibus nihil primogenitis charius. Qui volunt res alienas tã quam iuste possidere, hęredes se quærunt fieri a moriẽtib. Quid enim tam iustum videt, quàm sibi rem derelictam possidere? Dicit enim aliquis, Dimissum est mihi in testamento. Lege nihil vł iustius ista voce. Tu laudas quasi iure possidẽtem, Deus damnat iniuste concupiscentem. Vides qualis es qui optas te ab aliquo hæredem fieri, non ergo vis vt hẽat hæredes, in qb. nihil est charius primogenitis. Proinde in primogenitis tuis puniris, qui concupiscendo res alienas, i. quod ti A
bi iure non debeẽ, quasi iuris vmbra perquiris. Perdis ergo primogenita tua, & facile est quidem, fratres, corporaliter perdere primogenitos, mortales enim sunt homines, siue ante parentes, siue post parentes moriantur. Istud molestum est, ne per hanc occultam & iniustam concupiscentiam primogenita cordis tui perdas. Primogenita cordis nostri fides est, nemo enim bene operatur nisi fides præcesserit. Omnia opera tua bo-

na filii tui sunt spiritales, sed inter istos tibi primogenita fides est. Quisquis rem alienam occulte concupiscit, internam fidem perdit. erit enim primum sine dubio simulator obsequens, non charitate, sed fraude, veluti amans eum a quo se cupit fieri hæredem. Amare se dicit eum quem mori desiderat, & vt rerum eius se videat possessorem, optat vt proprium non derelinquat hæredem.

Libri conclusio. Cap. 10.

Hæc, fratres, comparatio, & quodammodo contrarietates decem præceptorum & decem plagarum, cautos nos faciat, vt habeamus A securi res nostras in præceptis Dei. Res inquam nostras interiores, & in arca conscientiæ nostræ repositas, ipsę sunt thesauri nostri, quos nobis nec fur, nec latro, nec vicinus malus poterit aliquando auferre, vbi nec tinea, nec rubigo est metuenda. Istæ sunt enim verę diuitiæ, idest bona conscientia, iustitia, misericordia, castitas, atque sobrietas. Qui talibus rebus plenus est, diues est, etiam si de naufragio nudus euaserit. Sed hæc si diligenter attenditis, & quæ sunt mala fugere, & quę bona sunt volueritis auxiliante Deo exercere, eritis populꝰ domini, & de iniqua Aegyptiorum societate, idest spiritalium nequitiarum persecutione liberati, ad terram repromissionis poteritis fœliciter puenire, auxiliante domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

DE RECTITVDINE CATHOLICæ conuersationis

TRACTATVS.

ROgo vos, fratres charissimi, & cum grandi humilitate admoneo, vt intętis animis auscultare velitis, quod vobis ꝓ salute vestra suggerere volo. Omni- B potens scit Deus, qđ prompta erga vos charitate ista vobis profero, quod si non fecero, reus debiti teneor. Vos aũt non pro mea paruitate, sed pro vestra quæ dico salute libẽter suscipite, ita duntaxat, vt qđ aure suscipitis, aure cõpleatis, vt & ego de meo obsequio, et de vestro profectu merear gaudere in cęlesti regno. Et si forte displiceo, qđ tam frequẽter prædicare vobis cõtendo, rogo ne mihi molestus qs existat, sed magis periculum meum considereret, & audiat dũm terribiliter comminantem sacerdoti, Si non annunciaueris iniquo scelera sua, neq; locutus ei fueris, vt auertat a via sua impia & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietꝫ, sanguinẽ aũt de manu tua requiram. Si aũt annũciaueris impio, & ille nõ fuerit conuersus ab iniquitate sua, & a via sua impia, ipse qdẽ in iniquitate sua morietꝫ, tu aĩam tuam liberasti. Et Esaias, Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuã, & annuncia populo meo scelera eorum. Cõsiderate ergo fratres, qa oportet me sine cessatione vestros aios ad tremendum Dei iudicium, & desiderandum cęleste præmiũ excitare, vt vobiscum merear in angelorum con C sortio perpetua pace gaudere. Ideo rogo, vt diem iudicii semper pertimescatis, & diem mortis suspectum quotidie ante oculos habeatis. Considerate quales eritis prędsentandi conspectib. angelorum, vel qualem pro meritis vicissitudinem recepturi, si poteritis illibatum referre in illo die qđ in baptismo ꝓmisistis. Mementote, quia tunc pactum cum Deo feciſtis, atq; renunciare vos diabolo & omnib. operib. eius in ipso baptismo promisistis, qui potuit tunc, ipse per se, & pro se huic rñdit, qui vero non potuit, fideiussor ꝓ eo ad eius vicem ista duo Deo ꝓmisit, ille. s. qui eum de sacro fonte suscepit. Considerate ergo quale pactum cum Deo feciſtis, & requirite apud vosmetipsos, si post ipsam promissionem opera maligni cui renunciastis, secuti estis. Abrenunciastis diabolo, & omnibus pompis eius, operibus eius, i. dolis & sortib. auguriis & furtis, fraudib. & fornicationibus, ebrietatibus & mendaciis. Hęc sunt vera opera & pompæ eius. Promisistis similiter credere vos in Deum patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius vnicũ dominum nostrum, & cætera. Promisistis deinde credere vos in spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum cõ D munionem, remissionẽ peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam ętternam. Hinc proculdubio cautio & confessio vestra vel promissio semper in vestra teneatur memoria, vt hoc ꝙ Christiani vocamini, non ad iudicium vobis sit, sed potius ad remedium. Nã ideo Christiani facti estis, vt semper facta Christiana faciatis, i. vt castitatem ametis, luxuriam fugiatis, humilitatem teneatis, superbiam

Ezec. 3.

Isaiæ. 58

Mat.

Mat.

Mat.

Ibidem.

Rom. 1

Rom. 1

præcepti

verum

Christia

num con

cernenti

Mat. 25

biam deteſtemini, quia dominus Ieſus Chriſtus humilitatem & oſtendit exemplis, & docuit verbis dicēs, Diſcite a me, qa mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animab. veſtris. Inuidiam etiam reſpuatis, charitatem inuicem habeatis, & ſemper de futuro ſeculo æternaque beatitudine cogitetis, & plꝰ pro aīa quam pro corpore laboretis, qa corpus pauco tempore erit in hoc mundo, aīa vero ſi bene egerit, ſine fine regnabit in cœlo, aut ſi male, ſine miſericordia ardebit in inferno: Qui non cogitat niſi tantummodo de iſta vita animalib. & beſtiis ſimilis eſt. Non ergo vobis ſufficit, fratres chariſsimi, quod Chriſtianū nomen accepiſtis, ſi opera Chriſtiana non facitis. Illi enim prodeſt qđ vocat Chriſtianus, qui ſemper Chriſti præcepta & mēte retinet, & opere proficit, qui furtum, non facit, qui falſum teſtimonium non dicit, qui non mentit neq; periurat, qui adulterium non committit, qui nullum hominē odit, ſed omnes ſicut ſeipſum diligit, qui inimicis ſuis malum pro malo non reddit, ſed magis pro ipſis orat, qui lites non concitat, ſed diſcordes ad concordiam reuocat. Hæc enim præcepta ipſe dominus Ieſus Chriſtus per ſemetipſum in Euāgelio, dignatus eſt tradere dicens. Non homicidiū facies non adulterabis, non furtum facies, non falſum teſtimonium dices, &c. quodcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite eis, hęc eſt enim lex & Prophetæ. Et adhuc maiora his, ſed fortiora atque fructifera dedit mandata dicens, Diligite inimicos veſtros, benefacite eis qui oderunt vos, orare pro perſequentibus & calumniantibus vos. Ecce forte mandatum videtur hominibus & durum, ſed magnum habet præmium. Audite quale, Vt ſitis filii patris veſtri qui in cœlis eſt. O quāta gratia, per nos ſerui digni non ſumus, & inimicorum dilectione filii Dei efficimur. Ideo ergo fratres & amicos diligite in Deum, inimicoſq; propter Deum. Qui enim diligit proximū ſicut Apoſtolus dicit, legem impleuit: nam qui vere Chriſtianus vult eſſe, hęc ei neceſſe eſt præcepta cuſtodire. Si enim non cuſtodit, ipſe ſe circumuenit. Ille itaq; bonus Chriſtianus eſt, qui nulla phylacteria vel inuentiones diaboli credit, ſed omnem ſuam ſpem in ſolo Chriſto ponit, qui peregrinos tanquā ipſum Chriſtum cū gaudio ſuſcipit, quia ipſe dicit, Hoſpes fui & ſuſcepiſtis me: & Quādiu feciſtis hoc vni ex minimis meis, mihi feciſtis. Ille, inquā, bonus eſt, qui hoſpitib. lauat pedes, & tanq̄ parētes chariſsimos diligit, qui iuxta qđ habet pauperib. dat, qui ad Eccleſiā frequētius venit, & oblationē, q̄ offerat Deo, in altari exibet, qui de fructibus ſuis nō guſtat, niſi Deo prius offerat, qui ſtateras doloſas & mēſuras duplices nō habet, qui pecuniā ſuam non ad vſurā tribuit, & ipſe caſte viuit, & filios ſuos vel vicinos docet, vt cū Dei timore viuāt, & quoties ſolennitates ſanctę aduenerint, ante dies plures caſtitatem etiā cū propria vxore cuſtodit, vt ſecura conſcientia ad dñi altare poſsit accedere. Poſtremo ſymbolum & dñicam orationem memoriter tenet, & filios & familiam eadē docet. Qui talis eſt vere, ſine dubio Chriſtianus eſt, ſed & Chriſtus habitat in eo q̄ dixit, Ego & pater ad eum veniemus, & manſionē apud eum faciemus. Similiter & per Prophetam dicit, ego inhabitabo in eis, & inter eos ambulabo, & ero illorū Deus. Ecce audiſtis chariſsimi, quales ſint Chriſtiani boni, ideo quantum poteſtis, cum Dei adiutorio laboretis, vt nomen Chriſtianum non ſit falſum in vobis, ſed vt veri Chriſtiani eſſe poſsitis, ſemper præcepta Chriſti & implete actione, & cogitate mēte. Redimite aīas veſtras eleemoſynis, dū hētis in poteſtate remedia. Eleemoſynam iuxta vires facite, pacem & veritatem habete, diſcordes ad concordiam reuocate, mendacium fugite, periurium expaueſcite, falſum teſtimonium non dicite, furtum non facite, oblationes & decimas Eccleſiæ offerte. Luminaria ſanctis locis iuxta quod hētis exhibete, Symbolū & orationem dñicam in memoria retinete, & filiis veſtris inſinuate. Filios ēt quos ex baptiſmo ſuſcepiſtis, docete & caſtigate, vt ſemp cū dño viuant, ad Eccleſiam frequētius cōuenite, ſanctorū patrocinia humiliter expetite, diem dominicam p reuerentia reſurrectionis Chriſti abſque vllo opere ſeruili colite, ſanctorum ſolennitates pio affectu celebrate, proximos veſtros ſicut voſmetipſos diligite, quod vobis non vultis fieri, nulli faciatis. Charitatē ante omnia habetē, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Eſtote hoſpitales, omnem ſolicitudinem veſtram proiicientes in Deū, quoniam ipſi cura eſt de vobis. Infirmos

Mat. 11.
E
Mat. 19. Mar. 7. Mat. 5.
Ibidem. Rom. 13.
F
Rom. 13. Præcepta uerum Chriſtianum concernentia
Mat. 25.
G
Ioan. 14. Luc. 26.
H
Prou. 10 1. Pet. 4. 1. Pet. 4

visitate, carceratos requrite, peregrinos suscipite, esurientes pascite, nudos vestite, hariolos & magos fugite. Sit vobis æqualitas in pōdere & mensura, sit statera iusta, iustus modius, æquus sextarius, nec plus quam dedistis accipiatis, neque vsuras pro fœnerata pecunia a quoquam exigatis. Quod si obseruaueritis securi in die iudicii ante tribunal æterni iudicis venientes, dicetis, Da nobis quod dedimus, miserere, qa misericordiam fecim⁹, nos impleuim⁹ quod iussisti, tu redde quod promisisti. Ante omnia illud annuncio atq; obtestor, vt nullus Paganorum sacrilegas cōsuetudines obseruet, non carcarios, non diuinos, non sortilegos, non præcantatores, nec
I pro vlla causa aut infirmitate eos consulere & interrogare pręsumatis. Qui hoc malum facit, perdit baptismi sacramētum. Similiter auguria vel sternutationes obseruare nolite, nec in itinere positi, aliquas auiculas cantantes attendatis, sed siue iter, siue quodcunque opus arripiatis, signate vos in nomine Christi, & symbolum & orationem dominicam cum fide & deuotione dicite, & nihil vobis nocere poterit inimicus. Nullus obseruet qua die domum exeat, vel qua reuertatur, quia omnes creauit dominus. Nullus ad inchoandum opus diem vel lunam attendat. Nullus in calendis Ianuarii, nefanda & ridiculosa, vetulas, aut ceruulos, aut iocticos faciet, neque mēsas super noctem componat, nec Sirenes aut bibitiones exerceat superfluas. Nullus in pyras credat, neque in cantum sedeat, quia opera diabolica sunt. Nullus in festiuitate beati Ioannis aut sanctorum solennitatibus solstitia, aut vallanes, vel saltationes, aut cantica diabolica exerceat. Nullus nomina dæmonum, aut Neptunum, aut Dianam, aut Herculem, aut Mineruam, aut Genistum, aut cætera huiusmodi inepta cre
K dere aut inuocare præsumat. Nullus diem Iouis absque solennitatibus sanctis, nec in Maio, nec in vllo tempore in otio obseruet, nec turmarum vel murorum vel aliquem diem omnino, nisi tantum diem dominicam. Nullus ad phana, vel ad petras, vel ad fontes, vel ad arbores aut ad ocellos, vel per trina lumināria votum faciat, vel votum reddere præsumat. Nullus ad colla hominis vel alicuius animalis legumina pependere præsumat, & si a clericis fiat, & dicatur q̄ res sancta sit, & in diuina lectione contineatur, nō esset dignus nomine clericorum, sed hæreticorum, quia non est in eis remedium Christi, sed venenū diaboli. Null⁹ præsumat lustrationes facere, nec herbas incantare, neque pecora per cauam arborem, vel terram transilire foratam, quia per hoc diabolo videtur consecrare. Nulla mulier præsumat succinos depēdere, nec in tela, siue in tinctura, siue in quolibet opere. Mineruam vel cæteras infaustas personas nominare, sed omni tempore Christi gratiam adesse, & in virtute nominis eius to *Gen. 1.*
to corde confidere. Nullus quando luna obscurat vociferari præsumat, quia certis temporib. Deo iubente obscuratur, nec per lunā nouam timeat aliquid operis arripere, quia T
Deus ad hoc lunam fecit, vt tēpora designet: & noctium tenebras temperet, non vt alicuius corpus custodiat, aut dementem hominē faciat, sicut stulti putant, qui a dæmonib. vexatos, a luna pati putant: Nullus dominos solem aut lunam vocet, neque per eos iuret, qa creatura Dei sunt, & necessitatib. hominum iussu Dei inseruiunt. Nullus sibi pponat Fortunam, aut Genistum, quod nascētia dicitur, *1. Ti. 2.*
quia Deus vult omnes homines saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire, atque in sapientia omnia dispensat, sicut disposuit ante mundi constitutionem. Propterea quoties aliqua infirmitas occurrerit alicui, non quęrant pręcantatores, non diuini, non sortilegi, non carcarii, neque per fontes aut arbores, aut biuia phylacteria exerceātur, sed qui ęgrotat in sola Dei misericordia confidat, & eucharistiā cum fide & deuotione accipiat, oleumq; benedictum fideliter ab ecclesia petat, vnde corpus suum vngatur, & secūdum
Apostolum, Oratio fidei saluabit infirmum, *Iacob. 5.*
& alleuiabit eum dominus, non solum corporis, sed & animæ sanitatem accipiet, com M
plebiturq; in illo quod dominus in Euangelio promisit dicens, Omnia quæcunq; petieritis patrem in nomine meo, in oratione, crędētes accipietis. Ante omnia vbicunq; estis, *Mat. 21.*
siue in domo, siue in itinere, siue in conuiuio, verba turpia & luxuriosa nolite ex ore vestro proferre, quia sicut dominus in Euangelio pronunciat, De omni verbo otioso qđ *Mat. 12.*
locuti fuerint homines, reddēt rōnem de eo in die iudicii. Ludos etiam diabolicos, vel vacillationes, vel cātica gentilium fieri veta-

te,

te,nullus Christianus hoc exerceat, quia per hoc Paganus efficitur, nec enim iustum est, vt ex ore Christiano, vbi sacramenta Christi mittunt,& quem decet Deum laudare,canti ca diabolica ,pcedant. Ideoq; fratres, omnes adinuentiones inimici toto corde respuite, & supradicta sacrilegia cum omni labore & horrore fugite. Nulli creaturæ præter Deum & sanctos eius venerationem exhibeatis,fon tes vel arbores, quos sacrinos vocant, succi te,plãtas siue vngulas pedum, quas per biuia ponunt , fieri vetate,& vbi inueneritis, igne cremate. Per nullã aliam artẽ saluari vos cre datis,nisi per inuocationem & crucem Chri sti. Nam illud quale est? quia si arbores illæ, A vbi miseri hoies vota reddũt,ceciderint, nõ ex eis ligna ad focum deferunt. Et vide q̃ta est stultitia hoium, si arbori & insensibili,& mortuæ impẽdunt honorẽ,& Dei omnipotentis vota contemnunt. Non ergo cęlũ,non terram,nec vllam omnino creaturam pręter Deum adorãdam credat, quia oĩa ipse solus condidit atque disposuit. Altum quidem cœ lum est,ingens terra,immensum mare , pul cra sydera , sed q̃ pulcrior & immensior sit qui creauit hęc,necesse est. Si enim quæ vidẽ tur tam incomprehensibilia sunt, i. varii fru ctus terræ,pulchritudo florum,diuersitas po morum,genera animalium, alia super terrã, alia in aquis,alia in aere, apum quoq; prudẽ tia,ventorum flatus,nubium rores,tonitruo rum fulgores, temporum vices , dierum no ctiumque varii recursus , quæ omnia nulla tenus mens humana potest ęstimatione com prehendere , si ergo talia sunt quæ videmus, & nullatenus comprehendimus,qualia æsti manda sunt illa cœlestia, quæ nondum vide mus,vel qualis omnium horum artifex , cu ius nutu cuncta creantur? Illum ergo,fratres, B super omnia timete, super omnia ad orate,il lum super omnia amate , ad illius vos mise ricordiam tenete,de illius clemẽtia nunquã desperate. Quos bonos videtis,illos imitemi ni,quos malos conspicitis,castigate,corripi te,vt duplicem mercedẽ habeatis. Et qui ha ctenus idoneus,a supradictis malis vixisse co gnoscitur , gaudeat quidem ,& Deo gratias reddat,ac de cętero obseruet,& perseuerare in bonis actibus festinet, qui vero vsque nũc mala opera exercuit , cito se corrigat , & ex toto corde pœnitentiam agat,antequam de hac luce discedat,quia si sine pœnitẽtia mor tuus fuerit,non ibit in requiem , sed pręcipi tabitur in gehennam , vbi nunquam exiet in secula seculorum. Quapropter loquor omnib. viris & fratrib. vt corrigat se vnusquisq; & vitia sua emendet , mala opera quæ gesĩt pęnitendo expiet. Nullus se inebriet, nullus in conuiuio cogat alium plus bibere q̃ oportet, cui vitio deditos multum vehementer re darguit Apostolus dicẽs, Neq; ebriosi regnũ Dei possidebũt. Nullus,sicut dictũ est , obser uet egrediens aut ingrediens domum , quid sibi occurrat,vel sibi in aliquo vox reclamã tis fiat,aut qualis auis cantus garriat,vel quid etiam portanté videat, q̃a qui hæc obseruat, ex parte paganus esse dignoscitur. Qui ergo C hæc contempserit, Prophetam sibi gratulẽ clamare,Beatus vir cuius est dñs spes eius,& non respexit in vanitates & insanias falsas. Hinc & Apostolus monet,Oẽ,inquit,quod cunq; facitis , in nomine Iesu Christi facite. Prorsus ergo recedendũ est a cunctis huius cemodi obseruationib. mathematici spernen di,auguria horrenda, somnia cõtemnenda, qm̃,sicut scriptura testat,vana sunt. Vnde p Moysen præcipit,Non augurabimini,nõ ob seruabititis,inquit,somnia,nec ad magos de clinabitis. Oportet ergo vt hæc tota mẽte ob seruetis , & si quos cognoscitis , vel occulte aliquam phylacteriam exercere , expedit vt nec cibum cum eis sumatis,nec vllum cõsor tium cum illis habeatis. Ista ergo omnia sper nentes,ad Dei vos auxilium conferte, & de eius misericordia non desperate. Omni die dominico ad Ecclesiã conuenite,& non cau sas & rixas vel otiosas fabulas agatis , sed le ctiones diuinas cum silentio auscultate, & p Ecclesiæ pace & pro peccatis vestris orate. Qui enim in Ecclesiis fabulari non timet, p se & aliis redditur⁹ est rõnem, dum nec ipse verbum Dei audit, nec alios audire pmittit. D De talib. dicit dominus in Euangelio, Vę vo bis qui clauditis regnũ cęlorum ante hoies, vos autem non introitis,nec alios intrare p mittitis. Iudices etiã qui pestis,iustissime iu dicate,nihil in iudicio iniuste agatis,nec mu nera super innocentes accipiatis,non ad per sonam attendatis,nec res alienas rapaci frõ te diripiatis , quia de vestris quid vel super noctem agatur, nescitis. Pauperem vel ad uenam nullatenus in iudicio opprimatis, ti-

De inebriatio e 1. Co. 6.
De superstitionib. Psal. 39. Colos. 3.
Leui. 19.
1. Co. 5.
Mat. 23.

Mat. 7. Esa. 5. mentes illud quod veritas dicit: Quia in quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & ī qua mensura mēsi fueritis, remetiet vobis. Cauete semp ne de vobis Prophet̄a dicat, Væ qui potentes estis in hoc mundo, qui iustificatis impium pro munerib. & iustitiam iusti auferetis ab eo. Væ qui dicitis bonum malū, & malum bonum, labia vestra loquuntur mendacia, manus vestræ plenæ sunt iniquitate, facta est vobis veritas in obliuionem, & iustitia fugit a vobis. Hęc, fratres, cōsiderantes pariter, & qui præestis in Dei timore vos solidate, retinete quæ dicta sunt, facite q̄ præcepta sunt, E hēte semper Christum in mente, signum eius in fronte facite, scitote quia multos aduersarios habetis, qui cursum vestrum impedire festinant. Ideo omni loco, omni hora, crucis signo vos armate, crucis memoria vos munite, hoc.n. solum timent, illud solum expauescunt, hoc & vobis datum est scutum, vt positis sagittas maligni ardētes extinguere. Porrò magna res est signū Christi, & crux Christi, sed illi soli prodest qui facit mādata Christi. Vt ergo vobis prosit, pręcepta eius totis virib. adimplere contendite, & siue sedetis, siue ambulatis, siue māducatis, siue in lectum ascendatis, siue a stratu surgatis iugiter signū Christi muniat frontem vestram, vt vos semper memoria Dei vigilantes protegat, & in in sopore custodiat. Et quoties in nocte excitati fueritis, & somn⁹ euolauerit, mox labiis signum crucis occurrat, mens quoq; orationib. occupetur, ac Dei præcepta in corde voluant̄, ne stupido pectori repēte surripiat inimicus, vel per fatuam iniuriam serpat ad animam aduersarius auidus: Et cum in sensum turpem vobis suggesserit cogitationem, proponite vobis futurum iudicium, inferni supplicium, gehennæ pœnas, tartari tenebras, q̄ impii patient̄. Si hæc feceritis, statim turpis F cogitatio euanescet, nec vos deseret misericordia Dei, quia verum est quod Prophet̄a canit, Sperātes, in domino misericordia circundabit. Sed cum hæc omnia, auxiliante domino, impleueritis, scitote q̄a hoc molestę accepturus est diabolus, q̄d videt vos a societate sua discedere, & ob hoc fortasse aliquas nequitias aut infirmitates vobis immittet, nolite pp hoc desperare, q̄a ad vos probandos permittit hoc Deus fieri, vt cognoscat si ex toto corde vos ad eius misericordiam tenetis, vel si veraciter in eum credatis. Sed vos cuncta patienter sufferte, & Deum in omnib. benedicite, vt in vobis posit impleri quod scriptum est, Beatus vir qui suffert tētationē. Consolet̄ vos & hoc quod dicit Apostolus, Iacob. 1. Qui cum tribulamur, a dño corripimur, vt 1. Co. 11. non cum hoc mundo damnemur. Nec nō & illud, Flagellat autem dominus omnem filiū quem recipit. Et illud, Quos Deus amat, corrigit & castigat. Quod si semel vel bis nequi Heb. 12. tias quas immittit, viriliter atque fideliter, p Dei amore sustinueritis, ita ipsum dominus a vestra infestatione dignabit̄ expellere, vt vlterius vobis nūquam possit nocere. Ita ergo G si veri & non falsi Christiani estis, & diaboli cas circūuētiones fugite & despicite, & tota mente ad Deum tendite, & quæcunq; aduersa vobis inimicus immiserit patienter & fortiter toleretis. Nam & si per sortilegos aut diuinos aliqua p̄dicta fuerint, & ita euenerint, nolite mirari, q̄a spūs per aerā volantes, facile possunt videre aliqua futura. De hac re diuina scriptura testatur dicēs. Etiamsi vera vo Deut. 13 bis dixerint, nolite credere eis, tentat.n. vos dominus Deus vester, vtrum timeatis eū vel non. Illud autem scitote, quia nec vos, nec aliquid quod ad vos pertinet, lædere potest inimicus, nisi quantum permiserit Deus. Permittit autem hoc Deus, quia peccata hominum hoc exigūt. Permittit autem duabus de causis, aut vt probet si boni estis, aut castiget si peccatores. Sed qui patienter dispensationem Dei sustinuerit, cum perdiderit aliquid: Iob. 1. dicat, Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum. Pro ista patientia, aut coronam recipiet si iustus est aut indulgētiam, si peccator. Quòd si murmurauit, vel desperauerit, rerum pariter & aīæ damnationē incurret. Sed mihi credite, fratres, q̄a si ex toto corde semper in timore Dei permāseritis, & H præcepta eius custodieritis ita quòd nihil ex gentili consuetudine obseruetis, nihil iā inimicus nocere poterit, sed omnia vestra prosperabuntur. Recto enim Christiano nec auguria, nec figmenta aliqua nocere possunt, quia vbi signum crucis cum fide & timore Dei pręcesserit, nihil ibi poterit nocere inimicus, tepidis vero & negligentibus ideo nocere possunt, quia reliquētes Dei præcepta, per vitæ suæ negligentiam praua opera exercendo,

Psal. 31. De patiētia intentionib. diaboli.

cendo, ipſi ſe dęmonum poteſtati ſpontanea tradunt voluntate, qui ſi in ſeruitio Chriſti perſeuerarent, & per eius auxilium ſolũmodo confiderent, nihil prorſus paterentur mali. Hæc ergo ſcientes, totis vos virib. ad eius miſericordiam tenete, opera bona ſemper agite, & de ſubſtantia veſtra pauperib. erogate, qui plus habet, plus tribuat, qui vero minus, de hoc ipſo largiat, beat⁹ & hilaris vnuſquiſq; quod prçualet, tribuat, quia nimirum gaudebit multum, quia qui dat parum, accipiet multa, ſicut dominus ad Apoſtolos dicit, Centuplum accipiet, & vitam æternam poſsidebit. Det igitur numum, & comparat cœleſte regnum, det paruam pecuniam, & emit vitã æternã. Tenete ergo vos ad eleemoſynam, quia ſcriptum eſt, Eleemoſyna a morte liberat, & qui eam fecerit, non ibit in tenebras. Vnuſquiſque quantum prævalet, tantũ porrigat. Qui habet aurum, det aurum, & qui argentum, argentum: qui vero nõ habet pecuniam, cum bono animo det pauperib. bucellam, & ſi non habet integram, ex eo quod habet, frãgat, & partem egeno tribuat. Sciat, quamuis parum tribuerit cum bono animo, Deo acceptabile erit. Domin⁹ enim non copia largitatis, ſed beneuolentia & deuotione largientis delectatur & paſcitur. Vt autem nullus pauper ab eleemoſyna ſe excuſare poſsit, ipſe dominus pro calice aquæ frigidę ſe mercedem eſſe redditurum promiſit. Qui enim a domino plures facultates accepit, magis vtique iudicii periculum ſuſtinebit. Potuit nempe Deus omnes diuites facere, ſed pauperes in hoc mũdo eſſe voluit, vt diuites peccata ſua redimerent. Redimite ergo vos, chariſsimi, dum habetis pretium, date eleemoſynam de bono, & iuſto labore, & non alterius rapina. Audite modo ante fores veſtras pauperes rogantes, vt & ipſi pro vobis in die iudicii rogent. Prophetam audi te clamantem, Qui auerterit aurem ſuam ab egeno, & ipſe clamabit, & non exaudiet eum dominus. Date ergo Deo quod vobis dedit, quia ipſe accipit quod pauperibus datis. Ipſi quidem datis, ſed vobis in futurum tranſmittitis, non vt ventrem impleatis, ſed vnde flammas extinguatis, quia ſicut aqua extinguit ignẽ, ita eleemoſyna extinguit peccatũ. Hinc dominus & per Prophetam dicit, Dabunt ſinguli redemptionem animarum ſuarum, & non erit in eis morbus nec caſus. Date ergo dum licet accipere redemptionem animarum veſtrarum. Redimite voſipſi dum viuitis, qa poſt mortem nemo vos redimere poteſt. Vnuſquiſq; de quali ingenio vel artificio viuit, de ipſo decimã Deo in pauperibus vel in Eccleſiis donet, conſideret, qa omnia Dei ſunt per quæ viuit, ſiue terra, ſiue flumina, ſiue ſemina, vel oĩa quæ ſub cęlo ſunt, vel ſuper cœlos. Et ſi ipſe nõ dediſſet, nihil vtiq; hr̃et, nam Deus qui dignat̃ totum dare, decimam de ſuo dignat̃ nobis repetere, non ſibi penitus, ſed nobis profuturam ſicut ipſe promiſit p Prophetam dicens, Inferte, inqt, omnem decimationem in horreis meis, & probate me in his, dicit dñs, ſi non aperuero vobis fructus quos poſsidetis ſup terrã, qđ cognoſcitis Deo placer̃. Nolite de cũcta ſubſtãtia veſtra fraudare decimã, ne vobis noue̅ partes auferant̃, & ſola decima remaneat. Conuertimini adhuc, dicit dñs, vt aperiam vobis cataractas cœli, & effudam ſuper vos benedictionem meam: Si igit̃ dederitis volũtarie, plus ſemper dñs dabit vobis. Si nõ dederitis, quanticunq; pauperes in quib. locis habitatis fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum rei eritis. Inſuper immittet vobis dominus peſtilentiam & famem, & perdetis totum quod habetis, nec nõ & animas veſtras, vt aũt hæc vobis non veniant, feſtinate cũ bono aĩo dare vnde aĩas veſtras poſsitis redimere. Ne eligatis cui miſericordiam faciatis, ne forte prætereatis eum qui meretur accipere, quia neſcitis ſi Ieſus dignatur aduenire. Scitote, quia quod pauperi datis vel peregrino, ſedenti in cœlo datis, qui dixit, Qui vos recipit, me recipit. Et, Quandiu feciſtis vni ex minimis meis, mihi feciſtis. Inter hęc autem omnia, quæ dominus prçcepit exerceri bonitatis opera, nihil quęrit a vobis, niſi ſalutem animarum veſtrarum, & vt cuſtodiatis eius mandata. Qđ ſi feceritis, dabit vobis, ſicut per Moyſen pollicitus eſt, pluuias congruo tpe & terra veſtra germen gignet ſuũ, eritq; abũdantia fructuum pomorum, vinearum, & ſegetum, & abundabitis omnib. bonis. Et dabit vobis pacem per circuitum, & ſine terrore eritis, ipſeq; habitabit inter vos. Econtra, ſi non cuſtodieritis mãdata eius in vobis venient plagæ ab eodem Moyſe prædictæ, peſtilentia videlicet, & fames, & gladius,

dius, eritque desuper cœlum sicut ferrum & terra sicut æramentum, & terra non proferet germen suum, & segetes omnes delebuntur, omnisq; labor vester incassum consumetur. Insuper cõsurgent in vobis inimici vestri, & deuorabit vos gladius, & erit terra vestra deserta & desolata Et tunc clamabitis præ angustia, & non exaudiet vos dominus, sicut per Prophetam Esaiam minatur dicens, Locutus sum, & non exaudierunt, clamabunt, & non exaudiam. Iterum Propheta clamabat, Non est abbreuiata manus domini, vt non possit saluare & exaudire, sed iniquitates vestræ diuidunt inter vos, & Deum vestrum, & peccata vestra auertunt faciem eius ne exaudiat. Vt ista vero vobis nõ contingant, custodite quæ præcepta sunt, implete Dei mandata, vt viuatis, & bene sit vobis, nihilq; calamitatis eue

Isa 65. Isa. 1. Isa. 59.

A

niat. Ipse per Prophetam consolatur dicens,

Hier. 18.

Si egerint pœnitentiam pro peccatis suis, & ego pœniteam super malo qđ locutus sum vt facerem, & non faciam. Hęc semp in mente tenete, hæc verba filiis vestris & vicinis narrate, hæc rememoramini dum sedetis in domibus vestris, & dum ambulatis, nec obliuiscimini cum bene fuerit vobis, sed Deum timete semper, & illi soli seruite, ne irascatur furor eius, sed scitote, quia ipse custodit pactum & misericordiam diligentib. se, & mandata sua custodientib. omnes tollet lãguores.

Hortatio ad pœnitentiam. 1. Ioan. 2

Considerate, quia sicut Ioannes Apostolus prænunciat, Nouissima hora est, ideoq; iam nolite mundum diligere, qa mundus transit, & concupiscentia eius cum eo. Vos autem facite voluntatem domini, vt maneatis in æternum, & habeatis fiduciam cum apparuerit, ne confundamini in aduẽtu eius, Nemo vos seducat. Qui facit iustitiam iustus est, & qui peccatum, ex diabolo est. Etenim omne peccatum, siue furtum, siue adulterium, siue mẽdacium, sine dæmonis operatione nõ fit. Cõsiderate quæso quam pernicioſum est opera diaboli exercere eiusq; participem fieri non in requie, sed in pœna gehennæ. Idcirco quotiescunq; peccatis nolite expectare mortiferam securitatem, vt vulnera illa putrescant nec alia insuper augeatis, sed continue per pœnitentiæ confessionem vobis medicinam adhibere festinate. In magnis etiam operib. vos dilatare cõtendite, vt qui fuit hactenus,

B

superbus, sit humilis, qui adulter, castus, qui solebat furari, aut res alienas tollere incipiat iam ꝓprias ecclesiis aut pauperib. erogare, qui fuit inuidus, sit benignus, qui ebriosus, sit sobrius, qui fuit iracundus, sit patiens, qui fecit alteri iniuriam, cito petat veniam, cui facta est absq; mora dimittat, vt & illi dimittat. Aut quare nõ dimittat parum, vt ei digne tur Deus dimittere totũ? Nam & hoc clementiæ genus est, vt dimittat aliquis ex toto corde ei a quo læsus fuerit. Quod si aliquis ita sit pauper, vt nullam rem habeat vnde eleemosynam temporalem faciat quia nõ potest fieri vt ab aliquo nõ patiat iniuriam, si ex toto corde omnib. in se peccantib. indulgeat, & contra nullum hominem odium teneat, atq; omnes sicut seipsum diligat, hoc ei proculdubio pro maxima eleemosyna reputabitur. Vt autem in nos peccantib. liberius dimittamus, hortatur nos dominus in Euangelio dicens, Si autem dimiseritis hominibus peccata eorũ, dimittet & pater vester cœlestis peccata vestra, si nõ dimiseritis, nec pater dimittet vobis. Nemo ergo se circumueniat, nemo se seducat. Qui vel contra vnum hominem in hoc mundo odium tenet, quicquid Deo in bonis operib. obtulerit, perdet totum, qa non mentit Apostolus terribiliter clamans, Qui odit fratrem suum, homicida est, & mẽdax, & in tenebris ambulat. Hoc loco fratrẽ, omnem hominẽ oportet intelligi, quia omnes in Christo fratres sumus. Vos autem ad inimicorum dilectionem admoneo, ad sanãdum peccatorum vulnera nullum esse medicamentum vtilius cognosco. Licet magnus labor sit, inimicos diligere, sed magnum erit præmium in futuro. Qui dilexit inimicos hic erit Dei amicus, non solum amicus, sed filius, sicut ipse, quod supra iã diximus, pollicetur dicens, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt filii patris vestri sitis, qui in cœlis est. Qui non diligit, sicut dicit Apostolus, manet in morte. Cum hæc ita sint, charissimi, dilectionem veram non falsam adinuicem habete, actus vestros semper ad eum dirigite, & quicquid potestis laborate ꝓ amore vitæ æternæ. Currite dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant. Vt laboratis pro carne, ita pro anima, si curritis pro carne, quam post modicũ tempus vermes deuoraturi sunt in sepul-

De remissione iniuriæ.

C

Mat. 6.

1. Ioan. 3

De inimicorum dilectione. Mat. 5. 1. Ioan. 3 Ioan. 11.

D

De ieiunio Mat. 6. Ibidem. De lectionib. diuinis.

cro,

cro,currite pro anima,vt ornata bonis moribus sine fine lætetur in cęlis. Ante omnia qui ieiunatis,quod prandere debetis, pauperib. erogate. Et sicut dominus in Euangelio fieri docet,Dum ieiunatis,nolite fieri, sicut hypocritæ tristes,vt videamini ab hominibus,sed illi soli qui videt in absconso. Et iterum monet. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Plus ergo de anima, quam de cibo corporis cogitate,& dum in mũdo versamini, ęternam vitam bene viuendo emite,lectiones diuinas
D libenter audite in Ecclesia,& quæ auditis iugiter in domo recolite, & quomodo pascit corpus cibo,sic anima reficiatur Dei verbo. Certũ est enim qualis est caro quæ post multos dies pepercit cibo,talis est anima quę pascitur Dei verbo raro. Ergo,Charissimi,siue ambulatis, siue sedetis, siue operamini, siue quæcunq; agitis, semper quod ex diuina lectione audistis, ad mentẽ reducite semperq; Euangelica pręcepta in corde ruminate. Ante omnia luxuriam fugite, concupiceptiam malam vitate,timentes illud quod dominus
De luxuria. in Euangelio dicit,Omnis qui viderit mulierem ad concupiscẽdum eam, iam męchatus
Ephe.5. Col.3. &Mat.5. est eam in corde suo. Vxores legitimas absq; vlla simulatione diligite, sicut Apostolus pcepit dicẽs,Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam. Et iterum,Mulieres subditę sint viris suis, sicut oportet in domino. Et nequaquam vir legitimam vxorem quacunq; occasione dimittere pręsumat, qa secundum sententiam domini. Quicunq; dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis,facit eam mœchari. Concubinas,siue ante nuptias, siue post nuptias hre prohibemus,qa oino illicitum est. Nam qui vxorem legitimã ducere cogitat, dignũ est vt virgini
E tatẽ vsq; ad nuptias custodiat & post nuptias
1. Co. 6. & 7. nullã alteram nisi vnã legitimam coniugẽ cognoscat: sicut Apostolus pręcepit. Ipse fidem
De fide coniugũ. seruet ei sicut eã sibi seruare vult,nec peccet cũ alia, sicut nec suã cum alieno vult peccare, timens illud qđ idem Apostolus clamat, Fornicatores & adulteros iudicabit dominꝰ.
Hcb. 13. Quidquid enim de iure connubii mulieribus non licet,nec viris oino licet. Quinpotius & hẽns cõcubinas ante legitimas nuptias peccat & ob hoc dignus est a cõsortio Christianorum seperari. Qui si nõ pęnituerit, æterna illum flãma cruciabit sine remedio. Quapropter Christiane, fuge fornicationẽ erubescens iam sub oculis Dei & angelorũ peccare. Ca-
Capitalia uitia. pitalia omni nisu detestare,quæ sunt sacrilegium,homicidum,falsum testimonium, furtũ,rapina,superbia,inuidia,auaritia,iracundia,ebrietas, hæc sunt crimina quę mergunt homines in supplicium ęternum. Ex quibuscunq; qui in se vnũ hre cognoscit, & pęnitentiam nõ egerit, sine remedio in gehennæ igne ardebit. Et ideo,o aĩa Christiana,vigila, ora,caue pdicta crimina,& qcquid boni prę
F uales age pro vita ętèrna. Aperi pauperib. manum tuã, vt Christus tibi aperiat ianuã suã, & intres in gaudia paradisi. Noli ipse te tradere in perditionem, qa Christus pro te suum effudit sanguinem. Satis te charũ habuit,quẽ tã caro pretio redemit. Terreat te metus gehẽnę,quo possis abstinere ab operib. prauis.
De timore Dei. Prou. 28 Omni hora mortẽ adesse spera,& futura iudicia Dei sup te iugiter formida,vt tibi possit adaptari quod scriptũ est, Beatus est qui semp est pauidus. Quod si male feciſti emenda dũ potes,dum est licẽtia pœnitere, veniã non desperes,si ad meliora cõuertaris,qa desperatio peior est omni peccato. Nullatenus de Dei misericordia desperetis,nec post centum peccata,nec post mille crimina,qa nulla est tã grandis culpa, quæ pœnitendo non
De patientia. habeat veniã. Quãuis ergo te irritet quisq; quamuis cõuiciet, q̃uis iniuriam tibi faciat, tu tũ patiens esto, ne rependas contumelias, & melius tacendo vinces iniuriam. Cũ maledicit tibi,benedic ei, & magnam habebis gratiam,qꝑ tu non lædis a quo lęsus es. Nullũ despicias,non seruum,non egenum,qa forsitan melior est apud Deum quam tu. Et qm̃
1. Co. 12. Rom. 2. Ephe. 6. secũdum Apostolum, Omnes fratres vnum corpus sumus in Christo,& quia non est pſonarum acceptor Deus,sed sicut scriptũ est.
De detractione. Leui. 25. Leui. 19. Vnusquisq; quod bonum fecerit,hoc feret a Deo,siue seruus, siue liber, non detrahes fratri tuo,non facias calumniam fratri tuo,neq; forti vi opprimas eum,sed sicut per Moysen dr̃,Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non affliges eum more seruorum per potentiam,sed secundum Dei timorem age circa illũ. Memento qa tu seruus es. non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue illum, ne hẽas super illo peccatum. Hinc & dominus in Euangelio dicit,
G

Si

Si peccauerit in te frater tuus, corripe illum
Mat.18. inter te & ipsum solum. Et rursum, Si septies
Mat.5. in te peccauerit, & toties pœnituerit, dimitte
ei. Et iterum. Si offers munus tuum ad altare,
& ibi recordatus fueris, qa frater tuus habet
aliquid aduersus te, relinq; ibi munus tuum
ad altare, & vade prius reconciliari fratri tuo,
& tunc veniens offeres munus tuum. Hæc te
Christiane præcepta reuocēt ad concordiā,
hæc dulcia Christi medicamēta curent odii
vulnera, quæ si contempseris, terribilem in te
H sententiam retorques qua dr, Omnis qui ira
Mat.5. scit fratri suo, reus erit iudicio. Qui dixerit
fratri suo racha aut fatue, reus erit gehennæ
ignis. Ecce audisti charissime, qd timeas, qd
Prou. 18 obserues. Habe ergo charitatem, tene patien
Psal.139 tiam, fuge discordiā, impone frænos linguæ
tuæ, ne detrahat ad gehennam animam tuā,
qa secūdum scripturam, Mors & vita in ma
nib. linguæ. Et, Vir linguosus non dirigēt in
terra. Hæc solicita consideratione pensantes
charissimi, verba simul & mores cōponite,
sectamini semper iustitiam, amate Christi p-
Esaiæ.55 cepta. Derelinquat impius viam suam, & re-
uertat ad dominum, sicut Propheta clamat.
Et miserebitur eius, quia pius est ad ignoscē
Amos. 5. dum. Ipse. n. monet dicens, Conuertimini ad
me, & sanabo contritiones vestras. Et rursus.
Quærite bonum & nō malum vt viuatis, &
erit vobiscū dominus exercituum. Et iterū,
Odite malum & diligite bonum, vt misereat
vestri Deus. Ecce hic per Prophetam clamat
Deus: Et si me audire contempseritis, morie
mini morte ęterna. Ipse etiam consolatur in
Luc. 5. Euangelio dicens, Nō veni vocare iustos, sed
Mat.9. peccatores ad pœnitētiam. Et iterum monet
Mat. 6. dicens. Primum quærite regnum Dei, & iusti
Mat.7. tiam eius, & hęc omnia adiicietur vobis. Et
I iterum. Petite, & dabit vobis, quęrite, & inue
nietis, pulsate, & aperiet vobis. Modo enim
dns pro ineffabili pietate sua non solum ad-
monet, sed etiā rogat vt conuertamur ad eū,
Audiamus ergo eū dum rogat, audiamus scri
pturam dicentē, Fili misere animę tuę pla
cens Deo. Quid ad hęc respondet humana
Eccl. 30. fragilitas? Deus rogat vt tui miserearis, & nō
vis, quomodo exaudiet te in die necessitatis
supplicantem, cum tu eum pro te ipso non
audis rogantem? Si modo hæc neglexeritis
fratres, quid facietis in die iudicii, vel ad cu
ius auxilium confugietis? Si, inquam, modo
neglexeritis talia Dei hortamenta, non effu-
gietis tunc inferni tormenta, nec vos poterit
aurum vel argentum liberare, neq; diuitiæ,
quæ in angulis modo absconditis & ex qb.
arrogātes effecti salutem vestram obliti estis.
Hinc nanq; dominus dicit. Visitabo super or
bis mala, & quiescere faciam superbiam im-
piorum, & arrogātiam fortium humiliabo. Esa.13.
Et rursum admonet dicens, Prævaricatores,
redite ad cor, quiescite agere peruerse, discite Esai. 45.
benefacere, succurrite oppresso, defendite & 1.
pauperē, & aduenam & pupillum nolite ca- K
lumniari. Hæc ergo fratres mente retinete,
hæc magnopere custodire festinate, ipugna
ti a diabolo cōiungimini Deo, qui vos rede-
mit. Stupeāt gētes de cōuersatione vestra, &
si detrahunt vobis & irrideant Christianita-
tis opera, ex hoc sectari nō turbemini, reddēt
enim rationem. Totā ergo spem vestram in
Christi misericordia componite, & non so-
lum ab actu impudico, sed etiam a cogitatio
nib. sordidis aīas vestras custodite, qria Deus
iudex iust⁹ & de malis cogitationib. iudicat.
& hęc moneo fratres, vt superbiam penitus
deponatis, per quam de cęlo diabolus cor-
ruit, qa sicut Apostolus testatur, Deus super- Iac.4.
bis resistit, humilib. autem dat gratiam. Et in Luc. 14.
Euangelio, Omnis qui se exaltat, humiliabi- Mat. 18.
tur, & qui se humiliat, exaltabitur. Et iterum, De iura-
Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut par tionibus
uuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Iu Mat. 5.
randi consuetudinem funditus euitate, quia
valde præceptis in hac parte contraitis, dño
in euangelio prohibente, Dico vobis, inqt,
Nolite omnino iurare, neque per terram, ne
que per caput, neque per aliud quodcūque,
sit autem sermo vester, est est: non non. Iniu
riantibus autem vobis, proferte præcepta
Dei, quibus dr. Non resiste malo, sed siquis L
te percusserit in vnam maxillam, præbe ei & ibidem.
alteram. Et qui vult tunicam tollere, dimitte
ei & pallium. Et iterum, Qui petit a te, da ei,
& qui tollit quæ tua sunt, ne repetas. Orando De orōne
itaque necesse est, vt teneatis illam oratio- Mat. 6.
nem quam dominus in Euangelio præcepit
dicens, Cū oratis, non in multiloquio, sed in
secreto cordis orate, & pater vester q videt
in abscondito, reddet vobis. Scit enim quid
opus sit vobis antequam petatis. Hæc ergo
verba charissimi recolite, hæc iugiter præce
pta reminiscimini, vbicūq; estis memoriam

Christi

Mat. 18. De scandalo. Ibidem. Ioan. 15. 1. Co. 7.

Christi in colloquio miscete, quia dicit, Vbi duo vel tres cõgregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum Scandala etiam fugite, quia dominus grauiter notat eum qui li tes concitat, dicẽdo, Væ homini illi p quem scandalum venit, In compassione proximi il lam sententiam tenete, qua in Euangelio dr, Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque petieritis fiet vobis. Ipsum quoq; Apostolum audite clamãtem, Tempus breue est, reliquum est, vt qui habẽt vxores, tanquam non habentes sint, & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent,

M tanquam non gaudentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur, præterit enim figura huius mundi. Vt autem plus capiatis cęlestia quam terrena, dominum audiatis di centem, Quid prodest homini si totum mun dum lucretur, aiæ vero suæ detrimentum pa tiatur? Vt vero diligamus charitate, Euangeli sta Ioannes hortatur dicens, Si diligamus in uicẽ, Deus in nobis manet, & charitas in no

Mat. 16. De chari tate. 1. Ioan. 4 1. Co. 13 1. Co. 16. Galat. 7. Ephe. 4. 1. Co. 6. Ibidem. 1. Ti. 6. Rom. 1. Hom. 1. Mat. 13.

bis perfecta est. Et iterum, Deus charitas est. Nec non & Paulus excellentiam charitatis si mili modo profert, dicens, Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, cha ritatem autem non habeam, nihil mihi pro dest. Hinc iterum monet dicens, Omnia ve stra in charitate fiant. Et iterum, Alter alteri⁹ onera portate, & sic adimplebitis legẽ Chri sti. Ipse etiam ad tramitem perfectionis blan de coercens, dicit, Qui furabatur, iam nõ fu reẽ. Et illud, Fugite fornicationem, quia om ne peccatum quodcũq; fecerit homo, extra cõrpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Et iterum. Neq; auari regnum

A Dei possidebunt: neq; fornicarii, neq; adul teri, neq; fures, neq; ebriosi, neque malefici, neq; rapaces. Idẽ Adostolus cupiditatẽ coer cet dicẽs, Radix oĩum malorũ est cupiditas. Ergo fratres abiicite cupiditatem, sectamini charitatem, deponite iniquitatem, supportã tes inuicẽ in charitate, illud omnino pręcauentes quod Apostolus ad Romanos scribẽs infert: Reuelabit, inquiens, ira Dei de cœlo supet omnem impietatem & iniustitiam ho minum. Nec non & illud quod voce veritatis in Euangelio comminat, Qui faciunt, in quit, iniquitatem, mittent in caminum ignis ardẽtis, ibi erit fletus & stridor dentium. Cõsiderate quàm sæuus, quamque tremendus sit ille ignis, & qui modo nec vnum suffert di gitum in ignem mittere, ibi eum toto corpo re i secula cruciari. Rogo ergo vos, vt si vul tis ab illo igne, vel ab illa pęna liberari, desi statis iam amplius peccare, & dominum per Prophetam attendite clamantem, Reuertimi ni recedentes ab iniquitatib. vestris, & sana bo vos. Et iterum, Nolo mortẽ peccatoris, sed vt cõuertatur & viuat. Et per Esaiam cla mat dicens, Qñ cõuersus fueris, & ingemue ris, saluus eris. Per Iohel quoq; monet dicẽs, Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & plãctu. Ecce quot testimo B nia de conuersione vestra ex diuinis eloquiis prolata sunt. Vigilate ergo solicite, qa quãto proximiorem finem mundi diabolus prospi cit, tanto crudelius contra Christianos sæ uit, vt qui cito se damnãdum cognoscit, plu res sibi in pœna multiplicet, cum qb. vtique fine fine cruciet. Cauete ergo attentius, & iu giter cum Dei timore conuersamini, sciẽtes quia vnusquisq; vestrum angelum Dei habet qui obseruat, quę iugiter egerit, & quidem si bene agit, gaudum sancto angelo gignit: Si vero mala opera exercet, angelum sanctum a se repellit, & malignum sibi dæmonem con iungit. Quapropter charissimi, hæc me loquẽte, introrsus ad vos redite, conscięntias ve stras discutite, si dignas mẽtes angelis geratis præuidete, & si vos bonos ac dignos Deo cõ spicitis, de meritis vestris nunquam superba mente præsumatis, sed de cętero magis cum humilitate cauete: Si vos peccatis obnoxios cernitis, nullaten⁹ desperetis, tm facite pactũ in corde vestro cum Deo, vt amplius nõ pec cetis, sed fiducialiter veniã speretis, quia do minus signũ suæ pietatis assidue patefecit, & C omnes vult ad se recipere per pœnitentiam. Publicanum de Euangelio, & latronem, nec non & meretricem, sed & Paulum sumite in exemplum, qui de semetipso dicit, Prius fui blasphemus & persecutor & cõtumelios⁹, 1. Tim. 1. sed misericordiã consecutus sum, quia igno rans hæc feci. Et vos ergo, siquid forte igno ranter admisistis, reparate vos quęso per pœ nitentiam. Confitemini in domino in totis prędordiis vestris, qm bon⁹ est, doleatis vos non egisse qđ bonum est. Et qui pęniteat ita pęniteat vt vlterius iam lugẽda nõ commit tat. Et qui pauperiores in hoc seculo estis,

no-

nolite seduci, quia si bene agitis, ditiores eri
Ephe. 5. tis in cœlo. Deniq; cauete nequis turpem ser
1. The. 5. monem proferat ex ore. Et secundum Apo-
1. Co. 15. stolum, fabulis & variis otiis nolite seduci,
Luc. 21. Sed corrigite inquietos, consolamini pusilla
Ephe. 5. nimes, patientes estote ad omnes. Et omnis
sermo malus non procedat ex ore vestro, ti-
mentes illud quod scriptum est, Corrũpunt
bonos mores colloquia praua. Crapulam &
ebrietatem perhorrescite, quia dominus per
semetipsum hoc redarguit dicens, Cauete ne
grauentur corda vestra crapula & ebrietate.
Et Apostolus prohibet dicẽs, Nolite inebria
ri vino in quo est luxuria. Proculdubio qui
plus manducat & bibit q̃ expedit, & peccatũ
incurrit, & sanitatem seruare non prævalet,
qa cum venter & venæ nimia fuerint saturi-
Eccl. 31. tate repletæ, ilico necesse est vt libido in mẽ
D bris generet. Vnde & alibi scriptum est, Vinũ
multum potatum amaritudo est aiæ, & ruina
multiplicans imprudenti offensionem, mi-
nuens virtutem & faciens vulnera. Et hoc di
co nõ vt creaturam Dei malam asseram, aut
iudicem esse damnandum, sed vt vos cautio
res sobrioresq; reddã: immo & admoneo vt
nullam creaturam Dei malã esse dicatis, qa
cũcta creauit Deus valde bona. Nã quæcũq;
vobis mala esse videnẽ, & nocent, vestro vi-
tio, non sua natura vobis mala existunt. Ideo
que, fratres, solum diabolũ qui in superbien
do factus est malus detestantes, tãtorum bo-
norum creatorem glorificate. Cauete semp
Mat. 7. viam latã, quæ ducit ad interitum, apprehen
dite illam angustam per quam reperiẽ æter-
Luc. 14. na latitudo. Pauperes & peregrinos ad cõui-
uium vocate, dominumq; de hoc præcipien
tem attendite, Cum facis, inquit, prandium
aut cœnam, noli vocare diuites, qui conuiuẽt
tecum, sed voca debiles & pauperes, cæcos,
claudos, & beatus eris, qa non habent quid
E tibi retribuant, retribuẽt autem tibi in resur-
rectione iustorum. Nec. n. iustum est vt in po
pulo Christiano, qui vno pretio sunt redem
pti, & vni domino seruiunt, alii distẽtis epu-
lis ventrib. incedant, alii famis periculo defi
ciant. Prorsus peccatũ est vt nostra superflua
a tineis deuorentur, & pauperes nec vetustis
sima quęque recipere mereantur. Quare nõ
consideratis quòd pari conditione in hunc
mundum venistis? Vnius domini serui estis,
simili exitu de mundo migrabitis, & si bene
agitis, ad vnã beatitudinem venietis. Aut qua
re vobiscum cibum nõ accipiat, qui immor
talitatis stolam accepturus est vobiscũ? Hæc
considerãtes, ita pauperum curam gerite, vt
vberrimã pro his in cęlis accipiatis retribu-
tionem Mendacium semper fugite, quia nõ
minimũ peccatum est, scriptura dicente, Os
quod mẽtitur, occidit animam. Et, Testis fal
sus non erit impunitus. Et Dauid ad dominũ,
Perdes, inquit, omnes qui loquunt mẽda-
cium. Et Apostolus, Deponentes oẽ menda-
cium, loquimini veritatem vnusquisq; cum
proximo suo. In hac ergo vita positi ita agite,
vt cũ hinc migraueritis & caro vestra a ver-
mib. cęperit deuorari in sepulcro, aĩa orna-
ta bonis operib. cum sanctis omnib. lætet in
cœlo. Retrahat vos a malis operib. peccato
rum interitus. Cõsiderate diuitum sepulcra,
vel eorum qui ante paruum tempus vobiscũ
erant, quid fuerunt, vel quid sunt, vel quid F
eis diuitiæ vel cupiditates seculi profuerunt.
Ecce nihil ex eis, nisi soli cineres remãserũt,
qui si loqui possent, proculdubio hæc vobis
dicerent, vt quid infęlices tantum pro seculi
cupiditate discurritis? vt q̃d vos vitiis & cri-
minib. repletis? Cõsiderate ossa nostra, vt vel
sic horreat cupiditas vestra & miseria. Q̃d
vos estis, nos fuimus, quod nos sumus, vos
eritis. Ista omnia, fratres charissimi, solicita
consideratione pensantes, & hæc consideran
tes expauescite, diem mortis ante oculos mẽ
tis ponite, & ad emendationem quantum po
testis festinate. Nolite negligere quòd vos
pius Deus sustinet peccantes, quia quanto
diutius expectat vt vos emendetis, tanto grau-
ius vindicabit si neglexeritis. Sed forte puta
tis q̃ finis mundi necdũ erit, sed suum vnus-
quisq; consideret finem. Ecce dum libenter
iocundissime moratur homo in mũdo, mul
taque in longo tempore disponit agenda, re G
pente rapitur in mortem, & ex improuiso au
fert anima a corpore. Sed ille beatus est qui
horam illam habuerit ante oculos, & festina
uerit in illa hora mortis paratus inueniri, vt
possit tanti metus terrorem euadere. Quod
si vultis scire, cum metu magno, fratres cha-
rissimi, magnisque doloribus separatur ani-
ma a corpore. Veniunt enim sancti angeli
eam assumere, vt perducant eã ante tribunal
metuendi iudicis, & memorans sua mala
quæ die noctuq; gessit, cõtremiscit & inge-
miscit,

Sap. 1. Prou. 19 Psal. 5. Ephe. 5.

miſcit,& quærit ea fugere, indiciasque pete re dicens,Date mihi horæ ſpatium.Tuncque ſimul loquétia omnia opera eius dicent:Tu nos egiſti,tua opera ſumus,nõ te deſerimus, ſed tecum ſemper erimus, tecum pergemus ad iudicium.Hæc quidem peccatoris anima agit, quæ cum horrendo timore ſeparatur a corpore,pergit plena peccatis & ingenti cõfuſione depreſſa, Iuſti vero anima cum ſepa ratur a corpore,non timet, non expaueſcit, ſed magis cum gaudio egredit,& cũ exultatione pergit ad dominum ducentib. ſanctis angelis.Illam ergo,chariſsimi, horã modo timete,ne timeatis tunc illam,nunc pręcaue te,vt tunc ſecuri eſſe poſsitis.Mementote iugiter,qa in medio laqueorum diaboli eſtis, & ideo ſemper parati eſtote, vt qñ domini præceptum miſſum fuerit,liberi ab omni la
H be peccati ad requiem tranſire poſsitis, nec arbitremini vos diu in hoc mũdo mãſuros, quia nimirum veniet,vt non concedat domi nicum præceptum miſſum, nec vnius horæ ſpatium in hac vita conſiſtere. Cauete ne de exitu veſtro triſtitiam faciatis angelis,& gau dium inimicis. Quapropter eligite modo, & hic in vita veſtra hoc diſponite, aut perpe tualiter gaudere cũ ſanctis, aut ſine fine cruciari cum impiis.Itaq; vel ſaltem pœnæ vos terreant, ſi præmia non inuitant & præſentẽ mundum ſi deſpicere non valetis,vel cum iu ſtitia poſsidete. Qui in iuuentute errauit,ſal tem in ſenectute reſipiſcat,& multa quę pec cando commiſit, pœnitendo iam expurget. Ecce paulatim deficit mũdus, & cuncta quæ videntur velociter tranſeunt, tanquam nebu la & vmbra veſpertina. Ecce quod olim præ nunciabat,præſenti tempore iam perſpicue cernitur, ſubtrahuntur omnia bona, & cre ſcunt quotidie mala.Nolite, ergo,fratres,iã mundum diligere, quem ſic ad finem decli-
I nare conſpicitis, præſertim cum Apoſtolus
Iacob. 4. Iacobus clamat,quòd amicitia huius mundi inimica ſit Deo.Vitam ergo æternam ex om nibus amate præcordiis, quam nunquam in ſecula finiatis: Illuc feſtinate vbi ſemper viua tis,& vbi nunq̃ mori timeatis. Si enim amatis iſtã miſeram fluidamq; vitam,vbi cũ tãto labore viuitis,& vbi ſatagendo, ſudando,ſu ſpirãdo neceſſariis corporis ſatisfacitis,quã to magis debetis amare vitã ętернam,vbi nul lum laborẽ ſuſtinebitis,vbi ſumma eſt ſemp ſecuritas,ſumma ſęlicitas,ſęlix libertas, vbi implebit illud quod dominus dicit in Euan gelio,Erũt hoĩes ſimiles angelis:ſimiles vtiq; non ſubſtantia,ſed beatitudine,Et illud,Tũc iuſti fulgebunt ſiut ſol in regno patris eorũ? Mat. 22. Mat. 13. Qualis putatis erit tũc ſplendor animarum qñ ſolis claritatem habebit lux corporũ? Ibi nulla erit triſtitia,nullus labor,nullus dolor, nullus timor,nulla mors, ſed perpetua ſani tas perſeuerabit. Nulla ibi conſurget mali tia,nulla carnis miſeria,nulla ægritudo, nul la omnino neceſsitas:non ibi erit fames,non ſitis,non frigus,non ęſtus,non laſsitudo ieiu nii,nec vlla tentatio inimici, non ad peccan M dum vlla voluntas,nec vlla delinquẽdi poſsi bilitas,ſed totũ exultatio, totũ lætitia poſsi debit. Hoĩes angelis ſociati ſine vlla carnis infirmitate vernabunt,ibi erit ląetitia, cuncta requiẽs ſecura,pax vera,iucunditas infinita. In qua beatitudine quod ſemel adipiſcitur, K ſemper tenet. Nihil loco illo magnificẽtius, nihil glorioſius,nihil clarius,nihil pulcrius, nihil verius,nihil illa beatitudine ſyncerius, nihil illa abundantia copioſius.Ibi nõ formi dabit ferociſsimus hoſtis, qui cupit iugiter iugulare aias:nemo in illo loco indiget pre tioſo veſtimento, qa ibi non eſt frigus, non æſtus,nulla inęqualitas aeris,nullus ibi eſt pe regrinus, ſed oẽs qui ibidẽ attingere meruerunt,ſecuri vt in patria viuent.Non vltra ad uerſabit caro ſpiritui,nec vllum timebit pericul̃,ſed inenarrabilia cum angelis ac ſem piterna a Chriſto ibi tibi præmia tribuẽtur, quod oculus nõ vidit,nec auris,audiuit,nec in cor hoĩs aſcendit,ſicut Apoſtolus ait,quæ Iſa. 64. præparauit Deus diligentib. ſe.Ecce qualem 1.Co.2. beatitudinem perditurus eſt,qui modo dum licet,emendare ſe noluerit.Ideo fratres cha riſsimi, domino auxiliãte dedignemur vltra ſeruire peccato,qb. tãta beatitudo præparat L in cœlo.Dum tempus eſt, feſtinemus Deum propitium facere, deſpiciamus quæ terrena ſunt,vt cęleſtia adipiſcamur, cogitemus nos peregrinos eſſe in hoc ſeculo, vt liberius feſtinemus ad cęlum, perpendamus quales eri mus in die iudicii,Dei & angelorum cõſpectib. præſentandi, quando opera noſtra erũt nobis ante oculos ponenda. Qualis erit illa confuſio, cui contigerit pro peccatis ſuis in conſpectu omnium hominum erubeſcere, qui hic nec vnum hominem in ſe peccãtem

vult

vult inſpicere? Et quis erit pauor tunc Deum iratum videre, quem placatum non valet vniuerſitas comprehendere? Illum ergo diem timeamus, quem modo nullatenus præuidere poſſumꝰ. Illum diem iugiter paueſcamus, vt ſic vel actus noſtros a malo reuocemus. Cõſideremus quis terror erit cum dominus ad iudicandum venerit de cęlis, quis metus erit Deum videre, ad cuius aduentum vniuerſa elementa quatientur, ac cęlum cum terra cõ tremiſcent, virtutesq; cœlorum mouebunt.
1.Co. 15 Tunc nimirũ præcinentib. angelorum tubis, omnes gentes quæcunq; fuerunt ſub cœlo tã
M viri quàm fœminæ in eo ſexu, quo nati fuerunt, boni ſimul ac mali, ſancti ac peccatores, vel quicunq; ab vtero nati viui ac mortui ſunt, ſiue a beſtiis deuorati, vel ab igne cõſumpti, vel ab aq̃s abſorpti, omnes ſimul in momento temporis atque in ictu oculi reſurgent in ipſa carne, atq; in ipſis corporib. ſine dubio quæ hic habuerunt ſemel, & in virum perfectũ in menſura ætatis plenitudinis Chriſti, in qua ipſe dominus reſurrexit a mortuis,
Ephe.4. Mat.24. & 25. & omnes ante aduentum Chriſti aduenient, pariterque electi & reprobi ſuis oculis videbunt, ſicut dominus in Euangelio dicit, Tũc videbunt filiũ hominis venientem in nubib. cum poteſtate magna & maieſtate conſtipatum agminib. angelorum, & congregabũtur ad eũ omnes gentes, & plangent omnes trib. terræ, & ſeparabit eos ab inuicẽ ſicut paſtor ſegregat oues ab hędis, & ſtatuet iuſtos a dextris ſuis, impios aũt a ſiniſtris, & dicet his q̃ a dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei, poſsidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi. Eſuriui, & dediſtis mihi manducare: Sitiui, & dediſtis mihi bibere, &
A cætera. Quãdiu feciſtis vni ex minimis meis, mihi feciſtis, Tunc omnib. aſpicientib. oſtendet liuores & fixuras clauorum, ſine dubio in ſuo corpore, qđ pro peccatis noſtris vulneratum eſt, & ita compellans peccatores dicet: Ego te homo de limo terræ formaui, & inter paradiſi delicias collocaui, quod non merebaris, ſed tu me iuſſaq; mea contẽnens, deceptorem ſequi maluiſti, vnde pęnę in ſupplicijs inferni detruſus es. Poſtea miſertꝰ tui, in terris carnem aſſumpſi, inter peccatores habitaui, contumelias & verbera pro te ſuſtinui, vt te de inferno eriperem, alapas & ſputa ſuſcepi, vt tibi redderẽ dulcedinem paradiſi. Acetũ cum felle bibi propter te, veprib. coronatus ſum, cruci affixus, lancea vulneratus, mortuus, & in ſepulcro poſitus. Ad inferna deſcendi, vt te ad paradiſum reducerẽ, tartari clauſtra adii. Agnoſce ergo quid pro impietate humana pertuli. Ecce liuores quos pro te recepi, ecce clauorum foramina, qb. in cruce affixus pependi, ſuſcepi dolores, vt te poſſem ſanare, ſuſcepi pœnam, vt tibi darem gloriam, ſuſcepi mortem, vt tu viueres ſine fine, conditus latui in ſepulcro, vt tu regnares in cœlo. Hæc omnia pro te ſuſtinui. Quid amplius debui, & non feci? Dicite nũc vel oſtẽdite mihi, quid paſsi eſtis pro me me B diatore animarum veſtrarum, aut quid boni egiſtis pro vobis? Ego cum eſſem inuiſibilis ſponte pro vobis incarnatus ſum: cum eſſem impaſsibilis, propter vos dignatus ſum pati, cum eſſem diues, pp vos egenus factus ſum. I Sed & humilitatem renuentes, ſeductorem magis quàm me eſtis ſecuti. Ecce modo non 2.Co.8. poteſt aliud iuſtitia mea iudicare, niſi quod merentur opera veſtra recipere, ergo quod ibi elegiſtis, tenete, contempſiſtis lucem, poſſidete tenebras, amaſtis mortem, ite in perdi- Mat.25. tionem, ſecuti eſtis diabolum, ite cum eo in ignem æternum. Quis putas erit tunc mœror, quis luctus, quæ triſtitia, quę anguſtia, cũ hæc fuerit aduerſus impios lata ſententia? Tũc erit dura ſeparatio a ſanctorum conſortio, & traditi in poteſtatem dæmonum, ibunt cũ ipſis corporibus cum diabolo in ignẽ æternum, & permanebunt ſemper in luctu & gemitu. Procul quippe exulati a cœleſti patria paradiſi cruciabuntur in gehenna, nunquam refrigerium adepturi, ſed per milia milium annorum in inferno cruciandi, nec vnquam in ſecula liberandi: ibi nec qui torquet, ali- C quando fatigabitur, nec qui torquetur, vnquam morietur. Sic ibi ignis conſumit vt ſemper reſeruet, ſic tormẽta aguntur, vt ſem Mat.13. per renouentur. Iuxta vero qualitatem cul- & 24. pæ vnuſquiſque ſuſtinebit pœnam. Non ibi Mat.25. auditur niſi fletus & planctus, & ſtridor dentium, non erit aliud ſolatium, quam flammæ & pœnarum, ſic miſeri ſine fine erunt ibi in æternum in ſecula ſeculorum. Iuſti autem ibunt in vitam æternã, in ipſa ſine dubio carne, quam habuerunt, & ſociabuntur angelis ſanctis in regno Dei, & gaudiis deputandi perpetuis, nunquã iam morituri, nunquam

corru-

corruptionem viſuri, ſed ſemper in lętitia ac dulcedine Chriſti ſaturati, ſicut ſol fulgebũt in gloria & claritate, quam præparauit Deus diligentib. ſe. Et quãto amplius obediẽs Deo
Mat. 13. in hac vita fuerit, tanto illic ampliorẽ mercedem accipiet, quantoque hic amplius Deum amauerit, tanto tũc eum propius videbit. Ecce, fratres chariſſimi, prædixi vobis ſimpliciter vt intelligere poſsitis, quę ſint vnicuique futura vel ventura. Nemo ſe de ignorãtia poterit excuſare, quoniam mors & vita prænunciata ſunt vobis ſupplicia impiorum, & gloria iuſtorum. Iam enim in arbitrio veſtro cõ
E ſiſtit eligere quod teneatis. Vnuſquiſq; quod hic concupierit, & aſſecutus fuerit, hoc vtiq; illic poſsidebit. Vitam ergo æternam toto niſu concupiſcite, nec emendationem veſtram diutius differatis, ſed ad lucranda cęleſtia regna, vltro ipſi relinquite quod lucis huius fine perdendum eſt. Surgat iam quæſo, quicunque peccati catena cõſtrictus teneſ, & expergefactus a ſomno ſuæ mortis euigilet, recurrat ad confeſsionem, & agat pœnitentiam, nec erubeſcat publice pœnitere ſuper immũditiis quas geſsit, quia multo melius eſt reuera hic paruo tempore pœnitere quàm per tot milia annorũ inferni ſupplicia ſuſtinere. Si ex toto corde pœnituerit, cito ſuccurret ei redemptor, qui quatriduanum Lazarum
Ioan. 11. ſuſcitauit, paratus eſt ille miſericordię ſinus, & clementer expectat, vt ſuſcipiat pœnitentes. Non.n. eſt de miſericordia Dei deſperandum, quanuis de magnis criminib. vt ſcriptũ
Ezec. 18. & 33. tenemus, quia ipſe clamat per Prophetam, Quacunque hora conuerſus fuerit peccator
Iſa. 43. ab immunditia ſua, omnes iniquitates eius
Luc. 15. erunt in obliuione coram me. Et rurſus per
Ezec. 18. & 33. alium Prophetã dicit, Ego ſum Deus veſter qui deleo iniquitates veſtras. Et illud Euangeliſtæ, Gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Et illud, Nolo
F mortem peccatoris, ſed magis vt conuertaſ & viuat. Cõſiderate fratres chariſsimi, quàm larga eſt bonitas Dei noſtri, quam ineffabilis miſericordia eius. Quotidie cõtemniẽ, & quotidie ad pœnitentiam nos inuitat ſua benigniſsima pietate. Fiduciam nobis pia largitio præſtat, ne deſperemus de cœleſti miſericordia, nec tñ abſque fructu nobis pœnitentiæ veniã conceſſam præſumamus. Dñs enim quantum patris pietate indulgens & miſericors eſt, tantum iudicis maieſtate ſeuerus & metuẽdus. Poteſt quidem reis dare indulgentiam, poteſt ſuam reflectere ſententiam, põt pœnitenti gratis indulgere, non poteſt niſi iuſtiſsime iudicare. Quoniã non eſt apud Deũ
Iacob. 1. cõmutatio, nec viciſsitudinis obumbratio. Aequiſsime. n. iudicat, atque æqualiter ſm merita vniuſcuiuſq; pẽſat, bona, ſ. bonis, mala, malis. Ideo fratres, reminiſcimini quæ geſsiſtis, & ſi vos deliquiſſe cognoſcitis, ſine aliqua dilatione ad pœnitentię medicamenta cõfugite. Audi Prophetam admonentem. *Eccl. 5.*
Nolite, inquit, tardare conuerti ad dñm, nec
G differatis de die in diem, qa neſcitis qd craſtino venturum ſit. Mementote ſemper q ante conſpectum omnipotentis Dei conuerſamini, qui proſpicit non ſolum omnium hoĩum facta, ſed & cogitationes, ſicut Apoſtol⁹ ait,
Heb. 4. Non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius, ſed oĩa nuda & aperta ſunt oculis eius. Hæc igit iugiter cogitantes, intentiſsima ſolicitudine vos cuſtodite, vltimoque aduentui vos cum bonis operib. ſemper prępparate. Ecce, vt ſcriptũ tenemus, finis mundi in promptu eſt, iam finis mundi inſtat, & quod lugẽdum eſt, tanta mala quotidie fiunt, tantæque tribulationes increbreſcũt, vt per hæc etiam mundus finem ſuum quodammodo proclamare videat. Ecce omnia quæ Prophetę vaticinauerunt, quæq; prædicauerunt Apoſtoli pene iam completa ſunt, ſolusq; dies iudicii & horribilis antichriſti aduentus adhuc reſtant. Ecce bellum ſuper bellum, tribulatio ſuper tribulationem, fames ſuper famem, peſtilentia ſuper peſtilentiam, & gens ſuper gentem conſurgit. Omnia quæ dudum ſunt prædicta, fere iam videmus impleta. Quare ergo ſumus lapidei, & ferreum pectus poſsidemus, vt pro remedio aiæ noſtræ inter tot mala minime cogitemus? Diu eſt enim, q vox
H diuina minaſ, cœleſtis Dei intendaſ vltio, & nulla hominum adhibeẽ ſatisfactio, Dei ꝓximat ira, & tepide agit pœnitentia. Venturum Prophetæ teſtant ſupplicium, & raro ab hominibus imploratur auxilium. Quapropter dilectiſs imi, moneo, vt iam mundo finiente humana finiaſ malitia, ſolius Dei toto niſu quæraſ miſericordia. Non vos onera diuitiarum ad terram præmant, quia hic oĩa relinquemus, nec pariter & Chriſtũ velimus hãe & ſeculum, ſed ſpreto ſeculo liberi feſtinemus

mus ad cęlum. Reminiſcamur, quam grauia ſunt ſcelera quæ commiſimus, quãq; dura in inferni ſupplicia quæ timemus, & iuxta qualitatem culpæ medicamentũ adhibeamus pœ
1. Thi. 6. nitentiæ. Cogitemus q̃ ſecundum Apoſtolũ, Nihil in hunc mundum intulimus, nihilque ex eo morientes auferre poterimus. Nudi nati ſumus, nudi vtique morituri, quicquid aũt inuentum eſt, proculdubio relinquitur. Opera tantummodo bona ſi egerimus, ipſa nobiſcum ad cœlos portabimus, immo nos ipſa ad cœlum portabunt. Tanquam peregrini ergo ſola ſufficientia cõtenti illas diuitias nobis hic acquiramus. Deum ſuper omnia diligamus, quia reuera impium eſt eum non diligere, cui vicem rependere non poſſumus,
Pſa. 115 etiam cum diligamus. Quid enim nos impii
H pio domino retribuere poterimus pro omnib. quæ retribuit nobis, qui nullis noſtris præcedentib. meritis tanta nobis præſtitit indignis, vt nos a iugo diræ damnationis eriperet? De ſede paternæ maieſtatis ad nos deſcendit, iniurias in terris ptulit, probra ſuſtinuit, mortem indebite ſubit, & hæc quidem om-
Mat. 11. nia patienter tulit vt nobis humilitatis & patientiæ exempla mõſtraret. Vnde ſequentib. ſe diſcipulis dixit, Diſcite a me, quia mitis ſũ & humilis corde. Oportet igitur vt quemadmodum ille pro nobis, ita & nos cuncta aduerſa q̃ nobis pro peccatis noſtris eueniunt, æquanimiter toleremus, vt patientiæ fructus in vita æterna carpere poſsimus. Vrgeamus ergo fratres chariſsimi, curſum noſtrum dũ tempus habemus, odiamus hunc mundum, quem diu poſsidere non poſſumus. Nulla iã nos malorum operum cõtagia polluant, ſed
I diuin⁹ nos aſpect⁹ a peccatis arceat. Si enim homines noſtri ſimiles peccatores & ex eodem luto formatos ne nos peccantes inſpiciãt erubeſcimus, quanto magis ęternum & ſolũ ſine peccato Deum reuereri & timere debemus, qui non ſolum facta, ſed etiam cogitationes cõſiderat & videt? Hũc ergo quoti die timeamus, huius reuerentiã nobiſcum ſp ferамus ſicq; nos ſpes indulgentiæ erigat vt metus gehennæ ſemper affligat. Ante oĩa & ſuper oĩa charitatem habeamus, reminiſcentes pręcepti domini quo dr̃, Habete in vobis ſalutem & pacem. Et illud, Mandatum nouũ do vobis vt diligatis inuicem. Et alibi dr̃, Habete charitatem, qđ eſt vinculum perfectionis. Et iterum, Eſtote imitatores Dei ſicut fi- *Marc. 9.*
lii chariſsimi, & ambulate in dilectione. Et *Ioan. 13.*
iterum, Oĩs amaritudo & ira & indignatio *Col. 3.*
tollat vobis cũ omni malitia. Et ſol nõ occi- *Ephe. 5.*
dat ſup iracundiam veſtram. Nẽpe ſicut nul- *Ephe. 4.*
lum in vulnere valet medicamentum ſi ſit in tus ferrum, ita nihil proficit illius oratio, in cuius pectore mortiferum verſat odium. Habeamus, fratres, charitatem, quam ſi habuerim⁹, omnib. virtutib. replebimur, ſi vero charitatem non habuerimus, quicquid boni hr̃e videmur totũ perdim⁹. Nec in arrepto bene
agendi propoſito penitus laſſeſcamus, pręci- *Luc. 9.*
pue cum dñs dicat, nullum ponentem manũ ad aratrum & reſpicientem retrorſum, aptũ eſſe regno Dei. Reſpicere aũt retrorſum nihil aliud eſt, q̃ in eo quenquam pęnitere qđ cœperit bonum, & rurſum mũdanis delicĩis obligari. Deniq; a venia nulla vos malorum
K veſtrorum quantitas reuocet, qa quanuis grauis ſit culpa humana, largior eſt nihilomnus miſericordia diuina. Vnde per Pſalmiſtã dr̃, *Pſa. 129*
Apud dominũ eſt miſericordia & copioſa *Pſal. 50.*
apud eum redemptio. Et iterum, Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Hęc vos, fratres, memoria dieb. ac noctib. refoueat, hęc vos præcepta frequenter ſolicitẽt. Debitum finem vitæ iamiamq; affuturũ putemus, nũc emendemus qđ nunc deliquimus, ne tunc pœnitere incipiamus qñ non valebimus. Erit ibi pęnitentia dolorem habens, ſed medicinam non hẽns. Ibi nullatenus poterit pro mereri qđ petit, qui hic noluerit audire quod dñs iuſsit. Ideoq; chariſsimi, quantum poſſumus præceptis dñicis in omnib. obtemperemus, vt muneris premium accipiamus. Vnde dum licet hic nos caſtigemus, hic nobiſcum de actib. noſtris rationem faciamus,
L ipſi nos iudici noſtro accuſemus, atq; emendationem vitę noſtræ nõ ad extremũ differamus, ſed quoties in peccatis labimur, per pęnitentiam reſurgamus, ac totis virib. voluptates peſſimas carnisq; illecebras vincentes illud oĩno præcaueamus, qm̃ ad mortem properamus, & dũ neſcimus ſecuriq; cõſiſtim⁹, repente mors venit. Ibi ergo feſtinem⁹, vbi iam nõ timebit, & vbi vos oẽs ſancti ſuſcipere & videre deſiderant, vbi vos rex cœleſtis Chriſtus & ſuperni ciues Angeli expãſis charitatis brachiis expectant. Ibi, inquam, feſtinemus, vbi ſine fine viuam⁹, & vbi angelicis

agmini-

Mat. 5.

agminibus consortes esse poterimus. Ita postremo in exilio huius mũdi agamus, vt ad futurũ iudiciũ cum secura conscientia bonis operibus ornati veniamus ibiq; gratissimum munus Deo aĩas nostras offeramus, vt p hoc ab eo cõmerciũ ęternitatis beatitudinẽ accipere, & essecũ eo in seculũ seculi mereamur.

L Hæc, charissimi, mandata hactenus quasi lac gustanda porreximus, & ecce modo sub testimonio Dei & angelorũ sanctorũ qui nos loquentes audiunt, absoluimus debitum nostrũ, cęlestia vobis præcepta tradentes. A modo iã vestrũ est cogitare, quatenus & admonitio nostra effectũ habeat salutis, & vos voluntatẽ Dei facientes ab oĩ malo custodiatis, atq; deinde liberi ab omni contagione pecca ti ad regna cęlestia tripudiantes pueníre possitis, præstãte domino nostro Iesu Christo, q cum patre & spiritu sancto viuit & regnat.

DE VTILITATE IEIVNII.

TRACTATVS.

DE vtilitate ieiunij admonemur aliquid loqui, & Deus admonet & tẽpus nos admonet. Hęc enim obseruatio, hęc virtus animi, hęc fraudatio carnis, & lucrum mentis ab angelis nõ exhibetur Deo, Ibi enim omnis est copia & sempiterna securitas, & ideo nullus defectus, quia in Deũ plenus affectus. Ibi panis angelorũ, quẽ panẽ angelorũ vt manducaret homo, factus est homo: hic omnes animę terrenã carnẽ portantes, de terra implent ventres: ibi spiritus rationales cęlestibus corporibus prędentes de Deo implent mentes. Et hic cibus est, & ibi

M cibus: sed cibus iste cũ reficit deficit, & sic implet aluum vt ipse minuatur, ille autem & implet & integer permanet. Hunc cibum nobis

Mat. 5. esuriendum Christus indixit dicẽs, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam quoniã ipsi saturabuntur. Pertinet ergo ad homines hanc vitam mortalem gerentes, esurire ac sitire iustiam, impleri autem iustitia ad aliam vitam pertinet. Hoc pane, hoc cibo pleni sunt angeli, homines autem dum esuriunt extendunt se, dum se extendunt dilatãtur, dũ dilatantur capaces fiunt, capaces facti suo tempore replebuntur. Quid ergo hic? Nihil inde capiũt qui esuriunt & sitiunt iustitiam? Capiunt plane. Sed aliud est cũ quærimus de refectione iter agentium, & aliud cum quęrimus de perfectione beatorum Apostolorum. Audi esurientem & sitientem & vtiq; iustitiam, quanta in hac vita capi potest, quanta geri iustitia. Quis enim nostrũ se illi vel conferre audeat, A nedum prędferre? Sed quid ait? Non quia iam *Phil. 3.* acceperim, aut iam perfectus sim. Videte qs *Mat. 9.* loquatur, vas electionis, & extremum quodammodo fimbriarum vestimenti domini, sed tamen quod ad fluxum sanguinis sanat tãgentem, quia credentem: nouissimus enim Apostolorũ & minimus sicut ipse ait, Ego sũ nouissimus Apostolorum: &, Ego sum mini- *1. Co. 15.* mus Apostolorum. Et iterum, Non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei, sed gratia Dei sum quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed plus omnibus illis laboraui, non ego autẽ sed gratia Dei mecũ. Hæc audiens tu tanquam plenũ perfectum vbi videris audire. Audistis quid ructet, audi, & quid esuriat: Non quia iam ac- *Phil. 3.* ceperim, aut iam perfectus sim ait, Fratres, ego me non arbitror apprehendisse: vnum autem quæ retro oblitus, in ea quæ ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Dicit se nondum esse perfectum, quod nondũ acceperit, nondum apprehenderit, dicit se extendi, dicit se sequi ad palmam supernę vocationis. In via est, esurit, impleri vult, satagit, peruenire desiderat, ęstuat, nihil illi tam magnæ moræ est, quam dissolui & esse cum Christo. Ergo, charissimi, quia est terre- *Phil. 1.* nus cibus quo carnis infirmitas pascitur, est autem & cęlestis cibus quo pietas mentis impletur, & habet cibus iste terrenus vitam suã, habet & ille suam, huius cibi vita hominum est, illius cibi vita angelorum est, fideles homines, discreti, iam corde a turba infidelium suspensi in Deum quibus dicitur, Sursum cor aliam spem gerentes, & scientes se peregri- B nari in hoc mundo, medium quendam locũ tenent, nec illis comparandi sunt, qui nihil aliud putant bonum, quam delicijs terrenis perfrui, nec illis adhuc supernis habitatoribus cęli, quibus solę delitiæ sunt panis ipse a quo creati sunt. Illi homines proni ad terrã, pastum atque lętitiam de sola carne requirentes, pecoribus comparantur, longe ab an-

gelis distant & conditione & moribus, condi
tione, quia mortales sunt: moribus, quia luxu
riosi. Inter illũ populum cęli & populum ter
ræ, medius quodammodo pendebat Apostolus, illuc ibat, hinc se attollebat. Nec cum il-
D lis tamen erat adhuc, nam diceret, iam perfectus sum: nec cum istis erat pigris, torpidis, marcidis, somnolentis, nihil aliud esse putantibus, nisi quod vident & quod transit, & qđ nati sunt, q̃ morituri sunt: nam si cum eis esset, non diceret, sequor ad palmam supernæ
Phil. 3. vocationis. Gubernare itaq; debemus nostra ieiunia. Non est hoc, vt dixi officium angelicum, nec tamen & illorum hominum officium est qui vẽtri seruiunt, medietatis nostrę res est qua viuimus secreti ab infidelibus & coniungi angelis inhiantes, nondum peruenimus, sed iam imus: nondum ibi lętamur, sed iã hic suspiramus. Quid ergo nobis prodest abstinere aliquãtum a pastu & lętitia carnali? Caro in terram cogit, mens sursum tendit: rapitur amore, sed tardatur pondere. De
Sap. 9. hac re scriptura ita loquitur, Corpus enim q̃ corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Si ergo caro in terram vergens onus est animæ, & sarcina prægrauans pręuolantem, quãtum quisq; delectatur superiore vita sua, tantum deponit de terrena sarcina sua. Ecce qđ agimus ieiunantes. Non vobis ergo videatur leuis res aut superflua, ne quisquã forte hoc faciens, Ecclesiæ consuetudine, cogitet apud se & dicat sibijpsi vt suggerentem intrinsecus audiat tentatorem: quid facis quia ieiunas, defraudas animam tuam, non ei das quod eam delectat, tibijpsi ingeris pœnam, tuus ipse tortor & cruciator existis. Deo ergo placet, quia te crucias? Ergo crudelis est qui delectatur pœnis tuis. Respondeto huiusmodi tentatori, Ex-
E crucio me plane vt ille parcat, do de me pœnas, vt ille subueniat, vt placeam oculis eius, vt delectem suauitatem eius. Nam & victima excruciatur vt in aram imponatur. Minus premet mentem meam caro mea. Et tali diffuasori malo seruo ventris respondeto per hanc similitudinem: & dic, Si iumento forte insideres, si equo vtereris qui te gestiẽdo posset præcipitare, nonne vt securus iter ageres, cibaria ferocienti subtraheres: & fame domares quem freno non posses? Caro mea iumẽtum meũ est iter ago Hierusalẽ, plerunq; me rapit, & de via conatur excludere: Via autem mea Christus est. Ita exultantem non cohibebo ieiunio? Si quis hoc sapit, etiam ipso experimento probat, quã vtiliter ieiunetur. Nunquid enim caro ista, quẽ nunc domatur semper domabitur? Dum temporaliter fluitat, dũ mortalitatis conditione prægrauatur, habet
F exultationes suas manifestas & periculosas menti nostræ. Caro est enim adhuc corruptibilis, nondũ resurrexit. Nam non semper sic erit, nondum habet statum proprium cęlestis beatitudinis. Nondum enim facti sumus ęquales angeli Dei. Ne ergo arbitretur dilectio vestra, q̃ inimica sic caro spiritui, quasi alter sit author spũs: alter sit author carnis: multi n. hoc putãtes vere rapti ab ipsa carne deuiarunt, & alterum authorem carni, alterum spiritui posuerunt. Vtuntur autem quasi testimonio Apostolico, quod non intelligunt, Caro concupiscit aduersus spiritum, &
Galat. 5. spiritus aduersus carnem. Hoc verum est, sed quare & aliud non attendis? Nemo enim vnquam carnẽ suam odio habet, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. In illa
Ephe. 5. prima sententia quam commemoraui, quasi quædam lucta duorum inimicorum videtur, carnis & spiritus, quia caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ in hac autem, tanquam copulatio coniugalis. Nemo enim vnquam carnem suam odio ha
Ibidem. bet, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. Quid ergo facimus inter has duas sententias? Si contrariæ sunt, quam respuemus, quam tenebimus? Sed non sunt contrariæ. Intẽdat enim charitas vestra, interim ego ambas accipio, ambas concordes quantũ potuero demonstrabo. Tu autem quisquis alĩ authorẽ carnis cõstituis, alium spiritus, de illa quid agis? Nemo enim vnquam carnẽ suã odio habet, sed nutrit & fouet eã, sicut Chri-
Ibidem. stus Ecclesiam. Vel similitudo non te terret, quia nutrit, inquit, & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiã? Compedẽ putas carnem? Quis amat compedem suam? Carcerem putas carnem? Quis amat carcerẽ suum? Nemo.n. vn-
G Ibidem. quam carnem suã odio habet. Quis non oderit vinculum suũ? quis non oderit pœnã suã? Ibidem. & tamen nemo vnquam carnem suam odio habet, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. Tu ergo cum alium authorẽ ponis carni, alium authorem spiritui ponis,

alium

alium posituras es Ecclesiæ, alium Christo. Quod qui sapit, desipit. Diligit ergo vnusquisque carnem suam, Apostolus dicit, & præter Apostoli dictū vnusquisq; in se probet. Quā tumlibet.n. sis domator carnis, quantumlibet in eā seueritate accendaris, nescio vtrū non
H claudes oculum, si aliquis ictus immineat. Est ergo quasi quoddam coniugium spiritus & carnis. Vnde ergo caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem? Vnde ista pœna, quæ ducta est de mortis propagine? Vnde dictum est, Omnes in Adam mo-
Ephes. 2. riuntur? Et vnde dicit Apostolus, Fuimus ali-
1. Co. 15. qñ & nos natura filij iræ sicut & cęteri? Accepit.n. ille vindictam mortis, de quo nati sumus, & trahimus q̄ vincamus. Et ideo concupiscimus aduersus carnem, vt nobis domi tam carnem subijciamus, & eam ad obediēdum attrahamus. Nūquid ergo odimus, quē nobis cupimus obedire? Dat vnusquisque & in domo tua plerunq; disciplinam coniugi suæ, & eam subiugat renitentem, non persequitur inimicantem. Filium tuū domas vt tibi obediat, nunquid odisti, nunquid deputas inimicum? Seruū postremo tuū diligis & castigas, & in castigando obedientē facis. Habes de hac re ipsius Apostoli manifestā, ple-
1. Cor. 9. namq; sententiam: Non sic curro, inquit, tanquā in incertū, non sic pugilor quasi aerem cędens, sed castigo corpus meū, & in seruitu tē redigo, ne forte alijs prædicans, ipse reprobus inueniar. Habet ergo caro ex conditione mortali quasi quosdā terrenos appetitus suos, in hos tibi ius fręni concessum est: regat te præpositus, vt possit a te regi subiectus. Infra te est caro tua, supra te est Deus tuus. Cū vis vt seruiat tibi caro tua, admoneris quō te oporteat seruire Deo tuo. Attendis q̄ sub te est, attende & q̄ supra te est. Leges in inferiorem non habes nisi a superiore. Seruus es, seruum habes, sed dñs duos seruos habet. Seruus tuus plus est in potestate dñi tui, quam in tua. Itaq; vis tibi obediri a carne, nunquid in omnibus potest? in omnib. obtēpera dño tuo. Non in omnibus obtemperat
I tibi. Quō, inquis? Ambulas, pedes moues, sequitur: sed nunquid quantum vis tibi tecum? Animatur a te, nunquid quamdiu vis? quid qñ vis, doles? quando vis, sanus es? Exercet enim te plerunq; dominus tuus per seruum tuum, vt quia fuisti domini cōtemptor, mearis emendari per seruum. Sed ad te quid pertinet, delectationem carnis non relaxare vsq; ad illicita aliquantum, & a licitis refrenare? Qui enim a nullis refrenat licitis, vicinus est & illicitis. Proinde fratres, licitum est coniugium, illicitum est adulterium, & tamen temperantes viri, vt longe sint ab illicito adulterio, refrenant se & aliquantum a licito coniugio. Licita est satietas, illicita est ebriositas, tamen modesti homines vt longe se faciant a turpitudine ebrietatis, castigant se aliquantū & a libertate satietatis. Ita ergo agamus, fratres, temperemus: & q̄ facimus, sciamus quare faciamus. Cessando a lætitia carnis, acquiritur lætitia mentis. Proinde finis nobis ieiuniorum nostrorum ad iter nostrum, quid sit ipsum iter, & quo tendamus, hoc considerandum est. Nanque & Pagani ieiunant aliqñ, & nec regionem quo tendimus, norunt: & Iudęi ieiunant aliqñ, & viā in qua ambulamus non apprehenderunt. Tale est hoc, ac si aliquis equum domet, in quo erret. Ieiunant hæretici, video quales eant: interrogo, quo eant, ieiunatis vt cui placeatis? Deo, inquiūt. Munus putatis accipit? Sed prius vide quid dicit, Relinque munus, & vade prius reconciliare fratri tuo. Nunquid membra tua recte domas, qui Christi membra dilanias? Auditur, inquit, in clamore vox *Mat. 5.* *Esa. 58.* vestra, & eos qui sub iugo vestro sunt, stimulatis & cędites pugnis. Non tale ieiunium elegi, dicit dominus. Improbaretur ergo ieiunium tuum, si immoderatius seuerus existeres in seruum tuum: approbabitur ieiunium tuum, cum non agnoscis fratrem tuum? Nō ego quæro a quo cibo abstineas, sed quē cibum diligas. Dic mihi quem cibū diligas, vt approbem q̄ ab isto cibo te abstineas. Diligis iustitiam? Forte, inquis, diligo. Appareat ergo iustitia tua. Puto.n. iustum esse vt maiori seruias, quo tibi minor obtēperet. De carne.n. loquebamur, quæ minor est quam spiritus, & quæ domanda ac moderanda subiecta est. Agis cum ea vt obtemperet tibi, & sub
L trahis ei cibum, quod ames subiectam tibi: agnosce maiorē, agnosce superiorem, vt tibi recte cedat inferior. Quid si caro tua obedit tibi, & tu non obedis Deo tuo? Nōne ab ipsa dānaris, cum tibi obtemperat? Nōne obtemperando tibi contra te dicit testimonium? Et cui, inquit, maiori obtemperem? Ecce Chri-

ſtus loquitur iuſtitia. Amatorem te dixeras,
Ioan. 13. Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis. Audi ergo dñm tuum mandatum dantem, vt nos inuicē diligamus. Cum ex nobis omnib. tanquam membris corpus ſibi faciat, ꝙ corpus habeat vnū caput ipſum dñm & Saluatorem, tu contra diuellis te a membris Chriſti, non amas vnitatem. Non hoc ex
M pauеſceres in membris tuis, ſi diſtortum digitum haberes, non ad correctorem digiti tui medicū curreres? Certe tunc ſe habet bene corpus tuū, qñ ſibi concordant membra tua: tunc diceris ſanus, tunc bene vales. Si aūt aliquid in tuo corpore diſſentiat ab alijs partibus, quæris qui emendet: cur ergo non quęris emendari, vt compagini mēbrorū Chriſti reuoceris, & congruas in ipſo corpore & tuo? Certe viliores ſunt cęteris membris capilli tui. Quid vilius in corpore tuo capillis tuis? Quid contēptius, quid abiectius? Et tñ ſi male te tondeat, iraſceris tonſori, quia in capillis tuis non ſeruat æqualitatem, & tu in membris Chriſti non tenes vnitatē. Quid ſūt ergo, aut cui rei proſunt ieiunia tua? Indignū Deū putas, cui ab omnib. qui in eū credunt in vnitate ſeruiatur, & tñ vis in membris tuis, in corpore tuo, in capillis tuis vnitatē ſeruari. Loquuntur viſcera tua, membra tua cōtra te dicunt verū teſtimonium, & tu falſum cōtra membra Chriſti. Diſcreuiſti te a ieiunio Paganorum. Hoc putas, & ideo ſecurus tibi videris. Ego enim, inquis, Chriſto ieiuno, illi aūt idolis & dęmonijs, Accipio ꝙ dicis, & reuera non nego, diſcretū eſt. Sed ecce quē admodū contra te pauloante me cōmemorante, dicebant teſtimonium membra tua, vt admonerem te qualis eſſe debeas cū mēbris Chriſti Dei tui, & ipſi Pagani, a quibus ſeparas ieiunium tuum, admoneant te aliquid de vnitate Chriſti tui. Ecce illi multos Deos falſos non diuiſi colunt, nunquid nos vnū verū ideo inuenimus, vt ſub vno in vnitate non ſimus? Multos illi & falſos, nos vnū & verū: & illi ſub multis falſis non habent diuiſionem,
A nos ſub vno vero non tenemus vnitatē? Non doles, non gemis, nō erubeſcis? Aliud addo. Non ſolū multos deos falſos Pagani colunt, ſed pleroſq; ſibi contrarios & inimicos. Verbi gratia, cōmemoremus aliqua ipſorum, ſi cuncta non poſſumus. Hercules & Iuno inimici fuerunt, homines. n. fuerunt, priuignus ille, nouerca illa, vtriq; eorum Pagani tēpla fecerunt, & Iunoni & Herculi. Adorant illā, pariter eunt ad Iunonem, pariter ad Herculem. Illis ſibi iratis, concordes ſunt. Vulcanus & Mars inimici ſunt, & iuſtā cauſam habet Vulcanus, ſed da iudicē qui audiat. Odit enim miſer vxoris adulterium, nec tñ audet cultores ſuos a Martis templo prohibere. Simul adorant & illū & illū. Si imitantur deos B ſuos, litigant, & ipſi eunt de templo Martis ad templū Vulcani. Magna indignitas: nec tñ timent ne ſibi iraſcatur maritus, ꝙ ad eum venitur de tēplo Martis adulteri. Habent cor, ſciunt lapidem ſentire non poſſe. Ecce colentes multos, falſos, diuerſos, aduerſos, tenent tñ in eis colendis qualemcunq; vnitatem. Ecce dicunt contra te teſtimoniū & ipſi Pagani, à quibus tua ieiunia ſeparaſti. Veni ergo ad vnitatē frater: Vnum Deū colimus, nunquā patrem & filium vidimus litigantes. Nec mihi Pagani ſuccenſeant ꝙ hæc dixi de dijs eorum. Quare enim iraſcantur verbis meis, & non potius literis ſuis? Illa prius ſi poſſunt, immo ſi volunt, deleant. Non eis docendis grammatici vela ſuſpendant. Iraſcitur mihi, quia ego dico, qui dat mercedē vt filius ipſius diſcat. Ergo, chariſſimi, illi quidem tales deos habent, vel potius habuerunt. Quia enim ipſi eos deſerere noluerunt, ab eis deſerti ſunt. Et multi deſeruerunt eos, & adhuc deſerunt eos, deijciunt templa eorum in cordib. ſuis: ſed gaudeamus de illis, quia veniunt ad vnitatē, non ad diuiſionem. Non inueniat Paganus occaſionem, qua nolit eſſe Chriſtianus. Cōcordemus, fratres, colentes vnum Deum, vt & illos deſerere multos deos exhortemur quodāmodo noſtra cōcordia, vt ad pacem & ad vnitatem veniant colendi vnum Deum. Et ſi forte faſtidiunt, & hinc nobis calumniantur, ꝙ vnitatem inter nos Chriſtiani non habemus, & inde ſunt tardi & pigri ne veniant ad ſalutem, alloquar & ipſos paululum, & dicam, ꝙ eis dicatis: non C præferant nobis quaſi concordiam ſuam, non ſibi tanquā de vnitate ſua placeant. Hoſtem quippe quem patimur, illi non patiuntur: illos, & non iſta agentes ipſe poſſidet. Videt eos adoratores falſorum Deorum, videt eos ſeruos, & ſeruos dęmoniorum. Quid illi lucri eſt, quia litigant: aut quid damni eſt, quia non litigant? Et vnum quamuis falſum

& vanum

& vanum sentientes, sibiq; consentientes, sic eos possidet. At vero cũ desereretur, & multi ad vnum Deum concurrerent, eius sacrilega sacramenta desererent, templa euerterent, idola frangerent, sacrificia prohiberent, vidit se perdidisse quos tenebat, vidit à sua familia recessisse, verum Deum cognouisse, quid faceret, quomodo insidiaretur? Cõcordes nos
C scit quod possidere non possit, vnum Deum nobis diuidere non potest, falsos Deos nobis supponere non potest, sentit esse vitam nostram charitatem, mortem nostram dissensionem, lites immisit inter Christianos, quia multos Deos non potuit fabricare Christianis, sectas multiplicauit, errores seminauit, hæreses instituit, sed quicquid fecit, de palea dominica fecit. Ecce securitas nobis est, licet illo sæuiente, licet illo insidiante, & dissensiones varias inter Christianos seminãte, si Deũ nostrum agnoscamus, si concorditer teneamus, si fidem seruemus, securi simus fratres. Frumentũ de area, aut nõ recedit, aut redit, aliquid palearum aufert ventio tentationis, vnde nobis faciat non viam perditionis, sed opus exercitationis. Quantam vero paleam non tollit foras, & ipsa tamen in vltimo ventilanda est, & non it tota palea, nisi in ignem. Satagere ergo debemus, fratres mei, cum tps est, quantis possumus viribus, quanta possumus intentione, vt si fieri potest, & palea redeat, dum frumenta non pereãt. Dilectio nostra hic probatur, magnum opus vitę nostrę proponitur. Non nos inueniremus quantum fratres diligamus, si nemo periclitaretur: nõ appareret quanta esset dilectio inquisitionis, si nihil teneret abyssus perditionis. Laboremus fratres, nõ cessemus, oĩ opere oĩ sudore, affectu pio ad Deum, ad illos inter nos, ne il-
D lorũ veterẽ litẽ sopire volentes inter nos nouas rixas faciamus, & ante oĩa cauti simus inter nosipsos tenere firmissimam dilectionẽ. Illi gelauerunt in iniquitatibus suis, quomodo in eis tu solues glaciem iniquitatis, si non ardes flamma charitatis? Nec curemus q; eis molesti videmur compellendo, attendamus quo in eo securi simus, nũquid enim ad mortem, & non potius a morte? Omnino quibuscunque modis possimus, sed modeste vetusta vulnera pertractemus, & cauti simus, ne inter manus medici deficiat, qui curatur. Quid itaque curandum nobis est, quia plorat puer qui ad scholam ducitur? Cogitandum nobis est, quia repellit manus medici qui secatur. Piscatores fuerunt Apostoli & dñs dixit eis, faciam vos piscatores hominũ. Per Prophetã autem dicitur, q; Deus primo piscatores erat missurus, postea venatores. Primo piscatores misit, postea venatores mittit. Quare piscatores, quare venatores? De abysso & profundo maris superstitionis idolatriæ credentes, pi- E scati sunt retibus fidei. Venatores autem quo missi sunt? cum illi vagarentur per montes & colles. i. per superbias hominum, per tumores terrarũ. Monsvnus Donatus, & alius mõs Arrius, alter mons Fotinus, alter mons Nouatus: per istos montes errabant, venatoribus indigebat error ipsorum. Ideo & distributa sunt officia piscatorum & venatorum, ne forte isti dicant nobis, Quare Apostoli neminẽ coegerunt, neminẽ impulerũt? Quia piscator est, retia mittit in mare, quod incurrerit, trahit. Venator autem syluas cingit, sentes excutit, terroribus vndiq; multiplicatis cogit i retia. Ne hac eat, nec illãc eat, ide occurre, inde cede, inde terre, nõ exeat, non effugiat. Sed retia nostra vita est, tantũ dilectio conseruetur. Nec attendas quam illi sis molestus, sed quã tibi ille sit dilectus. Qualis pietas si parcis, & moritur? Fratres, hanc etiam considerate comparationem & similitudinẽ, vna. n. res multas similitudines habere potest, ea cõditione, Nascuntur homines vt velit sibi omnis homo à filijs suis succedi, & nemo est, q non hunc ordinẽ in domo sua vel optet vel speret, vt generatores filiorum cedant, & generati succedant: tamen si pater senex ægrotet, non dico si filius cui adsit pater, quẽ quę-
ri: hęredem, quem cupit successorẽ, quẽ propterea genuit, vt illo mortuo ipse viuat, non hoc dico: si pater ægrotet senex, iturus iã vicinus morti, iã naturæ ordinem petens, iam F vltra quod speret, non habens: tamen si egrotet, & adsit illi pie filius eius, & videat eũ medicus letali & noxio somno premi, patiẽs est in senem moriturum propter ipsos paucos dies, quibus hic põt viuere: stat filius, & adest patri solicitus, & cum audierit medicum dicentem, iste homo lethargicus potest esse, & inde mori, si permittatur dormire, si vultis eũ viuere nõ dormiat, illum somnus ille noxius premit, qui & noxius est, & dulcis est. Filius autem eius admonitus a medico, stat solicitus

Matt. 4. Iere. 16.

patri, molestus pulsat, & si pulsatio eius vincitur, vellicat, & si vellicatio nihil agit, pungit. Certe molestus est patri, & esset impius, nisi molestus esset. At ille quẽ delectat mori, G molestũ sibi filium tristi aspectu & voce reuerberat. Quiesce mihi quid molestus es? Sed medicus ait, Quia si dormieris, morieris. Et ille, Dimitte me, mori volo. Senex dicit, mori volo, & puer impius est, si non dicat ego nolo. Et illa vita vtriq; tẽporalis est, nec ille in ea perpetuus erit, cui filius est molestus vt excitet: nec ille qui abeunti patri & decedenti succedit, ambo per eam transeunt, ambo per illam temporaliter transuolant, & tamen impij sunt, nisi ad ipsam sibi temporalem etiam cum inuicem molesti sunt, consulant. Ergone video fratrem meum somno noxiæ consuetudinis præmi, & non excito, dum timeo molestus esse dormienti atq; pereunti? Absit a me vt hoc facerem, nec si illo viuo nostra angustaretur hçreditas. Nunc vero cũ illud quod accepturi sumus diuidi non possit, cũ possessore multiplicato angustari non possit, non eũ erigam vel molestus vt vigilet, & carens somno vetustissimi erroris me
Luc. 12. cum in hæreditate gaudeat vnitatis? Prorsus faciam, si vigilio faciã, si non facio, & ego dormio. Charissimi, dominus interpellatus est a quodam cum turbis loqueretur, & ait illi, Domine dic fratri meo, vt diuidat mecũ hæreditatem, & dominus. Dic homo quis me cõstituit diuisorem hæreditatis inter vos? Non vtique dedignabatur compescere cupiditatem, sed nolebat fieri iudex ad diuisionẽ. Nos autem, charissimi, non eũ rerũ talium iudicem requiramus, quia nec talis est hæreditas nostra, pura fronte bona concupiscentia interpellemus domino nostro, & dicat ei vnusquisq; nostrum. Domine dic fratri meo nõ vt diuidat, sed vt teneat mecum hæreditatem. Quid enim vis diuidere frater? Quod e-
H nim dimisit nobis dominus, non potest diuidi. Aurum est enim, vt stateram diuisionis proferat, argentum est, pecunia sunt, pecora sunt, arbores sunt, agri sunt. Omnia enim ista
Ioan. 14. diuidi possunt. Non potest diuidi, Pacem meam do vobis, pacem meam dimitto vobis. Postremo in ipsis etiam terrenis hçreditatibus diuisio minorem facit: constitue duos fratres sub vno patre, quicquid possit et pater, amborum est, totum illius, totum &

illius. Proinde si de rebus suis interrogentur, sic respondẽt: Cuius est verbi gratia, equus ille? Et si vni eorum dixeris, noster est. Cuius ille fundus, ille seruus? In omnibus respondet, noster est. Si autem diuidant, iam aliud respondetur. Cuius equus ille? meus: cuius iste? fratris mei. Ecce quid tibi fecit diuisio? non I vnum acquisiti, sed vnum perdidisti. Si ergo & talem hæreditatem haberemus quæ diuidi posset, diuidere tamen non deberemus, ne nostras diuitias minueremus. Et certe nihil tam importunum filijs, quam viuo patre velle diuidere. Denique si hoc facere moliãtur, si litibus & contentionibus studeant ad vendicãdas sibi quisq; partes suas, exclamat senex. Quid facitis? adhuc viuo, expectate paululum mortem meam, tunc secate domum meam. Nos autem Deũ patrem habemus, qd imus in diuisionẽ, quid imus in lites? Certe expectem⁹, si mori potuerit, diuidam⁹.

DE VRBIS EXCIDIO.

TRACTATVS.

INtueamur primam lectionem sancti Danielis Prophetę, vbi eũ audiuimus orantem, & mirati sumus, peccata non solum populi sui, sed & sua propria confitentẽ, nam post ipsam orationẽ, cuius quidẽ verba indicabant eum non solum deprecatorem, sed etiã confessorẽ. Post ipsam ergo orationẽ: cũ orarẽ, inquit, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei domino Deo meo. Quis ergo est qui se sine peccato esse profiteatur, cũ Daniel Propheta peccata propria confitetur? nam superbo cuidam *Dan. 9.* dictum est per Ezechielem Prophetam, Nũ *Ezec. 28.* quid tu sapientior quã Daniel? In tribus itẽ quibusdã sanctis viris, p quos tria genera hominũ significat Deus quæ liberaturus est, qñ magna tribulatio superuentura est generi humano, etiã hunc Danielem posuit & dixit, p *Ezec. 14.* nemo inde liberabitur nisi Noe, Daniel, & K Iob. Et quidẽ manifestũ est, p in his trib. nominibus tria quędã, vt dixi, genera hominũ significat Deus. Iã enim tres illi viri dormierunt, & apud Deũ sunt spiritus eorũ, & corpora eorũ in terra fluxerunt: expectant resurrectionem, & ad dexteram collocationem,

nec

nec aliquam in hoc mundo tribulationem timent, vnde se cupiant liberari. Quo ergo de illa tribulatione liberabũtur Noe, Daniel, & Iob? Qñ dicebat ista Ezechiel, solus forsitan Daniel in corpore fuit, Item Noe & Iob iam olim dormierant, & somno mortis patribus appositi fuerant: quo ergo poterũt de imminẽte tribulatione liberari, iam olim de carne liberati? Sed in Noe significantur boni præpositi, qui regunt & gubernant Ecclesiam, quo Noe in diluuio gubernauit arcam,
L in Daniele significantur omnes sancti continentes, in Iob significantur omnes coniugati iuste & bene viuẽtes. Hæc.n. tria genera hominũ de illa tribulatione liberat Deus. Tamẽ quantũ sit cõmendatus Daniel, ex hoc appareat, q̃ vnus ex illis tribus meruit nominari, & tũ confitetur peccata sua. Daniele ergo cõfitente, peccata sua, cuius superbia non contremiscat, cuius inflatio nõ resiliat, cuius rumor & elatio non cohibeatur? Quis glorietur castũ se habere cor, aut quis glorietur mũdum se esse a peccato? Et mirantur homines, & vtinam tantum mirarentur, & non etiam blasphemarent, qñ corripit Deus genus humanũ & flagellis pię castigationis exagitat, exercẽs ante iudicium disciplinã, & plerũq; non eligens quem flagellet, nolens inuenire quẽ damnet. Flagellat.n. simul iustos & iniustos, quanquã quis iustus, si Daniel Propheta pctã propria confitetur? Lecta est ante hos dies lectio libri Geneseos, quæ vos, nisi fallor, multũ fecit intentos, vbi Abraham dicit dño, vtrũ si inueniat in ciuitate quinquaginta iustos parcat ciuitati propter eos, an cũ ipsis perdat ciuitatẽ, Respondit ei dñs, q̃ si inueniat in ciuitate quinquaginta iustos parcat ciuitati. Deinde Abraham adiecit ad interrogationem, & quæsiuit, vtrũ si minus fuerint quinq;, & remaneant quadraginta quinque, similiter parcat. Respondit Deus parcere se propter quadraginta quinq;. Quid pluribus? Paulatim interrogando, & illo de numero detrahendo peruenit ad decẽ, & quæsiuit a dño, vtrũ si decẽ iustos in ciuitate cõpererit, perdat eos cũ reliquis innumerabilibus malis, an propter decẽ iustos parcat potius ciuitati: Respondit Deus, ẽt propter decẽ iustos non se perdere ciuitatẽ. Quid ergo dicimus fratres? Occurrit.n. quæstio nobis valida & vehemens, præsertim ab hominib. qui scripturis nostris impietate insidiantur, non qui eas pietate perquirũt, & dicunt, maxime de recenti excidio tantæ vrbis, Nõ erãt Romæ quinquaginta iusti in tanto numero fideliũ, tanto numero sanctimonialium, continentiũ, tanto numero seruorum & ancillarum Dei, nec quinquaginta iusti inueniri potuerunt, nec quadraginta, nec triginta, nec viginti, nec decem? Si aũt incredibile est, quare non Deus propter quinquaginta, vel ẽt propter decẽ iustos pepercit illi ciuitati? Scriptura non fallit, si se homo non fallat. Cum de iustitia quæritur, & Deus de iustitia, respondet. Iustos quærit ad regulã diuinam, nõ ad regulam humanã. Cito ergo respondeo, Aut inuenit ibi tot iustos, & pepercit ciuitati: aut si nõ pepercit ciuitati, nec iustos inuenit. Sed respondetur mihi, manifestũ esse q̃ Deus nõ pepercit ciuitati, Respondeo & ego, imo mihi non est manifestũ: perditio.n. ciuitatis ibi facta non est, sicut in Sodomis facta est. De Sodomis.n. quæstio erat, qñ Deum Abrahã interrogauit, Deus autem dixit, Non perdã ciuitatem: non dixit, Non flagellabo ciuitatem. Sodomis non pepercit, Sodomam perdidit, Sodomam penitus igne consumpsit, q̃ ad iudiciũ non distulit, sed in ea exercuit q̃ alijs malis ad iudicium reseruauit. Prorsus nullus de Sodomis euasit, nihil hominis relictum est, nihil pecoris, nihil domorũ, cuncta omnino ignis absorbuit. Ecce quo Deus perdit ciuitatem. Ab vrbe autem Roma quã multi exierunt & redituri sunt, quam multi manserunt & euaserunt, quam multi in locis sanctis nec tangi potuerunt? Sed capti, inquiunt, multi ducti sunt. Hæc & Daniel non ad supplicũ suum, sed ad solatium cæterorum. Sed multi, inquiunt, occisi sunt, hoc & tot iusti Prophetæ a sanguine Abel vsque ad sanguinẽ Zachariæ: hoc ẽt tot Apostoli, hoc etiam dñs Prophetarum & Apostolorũ. Sed multi, inquiunt, tormentis varijs excruciati sunt. Putamusne quisquam tantum quantum Iob horrendus nobis? Nunciatæ sunt strages, facta incendia, rapinæ, interfectiones, excruciationes hominum. Verum est, multa audiuimus, omnia gemuimus, sæpe fleuimus, vix consolati sumus, non ab vno, non nego multa nos audisse, multa in illa vrbe esse cõmissa. Verumtamen, fratres mei, intendat charitas vestra q̃ dico. Audiuimus librum sancti

Prou. 20

Gen. 18.

Mat. 23.

Iob, q̄ perditis rebus, perditis filijs, nec ipsā carnē, quæ illi sola remanserat, solam potuit obtinere, sed percussus graui vulnere a capite vsq; ad pedes sedebat i stercore, putrescēs vlcere, sanie fluens, vermib. scatens, tormētis acerbissimis dolorum cruciatus. Si nobis sic nunciaretur vniuersa ciuitas sedere: sedere, C inquam, ciuitas vniuersa, nullo ibi sano, in grauissimo vulnere, & sic putrescere vermibus viuus qūo mortui putruerunt: q̄ erat grauius, hoc an illud bellum? Puto q̄ mitius in carnem humanā ferrum ſquiret quā vermes, tolerabilius de vulnerib. sanguis erumperet, quā de putredine sanguis distillaret. Cadauer corrumpi respicis & horrescis, sed ideo minor pœna q̄ absens anima. At vero in Iob p̄sens anima quæ sentiret, ligata ne fugeret, sustinuit tū tribulationem Iob, & deputatū est illi ad magnam iustitiam. Non ergo quisquā attendat quid patiatur, sed quid faciat homo. In eo q̄ pateris, potestas tua non est, in eo q̄ facis, voluntas tua vel nocens vel innocens est. Patiebatur Iob, stabat mulier relicta sola: non ad consolationem, sed ad tentationē: non quæ afferret medicinam, sed quæ moneret blasphemiā. Dic aliquid, inquit, in Deū, *Iob. 2.* & morere. Videte quemadmodum illi mors beneficiū fuit, & tale beneficiū nemo dabat. Sed in his omnib. quæ sancta anima sustinebat, patientia exercebatur, fides probabatur, mulier cōfutabatur, diabolus vincebatur. Spectaculū magnū, & in illa fœditate putredinis præclara pulchritudo virtutis. Vastat latēter inimicus, aperte malū suadet inimica, adiutorium diaboli non mariti, Heua noua, sed *Ibidem.* ille non vetus Adam. Dic aliquid in Deū & morere. Blasphemando extorque, q̄ precando non potes impetrare. Locuta es, inquit, tā quam vna ex insipientibus mulieribus. Attendite verba fortis fidelis, attendite verba foris putrescentis, intus integri. Locuta es, inquit, D tanquam vna ex insipientibus mulieribus. Si bona percepimus, mala non sustinemus? Pater est, nunquid amandus blandiens, & respuendus corripiens? Nōne pater est, & promittens vitam, & imponens disciplinam? Ex *Eccl. 2.* ciditne tibi fidelis? Accedēs ad seruitutē Dei, sta in iustitia & timore & præpara animam tuā ad tentationē: omne q̄ tibi applicitū fuerit accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiā habe, qm̄ in igne probatur aurū & argentū, homines vero acceptabiles in camino humiliationis. Miser, excidit ne tibi? Quē. n. diligit dns, corripit: flagellat autē *Prou. 3.* omnem filiū quem recipit. Cogita quoslibet *Heb. 12.* cruciatus, extende ani mū in quaslibet in hac vita pœnas humanas, cōpara ad gehennā, & leue est omne q̄ cogitas. Hic temporalis, ibi æternus est, & qui torquet & qui torquetur. Nunquid adhuc patiuntur, qui illo tpe passi sunt, quo Roma vastata est? Diues aūt ille adhuc apud inferos patitur, arsit, & ardet, ardebit, viuet vsq; ad iudiciū, recipiet carnē non E ad beneficiū, sed ad suppliciū. Illas pœnas timeamus, si Deū timemus. Quicquid hic passus fuerit homo si corrigatur, emendatio est: si nec sic corrigatur, duplex damnatio est. Et hic. n. luit pœnas tēporales, & ibi experietur æternas. Dico charitati vestræ, fratres, martyres certe sanctos laudamus, glorificamus, admiramur, dies eorū pia solennitate celebramus, merita eorū veneramur: & si possumus imitamur. Est profecto magna martyrū gloria, sed nescio vtrū minor gloria fuit sancto Iob, nec tm̄ ei dicebatur, Thus pone idolis, sacrifica dijs alienis, nega Christum: dicebatur tm̄ blasphema Deū. Nec sic dicebatur, vt in- *Iob. 2.* telligeretur, si blasphemaueris, putredo omnis abscessura sanitasq; reditura est: sed si blasphemaueris dicebat inepta & insulsa mulier, morieris, & moriēdo tormētis carebis. Quasi vero morienti blasphemo nō æternus dolor succederet: mulier fatua præsentis putredinis horrebat molestiā, æternā flammam minime cogitabat: ferebat ille præsens, ne incideret in futurū, tenebat cor a mala cogitatione, linguā a maledicto, seruabat animæ integritatē in putredine corporis, videbat q̄ in futurū euadebat: & ideo q̄ patiebatur, ferebat. Sic vnusquisq; Christianus, qñ aliquam afflictionē corporis patitur, gehennas cogitet, & videat q̄ leue est q̄ patitur, non murmuret aduersum Deū, non dicat, Deus, quid F tibi feci, quare ista patior? Imo dicat, q̄ dixit ipse Iob quāuis sanctus: Exquisisti oīa peccata mea, & ea tanquā in sacculo signasti. *Iob. 14.* Non se ausus est dicere sine peccato qui patiebat, non vt puniretur, sed vt probaretur. Hoc dicat vnusquisq; cū patitur, Fuerūt Romæ quinquaginta iusti, imo si modū humanū consideres, milia iustorū: si regulā perfectionis, nemo iustorum exstit. Quicunq; Romæ qui se

audeat

audeat iustū dicere, a me non audiet: nūquid
Ezec.28. tu sapientior q̄ Daniel? Audi ergo illum cōfitentē peccata sua, an forte cum confitebatur mentiebatur? Hinc ergo habet pc̄tm̄ quia de suis peccatis Deo nō mentiebatur. Sed aliqñ argumentantur homines & dicunt, Debet & homo iustus dicere Deo, quia peccator est, quamuis sciat nullum se habere pc̄tm̄, tñ dicat Deo, habeo pc̄tm̄, miror si ista consilij sa
G nitas appellanda est. Quis te facit non habere pc̄tm̄, nonne Deus qui sanat animam tuā? Si tñ non habes pc̄tm̄, nam considera, & inuenies non pc̄tm̄, sed peccata. Tñ si prorsus non habes pc̄tm̄, nonne illius beneficiū est cui dixisti, Ego dixi, dñe miserere mei, sana animam meam, qm̄ peccaui tibi? Si ergo si-
Psal. 40. ne peccato est anima tua, sanata est omnimodo anima tua, quare ingratus medico tuo, vt dicas vulnus esse adhuc, vbi omnem sanitatē ille iā perfecit? Si corpus tuū languidum, aut vulneratū medico ostenderes & rogares vt tibi adhiberet curandi diligentiā, atq; ille faceret, sanumq; & incolumen redderet, & tu adhuc diceres, non sum sanus, nonne esses medico ingratus, nonne esses in medicū cōtumelios⁹? Sic & Deus sanauit te, & audes dicere, adhuc vulnus habeo, nec times ne tibi respondeat: ergo ego nihil egi, aut totū q̄ egi, effudi, non accipio mercedē, nō mereor vel laudem? Auertat Deus hanc amentiam, & hanc argumentationē vanam. Dicat homo, peccator sum, quia peccator est: dicat pc̄tm̄ habeo, quia pc̄tm̄ habet. Non. n. si nō habet, sapientior est quā Daniel. Ergo, fratres mei, illam quæstionem aliqñ determinem. Si iusti sic appellandi sunt, sicut modo quodā humano iusti appellantur, secundum quandam conuersationē, qua inter homines viuunt sine querela, multi tales Romæ, & ꝓpter hoc pepercit Deus, multi euaserunt, sed & eis qui mortui sunt, pepercit Deus. Mortui. n in bo-
H na vita & vera iustitia, in bona fide, nōne rerum humanarū caruerunt, & ad diuinū refrigeriū peruenerunt? Mortui sunt post tribulationes, quo pauper ille ante ianuam diuitis, sed pasi sunt famem, passus est & ille, pasi sunt vulnera, passus est & ille, forte minus eos canes linxerunt. Mortui sunt, mortuus est
Luc. 16. & ille, sed quo fine audi, Cōtigit, inquit, mori inopem illum, & afferri ab angelis in sinu Abrahæ. Vtinam videre possemus oculis animas sanctorū, qui in illo bello mortui sunt, tunc videretis quo Deus pepercerit ciuitati. Milia. n. sanctorū in refrigerio sunt lætantiū & dicentiū, Deus gratias tibi, quia nos a carnis molestijs, & tormento seruasti. Gratias tibi, quia iam nec Barbaros, nec diabolū formidamus, non timemus in terra famē, non timemus grandinem, non timemus hostē, non timemus illectatorē,* non timemus oppressorē, sed sumus in terra mortui, apud te non morituri, in regno tuo salui: dono tuo non merito nostro. Qualis ciuitas est humiliū q̄ ista dicit? An putatis ciuitatē in parietib. deputandam? Ciuitas in ciuib. est non in parietibus. Deniq; si diceret Deus Sodomitis, fugite, quia incensurus sum locū istū, nonne magnū meritum eos habere diceremus si fugerent & flāma de cęlo descendens mœnia parietesq; vastaret? Nonne Deus pepercerat ciuitati, quia ciuitas migrauerat, & perniciem illius ignis euaserat? Nonne ante paucos annos iā subtracto Imperatore,* Constantino poli q̄ dico audierunt nonnulli, & forsitan nouerunt, & sunt in hoc populo qui & illic præsentes fuerunt, volens Deus terrere ciuitatē & terrendo emendare, terrendo cōuertere, terrendo mundare, terrēdo mutare, seruo cuidā suo fideli viro, vt dr̄ militari, venit in reuelatione & dixit ei, ciuitatē venturo de cęlo igne perituram, eumq; admonuit, vt Ep̄o diceret, Dictū est, non contempsit Ep̄s & allocutus est populū, conuersa est ciuitas in luctū pœnitentię, quemadmodū quondā illa antiqua Niniue, tñ ne putarent homines illum
Ionæ 3. qui dixerat vel falsitate deceptū vel fallaciter decepisse, venit dies quē Deus fuerat cōminatus, intentis omnib. & exitū cū timore magno expectantibus, noctis initio tenebrante iā mundo, uisa est ignea nubes ab Oriente, primo parua, deinde paulatim vt accedebat super ciuitatē ita crescebat, donec toti vrbi ingens terribiliter immineret: videbatur horrenda flāmma pendere, nec odor sulphuris
K deerat, omnes ad Ecclesiā confugiebant, nō capiebat multitudinē locus, baptismū extorquebat quisq; a quo poterat Non solū in Ecclesia, sed ēt per domos, per vicos ac plateas salus sacramenti exigebatur, vt fugeretur ira, non præsens vtiq;, sed futura. Attñ post magnam illā tribulationē, vbi exhibuit Deus fidem verbis suis, & reuelatione serui cępit vt

creuerat

Alias lictorem.

l

Alias sub Archadio Imperatore.

creuerat minui nubes, paulatimq; consumpta est, populus securus paululum factus iterum audiuit omnino esse migrandum, q̃ ciuitas esset proximo sabbato peritura, migrauit cũ Imperatore tota ciuitas, nemo in domo remansit, nemo domũ clausit longe recedens à mẽnibus, & dulcia tecta respiciẽs, L relictis charissimis sedibus voce miserabili valefecit. Et aliquot milibus tanta illa multitudo progressa, vno tñ loco fundendis ad Deũ orationib. congregata, magnum sumũ subito vidit, & vocem magnã emisit ad Deũ: tandemq; tranquillitate cõspecta, missis qui renunciarẽt solicite, quæ prædicta fuerat hora transacta, & renunciantibus q̃ salua vniuersa mẽnia & tecta consisterent, omnes cũ ingenti gratulatione redierunt. Nemo de domo sua quicquã perdidit patente, omnis homo sicut dimisit inuenit. Quid dicemus, vtrũ ista ira Dei, an potius misericordia fuit? quis dubitet misericordissimũ patrem corrigere voluisse, terrendo non perdendo punire, qñ nihil domorũ, nihil mẽnium tãta impẽdens præsentia calamitatis læsit, prorsus sicut solent manus erigi ad feriendum, & consterna to illo qui feriendus erat miseratione reuocari, ita factũ est illi ciuitati. Verumtñ si eo tẽpore quo illa derelicta vniuersus populus absceſsit, irrueret vastitas loco, totamq; vrbem sicut Sodomam nullis saltẽ ruinis remanentib. perdidisset, quis ẽt sic dubitaret q̃ Deus peperciſſet illi ciuitati, qua præmonita & territa & discedẽte atq; migrante locus ille cõsumeretur: sic minime dubitandũ est, peperciſſe Deum Romanæ ẽt ciuitati, quæ ante hostile incendium in multis ex multa parte migrauerat. Migrauerunt qui fugerunt, migrauerunt qui de corpore exierunt, multi præsentes vtcunq; latuerũt, multi in locis sanctis viui saluiq; seruati sunt. Manu ergo emẽdantis Dei correpta est potius ciuitas illa q̃ perdita, tanquã seruus sciens voluntatẽ dñi sui, *Luc. 12.* & faciens digna plagis, vapulabit multis. At M que vtinam valeat ad exemplum tumoris & malæ concupiscentiæ, sitiens mundũ, & appetens perfrui pernitiosissimis voluptatibus demonstrante dño quam sint instabiles & caducę omnes seculi vanitates & insaniæ mendaces, potius refrenetur quã sub flagellis dignissimis aduersus dñm murmuretur: sed vnam tribulam sentit area vt stipula concidatur, granum mundetur: vnum ignem patitur fornax aurificis, vt palea in cinerem pergat, aurum sordibus careat: sic & vnam tribulationem Roma pertulit, in qua vel emẽdatus liberatus est pius, impius aũt damnatus est, siue ab hac vita raptus sit vbi magis pœnas iustissimas lueret, siue hic remanserit vbi damnabilis blasphemaret. Non ergo nos moueat labor piorum, exercitatio est non damnatio, A nisi forte horremus cum videmus indigna & grauia in hac terra perpeti aliquem iustũ, & obliuiscimur quæ pertulerit iustus iustorũ, sanctusq; sanctorum. Quod passa est vniuer- *Apoc. 19* sa illa ciuitas, passus est vnus. Sed videte quis vnus, rex regum & dñs dñantium, cõprehensus, vinctus, flagellatus, contumelijs omnib. agitatus, ligno suspensus & fixus, occisus. Appende cũ Christo Romam, appẽde cum Christo totã terram, appende cum Christo cœlum & terram, nihil creatũ cum creatore pensatur, nullũ opus artifici cõparatur. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum *Ioan. 1.* est nihil, & tñ a persequentibus deputatus est nihil. Feramus ergo q̃ nos Deus ferre voluerit, qui nobis curandis atq; sanandis, quis ẽt dolor sit vtilis sicut medicꝰ nouit. Certe scri- *Iac. 1.* ptum est, Patientia opus perfectum habet, quod autem erit opus patientiæ, si nihil aduersi patiamur? Cur ergo mala temporalia perpeti recusamus, an forte perfici formidamus? Sed planè oremus & gemiscamus ad dñm, vt seruetur erga nos q̃ Apostolus di- *1. Co. 10.* cit, Fidelis Deus qui non vos sinet tentari supra id quod potestis, sed faciẽt cum tentatione etiam exitum vt sustinere possimus.

DE CREATIONE PRIMI Hominis.

TRACTATVS.

TAnta dignitas humanæ cõditionis esse dignoscitur, vt non solũ iubentis sermone, vt alia sex dierũ opera sed cõsilio sanctæ Trinitatis & opere maiestatis diuinæ creatus sit homo, vt ex primo cõditionis honore intelligeret quãtũ suo cõditori deberet, dũ tñ in conditione mox dignitatis priuilegiũ præstitit ei cõditor, vt tãto ardentius amaret conditorẽ, quãto mirabilius

B *Gen. 1.*

se

se ab eo conditū intelligeret. Faciamus, inquit hominē ad imaginē & similitudinē nostrā. Nec ob hoc solū q̄ sanctę Trinitatis cōsilio sit excellenter a conditione cōditus, sed etiā q̄ imaginē & similitudinē ipse creator
C omniū eū creauit, q̄ nulli alij ex creaturis donauit. Quæ imago diligentius est in interioris hominis nobilitate consideranda. Primo quidē vt sicut Deus semper vbiq; totus est, omnia viuificans, & gubernans, sicut Apostolus cōfirmat dicens, Quod in eo viuimus, mouemur, & sumus, sic anima in suo corpo
Actō. 17. re vbiq; tota viget viuificans illud, mouens & gubernans. Neq; n. in maioribus suis corporis mēbris maior, & in maioribus minor, sed in minimis tota est, & in maximis tota. Et hæc est magno vnitatis omnipotētis Dei, quā anima habet in se, quę ēt sanctę Trinitatis quandā habet imaginē. Primo in hoc, qa sicut Deus est, viuit & sapit, ita aīa secundū suū modū viuit & sapit. Est quoq; & in anima Trinitas ea qua ad imaginē & similitudinē sui conditoris perfectæ quidē & summę Trinitatis, quę est in patre & filio & spiritu-sancto condita est. Et licet sit illa vnius naturæ, tres tamen in se dignitates, habet, ideſt, intellectū, voluntatē, & memoriam. Quod idē licet alijs verbis in Euangelio designatur, cū
Mat. 12. dicitur, Diliges dominū Deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, i. ex toto intellectu tuo, & ex tota voluntate tua, & ex tota memoria. Nā sicut ex patre generatur filius, & ex patre filioq; procedit spiritussanctus, ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his iterū ambobus procedit memoria, sicut facile a sapiēte quolibet intelligi potest. Nec enim anima perfecta pōt
D esse sine his tribus, nec horū trīū vnū aliquid quantū ad suā beatitudinē pertinet, sine alijs duobus integrū constat. Et sicut Deus pater, Deus filius, Deus spiritussanctus, non tñ tres dij, sed vnus est Deus habens tres personas, ita & anima intellectus, anima voluntas, anima memoria, nō tñ tres animæ in vno corpore, sed vna anima tres dignitates atq; eius imaginē gerit mirabiliter in sua natura noster interior homo, & ex his quasi ex excellētioribus animæ dignitatibus iubemur Deum diligere, vt inquantū intelligatur, diligatur: quantū diligitur semper in memoria habeatur. Nec solum sufficit intellectus de eo, nisi fiat voluntas in amore, immo nec hęc duo sufficiūt nisi memoria addat, quia semper in mente intelligentis & diligentis manet, vt sicut nullū potest esse momentū quo pręsentē eum non habeat in memoria. Et hæc habeto de imagine. Nunc vero de similitudine ali- E
qua intellige, quæ in moribus cernenda est, vt sicut creator Deus, qui hominē ad similitudinē creauit, charitas est, bonus est, iustus est, patiens & mitis est, mūdus & misericors est & alia virtutū sacra infignia, quæ de eo leguntur: ita homo creatus est vt haberet charitatē, vt bonus esset, iustus, patiens ac mitis, mundus & misericors foret. Quas virtutes, quāto plus habet in seipso, tāto ꝑpinquior est Deo, & maiorē sui conditoris similitudi-
Psl. 48. nē gerit. Si vero, quod absit, aliquis per deuia vitiorū & diuortia criminū ab hac nobilissima sui conditoris similitudine aberret: tunc fiet de eo q̄ scriptū est. Homo cū in honore esset, non intellexit, &c. Quis maior honor poterat homini esse quā vt ad similitudinē sui conditoris cōcreetur, & eisdē virtutū vestimentis ornaretur quibus & conditor? De quo legitur, Dominus regnauit decorem
Psal. 92. indutus est. i. omni splendore virtutū & totius bonitatis decore indutus. Vel quod maius potest esse homini de decus, aut infęlicior miseria, quā vt hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informē & irrationabilē brutorū iumentorūq; delabatur similitudinē? Qua propter quisq; diligentius attendat primæ suę conditionis excellentiā, & venerandā sanctæ Trinitatis in seipso imaginē agnoscat, honorēq; similitudinis diuinæ, ad quā creatus est nobilitate morū, exercitio virtutū habere contendat, ut quādo apparue- F
rit qualis sit, tunc similis illi appareat, qui se mirabiliter ad suā similitudinē in primo Adā condidit, mirabilius in secundo reformauit.

DE ARBORE SCIENTIAE BONI, & MALI,

TRACTATVS.

IEgimus in Genesi dixisse dñm ad Adā, Ex omni ligno q̄ est in paradiso edite, de ligno autē dignoscētiæ boni & mali, quod est medio paradisi, non edatis Gen. 2.

qua

qua die aũt ederitis, morte moriemini. Multos scimus, fratres charissimi, de hac arbore quæstiones vanas mouisse, qui dicant Adã nõ voluntate peccasse, quia in illa arbore fuit dignoscentia boni & mali: dũ hominis culpam excusare nituntur, Sic Deo conditori iniuriã faciunt, quibus ratio reddenda est, ne diutius quæstiones malas moueant, aut vsq; adhuc in errore taliter sentiendo lateant, sed si volunt nosse taceant & audiant, ne stulta loquendo
G Deo conuitiũ iaciant. Vna arbor fuit in medio paradisi, explorans hominis voluntatẽ, in ea vita pendebat, in ea & mors trãsgressione latebat, in ea apparuit trangressio, in qua firmata fuerat legis præceptio. Dixit Deus, Ex
Ibidem. oĩ ligno q̃ est in medio paradiso nõ edatis, ne morte moriamini. In hoc verbo lex erat a Deo posita homini, in ea prẽmiũ constitutũ
Ibidem. cũ interminatione sententiæ. Deus dixit, Si gu
Gen. 3. staueritis, morte moriemini. Et diabolus dixit, Non morte moriemini. Et stetit homo inter Deũ factorẽ, & diabolũ deceptorẽ. Deus mortẽ minatus est, si arboris fructus tãgatur, diabolus Deos futuros esse eos promittebat, si arbor illa violetur, & appetita est venenosa dulcedo, & contẽpta est salubritas ꝑpetuę vitę. Sed dicit aliquis calumniator, Vides q̃a in illa arbore fuit mors. Respõdeamus vanæ q̃stioni: non fuit plane in eadẽ arbore facta, sed inuenta ꝑ hominẽ. Hæc probatio fuit hominis, non deceptio salutaris. Nã si Deus hominẽ nõ amasset, nec & fecisset, nec & antea p̃moneret si mortificare voluisset: quod si antea nõ prẽmoneret, nõ erat misericordia sed impietas, nec iustitia sed iniustitia, vt ipse misericorditer fecisset. In iusta hęc ipietas nec ĩ hoĩe esse debet quãto magis nec in Deo fuisse credenda est qui fons pietatis & bonitatis est? Quis hominũ, fratres mei, opus suũ perire patiatur, aut fabricam suam ruinæ tradat, aut filium quem genuit in foueam mortis impingat? Si in homine ista crudelitas non est, nec in Deo credas fuisse, qui fabricam suam,
H ideſt, hominem bene disposuit, & imminenti eius ruinę destinatam præcepto sustulsit ne caderet, sed stare non potuit, quare? quia audire Deũ noluit. Quid ergo imputamus Deo, si Adam cecidit, qui vt caderet Dei præceptum contempsit? Dic mihi arbor ipsa bona fuit, an mala? Dicturus es, mala, mala vtique de qua homo pomum rapiendo mutatus est in mortẽ. Ergo arbor fuit mala, an transgressio mandati? Plane arbor: nam si mala nõ fuisset, Adam non cecidisset, Hęc dicis, non intẽ *Gen.2.*
dens virtutem scripturarum. Nam sicut scri- *Gen.1.*
ptum est, in illa arbore fuisse dignoscentiam boni & mali, ita scriptum est, Et vidit Deus quæ fecit, & ecce bona valde. Illud credis q̃d te in errorẽ inducat, & hoc non credis quod te ad salutem perducat? Vis nosse quid calũniaris, quia arbor illa non fuit mala sed bona nec in ea facta est a Deo mors, sed homo sibi I
mortem creauit? Dic mihi calũniator, ferrũ bonum est an malum? Sine dubio dicturus es, malum. Et quare malum & non bonum, cum omnia quæ Deus fecit, bona sunt valde? Qua le bonum dicis esse ferrum, vnde homines perimũtur? Audi ergo, nõ ferrum est malum, sed qui ad facinus vtitur ferro, ipse malus est. Nam vis nosse quia bonum est ferrũ, Vnus eo vtitur ad putandum vineam, & alius ad perpetrandũ homicidium, alius se pascit ferro, alius innocentem perimit gladio, vnus ferro agrum collit, alius in fauce ferro sanguinem fundit, vnus operatur ferro vt vitam sustentet suã, alius autem ferro vitam eripit
alienã. Nam & iudex gladiũ portat, vt in reũ *Rom.13.*
animaduertat, innocentem absoluat. Adhuc audi si vacat calumniator, Vinum bonum dicis esse an malum? Puto quod bonum dicas esse, non malum, & hoc æquitatis iudicio nõ ebrietatis beneficio, Ergo bonum est vinum, valde bene q̃ vinũ confessus es bonã esse Dei creaturam, & ego confiteor bonam esse, quare ergo vnus accipit cum sobietate, alius ad ebrietatem? Nunquid vnus, quia inebriatur & turpis videtur, ideo mala dicẽda est Dei creatura? alius sobrie viuit, & Deũ in ipsa sobrietate benedicit. Nam qui inebriatur in foueam cadit, & aliquoties mortẽ incurrit. Cibi quos nobis dominus largiri dignatus est, ad vtendum non sunt mali, sed boni, & tamen si amplius sumãtur pernicioſi sunt & nociui, nun- K
quid ideo dicẽda & mala Dei creatura, quia nocet aut aliquibus pernicioſa est? sed quia in perniciem salutis suæ amplius præsumunt, & quod Deus generi humano largitus est, ipsis nociuum est, & quæ dicturus sum pene omnibus nota sunt: Scimus aliquos multo vino & cibo prẽfocatos, nunquid in vino aut in cibis fuit mors? Absit, sed intẽperantia ciborũ fecit eos in mortem cadere. Sic & ferrum-

non

non ideo dicendum est malũ, quia de eo latro facit homicidiũ, sed ipse malus est, quia eo vtitur ad perimendũ hominem, ita & illa arbor non fuit mala, sed bona, sed fuit malũ ꝙ homo Dei præceptũ transgressus est. Nam bonum est, quicquid Deus homini ad vtendũ tribuere dignatus est. Ecce de nouo testõ profero testimonium, bona esse omnia quæ
L Deus fecit. In Actibus Apostolorũ legimus, obdormisse Petrũ & visum uidisse, deponi de cęlo uas quoddã cãdidum ut linteum, in quo erant quadrupedia, uolatilia & serpẽtia terræ posita. Et dixit ad eum uox: Surge Pe-
Actũ.10. tre, uictima & manduca. Et Petrus ait, Absit dne, qm̃ nunquã comedi omne cõe & immundũ. Cui dixit: Quod Deus sanctificauit tu ne cõe dixeris. Quid est calũniator? Ecce non solũ bona, sed & sanctificata esse omnia diuino ore probauimus. Arbor hæc non fuit mala, sed bona: nec in ea aliquid mali potuit reperiri, sed homo fuit a semetipso malus, qui male usus est bono ꝙ fecerat Deus. In hoc mala uoluntas hois cognoscitur, ut cui omnis paradisus subiacuit, ad arborẽ interdictã manũ extendens mortẽ incurrit: si vnam arborẽ ei diuinitas largiretur, & omnis paradisus fuisset interdictus, sufficere debuerat, ꝙ ei largius est Deus. Sed quia amplius uoluit quã ꝙ ei uoluntas largientis indulsit, & hoc ꝙ habuit amisit, & in mortẽ nihilominus incurrit. Peccatum Adæ cui imputandũ est? Deo q̃ monuit, aut ei qui audire noluit? medico qui vulnerato obseruandi præceptũ dedit, aut vulnerato qui contra medici præceptũ noxia poma gustando causam transgressionis incurrit? Medicorũ ars est, ut eis quos uiderint nimia ægritudine laborantes, ea prohibeant quæ pernicioſa saluti, aut periculũ procurent. Quod si ægrotus contra medici præceptũ per intemperantiã cõtraria sumẽs
M mortem inciderit, quid pertinet medico qui præuidens causam, obseruat onẽ indixit? Ita nec medico animarũ Deo imputandũ est, ꝙ Adam cecidit, qui eũ ante monendo in ęternum uiuere uoluit. Multa supersunt de istis quæstionib. quæ dicenda sunt, sed hora præterijt singula dicere, ne longitudo sermonis fastidiũ faciat auditoribus. Debitorem me dico, dilationẽ peto, sed uereor, ne debitor occurrat & creditor absentiã procuret. Debitũ curo soluere sermonem, sed pristinos meos non inuenio creditores, aliquos uideo, aliquos requiro. O creditor piger, cõueniris vt debitũ exigas, quid tuã absentiã procuras? debitor satisfacere creditori cupit, & creditor desidiosus absentẽ se facit. Nouã rem uideo, instat creditor debitori, ut debitũ recipiat, excusat: Sed quid interest, si creditor venire noluit? reddat debitor ꝙ promisit. Adhuc calũniator ille pristinus tot probationib. conuictus non acquiescit, sed dicit: Sciebat Deus
A hominẽ posse peccare, an non? Respondeamus ei, ne sibi uideatur aliquid dixisse: Sciebat planè. Si ergo sciebat eum posse peccare quare non eum reuocauit a peccato. Quare? quia inuitũ non decuit coronare. Quis unquã, fratres mei, præmiũ non pugnanti dat, aut quæ corona non dimicanti, aut quæ sine cõflictu uictoria? Audi Apostolũ diuino ore loquentẽ, Nemo coronatur nisi qui legitime
2.Tim.2. certauerit. Adam nec pugnauit, nec certamẽ cũ diabolo suscepit, sed ad unã suggestionẽ præmiũ immortalitatis amisit. Victus est qui non pugnauit, succubuit uoluntati non necessitati. O calũniator qui signare te nescis, & Deo uis calumniari, quia Adam non uolũtate peccauit. Nempe Iob homo fuit similis illi, quanta perpessus est & tolerauit, pugnauit & uicit, a Deo in potestatẽ diabolo datus est & sustinuit: Et utiq; quẽ sciebat Deus penitus superari non posse, in potestatem non debuit dare: sed ideo taliter probare eũ uoluit Deus, ut nobis excusationis & calumnię articulum amputaret. Expoliatus diuitijs & censu, uinci non potuit, quia nec uoluit. Filios amisit & dñm benedixit. Parum est hoc, postea ulcerib. plenus, in stercore iacuit, & nihil mali aduersus dñm loqui potuit: licet doloribus urgebatur, loquitur sed uerba nõ fuerant improperij, cui iã uxor non adiutorium, sed deceptio fuit: adiutorium quidem diaboli, sed deceptio mariti, subornata a diabolo talia persuadeat dicens, quãdiu pateris B
Iob.2. hæc? Dic uerbũ contra dñm ut indignetur tibi & moriaris. O affectus uxoris. O malignitas coniugalis. Potuit. n. dixisse, cofitere Deo ut propitietur tibi & uiuas, blasphema, inquit, Deum, ut indigneꝛur tibi & moriaris. O argumenta serpẽtis antiqui, per uxorẽ putauit Iob decipere, cuius animũ vulneribus plenũ, nec sic quidẽ ualuit ad blasphemiam incitare. Adam uero quid tale pertulit? quare

diabolo

diabolo potius quam Deo obediuit? Sed adhuc calũniator dicis: Quare dixit Deus: Morte moriemini, nisi quia Deus ipsam mortem fecit, qui eam non auertit? Respondetur tibi & in hoc calũniator ineptissime, si tu cũsis homo habẽs filios, omnes admones, omnib. præceptũ das, vt te sequantur & imitentur in
C omnibus, & si vnus eorũ cõtẽptor extiterit, & per malã cõuersationẽ mortẽ incurrerit, nunquid eius mors tibi imputanda est, & nõ potius ei qui tuã admonitionem contẽnendo mortẽ incurrit? Sic nec Deo mors Adæ ascribenda est, qui eũ ante transgressionẽ ne
Sap. 1. in mortem incideret monuit. Nam manifestum est monuisse dñm atq; noluisse hominẽ mori, nec ipsam fecisse mortem. Testifica tur huic verbo sapientissimus Salomon dicẽs, Deus mortẽ non fecit, nec lętatur in perditione viuorũ. Adam Dei præceptũ neglexit & mortẽ incidit. Reuera, fratres, Imperatoris sacra nemo sine periculo sui sanguinis contẽnit, sed omnes suscipiũt cũ tremore & veneratione & adorant vilissimã chartulam atramento scriptã, & velut diuinos adorant apices: scripturæ diuinę legunt, verba Dei tonant, ipse dñs qui admonendo præsens præsentib. loquitur & non auditur, ac fastidiose homines audiunt, aut q̃ peius est sedentes fabulis vacant. Imperator lõge positus de charta loquitur, & tremitur, & quasi præsens illa chartula adoratur: testm̃ dñi cum recitatur ab aliquibus hominib. & contẽnitur: ipsum Prophetæ clamant, Apostoli prædicant, Euãgelia loquuntur, per seipsum hominib. cõfa-
Mat. 18. bulatur, & non auditur, Audi præsentẽ dñm & loquentẽ: Vbi fuerint, inquit, duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Sed vtiq;, inquiunt, calũniosi homines, Deus non debuit permittere hominẽ vt peccaret. O stulti qui hoc dicunt, non cõsiderant, quia Deus nõ statuã fecit lapideam aut ligneã, sed hominẽ perfectũ condidit sui
D & liberi arbitrij, vt cõsideraret quid boni appeteret, & quid mali contẽneret. Debuit timere q̃ minatus est Deus, & contemnere q̃ persuaserat diabolus, & proposito sibi immortali præmio ad hoc debuit habere coparatũ, & creatoris sui seruare præceptũ, nõ exterminatoris audire consiliũ. Non melius hominẽ culpo quã Deum? qui hominẽ fecit, iniuriam faciat? O stulta & vana quæstio. Dicunt hoĩes: Deus non debuit hominẽ permittere vt peccaret, & non dicunt, quia homo male fecit Dei præceptũ transgrediendo vt peccaret, qa vtiq; ipse homo debuit mortẽ timere & ad interdictã arborẽ non accedere. Si quisquã hominem, nolo dicere Imperator seculi, iudicis præconẽ contẽpserit, nõ rapitur ad supplicium? Dei prçceptũ con E
tempsit Adam, & ab aliquib. defenditur, qua re culpas Deũ cũ tuo iudicio, & non hominẽ sine tuo periculo? Quare incusas artificẽ qui bene fabricauit, & defendis hominẽ qui ædificio suo adesse noluit, qui diuini p̃cepti immemor fuit, in vulnus transgressionis incurrit? Rom.
O qui Adam defendis & Deo iniuriã facis, ad q̃ te interrogo, rñde mihi: Adam bonus fuit an malus? Dicturus es, bonus, vt plena sit tua defensio. Si ergo bonus fuit, qua re vnũ filium bonũ, & aliũ latronem genuit? Debuit bonos ambos creare. Aut si, vt tu dicis, Deo faciente peccauit, ambos malos debuit generare. Quare vnũ innocentẽ, & aliũ effundentẽ innocentis sanguinẽ genuit? Vnus dedicauit martyrium, & alius iniciauit parricidium. Ergo in quo germanũ occidit, reus non est, quia genitor eius susceptit reatũ qui filiũ creauit, ergo Cain inuitus in iugulum fratris gladium fixit. Talem iustitiã tenẽt qui legi calũniari nituntur, vt geniti sint recti, & horũ genitores reatu teneantur obstricti. Ecce Adam qui genuit latronẽ, ecce Cain qui interfecit fratrẽ, quis ex his duobus reus est, pater qui genuit, aut filius qui germanũ crudeli morte peremit? Cessit calumniator, tacuit calũniator, quãuis nunquã aliquid verius dicit qui veritati calumnias facit. Vbi es calũniator, respondе mihi pro susceptо tuo, qui de te eras securus, defende quẽ vsq; modo defendebas. Quare cessisti, quid tacuisti? Ecce pro filij reatu reus tenetur Adam, quare non dicis, nõ est reus? Exurrexit qui tacebat, nõ taceo, inquit, Rñdeo plane & defen- F
do: Nec filius pro patre, nec pater pro filio reus est. Aĩa patris mea est, & anima filij mea est, secundũ q̃ scriptũ est, Anima quæ peccauerit ipsa punietur. Quasi experrectus est ca- 1. Co. 15.
lũniator ille qui dormiebat, aperuit os suũ, cępit loqui, sed modo tacebat. Dic ergo nec pater pro filio, nec filius pro patre reus est, Rñde pro susceptо tuo, & ego p̃ Deo meo: Defende Adæ causam & ego Dei mei iniu-

riam.

tiam. Tu dicis non esse iustum vt reus sit Adā pro filio, & ego consentio. Si patrem non inuoluit filij reatus ad peccatum, & sicut nō est iudicādum pro Cain, sic nec Deo quod Adā peccauit imputemus, sed sic agamus vt ad indulgentiam Dei veniamus.

G

DE PVGNA ANIMAE.

TRACTATVS.

QVotquot spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei. Non sunt filij Dei, si non agunē spiritu Dei. Si aūt spiritu Dei agunē, pugnent, quia magnū habent adiutorē. Non.n. nos Deus sic expectat pugnantes, quo modo expectat populus venatores, Populus venatori fauere potest, periclitantem adiuua re non potest. Sic ergo & hic caro concupiscit aduersus spm̄, spūs aūt aduersus carnē. Et qd est, vt nō ea quæ vultis faciatis? Hic.n. periculū est mali intellectoris, sit nūc officiū qualiscūq; expositionis, vt nō ea quæ vultis facia tis. Attendite sancti quicūq; pugnatis, Prælia tibus.n. loquor. Intelligunt qui pugnant, non intelligit qui nō pugnat. Nā qui pugnat, non dico intelligit me, sed punit me, quia vult homo castus vt nulla omnino surgat in mēbris eius concupiscentia aduersaria castitati, pacē vult, sed nondū habet, qñ.n. ad illud ventū fuerit, nisi nulla omnino exurgat concupiscentia aduersanda, nullus erit hostis cū quo luctemur, nec expectatur ibi victoria, quia iā de hoste triumphatur. Audi ipsam victoriāip so Apostolo dicente, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionē, & mortale hoc induere immortalitatē. Cū aūt corruptibile hoc induerit incorruptionē, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui H scriptus est: Absorta est mors in victoria. Audi voces triūphantiū: Vbi est mors cōtentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Percussisti, vulnerasti, deiecisti, vulneratus est pro me q fecit me. O mors, ò mors, vulneratus est pro me qui fecit me, & de morte sua vicit te. Et tūc triūphantes dicturi sunt, Vbi est mors cōtentio tua, vbi est mors aculeus tuus? Modo aūt quando caro concupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnē, contentio mortis est, non quod volumus, facimus. Quare? Quia volumus, vt nullæ sint concupiscentiq, sed nō possumus, velimus nolimus habemus illas, velimus nolimus titillant, blandiuntur, stimulant infestāt. Surgere volunt, premūtur, nondū extinguuntur, quandiu caro concupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnē. Nunquid hoc etiam cum mortuus fuerit homo? Absit. Deponis carnē, quomodo tecū trahis concupiscentias carnis? Si bene pugnasti, reciperis ad quietē, de qua quiete coronā I dus{es, nō damnandus, vt postea perducaris ad regnū. Ergo quandiu hic viuitur, fratres, sic est: sic & qui lenuimus in ista militia, minores quidē hostes habemus, sed tamen habemus. Fatigati sunt quodāmodo hostes nostri iā etiam p ętatē, sed tamē etiā fatigati nō cessant qualibuscūq; moribus infestare senectutis quietē. Acrior.n. est pugna iuuenum, nouimus eam, trāsiuimus per eam. Caro ergo concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē: vt non ea quę vultis, faciatis. Quid enim vultis ò sancti ò boni pręliatores, ò fortes milites Xpi, quid vultis, vt nō sint omnino cōcupiscētiæ malę? Sed nō potestis: Exercete bellū, sperate triumphū. Modo.n. interim pugnatur, caro mō concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē, vt nō ea quæ vultis faciatis, idest vt oīno nullę sint cō cupiscētię carnis: sed facite q̄ potestis, quod ait ipse Apostolus alio loco, qū cōmemorare iam cęperam, Nō regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius. Ecce quā nolo: Desideria mala surgunt, sed noli obedire, Arma te sume instrumentū bellorū, præcepta Dei arma tua sunt. Si bene me audis, & qđ loquor amabis: Non, inquit, regnet peccatū in vestro mortali corpore. Quandiu.n. portas mortale corpus, pugnat cōtra vos peccatū, sed non regnet, quid K est, non regnet? Idest ad obediendū desiderijs eius: Si corpore obedis, regnat. Et qd est obedire, nisi nō exhibeatis membra vestra arma iniqtatis peccato? Nihil hoc doctore præclarius. Quid vis iā exponā tibi? Fac quod audisti: Nō exhibeas membra tua arma iniquitatis peccato. Dedit tibi Deus potestatem per spiritum suum, vt membra tua teneas. Surgit libido, tene tu membra: Noli exhibere membra tua arma iniquitatis peccato. Noli armare aduersarium tuum contra te, tene pedes ne eant ad illicita. Libido si surrexit, tene

tu

Rom.8. *Galat.5.* *1.Co.15.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Galat.5.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Rom.6.* *Ibidem.*

tu membra, tene manus ab omni scelere, tene
I. oculos ne male attendãt, tene aures ne verba
libidinis libenter audiant, tene totũ corpus,
tene latera, tene summa, tene ima. Quid facit
libido? Surgere nouit, vincere nõ nouit: Surgẽdo assidue sine causa discit & nõ surgere.
Redeamus ergo ad verba quæ obscura de Apostolo proposuerã & plana esse iam videbi-
Galat.5. mus. Hoc enim proposueram, quia nõ dixit
Apostolus, Spiritu ambulate & concupiscentias carnis ne habueritis, quia necesse est vt
habeamus illas. Quare ergo nõ dixit, concupiscentias carnis ne feceritis. Quia fecimus
eas. Cõcupiscimus, ipsum cõcupiscere facere est. Sed ait Apostolus, Iã non ego operor
Rom.7. illud, sed quod habitat in me peccatum. Ergo
quod tibi cauendũ est, hoc sine dubio ne perficias. Surrexit libido, dãnabilis surrexit: Suggesitnõ audiatur: Ardet, nõ se cõpescit, & vel
les vt nõ arderet. Et vbi est, vt nõ ea quę vultis faciatis? Noli dare mẽbra, ardeat sine causa & cõsumit se. In te ergo fiunt ipsæ cõcupiscentię? Fatendũ est, fiunt: Ideo dixit, ne perfeceritis, sed nõ perficiantur. Decreuisti facere, perfecisti etenim si decernas faciendũ esse
adulteriũ, & ideo nõ facias, quia locus nõ est
inuentus, quia opportunitas nõ datur, quia
forte illa casta est de qua videris esse cõmotus, ecce iã ista casta est, & tu adulter es. Qua
re? Quia tu perfecisti concupiscentias. Quid
est perfecisti? Idest, in animo tuo faciendum
esse adulteriũ decreuisti. Iam, quod absit, si
& membra fuerint operata, in morte deuolu
tus es. Suscitauit Christus mortuam in domo
filiam archisynagogi. In domo erat, nondũ
erat elata: Sic & homo qui flagitium decreuit
in corde mortuus est, sed intus latet. Si vsque
ad præparationem membrorũ peruenerit, e-
latus est foras. Sed & iuenẽ filiũ viduę suscitauit dominus qñ extra portã ciuitatis mor-
tuus efferebatur. Sic ergo audeo quidẽ dicere: Decreuisti in corde tuo, si reuocaueris ab
M actu tuo, sanatus eris antequã perpetres. Si. n.
egeris in corde pœnitẽtiã, quia rẽ malã & scelestã & flagitiosam damnabilemq; decreueras, ibi vbi mortuus latebas intus, sic intus re
surrexisti. Si aũt perfeceris, iã foras elatus es,
Luc.7. sed habes, qui tibi dicat: Iuuenis tibi dico, surge. Etiã si perpetrasti, & pœniteat te, de proximo redi, noli in sepulchrum venire. Sed &
hic mihi tertius est qui etiam perductus est
ad sepulchrum, iam supra se habet pondus
molestũ, terra premitur: multũ enim excitatus est in flagitijs: Consuetudine sua nimia pgrauatur. Clamat ẽt Christus, Lazare prodi
foras, homo enim iã pessimæ consuetudinis
putet, Merito ibi Christus proclamauit: Nec
solũ clamauit, sed voce magna clamauit. Ad A
Christi enim clamorẽ ẽt tales licet mortui, li Ioan.11.
cet sepulti, licet putẽtes resurgent: De nullo
enim iacẽte desperãdũ est sub tali suscitatore.

DE ANTICHRISTO.

TRACTATVS.

DE Antichristo scire volẽtes, primo notabitis quare sic vocatus
sit. Ideo, s. quia Christo in cunctis contrarius erit, & Christo
cõtraria faciet. Christus venit
humilis, ille veniet superbus, Christus venit
humiles erigere, peccatores iustificare: ille
cõtra humiles deijciet, peccatores magnifica
bit, impios exaltabit, semperq; vitia, q̃ sunt cõ
traria virtutib. docebit. Legẽ Euãgelicã dissipabit, demonũ culturã ĩ mũdo renouabit vel
reuocabit. Gloriã vanã quęrẽs oĩ potẽtẽ Deũ
se noĩabit. Hic itaq; Antichristus multos ha
bet suæ malignitatis ministros, ex quib. multi in mũdo prœcesserũt, qualis fuit Antiochus
Nero, Domitianus. Nos quoq; nostro tpe an
tichristos multos nouimus esse. Quicũq; n. si
ue laicus, siue canonicus, siue monachus cõtra iustitiã viuit, & ordinis sui gloriã impugnat, & ꝙ bonũ ẽ blasphemat, antichrs est, mi
nister satanæ. Sed iã de exordio antichristi vi Gen.49.
deam⁹. Nõ aũt dico, ex ꝓprio sensu fingo vel
excogito, in libris diligẽter relegẽdo, hęc oĩa
scripta inuenio. Sicut ergo authores nostri di
cũt, antichristus ex populo Iudæorũ naĩcetur
de tribu Dan, scd̃m Prophetam dicentẽ, Fiat
Dan coluber in via, cerastes ĩ semita. Sicut. n.
serpẽs ĩ via sedebit, & in semina erit, vt eos q̃
ꝓ semitã iustitię ambulant, feriat, & veneno B
suæ malitiæ occidat. Nascetur aũt ex copula
tione patris & matris sicut alij homes, non vt
aliqui dicunt ex sola virgine, sed tñ totus in
pctõ concipiet, in peccato generabitur, & in
peccato nascet. In ipso vero cõceptionis initio, diabolus simul ĩtroibit in vterũ matris eius, & ex virtute diaboli cõfouebit & contutabitur

tabitur in vẽtre matris, & virtus diaboli sem
per cum illo erit. Et sicut in matrẽ dñi nostri
spũssanctus venit, & eam sua virtute obum
brauit, & diuinitate repleuit vt de sãcto spũ
conciperet, vt q̃ nasceretur diuinum esset &
sanctũ: ita quoq; diabolus in matrẽ antichri
sti descendet, & totã eã replebit, totã circũ
dabit, totã tenebit, & totã interius exteriusq;
D posidebit, vt diabolo per hominẽ cooperã
tem concipiat, & q̃ natũ fuerit totum sit ini
2. Thes. 2 quũ, totum perditũ. Vnde & ille homo pec
cati, filius perditionis appellatur, quia in quã
tum poterit genus humanũ perdet, & ipse in
nouissimo perdetur. Ecce audistis qualiter
nascatur. Audite ẽt locũ vbi nasci debeat. Nã
sicut dñs ac redemptor noster Bethleem sibi
præuidit, vt ibi pro nobis humanitatẽ assu
meret & nasci dignaret, sic diabolus illi ho
mini perdito qui antichristus dr̃ locũ nouit
aptũ, vnde radix omnium malorũ oriri de
beat, s. ciuitatẽ Babyloniam. In hac. n. ciuita
te quæ quondã inclyta & glorioſa vrbs gen
tilium & caput regni Persarum erat, antichri
stus nascetur, & in ciuitatib. Bethsaida & Co
rozaim nutriri & versari dr̃. Quibus ciuitati
Mat. 11. bus dñs in Euangelio imprecatur dicens, Vę
tibi Bethsaida, vę tibi Corozaim. Habebit au
tem antichristus magos, maleficos, diuinos,
incantatores, qui eũ diabolo inspirante nu
trient, & docebunt in omni iniquitate & fal
sitate & nepharia artẽ, & maligni spũs erunt
duces eius & socij semper & comites indiui
si. Deinde Hierosolymã veniens oẽs Chri
stianos, quos ad se non poterit conuertere,
per varia tormenta iugulabit & suã sedem in
tẽplo sancto ponet. Tẽplum ẽt sanctũ q̃ Sa
lomon Deo ædificauit in statu suo restaura
bit, & filiũ Dei omnipotentis se esse mentiẽ.
Reges aũt & Principes primũ ad se conuer
tet, deinde per illos cęteros populos. Loca
E vero per quæ Chr̃s dñs ambulauit, prius de
struet, deinde per vniuersum mundũ nũcios
& p̃dicatores suos mittet. Prędicatio aũt eius
& ptãs tenebit a mari vsq; ad mare, ab Oriẽ
te vsq; ad Occidentẽ, ab Aquilone vsque ad
Septentrionẽ: faciet quoq; signa multa
magna mirabilia & inaudita, arbores scilicet su
bito florere & arescere, mare turbari, & subi
to trãquillari, naturas in diuersas figuras mu
tari, agitari aera ventis & multimodis cõmo
tionib. & cętera innumerabilia & stupenda,

mortuos in conspectu h
vt in errorẽ inducantur
Nã qũ tanta ac talia sign
cœlestes & perfecti
vtrũ ipse sit Christus
turus est secundũ scrip
omnia miracula om
per incantationes di
bus & incredulis vid
bit vero persecution
Christianos & oẽs
tra fideles tribus m
neribus, & miracu
abundantiã auri
poterit decipere
& quos terrore
miraculis tentab
gnis poterit illu
bit necare. Tũc erit tribu
latio qualis n
rũt, vsq; ad t
fugiant in m
descendant in
Tunc oĩs C
Deũ negab
fornacis,
siue per a
rire iubeb
terribilis timenda tribulatio, tribus annis
manebit toto, & dimidiũ. Tunc breuiabũ-
tur dies ꝓ electos: nam nisi dñs breuiasset
dies, n
antichr
re inci
Rogamus vos per aduentum dñi nostri Iesu
Christ, manifestat eo loco vbi ait, Qm̃ nisi
venet discesio primum, & reuelatus fuerit
hom peccati, filius perditionis: & cętera.
Scimus. n. qm̃ post regnũ Græcorũ, siue etiã
post regnũ Persarũ, ex quib vnumquodque
suo ꝑe magna gloria viguit, & maxima po-
G tentia floruit: ad vltimũ quoq; post cętera
regna regnũ Romanorũ cępit, q̃ fortissimũ
omniũ regnorũ superiorũ fuit, & omnia re-
gna terrarum sub dñatione sua habuit, oẽsq;
populorũ nationes Romanis subiacuerunt,
& eis sub tributo seruierunt. Inde ergo dicit
Apostolus Paulus, antichristũ non antea in
mundũ esse venturũ, nisi venerit primum di-
scesio: hoc est, nisi discesserint omnia re-
gna a Romano Imperio, quæ prius subdita

ũ suscitari, ita
ri põt ẽt electi.
erint, ẽt illi qui
nt, dubitabunt,
fine mundi ven-
s an non. Hęc aũt
modis falsa erunt
cas, sed peccatori-
tur esse vera. Excita
b omni cœlo super
os. Eriget itaq; se cõ
hoc est, terrore, mu-
Dabit credentib. in se
genti. Quos vero non
erib. superabit terrore,
oterit vincere, signis &
ducere: quos aũt nec si-
e, in cõspectu omniũ mi-
it ex tpe quo gentes cępe-
lud. Tunc qui in agro sunt,
ib. & qui supra tectũ, nõ de-
mum vt tollant aliquid ex ea.
istianus qui inuẽtus fuerit, aut
aut siue per ferrũ siue per ignẽ
per serpentes, siue per bestias,
ad quodlibet genus tormenti inte
si in fide permãserit. Hæc aũt tã

Ibidem.

2. Thes. 2

Aug. Tomus Nonus. Ddd erant.

erant. Hoc aũt tp̃s um aduenit, quia licet videamus Rom Imperiũ ex maxima parte destructum, ti diu reges Francorũ durauerint, qui Rot Imperiũ tenere debent, Romani Imp gnitas ex toto non peribit, quia in regi is stabit. Quidam vero doctores nostri , ꝙ vnus ex regib. G Francorũ Romanũ In ũ ex integro tenebit, qui in nouissimo t it, & ipse erit maximus, & omniũ regum mus. Qui postq̃ regnũ suũ fęliciter gube erit ad vltimum Hierosolymã veniet, & onte Oliueti sce ptrum & coronã suã dep . Hic erit finis & cõsummatio Romano Christianorũq; Imperij. Statimq; secundi edictam snam Apostoli Pauli, antichristu icunt futurũ. Et tunc quidẽ reuelabitur l o peccati, antichristus videlicet: qui lice homo, fons tñ erit omnium peccatorũ ius perditionis. Hic est filius diaboli, qui r omnia ad implebit voluntatẽ suã, quia hitudo diabolicæ potestatis & totius mali enij corporaliter habitabit in illo. In q erunt oẽs thesauri malitiæ & iniquitatis ab diti. Qui aduersatur, i. cõtrarius est Xp̃o, o sq; mẽbris eius, & extollitur, i. in superl erigitur super oẽ ꝙ dr̃ Deus, i. super Deos ntiliũ, Apollinem, Iouem, Mercuriũ, qs Pagani deos existimant, super oẽs istos de extollitur antichristus, quia maiorẽ & for rem se faciet illis omnibus. Et non solũ sup illos, sed ẽt supra omne ꝙ colitur, i. supra nctam Trinitatẽ quæ modo sola colenda & ioranda est ab omni creatura. Ita se extolle vt in tẽplo Dei sedeat, ostẽdens se tan quã sit Deus. Nã sicut supra diximus in ciuitate Babylonia natus, Hierosolymã veniens, circuncidet se dicẽs, Ego sum Chr̃s vobis repromissus qui ad salutẽ vestrã veni, vt qui dispersi estis cõ H gregem & defendã. Tunc confluent ad um oẽs Iudęi æstimantes Deũ suscipere, se du scipient diabolũ. Siue ẽt in templo Dei sedebit antichristus, i. in sancta Ecclesia, oẽs Chri Lib 41. stianos cupiens martyres, eleuabitur & magnificabitur, quia in ipso erit caput omnium malorũ diabolus, qui est rex super oẽs filos superbiæ. Subito aũt & improuise antichristus veniet, & totũ simul humanũ genus suo errore decipiet & perdet. Ante eius exortũ, duo Prophetę mittent in mundũ, Henoch, s. & Helias, qui contra impiũ antichristum, fideles Dei diuinis armis præmunient, & struent eos, & confortabunt & præ electos ad bellũ, docentes & pr bus annis & dimidium. Fili cunq; eo tpe fuerint inuen Prophetæ & doctores ad fide tent, & a pressura tantæ turbinis in ctorũ inseparabiles reddent. Tunc implebitur ꝙ scriptura dicit, Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiæ saluæ fient. Postquã aũt per tres annos & dimidiũ prædicauerint, mox incipient excandescere antichristi persecutiones, & contra eos primũ antichristus sua arma arripiet, eosq; interficiet sicut in Apocalypsi dr̃: Et cum finierit, inquit, testm̃ suum, bestia descendet de abysso, & faciet aduersus eos bellum, & interficiet illos. Postquã ergo isti duo interfecti fuerint, inde cęteros fideles persequens, aut martyres glorioſos faciet, aut apostatas reddet. Et quicunq; in eũ crediderint, signũ characteris eius in fronte accipiẽt. Sed quia de principio eius diximus, quẽ finẽ habebit, dicamus. Hic itaq; antichristus diaboli filius totius malitię artifex pessimus, cũ per tres annos & dimidiũ, sicut p̃dictũ est, magna persecutione totũ mundũ vexauerit, & oẽm populum Dei varijs pęnis cruciauerit, postquã Heliã & Henoch interfecerit, & cęteros in fidę permanentes martyrio coronauerit, ad vltimum veniet ira Dei super illũ, sicut beatus Paulus scripsit, dicens, Quem dñs Iesus Christus interficiet spiritu oris sui. I Esa. 10. Rom. 9. Apo. 11. 2. Thes. 2.

D. AVRELII AVGVSTINI Hipponensis Episcopi, PSALTERIVM QVOD MATRI suæ composuit.

EXPOSITIO.

DOmine Deus omnipotens, rex æternæ gloriæ, qui eũ cognoscis beatũ esse virum, qui viam peccatorum spernit, legemq; præceptorũ tuorũ meditatur die ac nocte, doce me peccatorẽ tibi cũ toto cordis timore & tremore fideliter seruire, & vocẽ meã te humiliter inuocantẽ exaudi, & ita clementissimis aurib. percipe verba mea, K

vt

onsilii
innocer
& in his
bolus pu
Vel per s
mus, qui h
tẽpserunt, c
fuit potente
Ibidem. tentes, quia f
cit, & gentes p
fortiũ regni atq
psit, ac malign
abiecit, & hum
tauit. Mens ẽt c
dispositio æter
Ipse est liber vitæ.
Tribus modis aliq
dũ præscientiã, secu
operationẽ. Quantũ ad
scripti, non delentur vnq
si periturus quis a via videa
titur. Secundũ causam scrip
veritatis cępta ad errores dec
dunt: Tales aũt sunt aliqñ, qui
ne existerent, si tales vsq; in fin
Secundũ operationẽ, quorũ ope
humanũ iudiciũ talia apparent, pr
digni videantur scribi in libr
ea quæ præuidebantur ac
E Hi secundũ præscient
libro vitæ. Deposui
lo, & homĩẽ d
cit: & po ea
dũ ad pristinã
tidie super
suã depor
Ibidem. tiã prio

A

erant. Hoc aũt tp̃s
cet videamus Rom
parte destructum, t
durauerint, qui Rom
bent, Romani Imp
peribit, quia in regi
vero doctores nostri
G Francorũ Romanũ
bit, qui in nouissimo t
ximus, & omniũ regu
regnũ suũ fęliciter gube
Hierosolymã veniet, &
ptrum & coronã suã dep
& cõsummatio Romano
Imperij. Statimq; secund
Apostoli Pauli, antichristi
Et tunc quidẽ reuelabitur
tichristus videlicet: qui lice
tũ erit omnium peccatorũ
ditionis. Hic est filius diaboli, qui
implebit voluntatẽ suã, quia
bolicæ potestatis & totius mali
poraliter habitabit in illo. In q
thesauri malitiæ & iniquitatis ab
aduersatur, i. cõtrarius est Xp̃o, o
bris eius, & extollitur, i. in super
super oẽ q̃d dr̃ Deus, i. super Deos
Apollinem, Iouem, Mercuriũ, q
deos existimant, super oẽs istos de
tur antichristus, quia maiorẽ & for
faciet illis omnibus. Et non solũ sup
sed ẽt supra omne q̃ colitur, i. supra
Trinitatẽ quæ modo sola colenda &
da est ab omni creatura. Ita se extolle
tẽplo Dei sedeat, ostẽdens se tan quã
Nã sicut supra diximus in ciuitate Baby
natus, Hierosolymã veniens, circunci
dicẽs, Ego sum Chr̃s vobis repromissus qui
H ad salutẽ vestrã veni, vt qui dispersi estis cõ-
gregem & defendã. Tunc confluent ad eum
oẽs Iudęi æstimantes Deũ susc
scipient diabolũ. Siue ẽt in templo Dei sede-
Lib 41. bit antichristus, i. in sancta Ecclesia, oẽs Chri
stianos cupiens martyres, eleuabitur & ma
gnificabitur, quia in ipso erit caput omnium
malorũ diabolus, qui est rex super oẽs filos
superbiæ. Subito aũt & improuise antichri
stus veniet, & totũ simul humanũ genus suo
errore decipiet & perdet. Ante eius exortũ,
duo Prophętę mittent in mundũ, Henoch, &
& Helias, qui contra impiũ antichristum, fi-

lium aduenit, quia li
Imperiũ ex maxima
diu reges Francorũ
Imperiũ tenere de
gnitas ex toto non
us stabit. Quidam
q̃ vnus ex regib.
ũ ex integro tene
it, & ipse erit ma
mus. Qui postq̃
erit ad vltimum
onte Oliueti sce
. Hic erit finis
Christianorũq;
edictam sniam
licunt futurũ.
o peccati, an
homo, fons
lius perditio
r omnia ad
hitudo dia
enij cor
erunt oẽs
diti. Qui
o Xp̃o, oisq;
erigitur
Deos ntiliũ,
Pagani
extollí-
rem se
illos,
illos,
q̃ colitur, i. supra
ctam
oran
creatura. Ita
tan quã si deus.
Babylonia
circunciet se
promissus qui
veni, vt qui dispersi estis cõ-
confluent ad eum
æstimantes Deũ suscipere, sedu-
ẽt in templo Dei sede-
antichristus, i. in sancta Ecclesia, oẽs Chri
stianos cupiens martyres, eleuabitur & ma
gnificabitur, quia in ipso erit caput omnium
malorũ diabolus, qui est rex super oẽs filos
superbiæ. Subito aũt & improuise antichri
stus veniet, & totũ simul humanũ genus suo
errore decipiet & perdet. Ante eius exortũ,
duo Prophętę mittent in mundũ, Henoch, &
& Helias, qui contra impiũ antichristum, fi-

deles Dei diuinis armis præmunient, &
struent eos, & confortabunt & præ
electos ad bellũ, docentes & pra
bus annis & dimidium. Filio
cunq; eo tpe fuerint inuen
Prophetæ & doctores ad fide
tent, & a pressura tantæ turbinis
ctorũ inseparabiles reddent. Tun
tur q̃ scriptura dicit, Si fuerit n
rum Israel quasi arena mar
fient. Postquã aũt per tre
prædicauerint, mox incipi
antichristi persecutiones, & c
mũ antichristus sua arma arripie
terficiet sicut in Apocalypsi dr̃:
rit, inquit, testm̃ suum, besti
abysso, & faciet aduersus eos
terficiet illos. Postquã ergo
cti fuerint, inde cęteros fid
aut martyres glorioso faci
reddet. Et quicunq; in eũ c
characteris eius in fronte ac
de principio eius diximus
dicamus. Hic itaq; antic
totius malitię artifex p
nos & dimidiũ, sicut
cutione totũ mun
pulum Dei vari
Heliã & Hen
fidę perman
vltimum ve
tus Paulus s
Christus

D. AVRE
Hippo.

PSALTERIVM
suæ compo

EXPOSIT

DOmine Deus omni
æternæ gloriæ, qu
scis beatũ esse vi
peccatorum spe
præceptorũ tuorũ
die ac nocte, doce me peccatorẽ tibi cu
cordis timore & tremore fideliter seruí
vocẽ meã te humiliter inuocantẽ exaud
ita clementissimis aurib. percipe verba

V